

GVILIELMI GESENII

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORIS, AVGVSTISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSILIIS IN SENATV SACRO, THEOLOGIAE IN ACADEM. FRIDERICIANA HALENSI CVM VITEBERGENSI CONSOCIATA PROFESSORIS PVBL. ORD., ACADEMIARVM REGIAE BORVSSICAE ET INSCRIPTIONVM LITTERARVMQVE HVMANIORVM PARISIENSIS, SOCIETATVM ASIATICARVM PARISIENSIS ET LONDINENSIS, SOCIETATIS PHILOSOPHICAE CANTABRIGIENSIS SOCII

THESAVRVS

PHILOLOGICVS CRITICVS

LINGVAE HEBRAEAE ET CHALDAEAE

VETERIS TESTAMENTI.

TOMVS PRIMVS

CONTINENS LITTERAS

א — ט.

EDITIO ALTERA SECVNDVM RADICES DIGESTA PRIORE GERMANICA LONGE AVCTIOR ET EMENDATIOR.

LIPSIAE 1835

SVMTIBVS TYPISQVE FR. CHR. GVIL. VOGELII.

AVGVSTO. HERMANNO

NIEMEYERO

PERILLVSTRI. SVMME. REVERENDO

ACAD. FRIDERICIANAE. CANCELL.

THEOL. DOCTORI. ET. PROF. ORD.

COLLEGAE. ET. AMICO. INTEGERRIMO

VELVT. PARENTI. PIE. COLENDO

QVINQVAGINTA. ABHINC. ANNIS

PHILOSOPHIAE. DOCTORIS

HONORIBVS. RITE. ORNATO

FESTVM. HOC. GLORIOSE. REDINTEGRATVM

GRATVLATVRVS. HVNC. LIBRVM. D. D. D. AVCTOR

A. D. XIV. KAL. MAI. MDCCCXXVII.

VIRIS SVMME VENERANDIS ILLVSTRIBVS

AMICIS INTEGERRIMIS

LVDOVICO CAROLO OTTONI
BAVMGARTEN - CRVSIVS

ACADEMIAE IENENSIS ORNAMENTO

ET

IOANNI CAROLO THILO

IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI COLLEGAE

CONIVNCTISSIMO

D. D. D.

A V C T O R.

GVIL. GESENIVS

LITTERARVM HEBRAEARVM CVLTORIBVS

SALVTEM.

Secundum Thesauri mei fasciculum tandem multoque, quam optaveram, serius in lucem publicam emittenti metuendum mihi sane, ne in reprehensiones eorum incurram, qui editionis tamdiu procrastinatae auctorem cunctationis adeoque segnitiei accusaverint et de tali libro unquam absolvendo paene desperandum esse clamitarint. Quanquam ego non is sum, qui omnem culpam a me amoliri et in res externas transferre velim — non enim ita sum χαλκέντερος, ut huius generis lucubrationes laboris plenas sine ea animi relaxatione, quae in studiorum varietate est, absolvere possim — non despero tamen fore, ut a desidiae et inertiae, quae a natura mea alienissimae sunt, crimine me liberem. Ne enim de libris grammaticis dicam multis modis nuper auctis et retractatis, magnam temporis partem, quod inde a primi fasciculi editione effluxit, absumsit Lexicon manuale ante hoc biennium latino sermone primum, post germanice quartum a me editum. Quas quidem editiones quum non sine nova et singulari cura in publicum emittere vellem, multa mihi vel iterum pertractanda vel recens indaganda erant, quae in minoribus editionibus breviter tantum strictimque dici poterant, plenius olim in Thesauro disputanda. Dein in palaeographiae semiticae, maxime phoeniciae, studium denuo delatus, his quaestionibus, quae pridem in deliciis fuerant, et nonnullis fortasse haud infeliciter animadversis ita allectus sum, ut haec inchoata de manibus deponere nollem: tam gnaviter igitur perrexi, frigentibus subinde Thesauri prelis, ut horum quoque studiorum fructus Viris doctis mox examinandos tradere possim *). Quominus autem utrumque hunc librum paene absolutum iam prius ederem, tum diuturnus effecit morbus, quo pectus meum ferme per biennium laboravit, tum singularis et insolita calamitas, qua Deus nuper admodum domum meam afflixit, quae intra quattuor menses me ipsum cum uxore et septem liberis morbo

---

*) Opus, quod molitus sum, palaeographicum prodibit ita inscriptum: *Marmora phoenicia, quae supersunt, omnia* edidit et praemissa *commentatione de litteris et lingua Phoenicum Poenorumque* illustravit *Guil. Gesenius.* Specimen eius dedimus in libello nunc cummaxime edito: Paläographische Studien über phönizische und punische Schrift. Leipzig, bey Fr. Chr. Wilh. Vogel 1835. 4.

gravissimo correptum triumque carissimorum capitum — in his Eduardi mei, egregiae spei pueri — funera vidit. Quae iam tandem tot impedimentis feliciter superatis emittitur nova operis nostri particula, utinam hanc totius libri strenue continuandi pignus et tanquam tesseram benevole excipiant litterarum orientalium cultores; tarditatis autem exprobratores, si qui forte non contenti fuerint excusatione nostra, respiciant, quaeso, ipsius operis rationem, in quo adornando id egi, ut qui festinantiam in eo continuando desideraverint, diligentiam certe et accurationem non desiderent. De consilio et ratione libri in Prolegomenis fasciculo quinto edendis uberius disputaturi, nunc de alterius voluminis ratione paucis dicere satis habemus. Constabit illud tribus fasciculis, quorum duo priores reliquas alphabeti litteras continebunt, tertius praeter Prolegomena comprehendet 1) *Appendicem* s. Paralipomena ad primum maxime operis fasciculum; 2) *Indicem quadruplicem*, a) grammaticum et analyticum, b) latinum, c) subsidiorum, tum manuscriptorum tum impressorum, d) locorum S. S., qui uberius vel nova ratione illustrantur. Omnia autem in scriniis meis ita parata exstant, ut nullus dubitem, quin intra biennii spatium liber emitti possit.

Utinam benignissimum numen, quod post tot acerbissimas calamitates et tristissima funera valetudinem restituit integram, vires largiatur ad opus feliciter perficiendum, idque olim perfectum in sacrarum litterarum et ecclesiae christianae commodum cedere iubeat!

Dabam Halae, Cal. Sept. MDCCCXXXV.

א

א *Aleph*, prima alphabeti litera, ubi numeri nota est, *unitatis* numerum, binis vero punctis superne appictis (א̈) *millenarium* indicat.

Nomen hujus elementi, ut reliqua elementorum nomina phoeniciae vel aramaeae originis, *bovem* significat, i. q. hebr. אֶלֶף (ad formam עֵרֶל i. q. עָרֵל, cf. *Daleth* pro דֶּלֶת, *Lamed* i. q. לָמֵד), teste jam e veteribus scriptoribus Plutarcho, qui literam Aleph caeteris praeponi scribit, διὰ τοὺς Φοίνικας οὕτω καλεῖν τὸν βοῦν (*quaest. sympos.* I, §. 2). Designat nomen formam hujus literae in alphabeto antiquissimo, quae capitis bovini prima lineamenta exprimit et hodieque in scriptura phoenicia comparet, in qua praeter alias hae formae occurrunt:

Vid. nummos Sidonios apud Pellerinium (Recueil des medailles des peuples et des villes T. III. tab. 119) et F. P. Bayerum (vind. numm. hebr. sam. p. 56). Paulo magis a primigenia literae figura abhorret ea, quae est in nummis hebraeis Maccabaeorum, et magis etiam, quae comparet in inscriptione Carpentoractensi, et in inscriptionibus palmyrenis, unde effictum est Aleph scripturae quadratae et Samaritanorum, cujus haec est figura in libris manuscriptis, secus atque in libris impressis. Ex scriptura phoenicia petita est ea, quam Alpha habet in antiquissimis graecorum monumentis (v. Mionnet description des medailles, recueil des planches Tab. 31). Magnopere autem a vero aberrant, qui cum J. Simoni (in introductione hist. in ling. hebr. p. 60) quadratam figuram antiquissimam censent, eamque a bovis signo, quod in zodiaco obvium est (♉), repetunt; vel cum H. E. G. Paulo (Memorabilien VI, p. 118 sq.) אֶלֶף proprie numerum milliarium notare, eumque lineola perpendiculari cum duabus lineis transversis (‡) designari, conjiciunt. Vix enim credibile est, cifras quas dicunt prius quam literas apud populos semiticos in usu fuisse.

In constituendis vero elementorum nominibus figurisque, quod semel monemus, literarum semiticarum inventor eam rationem secutus est, ut cujusque elementi *nomen* ab ea litera inciperet, cui notandae inserviebat, ejus *figura* autem eandem rem, quanquam rudius, exprimeret. Similis est non solum alphabeti russici ratio, sed etiam hieroglyphorum phoneticorum a Champollione Gallo nuper sagacissime erutorum, in quibus v. c. figura *manûs*, quae aegyptiace *Tot* vocatur, T literam exprimit, *fistula Panis*, aegyptiace *Sebi*, literam Σ significat cet. Vide Champollion le jeune Lettre à Mr. Dacier relative à l'alphabet des Hieroglyphes phonetiques. (Paris 1822) pag. 34 sq. *Ejusd.* Précis du systeme hieroglyphique, Paris 1824, tableau general, tab. A — K.

Quatenus consonantis officio fungitur Aleph, lenioris illud est *pronuntiationis*, quam reliquae gutturales, et leni gutturis, vel potius pulmonis, halitu efformatur ad instar spiritus lenis Graecorum. Ab initio igitur vocum sono fere caret et in pronuntiando omittitur, ut in Gallorum vocibus *habit, homme,* in mediis vero vocabulis usus ejus est in syllabis dispescendis, ut יִשְׁאַל *jisch'-al,* non *ji-schal.* In nominibus propriis apud LXX interpretes graece scriptis א ubique omittitur, et nonnisi vocalis hanc literam excipiens exprimitur, ut אָדָם *Ἀδάμ*, אֵלִיָּה *Ἠλίας*, אִיּוֹב *Ἰώβ*, אבוֹת *Ὠβώθ*, אוּלָם *Οὐλάμ*, אוּרִיָּה *Οὐρίας*. Quibusdam in vocibus hi interpretes videri possint Aleph per spiritum asperum expressisse, ut in אֵלִיָּה *Ἡλίας* (ed. Complut.), sed hoc a varietate codicum pendet, et occurrit etiam in nominibus a Jod incipientibus, ut ישעיה *Ἡσαΐας*; quare male statueres, spiritum asperum pro Aleph Hebraeorum positum esse. Aliis in nominibus porro א initiale videri possit expressum esse per A vel E, ut אֵלִים *Αἰλείμ* Jes. XV, 8, אֵוִזַי *Εὐαῖ*, אוֹנָן *Αὐνάν*, sed haec varietas pendet a diversa vocalium (··), וֹ, וּ pronuntiatione, neque ullo modo tangit literam Aleph. De pronuntiatione literae Eliph, ejusque mobilis s. hamzatae, variisque vitiis, quae in ea efferenda committuntur, subtiliter disputavit scriptor arabicus a Silv. de Sacy editus in Notices et Extraits de la Bibliotheque du Roi T. VIII. p. 355 seqq. cujus haec sunt verba: واولها الهمزة ومخرجها من اول الحلق مما يلى الصدر *et prima earum* (literarum) *est Hamza s. Elif hamzatum, quod effertur ab initio gutturis, ubi illud jungitur pectori.* Proxime accedit pronuntiatio literae Ain, unde in dialectis rusticis hae literae permutantur (v. Nuwairius ap. Reiskium in Annot. hist. ad Abulf. Annal. Muslem. T. II. p. 723).

Jam si *permutationem* ejus spectas, א transire solet tum in alias *literas gutturales*, tum in *literas quiescibiles* sono cognatas. Atque e *gutturalibus* quidem 1) saepissime commutatur cum ה, tum in ipso linguae hebraicae sinu, tum in dialectis cognatis cum ea collatis. V. c. in *prima* sede radicis אֵיךְ et הֵיךְ quomodo? הָמוֹן copia, et אָמוֹן Jer. LII, 15; אב viror, אָבִיב arista, cf. syr. ܗܒܒܐ flos; אֲדֹרָם n. propr. loci 1 Reg. XII, 18, sed הֲדֹרָם 2 Paralip. X, 18; הָפַךְ evertit, arab. أفك; אָרַר maledixit, arab. هَرَّ; הַל, הֵ- forma articuli, arab. أَلْ; הֲ nota interrogationis, arab. أَ; in *secunda* כָּאָה et כָּהָה pusillanimis, timidus fuit, לָאָה et לָהָה aram. לְאֵה defatigatus fuit. Plerumque fieri solet, ut Aramaei Aleph s. leniorem spiritum substituant, ubi Hebraeorum dialectus utitur asperiore i. e. litera He, v. c. in literis characteristicis conjugationum אִתְקְטֵל, ܐܬܩܛܠ pro hebr. הִתְקַטֵּל; אַקְטֵל, ܐܩܛܠ pro hebr. הִקְטִיל, eodem fere modo, quo ionica dialectus spiritu leni utitur multis in vocibus, in quibus Attici habent spiritum asperum; sed saepe etiam pro hebraeo א He substituunt Aramaei, his consonantibus nonnunquam paene promiscue utentes. Exempla hujus permutationis e lingua arabica suppeditabunt ALB. SCHULTENS (clavis dialector. pag. 191), Jo. JAHN (*arab. Grammatik* p. 24). — Aleph porro 2) transit in ע, inprimis in dialecto aramaea, et in Hebraismo ad Aramaismum inclinante. Exemplo sunto: אָגַם et עָגַם tristis fuit, אָזַל aram. ܥܙܠ nevit, עָרַךְ chald. אֲרַךְ disposuit, אור et עוּר circumdare (cf. aethiop. ዐውደ: et ዐውደ: circumire); עֶלֶם et אֵלֶם fortis fuit, عَارٌ et آرٌ pudor, أوى et عوى ululavit cet.; in media radice גָּאַל et גָּעַל, גָּעַל polluit, תָּאַב et תָּעַב detestatus est, לָאָה chald. et samarit. etiam לְעָה, ࠋࠏࠄ, ࠋࠏࠉ defatigatus est, زأف et زعف subito mortuus est; in fine גְּמָא chald. גְּמַע ligurrivit, bibit, خَبَعَ et خَبَأَ abscondidit, פִּתְאֹם subito, pro פִּתְעֹם a פֶּתַע temporis momentum. Frequentissime Aramaeorum dialectus pro hebraeo ע habet א, v. c. עֵץ aram. אָע lignum, זְרַע aram. זְרָא sevit. Cf. ALB. SCHULTENSIUM l. c. pag. 192. 269. — Denique 3) Aleph, at paucis in exemplis, permutatur cum ח, fortioris soni litera. Ex ipsa lingua hebraea unicum fortasse exemplum habes in nomine proprio תַּאְרֵעַ 1 Paralip. VIII, 35, pro quo תַּחְרֵעַ legitur IX, 41, paulo plura in lingua arabica, velut حَرَّانُ et أَرَّانُ (חָרָן) Hharran, Mesopotamiae urbs, أَرَمٌ i. q. حَرَمٌ (אַרְמוֹן) conclavia, أَتَّى et عَتَّى i. q. حَتَّى usque, donec, أَبَسَ i. q. حَبَسَ incarceravit, أَرَسَ i. q. حَرَثَ aravit, agricola fuit, أَصَرَ, حَصَرَ, חָצַר et אָצַר coërcuit (v. EICHHORNII *praef.* ad RICHARDSON *Abhandlung über Sprache, Literatur und Gebräuche der morgenl. Völker*, e vers. germ. Federavii Lips. 1779. 8. p. 30). Cf. quod pro hebr. אַיָּל *cervus* Aethiopes habent ሀየል: — Quam maxime familiaris est literae nostrae cum reliquis gutturalibus permutatio in *Samaritanorum* dialecto, quippe qui in pronunciando etiam aliis gutturalibus leniorem hujus nostrae sonum tribuebant, in modum Galilaeorum (cf. BUXTORF. Lex. chald. et talmud. s. v. גְּלִיל. WETSTENIUS ad Matth. XXVII, 67). Exempla ex ipsa Samaritanorum dialecto dat Jo. MORINUS in opuscc. sam. pag. 51: „Ain loco Aleph passim usurpatur Exod. XXII, „30 et XXIII, 19 עמה mater pro אמה, Num. XVIII, 3 „למעני ad vasa pro למאני, Gen. XXXVIII, 10. XLVIII, „17. Num. XX, 15 בעש foetuit, malus fuit pro באש seu „ביש, Exod. II, 23 סגיעיה multi, pro סגיאיה, Deut. „VI, 20 שעל interrogavit pro שאל, Exod. XI, 2 ישעלון „mutuentur pro ישאלון, Gen. XXXVI, 23. XXXVIII, „13. 24 עיבל pro איבל, Exod. XII, 11 עסורים cincti, „ligati pro אסורים. — Aleph pro Ain Gen. XXXI, 21 „ארק fugit pro ערק, Gen. XXIX, 35. XXX, 7 אורי „adhuc pro עורי." Eadem vero negligentia dicam an dialecti samaritanae consuetudo cernitur in permultis Codicis Samaritani lectionibus, ut Gen. VIII, 4 ࠏࠓࠓࠌ pro אררם; XXVII, 3 ࠏࠐࠓ pro אפר cet. Vide J. D. MICHAELIS Bibl. orient. T. XXI. p. 178 sq. et Comment. nostram de Pent. Sam. pag. 52. Adde quod Samaritani in carminibus alphabeticis pro Aleph, ubi literarum ordo illud postulabat, promiscue fere alias literas gutturales admiserunt. V. Carmina samaritana a nobis nuper edita (Lipsiae 1824. 4.) impr. Proleg. §. 3. cf. Classical Journal T. LVII, p. 35 sq. CELLARIUS in hor. sam. pag. 109. Multo etiam magis haec in scribendo sive libertas sive licentia regnat in Zabiorum dialecto aramaea, quae literis א et ע fere promiscue utitur v. c. עית pro אית est, עניש pro אֱנָשׁ homo, in fine etiam saepissime א scribit pro ה et ח v. c. לא pro לֵיה, לָהּ ei, משאבא pro מְשַׁבַּח laudatus. V. LORSBACH in *Museum d. biblischen und orient. Literatur, von* ARNOLDI, LORSBACH *und* J. M. HARTMANN (Marburg. 1807) I, pag. 9. 10. 22. Codex Nasaraeus ed. Norberg. T. I. praef. no. 2. HOFFMANNI gramm. syr. pag. 123. 124. Errare tamen, qui א et ע apud Zabios figura non differre docent, idem HOFFMANNUS l. c. recte monuit. In libris manuscriptis aethiopicis literarum አ et ዐ longe frequentissima est permutatio.

E *literis* autem *quiescibilibus* Aleph permutatur 1) cum ו (et Waw Arabum) in prima sede radicis. Cf. אֵבֶל graminetum, syr. ܘܒܠܐ gramen; אֶחָד unus, arab. أَحَدٌ et وَاحِدٌ unus, وَحَدَ יָחַד conjunctus fuit; אָזַן arab. وَزَنَ trutinavit; אָלַף syr. ܝܠܦ didicit; הֶאֱמִין Jes. XXX, 21 pro הֵימִין ad dexteram se vertit; אָצַל arab. وَصَلَ adjunxit; יוֹצֵר Zach. XI, 13 i. q. אוֹצָר thesaurarius; אֲרֶשֶׁת desiderium, cf. وَرِشَ desideravit; أَقْتٌ et

وَقْت tempus; إِرْث haereditas, Elnawab. ed. H. A. Schult. 164. hist. Tim. p. 260 coll. وَرِث יָרַשׁ haereditavit; أَانٍ convenit, in sermone vulgari وَآنٍ; آخَا conj. III. frater fuit, in sermone vulgari وَاخَا; إِسَادَة et وِسَادَة pulvinar, coll. hebr. יָשַׁר; ارقان et يرقان hebr. יֵרָקוֹן icterus vitium segetumque; أسير et يسير captivus; אָשֵׁם et יָשֵׁם vastavit. Cf. Schultens clav. dialect. pag. 191. Rarius hoc fit 2) in media radice v. c. דּוֹאֵג Ps. LII, 2 et דּוֹיֵג 1 Sam. XXII, 18. 22, quae permutatio pendet a Syrorum pronuntiatione, Olaph in medio duarum vocalium ad instar literae Jud efferentium, ܝܘܡܐ *bojem*. (J. D. Michaelis gramm. syr. pag. 10. Hoffmanni gramm. syr. pag. 78). Neque aliter in lingua aethiopica Alf Characteristicum Conj. IV. V. IX. et X., item Alf praeformativum primae personae futuri praefixa negandi particula አ፡ ubique convertitur in የ፡ quia in pronuntiatione ita sonat, ut ኢያንደደ፡ *non combussit* pro ኢአንደደ፡ (v. Ludolfi gramm. aethiop. pag. 40). Saepissime vero א mobile, ubi vocalem Zere post se habet, transit in Jod quiescens (apud Arabes tamen hamzatum), in sequiore potissimum Hebraismo, in Syriasmo et Arabismo v. c. זְאֵב, ܕܐܒܐ, ذِئْب lupus, רְאֵם, רֵים (Job. XXXIX, 9. 10), arab. رِئْم bubalus, בְּאֵר arab. بِئْر puteus, תְּאֵנָה arab. تِين ficus (cf. *Lehrgebäude der hebräischen Sprache* pag. 156). Saepenumero etiam verba אע mobilis significatione conveniunt cum verbis quiescentibus עו, velut דָּאַב syr. ܕܐܒ languit, טוּב aram. טְאֵב bonus fuit, לָאַט et לוּט abscondidit, מוּךְ chald. מְאַךְ attenuatus est, רָאַם (Zach. XIV, 10) i. q. רוּם altum esse etc. Quo denique factum est, ut verba etiam פא significatione concinant cum עו et עי, velut אָבַד arab. بَادَ periit, אָדַשׁ et דּוּשׁ trituravit, אָזַל et زَالَ abiit, אָמַן et مَانَ educavit, nutrivit, אָנַשׁ et ܢܫ aeger fuit, cf. etiam s. v. אָבַק, אָגַר. (Cf. *Lehrgebäude der hebräischen Sprache* pag. 453. Schroeder de vestitu mulierum hebr. pag. 97).

Ad *vocum hebraicarum conformationem* quod attinet, notandum est 1) Hebraeos saepe א schwatum ab initio vocum abjicere per aphaeresin, veluti אֲנַחְנוּ et נַחְנוּ *nos*, in sequiore potissimum Hebraismo, ut אֶחָד pro חַד (Ezech. XXXIII, 30), שֶׁ pro אֲשֶׁר, et praefixo articulo הָאֲסוּרִים pro הַסּוּרִים *captivi* Eccles. IV, 14, הָרַמִּים pro הָאֲרַמִּים 2 Paralip. XXII, 5, הָאַשְׁפּוֹת pro הַשְּׁפוֹת Neh. III, 13. Frequentissima est eadem literae Aleph aphaeresis in lingua syriaca, chaldaica, et arabica vulgari. Et Syri quidem partim Olaph scribunt, neque tamen pronuntiant, sed occultant, ut ܐܚܝܢܐ ch'jon *cognatus*, ܐܢܫ homo, ܐܢܐ ego, partim totum abjiciunt, ut in אֱנוֹשׁ, ܢܫܐ homo, אֵזוֹב, ܙܘܦܐ hyssopus, אָחוֹת, ܚܬܐ soror (v. Hoffmanni gr. syr. p. 127. 129). E reliquis dialectis cf. מַר in Targ. Hieros. pro אֲמַר dixit, لَهْ pro اِلَهْ deus (Golii Lex. arab. p. 2164), بو pro ابو pater, in statu constr. (v. Dombay gramm. mauro-arabica p. 14). E contrario

2) Hebraei ab initio vocum *Aleph prostheticum* praeponere solent, idque potissimum *a)* vocalibus Patach vel Segol praeditum, facilioris pronuntiationis ergo, ubi vocabulum a duabus consonantibus Schwa mobili tantum distinctis incipit, velut זְרוֹעַ et אֶזְרוֹעַ brachium, תְּמוֹל et אֶתְמוֹל heri, כָּזָב et אַכְזָב mendax, coll. אֶפְרֹחַ, אֶגְרוֹף, אֶצְבַּע, אַרְבַּע, אֶתְנַן, אֶזְרָח. Idem in lingua arabica, syriaca, rabbinica frequentissimum est, v. c. اِثْنَان pro ثْنَان duo, אִשְׁתִּיו pro שְׁתִיו biberunt, imprimis in vocabulis peregrinis v. c. اِسْكُول schola, اِقْلِيم κλίμα, ܐܣܛܠܐ, אִסְטְלָא στολή, אסטרבון talmud. Στραβών, اِشْمُون urbs Aegypti, pro ϢⲘⲞⲨⲚ pro ϢⲘⲞⲨⲚ. V. quos laudavimus *Lehrgeb.* pag. 140, adde Champollion l'Égypte I, pag. 312. de Sacy gramm. arabe I, §. 89. Hoffmanni gramm. syr. p. 131. E linguis occidentalibus haec habeas exempla: ἐχθές et χθές heri, *spiritus* ital. ispirito (in ispirito), gall. *esprit; spinula, epingle; status, estat, état; scribere* gall. *ecrire*, olim *escrire*: e lingua aegyptiaca ⲈⲚϪⲀⲒ pro ⲚϪⲀⲒ res, ⲈⲘⲔⲀϨ pro ⲘⲔⲀϨ afflictio. Alibi *b)* אֶ praeponitur ab initio, ubi duarum ille consonantium concursus locum non habet, v. אֲחִידָה, אֲדַרְכֹּנִים, אֲגַפִּים, אֲבַעְבֻּעוֹת, אֲבַטִּיחִים, pro חִידָה, דַּרְכֹּנִים, גַּפִּים, בַּעְבֻּעוֹת, בַּטִּיחִים, cf. in lingua chaldaica לְהֵן et אֲלְהֵן cur?, quanquam in hac dialecto א etiam cum Patach vel Chirek sequ. Dagesch praefigitur, v. c. גַּן chald. אִגַּן, אִגָּן hortus, דַּם chald. אִדַּם, אִדָּם sanguis, מָה, אִמָּה quid, בַּר, אִבַּר filius. Tandem *c)* e Syriasmo א etiam Jod mobili ab initio vocum praefigitur v. c. יֵשׁ, ܐܝܬ, אִיתַי (unde אִשׁ 2 Sam. XIV, 19. Mich. VI, 10), יִשַׁי et אִישַׁי 1 Paralip. II, 12, cui conferas Syrorum pronuntiationem י ab initio ut I efferentium (Chr. B. Michaelis lum. syr. §. 6. sq.). Ad hanc literae Aleph prosthesin quod attinet, Judaeus quidam doctus, Jos. Berneys (in censura lexici mei minoris, *Marb. Theologische Annalen* 1817, Febr.) non sine nostrae sententiae vituperio eam duntaxat ante literas sibilantes, aspiratas et ר, nequaquam ante י locum habere posse monuit: male quidem, si (quod fieri omnino debet) totum linguarum semiticarum ambitum spectas. Praeter אֲחִידָה, אֲלְהֵן,

cf. exempla arabica أَطْرَابُلُس ,اِقْرَانِيُون cranium, أَطْرَابُلُس Tripolis, اِيمن jusjurandum pro يمن , امبارك pro مبارك benedictus. — Caeterum in uno alterove vocabulo dubitare potes, utrum pro radicali an prosthetico habeas א modo obvium, modo abjectum, velut in אֱגוֹז nux, אַפֶּדֶן arab. فَدَن palatium.

Tandem monendi sunt tirones, א literis radicalibus praemissum aliquando etiam significare nomen verbale conjugationis Hiphil v. c. אַזְכָּרָה sacrificium memoriale a הִזְכִּיר, qua de re cf. *grammat. Lehrgebäude* pag. 499. Fuerunt quoque Grammatici, qui Aleph aliquando superlativi et intensionis notam esse censerent, ut Eliph in lingua arabica, eoque referrent exempla אַכְזָב ,אַכְזָרִי. Nos vero non dubitamus, Aleph in his quoque vocibus pro mera prosthesi esse habendum.

De variis, quas litera א subire solet, vicissitudinibus, quatenus e numero quiescibilium est, exposuimus in libro grammatico §. 40 — 42, nec ea h. l. repetere attinet. Caeterum Aleph nostro, quod duplici, aspirationis et vocalis, officio fungebatur apud Hebraeos, simile est Ἦτα veterum Graecorum, quod antiquissimis temporibus et postmodo apud Aeoles pro aspiratione erat, ut scriberent *TH* pro *Θ*, *ΠΗ* pro *Φ*, *KH* pro *X*, *ΗΗΛΙΟΣ* pro ἥλιος, unde usus literae H apud Latinos petitus est; praetereaque in vocalium numero E longum denotabat. (Cf. Fischeri Animadverss. ad Welleri gramm. gr. T. I. p. 147. Mureti var. lect. XVIII, 1).

אבב radix Hebraeis inusitata, Chaldaeis in Pa. אַבֵּב *fructum protulit*, inprimis de fructu primo et praecoce (Hos. IX, 10 Targ.); Syris ܐܒܒ *flores produxit*; Arabibus et Hebraeis, ut videtur, de *graminum viridiumque protrusione* usurpata, unde أَبّ Plur. أَبُوب *gramina virentia, pecoris pabula*, quae Cor. LXXX, 31 opponuntur فاكهة fructibus, tamquam hominum cibo. Cf. Jehuda ben Karisch in Eichhornii *Biblioth. der bibl. Literatur* III, pag. 964. In dialectis aramaeis hujus radicis derivata de fructibus, floribus, aristis dicuntur, ut chald. אִבָּא ,אִבְּבָא fructus, pomum, אַבּוּב, ܐܒܘܒܐ fistula, pr. calamus (unde zab. אמבוב pro אַבּוּב, Melit. *lenbûb* pro *el enbûb* fistula, Vasalli Lex. p. 436, et Latinorum *ambubaja* i. e. tibicina Syra Hor. Sat. I, 2, 1), syr. ܐܒܐ, plur. ܐܒܒܐ fructus impr. molliores sine cortice, poma, syr. et zab. ܗܒܒܐ flos, sed ܐܒܐ pro אנבא herba et ܐܒܐ fructus vitis, sam. ࠀࠁࠁ et ࠀࠁࠁ arista, coll. Amhar. አበባ፡ flos.

אֵב m. *viror*, de herba, gramine. (Vide sub rad.). Job. VIII, 12 de junco: עֹדֶנּוּ בְאִבּוֹ *adhuc ille in virore suo* est, adhuc viret. Cant. VI, 11: אִבֵּי הַנָּחַל *virores vallis* i. e. gramina viridia in convalli. Vulg. *poma*, ex usu loquendi Chaldaeorum, suffragantibus nonnullis Hebraeis.

אֵב chald. m. *fructus*, cum suff. אִנְבֵּהּ pro אִבֵּהּ (cum Dagesch forti resoluto in Nun) Dan. IV, 9. 11. 18. Ita saepe in Targg. pro hebr. פְּרִי. De cognato Syrorum et Zabiorum usu vide supra in rad.

אָבִיב m. *spica, arista*. Levit. II, 14. Exod. IX, 31: הַשְּׂעֹרָה אָבִיב pro בְּאָבִיב *hordeum* erat *in arista*, i. e. aristis instructum erat. (Cf. ad hanc ellipsin id quod statim sequitur: וְהַפִּשְׁתָּה גִּבְעֹל *et linum erat in folliculis*, et Cant. II, 13: הַגְּפָנִים (ב)סְמָדַר *vites sunt in floribus*). Hinc חֹדֶשׁ הָאָבִיב mensis spicarum Exod. XIII, 4. XXIII, 15. XXXIV, 18. Deut. XVI, 1, primus anni hebraei mensis, apud sequiores נִיסָן dictus (q. v.), a novilunio Aprilis (secundum Rabbinos, quos impugnat J. D. Michaelis in Comment. de mensibus Hebraeorum cf. ejusd. Commentatt. Bremae 1769 p. 16 sequ., Martii) initium ducens, quo tempore spicae in Palaestina maturescunt. LXX. in loco Exod. XIII, 4 optime transtulerunt: ἐν μηνὶ τῶν νέων sc. καρπῶν vel γεννημάτων. Vulg. — novarum frugum. Saad. بشهر الفريك *mense spicae maturescentis*. Minus recte ad sensum Syr. … ܝܪܚܐ ܕܗܒܒܐ *mensis florum*, ita tamen ut sono alludat, et Arabes duo inediti ap. Bochart. in Hieroz. I, p. 557: *mensis* الزهر et الفقاح *florum*. Caeterum sunt, velut Andr. Muellerus (gloss. sacr. p. 2), qui hebraeum hujus mensis nomen ab Aegyptiis, quibus undecimus mensis audit ЄПНП ἐπιφί, ἐπηφί (Plut. de Iside p. 372 apud Arabes ابيب teste Muellero l. c.), repetitum esse censeant, sono vocabuli ita inflexo, ut simul etymon in lingua hebraea emerserit; quae sententia vel ideo parum probanda est, quod mensis aegyptiacus Epiphi non Aprili, sed mensi potius Julio, respondet. Vide Fabricii Menologium p. 22 — 27. Jablonskii Opuscc. ed. te Water T. I. p. 65 sq. De nom. proprio תֵּל אָבִיב s. v. תֵּל rad. תָּלַל.

אֲבַגְתָא nomen proprium eunuchi persici in aula Ahasveri. Esth. I, 10. Procul dubio etymon hujus vocis in lingua persica quaerendum est, et significatione illa congruit cum בִּגְתָא ,בִּגְתָן ,בִּגְתָנָא ibid. I, 10. II, 21. VI, 2, et *Bagoas* (v. Burtoni Λείψανα vet. linguae pers. pag. 22). Dubium tamen, utrum conferendum بچه *batsch* famulus, juvenis, an, quod praefero, بخته *bukteh* fortunatus, vel پخته *pükteh* coctus, i. e. versutus, callidus, Gulistan pag. 125. 170.

אָבַד fut. יֹאבַד et (in fine enuntiationum) יֹאבֵד (cf. Job. III, 3 et XX, 7; Deut. XXII, 3 et Job. VIII, 13) 1) *periit, interiit.* Frequentatur de hominibus aliisque animantibus intereuntibus (Ps. XXXVII, 20. XLIX, 11. Job. IV, 11. Prov. XI, 10. Jud. V, 31 cet.), interdum adjecta phrasi מֵעַל הָאָרֶץ ut sit: exscissus est e terra, Deut. IV, 26. XI, 17. Jos. XXIII, 13. 16; porro de terra domibusque quae vastantur (Jer. IX, 11. Amos III, 15), de instrumentis bellicis, quae destruuntur (2 Sam. I, 27), de rivis, qui evanescunt (Job. VI, 18), de messe amissa Joël I, 11, et trop. de spe, votis, desideriis, quae irrita fiunt (Ps. IX, 19. CXII, 10. Prov. X, 28. XI, 7. Job. VIII, 13. Ezech. XIX, 5), de vaticinio, quod non impletur (Ezech. XII, 22), de sapientia, quae exstinguitur in aliquo populo (Jes. XXIX, 14), de nomine et memoria, quae delentur (Ps. XLI, 6. Job. XVIII, 17) etc. — Construitur cum לְ personae, cui aliquid perit 1 Sam. IX, 3. 20; nec non cum מִן, ut Deut. XXII, 3. Job. XI, 20: מָנוֹס אָבַד מִנְּהֶם *refugium periit iis.* Jerem. XXV, 35. Ps. CXLII, 5. Ezech. VII, 26: תּוֹרָה תֹּאבַד מִכֹּהֵן וְעֵצָה מִזְּקֵנִים *lex peribit sacerdoti, et consilium senibus,* cf. Jer. XVIII, 18. XLIX, 7. Deut. XXXII, 28: גּוֹי אֹבַד עֵצוֹת *gens, cujus consilium periit* i. e. *absque consilio,* ut recte Vulgatus, consilii expers, stolida. Jer. IV, 9: יֹאבַד לֵב הַמֶּלֶךְ *peribit cor regis,* sc. prae metu et terrore. (Cf. infra usum loquendi aethiopicum). — Ps. I, 6: דֶּרֶךְ רְשָׁעִים תֹּאבֵד *via improborum perit* i. e. ad exitium ruit, ubi minime necesse est mutatis vocalibus legere תְּאַבֵּד. — In formulis execrandi Job. III, 3: יֹאבַד יוֹם אִוָּלֶד בּוֹ *male pereat dies, quo natus sum.*

2) *amissus est, verloren seyn,* et q. d. evanuit, sich verloren haben, inpr. de ove *amissa* et *oberrante,* ut שֶׂה אֹבֵד ovis amissa et oberrans Ps. CXIX, 176, צֹאן אֹבְדוֹת Jerem. L, 6. Ezech. XXXIV, 4. 16. Inde etiam de hominibus vel Nomadum instar vel in exilio oberrantibus. Deut. XXVI, 5 Jacobus dicitur אֲרַמִּי אֹבֵד *Aramaeus oberrans.* Jes. XXVII, 13: הָאֹבְדִים בְּאֶרֶץ אַשּׁוּר *qui in Assyria oberrant, exulantur.* In altero hemistichio respondet הַנִּדָּחִים. Cf. germ. *Elend,* quod in antiquiore lingua de exilio dicitur.

3) *miser, infelix, perditus fuit.* Part. אֹבֵד perditus, miser. Job. XXIX, 13. XXXI, 19. Prov. XXXI, 6.

Apud Syros et Nasoraeos (qui etiam ܥܒܕ scribunt) ܐܒܕ, apud Samaritanos ࠀࠁࠃ eodem sensu frequentatur. Apud Arabes cum vi pereundi usurpatur vox cognata بَادَ med. Je; radix أَبَدَ Conj. I. est *aufugit,* inprimis aufugit fera in desertum, quae significatio finitima est usui Hebraeorum, quem secundo loco exposuimus, coll. synonymo بعد longius abfuit et male periit (Schultens ad Job. V, 4. pag. 132). Conj. V. deserta fuit terra. A pereundo autem est nomen أَبِدَةٌ *infortunium* et *malum ingens,* quod minus apte Dschauharius aliique a notione perennitatis, quae est in conjugatione secunda, derivant. Apud Aethiopes አበደ: est *stultus fuit, insanivit,* forsan proprie *periit cor* s. intellectus *ejus,* ita ut prope accedat ad usum specialiorem supra in locis Deut. XXXII, 28. Jer. IV, 9 observatum. Vide Ludolf. Lex. aethiop. pag. 355. Comment. ad hist. aethiop. pag. 203. Lud. de Dieu crit. sacr. pag. 114, et cf. syriacum ܥܒܠ insanivit, quod itidem explicandum e pleniore phrasi hebraea שִׁנָּה טַעַם mutavit intellectum. Vide s. h. rad.

Not. In loco Prov. XXI, 28 quidam interpp. cum Dathio usum loquendi Arabum adhibent, apud quos أَبِدَ est *obscure et intricate locutus est* (fors. *sich verlieren, verwickeln in seiner Rede*), locumque ita interpretantur: עֵד כְּזָבִים יֹאבֵד וְאִישׁ שׁוֹמֵעַ לָנֶצַח יְדַבֵּר *testis mendax intricate loquitur, sed vir, qui vere audivit* (i. e. testis verax, qui vero rerum testandarum testis fuit) *sincere loquitur.* Sed retinere potes vulgarem certumque verbi significatum, modo vertas: *testis mendax perit, vir autem* (vero) *audiens in perpetuum locuturus est.* Difficultas posita est in voce שׁוֹמֵעַ, neque vero in verbo אָבַד.

Pi. אִבֵּד fut. יְאַבֵּד 1) *perire fecit, perdidit,* et quidem homines i. e. occidit, exstirpavit (2 Reg. XIII, 7. Esth. III, 9. IV, 7. Job. XII, 23. Ezech. XXVIII, 16), it. loca i. e. vastavit Deut. XII, 2, idola idolorumque sacella 2 Reg. XIX, 18. Num. XXXIII, 52. Ezech. VI, 3, divitias i. e. dilapidavit Prov. XXIX, 3, cor alicujus i. e. intellectum, prudentiam Eccles. VII, 7 (coll. Jer. IV, 9 et ad rem Exod. XXIII, 8), nomen alicujus Deut. XII, 3. Interdum additur מִן loci, ut sit exstirpavit ex aliquo loco Deut. XII, 3. Ps. XXI, 11.

2) *pro amisso habuit,* verloren geben. Eccles. III, 6, ubi opponitur quaerendi actioni, בַּקֵּשׁ עֵת. (Locus parallelus est Ps. CXIX, 176).

3) *oberrare fecit, dispersit,* v. c. gregem Jer. XXIII, 1. — Ezech. XXVIII, 16 legitur וָאַאַבֶּדְךָ pro וָאֲאַבֶּדְךָ, conf. similia exempla *Lehrgeb. der hebr. Sprache* pag. 378.

Hiph. הֶאֱבִיד i. q. Pi. *perdidit, delevit,* et quidem homines, populosve Deut. VII, 10. VIII, 20. IX, 3. 2 Reg. X, 19, interdum addita phrasi מִקֶּרֶב הָעָם e medio populo Lev. XXIII, 30, vel מִתַּחַת הַשָּׁמַיִם Deut. VII, 24, coll. Num. XXIV, 19. Jerem. XLIX, 38; it. perdidit terram i. e. vastavit Zeph. II, 5, spem i. e. spem ademit Job. XIV, 19, nomen i. e. delevit, exstinxit Deut. VII, 24. — In 1. Fut. semel legitur אֹבִידָה pro אַאֲבִידָה Jerem. XLVI, 8 coll. *Lehrgeb.* pag. 377.

אֲבַד fut. יֵאבַד chald. id., cum מִן loci, unde quis exstirpatur Jerem. X, 11. In Targg. haec radix frequentissima est.

Aph. הוֹבֵד fut. יְהוֹבֵד, inf. הוֹבָדָה perdidit, occidit, ut homines, bestias, Dan. II, 12. 18. 24. VII, 26.

Hoph. (per Hebraismum, siquidem haec species proprie a Chaldaismo aliena est) הוּבַד perditus est Dan. VII, 11.

אֹבֵד m. nom. partic. 1) *infelix*, *miser*, v. supra in rad. 2) *interitus* Num. XXIV, 20. 24. Nomina enim participialia nonnunquam etiam ad abstracta referuntur cf. *Lehrgeb.* pag. 488. Aliis, ut Alb. Schultensio, Jo. Simoni est Verbale conjugationis Poël, quae tamen in hac radice non invenitur.

אֲבֵדָה f. (cum Zere impuro, cf. Deut. XXII, 3) 1) *res perdita*, *amissa* Exod. XXII, 8. Levit. V, 22. 23. Deut. XXII, 3. Syr. et zab. ܐܒܕܬܐ, chald. אֲבֵדְתָא. 2) *perditio*, *exitium*, et i. q. אֲבַדּוֹן locus perditionis, de orco, Prov. XXVII, 20 in Chethibh. Keri habet אֲבַדּוֹ.

אֲבַדּוֹן m. 1) *perditio*, *exitium* Iob. XXXI, 12. Syr. ܐܒܕܢܐ, zab. ܐܒܕܢܐ, ܐܒܕܘܢܐ, ܐܒܕܘܢ, ܐܒܕܢ id. — 2) *locus perditionis*, i. q. *orcus* (coll. دار البوار et دار البور locus perditionis i. e. orcus, vit. Tim.), ut fere syn. sit τοῦ שְׁאוֹל. Jungitur cum שְׁאוֹל Iob. XXVI, 6. Prov. l. c. קֶבֶר Ps. LXXXVIII, 12. מָוֶת Iob. XXVIII, 22. In N. T. Ἀβαδδών nomen est genii mali orco praepositi, quod graece explicatur Ἀπολλύων Apoc. IX, 11.

אַבְדָן m. Esth. IX, 5 et

אָבְדַן st. constr. אָבְדַן Esth. VIII, 6 m. *perditio*, *excisio*. Utrumque est Verbale primae conjugationis, ita quidem, ut prius proprie descendat a forma אָבַד, posterius a forma אָבֵד. Prius minime pro Verbali pielico est habendum.

אָבָה fut. יֹאבֶה 1) *voluit*, *propensus facilisque fuit*. Praeter loca Jes. I, 19 et Iob. XXXIX, 9 ubique cum negandi particula jungitur. Construitur c. inf., vel nudo Deut. II, 30. X, 10. XXV, 7. 2 Reg. XIII, 23. Jes. XXX, 9. XLII, 24, vel praemisso Lamed Lev. XXVI, 21. Deut. I, 26. 2 Sam. XIII, 14. 16, ut Exod. X, 27: לֹא אָבָה לְשַׁלְּחָם *noluit eos dimittere*, Iob. XXXIX, 9: הֲיֹאבֶה רֵים עָבְדֶךָ *an volet bubalus tibi servire?* Cum accus. nominis legitur Prov. I, 25, et absolute Jes. I, 19: אִם תֹּאבוּ וּשְׁמַעְתֶּם *si faciles vos praebetis et auditis*, obeditis Prov. I, 10. 1 Reg. XX, 8. Denique cum dat. pers. et rei *facilem se praebuit alicui*, *morem gessit*, *obtemperavit*, Ps. LXXXI, 12. Deut. XIII, 9. Prov. I, 30. Saepe jungitur synonymo שָׁמַע לְ. 2) *desideravit*, *egiuit*, quae radicis vis comparet certe in nominibus derivatis אֶבְיוֹנָה, אֶבְיוֹן.

Apud Arabes et Aethiopes rad. أبى, አበየ vim habet plane contrariam *nolendi*, *recusandi*, *rejiciendi* (Cor. Sur. II, 32. 282. it. Har.). At haec radicis vis forsan recentior est in linguis semiticis et ex usu demum Hebraeorum, qui constructione huius verbi negativa delectantur, enata. Cf. quae de opposita significatione in una eademque radice obvia disputabimus infra sub rad. נָכַר. Propius ad usum loquendi biblicum accedit cogn. أَبَّ contendit ad aliquid, unde أَبّ propositum.

In Praet. Kal pro אָבוּ semel legitur אָבוּא, cum Aleph redundante, more Arabum Jes. XXVIII, 12. Fut. pro תֹּאבֶה Prov. I, 10 est תֹּבֵא more Chaldaeorum.

אָב (pro אָבֶה vide not. 1.) st. constr. אֲבִי (ad modum formae segolatae a rad. לוּ derivatae) c. Suff. levibus אָבִיךָ, אָבִיו, אָבִינוּ, cum suff. gravibus אֲבִיכֶם, אֲבִיהֶם, cum suff. 1 pers. אָבִי (a forma אָב), plur. אָבוֹת, cum suff. אֲבוֹתֵי, אֲבוֹתֵיכֶם cet. (cf. not. 2), m. *pater*. Patris vero nomen honorificum Hebraei multifariam adhibent in cognationis, honoris et officii designatione. Ac primum quidem 1) de *majoribus* in genere usurpatur Gen. XXVIII, 13. 1 Reg. XV, 11: *et Asa fecit*, *quae Deo placebant*, *quemadmodum Davides pater ejus* (אָבִיו). Jes. XLIII, 27: אָבִיךָ הָרִאשׁוֹן חָטָא *pater tuus primus peccavit*, quod de Adamo plurimi intelligunt, melius tamen collectiv accipitur, ut sententia sit: *patres tui antiquissimi peccaverunt*. LXX. οἱ πατέρες ὑμῶν πρῶτοι. Trop. Gen. IV, 21: אֲבִי כָּל־תֹּפֵשׂ כִּנּוֹר וְעוּגָב *pater omnium qui citharam tibiamque tractant* i. e. harum artium primus inventor. Etiam in N. T. et apud graecos scriptores profanos πατήρ dicitur de inventore rei, deque eo, cuius exemplum alii sequuntur et vestigia premunt. Vid. Schleusneri Lex. in N. T. s. v. πατήρ, no. 8. 9. Virg. Georg. IV, 382. Lucret. III, 9. Plur. אָבוֹת patres, *majores* Exod. XII, 3. Num. XIV, 18 cet. Pater dicitur

2) de *progenitore*, *creatore*, et animantium et rerum inanimatarum. Iob. XXXVIII, 28: הֲיֵשׁ לַמָּטָר אָב *an pluviae est pater?* i. e. creator, cf. in altero hemistichio: מִי הוֹלִיד א׳ ט׳. Hoc eodem sensu de Deo dicitur, ubicunque ille in V. T. *hominum pater* nuncupatur. Jes. LXIII, 16. LXIV, 7: וְעַתָּה יְהוָה אָבִינוּ אָתָּה אֲנַחְנוּ הַחֹמֶר וְאַתָּה יֹצְרֵנוּ *iam vero tu Deus es pater* (i. e. creator) *noster*, *nos sumus argilla et tu finxisti nos*. Recte Saad. منشئنا creator noster. Deut. XXXII, 6: הֲלוֹא הוּא אָבִיךָ קָּנֶךָ *nonne ille pater tuus*, *qui creavit te?* Abusaides bene خالقك creator tuus. Jer. II, 27 de idololatris: אֹמְרִים לָעֵץ אָבִי אַתָּה וְלָאֶבֶן אַתְּ יְלִדְתָּנוּ *qui dicunt ligno*, *tu pater meus*, *et lapidi*, *tu generasti nos*. Jer. III, 19. Malach. II, 10. (Ad Iob. XXXIV, 36. vid. not. 3.). Apud Graecos Jupiter aliique Dii πατρὸς nomine compellabantur, Odyss. IV, 341. Aeschyl. Sept. ante Theb. 120, quod ita explicat Diod. Sic. V, 72: πατέρα δὲ (προσαγορευθῆναι αὐτὸν) διὰ τὴν φροντίδα καὶ τὴν εὔνοιαν τὴν εἰς ἅπαντας, ἔτι δὲ καὶ

τὸ δοκεῖν ὥσπερ ἀρχηγὸν εἶναι τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. Apud Persas *Mithras* κατ' ἐξοχὴν hoc cognomine condecoratus est. Julian. Caes. p. 336. Spanh. — Pater dicitur

3) de *altore*, eoque, qui parentis more beneficiis de aliis bene meretur. Job. XXIX, 16: אָב אָנֹכִי לָאֶבְיוֹנִים *pater eram egenis.* „In Diw. Hudeilitarum extat, quod huc speciatim quadrat: ابو الاضياف والايتام ساعة لا يعد اب *pater hospitum et pupillorum, quum nemo numeratur pater.* Similiter Tebrizius ad Hamasam: يقال فلان ابو الايتام اذا يحفظهم ويكثرون عنده *dicitur pater orphanorum de eo, qui fovet eos, quantumvis frequentes adveniant.*" Alb. Schultens ad h. l. Cf. 2 Cor. VI, 18: ἔσομαι ὑμῖν εἰς πατέρα. Ies. IX, 5 Messias dicitur אֲבִי־עַד *pater sempiternus* sc. populi. Eodem sensu Persae Cyrum vocarunt *patrem* (v. Herodot. III, 89, et Procli locum apud Creuzerum, *Symbolik und Mythologie* T. I. p. 724 ed. II), Romani imperatores suos *patres patriae*, ac Sinenses regem nuncupant *patrem magnum* (nisi hoc est pro *domino magno* cf. no. 7 et בֵּן de servo 2 Reg. XVI, 7), *coeli filium* (Barrow *Reise nach China*, vers. germ. T. I. p. 3). Jes. XXII, 21 Eljakimus, praefectus palatii Hierosolymitani, dicitur pater incolarum Hierosolymae. Apud Arabes verbum denominativum أَبَا est *patrem se praebuit, aluit, educavit.* — Patris nomine

4) honorifice compellantur *sacerdotes atque prophetae*, etiam a regibus 2 Reg. VI, 21. XIII, 14, unde ibid. cap. VIII, 19 rex prophetae se *filium* nuncupat. Jud. XVII, 10: הֱיֵה לִי לְאָב וּלְכֹהֵן *sis mihi pater atque sacerdos.* XVIII, 19. Uterque, et sacerdos et propheta, ita dicitur tanquam magister divina auctoritate instructus, qua de causa etiam prophetae aliique scriptores divini filiorum filiarumque nomine compellant legentes. Vid. Prov. IV, 10. 20. V, 1. 10. VI, 1. 3. VII, 1. 24. Ps. XLV, 11. Eodem prorsus modo apud recentiores Judaeos atque Christianos et sacerdotibus et senioribus doctoribusque sacris patris nomen tribuitur (cf. Matth. XXIII, 9. Act. VII, 2), videlicet אַבָּא i. e. רַבִּי apud Judaeos (v. Buxtorf. Lex. talmud. pag. 10. Schoettgen hor. hebr. et talmud. T. I. p. 745. Carpzovii Apparat. ad antiq. s. cod. pag. 125. 140). Apud Aethiopes አበ: *Abba* dicitur de quovis viro docto et claro (Ludolf. Lex. aethiop. pag. 350. Comment. ad hist. aethiop. pag. 28); in vetere ecclesia *Abbas* dictus est monachorum eremitarum praefectus; in eadem *Papae* nomen usurpabatur de episcopis, et imprimis de pontifice romano, unde nostratium *Pabst*, qui hodieque compellatur *santissimo padre*, *heiliger Vater*; *patres* ecclesiae appellati sunt clarissimi ecclesiae doctores, cf. denique in vita communi *Pater* de monachis, et *Pope* de Russiae sacerdotibus cet. Apud Persas *magi* et quicunque in mysteriis mithricis ad summum gradum pervenerant (Porphyr. de abstin. IV, 16. Hyde de rel. vett. Persarum cap. XXX.) *Patres* salutabantur.

5) *Pater Regis* dicitur de summo regis consiliario et amico, quem *Wesirum* (وزير) hodie appellant Orientales. Gen. XLV, 8 de Josepho: וַיְשִׂימֵנִי לְאָב לְפַרְעֹה *constituit me patrem Pharaonis* i. e. amicum, consiliarium eius. Ita Hamanus dicitur δεύτερος πατήρ Artaxerxis Esth. gr. XIII, 6, coll. XVI, 11, Lasthenes 1 Macc. XI, 32 a rege Demetrio πατήρ vocatur. In Barhebr. Chronico syr. pag. 219. lin. 15 aliquis ita compellatur: ܘܐܢܬ ܬܗܘܐ ܠܗ ܐܒܐ ܘܡܡܠܟܢܐ ܘܡܕܒܪܢܐ *et tu eris ei* (Chalifae) *pater et consiliarius et conductor.* Cf. Elmacinus in vita Haronis pag. 112. Prae caeteris huc pertinet titulus turcicus اتابك *Atabek* i. e. *pater principis* (neque vero pater principis, see. d'Herbelotum, Deguignes, Adlerum) i. e. princeps, qui alii principi patris loco est, amicus regis supremus, unde recte Abulfeda (Annal. Muslem. T. III. pag. 226) الوالد الامير; idemque alibi simpliciter dicitur الوالد. Vide Ockley hist. Saracenarum pag. 533. Fraehn in Ephemeridibus lit. Jenensibus *Ergänzungsbl.* 1822 no. 55. Ita etiam لالا *Lala pater* dicitur de Wesiro turcico (cf. Burder Oriental Customs ad Gen. l. c.), et اتاليق *Atalik* de Chano bocharico. Posterius hoc vocabulum in lingua tatarica pr. est *paternitas*, *amor paternus*, et abstr. pro concr. posito is, qui Chano juveni pro *patre* est, ejus *gubernator regius.* Cf. אֲבִימֶלֶךְ et אַבְרֵךְ, porro d'Herbelot bibl. orientale v. Atabek, Jablonskii Opuscc. ed. te Water T. I. p. 206. Patris nomen

6) adhibetur ad *intimam necessitudinem* metaphorice significandam. Job. XVII, 14: לַשַּׁחַת קָרָאתִי אָבִי אָתָּה *corruptioni* (putredini) *dixi, tu pater meus es*, cf. quod sequitur: *et mater sororque vermibus*, et Ps. LXXXVIII, 19.

7) Apud Arabes et Aethiopes *patris* nomen saepe transfertur ad *possessorem*, quemadmodum בַּעַל, ذو, et saepissime dicitur de *eo*, *qui aliqua re pollet* vel *ea praeditus est.* Ita አበ: ላሕም: *pater bovis* est i. q. ባዕለ: ላሕም: *dominus bovis*, et apud Arabes أبو الشام pater odoris i. q. arbor odorifera, balsamum; ابو الحصين pater munitiunculae i. e. vulpes rel. Vide praeter Golium et Castellum, Hariri Consess. XIX. p. 189. ed. de Sacy ibique comment. p. 196, A. Th. Hartmann Excurs. II. ad Micham, v. Hammer (*Fundgruben des Orients* VI, 402. *Encyclop. von* Ersch *und* Gruber I, 210), d'Herbelot bibl. orient. p. 17, quibus haec exempla addere lubet: ابو جراة pater audaciae i. e. leo; ابو زاجر pater vaticinii i. e. corvus; ابو وثاب pater assultus i. e. dorcas; ابو ايوب pater Jobi i. e. camelus patiens; ابو برص pater leprae i. e. lacerta. Atqui fuerunt, qui hunc loquendi usum in Hebraismo etiam agnoscerent, nimirum in phrasi אֲבִי־עַד *pater aeternitatis* Jes. IX, 5 et interpretarentur *aeternus*, quod tamen minus placet, quam interpretatio supra (no. 3) proposita. Haud raro tamen hic Arabismus in nominibus propriis cum אָב et אֲבִי

compositis obvius est, ut in אֲבִי־עַלְבוֹן pater roboris i. e. robustus; אַבְשָׁלוֹם pater pacis i. e. pacificus.

Not. 1. Retulimus quidem nomen אָב inter derivata verbi אָבָה, cujus analogiam ita sequitur, ut esse videatur pro אָבֶה (quemadmodum חַו pro חָוֶה). Sed tantum abest, ut vulgarem sententiam de *patre a volendo* vel a *benevolentia* dicto probemus, ut pro certo habeamus, hoc nomen cum multis aliis primitivum esse (*Lehrgeb.* §. 118). *Patris matrisque* vocabula in lingua hebraea et in multis aliis procul dubio simplicissimos infantis balbutientis sonos labiales (b, p, m) continent (v. Jes. VIII, 4), quibus vocalis quaedam vel ab initio vel in fine adjecta est. Vide pers. et turc. بابا coll. arab. بَابَا i. e. *παππάζειν*, graec. *πᾶ*, *ἄπ*, *παπᾶ*, *ἄππα*, *πάπας*, *πάππας* (Valken. ad Herod. 307), *ἀπφά*, *ἄπφυς* (Theocr. XV, 14), ind. *pità*, *pid*, *Bap*, *Bapa*, *Bappa*, sinic. *fu*, lat. *avus*, *pappus* i. e. senex (Varr. L. L. VI, 3), *papa* de episcopis, hung. *apa*, cf. Wolf bibl. hebr. II, p. 1480. Eadem labiali p, quam infantes balbutientes primam protrudere solent, praeterea per onomatopoësin indicatur *esus* (papare, pappare, germ. pappen) et *locutio*, imprimis infantis balbutientis (بَبَّغ *papeln* cf. ببغا *papagafo* psittacus): *matris* vero nomen in plurimis linguis literam primariam habet m, velut *μᾶ*, *μάμα*, *μάμμα*, *μάμμη* (Valken. l. c.) *Mama*, *Maman*, hebr. אֵם, germ. *Amme* (de nutrice, tanquam altera matre), ind. *amà*, *amba*, *mità* sin. *mu* cet.

Caeterum hoc nomen, quod in lingua hebraea et arabica sequitur analogiam verborum לה, apud Syros, Chaldaeos et Aethiopes formas habet ad analogiam τῶν ע״ע compositas, aliasque quibus ה mobile pro tertia radicali adjectum est, quae tamen non magis probant, hoc nomen vere derivandum esse a verbis אבב vel אָבָה. En recensum formarum praecipuarum in dialectis obviarum, quae ad usum biblicum illustrandum facere possunt. Arab. أَبٌ pro أَبُو in st. constr. أَبُو, أَبِي, أَبَا pro casus terminatione, Plur. آبَاءٌ rarius أُبُوَّاتٌ et أُبَّهَاتٌ (inserto He), verbum denom. أَبَا *pater fuit*. Syr. et Chald. אַבָּא, ܐܒܐ, Plur. ܐܒܗܐ et ܐܒܗ̈ܬܐ, cum verbo denom. ܐܒܝ *patrem fecit*, ܐܬܐܒܝ *pater factus est*. Sam. ࠀࠁ plur. ࠀࠁࠄࠕ, aethiop. አብ: et አብ: *abba* (in compellatione honorifica doctorum), ante Suff. አቡ: et አብ: (in accus.).

De Pluralis numeri terminatione feminea, quam male ita interpretatus est Schultensius quasi ea derivaretur a singulari deperdito אֲבוֹת *paternitas* et proprie notaret *paternitates*, *series patrum*, vide quae notavimus in *grammat. Lehrgeb.* pag. 530.

Not. 2. Pro vulgari status constructi forma אֲבִי bis occurrit אַב Gen. XVII, 4. 5 in etymo nominis אַבְרָהָם indicando, quod explicatur אַב הֲמוֹן גּוֹיִם. Caeterum haec eadem forma in multis comparet nominibus propriis cum ea compositis, ut אַבְנֵר, אַבְשָׁלוֹם, אַבְשַׁי, ejusque Patach in aliis adeo mutatur in Segol (ut in יֶרְכְּתָם pro יַרְכְּתָם), ut אֶבְיָתָר, אֶבְיָסָף. Forma st. constructi Arabibus et Chaldaeis usitata أَبُو, אֲבוּ etiam in lingua hebraea comparet in nomine proprio אֲבוּגַיִל 1 Sam. XXV, 18 Chethibh.

Not. 3. Dubiae interpretationis est locus Job. XXXIV, 36: אָבִי יִבָּחֵן אִיּוֹב עַד־נֶצַח Vulg. *pater mi, probetur Jobus usque ad finem.* Saad. ms. فيا ربي فليمتحن ايوب الى الابد *o domine mi! exploretur Jobus in aeternum.* Uterque אָבִי habet pro compellatione Dei, coll. Jerem. III, 19. Haud male, sed sensu paululum languente. Sunt igitur, qui vertant: *voluntas mea (est)*, *ut* cet. et אָבִי derivent a nomine אֵב vel אָבָה *voluntas, desiderium* a rad. אָבָה, praeeunte Chald. qui transtulit: צְבִיוֹנָא *volo*, aliisque interpretibus Hebraeis. Kimchi: חפצי ורצוני שיבחן איוב *voluntas mea et desiderium meum, ut exploretur Jobus.* Quanquam vix admittenda erit haec frequentissimi vocabuli nova significatio, praestat tamen ita interpretari, quam אָבִי accipere pro אָבִיא *adducam*, ut sensus sit: *rem eo adducam, ut probetur Jobus*, quod placet Alb. et H. A. Schultensiis, vel pro אֲבוֹי quod interpretantur *vae!*, quanquam *miseriae* potius vim habere videtur. Vide infra. Duas interpretationes conjungit *Moses Gekatilia Ms.* لو يشا منشيي ان يمتحن ايوب *utinam vellet creator meus, ut exploraretur Jobus.* Si conjectura opus sit, prae caeteris ea fuerit commendanda, quam proposuit Willmetus (ap. H. Alb. Schultensium), ut legatur: אַךְ יִבָּחֵן, a vulgari lectione parum abludens, modo teneas ב et כ literas esse simillimas et figuras finales recentioris originis esse videri.

* * *

Sequuntur nomina propria cum אַב, אֵב, אֲבִי, אֲבוּ composita ordine alphabetico digesta:

אֲבוּגַיִל (pater hilaritatis i. e. hilaris) 1 Sam. XXV, 18 Chethibh, pro vulgari אֲבִיגַיִל, quod habet Keri.

אֲבִי f. mater Hiskiae 2 Reg. XVIII, 2, quae in loco parallelo 2 Chron. XXIX, 1 אֲבִיָּה dicitur, quemadmodum etiam 2 Reg. in quibusdam libris comparet.

אֲבִי־עַלְבוֹן (pater roboris i. e. robustus, a rad. غلب praevaluit) m. unus ex heroibus Davidis 2 Sam. XXIII, 31, qui idem in loco parallelo אֲבִיאֵל dicitur 1 Paralip. XI, 32.

אֲבִיאֵל m. (pater roboris i. e. robustus) 1) 1 Paralip. XI, 32, vid. אֲבִי עַלְבוֹן. 2) avus Sauli regis 1 Sam. IX, 1. XIV, 51. In genealogia, quae extat 1 Paralip. VIII, 33. IX, 39. Ner Sauli avus fuisse dicitur, quem secundum

1 Sam. XIV, 51 potius patruum habuit. Hoc enim ejus stemma est:



אֲבִיאָסָף m. (pater collectionis i. e. collector) Levita e familia Korachi Exod. VI, 24, qui idem 1 Paralip. VI, 8. 22. IX, 19 אֶבְיָסָף vocatur.

אֲבִיגַיִל (pater exultationis i. e. exultans, hilaris) nomen proprium idque, quod mireris, duarum mulierum; 1) uxoris Nabalis, post cujus mortem Davides eam in matrimonium duxit 1 Sam. XXV, 3. 14. Eadem contr. אֲבִיגַל dicitur (ut arab. أَشْ pro أَيْشٍ quid?) comm. 32. et 2 Sam. III, 3 Chethibh. 2) nomen sororis Davidis 1 Paralip. II, 16, quae eadem אֲבִיגַל dicitur 2 Sam. XVII, 25.

אֲבִידָן (pater judicis) m. phylarcha Benjaminitarum tempore exitus ex Aegypto. Num. I, 11. II, 22.

אֲבִידָע m. (pater scientiae i. e. sapiens) filius Midianis Gen. XXV, 4. 1 Paralip. I, 33, forsitan oppidi Midianitici nomen.

אֲבִיָּה (pater Jehovae, i. e. vir divinus, ut videtur, i. q. אִישׁ אֱלֹהִים) A) nomen virorum: 1) filius Samuelis, natu secundus 1 Sam. VIII, 2. 1 Paralip. VI, 13. 2) Benjaminita quidam. 1 Paralip. VII, 8. 3) filius Jerobeami regis 1 Reg. XIV, 1. 4) sacerdos quidam e posteris Eleasaris, caput unius e viginti quatuor classibus a Davide constitutis 1 Paralip. XXIV, 10, ad quam postmodo pertinuit Zacharias, Joannis baptistae pater (Luc. I, 5). 5) sacerdos quidam Serubabelis coaevus. Nehem. X, 8. XII, 4. 17. 6) i. q. אֲבִיָּהוּ, rex Judae, v. infra. — B) nomen mulieris 1 Paralip. II, 24.

אֲבִיָּהוּ (pater Jehovae, cf. אֲבִיָּה) nomen regis Judae, filii et successoris Rehabeami, 2 Paralip. XIII, 20. 21, qui etiam אֲבִיָּה 2 Paralip. XI, 22. XIII, 1, sed in libris Regum constanter אֲבִיָּם scribitur 1 Reg. XIV, 31. XV, 1. 7. 8, quae fortasse verior nominis scriptura est, ita ut forma in Paralipomenis obvia antiquo scribendi vel legendi lapsui tribuenda sit.

De terminatione יָה et יָהוּ in nominibus promiscue usurpata, vide s. v. יָה; אֲבִיָּם vero aliud etymon requirit et verti potest: pater maris i. e. vel dominus maris, vel rei maritimae studiosus.

אֲבִיהוּא (pater illius) m. filius Aharonis, igne ab altari egresso a Deo una cum fratre Nadabo interfectus, Exod. VI, 23. XXIV, 1. XXVIII, 1. Lev. X, 1. Num. III, 2. XXVI, 60.

אֲבִיהוּד (pater Judaeorum, pro אֲבִי יְהוּד) m. vir Benjaminita, Benjamini nepos 1 Paralip. VIII, 3.

אֲבִיהַיִל (forsan corrupte pro אֲבִי חַיִל, sec. Jo. Simonem: pater lucis, vel splendoris, a rad. הוּל, quam ponit eandem vim habuisse atque הָלַל) nomen 1) uxoris Rehabeami, 2 Paralip. XI, 18, ubi quidam codd. legunt אֲבִיחַיִל. Cf. אֲבִיגַיִל. 2) viri e tribu Juda. 1 Paralip. II, 29.

אֲבִיחַיִל (pater fortitudinis i. e. fortis) 1) Levita, Mosi coaevus. Num. III, 35. 2) vir Gadita 1 Paralip. V, 14. 3) pater Estherae. Esth. II, 15. IX, 29.

אֲבִיטוּב (pater bonitatis) vir Benjaminita 1 Paralip. VIII, 11.

אֲבִיטַל (pater roris), mulier ex uxoribus Davidis. 2 Sam. III, 4. 1 Paralip. III, 3. Cf. חֲמוּטַל.

אֲבִיָּם rex Judae, v. אֲבִיָּהוּ.

אֲבִימָאֵל m. Gen. X, 28. 1 Paralip. I, 22, vir e posteris Joctani in Arabia, probabiliter pater (*Abi*) auctorve gentis cujusdam arabicae *Maël* dictae. Atque hujus gentis vestigium Bocharti sagacitas (Phaleg. II, 24) indagavit in loco Theophrasti (hist. plant. IX, 4): *γίνεται μὲν οὖν ὁ λίβανος καὶ ἡ σμύρνα καὶ ἡ κασία καὶ ἔτι τὸ κιννάμωμον ἐν τῇ τῶν Ἀράβων Χεῤῥονήσῳ περί τε Σαβὰ καὶ Ἀδράμυττα καὶ Κιτίβαινα καὶ Μάλι.* Eodem contextu Eratosthenes apud Strabonem (XVI. p. 1112) et Dionysius Periegetes (v. 959) habent Minaeos, *Μειναίους*, populum circa Meccam hodiernam degentem, et fundamento suo non caret Bocharti *Μάλι* pro antiquiore nomine Minaeorum habentis conjectura, e permutatione literarum n et l. Schneiderus pro *Μάλι* e duobus codd. edidit *Μαμάλι*, cui conferri possit *Μάμαλα κώμη* apud Ptolemaeum (VI, 7) in litore maris rubri. Praeterea apud eundem Ptolemaeum *Μανῖται* (forsan pro *Μαλῖται*) memorantur in vicinia Minaeorum, ut oriatur suspicio pro *Μάλι* apud Theophrastum legendum esse *Μάνι*, quod egregie conveniret cum مِنَى, loco 3 milliaribus distante ab urbe Mecca, vid. Abulfedae Arabia ed. Gagnier pag. 3. et 42.

אֲבִימֶלֶךְ (pater regis) 1) nomen complurium regum in terra Philistaeorum, ut regis Geraritici tempore Abrahami Gen. XX, 2 sequ. XXI, 22 sequ. et Isaaci Gen.

XXVI, 1 sequ., item regis urbis Gath tempore Davidis Ps. XXXIV, 1 coll. 1 Sam. XXI, 10, ubi idem Achis (אָכִישׁ) vocatur. Commune fere illud horum regum nomen titulusve fuisse videtur, ut Pharao regum priscorum Aegypti, Caesar et Augustus imperatorum romanorum. Iam vero *Pater Regis* vel *Pater Rex* cognomen est, quod in stylo Orientis et amicis regiis et ipsis regibus tribuitur. Praeter ea, quae notavimus s. v. אָב no. 5, huc pertinet titulus regum persicorum پاد شاه vel پاد شه, *Padischach* pater rex; praeterea Ludolfus (Lex. aethiop. pag. 350) notat: „Faustam Hebraeorum acclamationem regibus factam fuisse putant: ሕያው፡ አቡ፡ ንጉሥ፡ ut nostrum *vivat rex!* referente Aethiope meo,“ unde vero minime cum Simoni (in Onomast. pag. 460) efficies, hodieque Aethiopes regem suum appellare አቡ፡ ንጉሥ፡ *abba nagasi*, cum idem aliunde non constet. 2) filius Gideonis judicis, Jud. VIII, 31 sq. IX, 1 sq. 2 Sam. XI, 21. 3) sacerdos Davidis, ut est in loco 1 Paralip. XVIII, 16, sed in loco parallelo 2 Sam. VIII, 17 legitur אֲחִימֶלֶךְ, quod in Paralipp. etiam exhibent 10 Codd. LXX. Vulg. Syr. Chald. Arabs. Sunt tamen contra in loco Sam. quidam codd. cum Syro et Chaldaeo, qui nostram lectionem suppeditant.

אֲבִינָדָב (pater nobilis vel nobilitatis) 1) filius Isai, frater Davidis 1 Sam. XVI, 8. XVII, 13. 2) filius Sauli, una cum patre interfectus 1 Sam. XXXI, 2. 1 Paralip. VIII, 33. 3) Levita quidam, Davidi coaevus 1 Sam. VII, 1. 1 Paralip. XIII, 7. 4) filius Abinadabi, ex praefectis regis Salomonis 1 Reg. IV, 11.

אֲבִינֹעַם m. (pater amoenitatis vel gratiae) pater Barati, herois et socii Deborae prophetissae. Jud. IV, 6. V, 1.

אֲבִינֵר (pater lucis) dux militum Sauli 1 Sam. XIV, 50, alibi אַבְנֵר q. v.

אֲבִיָסָף v. אֲבִיאָסָף.

אֲבִיעֶזֶר (pater auxilii, ut germ. Adolfus ab *Atta* pater et *Holf* i. q. Hülfe, auxilium) 1) filius Gileadi Jos. XVII, 2, et meton. de ejus posteris Jud. VI, 34. VIII, 2. Nomen patronymicum est אֲבִי הָעֶזְרִי Abiesrita, Jud. VI, 11. 24. VIII, 32. Inde decurtatum est אִיעֶזֶר Num. XXVI, 30 et nom. patron. אִיעֶזְרִי ibid. 2) unus ex heroibus Davidis 2 Sam. XXIII, 27. 1 Paral. XI, 28. XXVII, 12. 3) Manassita quidam 1 Paral. VII, 18.

אֲבִירָם (pater altitudinis) 1) unus e conjuratis contra Mosen cum Koracho Num. XVI, 1. 12. XXVI, 9. 2) filius Hielis, mortuus cum pater ejus Hiel urbem Hierichuntis restituere pararet. 1 Reg. XVI, 34.

אֲבִישַׁג (proprie: pater erroris, a שָׁגַג erravit) mulier Sunamitica, Davidis senescentis concubina. 1 Reg. I, 3. II, 17.

אֲבִישׁוּעַ (pater salutis, pro אֲבִי יְשׁוּעַ) 1) vir Benjaminita, filius Belae 1 Paralip. VIII, 4. 2) Levita, filius Pinehasi ibid. VI, 4. 5. 50. Esra VII, 5.

אֲבִישׁוּר (pater muri) vir e posteris Judae 1 Paral. II, 28. 29.

אֲבִישַׁי (pater doni) Davidis sororis filius et ejusdem praefectus militum, Joabi frater 1 Sam. XXVI, 6 sequ. 2 Sam. II, 18. 24. III, 30. X, 14. XVI, 9. XVIII, 2 sequ. XIX, 22. XX, 10. XXI, 17. XXIII, 18, aliquoties etiam אַבְשַׁי dictus 1 Sam. X, 10. 1 Paralip. II, 16.

אֲבִישָׁלוֹם (pater pacis) 1 Reg. XV, 2 pater Maëchae, uxoris Rehabeami et matris regis Abiae, qui idem 2 Paral. XI, 20. 21 אַבְשָׁלוֹם dicitur. Sed paulo post cap. XIII, 2 mater regis Abiae pro מַעֲכָה בַּת אַבְשָׁלוֹם dicitur מִיכָיָהוּ בַּת־אוּרִיאֵל, ex diversa, ut videtur, traditione vel quodam antiquorum librariorum errore.

אֶבְיָתָר (pater abundantiae) filius Ahimelech, sacerdotis a Saulo interfecti, et, pari modo atque pater, interiore amicitia cum Davide conjunctus, fidus exilii omniumque calamitatum socius, postea a rege ad (summum, ut videtur) sacerdotium evectus, a Salomone vero hoc munere privatus propter consilium regiam dignitatem ad Adoniam deferendi 1 Sam. XXII, 20 sq. XXIII, 6. XXX, 7. 2 Sam. XV, 24 sq. XVII, 15. XIX, 11. XX, 25. 1 Reg. I, 7 sq. II, 22 sq. (cf. tamen IV, 4) 1 Paralip. XVI, 11. XXVIII, 34. Filium habuit aviti nominis haeredem, qui itidem pontificatu functus est 2 Sam. VIII, 17. Graece scribitur Ἀβιάθαρ, atque ita Marc. II, 26, ubi respicitur ad locum 1 Sam. XXII, Abjathar vero per prolepsin ἀρχιερεύς appellatur, quo munere postmodo demum fungi coepit.

אַבְנֵר (pater lucis) dux militum regis Sauli, quocum cognationis etiam vinculo conjunctus erat (vid. s. v. אֲבִיאֵל), cujusque filium Isboseth regem pronuntiavit postea tamen deseruit et ad Davidem defecit, quo facto mox a Joabo interfectus est. 2 Sam. II, 8 sequ. III. Aliquoties dicitur אֲבִינֵר (quod v.). LXX. Ἀβεννήρ.

אַבְרָהָם m. *Abrahamus*, populi judaici auctor paterque. Nominis proprii significationem ipse pandit textus sacer Gen. XVII, 5, ubi explicatur אַב הֲמוֹן גּוֹיִם *pater multitudinis populorum* s. multorum populorum, et idem hoc etymon e lingua arabica firmatur, in qua رُهَام (neque vero رُهَام, ut nonnulli scribunt) est *numerus*

copiosus (كالغراب ..... ٱلْعَدَدُ ٱلْكَثِيرُ) secundum Firuzabadium in *Kamuso* pag. 1631). Graece scribitur *Ἀβραάμ*, arabice إِبْرَاهِيم. Hoc vero nomen Abrahamus tum demum invenisse dicitur, cum foedus cum Deo jungeret (Gen. XVII), ante hoc tempus אַבְרָם vocatus i. e. pater altus. Cf. similes nominum mutationes in Sara, Jacobo, Simone Petro aliisque. Filius erat Terachi et in Mesopotamia natus, qua relicta Cananaeam petiit, quam cum gregibus Nomadum more peragravit. Vide de ejus historia Gen. XII-XXV, et cf. quae monuimus in Encyclopaedia ab Erschio et Grubero edita s. v. *Abraham* T. I. pag. 155. Serioris aevi de eo fabulas atque commenta dabunt Josephus in Antiquitt. I, 7. Philo de Abrahamo, T. III. pag. 229 sequ. Opp. Philonis, ed. Pfeiffer. Eisenmenger *entdecktes Judenthum* T. I. pag. 490 sq. Cor. Sur. VI, 75 sq. XXI, 51 — 72. Hottinger hist. orient. pag. 50. d'Herbelot bibliothéque orientale T. I. p. 112 sq. Apud Nicolaum Damascenum (pag. 114. ed. Orell.) et Justinum (XXXVI, 2) Abrahamus inter reges Damascenos comparet. Apud Arabes ei plerumque tribuitur cognomen خليل الله *amici Dei* s. κατ' ἐξοχὴν الخليل *amici*, conf. Jes. XLI, 8: אַבְרָהָם אֹהֲבִי, ut Jacob. II, 23: καὶ (Ἀβραὰμ) φίλος Θεοῦ ἐκλήθη. — אֱלֹהֵי אַבְרָהָם Deus Abrahami, saepe dicitur de Jehova, jam dudum ab Abrahamo culto eique et propter eum Judaeis omnibus propitio. 2 Paralip. XXX, 6. Ps. XLVII, 10. — זֶרַע אַבְרָהָם *semen* i. e. posteri *Abrahami*, honorifica est Israelitarum compellatio, Jes. XLI, 8. Jer. XXXIII, 26. Ps. CV, 6. conf. 3 Macc. VI, 3. Hebr. II, 16. Joh. VIII, 35. 37. Eodem sensu simpliciter dicitur אַבְרָהָם Micha VII, 20. Cf. similem nominum יַעֲקֹב et יִשְׂרָאֵל usum.

אַבְחָם v. אֲבִירָם.

אַבְשַׁי v. אֲבִישַׁי.

אבשלום (pater pacis i. e. pacificus) 1) *Absalom*, Davidis filius natu tertius, seditione in patrem mota famosus. 2 Sam. III, 3. XIV, 25 sequ. cf. Jos. Archaeol. VII, 9. Monumentum, quod sibi vivus erexisse dicitur, יַד אַבְשָׁלוֹם (v. יָד) dictum, Josephi adhuc aetate (vide hunc l. c.) duorum ab Hierosolymis stadiorum intervallo exstitisse dicitur. LXX. *Ἀβεσσαλώμ*. 2) vide אֲבִישָׁלוֹם.

אַב chald. *pater*, ut hebr. Dan. V, 2, forsan etiam *unus e majoribus* (incertum enim, utrum Belsazar Nebucadnezaris filius fuerit, an nepos). Cum Suff. אֲבוּךְ Dan. V, 11. 18, אֲבוּהִי Dan. V, 2 (cf. Syr. ܐܒܘܟ, ܐܒܘܗܝ), sed cum Suffixo 1 pers. אַבִי Dan. V, 13. — Patach in syllaba simplici, quod etiam locum habet in Suffixo ־ַי, Chr. Bened. Michaelis (lum. syr. §. XIII.) explicare conatus est ex Syriasmo, in quo Jod finale inter pronuntiandum vel prorsus negligitur vel furtim tantummodo exprimitur, ita ut אֲבִי, ־ַי legantur *abh, an*: ex quo quidem pronuntiandi more, modo apud Hebraeos obtinuisset, vocalis brevis recte explicari posset. Plur. אֲבָהָן (vide supra not. 2. ad hebr. אָב) st. constr. אֲבָהָת, c. Suff. אֲבָהָתִי Dan. II, 23, אֲבָהָתָךְ Esr. IV, 15. אֲבָהָתַנָא ibid. V, 12. De litera ה inserta vide infra ad vocem אֲמָה disputanda.

אֵבֶה m. vox valde dubiae interpretationis in loco Job. IX, 26: *praetereunt* (dies mei) עִם אֳנִיּוֹת אֵבֶה *sicut naves ebe, sicut aquila ruit in praedam*. Vocabulum his, quae in textu sunt, vocalibus instructum et a radice hebraea אָבָה derivatum notare possit *desiderium*, unde vulgo vertunt: *naves desiderii* i. e. summo desiderio ad portum deproperantes. Symm. ὁμοίως ναυσὶ σπευδούσαις. Kimchi in libro radicum: כלומר האניות שחפצם ורצונם ללכת אל המקום שממהרים ללכת כן ימי חלפו ממהרת *quasi diceret: naves, quarum voluntas et desiderium est, in eum locum perveniendi, ad quem deproperant, ita dies mei transeunt velociter.* Coccejus: ὀυρειοδρομοῦσαι. Quod tamen parum placet, neque ultro e vi radicis profluit. Multo magis et prae caeteris conjecturis exegeticis placet *arundo, papyrus*, secundum Hillerum (Hierophyt. II. pag. 202), Ikenium, Alb. Schultensium, coll. أَبَاءَةٌ *arundo*, cujus collectivum est أَبَاءٌ *arundinetum*, ut sint *naves ex arundine*, vel e *papyro nilotica contextae*, de quibus fusius exposuimus in Comment. germ. ad Jes. XVIII, 1. Velocissimas esse hujusmodi naviculas, qua de re sine causa dubitat Harmarus (*Beob. über den Orient* T. III. pag. 142. vers. germ.), testatur Heliodor. X. pag. 460: ἔστι δὲ ὀξυδρομώτατα ..... καὶ ἄχθος πλὴν ὅτι δύο που καὶ τρεῖς ἄνδρας οὐκ ἀνεχόμενα, et Kimchi ad Jes. XVIII, 1: והם קלות ללכת על פני המים *eaeque* (naviculae papyraceae) *celeriter incedunt super undas*. Conferri possunt navigia, quibus hodienum utuntur Gronlandici, *Kajak* dicta, e levi aliquo ligni genere constructa, sagittarum instar velocissime volantia. Vocabulum autem أَبَاءٌ, notantibus ipsis Arabum Grammaticis, imprimis *Dschauhario* (ap. Schultens. ad Job. pag. 256, et in Scheidii spec. pag. 4) derivatur a radice أَبَى, quae *fastidii* notionem habet apud Arabes, unde مَأْبًا de *aqua foetida, quam fastidimus*, et أَبَاءٌ de *junco, papyroque, quae e stagnis foetidis progerminat*. Conf. eandem significationum seriem in voce אֲגַם, אַגְמוֹן. — Aliam ejusdem radicis vim accersivit Bochartus (Hieroz. T. II. pag. 751. ed. Lips.) videlicet *ad iter accingendi*, ut sint naves *ad iter bene praeparatae*, et eandem fortasse sententiam, quanquam

parum probandam, spectavit Moses Gekatilia, interpres arabicus Ms., cujus haec sunt verba: سفن اثبة *naves coetus s. turbae*, فسرت אבה اثبة اى متاوى للسير وهو من انى اسم فى موضع البعث للسفن *interpretor* 'א *de coetu sc. praeparato s. congregato ad proficiscendum, a rad.* انى, *i. e. de exercitu navis (Schiffsmannschaft).*

Non audiendi sunt, quicunque vocabulum nostrum ad radicem אבב referunt invita Grammatica; sive ex usu Chaldaeorum de *pomis* intelligunt (Hieron. *naves poma portantes.* Chald. אִלְפֵיא דְטְעִינִין מְגַדְיָא *naves fructibus onustae.* Cf. Juda ben Karisch, in Eichhorn. *Bibliothek der bibl. Literatur* T. III. pag. 964) coll. אֵב fructus; sive, ex usu Arabum, de *fluctibus*, coll. أَبَابٌ *aqua*, et أُبَابٌ *fluctus ingens*, quas voces male a persico آب *aqua* derivandas conjicit Golius (Lexic. pag. 2), quandoquidem in lingua etiam aethiopica comparent, in qua ሐበበ: *ababi* est *fluctus*, et ሐበዊ: *abâwi κατ᾽ ἐξοχὴν* de Nilo usurpatur (Ludolfi Lex. aethiop. pag. 353. 354). Sic inter veteres Saadias ms. سفن فى اواذيها *naves in undis suis*, e recentioribus Chardinius, neque dissidet Jarchius, cui est nomen proprium fluvii. Reperiuntur etiam in Babylonia, in qua libri Jobi auctorem vixisse multi contendunt, duo amnes, quibus أَبَّى est nomen (vide Golii Lex. pag. 11), sed hos nostrum significasse parum credibile est. Regionis cujusdam nomen esse volebat Abulwalid: اقرب عندى فيه ان يكون اسما لواد معروف مشهور عندهم *mihi verisimillimum, esse nomen regionis celebris et notae apud eos.*

Non magis probandi sunt Lud. Cappellus, qui ad radicem أَبَّ *ornare* recurrit (qua assumta scribendum esset אֲבָּה), et Oedmannus (*Verm. Sammlungen aus der Naturkunde* T. III. p. 95 vers. germ.), qui *naves utrium* vertit, coll. אוֹב *uter*, levesque rates intelligit pellibus hircinis inflatis impositas, quales in Tigride fluvio adhibitas descripsit Herodotus I, 194.

Denique haud negligendum est quod 44 libri mss. habent איבה, אֵיבָה haud dubie efferendum, ut phrasis valeat *naves inimicitiae* i. e. hostiles, praedatorias. Ita Syrus: ܐܠܦܐ ܣܓܝܐܬܐ ܕܒܥܠܕܒܒܐ *naves multae hostium*, quod recte vertit Arabs: سفاين كثيرة العدا. Kimchius: ויש שפירשו משרש איב מענין איבה כלומר אניות השוללים, *et est, qui interpretatur a rad.* איב *inimicitiae sensu, ut sint naves praedatorum.* Docti, qui ita scripsere, librarii vulgarem etiam lectionem procul dubio אֵבָה legendam esse censuerunt, neque male, si parallelismum aquilae in praedam irruentis totumque contextum spectas. Naves enim praedatoriae caeteris velociores esse debent. Neque improbabile est, hanc genuinam esse scripturam, quandoquidem אֵבָה et אֵיבָה in codicibus difficulter dignoscuntur.

אֲבוֹי *paupertas, miseria*, semel occurrit in loco Prov. XXIII, 29, ubi de homine vinolento: לְמִי אוֹי לְמִי אֲבוֹי לְמִי מִדְיָנִים *cui (accidit) vae! cui miseria, cui lites?* Rarius hoc vocabulum, abstractum τοῦ אֶבְיוֹן, formae קָטוֹל, h. l. videtur adhibitum esse propter paronomasiam cum voce אוֹי. E veteribus LXX. θόρυβος *tumultus, turbae*, rectius Chald. צַעֲרָא *miseria, afflictio*, Syr. ܥܘܕܪܐ *agitatio, molestia*, nisi legendum ܥܘܝܐ *miseria, aerumna*, cum alibi Chaldaeus et Syrus in Proverbiis concinere soleant. Recte Abulwalid, cujus sententiam etiam laudat Kimchius, ad paupertatis et miseriae notionem illud retulit. — Aliis est *interjectio gementis et dolentis*, ut הוֹי in membro parallelo, eaque ὀνοματοποιητική, ut syr. ܘܝ ܠܟ *vae tibi* sec. Castellum in Lex. syr. pag. 14. Ita e veteribus Kimchius et Gr. Venet. τίνι αἰ, τίνι φεῦ. J. D. Michaelis (in Supplem. pag. 6) est *vomitus*, a rad. أَبَى *fastidivit*, إِبَاء *fastidium, nausea*.

אֶבְיוֹן m. 1) *egenus, pauper*, ab egendo, cf. sub rad. no. 2. (Syr. ܐܒܝܘܢܐ pauper, miser. Vix huc pertinet, quod quidam conferunt أَبْى fastiditus, despectus, ab أَبَى noluit, fastidivit). Exod. XXIII, 11. Deut. XV, 4. 7. 9. 11. Ps. CXXXII, 15. בְּנֵי אֶבְיוֹן *filii egeni* poët. pro *egenis*. Ps. LXXII, 4. Cf. בֵּן. 2) *oppressus, miser* Ps. IX, 19. CVII, 41. CXIII, 7; unde saepe adduntur synonyma דַּל et עָנִי, ut Ps. XL, 18: וַאֲנִי עָנִי וְאֶבְיוֹן *et ego (sum) afflictus et miser.* LXX, 6. LXXXVI, 1. CIX, 22. Speciatim, pariter ac דַּל et עָנִי, a) dicitur de eo, qui miser est et ab hominibus oppressus, sed pius Dei cultor (v. loca Psalmorum), unde Amos II, 6 idem, qui altero hemistichio אֶבְיוֹן, altero צַדִּיק vocatur; b) de tota gente miseriis succumbente, quanquam pia erga Deum, ut Jes. XLI, 17 de Israëlitis in exilio versantibus, coll. XXV, 4 (et XXVI, 6). Eodem sensu, si quid video, notissima *Ebionitarum* secta in antiqua ecclesia hoc nomen sibi tribuit, videlicet τῶν πτωχῶν, ὧν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. (Matth. V, 3).

אֲבִיּוֹנָה f. proprie: *appetitus, concupiscentia*, cibi et Veneris, deinde *capparis*, quae et appetitum provocare et Veneris concupiscentiam incitare dicitur. Neque tamen, qua nos vesci solemus, floris gemma, sed ipsa bacca fruticisque fructus intelligendus est, de quo Plutarch. Sympos. VI, qu. 2: πολλοὶ τῶν ἀποσίτων, κάππαριν γευσάμενοι, ταχέως ἀνέλαβον, καὶ παρεστήσαντο τὴν ὄρεξιν. Plin. hist. Nat. XIII, 23. XX, 15. Ursini arboret. bibl.: *Estur capparis condimenti loco, quod fortiter suscitet appetentiam cibi, instiget quoque ad venerem.* Bellonius capparis semen piperis instar mordax esse perhibet, in Observatt. II, 60. His praemonitis lucebit locus

Eccles. XII, 5, ubi in descriptione senectutis decrepitae praeter alia legitur: וְתָפֵר הָאֲבִיּוֹנָה *et irrita erit capparis* i. e. vim amplius non habebit capparis, neque in cibi desiderio movendo, neque in Veneris concupiscentia provocanda. *Capparis* hoc respectu forsan in proverbium abierat, unde repetendum est, quod apud Talmudis magistros ei *impudentia* tribuitur, quemadmodum cani inter animalia (Buxtorf. Lex. talmud. pag. 1592. 1920), haud aliter atque *sinapis scelerata* Plauto dicitur in Pseudolo III, 2, 28. Testes hujus significationis habemus inter veteres LXX, Vulg. Syr. et Arabem, et praeterea usum loquendi Talmudistarum, apud quos אביונות in genere sunt *minuti arborum fructus, ut lauri, olivae, corni, myrti et similium,* et specialiter *capparis fruticis,* qui alibi צלף et כפריס dicitur, *baccae,* ut in *Gemara Babyl. Berachoth* fol. 36, A. *Maaseroth* cap. 4 fin. Buxtorf. pag. 2098. De capparis autem baccis in vetere Hebraismo proprie et antonomastice usurpatum esse videtur, idque vere factum esse, et etymon et veterum interpretum consensus mihi persuadet. Nomen אֲבִיּוֹנָה, quanquam omnino simile non extat, analogiae tamen convenienter formatum est a nomine אֲבִי, אֲבִיָּה (ut שְׁתִי, שְׁתִיָּה), coll. גִּלָּיוֹן, בִּזָּיוֹן (*Lehrgeb.* pag. 508); et recta via inde derivatur Pluralis אֲבִיּוֹנוֹת in Talmude obvius, ut גִּלְיוֹנִים a גִּלָּיוֹן; חֶזְיֹנוֹת a חִזָּיוֹן, עֶשְׂרֹנִים ab עִשָּׂרוֹן (*Lehrgeb.* pag. 562), quae analogia latuit O. Celsium in Hierobot. I. pag. 213, eique praeter necessitatem scrupulum injecit. Pessime nonnulli vocem ex אֲבִי et יוֹנָה compositum esse arbitrati sunt, ut sit *desiderium violentiae s. oppressionis* i. e. *coitus.*

Caeterum Chaldaeus ipsum *concubitum* intelligit, his verbis usus: תִּתְמְנַע מִן מִשְׁכְּבָא *prohibeberis a concubitu;* aliique *membrum virile,* de quibus refert Kimchius: *sunt qui ita interpretentur* כנוי לאבר המשגל *ut sit periphrasis membri concubitus.* Melius alii *appetitum* in genere, et cibi et veneris, ut Gr. Venet. παύσῃ ἡ ὄρεξις, Abulwalid: تبطل الارادة *cessabit concupiscentia,* R. Parchon: תַּאֲוָה, quanquam contextus postulare videtur nomen rei ex regno vel animali vel vegetabili. — Praeterea haec notanda sunt veterum παρερμηνεύματα. Kimchius *animam* intelligit, tanquam voluntatis sedem, et eodem sensu Aben Esra אֲבִיּוֹנָה esse putat pro בִּיוֹנָה i. q. בִּינָה, unde intelligendus est Hieronymus, si quidem vertit: *spiritus fortitudo.* — Symmachus, qui transtulit ἡ ἐπίπονος sc. ζωή i. e. vita misera et laboriosa (vix enim sollicitanda fuerit lectio), et Syr. qui praeter capparin etiam dat *inopiam* (ܡܣܟܢܘܬܐ) hanc notionem ab adjectivo אֶבְיוֹן repetierunt. Cf. de h. l. Celsius in Hierobot. I, 209—215 et Winzerus in Progr. ad locum Koheleth XI, 9—XII, 7. no. 2. p. XIV.

אבח radix inusitata et dubia, cujus unicum vestigium extat in nomine

אִבְחָה vel **אֶבְחָה**, st. constr. אִבְחַת, Ezech. XXI, 20: עַל כָּל־שַׁעֲרֵיהֶם נָתַתִּי אִבְחַת חָרֶב *omnibus portis apposui comminationem gladii* i. e. gladium minacem. Ita nos cum Alb. Schultensio (in Lex. hebr. spec.) et Rosenmuellero. In lingua arabica أَبَخَ est i. q. وَبَخَ *culpavit, reprehendit, comminatus est.* Firuzabadius in Kamuso pag. 316: أَبَخَهُ وَبَّخَهُ وَعَذَلَهُ. Reliquae interpretationes vel maxime dubiae sunt, vel aperte falsae. Castellus (in Heptaglotto pag. 10) confert arabicum أَبَاحَةٌ, quod 2 Maccab. XXVI, 6 obvium in Versione latina *exterminium* redditur. Sed إِبَاحَةٌ (ita enim scribendum fuisset) ibi est Inf. conj. IV. a rad. بَاحَ, quae notat: *arbitrio alicujus permisit, jemandem Preis geben,* et Conj. X. *exstirpavit.* V. Tauriz. ap. Schultens. ad Hamas. p. 305. Ipsum vocabulum إِبَاحَةٌ *licentiae* sensu scriptum deprehendimus in Cebetis Tabula, graece et arab. ed. Jo. Elichmann (Lugd. Bat. 1640. 4) pag. 48 et 50. Eliph igitur in hoc vocabulo ad radicem non pertinet. Idem dicendum est de conjectura Lud. de Dieu (in Crit. sacra ad h. l.), qui *potestatem gladii* vertit ex aethiopico አበሐ: *abĕha, potestatem, facultatem dedit.* In hoc enim vocabulo litera Alf non magis radicalis est, nam አበሐ: ad amussin respondet arabico أَبَاحَ, et est forma quarta radicis inusitatae በወሐ: *potuit,* unde ተበውሐ: *potestatem habuit,* በውሐ: *potestas, facultas.* Vid. Ludolfi Lex. aethiop. pag. 244. Comment. ad hist. aethiop. pag. 204. E Judaeorum magistris Abulwalid et Tanchum Hieros. mss. (vide Schnurreri dissert. phil. crit. pag. 461) e conjectura reddunt بريق سيف ولمعانه *splendor gladii et coruscatio ejus,* eosque secutus Kimchius לַהַט החרב. Caeteri Hebraei vel אבחת esse volunt pro אבעת et *terrorem* notare (Hieron. *conturbationem gladii*), haud memores, Tau in אבעת radicale esse; vel אבחת esse pro טִבְחַת *mactatio,* ex literarum permutatione cabbalistica, Atbach dicta, in qua א et ט, ב et ח et sic deinceps reliquae permutantur.

Quae Judaeorum hallucinatio, utut absurda, viam ad veritatem forsan nobis praeibit. Fortasse enim ipsa lectio laborat, et legendum est טִבְחַת חֶרֶב *mactatio gladii,* gladius mactans, coll. Ps. XLIV, 23. Hanc certe sive lectionem sive conjecturam e veteribus secuti sunt LXX. σφάγια ῥομφαίας et Chald. קַטְלֵי חַרְבָּא *occidentes gladii.*

אֲבַטִּיחִים v. s. rad. בטח.

אָבַךְ in Kal inusit., in Hithpa. ἅπαξ λεγόμ. Jes. IX, 17, ubi de incendio: וַיִּתְאַבְּכוּ גֵּאוּת עָשָׁן *ut convolvantur elatione fumi* i. e. ut in fumum, qui denso volumine in aërem se extollit, abeant, *dafs es in Rauchsäulen aufwalle (das Dickicht)*. Recte monet Alb. Schultensius (in Lex. hebr. spec. pag. 13), אָבַךְ ejusdem esse potestatis cum בּוּךְ, باك *implexum, convolutum esse* (cf. supra pag. 3 A), eandemque sententiam e vett. praeit Vulg. *convolvetur superbia fumi*. Syr. ܢܬܟܪܟܘܢ *implectuntur s. irretiuntur*. Saad. يتكاثف (ita legendum est pro يتكاتف, quod edidit Paulus) *condensatur*, qua voce utitur etiam Abulwalid; neque ab hac sententia alieni sunt Jarchius et R. Parchon, quorum alter confert radicem cognatam נָבַךְ i. q. בּוּךְ, alter interpretatur: ותתהפכו כלומ׳ יעלו וירדו כעשן הכבשן *et convolvuntur* (cf. Jud. VII, 3) *q. d. ascendunt et descendunt sicut fumus fornacis*. — Alii conferunt Syriacum ܐܒܟ i. e. sec. Bar Bahlulem i. q. ܐܬܪܘܪܒ et ܐܫܬܒܗܪ *superbe incessit*, cf. ܐܒܟܐ *gallus*, ab *incessu superbo*. Abulwalid: معناها الشمور والاستعلا *significatio ejus est incessus superbus et celer*. Hoc tamen sensu verba ad Ephraimitas referenda essent, parum accommodate ad contextum. Non magis placet A. Th. Hartmanni conjectura (*Linguist. Einleit. in das A. T.* pag. 76), הִתְאַבֵּךְ dici pro הִתְאַבֵּק, quod in Mischna (T. IV. p. 412. ed. Surenh.) legitur pro *pulvere esse conspersit*, et h. l. verti possit *in pulverem abiit*. Sed minus apte hoc de columnis fumi diceretur.

I. אָבַל fut. יֶאֱבַל 1) *luxit* Amos VIII, 8. Joël I, 9 cet. Constr. c. עַל Hos. X, 5. Job. XIV, 22: נַפְשׁוֹ עָלָיו תֶּאֱבָל *et anima ejus propter se luget* i. e. suam ipsius sortem luget in inferno. — Jes. III, 26: אָנוּ וְאָבְלוּ פְּתָחֶיהָ *ejulant et lugent portae ejus* i. e. ejulatur et lugetur in portis ejus. Dicitur partim de luctus signis externis, partim de ejulatione lugentis (v. sub אָבֵל). Conjugatio prima in sermone poëtico, Hithpaël eodem sensu in pedestri frequentatur.

2) Metaphorice dicitur de rebus inanimatis, velut regionibus, agris, segetibus, quae vastatae, perditae sunt, sicut vicissim eaedem res, ubi florent, *ridere* dicuntur poëtis. Amos I, 2: אָבְלוּ נְאוֹת הָרֹעִים *lugent pascua pastorum*, tristem aspectum praebent. Jes. XXIV, 4. 7: אָבַל תִּירוֹשׁ אֻמְלְלָה גָפֶן *luget mustum* (i. e. lugent uvae), *languet vitis*. XXXIII, 9. Jer. IV, 28. XII, 4. XXIII, 10. Joël I, 10. Hos. IV, 3.

Hiph. *lugere fecit* Ezech. XXXI, 15, de rebus inanimatis Thren. II, 8.

Hithpa. i. q. Kal, non ferme nisi in sermone pedestri. 2 Sam. XIV, 2. Num. XIV, 39. Exod. XXXIII, 4. Jes. LXVI, 10. c. עַל Gen. XXXVII, 34. 2 Sam. XIII, 37. XIX, 2. et אֶל 1 Sam. XV, 35. XVI, 1.

Apud Syr. et Nasor. est ܐܒܠ et ܐܬܐܒܠ *luxit* cum derivatis, apud Samaritanos ࠀࠁࠉࠋ *lugens*, apud Arabes أبل et تأبل *luxit, deflevit mortuum*, sed raro, ut videtur, veniens. Multo frequentius est sub hac radice إبل collect. fem. *cameli*, unde apud Hebr. אוֹבִיל (q. vide), secundum Schultensium a notione marcescendi, quae in hac radice primaria sit; nisi potius a pascuis cameli ita dicti sunt. Vide no. II.

II. אָבַל arab. أبل et أبل *graminis humore rigatus est, longum evasit gramen*, ut potuerit depasci a camelis, unde أبل *humidus*, it. *foenum recens*, conf. syr. ܢܒܠܐ, ܢܒܠܐ et ܢܒܠܐ *gramen, alga*: quae significationes cunctae repetitae videntur a *rigando*, quam vim habet cognatum בָּלַל, بل.

אָבֵל adj. *lugens*, ab אָבַל no. I. Gen. XXXVII, 35. Est. VI, 12. Jes. LVII, 18. Thren. I, 4: דַּרְכֵי צִיּוֹן אֲבֵלוֹת *viae Zionem versus lugent*. Zere in hoc vocabulo est impurum, unde in stat. constr. אֲבֵל Ps. XXXV, 14 et in Plur. אֲבֵלֵי Jes. LXI, 3. Samaritani autem et Arabes in ultima syllaba habent Jod plenum, ࠀࠁࠉࠋ (quod etiam in Pent. Hebraeo-Samar. Gen. l. c. compareret), et أبيل *tristis*, it. *asceta, monachus*, ut videtur, potissimum apud Syros arabice loquentes. Cf. s. v. כּמר.

אָבֵל *locus graminosus, pascuum, pratum*, ab אָבַל no. II. 1 Sam. VI, 18: אָבֵל הַגְּדוֹלָה, Abulwalid et Kimchi מישור הגדול planities magna, et ita Targ. Judd. VII, 22. XI, 33. Lectio tamen in loco Sam. mire dubia, et, si quae alia, probabilis est eorum conjectura, qui אֶבֶן הַגְּדוֹלָה legendum suadent coll. V. 14. 15. Verba enim: וְעַד אָבֵל הַגְּדוֹלָה אֲשֶׁר הִנִּיחוּ עָלֶיהָ אֵת אֲרוֹן יְהוָה aperte respiciunt ea, quae V. 15 leguntur: וְהַלְוִיִּם הוֹרִידוּ אֶת אֲרוֹן יְהוָה .... וַיָּשִׂמוּ אֶל־הָאֶבֶן הַגְּדוֹלָה, et V. 14: וְשָׁם אֶבֶן גְּדוֹלָה. LXX. et Chald. *lapidem* vertunt, vel legentes אבן vel ita legendum esse conjectantes. Potuisse autem facile אבל legi pro אבן, quivis intelliget, modo meminerit, ל et ן in priscis alphabetis aegre discerni. R. Tanchum Hieros. a textu quidem mutando abstinet, sed coll. V. 14. 15 אבל scriptum esse vult pro אבן, ex permutatione literarum דטלנת. Inservit hoc nomen praeterea formandis nominibus geographicis, quae sequuntur:

אָבֵל בֵּית מַעֲכָה i. e. *Abel Beth Maachae* i. e. sita prope *Beth Maacham* (ut דן דקסרין *Dan Cae-*

sareus, i. e. prope Caesaream), ut discernatur ab aliis oppidis cognominibus, ita dicta a vicinitate urbis בֵּית מַעֲכָה (2 Sam. XX, 14). 2 Sam. XX, 15. 1 Reg. XV, 20. 2 Reg. XV, 29, semel אָבֵל מַיִם dicta (2 Paralip. XVI, 4, coll. 1 Reg. XV, 20, nisi in Paralipomenis ita legitur antiquorum librariorum culpa), et simpliciter אָבֵל 2 Sam. XX, 14. 18. 19, quo loco עִיר וְאֵם בְּיִשְׂרָאֵל *urbs et mater* i. e. metropolis *in Israële* appellatur. Ex adjecto מַעֲכָה colligitur, hanc urbem ab oriente Jordanis fluminis in radicibus Antilibani sitam fuisse. Eusebius in Onomast. tria recenset oppida Abelae nomine. De tertia eorum sic ille: *καὶ τρίτη τις αὐτὴ Ἀβελὰ τῆς Φοινίκης μεταξὺ Δαμασκοῦ καὶ Πανεάδος.* Nostram vero Dano, et quod sponte sequitur, Paneadi vicinam fuisse, e loco 1 Reg. XV, 20 apparet. Cum Relando (Palaest. p. 519) certe eam in Galilaea quaerente facere non possumus, cf. Harenberg in Miscell. Novis Lips. T. IV. pag. 470. Josepho (Ant. VII, 10) *Ἀβελμαχέα* appellatur urbs munita et *μητρόπολις Ἰσραηλιτῶν.*

אָבֵל הַשִּׁטִּים (pratum acaciarum) Num. XXXIII, 49 locus in campestribus Moabi situs, idem, ni fallor, qui ibid. XXV, 1. et Micha VI, 5 שִׁטִּים appellatur. Josephus (Antiqu. IV, 7. V, 1. §. 1) ejus meminit sub nomine *Abilae* (*Ἀβίλη*) eumque sexaginta stadiis a Jordane abesse scribit. Alibi idem jungit *Ἄβιλα, Ἰουλιάδα καὶ Βησιμώθ*, tanquam urbes vicinas (bell. jud. V, 3), et Eusebius (s. v. *Σταγεῖν*): *παράκειται τῷ ὄρει φογώρ. Σταγεῖν* ibi corrupte scribitur pro *Σατγεὶν* (v. *Ἀβελσατγείν*) et *Σαττεῖν* (Hieron. Sattin). Hujus nostrae Abiles meminit etiam Stephanus Byz. *Ἀβίλη, πόλις ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ.*

אָבֵל כְּרָמִים (pratum vinearum) oppidulum Ammonitarum, Jud. XI, 33. Eusebius s. v. *Ἀβελαμπελὼν* . . . . . *ἥ ἐστιν εἰς ἔτι νῦν κώμη ἀμπελοφόρος Ἄβελ, ἀπὸ ς* (sed Hieron. in septimo lapide) *σημείων Φιλαδελφίας.* Neutra harum urbium haberi potest pro *Abila* illa, cujus ruinae etiamnum exstant sub antiquo nomine أبيل ab oriente Gadarorum ad fluvium Scheriat Manadra, a Seetzenio (von Zach *monatl. Correspondenz* XVIII, 354. 420. 422) et Burckhardto (*Reisen in Syrien* p. 425) memoratae. Hanc enim diserte ab illis distinguit Eusebius dicens: *καὶ ἄλλη πόλις ἐπίσημος Ἀβελὰ οἰνοφόρος καλουμένη, διεστῶσα Γαδάρων σημείοις ιβ´ πρὸς ἀνατολάς.* Vide Reland pag. 525. Alia ejusdem nominis est Abila Lysaniae vel ad Libanum, Damascum inter et Heliopolin sita, cujus ruinas nuper detexit *Banksius* Anglus. Vide Reland pag. 527.

אָבֵל מְחוֹלָה (pratum saltationis) urbs patria Elisae prophetae, non procul a Bethsan s. Scythopoli. Jud. VII, 22. 1 Reg. IV, 12. XIX, 16. Eusebius: *Ἀβελμαελαί* (Hieron. Abelmaula) . . . *κώμη νῦν ἐστιν ἐν τῷ Αὐλῶνι, Σκυθοπόλεως διεστῶσα σημείοις ιη´· νῦν καλεῖται Βηθμαελά. ἔστι δὲ καὶ Ἀβὲλ νέα* (Hier. Abelmea) *κατιόντων ἀπὸ νέας πόλεως εἰς Σκυθόπολιν.*

אָבֵל מִצְרַיִם (pratum Aegyptiorum) nomen areae, ad Jordanem sitae Gen. L, 11, cujus nomen l. c. ita explicatur, ut appareat, scriptorem sacrum vocem sine punctis legisse, et אֵבֶל מִצְרַיִם (luctus Aegyptiorum) pronuntiasse.

אֵבֶל m. c. Suff. אֶבְלֵךְ *luctus* Jes. LX, 20; imprimis propter mortuum et in ipsa sepultura Gen. XXVII, 41. אֵבֶל יָחִיד luctus propter unicum (filium) i. e. acerbissimus Amos VIII, 10. Jerem. VI, 26. Micha I, 8: וְאֵבֶל כִּבְנוֹת יַעֲנָה *luctum* (instituo) *instar struthionum*, quae ejulare solent in deserto. עָשָׂה אֵבֶל לְ luctum alicui instituit Gen. L, 10.

* * *

אוֹבִיל 1 Paralip. XXVII, 30 nomen proprium hominis ismaëlitici, qui camelis Davidis praefectus erat. Habet autem hoc nomen significationem *praefecti camelorum*, ut arab. أَبَّالٌ et أَبِيلٌ ab إِبِلٌ *cameli*. Forma אוֹבִיל est pro אוֹבֵל, sicut תּוֹמִיךְ pro תּוֹמֵךְ Ps. XVI, 5, et יוֹסִיף pro יוֹסֵף Jes. XXIX, 14, quae forma participialis etiam in denominativis obvia est, ut שׁוֹעֵר a שַׁעַר. Pro appellativo et officii nomine illud habet Schoderus (in Hieroz. I, 42), sed invito contextu.

אֲבָל v. s. rad. בָּלָה.

אוּבָל v. s. rad. יָבַל.

אֶבֶן c. Suff. אַבְנוֹ, אֲבָנִים constr. אַבְנֵי comm. (plerumque f. neque aliter in loco Job. XXVIII, 2, de quo vide no. 3; attamen masc. 1 Sam. XVII, 40: חַלֻּקֵי אֲבָנִים *laeves lapidum* i. e. lapides laeves) 1) *lapis*, cujuscunque generis, sive rudis sit sive politus, sive maximi sive minimi moduli et molis. Num. XXXV, 17. Job. XXXVIII, 6. Jes. XIV, 19 cet. Collective de lapidibus Gen. XI, 3. Plur. de vasis lapideis Exod. VII, 19. Metaphorice de summo animi stupore, 1 Sam. XXV, 37 de Nabale: וְהוּא הָיָה לְאָבֶן *et factus est lapis*, riguit instar lapidis, er stand da, wie versteinert. (In carmine quodam sam. legitur de impiis tempore resurrectionis: [illegible] *et omnes adstabunt ut silices*). לֵב הָאֶבֶן *cor lapideum* dicitur de corde duro Ezech. XI, 19. XXXVI, 26, sed etiam de animo audace, intrepido Job. XLI, 16. Speciatim est:

2) *lapis pretiosus, gemma,* ut ܟܐܦܐ et حجر Exod. XXVIII, 9 seqq. XXXV, 27. Jes. LIV, 12. Prov. XXVI, 8, quo sensu interdum additur חֵפֶץ Jes. LIV, 12, חֵן Prov. XVII, 8. אֶבֶן יְקָרָה *lapis pretiosus* dicitur de lapidibus nobilioribus ad aedificandum, quale est marmor 1 Reg. VII, 9. 10. it. de gemmis Ezech. XXVIII, 13.

3) *lapis aerosus, Erzstein.* Job. XXVIII, 2: וְאֶבֶן יָצוּק נְחוּשָׁה *et lapidem fundunt in aes, und Stein giesst man zu Erz.* (יָצוּק est 3 fut. a rad. צוק impersonaliter posita, minime part. pass. a rad. יָצַק). Arabice dicitur in Dual. حجران *uterque lapis* de auro argentoque.

4) *rupes,* i. q. צוּר. Metaphor. Gen. XLIX, 24: רֹעֶה אֶבֶן יִשְׂרָאֵל *pastor, rupes Israëlis* i. e. Jehova. (Al. male: custodiens lapidem Israëlis s. Jacobi, coll. Gen. XXVIII, 15. 20. 21).

5) *lapis grandinis,* grando, plene אֶבֶן בָּרָד Jes. XXX, 30, אַבְנֵי אֶלְגָּבִישׁ Ezech. XIII, 11. 13. XXXVIII, 22, sed etiam simpliciter אֲבָנִים גְּדֹלוֹת de grandine majore Jos. X, 11. (Persice dicitur سنكچه *senkdsche,* lapilli, grando, neque aliter in lingua curdica *sengh-tscheh,* vel *sengbaran* i. e. pluvia lapidum, notante Wahlio in *Altes und Neues Vorder- und Mittelasien* pag. 895. Idem tropus est apud Syros in locutione ܟܐܦܐ ܕܒܪܕܐ *lapides grandinis* Barhebr. Chron. Syr. pag. 534. Similiter Arabes pro grandine habent *baccam nubis,* حب الغمام, v. Golius v. برد).

6) *pondus.* Solent enim Orientales ponderibus lapideis, ut nos plerumque ferreis aeneisque, uti, quare etiam persice سنك *senk* est *lapis* it. *pondus.* Sadii Rosarium pag. 89. 98. Deut. XXV, 13: אֶבֶן וָאָבֶן *pondera diversa,* magnum et parvum. Prov. XX, 10. 23. אַבְנֵי צֶדֶק *pondera justa.* Levit. XIX, 36, cf. Prov. XI, 1. אַבְנֵי כִיס *pondera in marsupio gesta* Prov. XVI, 11 (cf. Chardin Voyage T. III. pag. 422). אֶבֶן הַמֶּלֶךְ *pondus regium* 2 Sam. XIV, 26 (quod vulgari pondere minus fuisse creditur). Usurpatur etiam prorsus neglecta propria vi, ut אֶבֶן הָעֹפֶרֶת *pondus plumbeum* Zach. V, 8, et אֶבֶן הַבְּדִיל *pondus stanneum* IV, 10; imprimis de pondere perpendiculi, quo faber murarius altitudinem et angulos aedificii examinare solet, quodque adhibetur in exstruendis aedificiis et in iisdem ex parte diruendis, unde Jes. XXXIV, 11 dicitur quasi per ζεῦγμα: וְנָטָה עָלֶיהָ קַו־תֹהוּ וְאַבְנֵי בֹהוּ *et extendet super eam lineam vastationis et* (ei applicabit) *perpendiculum desolationis* i. e. quasi ad legem normamque omnia diruentur. (Cf. 2 Reg. XXI, 13. Amos VII, 8).

7) *Lapides* nonnunquam in topographia locis designandis inserviebant, hinc a) אֶבֶן הָאָזֶל (lapis discessus) lapis quidam non procul ab Hierosolymis 1 Sam. XX, 19. — b) אֶבֶן הָעֵזֶר (lapis auxilii) lapis a Samuële post victoriam de Philistaeis ad Mizpam reportatam positus, 1 Sam. VII, 12, cf. IV, 1. V, 1. — c) אֶבֶן בֹּהַן, vide בֹּהַן. — d) אֶבֶן הַזֹּחֶלֶת 1 Reg. I, 9 nomen saxi prope Hierosolyma, probabiliter pro הָאֶבֶן הַזֹּחֶלֶת *lapis laevis.* Haud male enim Jo. Simonis confert chald. זְחַל splenduit, arab. transpos. زلح Conj. II. laevigavit, زحل planum, laevigatum fuit.

E linguis cognatis vocem nostram habent syriaca, sed rarius (ܐܒܢܐ 1 Petr. II, 7, ܐܒܢܐ ܕܫܥܐ lapis horarum, horologium), chaldaica (vid. infra), samaritana ࠀࠁࠍ, frequentissime aethiopica (አብን: *ebn* lapis, it. gemma, unde አብነ: in lapidem conversus est, Ludolfi Lex. aethiop. pag. 354). Syri ejus loco utuntur voce ܟܐܦܐ, Arabes حجر.

אֶבֶן st. emphat. אַבְנָא chald. id. Dan. II, 34. 35.

אֲבָנָה 2 Reg. V, 12 Cheth. nomen fluminis prope Damascum, in Keri אֲמָנָה dicti (v. hanc vocem). Quod in textu est, haud dubie ortum est e vulgari literarum labialium ב et מ permutatione.

אֹבֶן i. q. אֶבֶן, sed nonnisi in dual. אָבְנַיִם pr. *duo lapides,* lapidum par, hinc 1) *rota figuli.* Jerem. XVIII, 3 de figulo: וְהִנֵּהוּ עֹשֶׂה מְלָאכָה עַל הָאָבְנָיִם *et ecce ille conficiebat opus super rotam figlinam.* Vulg. *rota.* Chald. Syr. סַדְנָא, ܣܕܢܐ *rota figuli* (conf. גַּלְגַּלִּין currus, plaustra). Unde hoc nomen traxerit rota figlina apud Hebraeos, non nostris, sed testis oculati, qualis fuit Abulwalid, verbis accipiant lectores. Ita ille in Lex. ms. هما الالتان يترد بهما الخزفانى الخزف من الطين وهما رخيان من خشب احدهما اكبر وهى السفلى والاخرى اصغر وهى العليا واما قيل لهما אבנים وان لم يكونا من حجر تشبيها بالارحا المتخذة من الحجر وليس هذه آلة فخارى بلدنا هذا بل هى آلة فخارى المشرق الا انا قد رايتها فى بلدنا هذا عند بعض صانع اهل المشرق الذين عندنا *instrumentum est duplex, super quo figulus vertere solet vasa testacea. Duobus constat rotis (instar molae manuariae) ligneis: altera major est eaque inferior, altera minor eaque superior. Vocatur autem instrumentum* אבנים *i. e. lapidum par, quanquam lapideum non est* [cf. supra אֶבֶן no. 6]; *propter similitudinem molae manuariae, quae lapidea esse solet. Hoc vero instrumentum apud figulos hujus nostrae regionis (i. e. Mauritaniae) non reperies, sed figulorum est orientalium. Ego tamen in hac ipsa regione hujusmodi instrumentum vidi apud unum ex opificibus orientalibus hic terrarum degentibus.* Brevius haec ex Abulwalide repetit Kimchius, addens vernaculum סילא i. e. hispanicum *silla* i. e. sella. Sed non de *sella* figuli agitur, quam etiam recentiores intelligunt etymologia et contextu quantumvis repugnantibus, sed de rota.

2) *labrum lapideum*, in quo recens nati lavari solebant. Exod. I, 16: *cum parientibus Hebraeis opem feretis* וּרְאִיתֶן עַל־הָאָבְנָיִם *et videbitis super labro, si filius est, tum interficiatis eum, si filia, vivat.* Videntur ejusmodi labra molis manuariis rotisque figlinis similia fuisse, duobusque constitisse lapidibus, quorum inferior excavatus, superior pro operculo erat. Auctore Thevenotio (Itin. II, p. 98) Persarum reges infantes masculos, quos ipsorum cognatae pariunt, ne adulti forsan ipsis insidias struant, in labris lapideis, in quibus recens nati lavari solent, necari iubent.

Alii *sellam mulieris parturientis* intelligunt, et hunc locum cum Jer. l. c. ita conciliant, ut illic sellam figuli, hic mulieris parturientis intelligant. Ita Targum utrumque: מַתְבְּרָא, quam vocem *sellam parturientis* valere, e Targumista 2 Sam. XXII, 5 luculenter apparet. Gr. Venet. ἐπὶ ταῖς καθέδραις. Saad. et Arabs Erp. منبر suggestus, in Saadiae tamen codice Oxon. مثبر locus, ubi mulier parit. Kimchi et Jarchi: מוֹשַׁב אִשָּׁה הַיּוֹלֶדֶת. Sed 1) vix probabile est, in ista antiquissimi temporis simplicitate peculiares sellas parturientium in usu fuisse, quanquam non ignoramus, exstitisse tales apud Graecos. Suidas: λογαῖοι δίφροι, οἷς πρὸς τὸ τεκεῖν ὄψε χρῶνται αἱ γυναῖκες. Artemidor. V, 74. 2) אָבְנַיִם, ut supra monuimus, non *sellam*, sed *rotam* figuli notat. 3) Minime *mulieres* in textu dicuntur comparuisse super *obnaim*, sed *pueri puellaeque* recens nati, quod *labro* convenit neque vero sellae parturientis.

Inepte Abulwalid, Jos. Kimchi et Parchon א prostheticum esse censent et מקום בנים interpretantur *locum filiorum* i. e. uterum, ac simile etymon captarunt nonnulli recentiores, ut Hassius, Eichhornius, dualem nostrum derivantes a sing. אָבְנָת a rad. בָּנָה, coll. أَبْنِيَةٌ „*structura, res exstructa*" et مَبْنَاةٌ *stratum concinnatum, quod humi sternitur ad considendum,* ut sit sedilis genus in usum parturientium. Sed nomina formae אֶקְטָל, אֶגְלָה, ignorat linguae hebraeae analogia: ne addam, أَبْنِيَةٌ esse *Pluralem* a sing. بِنًى. Haud felicius J. D. Michaelis (in Supplem. pag. 9) nomini significationem *temporis* tribuit, collatis arabicis nominibus أَوَان, إِبَّان et أَفَّان (quae tamen diversae prorsus originis sunt, ab آن pro أَوْن, أَبّ et أَفّ) et hebraeo אָפְנָיו Prov. XXV, 11, quod de *tempore opportuno* multi interpretantur. Transfert ille עַל־הָאָבְנָיִם *tempore* (sc. partus), *bey eintretender Geburt.* — LXX. Vulg. Syr. sensum expresserunt, non verba: ὅταν ὦσι πρὸς τὸ τίκτειν, *et partus tempus advenerit*, ܟܕ ܒܪܟܝܢ *cum in genua procumbunt* (ad pariendum, vide sub בָּרַע).

אַבְנֵט, vide בנט.

אַבְנֵר, vide sub אָב pag. 10.

אבס *cibavit*, impr. largius usque ad saginationem, *saginavit* pecus. Part. pass. אָבוּס *saginatus*, de bove Prov. XV, 17. (Theod. σιτευτός), de anseribus 1 Reg. V, 3. Vocabuli notionem bene illustrat locus *Mischnae tr. Sabbath.* c. XXIV, §. 3. (T. II. p. 75. ed. Surenh.): אין אבסים את הגמל ולא דורסין אֲבָל מַלְעִיטִין *non saginant* (die Sabbathi) *camelum, neque cibum gutturi ingerunt, sed gustandum praebent,* i. e. pabulum largius non praebent, neque jumentis invitis ingerunt. E dialecto arabica male conferunt quidam أَبَسَ *subiugavit, subiecit sibi*, cui (praeter usum loquendi) valde premendi vim tribuunt, et inde inferciendi significatum derivant. Magis propinquum fuerit أَبَشَ *collegit, congregavit*, sec. Firuzabadium i. q. جمع, unde آبِش qui cibum potumque comportat ad symbolam, quanquam et hoc remotius est, vel أَبَتَ potu intumuit, cf. أَبَاتَى cameli saturi, satiati.

אֵבוּס m. (ex Syriasmo pro אָבוּס) unde st. constr. אֵבוּס Jes. I, 3 Plur. אֲבוּסִים *locus, ubi saginatur pecus*, stabulum Job. XXXIX, 12 (19), in quo asservatur quoque pabulum (*Futterstall*) Prov. XIV, 4. Eadem vis locum habere potest Jes. I, 3, ubi tamen LXX. Vulg. *praesepe* reddunt, quod non minus et aptum est ad contextum et e vi radicis derivari potest. Exstant enim plura in linguis semiticis vocabula, quae utramque, stabuli et praesepis, significationem communem habent, ut أَرِيّ, ܐܘܪܝܐ אוּרְיָא (quo h. l. utuntur Syr. et Chald.); نُوْدٌ et مِذْوَد praesepe it. locus in quo jumentorum pabulum reponitur; et معلف, quod habent Saad. et Abulwalides. Pro praesepi pugnat etiam locus *Gemarae Babyl. Nedar.* fol. 42 verso: לא יאכל עמו מן האבוס *non edit cum eo ex paropside.* Kimchi: מקום מאכל הבהמות *locus cibi pecoris.* Sine ulla causa nonnulli certissima hac significatione relicta אֵבוּס volunt *aream* esse, ab أَبَسَ *calcavit*, quae tamen radicis vis ficta est, neque linguae usu probata.

מַאֲבוּס m. *repositorium pabuli, horreum.* Plur. Jer. L, 26. LXX. ἀποθήκη.

אֲבַעְבֻּעוֹת vide sub rad. בּוּעַ!

אָבַץ rad. inusit. Arab. أَبَصَ promptus, agilis fuit, chald. אַבְצָא stannum.

אֶבֶץ nom. propr. urbis in tribu Isaschar (Jos. XIX, 20), fortasse a stanno sic dictae.

אִבְצָן n. propr. judicis Israëlitarum. Jud. XII, 8. 10. Chaldaeis אִיבְצָן est labor, molestia, vide Buxtorf. Lex. chald.

אָבָק m. *pulvis*, spec. tenuis et subtilis, qualis per leves auras facile dispergitur Jes. V, 24, qualemve equi inter currendum suscitant Ezech. XXVI, 10. *Pulvis pedum Dei* poët. de nubibus, super quas Deus ambulat Nah. I, 3. — Jes. XXIX, 4. Deut. XXVIII, 24. (Chaldaeis, Syris et Samaritanis אַבְקָא, ܐܒܩܐ, ࠀࠁࠒ idem valet; eorum vero conatus, qui hanc significationem a verbo أَبِقَ *abdidit* repetierunt, longius petiti sunt et contorti).

אֲבָקָה vel **אַבְקָה** st. co str. אַבְקַת id., unde אַבְקַת רֹכֵל *pulvis institoris* h. e. aromaticus. Cant. III, 6. Ab his nominibus derivatur

אָבַק verbum denom. in Niph. נֶאֱבַק *pulvere se invicem conspergere*, quod fit inter luctandum, inde *luctari*. Gen. XXXII, 25. 26. Vocabulum paulo rarius a scriptore adhibitum videtur, ut alludatur ad nomen fluvii יַבֹּק, quasi יֵאָבֵק luctatio. Cf. sub אבק et *Lehrgeb.* pag. 374. Sic apud Graecos a κόνις est κονίζεσθαι, συγκονιοῦσθαι luctari, a πάλη pulvis tenuissimus, παλαίειν, συμπαλαίειν (cf. Ernestii opusc. phil. crit. pag. 172); apud Chaldaeos התאבקות *luctatio in pulvere*, et גוש a התגושש pulvis (quo vocabulo etiam in nostro loco utitur Samarit. ࠅࠉࠕࠂࠔࠔ ࠏࠌࠄ); et apud Arabes لف عجاجته عليه *congregavit pulverem contra eum* i. e. incurrit in eum (Alb. Schultens ad Hariri Cons. I, pag. 19), itemque لبد عجاجته *sedavit pulverem suum* i. e. impetum suum remisit (ibid. pag. 30). — Radici arabicae أبق *torquendi* notionem tribuunt Etymologi, unde non minus ἀναλόγως derivaretur luctatio, modo certius de ista significatione constaret.

אָבַר radix inusit. *fortis, robustus fuit*, ut colligitur e derivatis אָבִיר, אַבִּיר; spec. de vi et ἐνεργείᾳ, qua quis in altum nititur, *Schwungkraft*, unde אֵבֶר, אֶבְרָה penna, cf. Hiph. — In dialectis cognatis haec notio non comparet, praeterquam in lingua talmud. ubi איבר est *munivit* Erubhin fol. 53. A. et *obfirmavit* Sanhedr. fol. 109. B. אִיבְרָא vere, profecto, אַבְרְוָרִין turres, munitiones. Facessant vero conjecturae etymologicae, qualis est Scheidii in observatt. etym. ab أبر *pupugit* cet. Hezelius (in Lex. hebr. literam א exhibente pag. 10) confert فبر *carnosus, pinguis fuit*, unde est quadril. فبرج *pinguis, robustus* it. *taurus*, quemadmodum אַבִּיר. Simonis in Lex. ed. 2. in subsidium vocat ex literarum transpositione أَرَبَ ארב *constrinxit, firmavit* Conj. IV. *praevaluit*, Conj. V. *durus fuit*, quod non omnino displicet, siquidem ligandi verba saepe referuntur ad robur et firmitatem. V. sub rad. קָשַׁר.

Hiph. הֶאֱבִיר *volando in altum eniti, sich kräftig emporschwingen*. Job. XXXIX, 26: הֲמִבִּינָתְךָ יַאֲבֶר־נֵץ *tuane sapientia in altum assurgit accipiter? schwingt sich durch deinen Verstand der Habicht empor?* Ita Kimchi, Aben Esra, R. Levi ben Gerson, egregie ad contextum. Vulg. vero: *plumescit;* male, cum אֵבֶר non pluma sit, sed penna fortior. Saad. et Moses Gekatilia mss. يريش *alis instruxit*, a ريش *plumis alisque aptavit sagittam*. Sic Josephus Kimchi Jer. LI, 11 הברו החצים interpretatur *alis instruite sagittas*, pro האבירו. Chald. אִתְאֲבַר volat, vel alas nacta est avis. Vide Bocharti Hieroz. II, 269.

אָבִיר m. *fortis, validus*, nonnisi in hac phrasi: אֲבִיר יַעֲקֹב fortis s. heros Jacobi Gen. XLIX, 24. Jes. XLIX, 26. Ps. CXXXII, 2. 5, et אֲבִיר יִשְׂרָאֵל Jes. I, 24 de Deo.

אַבִּיר m. 1) *fortis, validus*, dicitur de hominibus, plerumque subst. ut *heros*, Thren. I, 15. Jer. XLVI, 15. Jud. V, 22. Jes. X, 13, ubi Chethibh legendum כְּאַבִּיר *sicut heros*, Keri כַּבִּיר *fortiter*. אַבִּירֵי לֵב qui valido animo sunt Ps. LXXVI, 6. In stylo autem poëtico אַבִּיר etiam κατ' ἐξοχήν dicitur a) de *tauro*. Ps. XXII, 13; אַבִּירֵי בָשָׁן *fortes* i. e. tauri *Batanaeae* L, 13; et metaph. de *principibus* Ps. LXVIII, 31: עֲדַת אַבִּירִים בְּעֶגְלֵי עַמִּים *turba taurorum* (i. e. principum) *cum vitulis populorum* (i. e. cum vulgo). b) de *equo*, nonnisi apud Jeremiam, VIII, 16. XLVII, 3. L, 11. (Cf. de epithetis poëticis *Lehrgeb.* §. 165, 2). — 2) *potens, nobilis, princeps*. Job. XXIV, 22. XXXIV, 20. לֶחֶם אַבִּירִים *cibus nobilium s. principum* i. e. cibus delicatior, exquisitus, de Manna Ps. LXXVIII, 25, cf. סֵפֶל אַדִּירִים Jud. V, 25. (LXX. ἄρτος ἀγγέλων, cf. Sap. XVI, 20, neque aliter Chaldaeus, quasi Manna angelorum fuerit Ambrosia, nunc de coelis demissa). אַבִּיר הָרֹעִים princeps pastorum 1 Sam. XXI, 8. 3) אַבִּיר לֵב *contumax, pervicax*, obfirmati animi homo. Jes. XLVI, 12.

אֵבֶר m. 1) *penna major, durior et crassior, Schwinge, Schwungfeder*, a fortitudine dicta et ἐνεργείᾳ

(*Schwungkraft*), quae notio est in radice. Dicitur de pennis aquilae Jes. XL, 31, columbae Ps. LV, 7, ac distinguitur tum ab ala ipsa (כָּנָף) tum a plumis (נוֹצָה) Ezech. XVII, 3. (Syr. et chald. אֶבְרָא, ܐܒܪܐ ala, porro ap. Rabbinos אֵבֶר membrum, אֶבְרָא os, ossis, itidem a fortitudine, ut עֶצֶם. Rabb. אברני ales, avis. Apud Nasoraeos ܐܒܪܐ sec. Norberg. est ulna, Cod. Nasor. T. I. p. 220 lin. 3. Sed malo: ala, volatus. In lingua aethiop. consonat አባል: membrum, permutato ל et ר).

אֶבְרָה f. id. Dicitur de pennis struthionis Job. XXXIX, 16 (al. 13), columbae Ps. LXVIII, 14, et metaphor. Dei Deut. XXXII, 11. Ps. XCI, 4.

אַבְרָהָם v. s. אָב pag. 10.

---

* אַבְרֵךְ. Vox haec perdubia, de qua Lutherus: *was Abrech heisse, lassen wir die Zancker suchen biſs an den iungsten Tag*, legitur Gen. XLI, 43, ubi ita de Josepho, Aegypti praefecto: *et Pharao vehi fecit eum in curru suo secundario, et clamarunt ante eum* אַבְרֵךְ. Si *hebraea* esset haec vox, haud dubie a rad. בָּרַךְ derivanda esset, neque tamen cum Buxtorfio (thes. grammat. pag. 134) habenda pro Imperativo Hiphil pro הַבְרֵךְ (sic enim dicendum fuisset in Plurali הַבְרִיכוּ vel אַבְרִיכוּ), vel cum Aben Esra pro 1 fut. ejusdem conjugationis *faciam, ut genua flectatis*, invito Hebraeorum stylo; sed pro Inf. absol. Hiphil h. l. Imperativi vices sustinente, coll. אַשְׁכֵּים pro הַשְׁכֵּים Jer. XXV, 3. Ita e vett. Vulg. *clamante praecone, ut omnes coram eo genu flecterent*. Aqu. ap. Hieron. *et clamavit in conspectu ejus ad geniculationem*, apud Origenem: γονατίζειν. Gr. Venet. γονυπετεῖν. Arabs Erpen. اركعوا *flectite genua*, neque aliter Abulwalides, et Lutherus in prima Bibliorum editione: *daſs man die Knie beugen soll.* Longius enim ab analogia recedunt Ratelbandius (diss. sub praes. Schultens. cet. defens. pag. 304), cui est superlativus more Arabum per א praefixum formatus, *benedictissimus*, quae tamen sententia etiam Saadiae placuisse videtur, vertenti: الظريف *elegans, bonus, venustus*; et Hottingerus (in smegmate orient. pag. 131), qui confert celeusma arabicum براك, quod tamen non est populi jubilantis, sed bellicum, quo ad virtutem milites excitantur (v. Golius s. h. v.).

Sed si fatendum, quod res est, vocabulum *aegyptiacae* potius originis esse idque ab ipso scriptore significari videtur. Scriptor vero hebraeus illud ita inflexit, ut etiam hebraice sonaret, et cum voce peregrina vel eundem vel vicinum saltem sonum funderet, quod in omnibus fere linguis fieri solet, quoties vocabula exotica recipiuntur, idemque factum esse ab Hebraeis in vocc. aegyptiacis פַּרְעֹה, מֹשֶׁה, חָם, תַּחְפְּנֵיס infra videbimus. De voce aegyptiaca, quae sub hac forma hebraizante delitescat, variae sunt virorum doctorum conjecturae, veri specie non destitutae. Ac Pfeifferus quidem in Dubiis vexatis, Opp. T. I. pag. 94, conjicit ⲁϥⲡⲉⲕ a themate coptico ⲡⲉⲕ inclinare et ⲁϥ nota tertiae Praeteriti, sensu optativi: *inclinat se quisque, man neige sich* [vide Versionem copticam Joh. VIII, 8, in qua pro κάτω κύψας est ⲁϥⲡⲉⲕ ϫⲱϥ *inclinavit caput suum*]; la Croze et Jablonskius (Opusc. ed. te Water T. I. pag. 4. 5) ⲟⲩⲃⲉ-ⲡⲉⲕ *inclinate contra* (sc. Josephum); R. Forsterus (de bysso antiquorum p. 111) ⲥⲁ-ⲡⲡⲏ-ϧⲏⲕ *Habrechek a rege cinctus sive vestitus*; omnium felicissime autem me judice Ion. Rossius (in Etymologiis aegyptiacis pag. 1) ⲁⲡⲉⲣⲉⲕ vel ⲁⲡⲣⲉⲕ *aberek, inclinare caput*, simul monens in vocibus compositis etiam apud Aegyptios nomen interdum verbo praeponi, ut apud Graecos et Latinos.

E veterum interpretamentis denique notandum est, quod dant *Onk. Targ. Hieros. Hieron. Persa* (Lutherus in altera editione): *pater regis*, coll. XLV, 8, ex hebraeo אָב *pater* et chald. רַךְ, רִבָּא, רֵיכָא *rex*, quod tamen ipsum latinae potius originis esse videtur. Eadem sententia Syro etiam placuisse videtur, qui verba אברך ונתון liberius reddit: ܐܒܐ ܘܡܕܒܪܢܐ *pater et praefectus* cet. — E contextu procul dubio, neque feliciter, conjectantes LXX et Samarit. reddunt κήρυξ, ࠌࠓࠀࠆ *praeco*.

אָגֵא rad. inusit. Arab. أَجَا fugit, aufugit. Inde est

אָגֵא n. propr. viri, nonnisi 2 Sam. XXIII, 11 obvium.

אגג rad. inusit. Arab. أَجَّ arsit, flagravit ignis. Inde est

אָגָג vel אֲגַג nom. propr. regis Amalecitarum a Saulo devicti captique et a Samuele caesi, 1 Sam. XV, 8. 9. 20. 32. 33, quod fortasse respicitur Num. XXIV, 7, nisi *Agagi* nomen Amalecitarum regibus fere commune fuisse dicas, ut *Abimelechi* nomen Philistaeorum regibus. Cf. אֲבִימֶלֶךְ. Joannis Davidis Michaelis in loco Numerorum de Ogyge rege somniantis inanem conjecturam vide in ejus Supplemm. ad Lexx. hebr. pag. 12. 13.

אֲגָגִי nom. gentile, ab Agago oriundus, de Hamano, Esth. III, 1. 10. VIII, 3. 5. Judaei ex Agagi Amalecitae prosapia ortum esse Hamanum opinantur, et inde insitum

ejus, quo Judaeos persequebatur, odium repetunt, praeeunte jam Josepho (Ant. XI, 6. §. 5), cui vocatur τὸ γένος Ἀμαληκίτης: quod utrum ex ipsius scriptoris mente dictum sit, in medio relinquimus. Quod vero idem Hamanus apud LXX interpretes Esth. IX, 24 et in additamentis graecis ad hunc librum XVI, 10. 14 *Μακέδων* dicitur, id minime pro interpretatione patronymici hebraici habendum est, sed pro mutatione arbitraria, ex odio Judaeorum adversus Graecos et nominatim Macedones coorta, cujus generis haud pauca in Versione alexandrina deprehenduntur. Cf. Jes. IX, 12, et comment. nostrum in hunc librum I, 61.

אָגַד rad. inusit. quae *ligandi* potestatem habuisse videtur (Chald. אֲגַד ligavit, colligavit, איגוד vinculum, funis, אֲגֻדָּה manipulus). Atque haec duplici modo transfertur 1) ad *compingendi; firmandi, firmiter conjungendi* vim, unde مُوجَدٌ *compactus, firmatus*, spec. *aedificium firmiter compactum*, إِجَادٌ *opus fornicatum, fornix firmae compaginis, Schwibbogen, Gewölbe*. Cf. אֲגֻדָּה no. 4; 2) ad vim *roboris* et *fortitudinis*, ut saepe verba ligandi, cf. קָשַׁר. Arab. مُوجَدٌ corroboratus, robustus. Eandem vim in lingua arabica habet cognatum أَكَدَ constrinxit, compegit, firmavit, أَكِيدٌ firmus, compactus. Cf. etiam עָקַד.

אֲגֻדָּה f. 1) *nodus, vinculum*. Jes. LVIII, 6: אֲגֻדּוֹת מוֹטָה *vincula jugi*. — 2) *fasciculus*, ut hyssopi Exod. XII, 22. — 3) *manipulus* s. *turma* hominum. 2 Sam. II, 25. Cf. חֶבֶל no. 6, arab. عِصَابَةٌ vinculum et caterva hominum, حِزْبٌ agmen hominum a rad. حزب constrinxit; pers. بند *bend* vinculum, fasciculus, hominum cohors, cf. etiam in scriptt. arab. v. c. vit. Tim. I, p. 431 ed. Manger; germ. Bande. — 4) *opus fornicatum, Gewölbe, Wölbung*. Vide in rad. Verba ligandi in hunc modum transferuntur ad exstruendi et aedificandi notionem; cf. קָשַׁר Nehem. III, 38; رِبَاطَةٌ ligatio it. firma structura, Schult. Opp. min. pag. 104; gr. ἁψίς nodus it. opus fornicatum, coeli fornix; et quod notante Jo. Simoni Malabariae incolis *domum ligare* dicitur pro aedificare, Relat. Malabar. contin. 38. pag. 285. Ita Amos IX, 6, ubi coelum poëtice *fornix* (אֲגֻדָּה) dicitur super terram fundatus.

---

* **אֱגוֹז** m. *nux*. Saepe ita in Mischna, *Maaseroth* 1 §. 2. *Schebiith* 7 §. 3. *Schabbath* 6 §. 7. 9 §. 5. 17 §. 2. *Peah* 1 §. 5. In lingua arabica est جَوْزٌ (minime اجوز, ut notat Calasius in Concordantt. hebraicis, qui quidem et alibi voces arabicas exhibet mere fictitias) i. e. nux generatim, ut جوز رومى nux graeca i. e. juglans, جوز الطيب nux myristica cet. Malt. *geuz* (Vassalli p. 216). Syr. ܓܘܙܐ pers. كوز, كُوز, armen. ընկոյզ *engus* id. Et Abulfadli quidem apud Celsium (Hierobot. I. p. 28) persicae originis esse hoc vocabulum contendit, cum arabice nux dicatur خُسْف; cui sententiae et nos subscribere non dubitamus, quia etymo semitico illud omnino caret. Vox autem persica a Cantici Canticorum sermone aliena videri non potest. In lingua hebraea Aleph prostheticum accessit. Vide pag. 3. Semel occurrit Cant. VI, 11: אֶל־גִּנַּת אֱגוֹז, LXX εἰς κῆπον καρύας i. e. in hortum nucis s. amygdalae (v. Biel. et Schleusner. s. h. v. Aethiop. ለውዝ: i. e. amygdalae. Ludolf. Lex. aethiop. p. 396). Suffragatur Gr. Venet. Vulg. *in hortum nucum*. Syr. et Arab. vocem retinent. — In alia omnia abeunt Edm. Castellus, qui hortum putationis i. e. putatum reddit (a גָּזַז), et Alb. Schultensius, cui est *hortus reclinationis* vel *recubitionis*, ab أَجْزٌ „decubitus corporis in latus contorti". His certe verisimilior est Boysenii conjectura arab. إِجَّاصٌ *pruna, pruna nigra s. damascena* conferentis, quanquam non est, cur ab interpretatione supra proposita recedamus. Cf. Ol. Celsii Hierobot. T. I. pag. 28 sequ., qui de nuce juglande in specie intelligit.

אָגַל radix deperdita. Arab. أَجَلَ *conclusit, continuit* Conj. II. *congregavit, collegit in unum locum*, ut aquam, أَجِيلٌ *collecta in unum locum* (aqua), مَأْجَلٌ et مُوجَلٌ *stagnum, piscina*. Inde

אֵגֶל m. in plur. constr. Job. XXXVIII, 28: אֶגְלֵי־טָל *receptacula* (coelestia) *roris*, cf. אוֹצְרוֹת שֶׁלֶג vers. 22. Fingit poëta quasi stagna lacusque, ex quibus ros destillet. LXX. in textu vulgari: βώλους δρόσου i. e. glebas roris, parum apte. Lege βόλους i. e. jactus, stillas. Ms. Alex. vero συνοχὰς καὶ βώλους δρόσου, ubi duo interpretamenta conjuncta habes, et prius quidem cum nostra sententia conveniens. Etenim συνοχή est i. q. συγκλεισμός. Cf. in rad. Confirmat eandem sententiam id quod sequitur nomen proprium אֶגְלַיִם. Eadem placuit R. Parchoni et Eliae Levitae quanquam falso etymo nixis. Ita ille: אפיקים מלאים מים כמו וישם באגמות

אגֻּנות בחלוף נון ולמד *Alvei pleni aquarum, ut sit i. q.* *Exod. XXVI,* 6 *ex permutatione Nun et Lamed.* *Stillas* tamen dant vett. interpretes reliqui omnes. Vulg. *stillae roris.* Chald. רְסִיסֵי טַלָּא, neque aliter Syr., Kimchius cet. Saad. ms. انوأ طل i. e. *occasus siderum* l. *sidera, constellationes roris* i. e. sidera, ex quibus rorem praesagiunt.

אֶגְלַיִם (duo stagna) Jes. XV, 8 nom. propr. vici moabitici. LXX. Ἀγαλλείμ. Ms. Alex. Ἀγαλλείμ. Eusebius in locis hebr. Ἀγαλλείμ· καὶ νῦν ἐστιν Αἰγαλείμ κώμη πρὸς Νότον Ἀρεοπόλεως, διεστῶσα σημείοις η̄. Vix dubitari potest, quin idem sit hoc oppidum, quod *Agallae* (Ἄγαλλα) nomine recenset Josephus in serie duodecim urbium ab Alexandro rege Arabibus ereptarum (Ant. jud. XIV, 2).

אגם rad. inusitata, cujus notiones tamen e derivatis et e linguae arabicae analogia bene restitui possunt. Et istae quidem hoc fere modo se invicem excipere videntur. 1) *arsit, ferbuit* (ignis, dies), ut arab. أَجَمَ, unde est אַגְמֹן no. 1. ahenum fervens. 2) ut arab. أَجِمَ *tepida fuit aqua,* et inde *corrupta, mutata et alterata fuit* aqua. Unde אֲגַם stagnum, et אַגְמוֹן no. 2. 3. arundo stagni. 3) ut arab. أَجِمَ *nauseam peperit* (aqua foetida); it. *nauseavit, abhorruit,* coll. chald. אֲגַם contristatus fuit. Radices cognatae sunt a) أَجَنَ et أَجِنَ alterata, corrupta fuit, foetuit aqua; b) وجم fervidus fuit dies; it. abhorruit, ingratam habuit rem; it. dolorem concepit ex aliqua re. c) עָגַם tristis fuit, q. v.

אֲגַם m. plur. אֲגַמִּים Exod. VIII, 1 in st. constr. tamen אַגְמֵי VII, 19. Jes. XIV, 23 1) *stagnum, palus,* Jes. XXXV, 7. XLII, 15. Saepius אֲגַם מַיִם, אַגְמֵי מַיִם Jes. XIV, 23. XLI, 18. Ps. CVII, 35. CXIV, 8. Spec. de aestuariis (Lachen, Pfützen), quae in Nili litoribus post inundationem oriuntur, Exod. VII, 19. VIII, 1. Arab. أَجَمٌ et أَجَمَةٌ palus, arundinetum, it. lustrum leonis. Motanabbi ap. Reiskium ad Abulf. Syriam ed. Koehler pag. 209. v. 21. Syr. ܐܓܡܐ stagnum, lacuna. 2) *palus arundine obsita, arundinetum* Jer. LI, 32: וְאֶת־הָאֲגַמִּים שָׂרְפוּ בָאֵשׁ et arundineta igne cremarunt. Neque enim placet de Wettius: *dafs sie die Seen ausgebrannt mit Feuer,* quod fieri posse non crediderim. Bene Kimchius: כל הגמא הגדל על הנהרות שרפו באש כדי שלא יכנסו רוב הגמא מלבא במדינות. ורבי יונה פירשו כמו מבצרים ודשה אתו ללשון ערב שקורין למבצרים אגאם *omnem arundinem majorem ad flumina igne cremarunt, ne cohiberentur ab intrando in urbes. R. Jona munimenta interpretatur, collato arabico* آجَام. Neque male ita R. Jona. Significationes enim ita cohaerent, ut أَجَمَةٌ Plur. أُجُم, آجَام sit: arundinetum, lustrum leonis, asylum, refugii locus, it. arx, munimentum.

אָגֵם m. adj. tristis. Cf. s. rad. no. 3. Plur. st. constr. Jes. XIX, 10: אַגְמֵי נָפֶשׁ *tristes animo.* Cf. עָגֵם Job. XXX, 25. (Arab. وَجِمَ et وَاجِمٌ aeger animo).

אַגְמוֹן m. 1) *ahenum fervens* Job. XLI, 12, ab אגם no. 1. Vulg. *fervens.* Chald. עבד כיסא *fumum faciens.* Saad. et Mose Gekatilia mss. قمقم *urceus, cantharus.* Possit etiam translatum esse ab אֲגַם *lacus,* ut sit *vas aquae,* coll. יָם de mari aeneo templi, graec. λάκκος et lat. *lacus.* Atque hanc ipsam lacus stagnique notionem retinent h. l. Aben Esra et Celsius (Hierob. I, pag. 471), coll. XLI, 23. Sed e lacu fervente fumus non ascendit. R. Salomo: כלי חרש vas fictile. R. Levi: אגמון הוא דוד גדולה *agmon est olla major.* — 2) *juncus, arundo,* qualis in paludibus plurima crescit (cf. אֲגַם no. 1. 2.) Jes. LVIII, 5. E proverbio dicitur כִּפָּה וְאַגְמוֹן Jes. IX, 13. XIX, 15 *palma et juncus,* de summis et infimis. Cf. apologum in Aphthonii progymnasm. pag. 163 de quercu vento eradicata, et arundine ab eo inflexa. — 3) *funis junceus,* vel capistrum e fune junceo, sicut σχοῖνος utrumque significat, et juncum et funem e junco plexum. Plin. H. N. XIX, 2: *Junco Graecos ad funes usos, nomini credamus, quo herbam eam appellant.* Talmudicis funis junceus peculiari nomine dicitur מגג, unde in Erubhin fol. 58. a. *triplices funes sunt, ex junco* (של מגג), *ex vimine et ex lino.* Job. XL, 22 (26): הֲתָשִׂים אַגְמוֹן בְּאַפּוֹ *numquid pones funem in naso ejus?* Ita recte Bochartus in *Hieroz.* II, p. 772, contra quem frustra disputat Celsius l. c. pag. 467. Paulo alio flexu vett. interprett. et Hebraei ferrum aduncum intelligunt, junci instar incurvum (coll. Jes. LVIII, 5), quae sententia commendationem habet a voce חוֹחַ similiter translata in membro parallelo. LXX. κρίκος. Vulg. *circulus.* Chald. אונקלא i. e. ἀγκύλιον. Kimchi: הוא כלי כמין מחט ברזל שצדים בו חדגים ויורה עליו ובחוח תקוב לחיו. ונקרא כן לפי שראשו כפוף כמו הגמא *instrumentum est, ad modum acus ferreae, quo utuntur in piscatu, quemadmodum docent sequentia verba. Dicitur juncus a cacumine ejus instar junci incurvo.* Bocharti tamen ratio haud dubie praeferenda. Juncum retinent Saadias et M. Gekatilia, quorum ille دبيس i. e. *juncus* (apud Golium est: دبيس), hic البردي. — De tota hac voce disputavit Celsius in *Hierobot.* I, pag. 465—477, quanquam non ab omni parte feliciter.

אָגַן radix deperdita. Arab. أَجَنَ est I) alterata fuit aqua, v. supra s. v. אָגַם. II) i. q. وجن contudit (cf. hebr. יָגַן) impr. pannos, ut fullones et lotores facere solent ad expurgandas sordes, unde مِيجَن tudes s. lignum, quo fullones contundunt vestes inter lavandum (Mudschmel ellogha ap. Gol.), et إِجَّانَةٌ, إِجَانَةٌ, إِنْجَانَةٌ labrum, λουτήρ. Huic respondet

אַגָּן m. *labrum, pelvis.* (Syr. ܐܓܢܐ hydria, Joh. II, 6. 7 in utraque Versione, apud Zabios de cratere vini, Cod. Nasar. III, p. 178. lin. 12). Cant. VII, 3: שָׁרְרֵךְ אַגַּן הַסַּהַר *umbilicus tuus* (i. e. venter tuus, v. s. v. שֹׁרֶר) est instar *labri rotundi.* Plur. אַגָּנוֹת de vasis, quibus sanguis victimarum excipiebatur Exod. XXIV, 6, de pelvibus in pariete suspendendis. Jes. XXII, 24.

אֲגַפִּים v. s. rad. גָּפַף.

אָגַר fut. יֶאֱגֹר 1) *collegit, congessit* (*messem*) Prov. VI, 8. X, 5. Deut. XXVIII, 39. Radices cognatae sunt גור no. 2 et chald. יְגַר, de quibus infra. Consonat graecum ἀγείρω. In aliis dialectis est 2) significatio *quaestus lucrique* (a congerendo) et 3) *mercedis conductionisque*, cujus vestigium forsan etiam in lingua hebraea sub v. אִגֶּרֶת exstat. Cf. ad no. 2. ܐܓܪ quaestum fecit, lucratus est, impr. mercaturam exercendo, ܐܓܘܪܐ quaestus, rabbin. אֶגֶר lucrum; ad no. 3. أَجَرَ mercedem dedit, mercede conduxit; אֲגַר, ܐܓܪ, ዐስበ id., أَجْر, ܐܓܪܐ, ዐስብ merces, praemium.

אָגוּר N. propr. viri cujusdam sapientis, filii Iakeh (יָקֶה), cui Proverbiorum cap. XXX in inscriptione ejusdem capitis tribuitur. In nominis etymologia minime argutandum est, quanquam id jam factum ab Hebraeis. Juda ben Karisch (in Eichhorn. *Biblioth.* III, p. 965), R. Salomo ben Melech et Hieronymus *collectorem* vertunt, et nomen symbolicum Salomonis esse volunt, alibi קֹהֶלֶת dicti, quod nomen itidem *collectorem* interpretantur. Sed minime Salomonem indicari, vel ex adjecto בֶּן־יָקֶה luce clarius est. Apud Castellum in Lex. syr. ܐܓܘܪ redditur e Bar Bahlule: *qui sapientiae studio se applicat*; sed si ex aliis similibus exemplis judicium ferendum est, Bar Bahlul haec minime ex usu loquendi Syrorum hausta memoriae prodit, sed ex etymologia quadam nominis nostri biblici in scholis doctorum Syrorum tradita, quarum multae conjecturis nituntur certoque fundamento prorsus destituuntur.

אֲגוֹרָה f. 1 Sam. II, 36: אֲגוֹרַת כֶּסֶף *nummulus argenteus*, a *colligendo* dictus, videlicet talis, qualis a pauperibus mendicisque colligi solet, ut lat. *stips* in phrasi *stipem colligere*. Egregie convenit aethiop. ዐላድ: *alâd* moneta, numisma, imprimis moneta parva, dimidium unciae, ab ዐለደ: *collegit*, et ipsissimum nostrum *agar*, quod Melitenses usurpant de eleemosyna pauperibus data. Vassalli Lex. melit. pag. 3. LXX. ὀβολός. Vulg. *nummulus*, neque aliter Hebraei, qui tamen גֵּרָה conferunt, a rad. גָּרַר. Recentiores quidem ex usu arabico *mercedem, mercedulam*, sed certa vocis in lingua hebraea significatio verborum nexui accommodatior.

אֲגַרְטָל m. vox composita, nonnisi Esra I, 9 obvia, ubi: אֲגַרְטְלֵי כֶסֶף, אֲגַרְטְלֵי זָהָב *paterae argenteae, paterae aureae.* LXX. ψυκτῆρες. Esra apocr. σπονδεῖα. Vulg. *phialae*. Syr. ܐܓܢܐ. De etymo e lingua hebraea anquirentes, audiamus primum Aben Esram cujus haec sunt verba (quae negligenter, neque ad finem usque legit J. D. Michaelis in Supplemm. pag. 17): אגרטלי מזרקי׳ ופירושו בירושלמי למה נקרא שמם אגרטלי שאוגרים שם דם חטלה i. e. אגרטלי *sunt crateres, et interpretatio ejus talis est in Talmude Hierosolymitano: Quare vocantur* אגרטלי? *quoniam in iis colligitur sanguis agni.* Vocem igitur compositam censet Talmud Hieros. e rad. אָגַר et טָלֶה *agnus*, quanquam parum commode dixeris *agnum colligere* pro *sanguinem agni colligere*. Modo semitica est vox, praeplacet Jo. Simonis et J. D. Michaelis sententia, quibus altera pars compositi est vel טל arab. طَلّ sanguis; vel, ne extra linguae hebraeae fines deflectatur, טַל, طَلّ *ros*, tenuis pluvia, ut proprie sint *vascula aquae pluviali colligendae destinata*, postea vero vascula cujuscunque generis (cf. אַגָּן). Repugnant quidem utrique huic rationi puncta vocalia, siquidem אֲגַרְטַלֵּי vel אֲגַרְטַלֵּי exspectaveris, haec tamen exigui sunt momenti in vocabulo ἅπαξ λεγομένῳ, cujus verum etymon latere potuit Grammaticos, vocalium auctores.

Fuerunt, qui e graeca lingua illud repeterent, ut sit i. q. κάρταλλος, κάρταλος, cum Aleph prosthetico, quae vox in aliarum etiam linguarum semiticarum civitatem recepta est, ut rabbin. קַרְטִיל, arab. قِرْطَالَة, syr. ܩܪܛܠܐ, aethiop. ቀርጣሎስ: *kartalos*; sed haec vox *sportam, canistrum* notat, non pelvim pateramve. Praeterea in sermone hebraeo nullum graecae vocis certum vestigium extat: quanquam hujus generis plura in Chaldaismo biblico deprehenduntur.

Persicam esse vocem, per se veri specie non caret. Parum tamen placent originationes hactenus propositae, ut Pfeifferi (in Dubiis vexatis, Opp. pag. 221) ab أخر (immo آخر achăr) labrum (sed quid כל?); Hottingeri (smegm. orient. pag. 78) ab اخكار ăchkar, اخكر ăchker pruna, ut sit thuribulum; et Wahlii (*Magazin für alte, besonders morgenländische Literatur* II, pag. 102. 103) ab آجار agăr salgama et تلى tali pera, orbis, patera. Haberes pateras, in quibus salgama recondere solent: *Teller mit Eingemachtem*, quae vix placuerint in contextu laudato.

אִגְּרוֹת v. sub rad. גרה.

אִגֶּרֶת f. Plur. אִגְּרוֹת, sequioris Hebraismi vox, *epistola*, imprimis de epistolis edictisque regiis vel auctoritate publica scriptis, et propterea a tabellario publico (ἄγγαρος) ad aliquem delatis. Nehem. II, 7—9. VI, 5. 17. 19. Esth. IX, 26. 29. (Syr. ܐܓܪܬܐ, chald. אִגְּרָא, in dial. nasor. ܐܢܓܝܪܬܐ ענגירתא it. נגירתא et in demin. ענגירונא id. Vide Lorsbach. in Staeudlin. *Beytrr.* V, pag. 18. 22. 32). A rad. אגר mercede conduxit, fortasse formatum est quadril. talmud. אַנְגַּרְיָא *angaria*, i. e. adactio ad faciendum opus publicum principis aut magistratus, quo imprimis pertinebat literas regias quam citissime perferendi negotium. Cf. graecum ἄγγαρος et ἀγγαρεύειν, Schleusner. in Lex. ad N. T. s. h. v. et Reland. diss. miscellan. II. p. 125. Possit hoc modo אִגֶּרֶת esse epistola a tabellario publico angariam praestante perlata, ita ut vocabula אִגֶּרֶת, אַנְגַּרְיָא, ἄγγαρος semitica sint. Si *semiticam* esse ponis vocem nostram, magis certe placet haec ratio, quam epistolam dictam esse a variarum rerum *collectione* (vide אָגַר), vel אִגֶּרֶת esse ab aethiopico ነገረ: *naggara* narravit, indicavit, ነገር: *naggar* sermo, lingua, it. res, negotium, quanquam et hoc etymon ferri potest.

De etymo *persico* circumspicientes viri eruditi varias in medium protulerunt conjecturas. Ac Lorsbachius quidem (in Staeudlin. *Beyträgen zur Philosophie und Geschichte der Religion und Sittenlehre* T. V. pag. 20) confert انكاره *engare, scriptum quid*, a verbo انكاريدن *engariden* pingere et probabiliter i. q. γράφειν in genere, scribere, ut אִגֶּרֶת sit i. q. סֵפֶר scriptum quodcunque, in specie epistola: eaque ratio caeteris praeferenda. Alii, ut graecum ἄγγαρος explicarent, contulerunt vel اغاليدن *agaliden* instigare, urgere aliquem, ad fugam cogere, ut Relandus l. c.; vel مجرك، مكرك *megrek* angariatio (Castellus in Lex. pers. s. h. v.), Nun et Mem permutatis; vel cum Jahnio (*Bibl. Archäologie* II, 2, 272) خنجر *khendscher* pugio, quo tabellarii regii apud Persas usi esse dicuntur, quod tamen vel propter duram literae ح in lingua persica pronuntiationem minime ferendum est. Ut dicam, quod sentio, vel primo loco proposita vel Lorsbachii ratio amplectenda videtur, et forsan etiam τοῦ ἀγγάρου nomen ita explicari potest, ut proprie sit tabellarius, qui epistolas (انكارها) perfert.

אִגְּרָא f. chald. *epistola*, Esra IV, 8, st. emphat. אִגַּרְתָּא ibid. IV, 11. V, 6.

אֵד vide sub rad. אוד.

אֵדוֹת vide s. אוד.

אָדַב i. q. דָּאַב per transpositionem literarum, pr. *liquefactus est*, inde *contabuit*. Hiph. 1 Sam. II, 33: לְכַלּוֹת אֶת־עֵינֶיךָ וְלַאֲדִיב אֶת־נַפְשֶׁךָ *ut langueant oculi tui et contabescat anima tua*. לַאֲדִיב pro לְהַאֲדִיב, ut לַשְׁמִיד Jes. XXIII, 11 pro לְהַשְׁמִיד cf. *Lehrgeb.* p. 320, et hoc pro לְהַדְאִיב. Ita dudum hebraei interpretes, cf. locum, qui hunc nostrum eximie illustrat Deut. XXVIII, 65: כִּלְיוֹן עֵינַיִם וְדַאֲבוֹן נָפֶשׁ *languor oculorum et tabes animae*. Quae cum satis certa sint, non moramur quaedam recentiorum παρερμηνεύματα, de quibus v. Michaëlis in Supplem. Simonis Lex. ed. Eichhorn pag. 30.

אַדְבְּאֵל n. propr. filii Ismaëlis Gen. XXV, 13. 1 Paralip. I, 29. Arabice أَدَبٌ est miraculum, idque in viri Arabis nomine explicando recte adhibebimus, hinc: miraculum Dei.

אדד rad. inusit. Arab. أَدَّ i. q. فَدَّ supervenit infortunium, unde إِدٌّ infortunium, sed أُدٌّ robur, potentia, vigor. Primaria radicis notio esse videtur in vehementia et duritie, unde etiam شِدَّة robur it. calamitas, infortunium. Hinc sunt:

אֲדַד n. propr. viri Idumaei 1 Reg. XI, 17, qui ibid. comm. 14 הֲדַד vocatur.

אִדּוֹ n. propr. praefecti urbis Casiphjae, tempore Esrae. Esra VIII, 17. Potest tamen nomen persicae originis esse.

אַדָּן n. propr. viri, qui sub Zorobabel Hierosolyma rediit Esra II, 59, qui idem in loco parallelo Neh. VII, 61 אַדּוֹן scribitur.

אדה rad. inusit. Ejus analogiam sequitur

אֱדַיִן chald. adv. temporis: *tunc*, i. q. hebr. אָז, אֱזַי Dan. II, 15. 17. 19. 25. 48. III, 24. Esra IV, 9. 23 etc. Proprie nomen est *temporis* significatione (v. sub אָוַת), unde cum בְּ praefixo dicitur בֵּאדַיִן illo tempore, *zu damaliger Zeit*: Dan. III, 3. 13. 19. 21. 26. 30. Esra IV, 24. מִן אֱדַיִן i. q. מֵאָז *inde ab* (illo) *tempore* Esra V, 16. Forma chaldaica אֱדַיִן vel ita explicanda est, ut dicta sit pro hebr. אֱזַי, in quo Jod radicale est (formae דְּדַי) cum Nun paragogico: vel אֱדַיִן est pluralis a sing. אֱדָא (ut גְּלָא plur. גְּלַיִן) et *tempora* notat.

אֲדַלְיָא n. propr. persicum filii Hamani. Esth. IX, 8. Fortasse in eo latet nomen persicum دل *del* cor, aut دال *dal* aquila.

אדם *rubuit*, it. *rufus, fuscus fuit* (v. derivata). (Arab. أَدِمَ et أَدُمَ fuscus evasit l. fuit, آدَمُ fuscus, أُدْمَةٌ color fuscus in homine i. q. سُمْرٌ. Chald. אֲדַם rubuit. Aethiop. አደመ: rubuit, unde አደም: ruber, አደምማፍ: rufus; it. pulcher, formosus fuit (a rubedine, ut in lingua ruthenica *krasnii*, ruber et pulcher) አደም: jucundus, suavis. Vide Ludolfi Lex. ed. 2. pag. 377). In Kal reperitur in uno loco Thren. IV, 7, ubi de principibus Israëlis: *principes eorum splendebant prae nive, candebant prae lacte,* אָדְמוּ עֶצֶם מִפְּנִינִים *rubuit corpus eorum prae coraliis.* Candor et rubedo pertinent ad descriptionem pulchritudinis, unde errant, quicunque etiam verbum אָדְמוּ in hoc loco de candore lucido intelligunt, ut Bochartus (Hieroz. II, pag. 688) et Ludolfus (Comment. ad histor. aethiop. p. 206), quanquam Romani *purpureum* colorem de candore usurpant (Hor. Od. IV, 1, 10. J. H. Voss ad Virg. Georg. pag. 750). Vix autem illi in hanc sententiam delati essent, nisi paulo cupidius id egissent, ut voci פְּנִינִים margaritarum significatum vindicarent. Vide s. h. v.

Pu. Part. מְאָדָּם *rubefactus*, rubro colore infectus, de pellibus Exod. XXV, 5. XXXV, 7. 23 cet., et de clypeis Nah. II, 4.

Hiph. intrans., ut Kal, *rubuit*, de colore coccineo Jes. I, 18. Alia etiam vocabula colorum in conjugatione Hiph. vim intransitivam retinent, cf. הִלְבִּין.

Hithpa. rutilavit (vinum in poculo) Prov. XXIII, 31.

אָדָם m. 1) *homo.* De etymo vide infra not. 1. Neque status constructi, neque pluralis numeri formam admittit hoc vocabulum, sed in utraque specie manet invariatum. In stat. constr. esse videtur Prov. VI, 12: אָדָם בְּלִיַּעַל *homo nequam*, quanquam per ellipsin ita dici potest pro אָדָם בֶּן־בְּלִיַּעַל. Saepissime autem collect. notat *homines, genus humanum* Gen. I, 26. 27. VI, 1. Ps. LXVIII, 19. LXXVI, 11. Job. XX, 29. כָּל־אָדָם omnes homines Job. XXI, 33. XXXVII, 7 cet. Atque huc referenda est peculiaris locutio, in qua אָדָם adjectivis ut genitivus postponitur, velut אֶבְיוֹנֵי אָדָם *pauperes hominum* l. inter homines i. e. homines pauperes Jes. XXIX, 19; זֹבְחֵי אָדָם *sacrificaturi inter homines* i. e. homines, qui sacrificaturi sunt, quicunque sacrificaturi sunt (minime: qui immolaturi sunt homines) Hos. XIII, 2; כְּסִיל אָדָם stultus inter homines pro homine stulto Prov. XV, 20. XXI, 20, פֶּרֶא אָדָם *onager hominum* i. e. homo onagri instar ferus Gen. XVI, 12, cf. Micha V, 4. Job. XV, 7. Eadem phrasis legitur intercedente בְּ, ut בֹּגְדִים בְּאָדָם Prov. XXIII, 28, et in lingua arabica, cf. *Lehrgeb.* pag. 678; adde بهيمة الانعام *brutum pecorum* i. e. pecora bruta Cor. V, 1, أَوَّلُ يَوْمٍ *primus dierum*, pro أَيَّامٍ Cor. IX, 109. — Spec. אָדָם legitur a) de *aliis reliquis hominibus*, ubi opponuntur iis, de quibus nunc actum fuerat. Jer. XXXII, 20: *miracula patrasti* בְּיִשְׂרָאֵל וּבָאָדָם *in Israële et in reliquis hominibus.* Jud. XVI, 7: *tum ero* כְּאַחַד הָאָדָם *sicut unus e reliquis hominibus, wie ein anderer Mensch.* XVIII, 28. Ps. LXXIII, 5 (opp. hostes feroces). Jes. XLIII, 4. Proinde b) de *hominibus e vulgo*, ubi opponuntur melioris indolis viri. Sic in phrasi כְּאָדָם (vulgarium) hominum more, *nach der (gewöhnlichen, gemeinen) Menschen Weise* Job. XXXI, 33 (ubi male quidam, praeeunte Chaldaeo: sicut Adamus). Hos. VI, 7. Ps. LXXXII, 7. Interdum adeo *malorum* hominum adjunctam habet notionem. Ps. CXXIV, 2, cf. אֱנוֹשׁ. Non minus dicitur c) de *vulgo, hominibusque de plebe*, ubi opponuntur אִישׁ *viri* (nobiliores) Jes. II, 9. V, 15, vel שָׂרִים Ps. LXXXII, 7, cf. Jes. XXIX, 21. In Plurali ita opponuntur בְּנֵי אָדָם et בְּנֵי אִישׁ Ps. XLIX, 3. Prov. VIII, 4. Cf. infra no. 5. R. Salomo ben Melech ad Ps. l. c. בני אדם הם המון העם בני איש הם הגדלים *Bene Adam dicitur de vulgo, bene isch de magnatibus.* De simili discrimine, quod Graecis est inter ἄνθρωπον et ἄνδρα, et Latinis inter *hominem* et *virum* vid. Petiti Miscell. Obs. III, c. 25. Bynaeus de morte Jesu Chr. I, 73. II, 384. Matthiae *griech. Grammatik* pag. 595. Neque aliter Syri sibi invicem opponunt ܐܢܫܐ *hominem* et ܓܒܪܐ *virum*, cf. Jes. V, 15, et in lingua nostra germanica *Mensch* saepe contemtim adhibetur, *Mann* autem in honoris significatione. Sunt quidem exempla sat multa, in quibus vocabula אִישׁ et אָדָם tanquam synonyma in parallelismo poëtico junguntur, ut Job. XXXV, 8. Jes. XXXI, 8. LII, 14. Mich. V, 6. Ps. LXII, 10. 2 Reg. VII, 10, neque tamen propterea omne hoc, quod observavimus, discrimen in dubium vocandum est, quod fecit de Wettius ad Ps. IV, 3. Semel d) dicitur de mancipiis alicujus, ut

נָפֶשׁ Num. XVI, 32. e) — de militibus, *Kriegsmannschaft*. Jes. XXII, 6. Vide sub אִישׁ no. 1. lit. h.

2) *vir*, i. q. אִישׁ, sed fortasse hoc uno in loco Eccles. VII, 28: אָדָם אֶחָד מֵאֶלֶף מָצָאתִי וְאִשָּׁה בְכָל־אֵלֶּה לֹא מָצָאתִי *virum* (i. e. virum hoc nomine dignum) *reperi unum e millibus*, *sed mulierem* (i. e. omnibus sui sexus virtutibus insignem, talem, qualis esse debebat) *in toto earum numero non reperi*.

3) *aliquis*. Levit. I, 2. Cum part. negandi *nemo* Job. XXXII, 21. Cf. אִישׁ no. 4.

4) Nomen proprium est a) hominis protoplasti Gen. II, 7 sequ. III. IV. Proprie quidem haec vox etiam his in locis est appellativa et propterea articulo instructa (הָאָדָם enim est *homo κατ' ἐξοχήν*, quoniam unicus erat in suo genere); attamen nominis proprii naturam quodammodo induit, ut בַּעַל dominus, הַבַּעַל dominus κατ' ἐξοχήν i. e. Baal; שָׂטָן adversarius, הַשָּׂטָן Satanas, qui κατ' ἐξοχήν est hominum adversarius. *Lehrgeb.* pag. 653. 654. Propterea a vero non aberrant veteres interpretes, qui ut nomen proprium illud retinuerunt, ut LXX. Ἀδάμ. Vulg. *Adam*, et sic Syr. Chald. Saad. cet. Samaritani vero pro more suo Pseudocriticos egerunt, siquidem ubique in his capitibus אָדָם rescribendum esse censuerunt, vide II, 7. 25. III, 8. 20. Ipse Adamus etiam hoc nominis retinet, sed uxor ejus primum הָאִשָּׁה dicta κατ' ἐξοχήν, postea mutato nomine Heva (חַוָּה) appellatur. Caeterum et I, 26. 27 et V, 2 אָדָם prorsus appellative de utroque homine legitur. In mythis quoque indicis primus generis humani progenitor *Adima* dictus fuisse dicitur, et Ezur *Vedam* referente Corrodio (*Beyträge zum vernünftigen Denken in der Religion* XVIII. p. 19): quod utrum casu factum sit, an propter nexum quendam historicum, in medio relinquimus. Rabbinorum, Moslemorum recentiorumque Christianorum, imprimis haereticorum de Adamo fabulas vide Gem. Sanhedrin fol. 38, a. b. Chagiga fol. 12, a. Eisenmenger *entdecktes Judenthum* I, 48. 49. 365. 830. II, 417. Cor. Sur. II, 30 — 39. VII, 11 — 26. ed. Marracc. cf. Ersch *und* Gruber's *Encyclopädie Art. Adam* T. I. p. 358. sequ. — b) אָדָם est nom. propr. urbis ad Jordanem haud procul a Zarthane sitae. Jos. III, 16. Talmud Hierosol. Sota fol. 21, col. 4; אמר ר' יוחנן אדם קריה וצרתן קריה. שנים עשר־מיל מזו לזו *Dicit R. Jochanan Adam est civitas, et Zarthan est civitas, distantque a se invicem XII milliaribus.* Utrum in orientali, an in occidentali Jordanis litore, disputant Topographi. Vide Lightfoot Opp. T. II, p. 235.

5) בֶּן אָדָם cum Art. בֶּן הָאָדָם filius hominis poet. dicitur de homine, Num. XXIII, 19. Ps. VIII, 5. LXXX, 18. CXLVI, 3. Job. XVI, 21. XXV, 6. XXXV, 8. Jes. LVI, 2. Jer. XLIX, 18. LI, 43, et saepissime apud Ezechielem, ubi propheta a Deo compellatur: בֶּן אָדָם *fili hominis* i. e. *mortalis!* Ezech. II, 1. 3. III, 1. 3. 4. 10. IV, 16. VIII, 5. 6. 8. XI, 2. XII, 3. XIII, 17. XXI, 11. 19. 24. 33. Frequentior etiam est Plur. בְּנֵי אָדָם poet. pro אָדָם homines. Deut. XXXII, 8. Ps. XI, 4. XII, 2. 9. XIV, 2. XXI, 11 cet. et cum Art. בְּנֵי הָאָדָם 1 Sam. XXVI, 19. 1 Reg. VIII, 39. Ps. CXLV, 12. Eccles. I, 13. II, 3. 8. III, 10. 18. 21. VIII, 11 sequ. Atque ex his, quae dedimus, exemplis abunde apparet, falsam esse observationem in Simonis Lexico ex ed. Eichhornii pag. 34 propositam, בֶּן אָדָם in puriore Hebraismo contemtim dici de homine ex mare et femina progenito, in Hebraismo demum sequiore et chaldaizante de homine simpliciter. De usu vocis בֵּן in circumscriptionibus vide infra s. h. v. no. 1. c. Caeterum in hac quoque locutione sermo Hebraeorum poëticus usum loquendi Aramaeorum imitatur, apud quos ܒܪܢܫܐ *filius hominis* tam consueta est hominis designatio, ut eandem de primo etiam homine, patrem non habente, ponant. 1 Cor. XV, 45: ܐܕܡ ܒܪܢܫܐ ܩܕܡܝܐ. Cf. infra chald. בַּר אֱנָשׁ, et pers. مردم زاده *merdüm zade* filius hominis i. e. homo. Extat quidem apud Arabes etiam ابن آدم (Meid. Har.) Plur. بنى آدم (cf. Melitensium *bnydem* homo, unde formatur fem. *bnydema* mulier); et apud Persas فرزند آدم *fersend adam* Gulist. pag. 224. 242. sed videntur ista ex Hebraismo demum petita, ita ut locutio transferenda sit: *filius Adami*, non *hominis*, ut apud Zabios ܒܪ ܐܕܡ. Etenim ܐܕܡ, آدم in his linguis ubique est nomen proprium protoplasti, et *homo* aliis vocibus notatur: ܐܢܫ, مرد, انسان *merd*. Fuerunt, qui etiam in Hebraismo בְּנֵי הָאָדָם *filios Adami* transferrent (ut Ven. Augusti in Versione Ecclesiastis), et ad articulum provocarent. Sed articulus, sive ponatur, sive omittatur, in hac disputatione nihil ad rem: pendet hoc a generaliori canone de articulo in notionibus compositis, *Lehrgeb.* §. 168, 3. בֶּן אָדָם est *Menschensohn*, בֶּן הָאָדָם *der Menschensohn*, et in vocandi casu: *Menschensohn!*

Not. 1. Si de etymo hujus nominis circumspiciendum est, neque id pro primitivo habere mavis, non absurda fuerit derivatio a *rubedine*, quandoquidem أُدْم in specie dicitur de colore rubicundo fuscoque hominum sub ferventiore coelo degentium, quales Semitae fuerunt omnes. In artis aegyptiacae monumentis hominum aegyptiorum figurae omnes *rubrae* esse solent, Persarum Assyriorumve corpora candidiora et russea, Aethiopum nigra, et fortasse haec hominis designatio in rubri coloris populis orta primitus *rubrum hominem* notabat. Verbum אָדַם ab Hebraeis etiam designandae genarum rubedini adhiberi, supra e Thren. IV, 7 monuimus. Alii אָדָם a terra (אֲדָמָה) dictum esse putant, ut sit γηγενής, αὐτόχθων, secundum anthropogoniam mosaicam. Kimchi: אדם נקרא על שם האדמה אשר לוקח משם והמין נקרא על שמו אדם *Adam dictus est a nomine terrae* (Adama), *unde sumtus est: et omne genus humanum nomen suum ab eo traxit.* Sed probabilius est et analogiae convenientius, utrumque, אָדָם et אֲדָמָה, esse a *rubendi* significatu; cui accedit, quod hominis appellatio in lingua hebraea non potest non cosmo-

gonia mosaica multo antiquior esse. E contrario vero illa vocum *Adam* et *Adama* necessitudo huic de homine e terra oriundo traditioni occasionem praebuisse, vel certe eam confirmasse videtur, quemadmodum saepissime harum traditionum auctores ad etymon provocant.

Not. 2. Synonyma sunt: in ipsa lingua hebr. poët. אֱנוֹשׁ, chald. et syr. אֱנָשׁ, إنف vel ܒܪܢܫܐ, sam. ࠀࠍࠔ, arab. إِنْسَان, aethiop. ሰብእ: sabe, e quorum numero plura itidem plurali grammatico carent, ut אֱנוֹשׁ, ሰብእ: *homo* et *homines*. Sic apud Aethiopes etiam አንስት: *anest* femina et feminae; ውሉድ: *τέκνον* et *τέκνα*. آدم, آدم non hominem appellative, sed *Adamum* notare, supra observavimus.

אָדֹם adj. f. אֲדֻמָּה plur. אֲדֻמִּים (formae קָטֹל, קְטֻלָּה, quae in coloribus notandis frequens est, *Lehrgeb.* §. 120, no. 21) *ruber*, *rufus*, dicitur de veste sanguine conspersa Jes. LXIII, 2, de genis adolescentis rubicundis Cant. V, 10, de equo fusco Zach. I, 8. VI, 2, de vacca rufa Num. XIX, 2, de lentium elixarum rubedine Gen. XXV, 30. Substantive *rubrum* i. e. rubedo. Jes. l. c.: מַדּוּעַ אָדֹם לִלְבוּשֶׁךָ *quare rubedo vesti tuae?* i. e. quare rubet vestis tua?

אֲדֻמִּים v. מַעֲלֵה אֲדֻמִּים.

אֱדוֹם (formae חֲלוֹם, appell. rubor, rubedo) n. propr. 1) *Edomus*, Isaaci filius, Jacobi frater geminus natu major, nomen habens vel a rubedine capilli, ad quam respicitur Gen. XXV, 25, vel, quod vult sacer scriptor Gen. XXV, 30, a rubedine lentium, quas in deliciis habebat: saepius dictus *Esavus* (עֵשָׂו). *Edomi* nomen frequentius adhibetur 2) ad notandos Edomi posteros i. e. *Edomitarum* s. Idumaeorum *gentem* (Num. XX, 14 sq. cet.) et *regionem* (2 Sam. VIII, 14 etc.). De gente plenius dicitur בְּנֵי אֱדוֹם Ps. CXXXVII, 7 et poët. בַּת אֱדוֹם filia Edomi (vide בַּת) Thren. IV, 21. 22; de regione אֶרֶץ אֱדוֹם Gen. XXXVI, 16. 21. 31. Num. XXXIII, 37. אֱדוֹם Amos I, 6, et שְׂדֵה אֱדוֹם Gen. XXXII, 3 (4). Jud. V, 4. LXX. tum Ἰδουμαίαν reddiderunt, tum retinuerunt Ἐδώμ. Si nude ponitur, masculini generis est, ubi populum notat, ut Num. XX, 20, feminini generis, ubi terram Jer. XLIX, 17. מִדְבַּר אֱדוֹם desertum Idumaeae 2 Reg. III, 8 est magnum illud desertum, quod a Petra, Idumaeorum metropoli, ad Hebronem usque porrigitur (cf. Jes. XVI, 1 et Comment. nostr. I, p. 540). Edomitarum autem regio tractum illum montanum inter mare mortuum et maris rubri sinum aelaniten occupabat, postea Gebalene, Γαβαληνή, hodie جبال *Dschebal* dictum. Vide Euseb. et Hieron. v. Ἰδουμαία. Relandi Palaestina p. 66—73. Burckhardt itin. Syriae pag. 674. Civitates eius primariae erant סֶלַע (hodie Wady Musa), אֵילַת et עֶצְיוֹן גֶּבֶר: exilii autem tempore haec gens imperii sui fines valde promovit, ita ut Bostram Arabiae (בָּצְרָה) metropolin haberet (Jes. XXXIV), adeoque Ausitidem (עוּץ) in Arabia deserta Babylonem versus (Thren. IV, 21), nec non Dedàn et Themàn (Ezech. XXV, 13) teneret. Sapientiae laude eam inclaruisse, ut vicinos Arabes, ex Obad. 8. intelligitur. Vide s. his vocc. De historia et sedibus huius gentis v. C. B. Michaelis de antiquissima Idumaeorum historia. Halae 1733. 4. Cellar. Geogr. ant. II, 680. Winer *Realwörterbuch* T. I. pag. 183. et Comment. nostrum in Jesaiam T. I. pag. 904 sequ. Nomen gentile est

אֲדֹמִי Edomita, Idumaeus. Deut. XXIII, 8. 1 Sam. XXI, 8. Fem. אֲדֹמִית plur. אֲדֹמִיּוֹת *Idumaeae* (mulieres). 1 Reg. XI, 1.

אֹדֶם m. Exod. XXVIII, 17. XXXIX, 10. Ezech. XXVIII, 13 *gemma* quaedam *rubicunda*. LXX. Vulg. Σάρδιον, Sardius, de quo Theophrast. de lapidibus (§. 30): τοῦ γὰρ Σαρδίου τὸ μὲν διαφανὲς ἐρυθρότερον δὲ καλεῖται θῆλυ, τὸ δὲ διαφανὲς μὲν μελάντερον δὲ καὶ ἄρσεν. Ille Carneolus, hic Sardius recentiorum esse videtur. Plin. XXXVII, cap. 7. Orpheo (de lapidibus XVI, 5) αἱματόεντα σάρδια dicuntur. Syr. ܣܡܩܬܐ, Chald. uterque סַמְקָן, Sam. ࠎࠌࠒࠍ, a rad. סְמַק rubuit. Gr. Venet. ἄνθραξ i. e. carbunculus, rubinus orientalis, quem etiam exprimit Persa, et Saad. ياقوت احمر hyacinthus rubra i. e. rubinus, cf. Teifasch. de gemmis pag. 79—91. Arabs Erpen. simpliciter احمر rubra. Abarbanel: גרנאטה *granata*. Cf. Braun de vest. sacerdot. pag. 497 sq.

אֲדַמְדָּם f. אֲדַמְדֶּמֶת plur. f. אֲדַמְדָּמוֹת adj. subruber, *röthlich*. Exstat Levit. XIII, 19 sq. XIV, 37 de maculis leprosorum, quae describuntur לְבָנָה אֲדַמְדֶּמֶת albae subrubrae, ut apud recentiores medicos, v. c. Schillingium de lepra pag. 7. *rubrae maculae in pallidum vergentes*. Adiectiva colorum formae קְטַלְטַל, ut יְרַקְרַק, שְׁחַרְחֹר, intensionem notare, monent Kimchius h. v. et e recentioribus Bochartus Hieroz. II, p. 619, Storrius, Simonis alii. Sed hac forma potius deminutionem et extenuationem qualitatis significari, ut recte vidit Aben Esra (ad Ps. XLV, 3), tum ex ipsorum adiectivorum modo laudatorum usu, tum ex dialectorum analogia colligitur. Etenim Rabbinis ita formantur nomina deminutiva, ut בצל cepa, בצלצל cepula, et apud Aethiopes adiectiva deminutiva, qualia Latini praemissa particula *sub* exprimunt, ut ምዕርዕር: subdulcis, ጸዕድዕድ: subalbus, a ጸዕዳ: albus, ሰፊሕፋሕ: subcandidus. Ludolf. gramm. aethiop. ed. 2. pag. 97. Neque in arabica lingua intensiva esse huius formae nomina, ex exemplis a Lettio (ad cant. Deborae pag. 42) congestis, facile colligitur.

אַדְמָה (fem. formae segolatae אָדָם) n. propr. urbis, quae cum Sodoma, Gomorrha et duabus aliis igne Dei cremata in mari mortuo submersa esse dicitur. Gen. X, 19. XIV, 2. 8. Deut. XXIX, 22. Hos. XI, 8.

אֲדָמָה f. 1) *humus, terra*, fortasse a terrae colore rubro, fusco et subnigro. V. אָדַם not. 1. Ab אֶרֶץ hoc nomen ita differre videtur, ut proprie sit terrae materia, terrae elementum, unde Gen. II, 19: וַיִּצֶר יְהוָה אֱלֹהִים מִן הָאֲדָמָה כָּל־חַיַּת הַשָּׂדֶה *et formavit Jehova Deus e terra omnia animalia agri.* Exod. XX, 21: מִזְבַּח אֲדָמָה *altare e terra congestum.* Unde dicitur de pulvere terrae, quo luctus aut ieiunii tempore caput conspergebant 1 Sam. IV, 12. 2 Sam. XV, 32. Neh. IX, 1, alibi עָפָר. — 2) *terra*, quae colitur, *ager.* Gen. IV, 2. XLVII, 19. 22. 23. Joël I, 10. Ps. CV, 35. אֹהֵב אֲדָמָה amans agrum i. e. agriculturam. 2 Paralip. XXVI, 10. De proventu agri Jes. I, 7. — 3) *terra*, *regio.* Gen. XXVIII, 15. Jes. XV, 9. אַדְמַת יְהוָה terra Jehovae i. e. Canaan. Jes. XIV, 2, cf. אֶרֶץ יְהוָה Hos. IX, 3. אַדְמַת יִשְׂרָאֵל terra Israëlis Ezech. VII, 2. In Plur. אֲדָמוֹת terrae, regiones, semel Ps. XLIX, 12. — 4) *orbis terrae* Gen. IV, 11. VI, 1. VII, 4. — 5) urbs tribus Naphtali. Jos. XIX, 36.

אֲדָמִי (pr. humanus) n. propr. oppidi in tribu Naphtali. Jos. XIX, 33. Quidam sequentem vocem addentes nomen integrum urbis scripserunt אֲדָמִי־הַנֶּקֶב, sed in Talmude Hierosol. Megilla fol. 70. col. 1. utrumque diversum, atque *Adami* urbem postea דמין dictam, *Hannekeb* vero ציודתה fuisse docetur. Et cum his faciunt LXX, qui Ἀρμὶ καὶ Ναβὸκ uti duarum urbium nomina scribunt.

אַדְמוֹנִי et **אַדְמֹנִי** adj. (formae קַדְמֹנִי, יִדְעֹנִי) *rufus*, i. e. rufis capillis, *rothhaarig*, de Esavo Gen. XXV, 25, et de Davide 1 Sam. XVI, 12. XVII, 42, qui ita describitur: אַדְמוֹנִי עִם יְפֵה עֵינַיִם וְטוֹב רֹאִי *rufus, pulchris oculis et formosus.* Solent autem rufis capillis homines et pilosi esse, ut Esavus, et pulchris oculis praediti. De rufis capillis, non de facie vel cute rubicunda, id intelligunt jam vett. interpr. LXX. πυῤῥάκης. Vulg. *rufus.* Auctor est Niebuhrius (*Reise* T. I. pag. 303. *Beschreibung von Arabien* pag. 69), etiamnum in Arabia senes interdum barbam irrufare, qui mos jam Hieronymi tempore memoratur (epist. 7. ad Laet.).

אַדְמָתָא n. propr. nobilis cujusdam Persae. Esth. I, 14.

דָּם (pro אָדָם, formae קָטָל cum Kamez puro, ut in זְמָן) m. st. constr. דַּם cum Suff. דָּמוֹ, דִּמְכֶם (Gen. IX, 5) *sanguis.* (Arab. دَمٌ, raro دَمٌ, syr. ܕܡܐ, aethiop. ደም; samarit. ࠃࠌ. Ad hanc vero radicem id vocabulum retulimus cum Bocharto in Geogr. s. II, p. 852 et J. D. Michaelis in Supplemm. p. 447 propter etymi concinnitatem, praesertim cum literae Aleph adhuc superstitis plura vestigia exstent, ut in formis talmud. אָדָם, אִידְמָא i. q. דם sanguis, sam. ࠀࠃࠌ, et phoen. *Edom*, אדם teste Augustino ad Ps. CXXXVI, 7: quanquam e contrario non negamus, illud Aleph posse prostheticum esse, ut in גַּן [a גָּנַן] *hortus* et אַגָּן, אֶגֶן, atque in lingua arabica esse verbum دَمِيَ pro دَمُوَ sanguinem emisit. II. vulneravit, quod pro radice habere possis. Videtur tamen hoc verbum potius denominativum esse et derivari a دَمٌ, tanquam primitivo, quare Syri etiam derivata eius habent verborum ע״ע analogiam imitantia, ut ܡܕܡܕܡ sanguinolentus. Cf. אָב, אָח. Talia autem derivata radicem remotiorem אדם rubuit, minime excludunt. Cum radice hebraea דָּמַם nulla prorsus nostri vocabuli est cognatio). Notari possunt hae locutiones: אָכַל עַל דָּם (carnem) edit una cum sanguine 1 Sam. XIV, 32. Ezech. XXXIII, 25, et אָכַל אֶל הַדָּם (contra legem mosaicam Lev. XIX, 26. Deut. XII, 23). דָּם נָקִי sanguis innocens, unde שָׁפַךְ דָּם נָקִי fudit sanguinem innocentem 2 Reg. XXI, 16. Ps. CVI, 38. Idem dicitur de ipso homine innocente Ps. XCIV, 21: וְדָם נָקִי יַרְשִׁיעוּ *et sanguinem innocentem damnant.* Eodem sensu scriptum est דַּם נָקִי *sanguis innocentis* Deut. XIX, 10. 13. XXVII, 25. Jer. XIX, 4. XXII, 17. Per metaphoram usurpatur 1) de vino, quod est דַּם עֵנָב, דַּם עֲנָבִים sanguis uvarum. Gen. XLIX, 11. Deut. XXXII, 14, cf. αἷμα τῆς σταφυλῆς apud poëtas graecos (Eustath. ad Il. II, 636) et 1 Maccab. VI, 34. Sir. XXXIX, 26., et simplex αἷμα Apoc. XIV, 20. 2) caedes, culpa ex effuso sanguine contracta. Gen. XXXVII, 26. Levit. XVII, 4: דָּם יֵחָשֵׁב לָאִישׁ הַהוּא *tanquam reatus sanguinis imputabitur huic viro.* Num. XXXV, 27: אֵין לוֹ דָּם *non fit reus caedis.* Deut. XVII, 8: בֵּין דָּם לְדָם *inter caedem et caedem.* 3) sanguis effusus, caedes, mors. Levit. XIX, 16: לֹא תַעֲמֹד עַל דַּם רֵעֶךָ *ne surgas pro caede proximi tui.*

Plur. דָּמִים *sanguis* i. q. sing. Jes. IX, 4. אִישׁ דָּמִים vir sanguinolentus Ps. V, 7. XXVI, 9. LV, 24. LIX, 3. 2) *culpa profusi sanguinis.* Exod. XXII, 1: אֵין לוֹ דָּמִים *sanguinis reus non est*, et cum part. עַל Deut. XIX, 10. בֵּית, עִיר דָּמִים domus, civitas sanguinis rea. 2 Sam. XXI, 1. Ezech. XXII, 2. XXIV, 6. 9. דָּמָיו בּוֹ culpa ob sanguinem ab ipso profusum ei incumbit Levit. XX, 9. Ezech. XVIII, 13, cf. Levit. XX, 11 sq. — Sunt, qui דָּמִים de reatu culpaque qualicunque interpretentur in loco Ps. LI, 16, provocantes ad Jes. IV, 4, sed in utroque loco significatio vulgaris eaque certior retinenda est.

אֶדֶן m. Plur. אֲדָנִים, constr. אַדְנֵי 1) *basis* columnae, stylobates Cant. V, 15, imprimis de basibus columnarum asserumque, e quibus tabernaculum sanctum in deserto

exstruebatur. Exod. XXVI, 19 sequ. XXVII, 10 sq. XXXVI, 38. Quantum ex locis citatis colligi potest, hae bases laminae erant argenteae, in medio perforatae. Singulis vero asseribus binae bases ita aptatae erant, ut duo asseris cardines (יָדוֹת *Zapfen*) foraminibus baseos inserti essent, atque efficerent, ut asseres starent erecti. Columnis una tantum basis hunc in modum subjuncta erat. 2) fundamentum aedium. Job. XXXVIII, 6. Significatio certa, etymon valde incertum est, et verbum אָדַן in nulla dialecto cognata extat, praeterquam quod Part. المؤدن in Kamuso pag. 1716 annotatur pro المودن curtus manibus pedibusque. Sed nihil hoc ad radicem hebraeam. Fortasse cognata est radix عدن fixus mansit in aliquo loco, unde عَدْن mansio firma; neque tamen his conjecturis etymologicis quicquam tribuendum arbitramur.

אָדוֹן dominus v. s. rad. דִּין.

אֲדֹנָי v. sub דִּין.

אדר radix in Kal inusitata. Vis eius primaria esse videtur in *amplitudine* (cf. אַדֶּרֶת, אֶדֶר), quae ad magnitudinem et *magnificentiam* transfertur. In lingua arabica in hac radice et in quibusdam cognatis est *tumoris* notio, quae sec. Alb. Schultensium ad magnificentiam gloriamque translata est eodem flexu, quo graecum κῦδος est ἀπὸ τοῦ κύειν, et ὀγκοῦσθαι est inflatum it. superbum esse, *sich aufblähn*. Vide أَدِرَ hernia laboravit (fortasse pr. tumuit); أَقْدَرُ inflatus, tumens (venter), حدر Conj. I et V. intumuit, tumore affecit. In lingua hebraea tamen nonnisi amplitudinis notio valet.

Niph. magnificatus est. Part. Exod. XV, 11 et 6: יְמִינְךָ יְהוָה נֶאְדָּרִי בַּכֹּחַ *dextra tua, o Deus, magnificata est* (i. e. illustris reddita) *robore*. Jod in נֶאְדָּרִי est paragogicum. Praeterea in textu Sam. Gen. XXVII, 40 legitur in benedictione Esavi: והיה כאשר תאדר *et fiet, quando potens factus fueris*, ut recte interpres Samaritanus ·ࠊࠀࠔࠓ· ࠕࠀࠃࠓ·. Habuit is תאדר pro fut. Niph. legitque תֵּאָדֵר, et recte quidem. Praestat etiam haec lectio samaritana alii cuidam quam expressisse videtur Alex. ἐὰν καθέλῃς, כאשר תורד, neque tamen propterea Hebraeorum scripturae (כַּאֲשֶׁר תָּרִיד) praeferenda est.

Hiph. magnificum, illustrem reddidit. Jes. XLII, 21.

אֲדוֹרַיִם (fors. duo principes, אָדוֹר i. q. אַדִּיר) nom. propr. urbis in tribu Judae 2 Paralip. XI, 9, quae ibi recensetur cum Marescha, Ziph et Lachis. Videtur eadem esse atque Ἄδωρα, quam Josephus cum Marissa coniunctam collocat in Idumaea i. e. parte australiore tribus Judae. *Archaeol.* XIII, 9. §. 1, 15. §. 14. cf. VIII, 10 §. 1. Egregie convenit hic oppidi situs loco 1 Macc. XIII, 30, ubi tantum abest, ut cum Wernsdorfio scribendum sit Δῶρα, ut etiam in loco parallelo Josephi (XIII, 6. §. 4) restituendum sit Ἄδωρα cum Hudsonio et Spanhemio.

אַדִּיר m. 1) *amplus, magnus, magnificus*, de fluctibus maris Exod. XV, 10. Ps. XCIII, 4, de cedro arbore Ezech. XVII, 23, de nave magna Jes. XXXIII, 21. — 2) *potens*, de regibus Ps. CXXXVI, 18, populis Ezech. XXXII, 18, de Diis 1 Sam. IV, 8. Jes. X, 34: הַלְּבָנוֹן בְּאַדִּיר יִפּוֹל *mons Libanus cadit per Potentem*, manu potentis cujusdam i. e. Dei. Bene Kimchi: ביד אדיר. — 3) *princeps, dux*. Jud. V, 13. Nah. II, 6. III, 18. Jer. XXX, 21. Neh. III, 5: אַדִּירֵיהֶם *viri principes inter eos*, proceres eorum. X, 30. 2 Paralip. XXIII, 20. סֵפֶל אַדִּירִים *patera principum* i. e. pretiosa, magnifica (cf. Ps. LXXVIII, 25) Judd. V, 25. אַדִּירֵי הַצֹּאן duces gregis i. e. pastores Jer. XXV, 34 sq. Male LXX et Syrus *arietes*. Hos tamen secutus J. D. Michaelis longam commentorum exegeticorum seriem excogitavit, quae ex hoc uno errore ceu fonte profluxerunt, has videlicet significationes: אֶדֶר et אַדֶּרֶת pellis arietina, אֲדָר mensis arietis, אַדְרַמֶּלֶךְ aries rex. — 4) *magnificus, illustris, gloriosus*, de Deo Ps. LXXVI, 5. XCIII, 4, de nomine Dei Ps. VIII, 2. 10. Ita Samaritani hac voce usi sunt in loco Pentateuchi ab iis pessime adulterato Gen. XLIX, 6: אדיר אפם (pro אָרוּר אַפָּם) *gloriosa erat ira eorum*. Vers. Sam. ࠔࠁࠇ ࠓࠂࠆࠄࠌ. et Comment. samarit. ad h. l. ابهج غضبهما ويقال ما اجل شجاعتهما *pulcherrima erat ira eorum, vel secundum alios; maxima erat strenuitas eorum*. Vide *Repertorium f. bibl. und orient. Lit.* XVI, p. 163. Comment. nostr. de Pent. Sam. p. 60. — 5) *nobilis*, virtutibus illustris. Dicitur Ps. XVI, 3 de piis, qui iidem in membro parallelo sancti dicuntur. *Sancti, qui in terra sunt*, וְאַדִּירֵי כָּל־חֶפְצִי בָם *et nobiles, omnes deliciae meae in his* i. e. his unice delector. אַדִּירֵי est status constructus pro absoluto positus (Ps. LXXIV, 19). Aliorum sententias maximam partem parum concinnas larga manu dat Rosenmuellerus ad h. l. qui tamen cum de Wettio in ed. 2. hanc meam isto de loco sententiam adoptavit.

Not. Apud Zach. XI, 2 verba: אֲשֶׁר אַדִּרִים שֻׁדָּדוּ *nam potentes perditi sunt*, mihi suspecta sunt. Destruunt enim totius commatis parallelismum, qui sine iis ita decurreret:

הֵילֵל בְּרוֹשׁ
כִּי נָפַל אֶרֶז
הֵילִילוּ אַלּוֹנֵי בָשָׁן
כִּי יָרַד יַעַר הַבָּצוּר

et sapiunt glossema excogitatum a nonnemine, qui quid essent cedri et silva inaccessa declaraturus erat.

אַדָּר Jos. XV, 3 nomen loci in confiniis Idumaeae, alibi חֲצַר אַדָּר (villa ducis) dicti, q. v.

אֲדָר mensis anni Hebraeorum duodecimus, a novilunio mensis Martii ad novilunium Aprilis (vel sec. Rabbinos a novilunio Februarii ad novilunium Martii) Esth. III, 7. 13. VIII, 12. IX, 1. 15. 17. 19. 21. et in contextu chaldaico Esr. VI, 15. Graece Ἀδάρ 1 Macc. VII, 43. Syr. ܐܕܪ, arab. آذار, أذار, et آدار mensis Syromacedonum sextus, quo et Arabes utuntur, ubi anni solaris rationem habent. V. Golius in Lex. et in not. ad Alferg. p. 17. 34. — Castellus et J. D. Michaelis (gramm. arab. p. 25 sq. Supplemm. p. 25. nota) negant nomen huius mensis recte scribi اذار, et ea scriptione nomen mensis persici noni indicari opinantur. Sed male illi: in Kamuso enim forma آذار quidem omittitur, sed sub أذار legitur: الشهر السادس من الشهور الرومية *mensis sextus Graecorum.* Etymon incertum. Etenim J. D. Michaelis conjectura, proprie esse *mensem arietis*, quod maximam ejus partem sol in ariete sit, nititur inepto ejusdem commento, quo אַדִּיר arietem esse statuit. Cf. ad אדיר no. 3. Aliis, ut Hydio de rel. vett. Persarum p. 63, vox est persica, quo posito mensis nomen habere potuit ab آذر, quod *ignem* denotat et *Deum.*

אֶדֶר m. pr. amplitudo, inde 1) *pallium amplum.* Micha II, 8, i. q. אַדֶּרֶת. 2) *magnificentia*, unde Zach. XI, 13: אֶדֶר הַיְקָר *magnificentia pretii*, pretium magnificum, quae verba ironice dicta sunt.

אַדֶּרֶת 1) pr. fem. adjectivi אַדִּיר amplus (coll. שָׁלֵם fem. שְׁלֵמָה) Ezech. XVII, 8: גֶּפֶן אַדֶּרֶת vitis ampla, frondosa. Cf. אַדִּיר no. 1. 2) *pallium*, ab amplitudine dictum. 1 Reg. XIX, 13. 19. 2 Reg. II, 13. 14. Jon. III, 6. אַדֶּרֶת שִׁנְעָר pallium babylonicum Jos. VII, 21 i. e. picturis variegatum, vel intextas habens variis coloribus hominum bestiarumque figuras. De hac arte Babyloniis propria cf. Plin. VIII, c. 48. Heeren's *Ideen über Politik, Verkehr und Handel der vornehmsten Völker der alten Welt* I, p. 810 sq. Fischeri prolus. de verss. graecis V. T. pag. 87 sq. אַדֶּרֶת שֵׂעָר pallium pilosum i. e. pelliceum, vestis pellicea, *Pelz.* Gen. XXV, 25. Zach. XIII, 4. Non his in locis, sed alibi (1 Reg. XIX, 13. 19. 2 Reg. II, 8. 13. 14) LXX. dederunt μηλωτήν int. δοράν i. e. ovinam pellem pro simplici אַדֶּרֶת et recte forsitan, cum vestes pelliceas gestarent prophetae (Zach. XIII, 4). Attamen non pellem, sed pallium proprie notat vocabulum, et explodendus hoc nomine J. D. Michaelis, qui אַדֶּרֶת pellem *arietinam* pr. notare comminiscitur, quamquam consentire videtur Jahnius (*Bibl. Archäol.* I, 2 §. 146. pag. 95). V. אַדִּיר no. 4. — 3) magnificentia. Zach. XI, 3.

אִדַּר chald. area, v. s. גְּדַר.

אֲדַרְגָּזְרִין chald. plur. m. indices principes, primarii, *Oberrichter* Dan. III, 2. 3, comp. ex אֲדַר i. q. אֶדֶר magnificentia, et גָּזְרִין judices, cf. גְּזַר. Male alii cogitant de sacerdotibus ignis, a persico آذر ignis.

אַדְרַמֶּלֶךְ (contr. ex אֶדֶר הַמֶּלֶךְ magnificentia regis, אדרך posito pro אֶדֶר, cf. formam אֲלַמֶּלֶךְ) 1) idolum Sipparenorum, e Mesopotamia in Samariam deductorum, in cuius honorem filios cremare solebant 2 Reg. XVII, 31. Ei iungitur idolum Anammelech, עֲנַמֶּלֶךְ. Etymo, quod dedimus, satis convenit sententia, quam proposuit Jurieu (hist. crit. des cultes, IV, pag. 653), Adrammelech solem, Anammelech lunam repraesentare: sed potuit regis magnifici nomen aliis etiam diis tribui. Unum certum videtur, haec etiam numina, ut omnia reliqua ab Assyriis Babyloniisque culta, corpora coelestia fuisse. Cf. commentat. nostr. *Ueber die Astrologie und das Religionssystem der Chaldäer*, in *Comment. über den Jesaias*, T. II. p. 327 sq. Quod olim probavimus, Relandi etymon (de vet. ling. pers. §. 9) ab آذر vel آزر ignis, id nunc displicet, siquidem praeter necessitatem vocem hibridam nobis obtrudit. Rabbini equi mulique figuram habuisse hoc idolum somniant. Alias recentiorum coniecturas magnam partem temerarias dabunt J. G. Lette de idolo Adrammelech, in Bibl. Bremensi nova fasc. I, no. 2. pag. 41 sq. J. D. Michaelis in Supplemm., cui est sol in signo arietis, et Selden de Diis Syris II, 9. — 2) filius Sanheribi, regis Assyriae, parricida. Jes. XXXVII, 38. 2 Reg. XIX, 37. Idem nomen gerit cum numine Assyriorum patrio, et notandus data hac occasione mos veterum populorum, imprimis orientalium, boni ominis causa vel ipsa deorum patriorum nomina sibi imponendi, vel certe in nomina propria recipiendi. Cf. nomina cum בַּל, נְבוֹ, מְרֹאדַךְ composita, et quae uberius exposuimus in *Comment. über den Jesaias* T. I. pag. 281. 282.

* אַדְרַזְדָּא *chald.* adv. Esr. VII, 23. Vulg. *diligenter.* LXX. Syr. Arab. omittunt. Kimchius: בִּזְרִיזוּת, Elias Levita: מהירות וזריזות i. e. festinanter, promte. Vix dubitandum, quin persicum sit vocabulum, quemadmodum duo similia אַסְפַּרְנָא et אַפְּתֹם, et inserere placet, quae de eo interrogatus ad me scripsit Ven. Kosegarten: „Vocabulum chaldaïcum אַדְרַזְדָּא est fortasse persicum دُرُسْت
„Aleph prosthetico atque Aleph paragogico auctum, quod
„utrumque multis vocabulis adjungunt Chaldaei. [Cf.
„אחשדרפנים]. Vocabulum enim illud persicum valet:
„*recte, vere, probe;* de qua re auctor glossarii Burhani
„kati haec exponit: درست بضم اول وثانى وسكون ثالث
„وفوقانى نقيض شكسته وغلط باشد وبعربى صحيح خوانند ...
„وزر وسيم وطلا ونقره را نيز كويند وبمعنى صحت
„وتندرستى هم هست i. e. درست *cum dhammatis prima*
„*et secunda, quiescentibus vero tertia et ultima, est*

„contrarium fracti et falsi, quod Arabes vocant صحيح ...
„deinde illo vocabulo etiam aurum et argentum, et
„aurum tractum liquatumque significant. Denique
„valet sanitatem bonamque valetudinem. Quodsi non-
„nisi litteras respiciamus, magis quam درست cum chal-
„daico אַדְרַזְדָּא congruere videtur vocabulum دُرْ زَنَه,
„דרזודה, quod Castellus interpretatur: manus consertas habens cum aliquo in pugna. Interpretari fortasse
„licet: intentus in rem, adgrediens ad rem; est enim
„participium verbi compositi دُرْ زَدَن iniicere, infigere,
„atque dicunt: چنگ در زدن manum iniicere alicui.
„Bohlenius (Symb. ad interpretationem s. cod. p. 21)
„אַדְרַזְדָּא esse censet در راست in recto; cuius sententiae
„non nimis tribuo, propterea quod Persis usitatum non
„puto dicere: in recto, in vero, در راست, در درست;
„dicunt enim, ut Latini, recte, vere, راست, درست,
„nulla adiuncta praepositione, nisi forte adsit nomen
„substantivum. Vocabulum راست vero nomen substan-
„tivum non est, sed aut adiectivum, aut adverbium."
Moserus (in Lex. hebr.) suspicabatur, id graecum esse ἄδραστα i. q. ἀδράστως pr. non festinanter, hinc diligenter. Sed vereor, ut ex usu Graecorum hoc probari possit: ἀδράστος enim (a δράω fugio) est potius: qui non fugit, et pass. non effugi potest, inevitabilis. E linguis semiticis conferri possit radix chald. et sam. זְרַז, ࠆࠓࠆ accinxit se, festinavit, unde ࠀࠃࠓࠆࠀ festinanter, confestim, eamque derivationem Kimchius (v. supra) spectasse videtur. Infelix est Io. Simonis coniectura, compositam esse vocem ex אֲדַר magnum, valde, et inusit. אֲזְדָּא cito, a rad. אֲזַד cito effugit vel elapsus est Dan. II, 5. 8.

* אֲדַרְכֹּון v. דַּרְכְּמוֹן, דַּרְיָוֶשׁ.

אֶדְרָע v. s. דרע.

אֶדְרְעִי v. s. דְּרַע.

אָדַשׁ i. q. דושׁ trituravit, in uno loco, sed dubio Jes. XXVIII, 28: אָדוֹשׁ יְדוּשֶׁנּוּ triturando triturat illud. Potest אָדוֹשׁ sumi pro infinitivo novae radicis אָדַשׁ eandem vim habentis ac דוּשׁ (v. s. א), cf. אָסֹף אָסֵף Zeph. I, 2, אָסֹף אֲסִיפֵם Jer. VIII, 13, נָצֹא תֵּצֵא ibid. XLVIII, 9, ubi itidem Infinitivus absolutus futuro adiectus ab alio sed cognato verbo petitus esse videtur. Sed ut dicamus, quod res est, unum tantum horum exemplorum, Jer. XLVIII, 9, certum est: in reliquis אָדוֹשׁ et אָסֹף cum Hebraeis possunt pro Infinitivi formis rarioribus haberi pro דּוֹשׁ et סוֹף cum Aleph prosthetico, proprie אֲדוֹשׁ, אֲסוֹף, cuiusmodi formae in nominibus verbalibus plures occurrunt, ut אֶזְרוֹעַ, אֲדוֹן (a דּוּן), אָסוּף. Radix אָדַשׁ igitur in incertis ponenda.

אָהֵב et **אָהַב** (hoc imprimis in Pausa) fut. יֶאֱהַב et יֶאֱהָב, 1 pers. אֹהַב Prov. VIII, 17 et אֹהֲבֵם Hos. XIV, 5. Malach. I, 2 inf. אֱהֹב Eccles. III, 8 et אַהֲבָה (vide s. h. voce) 1) amavit (ἠγάπα, quod sono etiam quodammodo convenit), c. c. acc. Gen. XXXVII, 3. 4. Deut. IV, 37 cet. rarius cum לְ Levit. XIX, 18. 34, et cum בְּ Eccles. V, 9. Usurpatur de amore in Deum, parentes, liberos, amicos, amasiam, omnes homines, de amore virtutum et vitiorum cet. 1 Sam. XX, 17: אַהֲבַת נַפְשׁוֹ אֲהֵבוֹ amabat eum, ut animam suam. Part. אֹהֵב amicus isque diligens et dilectus, familiaris, diversus a רֵעַ socio. Prov. XVIII, 24. Esth. V, 10. 14. Jes. XLI, 8: זֶרַע אַבְרָהָם אֹהֲבִי semen Abrahami amici mei. Idem Abrahamus Arabibus vocatur خليل الله, et Moses apud Samaritanos ࠌࠔࠄ ࠀࠄࠁࠄ amicus Dei. — 2) delectatus est aliqua re, c. c. gerundio verbi. Hos. XII, 8: לַעֲשֹׁק אָהֵב oppressione delectatur. Jes. LVI, 10. Jer. XIV, 10. — 3) optavit, cupivit. Ps. XL, 17: אֹהֲבֵי תְּשׁוּעָתֶךָ optantes auxilium tuum. LXX, 5. Cf. 2 Tim. IV, 8: τοῖς ἠγαπηκόσι τὴν ἐπιφάνειαν Ἰησοῦ Χριστοῦ desiderantibus reditum Jesu Christi. Sequitur כִּי Ps. CXVI, 1: אָהַבְתִּי כִּי יִשְׁמַע יְהוָה אֶת־קוֹלִי valde cupio, ut Deus exaudiat vocem meam. Cf. arab. حَبَّ amavit, it. voluit, cupivit, sequ. أن; وَدَّ amavit it. optavit aliquid facere, sequ. لو et أن Cor. II, 90. 103. 268. III, 28; aethiop. አፍቀረ: amavit, sequ. ከመ: maluit.

Niph. part. נֶאֱהָב amandus, amabilis. 2 Sam. I, 23.

Pi. part. מְאַהֵב 1) amicus Zach. XIII, 6. 2) amasius, imprimis qui amoribus inhonestis et meretriciis deditus est, moechus. Ezech. XVI, 33 sq. XXIII, 5 sq. Hos. II, 5 sq. Jerem. XXII, 20. 22. Thren. I, 19. Ubique metaph. de idololatris. Cf. s. v. זנה.

Not. 1. Haec radix Hebraeorum dialecto peculiaris est. Occurrit ea quidem, ut iam notavit Castellus, in Samaritanorum liturgiis, sed ibi, ut multa alia, ex lingua hebraea mutuo desumta est. Synonyma frequentissima sunt, in dial. aramaeis רְחֵם, ܪܚܡ, in arabica حَبَّ (cf. חָבַב) et وَدَّ (cf. יָדַד): in aethiop. አፍቀረ: — Alb. Schultensius (ad Prov. I, 22. VIII, 17) originem ponit in spirando, adspirando, anhelando, quam notionem habet cognatum هَبَّ flavit ventus, libidine actus fuit admissarius. Quod si probas (nec ego repugnaverim), חבב et حَبَّ eiusdem sunt originis.

Not. 2. De loco Hos. IV, 18 אהבו הבו in quo forsan latet Conj. Ketaltal verbi nostri v. sub rad. יָהַב.

אָהַב m. singul. inusitat. Plur. אֲהָבִים 1) *amores*, spec. inhonesti, *amours, amourettes, Liebschaften.* In Plur. usurpatur, ut illa recentiorum linguarum vocabula, quandoquidem amor castus et coniugalis unus est, inhonestus et illicitus vero vagus et oberrans. Legitur Hos. VIII, 9, et tropice quidem de amicitia et societate cum gentibus exteris iuncta (cf. זָנָה Jes. XXIII, 17). 2) *deliciae, suavitas* Prov. V, 19: אַיֶּלֶת אֲהָבִים *cerva deliciarum* i. e. suavissima, dulcissima, vox hominis mulieri blandientis.

אֹהַב m. sing. inusit. Plur. אֳהָבִים amores, maxime inhonesti, meretricii Prov. VII, 18.

אַהֲבָה f. 1) Inf. fem. gen. verbi אָהֵב. Cum Lamed praefixo Jes. LVI, 6: לְאַהֲבָה אֶת־שֵׁם יְהוָה *ad amandum nomen Jehovae.* Deut. X, 15. XI, 13. 22. Jos. XXII, 5. XXIII, 11. Cum בְּ 1 Reg. X, 9: בְּאַהֲבַת יְהוָה אֶת־יִשְׂרָאֵל *pro amore Jehovae in Israëlem.* 1 Sam. XX, 17. Eodem sensu praefixo בְּ Hos. III, 1, et מִן Deut. VII, 8: מֵאַהֲבַת יְהוָה אֶתְכֶם *propterea quod Jehova diligit vos.* Res tamen eodem redit, si אַהֲבַת in his locis nomen verbale esse dicis cum casu verbi sui constructum (v. *Lehrgeb.* §. 688). — 2) *amor,* in specie de amore venereo Cant. II, 4. V, 9. VIII, 6. 7. 2 Sam. I, 26, Dei erga homines Hos. III, 1, amicorum inter se 1 Sam. XVIII, 3 cet. Opponitur שִׂנְאָה odium Ps. CIX, 4. 5. Eccles. IX, 1. — 3) *amor, deliciae,* in concreto dicitur de *amica* Cant. II, 7. III, 5. VIII, 4. Cf. *amores* Cic. Phil. VI, 5. Attic. XVI, 6 extr. Plaut. Poen. I, 1, 79. Tibull. I, 2, 4, *meae deliciae* Plaut. l. c. I, 2, 152. — In difficilioribus locis est Cant. III, 10, ubi in descriptione lecticae Salomonis verba ita se habent: תּוֹכוֹ רָצוּף אַהֲבָה מִבְּנוֹת יְרוּשָׁלָםִ forsitan pro לְאַהֲבָה *et medium eius stratum* l. *exornatum erat pro dilecta e filiis Hierosolymorum,* i. e. dilectissima earum. Ita Fr. Beyerus in nota ad h. l.; neque necesse est cum eo rescribas אֲהֻבָה, quae forma nunquam de amasia usurpatur. Per eandem ellipsin particulae Lamed interpretari possis: exornatum a dilectissima filiarum Jerusalem, sed illud praeferendum: nisi אַהֲבָה h. l. adverbialiter accipiendum est, et vertendum: *et medium eius exornatum suaviter* l. *pulchre a filiis Hierosolymorum.* Al. ut Herderus, *medium eius stratum amore* „*die Mitte gepolstert mit Liebe für die Töchter Jerusalems*"; sed מִן ita accipi nequit. LXX. ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον, ἀγάπην (domum amoris) ἀπὸ θυγατέρων Ἱερουσαλήμ. Non male: idque ita transtulit Arabs: وَبَاطِنُهَا مُرَصَّعٌ بِالْجَوَاهِرِ وَتِلْكَ مَحَبَّةٌ مِنْ بَنَاتِ أُورَشَلِيمَ i. e. *et medium eius gemmis distinctum, idque factum amore filiarum Jerusalem.* Vereor enim, ut recte interpres latinus in Polyglottis: *ob amorem erga filias Jerusalem.*

אָהַד radix inusitata, cuiusque in dialectis quoque nonnisi incerta extant vestigia. Castellus offert samaritanum ࠀࠄࠃࠉ Num. XXXI, 30. 47 idque *portionem* vertit cum Morino in loci laudati interpretatione latina coll. aethiop. λደ፡ pars, portio, sed vereor, ut recte. Etenim vocabulum aethiop. est i. q. יַד pr. manus, samaritanum ࠀࠄࠃࠉ vero ibi legitur pro hebraeo הָאָחֻז *prehensus, captus,* et vix dubitandum, quin idem exprimere voluerit interpres samaritanus, pariter atque Onk. qui habet: דְּאִתְּחִיד, *qui prehensus est.* Eiusdem capitis comm. 27, quod Castell. neglexit, legitur ࠀࠄࠃࠉ ࠕࠒࠁࠄ pr. *prehendentes s. capessentes bellum* pro תֹּפְשֵׂי הַמִּלְחָמָה cf. אֲחֻזֵי חֶרֶב Cant. III, 8. Videtur igitur אהד idem notare, quod אָחַד, et אָחַז. Apud Aethiopes etiam λሁደ፡ *ĕhud* ex literarum commutatione frequentissima dicitur pro λሐደ i. e. dies prima, dies solis, cf. אחוד et אָחוּד. Derivata haec sunt:

אֵהוּד (forsan i. q. אחוד unitio, per Syriasmum pro אִחוּד) m. 1) nomen iudicis Hebraeorum Jud. III, 15 sq. IV, 1. LXX. Ἀώδ. Vulg. Aod. Syr. et Arabs per Resch: ܐܗܘܪ, اهُود. 2) homo benjaminiticus, filius Bilhani, qui Benjamini nepos fuerat. 1 Paralip. VII, 10. Occurrit postea Ehudus quidam, אֵחוּד per Chet scriptus cap. VIII, 6, qui fortasse idem est.

אֹהַד m. nomen proprium filii Simeonis. Gen. XLVI, 10. LXX. Vulg. Ἀώδ, Aod, vide supra.

אֲהָהּ interiectio dolentis a sono facta, *ah! eheu!* conf. arab. آهٍ, آهًا, آهَا, أَوْهِ, أَوَّهْ, أُوهْ, unde radices آهَ et أَوَّهَ pro آهَ doluit, moeruit, ut nostrum *ach, ächzen,* aethiop. λሁ፡ quae est exclamatio dolentis et gementis, sam. ࠀࠄࠄ, vid. Anecdota nostra Orientalia p. 64. Ubique fere iungitur: אֲהָהּ אֲדֹנָי יְהוִה *ah! domine Jehova.* Jos. VII, 7. Jud. VI, 22. Jerem. I, 6. IV, 10. XIV, 13. XXXII, 17. Ezech. IV, 14. IX, 8. XI, 13. XXI, 5, vel אֲהָהּ אֲדֹנָי 2 Reg. VI, 5. 15. Nude legitur 2 Reg. III, 10, et cum dativo Joël I, 15: אֲהָהּ לַיּוֹם *eheu diei.* Inde decurtatum est הָהּ q. v.

אַהֲוָא chald. nomen fluminis Esra VIII, 21. 31 et regionis conterminae Vers. 15, in qua Esras populum in patriam rediturum congregabat. Putant eruditi, אהוא esse Adiabenam, sic dictam ab Adiava fluvio (Ammian. Marcell. XXIII, 6), Esramque Arabiae deserta vitaturum exulibusque in Assyria degentibus obviam iturum ad septentrionales oras se convertisse: cuius opinionis veritatem in medio relinquimus, de fluvio Ahava nil certi efficientes. Cf. infra כָּסִפְיָא.

אֱהִי Hos. XIII, 10. Hoc vocabulum, quod alibi (XIII, 7. 14. Ezech. XI, 16) est 1 fut. apoc. a rad. הָיָה, l. c. idem est, quod אֵיה, אֵי ubi? per traiectionem literarum, nisi forte אֱהִי mendum est, quod fluxit e v. 7. 14, et reponendum אַיֵּה. Conf. tamen chald. אהייא ubi? BUXTORF. Lex. chald. pag. 605. Ita, flagitante contextu, LXX. Vulg. Chald. Syr., ex Hebraeis ABULWALID, R. TANCHUM, e recentioribus Ed. POCOCKE (not. miscell. ad Portam Mosis pag. 69. Comment. ad h. l.), DRUSIUS, ROSENMUELLERUS. Verte: אֱהִי מַלְכְּךָ אֵפוֹא *ubi tandem rex tuus?* et arctius iunge vocabula אֱהִי אֵפוֹא *ubi tandem?* ut alibi iunguntur אַיֵּה אֵפוֹא. Vide s. אֵפוֹא. LXX et ABULWALID praeter hunc locum etiam comm. 14 אֱהִי reddunt ποῦ; illosque sequitur Paulus 1 Cor. XV, 55. Hoc quidem loco prima persona Futuri contextui bene convenit. Neutiquam vero probandi, qui commatis etiam decimi sensum ita contorquent, ut אֱהִי vulgarem vim habeat, quod faciunt KIMCHIUS et MOSERUS (in Lex. hebr.).

I. אָהַל fut. יֶאֱהַל *tentorium movit.* Dicitur de Nomade migrante, tentoria mox figente Gen. XIII, 12, mox promovente. Ibid. comm. 18: וַיֶּאֱהַל אַבְרָם LXX. ἀποσκηνώσας Ἀβράμ. Vulg. *movens tabernaculum suum.* Idem notat, quod alibi נָסַע. Contextus samaritanus impressus pro eo dat וילך (וַיֵּלֶךְ) glossam satis ieiunam, quae tamen sententiam magis idoneam praebet, quam trium codd. sam. lectio ויחל (וַיָּחֶל) et duorum aliorum ויאל (וַיֹּאֶל) *coepit.*

Pi. fut. יְאַהֵל contr. יַהֵל i. q. Kal, tentorium fixit Jes. XIII, 20, cf. מַלָּךְ pro מְאַלֵּךְ.

Hiph. vide sub אָהַל no. II.

II. אָהַל probabiliter etiam i. q. הָלַל splenduit. Verba פא et ע״ו haud raro permutantur (vide pag. 3), et nonnunquam etiam verba ע״ע et פא.

Hiph. fut. Job. XXV, 5: הֵן עַד יָרֵחַ וְלֹא יַאֲהִיל *ecce vel lunam, neque haec splendet* i. e. pura, munda est ex mente Dei. Parall. וְכוֹכָבִים לֹא זַכּוּ בְעֵינָיו *nec stellae mundae sunt in oculis eius.* Hieron. *ecce! luna etiam non splendet.* LXX. οὐκ ἐπιφαύσκει. Chald. לָא יַנְהַר. MOSE GEKATILIA Ms. لا يلمع. Eandem sententiam bene offert lectio cod. KENNICOTT. 249. יָהֵל. Sunt etiam, qui יַאֲהִיל pro Syriasmo habeant pro יְהֵילִיל coll. יְמָאֵס pro יִמָּאֵס, ut ALTING in fund. ling. hebr. §. 174, vel יאהיל plene scriptum existiment pro יהל, ut איתם pro אַתֶּם Ps. XIX, 13. Vide KIMCHII Lex. s. v. הלל. — Alii interpretantur ex consueta verbi אָהַל significatione: *intuere etiam lunam, ne in ea quidem tentorium figit* l. *habitat,* i. e. ne haec quidem satis munda est, ut in ea habitare possit. SAAD. ms. لا يدخل بعشيته *ibi non divertit in incessu suo* (Deus). Sed habitandi divertendique sensus ab huius loci contextu alienior est.

אֹהֶל c. Suff. אָהֳלִי, אָהָלְךָ oholcha, Plur. אֹהָלִים (per Syriasmum pro אֳהָלִים *Lehrgeb.* pag. 152. 572), אֹהָלֶיךָ, אָהֳלֵיו, st. constr. אָהֳלֵי, cum He parag. אֹהֱלָה Gen. XVIII, 6. Exod. XVIII, 7. 1) *tentorium, tabernaculum.* Gen. IX, 27. XIII, 5. XXV, 27 cet. (Arabes sub أهل habent significationem secundariam *familiae* in tentorio degentis, et inde hominum, populi, societatis, coll. hebr. בַּיִת, unde verbum أهل familiaris fuit, consuevit. Facessant autem coniecturae etymologicae eorum, qui primariam vim quaerunt in laxitate, ab وهل laxus [immo debilis] fuit, vel in vibratione velorum, هل vibravit [immo splenduit]. Vide COCCEJI Lex. ed. Schulz, s. h. v. SCHEID. ad Cant. Hiskiae pag. 261). אֹהֶל מוֹעֵד tentorium conventus, vulgo tabernaculum foederis i. e. templum illud mobile et portabile Israelitarum in deserto, quod describitur Exod. XXVI coll. XXXVI, etiam simpliciter הָאֹהֶל dictum 1 Reg. I, 39. V. sub מוֹעֵד. Quo in tentorio si אֹהֶל distinguitur a מִשְׁכָּן, אֹהֶל est tegumentum tentorii exterius, duodecim constans cortinis e pilis caprarum contextis, quod imponebatur *habitaculo* (מִשְׁכָּן) h. e. decem aulaeis interioribus, quae asseribus incumbebant. Exod. XXVI, 1. 7. XXXVI, 8. 14. 19. Job. XXI, 28: אֹהֶל מִשְׁכְּנוֹת רְשָׁעִים *tabernaculum habitationum impiorum,* quod impii habitant. — 2) domus, habitatio (cf. بيت tentorium, domus). Jes. XVI, 5: אֹהֶל דָּוִד *domus Davidis.* 1 Reg. VIII, 66 de populo tempore Salomonis: וַיֵּלְכוּ לְאָהֳלֵיהֶם *et discesserunt ad domus suas.* Poët. Ps. CXXXII, 3: אִם אָבֹא בְּאֹהֶל בֵּיתִי *non intrabo in domum habitationis meae.* Aliis in locis, ut Ps. LII, 7. LXXXIII, 7. Prov. XIV, 11 cet. tentorii significatio retineri vel potest vel adeo debet. — 3) in specie de templo. Ezech. XLI, 1. — 4) nom. propr. filii Serubabelis 1 Paralip. III, 20. Praeterea haec notanda sunt nomina propria cum hoc vocabulo composita, vel ab eo derivata:

אָהֳלָה nomen meretricis, quo utitur Ezechiel vates ad indicandam Samariam Ezech. XXIII, 4 sq. Proprie notat: tentorium suum (habet illa) i. e. proprium suum habet tabernaculum s. templum, non Dei iussu constructum. אָהֳלָה scriptum est pro אָהֳלָהּ omisso Mappik, cf. *Lehrgeb.* pag. 98. V. אָהֳלִיבָה.

אָהֳלִיאָב (tentorium patris, אֹהֶל cum Jod compaginis, ut in גַּבְרִיאֵל pro גֶּבֶר־אֵל) nomen proprium artificis, quo Moses in exstruendo tabernaculo conventus utebatur. Exod. XXXI, 6. XXXV, 34.

אָהֳלִיבָה nomen mulieris meretriciae, quae apud Ezechielem cap. XXIII, 4 sq. symbolum est regni iudaici idololatriae dediti, ut אָהֳלָה regni samaritici. Proprie notat: אָהֳלִי בָהּ *tentorium meum in ea,* quod in hoc regno templum Dei et sacerdotium erat.

אָהֳלִיבָמָה (tentorium excelsi) nom. proprium uxoris Esavi Gen. XXXVI, 2. 14, quae tribui idumaeae cognomini (comm. 14) nomen dedisse videtur. Cf. de חֲמְנָע, Eliphasi pellice, ibid. comm. 12 et 40.

* אֲהָלִים Num. XXIV, 6. Prov. VII, 17 et אֲהָלוֹת Ps. XLV, 9. Cant. IV, 14. genus arboris indicae odoriferae, Graecis ἀγάλλοχον, sequioribus ξυλαλόη quoque dictae, Arabibus اغلاجون vel اغالوجى et العود, recentioribus lignum aloës, item lignum paradisi (Belgis *Paradys-hout* e fabula quadam Orientalium, quae hanc arborem in Paradiso crevisse comminiscitur) et *lignum aquilae* (v. infra). Audiamus primum Dioscoridem, qui ita de agallocho lib. I, cap. 21: ἀγάλλοχον ξύλον ἐστὶ φερόμενον ἐκ τῆς Ἰνδίας καὶ Ἀραβίας ἐοικὸς θυΐνῳ ξύλῳ, ἐστιμμένον, εὐῶδες, παραστύφον ἐν τῇ γεύσει μετὰ πάσης πικρίας. φλοιὸν ἔχον δερματώδη καὶ ὑπόκιλον ..... θυμιᾶται δὲ ἀντὶ λιβανωτοῦ. Concinunt fere Arabes, quibus fructus dicitur هرنوة, v. Avicenna pag. 132. 163. 231. Geogr. Nubiens. pag. 72. Bakui in *Notices et Extraits de la biblioth. du Roi.* T. II. p. 397. Abulfeda in *Büschings Magazin* IV, p. 277. Inter recentiores rei herbariae peritos duo esse constat agallochi genera, alterum verum et praestantissimum, alterum adulterinum vel certe vulgare et secundarium. Prius illud in Cochinchina, in regno Siamensi et Sinensi nascitur, nunquam exportatur, et in ipsa India tantae est raritatis, ut aequo auri pondere redimatur. Ligni frusta resinosa, subnigra, gravia, et velut a vermibus perforata *Calambac* dicuntur, arbor ipsa Siamensibus Kissina, Japanensibus Kaworiki i. e. arbor odorata, Sinensibus *Sük-hiang*. Aroma arboris oriri demum dicitur, ubi senescit, et ex morbo, quo particulae oleosae stagnant et in resinam crassescunt in interiore arboris trunco. Vide descriptionem eius cum icone apud Rumphium in Herbario Amboinensi T. II. pag. 29—40, cf. Kaempferi Amoenit. exot. pag. 903, et Io. de Loureiro flora cochinchinensis ed. Willdenow T. I. pag. 327, cui Aloexylum agallochum dicitur. Arborem is perhibet magnam esse, truncis ramisque erectis altissimis, foliis lanceolatis, cortice cannabino. Alterum genus, Agallochum officinarum s. secundarium, *Garo* dictum in India orientali, lignum est arboris in Moluccis etiam crescentis, *Excoecaria Agallocha* a Linneo dictae a succo eius excoecante, unde *Blend-hout, Blendbaum.* Vide eam copiose descriptam ap. Rumph. l. c. pag. 237—40. Linne's *Pflanzensystem nach Houttuyn* (Norimb. 1777) T. II. pag. 422—29. De Lamark in Encyclopédie methodique T. I. pag. 47—49. Arbor, foliis pyro similis, amentis aristisve insignis, succum habet lacteum, qui in arbore senescente in resinam pinguem et odoratam crassescit. Truncus arboris, isque valde nodosus, gibberosus, excavatus, foraminumque plenus, ut coralii fere speciem prae se ferat, in Museo britannico exstat, ubi eum ante hoc fere triennium oculis usurpavi. Tres eius species distinguit Paul. a Barthol. in Vyacarana p. 205: „unum commune, valde odorum et magni pretii *aghil*, nigrum, quod *kraghil* vel *kalagaru* appellatur; tertium, olens florem, Lusitanis *mogarim* dictum, quod proprie *mangalyam* l. *malligandhiyal* nuncupatur.“

Nomen arboris hebraeum aeque ac graecum repetitum est a nomine eius domestico *aghil, agaru, haloha* (Paul. a Barthol. l. c.), ita quidem ut et Graeci et Hebraei illud ad linguae suae ingenium et etymologiam accommodaverint; quasi esset a rad. אָהַל, vel ab ἀγάλλομαι et ἔχω. Lusitani, qui inter Europaeos primi Indiam adierunt, *aghil* ob soni similitudinem *aquilae lignum* vocitarunt, unde etiamnum *bois d'aigle, Adlerholz.* Praeter scriptores supra nominatos videatur Celsius in *Hierobot.* T. I. pag. 135—170. Salmas. *Exercitatt. Plin.* T. II. pag. 1054. *homonym. hyles iatricae* pag. 7. Michaelis in *Supplemm.* pag. 32. Wahl's *Ostindien* T. II. pag. 772. *Fundgruben d. Orients* T. V. pag. 372. Bondi *Or-Esther* pag. 13. Novam de אֲהָלִים coniecturam eamque audaciorem, nimirum illud esse i. q. هال, هيل vel قاقلة (quod more Aegyptiorum pronunciatur *hahula*) *cardamomum* Avic. Opp. Arab. T. I. p. 163. 243. 275, proposuit Silv. de Sacy *ad Abdollatiphi descr. Aegypti* pag. 320.

אָהַר radix in Bibliis non obvia. Syr. ܐܗܪ libidinosus, lascivus. Inde derivari videtur nomen proprium

אַהֲרֹן *Aharon*, frater Mosis natu maior (Exod. VI, 20. VII, 7), filius Amrami Levitae et matris Jochebed, Mose eloquentior (Exod. IV, 14. VII, 1 sequ.), artium magicarum non imperitus (ibid. VII, 11 sequ. 19 sequ. VIII, 1 sequ.), a superstitionibus Aegyptiorum non immunis (Exod. XXXII), a Mose fratre tamen summus sacerdos cooptatus (Exod. XXIX. Levit. VIII). Mortuus est anno post exitum ex Aegypto quadragesimo in monte Hor, ibique sepultus (Num. XX, 28. XXXIII, 38) et hodieque in hoc monte, qui ab eo جبل نبى هارون vocatur, sepulchrum eius ostenditur. Cf. Burckhardt Travels in Syria and the Holy Land pag. 430. vers. germ. pag. 716. Rabbinorum de eodem fabulas collegit Eisenmenger (*entdecktes Judenthum*, I, p. 342. 855. 864). — בְּנֵי אַהֲרֹן *filii Aharonis* Jos. XXI, 4. 10. 13 et poët. בֵּית אַהֲרֹן Ps. CXV, 10. 12. CXVIII, 3 *domus Aharonis* dicitur pro sacerdotibus, ipse *Aharon* autem Ps. CXXXIII, 2 de quovis summo sacerdote. Graece hoc nomen scribitur Ἀαρών, Arabice هارون.

אוֹ conj. 1) *vel, aut.* Exod. V, 3: בַּדֶּבֶר אוֹ בֶחָרֶב *peste aut gladio.* Deut. XIII, 2: אוֹת אוֹ מוֹפֵת *signum vel portentum.* Gen. XXXI, 43. XLIV, 8. 19. Exod. IV, 11. XXI, 18. 28. 32. 33. 37 et ita sexcenties, etiam in locis Job. XXII, 11. Malach. II, 17, in quibus explicandis haeserunt quidam interpretes. (Respondet arab.

أَوْ; Melit. *ev, jev;* syr. ܐܘ *vel,* et in comparationibus *quam* Matth. XIX, 24, aethiop. ኦው: Eorum conatus, qui particulam nostram ad radicem triliteram אָוָה revocarunt, ut Tympii ad Noldii concord. p. 3, cui אוֹ *vel* est a *volendo,* vel Belgarum quorundam, quibus pp. est *flexio, inflexio,* in medio relinquimus. Prior tamen ille ingeniosior est). Aliquoties est i. q. aut potius, quin imo, quin potius. 1 Sam. XXIX, 3: אֲשֶׁר הָיָה אִתִּי זֶה יָמִים אוֹ זֶה שָׁנִים *qui mecum fuit iam dies aut potius annos.* Ita أَوْ apud Arabes, quod ideo explicant بَلْ, حَتَّى, imprimis sequ. ف pr. vel etiam. Har. Consess. V. p. 174. lin. 1. ed. Schult.

2) *si forte, ἐάν.* 1 Sam. XX, 10: *quis indicabit mihi,* אוֹ מַה־יַּעַנְךָ אָבִיךָ קָשָׁה *si forte duri quid tibi responderit pater tuus?* LXX. ἐάν. Vulg. si forte. (Abulwalid: אם تكون للشرط كمعنى conditioni inservit, ut particula אם. Arabes etiam أَوْ saepe interpretantur إِنْ).

Huc etiam pertinet Gen. XXIV, 55: *maneat nobiscum puella* יָמִים אוֹ עָשׂוֹר *aliquot dies* (l. aliquod tempus), *si forte decem* (fuerint), l. forte decem, *einige Zeit, etwa zehn Tage.* LXX. egregie: ἡμέρας ὡσεὶ δέκα. Vulg. *dies saltem decem.* (Ad rem cf. Tob. VIII, 8. IX, 4. X, 7 et de variis lectionibus et interpretationibus huius loci citra necessitatem vexati, Comment. nostr. de Pent. Samarit. pag. 31).

3) *si vero.* Exod. XXI, 36: אוֹ נוֹדַע כִּי שׁוֹר נַגָּח הוּא *si vero notum est, bovem petulcum esse.* LXX. ἐὰν δέ. Vulg. *sin autem.* 2 Sam. XVIII, 13. Alibi pro eo dicitur אוֹ כִּי Lev. XIII, 16. 24.

4) *vel si, sive* (cf. no. 1.). Lev. IV, 23. Hinc ubi geminatur, *disiunctive: sive, sive, es sey denn dafs, oder.* Levit. V, 1: אוֹ רָאָה אוֹ יָדָע *sive vidit, sive novit.* Exod. XXI, 31.

5) *nisi forte,* quae particulae vis fluxit ex ea, quam primo loco posuimus. Jes. XXVII, 5: *totam ego comburam* אוֹ יַחֲזֵק בְּמָעֻזִּי *nisi forte prehenderit asylum meum* l. aut prehendat asylum meum. Construitur cum Futuro subiunctivo. Ita Arabes أَوْ sequente Futuro nasbato explicant إِلَّا, et monent elliptice illud dictum esse pro أَوْ أَنْ. Germanice respondet: *oder es sey, dafs* (unde etiam subiunctivus requiritur). Vide de Sacy *gramm. arabe* I, §. 884. Ibn Doreid comm. 105 ed. Scheid.: *non desinet gratiarum actio mea* أَوْ يَعْتَاقَنِي صَرْفُ ٱلْمَنَا *nisi forte (aut) impediverit me vicissitudo fati.* Har. VI, pag. 218. ed. Schultens. Coh. II, 22.

6) *an forte,* utrum forte. Levit. XXVI, 41: אוֹ אָז יִכָּנַע לְבָבָם וגו׳ *an forte tunc deprimatur cor eorum.* Ezech. XXI, 15 (al. 10). Abulwalid ibi explicat איך كيف *quomodo?*

Not. Exclamandi vim (ut syr. ܐܘ) parum feliciter particulae nostrae vindicatum it Lud. de Dieu ad Job. XXII, 11, laudatis locis 2 Sam. XVIII, 13. Jes. XXVII, 5. Ezech. XXI, 15. Malach. II, 17, in quibus omnibus vulgares significationes retinendae. Imo syriacum ܐܘ ex graeca demum lingua in syriacam immigrasse videtur.

אוב vel **איב** rad. inusit. Arab. أَبَّ pro أَوَبَ est 1) i. q. رجع, reversus est, it. resipuit, unde أَوَّابٌ resipiscens, ad Deum se convertens (cf. איוב s. rad. אָיַב); 2) occidit (sol); 3) noctu venit, maxime aquae petendae ergo. Conj. V. VIII. id., أَيَّابٌ aquarius. In lingua hebraea inde derivatur

אוֹב Plur. אוֹבוֹת masc. (de sexu Pluralis v. Job. XXXII, 19) 1) *uter,* ab aquando dictus (v. rad. no. 3). De vini utribus Job. l. c.: כְּאֹבוֹת חֲדָשִׁים יִבָּקֵעַ *sicut utres novi,* (qui) *diffinduntur.* Utres novi dicuntur pro utribus novo vino plenis. Contulimus olim cum Alb. Schultensio ad h. l. arabicum إِيَابٌ de quo Golius pag. 196: „i. q. سِقَاءٌ uter, is, *Cam.*" neque aliter Giggeius et Castellus, quanquam ille أَيَابٌ scribit, hic أَيَابٌ. Sed veram lectionem dat Firuzabadius impressus pag. 46: ٱلْأَيَابُ كَكَتَّانٍ السَّقَّاء i. q. أَيَّابٌ *formae* كَتَّانٌ *aquarium notat, s. eum, qui aquam petit;* quo ex libro ubi emendaveris lexica arabica, in fumum abibit vocabulum hic conferri solitum. Significatio nihilominus (quicquid dicat I. D. Michaelis in Supplemm. p. 38) certa videtur, tum ex etymo supra indicato, tum e contextu, tum e vett. quorundam auctoritate. Alex. ὥσπερ φυσητὴρ χαλκέως (חרשים) ἐῤῥηγὼς *velut follis aerarii disruptus,* male quidem ad contextum, sed *follis,* quod instrumentum utri simile est, significatio interpreti nota fuisse debet. Kimchius נודות *utres.* Reliqui *lagenas* dant. Hieron. *laguncculae.* Chald. לגגין. Saad. denique ms. اقواف *pythones* (v. no. 2). — Cf. etiam nomen geogr. אֹבֹת.

2) νεκρόμαντις s. νεκυόμαντις i. e. hariolus incantationum et carminum magicorum vi manes evocans, ut de rebus futuris aut dubiis responsa darent. Ad hoc enim divinandi genus pertinuisse vocabulum nostrum ex historia mulieris Endoriticae 1 Sam. XXVIII, 7 et e locis Jes. VIII, 19. XXIX, 4 perspicuum est. Vide Deut. XVIII, 11. 2 Reg. XXI, 6. 2 Paralip. XXXIII, 6. Plur. אֹבוֹת Lev. XIX, 31. XX, 6. 1 Sam. XXVIII, 3. 9. Jes. VIII, 19. XIX, 3. Singulatim אוֹב notat *a*) pythonem s. daemo-

nem fatidicum, quo instructi esse credebantur hi homines, aut qui in iis latere dicebatur. Lev. XX, 27: אִישׁ אוֹ אִשָּׁה כִּי יִהְיֶה בָהֶם אוֹב *vir aut mulier, quando iis inest python.* 1 Sam. XXVIII, 8: קָסֳמִי־נָא לִי בָּאוֹב *divina mihi per spiritum fatidicum,* unde talis praestigiatrix dicitur אֵשֶׁת בַּעֲלַת אוֹב *mulier, in qua est daemon fatidicus* 1 Sam. XXVIII, 7. 8. Masculinum בַּעַל אוֹב apud Talmudicos occurrit. *b*) ipsum mortuum evocatum. Jes. XXIX, 4: וְהָיָה כְּאוֹב מֵאֶרֶץ קוֹלֵךְ *et erit vox tua, sicut mortui e terra ascendentis,* scil. gemebunda, stridens, τρίζουσα, tenuis, coll. Jes. VIII, 19 ibique nota nostra. Hom. Il. ψ', 101. Od. ώ, 4 sq. Virg. Aen. III, 39. Claudian. in Rufin. I, 126. Broukhus. ad Tibull. I, 2, 47. Raschi ad Gem. Sanhedr. fol. LXV, 2: ומיהו קולו נמוך לפי שאין בו חיותא *verum vox manium exilis est, quia vita sunt orbati.*

Talmudistae et Rabbini אוֹב recte explicant פִּיתוֹם i. e. πύθωνα. R. Bechai in Biur Tora fol. 208: אוב מין ממיני הכשוף היא ושמו פיתום ומעלה את המת *Obh species magorum est, et python vocatur, mortuumque elicit.* Gem. Sanhedr. fol. 65, verso: *Tradunt Magistri, Baal Ob ex brachiis et axillis eorum loqui, nam* (mortuus) *surgens sedet sub axillis eius et loquitur.* Alia testimonia v. ap. Selden. de DIs syris I, c. 2. Surenhus. in Mischna T. IV. p. 243. Πύθων vero l. πνεῦμα πύθωνος Graecis dicebatur δαιμόνιον μαντικὸν his praestigiatoribus inesse creditum. V. Act. XVI, 16 et Schleusnerus ad h. l. LXX interpretes ubique fere אֹבוֹת reddunt ἐγγαστριμύθους, *ventriloquos* et recte quidem, quoniam ventriloqui apud veteres plerumque hac intus loquendi arte ad praestigias abutebantur, et homines credulos inducebant ad credendum, vel intus daemonem loqui, vel vocem mortui e terra ascendentis audiri. Atque ut ne minimum quidem dubium superesset, astuti homines populum docebant, magum videre quidem manes a se evocatos, sed nihil audire, illum vero, in cuius gratiam anima reducatur, audire quidem, sed nihil videre. Et Saulo hoc accidit (1 Sam. XXVIII), et disertis verbis ita docent Hebraeorum magistri (v. Dav. Millii diss. de אוב et אובות ad quale divinandi genus referendum sit? in dissertatt. selectis no. XII. et in Ugolini thesauro T. XII. no. 5. I. Tjeenk in Commentariis societ. scient. Vlissingensis T. I. p. 546—584. Leonis Allatii synt. de Engastrimytho, in Criticis sacris, tractatt. bibl. Vol. I. p. 331. van Dale de idololatria p. 649. Fessel. Advers. s. T. I. lib. 5. c. 8). Quemadmodum apud Graecos (Alciphr. epist. II, 4.), ita apud Hebraeos, maxime mulieres hac arte infames erant. Vide 1 Sam. XXVIII, et cf. Aben Esra ad Lev. XX, 24: וזאת האומנות ביד הנשים יותר.

Qui vero factum, ut *uter* et *ventriloquus* Hebraeis eodem vocabulo exprimantur? Non absurde respondebis, quod incantator daemone fatidico obsessus quasi *uter* s. vas et vagina huius pythonis esse videbatur. Utramque certe vocis significationem arcte cohaerere, vel inde patet, quod in utraque est idem genus eademque pluralis numeri forma. Notabat igitur proprie hominem spiritu fatidico praeditum, deinde ipsum spiritum. Aliter Millius l. c. et Io. Simonis, qui אוֹב a *redeundi* notione, quae in verbo primaria est, proprie *umbram redeuntem, le revenant,* notare et אֹבוֹת *hariolos* pro בַּעֲלֵי אֹבוֹת dictos esse sumunt, quemadmodum in nominibus propriis v. c. פְּעוֹר dicitur pro בַּעַל פְּעוֹר. Quicquid eligas, etymon hebraeum retinendum erit, neque opus est ut cum Jablonskio (Opuscc. ed. te Water T. I. p. 180. 181) ad linguam aegyptiacam confugias, in qua ΟΥΗΒ est *sacerdos*; quanquam harioli et sacerdotes haud raro eodem vocabulo notantur (cf. כֹּהֵן, כֹּמֶר).

אֹבֹת (utres) N. propr. stationis Israelitarum in deserto (Num. XXI, 10. XXXIII, 43), in terra fere Edomitarum haud procul a Moabitide quaerendae.

אוּד et **אֵד** radix inusitata, in qua tres radices latent significationis diversae, quae tamen formas inter se commutant. I) אוּד i. q. آدَ pro أَوَدَ incurvavit, inflexit, gravavit, gravitate pressit, unde آيِدٌ gravis, molestus, أَوْدٌ onus, pondus, مَآوِدُ infortunia, mala, quibus aliquis premitur. Inde Hebraeis est אֵיד.

II) אוּד i. q. آدَ pro أَيَدَ validus, robustus fuit Conj. II. corroboravit, iuvit, Cor. II, 81. 254. III, 11. V, 109. VIII, 26. 64. IX, 40, أَيْدٌ et آدٌ robur, vis, potentia. Cor. LI, 47. Cf. Teblebi ap. Schult. ad Job. pag. 446, qui huic radici etiam notiones vicini أَوَدَ tribuit. Unde Hebraeis אֵד, מְאֹד.

III) אוּד i. q. aethiop. ዐውደ፡ et hebr. עוּד pr. cingere, circuire, vertere se, unde אוּד, אוֹדוֹת. Cf. de Dieu ad Gen. XXI, 11.

אֵד m. Gen. II, 6 (ubi 2 codd. Kennicott. c. Kimchio et Aben Esra אֵיד) Job. XXXVI, 27 (ubi 50 codd. cum magistris judd. plene scribunt) exhalatio s. *vapor* terrae, unde nubes oriuntur, ita dictus, quoniam terram veli instar circumdat et tuetur. Hoc certe etymon commendat lingua arabica, in qua إِيَادٌ a rad. آدَ med. Je (v. supra אוּד no. II) est quicquid rem aliquam tuetur et firmat, ut munimentum, cortex, velum, it. aër terram circumdans, atmosphaera (جَوّ sec. Kamusum p. 341). De vaporibus cuiuscunque generis אֵיד usurpatur in Targg. Job. III, 5. Prov. XXIII. 33. — Ac locus Geneseos satis expeditus est, apud Jobum vero redde: *postquam sursum traxit aquae guttas,* יָזֹקּוּ מָטָר לְאֵדוֹ *fundunt (guttae) pluviam ex vapore eius* sc. oriundam. לְ causam efficientem indicat. *Vaporis* significationem recte tuentur magistri

doctiores. Saad. in utroque loco بُخَار, neque aliter Abulwalid (v. supra), Arabs Erpen., Jos. Kimchi, qui ita ad locum Jobi: יזקו העננים מטר בעבור אידו והוא העשן העולה מן הארץ בעבור החום יקרא בערבי בוכאר בכור בלעז. Minus bene *nubem* dant LXX in Jobo et Chald. in utroque loco, it. Samarit. Gr. Venet., et peius etiam *fontem* reddunt LXX in Genesi: πηγή, Aqu. ἐπιφλυγμός *scatebrae*, vel sec. alios codd. ἐπιβλυσμός; id. Syr. Vulg. cet.

אוּד m. *titio, torris*. Imaginem praebet civitatis ex ingenti rerum discrimine servatae Zach. III, 2. Amos IV, 11, et regis novorum bellorum quidem cupidi et auctoris (معسر الحرب rutabulum belli ab Arabibus dicti), sed robore carentis, non flagrantis, sed fumigantis. Jes. VII, 4. Uterque interpres aramaeus vocem ubique retinet, et Chaldaeus praeterea habet Job. XII, 5: אוּדָא דְבָסִיר *titio contemptus*, pro hebr. לַפִּיד בּוּז. De syriaco ܐܘܕܐ haec observat *Bar Bahlul:* ܐܘܕܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪ ܒܐܘܕܐ ܕܦܪܕܝܣܐ ܡܦܫܩ ܗܢܘ ܡܕܡ ܕܡܬܘܩܕ ܘܬܢܢܐ ܡܦܩ ܐܝܟ ܕܒܥܝܢ : ܐܘܕܐ ܡܚܪܟܐ ܐܡܪ مُحراكٌ محترق عودا التنور i. e. *Udo fumigans in libro Paradisi explicatur res adusta et fumum emittens, ubi exstinguitur, Udo m'charko* (Jes. VII, 4) *sec. Zachariam rutabulum* (*Schürholz*), *quo excitant ignem fornacis*. Ita rectius, quam in alio codice: المحاريك المحترقة والعواد التنور *rutabula adusta et ligna fornacis*. Vides rutabuli (sed lignei) notionem non gratis sumtam esse, ut volebat J. D. Michaelis ad Cast. Lex. syr. p. 15. Et re vera titione semiadusto saepe ad ligna ardentia dimovenda ignemque suscitandum uti solemus. Rutabulum autem ita dici videtur ab *igne huc illuc verso* (v. s. rad. אוּד no. 3). Semel extat vox in Talm. Beza fol. 33, 1: הכנס אשה לבין העצים ליטול אוד לצלות בו, ad quae verba Tanchum Hieros. אוד هو محراك التنور وقيل مشهاب من النار وبالجملة هو عود قد تعلق به النار *Ud est rutabulum fornacis, sec. alios titio ignis, ut paucis dicam lignum, cui adhaeret ignis*.

אוֹדוֹת pl. (gen. incerti) pp. *versiones, conversiones* (v. rad. no. III), unde *causae*. Conf. סִבָּה conversio, *Wendung, Schickung Gottes*, et سَبَب causa, a rad. סָבַב vertit, convertit; حَال ratio, modus, *causa*, a حَالَ, חוּל vertit se; germ. *um* pro *wegen*; et fors. בִּגְלַל propter, a גָּלַל. Usurpatur hoc vocabulum nonnisi in phrasi עַל אוֹדוֹת i. q. עַל דִּבְרֵי, עַל דְּבַר propter causas i. e. *propter* Gen. XXI, 11. 25. XXVI, 32. Exod. XVIII, 8. Num. XII, 1. XIII, 24. Judd. VI, 7. et cum Suffixis עַל אוֹדוֹתַי mea causa Jos. XIV, 6. עַל כָּל־אוֹדוֹת אֲשֶׁר *has ipsas ob causas quod, gerade deshalb weil* Jer. III, 8. De hoc vocabuli כֹּל usu v. infra sub h. v. et *Lehrgeb*. p. 626.

Quod in editt. nostris legitur 2 Sam. XIII, 16 אַל אוֹדֹת, id e duabus lectionibus conflatum est, altera אַל אוֹדוֹת quam pauciores habent codd., altera עַל אוֹדֹת, quae in multis libris legitur apud Kennicott. et de Rossium. Saepius non legitur.

אֵיד m. pr. *onus, quo quis opprimitur, obruitur* (v. rad. אוּד no. I), unde 1) *grave infortunium, calamitas*, qua quis obruitur Ps. XVIII, 19. Job. XXI, 30. 2) *exitium, pernicies*, vel unius hominis Job. XVIII, 12. XXI, 17. XXX, 12. Prov. I, 26. 27. VI, 15, vel totius populi Jerem. XLVIII, 16. XLIX, 8. Obad. 13. LXX. plerumque ἀπώλεια. אֵיד אֵל *exitium Dei* i. e. a Deo immittendum. Job. XXXI, 23. Ac retinenda est etiam hoc loco vulgaris significatio, neque אֵיד *robur* vertendum coll. أَيْد robur (v. sub אוּד no. II), quanquam hoc praeferre videtur Alb. Schult. in Animadv. et in Comm. ad h. l. De etymo vide אוּד no. I. Praeterea notandum, valde propinquam esse radicem آدَ supervenit, oppressit aliquem infortunium Conj. V. incidit in eum, irruitque malum (Dschauhari et Firuzabadi ap. Scheid. ad Cant. Hiskiae pag. 242. 243), unde آدٌ, اَدّ, إِدَّة infortunium, aerumna Cor. XIX, 91, conf. *Teblebi* ap. Schultens. ad Job. XVIII, 12. Abulwalid hanc calamitatis notionem secundariam esse ponit, et a vapore ac nebula (אֵד) ductam, his verbis: הלא איד לעול هو التعس אד יעלה بخار יזקו מטר לאידו جمام وهو من البخار المرتفع من الارض وكان איד هو تعس بخار وضباب وظلمة تغشى صاحبها. *Ap.* Job. XXXI, 3 איד *notat calamitatem, sed* Gen. II, 6 *vaporem, et* Job. XXXVI, 27 *receptacula aquae e vapore terrae sursum tracto. Illa autem calamitatis notio petita a vapore, tanquam nebula et tenebris, quae infelicem obvelant*.

מְאֹד m. 1) subst. *robur, vehementia*, a rad. אוּד no. 2. Deut. VI, 5: *et amabis Jehovam, deum tuum, toto corde, toto animo* וּבְכָל מְאֹדֶךָ *et omni robore* s. *vehementia* i. e. vehementissime s. omni virium contentione. LXX: ἐξ ὅλης τῆς δυνάμεώς σου. Vulg. *ex tota fortitudine tua*. 2 Reg. XXIII, 25. cf. Luc. X, 27, ubi haec formula ita se habet: ἀγαπήσεις κύριον τὸν Θεόν σου — ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος σου. Jes. XLVII, 9: בְּעָצְמַת חֲבָרַיִךְ מְאֹד *cum valido robore* l. *cum ingente vi praestigiarum tuarum* i. e. non obstante praestigiarum tuarum vi. Iunge עָצְמַת מְאֹד *vis roboris* i. e. magna vis. Job. XXXV, 15: לֹא יָדַע בַּפַּשׁ מְאֹד *non curat scelus vehementiae* i. e. vehemens, magnum. Inde בִּמְאֹד מְאֹד *cum vehementia vehementiae* i. e. vehementissime Gen. XVII, 2. 6. 20. Ezech. IX, 9. *b*) עַד מְאֹד usque ad vehementiam, i. e. vehementissime, valde, maiorem in modum. Gen. XXVII, 33: וַיֶּחֱרַד יִצְחָק חֲרָדָה גְּדֹלָה עַד מְאֹד *et territus est Isaacus terrore valde magno*. 1 Reg. I, 4. Dan. VIII, 8. Interdum

est i. q. *prorsus*, *omnino* Ps. CXIX, 8: אַל תַּעַזְבֵנִי עַד מְאֹד *ne derelinquas me prorsus*: it. *nimis*, *nimium in modum*, *allzusehr*. Jes. LXIV, 8: אַל תִּקְצֹף יְהוָה עַד מְאֹד *ne effervescas, Domine, nimium in modum*. Syrus interpres h. l. transfert ܠܚܕܐ ܠܥܠܡ *valde in perpetuum* (in qua tamen lectione duo interpretamenta coniuncta esse videntur) et Ps. l. c. ܠܥܠܡ *in perpetuum*; neque tamen opus est, ut cum Castello hanc particulae nostrae vim tribuas, quanquam etiam לָנֶצַח utrumque significat. c) עַד לִמְאֹד i. q. עַד מְאֹד 2 Par. XVI, 14. in sequiore Hebraismo, in quo particulam עַד saepius excipit לְ, ut in עַד לְאֵין 2 Par. XXXVI, 16, עַד לְמַעְלָה 2 Par. XVII, 12, עַד לְמֵרָחוֹק 2 Par. XXVI, 15.

2) adv. *vehementer*, *valde*, *admodum*. Proprie est substantivum in accusativo, qui Semitis casus est adverbialis. Vide *Lehrgeb.* pag. 685. (Cf. arab. جدًّا *valde*, a جِدّ labor, studium, qua voce Saadias in loco Deut. VI, 5 apte expressit hebraeum מְאֹד; et شَدًّا valde, a شِدّ validitas). Gen. IV, 5. VII, 18. XIII, 13. XIX, 3 cet. cet. Saepe adiectivis aliisque adverbiis additur ad ea intendenda, טוֹב מְאֹד valde bonum Gen. I, 31, יָפָה מְאֹד valde pulchra Gen. XII, 14, הַרְבֵּה מְאֹד valde multum Gen. XV, 1. Emphaseos ergo geminatur מְאֹד מְאֹד Gen. VII, 19. Num. XIV, 7. 1 Reg. VII, 47. 2 Reg. X, 4. — Ps. XLVI, 2: עֶזְרָה בְצָרוֹת נִמְצָא מְאֹד *auxilium in angustiis repertus est valde* i. e. auxilium validum. cf. XXXI, 12. 1 Sam. XX, 19: תֵּרֵד מְאֹד *descende vehementer* i. e. descende festinus, ut recte Vulgatus.

I. אָוָה radix in Kal inusitata. Primariam eius notionem praeeunte Alb. Schultensio ad Prov. XXXI, 4 ponimus in *flectendo*, *inflectendo* (coll. עָוָה), unde 1) *deversatus est*, *hospitatus est*, *habitavit* i. q. arab. أوى Conj. I. II. deversatus est, recepit se commorandi ergo, مأوى mansio, cf. in lingua hebraea derivatum אִי, it. גּוּר et דּוּר. 2) animo propenso fuit, *cupivit*, *appetivit*. Vide Pi. Hithpa. et ad seriem notionum cf. חָפֵץ. Cognatae radices sunt אָבָה cupivit, et arab. هوى expetivit, cupivit, etsi haec notio potius a ruendo ducta sit. Syri et Arabes sub his radicalibus hos habent significatus cognatos: أوى propensus fuit, teneriore affectu commotus, syr. ܐܘܐ coniunxit, concordem fecit, ܐܬܘܐ benevolus fuit Matth. V, 25, unde consensus, concordiae cet. notiones derivatae sunt.

Pi. אִוָּה *expetivit*, *desideravit*. Prov. XXI, 10: נֶפֶשׁ רָשָׁע אִוְּתָה רָע *animus improbi desiderat malum*. Ita semper construitur cum נֶפֶשׁ subiecti Deut. XII, 20. XIV, 26. Job. XXIII, 13. XXXIII, 20. 1 Sam. II, 16. 2 Sam. III, 21. 1 Reg. XI, 37. Micha VII, 1, exceptis exemplis Ps. CXXXII, 13. 14. Vides ex his, quomodo construendus sit locus Jes. XXVI, 9: נַפְשִׁי אִוִּיתִיךָ בַּלַּיְלָה *animus meus* i. e. ego *desidero te noctu*, minime cum Kimchio et Vitringa ita ut sit pro בְּנַפְשִׁי אִוִּיתִיךָ in animo meo desidero te. Neque aliter in membro parallelo: רוּחִי בְקִרְבִּי אֲשַׁחֲרֶךָּ, ubi רוּחִי itidem est pro אֲנִי. Cf. עַבְדְּךָ pro *ego* sequ. 1 pers. Gen. XLIV, 32.

Hithpa. הִתְאַוָּה fut. apoc. יִתְאָו (Prov. XXIII, 3. 6. XXIV, 1) i. q. Pi. sed proprie *cupivit*, *desideravit sibi* (cf. de hac coniugationis Hithpa. significatione *Lehrgeb.* §. 71, 3. d.). Construitur absol. 1 Paralip. XI, 17. Prov. XIII, 4, c. acc. Deut. V, 18. Jerem. XVII, 16. Amos V, 18. Eccles. VI, 2. Ps. XLV, 12, cum dat. Prov. XXIII, 3. 6. XXIV, 1. הִתְאַוָּה תַאֲוָה pr. cupivit cupidinem i. e. flagravit cupidine, cepit eum cupido. Num. XI, 4. Ps. CVI, 14. Prov. XXI, 26. A Piël ita differt Hithpaël, ut hoc nunquam, illud semper iungatur substantivo נֶפֶשׁ.

Not. 1. Fuerunt, qui huc etiam referrent verba Num. XXXIV, 10: וְהִתְאַוִּיתֶם לָכֶם et interpretarentur: *et domicilium ponite vobis*, v. sub rad. no. 1. Neque male. Posset enim Coniugatio Hithpaël significare: habitare fecit se ipsum i. e. domicilium posuit. Sed aliam interpretationem flagitant loca parallela V. 7. 8. Quamobrem vide infra sub תָּאָה no. III. disputata.

Not. 2. Coniugationem Niphal huius verbi Judaeorum Grammatici, ut Kimchius, agnoscunt in formis נָאוָה desiderabilis i. e. pulcher, decorus fuit Ps. XCIII, 5. Plur. contr. נָאווּ, Part. נָאוֶה fem. נָאוָה pulcher, pulchra. Neque analogiae repugnat haec ratio, cff. תַּאֲוָה res desiderabilis i. e. iucunda, pulchra, נֶחְמָד desiderabilis, pretiosus, nec non formae quaedam verborum פא, quorum א quiescit in Kamez, וַיָּאצֶל Num. XI, 25, יָאזִין pro יַאֲזִין, אָזִין Job. XXXII, 11. Nos tamen malumus cum Simoni al. has formas referre ad thema נָאָה, eique *pulchritudinis* et *decoris* vim tribuere, quam habent cognata themata יָאָה et נָוָה.

אוֹ vox dubia, quam interpretes quidam recentiores, ut C. B. Michaelis, A. Schultensius adoptarunt in loco Prov. XXXI, 4, ubi ita legitur secundum Chethibh: וּלְרוֹזְנִים אוֹ שֵׁכָר, sec. Keri cum 27 codd. אֵי שֵׁכָר *et principes* (sc. non decet dicere): *ubi temetum?* Conf. אֵי not. 2. Consonas, quae in textu sunt, legunt אַו vertuntque *desiderium*, *libido*, statuentes nomen esse formae גַּו a גָּוָה, צַו a צָוָה, קַו a קָוָה, idque masculinum, cui respondeat femininum אַוָּה. Malim tamen, cum sequatur Genitivus, pronuntiare אַו, ut גַּו constr. גֵּו. Plura de h. l. vide s. אֵי not. 2.

אַוָּה f. 1) *desiderium*, *libido*. Dicitur de desiderio cibi. Deut. XII, 15: בְּכָל־אַוַּת נַפְשְׁךָ תִּזְבַּח וְאָכַלְתָּ *pro omni animae tuae libidine mactabis et edes*, *nach Her-*

sens Gelüst, nach Herzens Lust. V. 20. 21. XVIII, 6, de libidine venerea Jerem. II, 24. 2) *lubitus.* 1 Sam. XXIII, 20: לְכָל־אַוַּת נַפְשְׁךָ *omnino pro lubitu tuo.* — Ubique iungitur cum נֶפֶשׁ, praeter Hos. X, 10: בְּאַוָּתִי וְאֶסֳּרֵם *pro desiderio meo castigabo eos.*

אֱוִי (desiderium, vel habitatio i. q. אִי, quod contractum ex אֱוִי) 1) N. pr. regis Midianitarum Num. XXXI, 8. Jos. XIII, 21. 2) In Cod. Sam. Gen. XVI, 8 pro אֵי nota interrogationis.

אִי contr. pro אֱוִי (ut כִּי pro כְּוִי, רִי pro רְוִי et arab. كَيّ adustio, رَيّ rigatio, زَيّ vestitus, قَيّ desertum, نَيّ expectatio, نِيّ pinguedo a radd. كوى, روى, زوى, قوى, لوى, نوى, cf. *Lehrgeb.* p. 510) m. (in uno loco Jes. XXIII, 2 c. c. fem., ubi tamen scriptor vel is qui puncta apposuit, de *urbe* צֹר cogitasse videtur) Plur. אִיִּים, semel אִיִּין Ezech. XXVI, 18 1) pr. *terra habitabilis, terra habitata* (a rad. אוה no. 1 habitavit), *quatenus opponitur aquae, mari fluviisque.* Jes. XLII, 15: שַׂמְתִּי נְהָרוֹת לָאִיִּים *flumina vertam in terras habitabiles* (cf. ad sententiam XLIII, 19. L, 2: אָשִׂים נְהָרוֹת מִדְבָּר). Inde est 2) *terra maritima,* sive litoralis est in continente, sive insula; sicut indicum *Dsib,* quod et litus notat et insulam. Ac de *ora maris* legitur Jes. XX, 6: יֹשֵׁב הָאִי הַזֶּה *habitator* s. coll. *habitatores huius orae* (sc. Asdoditicae s. Philistaeae). XXIII, 2. 6: יֹשְׁבֵי אִי *habitatores orae* (sc. Tyriae). Ezech. XXVII, 7: אִיֵּי אֱלִישָׁה *orae Elisae* i. e. Peloponnesi s. Graeciae. Spec. de *insula* Jer. XLVII, 4: אִי כַפְתּוֹר *insula Caphtor* i. e. Creta. אִיֵּי כִתִּים *insulae Chittaeorum* Ezech. XXVII, 6. Jer. II, 10. cf. Esth. X, 1, ubi אִיֵּי הַיָּם opponuntur *terrae i. e. continenti.* Saepissime Pluralis in universum usurpatur de *regionibus maritimis* et *transmarinis* (Jer. XXV, 22 per epexegesin הָאִי אֲשֶׁר בְּעֵבֶר הַיָּם), et proinde longissime remotis Jes. XXIV, 15. XL, 15. XLI, 1. 5. XLII, 4. 10. 12. XLIX, 1. LI, 5. LIX, 18. LX, 9. LXVI, 19 (הָאִיִּים הָרְחֹקִים), magnis multisque Jes. XL, 15. Ps. XCVII, 1. Prae caeteris vero Hebraei (recte notante VITRINGA ad Jes. XI, 11 et COCCEIO in Lex. hebr.) hoc nomine designabant terras maritimas mari mediterraneo adiacentes, quandoquidem has praecipue navigando adire solebant Phoenices. Ps. LXXII, 10: מַלְכֵי תַרְשִׁישׁ וְאִיִּים *reges Tartessi et* (aliarum) *regionum maritimarum.* Dan. XI, 18: וְיָשֵׁב פָּנָיו לְאִיִּים *et diriget faciem suam versus regiones transmarinas.* Significatur Antiochi Magni expeditio contra Asiam minorem, in qua Romanis poenas dabat. Ezech. XXVI, 15. 18. XXVII, 3. 35. XXXIX, 6. Magis definite hae regiones vocantur אִיֵּי הַיָּם Jes. XI, 11, et אִיֵּי הַגּוֹיִם insulae gentium s. gentilium Gen. X, 5. Zeph. II, 11. Apud Ezechielem XXVII, 15 tamen de Indiae potius Archipelago cogitandum.

Veteres interpretes, quos excussit I. D. MICHAELIS in Spicileg. T. I. p. 132, magno consensu *insulas* vertunt, adeoque huius significationis tenax est Vulgatus, ut Jer. XLVII, 4 adeo *Cappadociae insulam* nobis offerat. Neque aliter interpretes postmodo in lucem editi, ut SAADIAS in Jesaia, Gr. Venet. Gen. X, 5. Pauci rectius, ut Samaritanus Gen. l. c. ࠌࠇࠍࠀ, quod non cum CASTELLO *insulae* vertendum, sed *portus* (coll. chald. אַקְרָא portus); Chaldaeus Ezech. XXVII, 6. 7 מְדִינַת *provinciae,* XXVI, 15. 18 פַּרְוָרַיָּא *suburbia* (Tyri), Est. X, 1 הַפַּרְכֵי יַמָּא ὑπαρχίαι s. provinciae maris. Sed nimis angustis finibus vocabuli potestatem sic a maxima veterum interpretum parte circumscribi, recte monuit I. D. MICHAELIS, qui l. c. p. 132 — 142 uberius de eo disputavit, neque audiendus H. RELANDUS (Palaest. p. 1050), qui oram maritimam unquam hac voce significari negat. Idem tamen MICHAELIS hic in contrariam partem peccavit, siquidem vocabulo nostro nonnisi in duobus locis Est. X, 1. et Dan. XI, 18 *insulae* vim tribuit, eamque sequiori Hebraismo propriam esse ponit, omnibus reliquis generaliorem *terrae* s. *regionis* notionem assignans. Verani sententiam dudum dixerat KIMCHI: ענין כלם המחוזות שנהר או ים מקיפים אותם. וכן המחוזות שאין נהר או ים מקיפים אותם נקראו גם כן איים כמו יושב האי הזה i. e. *in omnibus his locis intelligendae sunt regiones fluvio vel mari cinctae. Sed ita etiam vocantur tales, quae fluvio marive non cinctae sunt, ut in loco Jes. XX,* 6. — Aliud אִי v. sub no. II.

אִיתָמָר (insula palmae) N. pr. filii Aharonis natu minimi, qui dimidiae Aharonitarum parti nomen dedit. Exod. VI, 23. XXVIII, 1. XXXVIII, 21. Levit. X, 6. 12. 16. Num. III, 2. 4. IV, 28. 33. XXVI, 60. 1 Paral. V, 29. XXIV, 1 sq. Esra VIII, 2.

אִיזֶבֶל v. sub אִי.

מַאֲוַי m. *desiderium.* Plur. Ps. CXL, 9: מַאֲוַיֵּי רָשָׁע *desideria impii.* KIMCHI adnotat: בדגש ורבי יונה כתב שהוא רפה.

תַּאֲוָה f. 1) *desiderium, votum* it. quod quis desiderat, optat. Dicitur de desiderio honesto pioque Ps. X, 17: תַּאֲוַת עֲנָוִים שָׁמַעְתָּ *desiderium miserorum exaudis.* XXI, 3. Prov. X, 24. Jes. XXVI, 8, de impio Ps. CXII, 10. — 2) in malam partem: *cupiditas, libido, Lust, Gelüst,* it. illud, ad quod quis libidine fertur. Ps. X, 3. Num. XI, 4: הִתְאַוּוּ תַּאֲוָה *cepit eos libido* (carnis), *sie wurden lüstern.* Ps. LXXVIII, 29: תַּאֲוָתָם יָבִא לָהֶם *quod concupiverant, dedit iis* (Deus). V. 30. קִבְרוֹת הַתַּאֲוָה *sepulcra libidinis* Num. XI, 34. 35. XXXIII, 16. 17. — 3) *deliciae,* quandoquidem ea desideramus, quibus delectamur, cf. חָמַד, מַחְמָד. Job. XXXIII, 20: מַאֲכַל תַּאֲוָה *cibus deliciarum* i. e. delicatus. Gen. III, 6: *et vidit mulier, arborem bonam esse ad comedendum* וְכִי תַאֲוָה הוּא לָעֵינַיִם *et delicias esse oculis,* i. e. aspectu iucundam, amoenam. — 4) *decus.* Gen. XLIX, 26: תַּאֲוַת גִּבְעֹת עוֹלָם *decus collium aeternorum.* Prov. XIX, 22:

תַּאֲוַת אָדָם חַסְדּוֹ *decus hominis positum est in humanitate sua.*

II. אָוָה rad. Hebraeis inusitata, *ululavit, clamavit, lamentatus est,* ut arab. عَوَى latravit, ululavit canis, lupus canisve aureus, unde عَوَّا ululator i. e. canis. Sed Arabes hanc radicem scripsisse etiam اوى e nomine ابن آوى filius ululationis i. e. canis aureus, intelligitur. Caeterum haec radix est ex onomatopoëticis, v. אוֹי, אִי. Derivata sunt:

אוֹי (ab אָוָה, ut גּוֹי a גָּוָה) 1) subst. *lamentatio.* Prov. XXIII, 29: לְמִי אוֹי לְמִי אֲבוֹי *cui lamentatio, cui miseria?* — 2) interj. a) dolentis, ad similitudinem soni conformata: *Vae!* Construitur plerumque cum dat. ut אוֹי לָנוּ *vae nobis!* 1 Sam. IV, 8. אוֹי לְנַפְשָׁם *vae vitae ipsorum* Jes. III, 9. VI, 5. XXIV, 16. Jer. IV, 13. 31. VI, 4. X, 19. XV, 10. XLV, 3. XLVIII, 46 cet., raro cum Accus. Ezech. XXIV, 6. 8, et absolute Num. XXIV, 23. Semel repetitur אוֹי אוֹי לָךְ Ezech. XVI, 23. Apud Jeremiam interdum additur נָא, ut Thren. V, 16: אוֹי־נָא לָנוּ, quod est dolentis simulque deprecantis. Jerem. IV, 31. XLV, 3. Rarius est b) comminantis et imprecantis Num. XXI, 29. Jerem. XIII, 27. Cognatum est הוֹי. Abulwalides confert arabicum أَوَّ (ap. Gol. أَوْ) eheu!

אוֹיָה i. q. אוֹי. Ps. CXX, 5: אוֹיָה־לִי *vae mihi!* He in fine additum pro He paragogico habent Grammatici, ut Kimchius, sed potest etiam pro terminatione feminea haberi, quia אוֹי proprie nomen est, vel certe nominis naturam induit in loco Prov. XXIII, 29. Ex accentu, quo vocabulum propter sequens Makkeph caret, hoc diiudicari nequit.

אִי contr. pro אֱוִי (cf. supra אִי insula) pr. *ululatus, clamor.* Hinc abstr. pro concr. *ululator.* Ita vocatur animal rapax in Syria et Palaestina frequens, medium fere tenens inter vulpis lupique naturam, Arabibus ابن آوى Plur. بنات آوى s. *filius, filiae ululationis* dictum, nobis plerumque persico vocabulo شغال *Schakal,* turc. چقال Canis aureus Linn. Nomen hebraeum et arabicum invenit a clamore nocturno, qui infantis vagitui similis est. Damiri ap. Bochartum in Hieroz. T. I. p. 843: لا يعوى الا ليلا وذلك اذا استوحش وبقى وحده وصياحه يشبه صياح الصبيان *non ululat nisi noctu, potissimum cum tristis est, et solus manet. Eius ululatus infantium vagitui similis est.* In V. T. legitur nonnisi in Plur. אִיִּים Jes. XIII, 22. XXXIV, 14. Jerem. L, 39 et Abulwalides singularem eius ponit אִיָּה, qua in re utrum aliquem linguae usum, an coniecturam secutus sit, ignoramus. Aliud eiusdem bestiae nomen hebraeum est תַּן, Plur. תַּנִּים, pluraque habet Arabia, ut وع, وعوع, علوش, دبيل. Graecis ea probabiliter sub thois (θῶος) nomine comprehendebatur, vid. Arist. hist. anim. IX, 44. Plin. H. N. VIII, 34. — LXX hebraeum אִיִּים ap. Jes. bis reddunt ὀνοκενταύρους, unde Arabs الغيلان *Ghulas* i. e. spectra deserti, de qua orientalium superstitione v. Comment. nostrum ad utrumque Jesaiae locum. Chald. et Kimchius חַתּוּלִין *feles.* Verum iam ante Bochartum vidit Abulwalides, quippe qui bestiam *ibn awi* vulpi similem in Mauritania etiam degentem interpretatur. De cane aureo universim v. Bocharti Hieroz. l. c. A. C. Guldenstaedt in Novis Commentariis Acad. scientiarum Petropolitanae T. XX. p. 449 sq. ibique bestiae imaginem in tab. XI, quae repetita est in Oedmanni *verm. Sammlungen* II, 18 sq. — 2) interj. i. q. אוֹי *vae!* Constr. c. dat. Eccles. X, 16: אִי לָךְ אֶרֶץ *Vae tibi terra!* et ibid. IV, 10, ubi pleraeque editt. iunctim exhibent: אִילוֹ הָאֶחָד *vae ei, qui solus est.* Sed 23 codd. apud Kennicottum et non paucae editt. (v. de Rossium) duobus id verbis scribunt.

אַיָּה f. (pro אַוְיָה, ut arab. أَيَّة inclinatio, pro أَوْيَة ab اوى, et saepe in masc. أَيّ mansio, شَيّ assatura, ضَيّ macies, a radd. اوى, شوى, ضوى) pr. *clamor,* hinc 1) *avis* quaedam *clamosa,* e genere immundarum et rapacium Lev. XI, 14. Deut. XIV, 13, cui insignis oculorum acies tribuitur Job. XXVIII, 7. E vett. LXX et Vulg. modo *vulturem,* modo *milvum* reddunt, Pseudojon. *vulturem nigrum,* Gr. Venet. κολοιόν graculum, Kimchi גָּאזָא picam, Saad. et Abulwalid الصدى bubonem masculum.

Vides, nonnullos ex his ita temerarios fuisse in coniecturis suis, ut ne contextum quidem reputarent. Hoc certum videtur, avem in accipitrum genere esse quaerendam, nec improbabilis est Bocharti opinio (Hieroz. II, p. 193 sq.), eam esse accipitris speciem, quam يويو Arabes, Veteres aesalonem, recentiores *smirle, emerillon* vocant. Haec enim, ut Hebraeorum אַיָּה, nomen habet a clamore sibi proprio, arabice يايا dicto, eiusque oculi perspicaces et acuti ab Arabum etiam poëtis laudantur. Fortasse tamen nomen hebraeum latius ad omne *accipitrum* l. *falconum* genus patebat, unde Lev. et Deut. l. l. c. c. additur לְמִינָהּ. — 2) N. pr. a) viri e posteris Esavi Gen. XXXVI, 24. 1 Par. I, 40. b) viri Saulo coaevi, cuius filia regi pro pellice erat. 2 Sam. III, 7. XXI, 8.

III. אָוָה. Denique themati nostro vindicanda videtur *signandi, designandi, describendique* vis, quae est in תָּאָה et תָּוָה (cf. תָּאַב, אָבָה, אָוָה concupivit). Manifesta est haec significatio tum in nomine אוֹת (pro אָוֶת)

signum, tum in loco Num. XXXIV, 10: הִתְאַוִּיתֶם לָכֶם *designabitis vobis* (fines), qui lucem foeneratur e Vers. 7. 8, ubi eodem contextu in Futuro legitur תִּתְאוּ לָכֶם. Utramque formam eodem modo explicandam esse, viderunt iam LXX. et Syr., qui in tribus illis locis: *καταμετρήσετε*, ܬܬܚܡܘܢ i. e. *determinabitis, limitabitis*, et hac significatione, quae in derivato אוֹת validum habet praesidium, admissa et omnium librorum lectionem, et analogiam grammaticam relinquimus intactam, quod fieri non potest ab iis, qui utramque formam, התאו et התאויתם, ad eandem radicem revocant. Et Michaelis quidem atque Vaterus utramque ad radicem אָוָה revocant *habitandi* sensu (vide sub no. I), qua sententia assumta הִתְאַוּוּ legendum esset. Si radicem תאה in utraque forma agnoscis, variae excogitari possint rationes. Ubi textum mutare religio non est, legi possit הִתְאֵיתֶם; ubi est, solis punctis immutatis התאויתם haberi possit pro Hiphil verbi quadrilitteri הִתְאָוָה, ad analogiam נָאָה, נָאוָה, idque nobis olim placuit (ed. I). Sed ab omnibus istis coniecturis melius abstinebimus in veterum interpretatione supra proposita acquiescentes: multoque etiam minus probabimus Rabbinorum rationem, qui nomini תַּאֲוָה in loco Gen. XLIX, 26 *finium* s. *termini* vim tribuunt, et inde verbum התאוה *determinavit* conformatum esse statuunt.

אוֹת (pro אֹוֶת ab אָוָה, ad analogiam שָׂפָה a שֶׂפֶת, cf. آيَةٌ s. آيَةٌ signum pro أَوِيَةٌ ab أوى) Plur. אֹתוֹת comm. (cf. de sing. Gen. IX, 12. Exod. IV, 8. de plur. Exod. IV, 9. Jos. XXIV, 17) *signum*. (Chald. אָת, syr. ܐܬܐ Plur. ܐ̈ܬܘܬܐ Zab. ܐܬܐ id., unde in eadem dialecto adj. ܬܡܝܗܐ admirabilis). Cum ת in hoc vocabulo manifesto sit terminatio feminea, proprie illud ubique cum feminino construendum et ת in plurali abiiciendum fuisset, sed non uno in vocabulo origo et etymon in oblivionem abierunt et litera quaedam proprie servilis postea per abusum pro radicali habita est. Vide quae congessimus ad vocem מִסְכֵּן, rad. סָכַן. Exod. XII, 13. Jos. II, 12 cet. Gen. I, 14: וְהָיוּ לְאֹתֹת וּלְמוֹעֲדִים *et erunt* (lumina coeli) *in signa et tempora* i. e. per ἓν διὰ δυοῖν signa temporum. Est 1) *signum militare*, et spec. singularum tribuum, diversum illud a דֶּגֶל vexillo, quod ternarum erat. Num. II, 2 sq. Cf. ܐ̈ܬܘܬܐ de signis militaribus apud Barhebr. in Chron. syr. p. 418. — 2) *signum*, quod conservandae alicuius rei memoriae inservit. Exod. XIII, 9. 16. Deut. VI, 8. Jos. IV, 6. Jes. XIX, 20, unde אוֹת בְּרִית *signum foederis* (Deum inter et homines), de iride Gen. IX, 13, 17, de circumcisione Gen. XVII, 11, de Sabbato Exod. XXXI, 13. 17. Ezech. XX, 12. 20. Cf. בְּרִית. Hinc de institutis Judaeorum sacris Ps. LXXIV, 9: אוֹתֹתֵינוּ לֹא רָאִינוּ *signa nostra non videmus* i. e. foederis nostri signa, sacrificia, solennitates (Al. signa militaria). Cf. V. 4. (Arab. آيَاتٌ dicitur de libris sacris Cor. II, 39 al. 37, ubi Gelaleddin كتبنا) It. *monumentum*. Jes. LV, 13: וְהָיָה לַיהוָה לְשֵׁם לְאוֹת עוֹלָם לֹא יִכָּרֵת *Eritque hoc Domino in gloriam et in monumentum aeternum nunquam delendum*. it. *signum monitorium, Warnungszeichen*. Ezech. XIV, 8. Num. XVII, 3. 25. Deut. XXVIII, 46. — 3) *documentum* s. *argumentum, Kennzeichen, Beweis*, ut Cic. invent. I, 34: *quae signo sunt omnia* i. e. quae argumento sunt, ad Herenn. IV, 1: *atque hoc .... satis erit signi, quod* ... gr. *σημεῖον γάρ*, *τεκμήριον γάρ* (quod signo est quod), arab. دليل signa it. indicia, argumenta. Job. XXI, 29: *agite! interrogate transeuntes* וְאֹתֹתָם לֹא תְנַכֵּרוּ *et argumenta eorum agnoscetis* i. e. et exemplis argumentisque manifestis vobis, quae dixi, probabunt. De signo divinae, qua quis gaudet, auctoritatis Jud. VI, 17. Specialiter apud Prophetas usurpatur de peculiari quadam vaticinandi forma, nimirum de signo s. documento, ex quo cognoscatur, rem aliquam a propheta praedictam vel promissam eventum suum habituram esse. Solet enim in V. T. vel numen ipsum vel propheta eiusdem interpres et internuncius, edito vaticinio nonnunquam alius cuiusdam rei praedictionem addere una cum illo vaticinio vel ante illud eventum habituram, eo consilio ut ex huius eventu prioris etiam vaticinii fides cognosci possit. Vide loca Exod. III, 12. Deut. XIII, 2. 3. 1 Sam. II, 27—34. X, 7—9. 2 Reg. XIX, 29. XX, 8. 9. Jes. VII, 11—14. XXXVIII, 7. 22. Jerem. XLIV, 29. 30, in N. T. Marc. XIII, 4. Luc. I, 18. II, 12, et quae disputavimus ad Jes. VII, 10. 11, coll. etiam gr. *τέκμωρ* Il. *ά*, 526. *σήματα* Il. *β*, 353. Nescio an huc etiam pertineat Gen. IV, 15: וַיָּשֶׂם יְהוָה לְקַיִן אוֹת לְבִלְתִּי הַכּוֹת אֹתוֹ כָּל־מֹצְאוֹ *et dedit Jehova Caino signum, neminem, qui forte in eum incideret, eum interfecturum esse* i. e. signo quodam dato ei promisit, voto incolumitatis (V. 15) eum damnatum iri. Quale fuerit signum in tanta huius historiae, quae uberiorum monumentorum epitomen continere videtur, brevitate non indicatur. Sed malumus ita locum intelligere, quam cum plerisque de signo, quo Deus Caïnum notaverit aut insigniverit (v. Pfeifferi Dubia vexata pag. 44). Quem sensum si exprimere voluisset scriptor sacer, scripsisset בְּקַיִן. E contrario vide שׂוּם אוֹת edere signum Exod. X, 1. 2. Jes. LXVI, 19. — 4) *signum* s. *imago rei futurae, portentum, τύπος τοῦ μέλλοντος* (Rom. V, 14) i. q. מוֹפֵת. Jes. VIII, 18: הִנֵּה אָנֹכִי וְהַיְלָדִים אֲשֶׁר נָתַן לִי יְהוָה לְאֹתוֹת וּלְמוֹפְתִים בְּיִשְׂרָאֵל מֵעִם יְהוָה צְבָאוֹת *en ego et pueri, quos mihi dedit Jehova, sumus signa et portenta in Israële a Jehova exercituum* i. e. per nomina nobis divinitus imposita, quae cuncta boni ominis sunt (יְשַׁעְיָהוּ salus Dei, עִמָּנוּאֵל Deus nobiscum VII, 14. VIII, 8, Schear Jaschubh VII, 3), Deus nos ipsos rerum futurarum imagines fecit, futuramque salutem significavit. Cf. XX, 3. Ezech. IV, 3: אוֹת הִיא לְבֵית יִשְׂרָאֵל *signum hoc sit domui Israël* i. e. significant haec, quae domui Israël eventura sint. — 5) *portentum* v. c. in coelo Jer. X, 2, et imprimis *portentum, prodigium, miraculum*, a Deo vel legatis

eius editum, quod divinae potentiae *signum* est et argumentum, i. q. מוֹפֵת, τέρας, cui saepissime iungitur. Deut. IV, 34. VI, 22. VII, 19. XXIX, 2. XXXIV, 11. Exod. IV, 8. 9. 17 sq. Num. XIV, 11. Ps. LXXXVI, 17. Neh. IX, 10. Jos. XXIV, 17. Jerem. XXXII, 20. 21. De miraculo edendo Hebraei dicunt עָשָׂה אוֹת Num. XIV, 22, vel שׂוּם אוֹת Ps. LXXVIII, 43. CV, 27. Cf. arab. آيَة signum it. miraculum Cor. XIX, 21.

אָת chald. Plur. אָתִין st. emphat. אָתַיָּא m. (Dan. III, 33.) i. q. hebr. אוֹת *signum, portentum*. Dan. III, 32. 33. VI, 28. In paraphrasibus chaldaeis exstat etiam Plur. fem. אָתְוָן et אָתְוָן, more Syrorum.

אוּז rad. incerta fort. i. q. arab. أَزَّ bullivit, ferbuit it. accendit ignem, incitavit, instigavit, unde إِوَزّ anser (a gressuum velocitate). Hinc

אוּזַי N. pr. viri Neh. III, 25. Appellative *anserinus* i. e. gressu agilis et saltatorius (cf. إِوَزّ et إِوَزَّة Gol. p. 184) aut i. q. עֻזִּי, עֻזַּי fortis, robustus. ־ַי terminatio est Adiectivorum chaldaica, hebraicae ־ִי respondens, cf. *Lehrgeb.* pag. 516 et Nomina propria ap. SIMONEM in Onomast. 551 sq., quanquam hic temere hunc vocabulorum exitum ex annexa syllaba ־ַי, quae idem sit quod יָהּ, יְהוֹ, יְהוָה, ortum esse statuit.

אוּל c. Waw mobili, rad. inusitata significatione conveniens cum cognata radice יָאַל, Niph. נוֹאַל *stultus fuit*, et omnino diversa me iudice ab אוּל et אִיל (Waw et Jod quiescentibus) praefuit, fortis fuit: quanquam etiam huius radicis pauca quaedam derivata Waw suum movere videntur (Vide أَوَّل et אֱיָלוּת no. 3). Etymologi tamen utriusque radicis vim primariam ponunt in crassitie et spissitudine, quae partim ad robur, partim ad ingenium pingue crassumque referatur (v. ALB. SCHULTENS. ad Job. V, 3. I. W. SCHROEDER ad Ps. X, 7. p. 146. EV. SCHEID. schediasm. philol. p. 1—24). Et sane alia *crassitiei* vocabula ad *stuporem* referuntur (v. שָׁמֵן, כֶּסֶל), modo haec ipsa *crassitudinis* notio in radice אוּל probari possit. Provocant illi quidem ad آل *crassuit* (liquor), sed haec vocabuli vis est a *redeundo*, *retrocedendo*, quare usurpatur etiam de aqua, quae coquendo exhalandove ad dimidiam tertiamve partem redit, et de carne, quae extenuatur et deficit: neque certius *crassitudinis* notionem probabis e verbis vicinis אַלְיָה, أَلِيَ carnosas clunes habuit, vel غَالَ VIII. pinguis fuit. Multo rectius contuleris rad. עָוַל perversus, impius fuit, א et ע inter se permutatis.

אֱוִיל Plur. אֱוִילִים m. 1) *stultus*. Ponitur vel adiective אִישׁ אֱוִיל Prov. XXIX, 9. Hos. IX, 7, vel, quod saepius fit, substantive. Job. V, 2. Jes. XIX, 11. XXXV, 8. Prov. VII, 22. X, 14. XI, 29. XIV, 3. XV, 5. XX, 3. XXVII, 3. Opponitur prudenti (עָרוּם) Prov. XII, 16, et sapienti (חָכָם) X, 14. אֱוִיל שְׂפָתַיִם *stultus labiorum*, nugator ineptus. Prov. X, 8. 10. — Interdum 2) *impietatis* notionem adiunctam habet Job. V, 3, quod tamen rarius fit in nostro vocabulo, multo frequentius in syn. נָבָל.

אֱוִלִי id. cum exitu adiectivis proprio, ita discernendum ab אֱוִיל, ut hoc plerumque substantivum sit, illud veri nominis adiectivum, cf. *Thor* et *thöricht*. Zach. XI, 15: רֹעֶה אֱוִלִי *pastor stultus*.

אֱוִיל מְרֹדַךְ* N. pr. regis Babyloniae, qui Judaeorum regem Jojachin a Nebucadnezare diu in carcere detentum tandem dimisit. 2 Reg. XXV, 27. Jer. LII, 31. Nebucadnezaris eum filium fuisse, complures habemus auctores. Berosus ap. Jos. c. Apion. I, §. 20: τῆς δὲ βασιλείας κύριος ἐγένετο ὁ υἱὸς αὐτοῦ Εὐειλμαράδουχος. οὗτος προστὰς τῶν πραγμάτων ἀνόμως καὶ ἀσελγῶς, ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ τοῦ τὴν ἀδελφὴν ἔχοντος αὐτοῦ Νηριγλισσόορου ἀνῃρέθη, βασιλεύσας ἔτη δύο. Megasthenes ap. Euseb. praep. evang. IX, 41: ὁ δὲ οἱ (sc. Nebucadnezari) παῖς Εὐιλμαλούρουχος ἐβασίλευε. τὸν δ' ὁ κηδεστὴς ἀποκτείνας Νηριγλισάρης λείπε παῖδα Λαβασσοάρασκον. Alio in loco JOSEPHUS (Antiqu. jud. X, 11 §. 2), nescio quo errore, octodecim annorum regnum ei tribuit, Alex. Polyhist. ap. Euseb. (chron. armen. I, p. 45) duodecim. Quomodo scribatur nomen a Beroso et Megasthene, modo vidimus. Apud JOSEPHUM l. c. legitur Ἀβιλαμαρώδαχος, apud SYNCELLUM in Chronogr. pag. 226. Εὐϊλὰδ Μερωδάχ, in Canon. eccles. Ἐβιδὰν Μερωδὰχ ἔτη έ, apud PTOLEM. in Canone Ἰλλοαρούδαμος, ἔτη β'. Cf. BAUMGARTEN *Sammlung von Erläuterungen zur allgem. Welthistorie.* T. III. pag. 278. Quod ad significationem nominis attinet, מְרֹדַךְ (q. v.) nomen est idoli babylonici: אֱוִיל hebraice *stultum* notat, sed pro certo haberi potest aliud assyriae persicaeve originis nomen sub eo latere, quod ad linguae suae similitudinem detorserunt Judaei, fortasse in eo sibi placentes, ut irrisionis causa oppressorum suorum regem *stultum* (cultorem) *Merodachi* vocarent. Inepta eiusmodi ludibria quum plane propria sint Judaeorum ingenio, mihi magis credibile est, Judaeos hoc vulgare vocis etymon spectasse, quam (quod J. SIMONI placet, coll. arab. أَوَّل primus, princeps) אֱוִיל de *principe* intellexisse.

אִוֶּלֶת f. 1) *stultitia* (proprie: *stultum*, a masc. deperdito אֱוִל i. q. אֱוִיל, formae קָטֵל, quae vitiis denotandis adhibetur). Saepissime in Proverbiis, ut V, 23. XII, 23. XIII, 16. XIV, 17. 18. 29. XV, 2. 14. 21. XVI, 22. XVIII, 13. XIX, 3. XXII, 15 cet. 2) *impietas, peccatum.* Ps. XXXVIII, 6. LXIX, 6.

Not. E locis impeditioribus est Prov. XIV, 24: עֲטֶרֶת חֲכָמִים עָשְׁרָם אִוֶּלֶת כְּסִילִים אִוֶּלֶת *divitiae hominibus sapientibus* pro *corona sunt, sed stultitia stultorum est* manetque *stultitia.* Quod quanquam qualemcunque sensum praebet, ita tamen languet sententia, neque parallelismo congruit, qui vocabulum requirit *coronae* (עֲטֶרֶת) oppositum, ut dudum interpretes de alia interpretatione cogitaverint. Inter hos Schultensius (in Comment. ad h. l.) אִוֶּלֶת in priore hemistichio *opulentiam* interpretatur, proprie *crassitiem*, et melius (cum coniectura etymologica hoc nitatur, v. sub rad.) idem in Animadverss. *principatum*, coll. أَوَّلَةٌ principium, primae partes. Etenim lusisse videtur scriptor in duplici eiusdem vocabuli אִוֶּלֶת significatione, et haud contemnenda est sententia: *principatus* s. magni honores *stultorum stultitia* sunt i. e. fons actionum stultarum. Vel ita redde, vel cum Chaldaeo: שְׁבָהוֹרְהוֹן דְּסַכְלֵי שְׁטְיוּתְהוֹן (unicum) *decus stultorum est stultitia eorum.* אִוֶּלֶת in h. l. igitur proprie pertinet ad rad. אוּל.

אוּל et **אִיל** rad. Hebraeis inusitata. 1) *praecessit, anterior, primus fuit*, ut arab. آلَ, أَوْلٌ, unde أَوَّلُ primus, اِيَالَةٌ praeesse, regere, administrare. Hinc derivata אוּל, Plur. אוּלִים, אוּלָם, אוּלַי, אַיִל, אֱוִל, אֵילִים, et אִוֶּלֶת Prov. XIV, 24. De significatione *crassitudinis*, quam nonnulli primariam esse statuunt, vidimus s. אֱוִל q. v.

2) *fortis, potens fuit.* Hinc אֵל robustus, robur Deus, אוּל corpus a robore dictum, אַיִל, אֵלָה, אֵלוֹן arbor robusta, et cum Jod mobili אֱיָל, אֱיָלוּת robur, auxilium.

Utraque significatio cognata est, et aliquoties in eodem nomine derivato locum habet, ut in אוּלִים et אֵילִים primores, potentes.

אוּל m. 1) Plur. אוּלִים 2 Reg. XXIV, 15 in Chethibh: אוּלֵי הָאָרֶץ primores, optimates terrae. Keri cum multis codd. אֵילֵי הָאָרֶץ, quae forma est vulgaris. V. אַיִל.

2) *corpus*, a robore dictum, v. rad. אוּל no. 2, ut עֶצֶם, עֹצֶם. Arab. آلٌ, أُلٌ, آلٌ i. q. شَخْصٌ corpus. Kamus p. 1392. Gol. Lex. p. 187, Ps. LXXIII, 4: וּבָרִיא אוּלָם *et pingue est corpus eorum.* Chald. פַּטִּים וְאַלִּים לִבְּהוֹן *pingue et forte est cor eorum*, ubi dubium qua voce transtulerit Chaldaeus hebraeum אוּלָם, utrum אֵלִים, an לִבְּהוֹן. Aben Esra: robur eorum. Al. pinguis est populus i. e. familia eorum, coll. آلٌ i. e. أَهْلٌ, et ad rem Job. XXI, 8. 21. Abulwalid: *firmi sunt ut templum* (כָּאוּלָם), coll. Ps. CXLIV, 12.

אוּלַי adv. 1) *fortasse*, Gen. XVIII, 24. 28. 29. Particula est bene sperantis Gen. XVI, 2. 2 Reg. XIX, 4. Amos V, 15, dubitantis vel metuentis Gen. XXIV, 5. XXVII, 12 et Job. I, 5, illudentis Jes. XLVII, 12. — 2) *si forte.* Hos. VIII, 7: *culmus farinam non proferet* אוּלַי יַעֲשֶׂה זָרִים יִבְלָעֻהוּ *si forte tulerit, hostes devorabunt eam.* — 3) *nisi forte.* Num. XXII, 33: אוּלַי נָטְתָה מִפָּנַי וגו׳ *nisi declinasset a facie mea, illico te interfecissem, eam vero* (asinam) *conservassem.* Ita flagitante contextu LXX. εἰ μή. Aben Esra: לוּלֵי, eodem sensu Syr. Onk. Saad. coll. ה interrogativo, quod est *anne?* et *nonne?* אוֹ *si* et *nisi.* (De etymo si quaeris, hanc particulam proprie notare dixerim: *primum, prae caeteris* sc. credibile, hinc *probabiliter, fortasse*, nisi composita est ex אוֹ et לַי = לֵי pr. nisi forte no. 3. Terminatio ַי in aliis etiam adverbiis obvia est, *Lehrgeb.* p. 625. Arabice dicitur عَلَّ, لَعَلَّ fortasse).

* **אוּלַי** m. *Eulaeus*, amnis Susianae, Susorum regiam praeterfluens. Dan. VIII, 2. Plin. H. N. VI, 27 s. 31: *Susianen ab Elymaide disterminat amnis Eulaeus, ortus in Medis, modicoque spatio cuniculo conditus, hac rursus exortus et per Mesabatenen lapsus circuit arcem Susorum ac Dianae templum augustissimum illis gentibus, et ipse in magna ceremonia. Si quidem reges non ex alio bibunt et ob id in longinqua portant.* Arrianus (expedit. Alex. M. VII, 7) narrat, Alexandrum ex India reducem, quum Susa pervenisset, cum delecta manu per Eulaeum in mare navigasse, et inde ad Tigridis ostia pervenisse: navium vero alteram partem per alveum, quo Eulaeus et Tigris coniuncti essent, in Tigrim devectam esse. Alii e veteribus, ut Herodotus (V, 49) et Strabo (XV, p. 1059), fluvium Susorum urbem praeterfluentem *Choaspen* vocant, et tam parum sibi constat usus loquendi in Susianae amnibus designandis, ut hodieque disputent Geographi, utrum pro uno eodemque fluvio habendi sint Eulaeus et Choaspes, an pro diversis. Vide Wahlii Asiam I, p. 736—40, qui nomen אוּלַי e vetere Persarum dialecto Pehlwi dicta interpretatur *Av halaêh* i. e. aqua pura, limpida, eximia, cf. d'Anville l'Euphrate et le Tigre p. 141. 142. Hodie fluvius Susorum ruderibus vicinus vocatur *Kerah* s. *Kara-Sou.* Vide J. M. Kinneir *geographical memoir of the persian Empire*, London 1813. pag. 99, ibique mappam geogr. Ker Porter *travels in Georgia, Persia* cet. T. II. p. 412. ibique tab. geogr. In Versione syriaca libri Judith I, 6 ܐܘܠܝ ponitur pro Hydaspe. Sed cave hinc colligas, ista nomina fluviorum sibi invicem accurate respondere, siquidem

Versio syriaca huius libri in transferendis nominibus propriis magna utitur licentia.

אולם pr. *pars anterior, prior* (a rad. אול no. 1. cum syllaba servili ־ָם) 1) subst. constr. אוּלָם (cum Kamez impuro) 1 Reg. VII, 6. 7. interdum אֻלָם 1 Reg. VII, 21. Ezech. XL, 40 (sed non in omnibus libris, et invito etymo) Plur. אֵלַמִּים Ezech. XLI, 15 *vestibulum, porticus, Vorhalle, Halle.* Bene Symm. πρόπυλον (Ezech. XL, 7. 9. 22). Talis porticus, eaque columnata (אוּלָם הָעַמּוּדִים) erat in regia Salomonis 1 Reg. VII, 6, et ibidem alia, in qua rex populum iudicare solebat (Vers. 7). *Κατ' ἐξοχὴν* ita dictum est *vestibulum templi* (ὁ πρόναος) ab orientali eius parte viginti ulnarum longitudine et decem ulnarum latitudine exstructum, cuius e regione erat altare holocaustorum (1 Reg. VI, 3. 2 Par. III, 4. VIII, 12. XXIX, 7) etiam אוּלָם יְהוָה dictum ibid. XV, 8. XXIX, 17 (quod male quidam de toto templo intelligunt, praeeuntibus LXX interpretibus, qui tribus in locis ναὸς reddiderunt 2 Paralip. XV, 8. XXIX, 7. 17, nec non Abulwalide et Kimchio). Inde בֵּין הָאוּלָם וְלַמִּזְבֵּחַ *inter vestibulum et altare*, qui locus sacrosanctus fuisse videtur Joel II, 17. Ezech. VIII, 16. Quae fuerit huius vestibuli altitudo, in eiusdem descriptione 1 Reg. VI, 3 in medio relinquitur, ita ut simplicissimum videri possit, ei eandem, quam templum habuit, altitudinem tribuere, praesertim cum etiam templi Herodiani vestibulum altitudine aequabat, non superabat, ipsum templum. Idque revera verisimillimum est, quanquam in loco parallelo 2 Par. III, 4 *centum viginti* ulnarum altitudo ei tribuitur, quasi turris more caput sustulerit. Aliquid vitii in his numeris latere, vel auctorem Paralipomenon plura secula post dirutum Salomonis templum degentem errasse, argumentis ex architectura veterum petitis demonstrare conatus est Aloïs Hirt. (*der Tempel Salomo's. Berlin* 1819. 4.), qui XX ulnas pro CXX substituendas esse coniicit. Plurimas diversis templi atriis porticus tribuit Ezech. l. l. c. c. in sua, quam mente concepit, futuri templi delineatione. — In lingua coptica ⲈⲖⲀⲘ sec. Kircheri scal. M. pag. 216 est الرواق *porticus* (cf. Jablonskii Opusc. T. I. p. 85), sed nescio an haec glossa e coptica Ezechielis Versione petita sit, cuius auctor vocem *Αἰλάμ* alex. interpretis retinuerat, proinde hebraea sit, non aegyptiaca.

2) adv. pr. *a parte antica*, hinc a) *ex adverso* et trop. particula adversativa, eaque paulo fortior, *verum, verum enim vero, οὐ μὴν ἀλλά.* Job. II, 5. V, 8. XIII, 3, in aliis omnibus locis וְאוּלָם Gen. XLVIII, 19. Exod. IX, 16. Num. XIV, 21. 1 Sam. XX, 3. XXV, 34. 1 Reg. XX, 23. Micha III, 8. Job. I, 11. XI, 5. XII, 7. XXXIII, 1, semel וְאֻלָם Job. XVII, 10 (in quibusdam certe libris), quod LXX interpretes in locis non paucis adposite vertunt *οὐ μὴν δὲ ἀλλά* XVII, 10. b) adv. adseverandi, *profecto, revera.* Kimchi (qui hanc significationem solam in hac particula agnoscit) בֶּאֱמֶת. Job. XIII, 4. XIV, 18, et fortasse Ps. LVIII, 2 si pro אֵלֶם legis אֻלָם (cf. de h. l. sub v. אֵלֶם). Non paucae exstant particulae, in quibus affirmandi vis cum adversativa coniuncta est, ut אֲבָל, אַךְ, אָמְנָם, כִּי, lat. *verum, vero, certe:* in hac nostra adseverativa adeo primaria esse possit et ex etymo ipso profecta, ubi reddis: *cumprimis, τὴν ἀρχήν, vor Allen* (coll. אוּלַי). Praeterea c) huic adverbio nonnulli interpretes tribuunt significationem *olim,* eamque inveniunt in loco Gen. XXVIII, 19: וְאוּלָם לוּז שֵׁם הָעִיר לָרִאשֹׁנָה et in simillimo Judd. XVIII, 29: וְאוּלָם לַיִשׁ שֵׁם הָעִיר לָרִאשֹׁנָה. Intelligis, ex etymo etiam hanc particulae vim bene derivari posse, neque opus erat cum Wahlio (*Magazin für alte Literatur* I, 99) legere אוּלָם: sed in locis citatis *olim* est לָרִאשֹׁנָה, neque ferendus esset pleonasmus hanc notionem iterans, particulam adversativam vero omittens, quanquam Relandus (Palaest. p. 876) provocat ad illud Terentianum (Eunuch. II, 2, 15): *olim isti fuit generi quondam quaestus apud saeclum prius,* in quo re vera pleonasmus non est. Verte igitur: *erat autem Lus* (Laisch) *nomen illius urbis a principio.* (Ridiculus est graecorum interpretum error, qui אולם in utroque loco pro parte nominis proprii accipientes Οὐλαμλούζ et Οὐλαμαΐς [lege Οὐλαμλαΐς] transtulerunt, fortasse prius illud de vestibulo amygdalarum intelligentes. E syriacis fortasse conferendum ܐܠܘ ܠܡܐ forsan, numquid, verum, utinam Cast., e chald. et samaritanis אֲרוּם, ࠀࠓࠅࠌ: verum, veruntamen).

3) N. pr. a) hominis e tribu Manassis, qui patriarchae erat pronepos. 1 Paralip. VII, 16. b) viri Benjaminitae 1 Paralip. VIII, 39. 40.

אִוֶּלֶת f. principatus l. decus Prov. XIV, 24, cf. supra sub אֱוִיל not.

אַיִל m. constr. אֵיל, Plur. אֵילִים 1) *aries*, a praeeundo dictus (v. rad. אול no. 1) ceu *dux gregis*, sec. alios a robore sc. frontis et cornuum (v. אול no. 2). Gen. XXII, 13. Exod. XXIX, 15 sq. Num. VII, 15 sq. cet. cet.

2) architecturae vocabulum, in quo definiendo interpretibus tantum non omnibus, mihique olim (ed. I) ipsi, quod ingenue fassus sum, aqua haesit, quanquam iam inter veteres quidam ad veritatem prope accesserunt. Contextu locorum iterum iterumque ponderato, totaque templi descriptione cum aegyptiacae artis (ad cuius exemplar Hebraeos et Phoenices maximam partem sese composuisse pro certo habeo) monumentis collata, nunc certum videtur, אַיִל notare pr. *crepidinem portae*, s. marginem prominentem, qui portam superne et ab utraque parte cingit, plerumque columnis (*παραστάσι*) utrinque, superne zophoro, infra crepidine ornatum, *die verzierte Einfassung der Thür mit Säulenpfosten, Fries und Sockel;* deinde in plur. *crepidines*, seu partes in fronte aedificii prominentes, columnis palmisve plerumque ornatas, quibus lacunaria s. intercolumnia interiecta erant. Utraque res eodem nomine designatur, quoniam hae crepidines crepidini

portae accurate respondere solent. Vide monumentorum aegyptiacorum delineationem apud Wiebekingium (*bürgerl. Baukunde* Tab. XIII. no. III.), imprimis palatium Sesostridis (ibid. no. XIX), et sepulcrum Osymandyae (no. I). Ne diu quaerendo otium consumat lector, appicta rudi imagine mentem nostram aperiemus.



Litterae *aa* crepidinem portae indicant אֵיל κατ' ἐξοχὴν dictam, *bb* postes exornatos (παραστάδες), *cc* reliquas crepidines אֵילִים, *dd* intercolumnia, in quibus saepe fenestrae. Agite iam ipsos locos percurramus. 1 Reg. VI, 31: *ab introitu adyti fecit valvas e ligno oleastri* הָאַיִל מְזוּזוֹת חֲמִשִׁית *crepido cum postibus erat quinta pars* i. e. quintam *parietis* partem occupabat. (Cf. comm. 33). הָאַיִל מְזוּזוֹת pro אֵיל הַמְּזוּזוֹת cf. *Lehrgeb.* pag. 658. (Alias expositiones vide ap. Jarchium, Kimchium, Junium et Tremellium. Ac Jarchius postes intelligit quinque laterum). Ezech. XLI, 3: וַיָּמָד אֵיל הַפֶּתַח שְׁתַּיִם אַמּוֹת וְהַפֶּתַח שֵׁשׁ אַמּוֹת *et mensus est crepidinem portae duarum ulnarum, ipsamque portam sex ulnarum.* Alia exempla, in quibus אֵיל ad portam pertinet, sunt Ezech. XL, 9: *et mensus est vestibulum portae octo ulnarum* וְאֵילָו שְׁתַּיִם אַמּוֹת *et crepidines eius* (sc. portae) *duarum ulnarum.* V. 21. 24. 26. 29. 33. 36. 37. 48: וַיָּמָד אֵל אֵלָם חָמֵשׁ אַמּוֹת מִפֹּה וְחָמֵשׁ אַמּוֹת מִפֹּה *et mensus est crepidinem (portae) vestibuli quinque ulnarum utrinque.* 49: וְעַמּוּדִים אֶל הָאֵילִים אֶחָד מִפֹּה וְאֶחָד מִפֹּה *et columnae erant super crepidines, ab utraque parte.* De crepidinibus in tota pariete continuis intelligendi sunt loci, qui sequuntur. Ezech. XLI, 1: *et duxit me in sanctuarium* (navem) *templi* וַיָּמָד אֶת־הָאֵילִים שֵׁשׁ אַמּוֹת רֹחַב מִפּוֹ וְשֵׁשׁ אַמּוֹת רֹחַב מִפּוֹ *et mensus est crepidines sex ulnas latas ab utroque latere.* Intelligendi sunt *hervorstehende Wandfelder.* XL, 14: וַיַּעַשׂ אֶת־אֵילִים שִׁשִּׁים אַמָּה *et fecit crepidines* (in pariete continuas) *sexaginta ulnarum,* וְאֶל אֵיל הֶחָצֵר הַשַּׁעַר סָבִיב סָבִיב *usque ad crepidinem portae vestibuli circum circa.* Forsan legendum הַשַּׁעַר הֶחָצֵר, idque minus accurate est dictum pro שַׁעַר הֶחָצֵר. V. 10. 16: וְחַלּוֹנוֹת אֲטֻמוֹת אֶל הַתָּאִים וְאֶל אֵלֵיהֵמָה *et fenestrae clausae erant thalamis et crepidinibus eorum.* Fenestrae *inter* crepidines potius, quam in crepidinibus sunt cogitandae. V. 38: וְלִשְׁכָּה וּפִתְחָהּ בְּאֵילִים הַשְּׁעָרִים pro בְּאֵילֵי הַשְּׁעָרִים *et cellula cum porta erat pone crepidines portae.* Erant autem palmis exornatae crepidines V. 26. 31. 34. 37.

Percensitis ita cunctis, in quibus אַיִל occurrit, locis, veteres audiamus interpretes. Ac LXX. Chald. Syr. vocem hebraeam retinent, quos inter Chaldaeus certe linguae suae usum sequi potuit. Etenim Jes. VI, 4 pro אַמּוֹת הַסִּפִּים in Targ. legitur אֵילוֹת סִפֵּי הֵיכְלָא. E reliquis 1) *Superliminare* dant Aqu. Symm. Theod. Ezech. XL, 21: τὰ ὑπέρθυρα 2) *Postes* Kimchius (מזוזות), it. Aqu. Ezech. XL, 24. XLI, 3 (coll. XL, 9): στήριγμα τῆς πύλης i. e. fulcrum portae. 3) *Columnas* easque *rotundas* universe intelligit Jarchius ad 1 Reg. l. c. et Ezech. XL, 9, suffragantibus Sturmio (in Sciagraphia templi Hieros. Lips. 1694. p. 70) et Rosenmuellero, cf. Ezech. XL, 49. 4) *Columnae* quoddam *ornamentum*, spec. epistylium s. capitulum, intelligit Aquila Ezech. XL, 14 reddens κρίωμα q. d. arietinum opus: de columnarum corinthiarum vel similium voluta, cornibus arietis involutis simili, haud dubie cogitans. Temere enim vocabulum sollicitavit Semlerus: siquidem Graecis etiam κριός dicitur ea capituli corinthiaci pars, quae Romanis *voluta* (Vitruv. III, 3. VII, 5), nobis *die Schnecke* vocatur. Eadem probabiliter erat Abulwalidis sententia, qui 1 Reg. l. c. reddit مقنطرة محنية *circulus parallelus recurvus.* 5) *Fenestras,* طاقات dat Abulwalides in locis Ezechielis. 6) *Frontem, frontes* Hieronymus, quod cum nostra sententia facile conciliari potest, modo de prominentiis in fronte aedificii cogitas; neque male Lutherus Vulgatum in hac voce secutus: *Erker.* Omnibus, ni fallor, palmam praeripuit 7) Symm. qui Ezech. XLI, 3 (coll. XL, 9. 24): τὸ περὶ τὴν θύραν. Neque aliter explicandum, quod idem habet XL, 16 περιστάσεις i. e. circumferentiae (portae), *Umgebung der Thür,* adde vers. 14, ubi nescio an pro παραστάσεις itidem reponendum sit περιστάσεις. — Nulla ferme est in his interpretationibus, cui non aliquid veri insit, et quae ad hunc alterumve locum applicari non possit, nulla vero, quae ad omnes locos possit: idemque cadit in quasdam recentiorum coniecturas, quanquam non absonas. Ac Coccejus quidem *proiecturas* intelligit *parietis in imo prominentes* (*Lambris* dixeris gallice),

J. D. Michaelis (in Supplemm. p. 70) *frontispicium triangulare super portam postibus impositum*, uni loco 1 Reg. VI, 31 quodammodo conveniens; Simonis *superliminare*, Buxtorfius *limen*, Castalio et Dathius *appendices*, hi certe plane invito contextu.

De etymo denique si circumspicimus, Jarchius cum aliis Hebraeorum magistris *columnas postesve* ita dictas esse censet a similitudine *arborum magnarum* (אֵילִים), quod non omnino displicet. J. D. Michaelis l. c. confert arabicum آل lignum, quo aliquid fulcitur et sustinetur (cf. Aqu. στήριγμα), vel significationem repeti vult a rad. أَوَّلَ *anterior fuit* (v. אוּל et אִיל no. I), quod et frontispicio convenit et crepidini (*Vorsprung* dicas germanice). Vel haec posterior ratio amplectenda est, ut sit *proiectura in margine portae et in fronte aedium*, vel praeeunte Aquila (v. supra) statuendum est, אַיִל proprie notare *capitulum columnae* a voluta cornibus arietinis simili dictum, deinde ad totum postem columnamque, denique ad eam parietis partem, quae columnis ornata et subiecta est, translatum esse. Epistylia autem voluta ornata minime apud solos Graecos sed in aegyptiacae etiam artis monumentis obvia Aegyptiorum potius quam Graecorum inventum esse, probabile est. Vide porticum templi Edfuitici, Descr. de l'Egypte, Antiquités Vol. IV, 55. 56. Wiebeking l. c. pag. 186. et Tab. V. no. 27. Cf. infra אֵילָם.

אַיָּל (formae קַטָּל a rad. אִיל no. 1.) Plur. אַיָּלִים *cervus*, a celeritate, ut videtur, dictus, qua cursu animalia *praevertit*, vel a cornuum robore, ut aethiop. ኀየል: *cervus*, a rad. ኀየለ: fortis fuit, nisi hanc vocem potius ex hebraea et arabica oriundam esse censes, א in ח mutato. Deut. XII, 15. XIV, 5. XV, 22. Cant. II, 9. 17. VIII, 13. Thren. I, 6. Jes. XXXV, 6. Ubique est masc. generis, praeter Ps. XLII, 2, ubi verbo feminino iungitur. Vocabulum ibi vel est generis communis, sicut Graecorum ὁ ἔλαφος et ἡ ἔλαφος, ita ut אַיָּל fem. etiam de *cervo* mare usurpetur, vel est gen. epicoeni, et אַיָּל cum fem. constructum est i. q. אַיֶּלֶת *cerva*. LXX. constanter ἔλαφον reddunt, Vulg. *cervum*. Interpretes orientales, qui ipsum textum hebraeum expresserunt, vocabulum retinent, utpote suis etiam linguis familiare. Chald. אַיְלָא, אַיָּלָא, Syr. ܐܝܠܐ, f. ܐܝܠܬܐ (in cod. Nasar. id.), Arabes إِيَّل, أَيِّل, et hoc quidem vocabulo arabico prophetarum et Cantici interpres arabicus expressit graecum ἔλαφος Jes. l. c. Cant. l. l. c. c., quemadmodum etiam pro graeco ἡ ἔλαφος Ps. l. c. aethiopicus interpres dedit: ኀየል: Intelligis ex his, אַיָּל, إِيَّل, ኀየል: *cervum* vere notare, neque vero gazellarum quandam speciem, quemadmodum suspicatus est Rosenmuellerus ad Bocharti Hieroz. T. II. p. 233. Verum quidem est, nomen إِيَّل in Locmani altera fabula explicari غزال gazellam, a Wahide, Motenabbii scholiasta (v. Scheidii schediasm. philol. p. 16) الشاة الوحشية *capram sylvestrem*, et similiter a Firuzabadio p. 392, cuius haec sunt verba: الإِيَّلُ كقنّبٍ وخُلَّبٍ وسَيِّدٍ الوَعْلُ i. e. إِيَّل *et* أُيَّل *et* أَيِّل *sunt* i. q. وَعْل *rupicapra, caprea*. Sed hi auctores nihil dant nisi qualemcunque descriptionem, non definitionem per vocabulum synonymum, parumque accurati sunt, ut e magna eorum inconstantia colligi potest. Neque recte observatur, cervum e terra sancta exulare, cum monente Seetzenio in monte Libano cervi damaeque reperiantur. Accedit quod Gazellarum genera alio nomine indicantur, nimirum צְבִי. Minime tamen repugnabo, si quis ad *capream* quoque vocabulum nostrum patuisse dixerit, quanquam vide s. אַקּוֹ. Hinc est

אַיָּלָה Gen. XLIX, 21 constr. אַיֶּלֶת Prov. V, 19. Jer. XIV, 5 Plur. אַיָּלוֹת, constr. אַיְלוֹת (Cant. II, 7. III, 5) fem. *cerva*, et fortasse caprea femina. Job. XXXIX, 1. Notatur a pulchritudine et gracilitate formae (cf. צְבִי, יַעֲלָה), unde femina pulchra compellatur אַיֶּלֶת אֲהָבִים *cerva deliciarum* Prov. l. c. (cf. Ibn Doreid vers. 1. Jones de poësi asiat. p. 90), et Gen. XLIX, 21: נַפְתָּלִי אַיָּלָה שְׁלֻחָה *Naphtali est cerva procera s. gracilis*, quod ad pulchritudinem referendum est. Alex. στέλεχος ἀνειμένον *arbor diffusa*, legit enim אֵילָה שְׁלֻחָה. Alibi celeritas cervae commendatur 2 Sam. XXII, 34. Ps. XVIII, 34. Hab. III, 19: וַיָּשֶׂם רַגְלַי כָּאַיָּלוֹת *effecit pedes meos tanquam cervarum* (pedes). Cum vero nulla causa sit, cur poëta cervas hic dederit, non cervos, nomen femininum fortasse ἐπικοίνως positum est de cervis masculis (cf. אַיָּל Ps. XLII, 2).

Crux interpretum est inscriptio Psalmi XXII: עַל אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר *super cervam aurorae*. Ut nostram statim de h. l. sententiam dicamus (de aliorum opinionibus postea acturi), אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר nobis est nomen alius cuiusdam carminis, ad cuius modos hic Psalmus decantandus sit, quam sententiam ex parte praeiverunt Aben Esra ad h. l., Bochartus (Hieroz. I. p. 888. T. II. p. 247 ed. Lips.), Eichhornius (praef. ad Jonesium de poësi asiat. p. XXXII), Rosenmuellerus et de Wettius ad h. l. Occurrere nobis in inscriptionibus Psalmorum nomina aliorum carminum, ad quorum numeros Psalmus accommodatus sit, ex inscriptione Psalmorum LVII, LVIII, LIX, LXXV אַל תַּשְׁחֵת pro עַל אַל תַּשְׁחֵת i. e. *ad modos carminis, cuius initium est: ne perdas*, collata syriacorum poëtarum consuetudine (v. Assemani bibl. orient. T. I. p. 80), manifestum: atque particula עַל in hac re Syris Hebraeisque solemnis est (v. עַל). Atqui formula אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר minime necessario habenda est pro *initio* cuiusdam carminis, eiusdemque

amatorii, quod vult Aben Esra coll. Prov. V, 19 (quanquam conferri potest initium carminis Ibn Doreidi: طَبِيَّة *o dorcas!*); sed carmen illud ex consuetudine Orientalium hoc nominis nactum esse potest a dictione אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר in aliquapiam eius parte obvia, pariter atque carmen Davidis 2 Sam. I קֶשֶׁת *arcus* dicitur ab arcu in eo commemorato. (V. nos ad Jes. XXII, 1). Praeterea si quaeris, quid tandem fuerit אַיֶּלֶת הַשַּׁחַר *cerva aurorae*, cogitare posses *cervam* proprie sic dictam, quippe quam *mane* potissimum venantur venatores (Luth. *Hindin, die am Morgen gejagt wird*), nisi meliorem rationem suaderent Arabum poëtae cum usu loquendi Talmudico collati. Etenim *cerva aurorae* dictio est poëtica de *sole matutino* primos radios spargente, quem Arabes غزالة *dorcadem* vocant radios ex usu linguae cum cornibus comparantes (cf. hebr. קֶרֶן et arab. قرن de cornubus et radiis). Apud Haririum Cons. V. p. 162 ed. Schultens. (p. 50. ed. de Sacy) est: لمّا ذرّ قرن الغزالة *postquam sparsit se cornu dorcadis* i. e. sparserunt se radii solis orientis, et alibi dicitur عطس لى انف الغزالة *sternutavit mihi nasus dorcadis* i. e. adfulsit mihi sol exoriens. Vide Alb. Schultens. et Silv. de Sacy ad Harir. l. c. Et hic quidem phrasin ita illustrat: اى طلع قرن الشمس وهو حاجبها واول ما يبدو منها يقال ذر القرن والبقل اذا طلع ادنى شئ i. e. *prominet cornu solis i. e. supercilium s. radius eius. Quod primum prodit in solis ortu dicitur sparsio cornu, ortus vero vocatur, ubi vel minima pars eius conspicitur.* Cf. Cons. 32. p. 356: ظهور الغزالة pro ظهور الشمس et H. A. Schultens ad Meidan. Prov. p. 59. Eundem loquendi usum e vetere lingua superstitem habes in Talmude Hieros. tr. Berachoth (fol. 2. col. 3. lin. 30. ed. Cracov.): אמר ר׳ חנינ׳ (forte חנינה) מאיילת השחר עד שיאור המזרח אדם מהלך ארבע מילין *Dixit R. Chanina, inde a cerva aurorae (i. e. a prima radiorum apparitione) usque ad plagae orientalis collustrationem homo quatuor milliaria ire potest.* Et paulo ulterius (lin. 35 sq.): אר׳ יוסי ב׳ ר׳ בון חדא איילתא דשחרא מאן דאמר כוכבתא היא טעיא זימנין דהיא מקדמא וזימנין דהיא מאחרא. מאי כדון כמין תרין דקירנין דנהו׳ דסלקין מן מדינת׳ ומנהרין. דלמא ר׳ חייא רבא ור׳ שמעון בן חלפתא הוו מהלכין בהדא בקעת ארבל בקריצתה וראו איל׳ השחר שבקע אורה אר׳ חייא.. כך הוא גאולתן של יש׳ בתחילה קימאה קימאה כל מה שהיא הולכ׳ היא רבה והולכת *Dixit R. Jose, filius R. Buni de cerva aurorae: errat, quicunque dicit, hanc Luciferum esse: illa enim (Luciferum) modo praecedit, modo sequitur. Sed quid illa? Dicuntur ita duo radii solis, qui in plaga orientali exoriuntur et lucent. Forte R. Chajja Rabba et Simeon ben Chalaphta simul iter facientes in valle Arbelis circa auroram ibi viderunt cervam aurorae, quae lucem suam spargeret. Dixit R. Chajja .... talis futura est redemtio Israelis. Ab initio gradatim procedit, at quo magis procedet, eo magis augebitur.* Talmudicum אילת השחר vel איילתא דשחרא ad amussin respondet nostro אַיֶּלֶת ה׳ (Jod enim geminatum Talmudicis Jod mobile indicat). Utramque autem re vera *cervam aurorae* transferendum esse, neque vero cum J. E. Fabro (ad Harmari Observatt. T. II. p. 172) secundum etymon *principium aurorae* (a rad. איל, אול no. 1, coll. arab. أَوَّلٌ principium): et frequentior usus formae אַיֶּלֶת de *cerva*, et sueta Arabum metaphora in voce غزالة docent.

Superest, ut aliorum interpretationes breviter recenseamus. Ac multi אַיֶּלֶת (coll. אֱיָלוּת) de *auxilio* exponunt. LXX. ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς, pro auxilio matutino i. e. mox s. brevi consequendo, quasi hic sit Psalmi scopus. Symm. ὑπὲρ τῆς βοηθείας τῆς ὀρθρινῆς, neque aliter Chald. et inter recentiores Paulus. Alii, ut Theod. Hasaeus in Bibl. Bremensi class. 1. fasc. 2., instrumentum musicum intelligunt, spec. tibiam e *cervinis* ossibus: alii denique *stellam matutinam*, ut quidam apud Kimchium et in l. l. Talmudis.

אַיָּלוֹן (*cervinus, cervinum*) N. pr. loci a cervorum copia dicti, ut עֶפְרוֹן, עֶגְלוֹן a vitulorum, hinnulorumque copia, cf. Graecorum Elaphusa, Elaphite, Elaphonnesus, nostr. Hirschau, Hirschberg, Hirschfeld. Ita nuncupatur 1) urbs Levitarum in tribu Dan. Jos. X, 12. XIX, 42. XXI, 24. Judd. I, 35. 1 Sam. XIV, 31. 1 Paral. VII (VI), 96. IX (VIII), 13. 2 Paralip. XI, 10. XXVIII, 18. E duobus postremis Paralipomenon locis apparet, ad regnum Judae postmodo eam pertinuisse; neque de alia urbe cognomine cogitandum est. Sita enim erat in finibus Judae. Eusebius in Onomast. duplex oppidum distinguit: Αἰλώμ, φάραγξ καθ' ἧς ἔστη ἡ σελήνη εὐξαμένου Ἰησοῦ ἐγγὺς κώμης· ἔστι νῦν Αἰλὼν καλουμένη ἐξ ἀνατολῶν Βηθὴλ σημείοις τρισὶ διεστῶσα. Παράκειται δὲ αὐτῇ Γαβαὰ καὶ Ῥαμαά, πόλις Σαούλ, et statim post: Αἰλών, πόλις κλήρου Δάν, Λευΐταις ἀφωρισμένη· κώμη δέ ἐστι Ἀλοὺς περὶ Νικόπολιν, eumque sequitur Relandus (Palaest. p. 553). Sed recte monet Bonfrerius ad Euseb. l. c., nullam aliam in illa regione accipiendam esse huius nominis urbem, quam daniticam, quae ab austro Bethelis sita erat. 2) urbs Sebulonitarum. Judd. XII, 12.

אֱיָל *fortitudo, robur* (a rad. אול no. 2), fortasse *auxilium*. Ps. LXXXVIII, 5: גֶּבֶר אֵין אֱיָל LXX. ὡς ἄνθρωπος ἀβοήθητος. Vulg. *sicut homo sine adiutorio.* Syr. ܐܝܟ ܓܒܪܐ ܕܠܝܬ ܠܗ ܐܝܠܐ, beneficio linguae hebraeum vocabulum retinens. ܐܝܠܐ vero etiam a Ferrario (Nomencl. syr. p. 21) *auxilium* redditur. *Robur* transferunt Chald. (חֵילָה), Kimchius (כח). Idem est

אֱיָלוּת f. Ps. XXII, 20: אֱיָלוּתִי לְעֶזְרָתִי חוּשָׁה *robur meum! ad auxilium meum festina!* LXX. Vulg.

βοήθεια, auxilium. Syr. ܐܝܠܝ ܐܝܠܝ quod noli vertere: *Deus mi*, sed ܐܝܳܠܝ *auxilium meum*, coll. Ps. LXXXVIII, 5. Chald. vero תּוּקְפִּי *fortitudo mea.*

אֱיָל m. 1) *fortis, potens* (a rad. אוּל no. 2). Est vel nomen abstractum (אֱיָל pro אֶיָל vel אֵיָל, formae segolatae), ut אִיד, רֵישׁ, pro concreto usurpatum, vel pr. concretum et participiale, ut גִּיר pro גֵּר 2 Chron. II, 6. Nonnisi in Plurali legitur. Exod. XV, 15. Ezech. XVII, 13. 2 Reg. XXIV, 15 in Keri, ubi Chethib אוּלֵים. Cf. אֵל no. 1.

2) *arbor robusta*, spec. *quercus* et *terebinthus*, a firmitate et robore ita dicta, saepius אֵלָה et אֵלוֹן, ubi vide. In Sing. semel legitur Gen. XIV, 6 in Nom. pr. אֵיל פָּארָן LXX. τερέβινθος τῆς φαράν, quibuscum Syrus consentit. Sed Aqu. Symm. Theod. *quercum* reddunt, Onk. Sam. Hieron. uterque Arabs et Kimchius *planitiem*, quemadmodum etiam אֵלוֹן saepe interpretantur. Plur. אֵילִים et אֵלִים Jes. I, 29. LVII, 5. LXI, 3 (quibus in locis totidem fere libri plenam habent scriptionem, quot defectivam). C. Suff. אֵלֵיהֶם Ezech. XXXI, 14 (ubi ferme omnes codd. defective scribunt). Caeterum querceta in locis Jes. I, 29. LVII, 5 tanquam idololatriae sedes memorantur: Jes. LXI, 3 Messiani regni cives אֵילֵי צֶדֶק salutantur *querci* s. *terebinthi fortunatae, prosperae*, propter horum arborum robur et longaevitatem.

אֵילִם (sed in codd. samarit. et multis hebraeis אֵילִים, vel אֵלִים) pr. *arbores* altae et *robustae* (cf. אֵלָה) N. pr. stationis Israëlitarum in deserto, eiusque secundae a mari rubro, cum duodecim fontibus et septuaginta palmis. Exod. XV, 27. XVI, 1. Num. XXXIII, 9. Cum ה parag. אֵילִמָה Exod. XV, 27 et Num. l. c. Respondet vallis *Girondel* vel *Garendel* (غرندل) multis fontibus irrigua ob *palmarum* umbram amoena, a quibus locus nomen hebraeum invenisse videtur. Cf. sub אֵילוֹת et אֵלָה dicta. De valle vid. Breidenbachius, Shaw (v. 314 p. 272. vers. germ.), Pococke (I, p. 234. 235. vers. germ.), Niebuhr (*Beschreib. von Arabien* p. 403. *Reisebeschreib.* I, p. 228), Forskål (in Flora aegypt. arab. p. 82) et Burckhardt (p. 779. vers. germ.).

אֵילוֹן (pr. robur, quercus i. q. אֵלוֹן) Nom. pr. 1) oppidi Danitarum Jos. XIX, 43. 1 Reg. IV, 9. 2) viri Chittaei, qui socer Esavi fuit Gen. XXVI, 34. XXXVI, 2. 3) filii Sebulonis Gen. XLVI, 14. 4) iudicis Israelitarum Judd. XII, 11. LXX. Αἰλώμ, Ἐλώμ. — A no. 3. derivatur Patronymicum אֵלֹנִי Num. XXVI, 26.

אֵילוֹת (*arbores*, *arboretum*, fortasse *palmetum* v. sub אֵלָה) 1 Reg. IX, 26. 2 Reg. XVI, 6. 2 Paralip. VIII, 17. XXVI, 2 et אֵילַת (pro אֵלַת *Lehrgeb.* p. 467, idque coll. pro אֵילוֹת) Deut. II, 8. 2 Reg. XIV, 22. XVI, 6 (bis) *Eloth, Elath*, Nom. pr. urbis idumaeae ad sinum orientalem maris rubri sitae, qui ab ea sinus Aelanites nuncupatur. Devictis Idumaeis (2 Sam. VIII, 14) Davides eam possedit, postea Salomo, cuius classis inde Ophiram petiit 1 Reg. IX, 26. Quam cum postea recuperassent Idumaei, Usias eam imperio iudaico iterum adscivit 2 Reg. XIV, 22, Rezinus vero, Syrorum rex, denuo Judaeis eripuit 2 Reg. XVI, 6, nec postea Judaei ea potiti sunt. Apud LXX scribitur Αἰλάθ, semel Αἰλών Deut. l. c., a Josepho Ἐιλάνη Antiqu. VIII, 2 et Ἠλάθ Antiqu. IX, 12. Ac in scriptione Αἰλών, Εἰλάνη haud dubia latet forma hebraea et chaldaea אֵלוֹן, אִילָן arborem lucumque notans, aeque ac אֵילַת et אֵילוֹת. Consimilis forma Graecis innotuit, ut Ἀιλάν et Ἔλανα Straboni XVI, 2. §. 30. et 4. §. 4, Ἔλανα Ptolemaeo, Αἴλανα Stephano Byzantino (s. h. v.), *Aelana* Plinio (VI, 32 s. 38, ubi videndus Harduinus). Αἰλάς postea nuncupata est, et Palaestinae tertiae tributa. Epiphan. haeres. 66: ὁ μὲν εἰς (ὅρμος) ἐπὶ τὴν Αἰλᾶν, ἥ τις ἐστὶ ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ Αἰλῶν. Oppidum fuit florentissimum, cum cathedra Episcopi christiani, unde in actis conciliorum frequens eius mentio est. V. Philostorgii hist. eccles. III, 6. Procop. de bello pers. I, 19. Theodoret. quaest. 44 ad 4 Regg. Relandi Palaestina p. 217. 554 sq. le Quien Oriens christ. T. III. p. 758. Arabum scriptoribus أَيْلَة dicitur, et describitur ut parva urbs sine sativis ad mare Kolsum, v. Abulfedae Arabia ed. Gagn. p. 32. Vit. Saladini p. 31. 32. et ind. geogr. s. v. Aila. Edrisio (Clim. III. p. 1) promontorium urbis dicitur عقبة ايلة *clivus Ailae*. Recentiorum primus E. Rüppellius Francofurtensis nuper (an. 1822) Aelanae veteris rudera adiit, eaque hodie *Gelena* (i. e. Aelana, ap. Niebuhrium descr. Ar. 400 *Häle*, tab. Pent. *Haila*) appellari tradit. Castellum vicinum cum urbe recentiore, quam *palmetum* (cf. Artemidorus ap. Strabonem XVI. p. 776 Casaub.) obumbrat, *Akaba* عقبة vocatur. Vide v. Zach correspondence astron. VII, 464. De silva urbi vicina haec leguntur ap. arabicum interpretem 1 Reg. IX, 26: *et Salomo naves exstruxit* في غيضة وال *in sylva Wal, prope urbem Elath.*

אֵילָם, nonnisi in Plur. obvium אֵילַמִּים, אֵילַמּוֹת Ezech. XL, 16. 21. 22 (bis). 24. 25. 26. 29. 30. 31. 33 (bis). 34. 36. architecturae vocabulum, definitu difficile, cognatum tamen voci אֵיל no. 2, de qua paulo superius disputatum est. Plerique interpretes אֵילָם idem esse volunt, quod אוּלָם vestibulum, praeeuntibus LXX. Vulg. et Chald., qui apud Ezechielem utrumque iisdem vocabulis reddunt, nimirum Αἰλάμ, *vestibulum*, אוּלַמָּא. At אֵלָם vestibulum Ezech. XL, 7. 8. 9. 39. 40 manifesto distinguitur ab אֵילַמִּים. In his fenestrae erant comm. 16. 29; haec aedificium circum circa cingebant, erant ante gradus portae com. 22. 26, plerumque iunguntur crepidinibus (אֵילִים). Vel sunt porticus xystique; vel sec. R. Menahem paene i. q. אֵיל, a quo derivatur, ornamenta quaedam, forsan *proiecturae cymatii*, *Gesimse*. E vett. interpretibus praeter modo nominatos,

Symm. vers. 16 habet περιστάσεις (ut ibidem pro אֵילִים), V. 21. ὑπεροχήσεις. Syr. modo ܦܪܘܣܛܕܝܣ parastades, modo ܐܣܩܘܦܬܐ limen.

אִילָן m. st. emphat. אִילָנָא chald. *arbor*. Dan. IV, 7. 8 sq. In Targg. saepissime pro עֵץ. Syr. ܐܝܠܢܐ id. Proficiscitur ab hebraeo אֵלוֹן quercus it. arbor quaelibet maior.

אֵילַת v. אֵילוֹת.

אֵל m. 1) propr. part. verbi אוּל vel איל no. 2. *fortis, robustus, heros*, cf. אַיִל no. 1. In Sing. Ezech. XXXI, 11: אֵל גּוֹיִם *heros inter gentes*, de Nebucadnezare. LXX. Ἄρχων ἐθνῶν. (Multi codd. אֵיל גוים, et nominatim ita libri Babylonici, v. de Rossi et Norzi ad h. l.). Jes. IX, 5: אֵל גִּבּוֹר *heros fortis* (quomodo recte iunxerunt accentus) de Messia, ibid. X, 21 de Deo. (In loco c. IX, 5 e vett. interprett. quicunque Christiani sunt, ut Hieron. uterque Syrus, Arabs, אֵל *Deum* transferunt, ad tuendam divinam Christi naturam; qui Judaei sunt, vel iudaizantes *fortem*, ut Aqu. Symm. Theod. Saadias. Cf. Comment. nostrum ad h. l. Ex nostra sententia uterque, Messias et Deus, hic *heros fortis* appellatur, ut Deus alibi גִּבּוֹר Ps. XXIV, 8. Deut. X, 17. Alii Messiam regem h. l. Deum vocari volunt, quasi *Divum*, per adulationem ap. orientales frequentem, quod minus placet). Huic finitima est locutio in Plur. Ezech. XXXII, 21: אֵלֵי גִבּוֹרִים (23 codd. אֵילֵי) pr. *fortes inter heroes*, i. e. heroes fortissimi, cf. *Lehrgeb.* p. 678. Vulg. *potentissimi robustorum.* Job. XLI, 17 אֵלִים, ubi multi libri mss. et editi אֵילִים.

2) *robur, potestas*, pr. robustum, ut sit neutrum praecedentis. Ita in phrasi יֶשׁ לְאֵל יָדִי *est in potestate manus meae*. Gen. XXXI, 29: יֶשׁ לְאֵל יָדִי לַעֲשׂוֹת עִמָּכֶם רָע LXX. ἰσχύει ἡ χείρ μου κ. τ. λ. Vulg. *valet manus mea*, neque aliter Chald. Syr. Saad. Prov. III, 27. Michae II, 1, et negative Deut. XXVIII, 32: אֵין לְאֵל יָדֶךָ *nihil est in potestate manus tuae* i. e. nihil vales. Nehem. V, 5. Lamed in hac phrasi statum s. conditionem indicat, ut in לָחֳלִי *in morbo* i. e. aegrotus Jes. I, 5, לְבָד in solitudine i. e. solus: vel potest etiam יָדִי pro nominativo haberi et construi: est in potestate manus mea i. e. potens est, valet. Naturam huius locutionis plane non perspectam habent, qui אֵל h. l. Deum reddunt, totamque phrasin: est pro Deo manus eius, coll. Job. XII, 6. Hab. I, 11 et Virg. Aen. X, 773: *Dextra mihi Deus* cet. quae loca inter se quidem cognata sunt, a nostro vero prorsus aliena. V. s. אֱלוֹהַּ. Contra Seb. Schmidium, quem postea secuti sunt Chr. B. et J. D. Michaelis, Eichhornius aliique, recte de diversitate phraseos monuit Alb. Schultens. ad Job. XII, 6. Atque idem in Animadverss. ad Job. XVI, 21, assentiente Storrio (de analogia et synt. ling. hebr. p. 289) לְאֵל dictum esse existimat pro לְאֵל per pleonasmum pro אֵל, ita ut לְאֵל יָדִי sit i. q. בְּיָדִי. Provocat ille ad usum Hebraeorum in לְמִן pro מִן, et Arabum in لالى pro الى Cor. III, 152, لمن pro من Cor. XXVI, 41, لفى pro فى LIV, 24. At in omnibus istis exemplis arabicis (quod negligere non debebat Vir magnus) legitur adverbium لَ utique, non لِ: deest igitur certior analogia pro לְאֵל, quare a vulgaribus punctis recedere religio est.

3) *Deus*. Ad accuratius illustrandam synonymiam nominum Dei hebraeorum, ut אֵל, אֱלֹהִים, יְהוָה, יָהּ, de usu huius vocabuli haec notamus. a) In oratione pedestri de *Deo* κατ' ἐξοχὴν nusquam paene nude legitur, quemadmodum אֱלֹהִים, sed prope ubique cum attributo quodam, sive adiectivo hoc contineatur, sive sequente genitivo. אֵל עֶלְיוֹן Gen. XIV, 20. 22, אֵל שַׁדַּי Gen. XVII, 1. XXXVII, 11. XLVIII, 3, אֵל קַנָּא Exod. XX, 5. XXXIV, 14. אֵל חַי Deus vivus Jos. III, 10, אֵל רַחוּם וְחַנּוּן Deus misericors et benignus Exod. XXXIV, 6. Deut. IV, 31, הָאֵל הַגָּדוֹל וְהַנּוֹרָא Deus magnus et verendus Deut. VII, 21. Nehem. I, 5. IX, 32, אֵל עוֹלָם Deus aeternus Gen. XXI, 33, אֵל דֵּעוֹת Deus omniscius 1 Sam. II, 3, אֵל רֳאִי Deus visionis Gen. XVI, 13; vel adiuncto alio divino nomine, אֵל אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל Gen. XXXIII, 2, הָאֵל אֱלֹהֵי אָבִיךָ Gen. XLVI, 3; אֵל אֱלֹהֵי הָרוּחֹת Num. XVI, 22, אֵל אֱלֹהִים יְהוָה Jos. XXII, 22. Ps. L, 1, quo in loco (quicquid sibi voluerint accentuum conditores) recte transfertur *Jehova, Deus Deorum* coll. Dan. XI, 36 אֵל אֵלִים; vel addito genitivo loci vel hominis, cuius numen tutelare Deus est, אֵל יַעֲקֹב *Deus Jacobi* (tutelaris) Ps. XLIV, 8, הָאֵל בֵּית אֵל Gen. XXXI, 13 *Deus Bethelis* (cf. XXXV, 6). b) Multo frequentius est vocabulum in oratione poëtica, ibique etiam nude sexcenties usurpatur. Num. XXIII, 8. 19. 22. XXIV, 4. 8 (in vaticiniis Bileami) Deut. XXXII, 12. 18. Job. V, 8. VIII, 5. 13. 20. IX, 2. XII, 6. XIII, 3. XV, 4. 13. 25. XVI, 11. XVIII, 21. XIX, 22. XX, 15. XXII, 13. XXV, 4. XXVII, 2. 9. 11. 13. XXXI, 14. 23. XXXII, 13. XXXIII, 4. 14. 29. XXXIV, 12. 23. 31. XXXV, 13. XXXVI, 5. 22. 26. XXXVII, 5. 10. 14. XXXVIII, 41. XL, 9 al. 14. Ps. V, 5. X, 11. 12. XVI, 1. XVII, 6. XIX, 2. XLIII, 4. Jes. XIV, 14. XL, 18 et in aliis multis Psalmorum, Jesaiae reliquorumque librorum poëticorum locis, nonnunquam cum art. הָאֵל Ps. XVIII, 31. 33. 48. LXVIII, 21. Job. VIII, 3. c) In Psalmis saepe cum Suffixo primae personae אֵלִי *Deus mi!* Ps. XVIII, 3. XXII, 2. 11. LXIII, 2. LXVIII, 25. LXIX, 27. CII, 25. CXL, 7. Cum reliquis Suffixis nunquam legitur, et pro *deus tuus, suus* cet. dicitur אֱלֹהֶיךָ, אֱלֹהָיו. d) Generale est Deorum nomen, et de idolis etiam usurpatur, tum nude Jes. XLIV, 10. 15. XLV, 20. XLVI, 6. LVII, 5, ubi contextus, quo de numine agatur, docet, tum adiecto epitheto, ut אֵל אַחֵר deus alius Exod. XXXIV, 14, אֵל זָר deus peregrinus Ps. LXXXI, 10, אֵל נֵכָר deus terrae exterae Deut. XXXII, 12. Mal. II, 11, אֵל בְּרִית deus foederis Jud. IX, 46 idem ille, qui IX, 4. VIII, 32 בַּעַל בְּרִית appellatur. Talis Deus vero ex mente Hebraeorum proprie erat לֹא אֵל *qui nomine quidem, non re Deus est* Deut. XXXII, 21. Cf. אֱלֹהִים A, 1. — *Dei* esse dicuntur, quaecunque in suo genere eximia, praestantia sunt, quandoquidem egregia quaeque ad

deos ipsos auctores referre solebant prisci homines; hinc אַרְזֵי אֵל Ps. LXXX, 11 *cedri Dei* i. e. altissimae, a Deo quasi plantatae (cf. עֲצֵי יְהוָה Ps. CIV, 16, גַּן יְהוָה Gen. XIII, 10), הַרְרֵי אֵל *montes Dei* Ps. XXXVI, 7. Cf. similes locutiones s. אֱלֹהִים et יְהוָה, et ap. Homerum ἅλς δῖα, δῖα Λακεδαίμων, δῖος Ἀχιλλεύς, δῖος Ὀδυσσεύς.

Plur. אֵלִים 1) *heroes, fortes* v. sing. no. 1. 2) *dii* significatu ampliore, de Jehova cum gentilium diis. Exod. XV, 11: מִי כָמֹכָה בָּאֵלִם יְהוָה *quis tibi similis inter deos, Jehova?* LXX. ἐν θεοῖς. (Cf. Exod. XVIII, 11. Ps. LXXXVI, 8, ubi אֱלֹהִים legitur eodem contextu). Alii, praeeunte Sam. *angelos* intelligunt, qs. superos et numina coeli, coll. Ps. LXXXIX, 7, at haec significatio tum in hoc vocabulo, tum in plurali אֱלֹהִים valde dubia est (v. אֱלֹהִים litt. A, no. 2). Dan. XI, 36: אֵל אֵלִים *deus deorum* i. e. summus deus i. q. אֱלֹהֵי הָאֱלֹהִים Jos. X, 17. — בְּנֵי אֵלִים Ps. XXIX, 1. LXXXIX, 7 i. q. בְּנֵי אֱלֹהִים filii deorum poet. pro filii Dei i. e. angeli. Vide sub בֵּן, rad. בָּנָה. De usu huius Pluralis apud Phoenices v. Not. 1.

Not. 1. Habent vocabulum paene omnes linguae cognatae, attamen primitus Hebraeis Phoenicibusque proprium fuisse, et ab his demum ad alios transiisse videtur. Atque apud Phoenices *El* vel *Il* speciale Saturni erat cognomen. Sanchuniathon ap. Euseb. praep. evang. I, 10: Ἶλον, τὸν καὶ Κρόνον. Hieron. epist. 136: *Phoenicibus Il, qui Hebraeis El.* Damasc. ap. Photium cod. 242: Φοίνικες καὶ Σύροι τὸν Κρόνον Ἤλ καὶ Βὴλ καὶ Βολάθην ἐπονομάζουσι. In Plurali vero de omnibus diis usurpatum fuisse arguit nomen proprium *Abdelimus* i. q. עבד אלים servus s. cultor deorum. Lexica arabica habent إيل, إل et أل tanquam Dei nomina (Kamûs p. 1391. 1393), sed magis hebraeae sunt hae voces, quam arabicae, et in linguae usu vix obviae. Apud Syros ܐܝܠ praeter Jes. XIV, 13 ibi tantum ponitur, ubi hebraea vox retinenda videbatur, ut Ps. XXII, 20. Matth. XXVII, 46. Marc. XV, 46. Samaritanus ࠀࠋ saepe retinet, alibi ࠇࠉࠋࠄ reddit. Apud Zabios ايل sec. Norbergium (Lexid. p. 9) est *Solis* nomen, sed in hanc etiam dialectum ex hebraea receptum est, ut *Adunai.* Inter veteres Saadias (in Pentat. Jes. et Jobo) constanter transfert القادر *potens,* eumque sequitur Abusaides.

Not. 2. Etymon vocis אֵל a nobis supra propositum et usu loquendi Hebraeorum (v. sub no. 1. 2) et aliarum dialectorum plene scribentium orthographia probabiliter firmatur. In nominibus propriis vero haec forma, quae analogiam verborum ע״ו sequitur, raro (v. אֱלִיָּה) et ferme nonnisi in fine nominum propriorum adhibetur, ut עִמָּנוּאֵל, מִיכָאֵל, שְׁמוּאֵל, אִיתִיאֵל (q. v.): ab initio nominum compositorum multo frequentiores sunt formae ad analogiam לה״ compositae, אֵל st. constr. אֵל, et אֱלִי, ut אֶלְיָקִים, אֱלִישִׁיב, אֱלִימֶלֶךְ, אֱלִיעֶזֶר. Fuerunt propterea, qui אֵל ad rad. אָלָה revocarent, ut pr. sit θεὸς ὅρκιος, iuramenti praeses et tutor, ab אָלָה iuravit; alii, ut J. D. Michaelis, pr. *bonum et beneficum* notare opinati sunt coll. أَلُو, أَلِيّ *beneficentia, beneficium,* it. germ. *Gott* pers. خدا quod vulgo *bonum* significare volunt; alii denique, ut Scheidius (in schediasmatt. philol. p. 1 sq.), hoc nomen e trium radicum אול, אלה et אלל (coll. أَلّ) significationibus profecisse voluerunt. Sed tertia accedit forma, quae ultimam radicalem habet He mobile, אֱלוֹהַּ, إِلٰه, אֱלֹהִים, neque desunt alia nomina, quorum variae diversaeque formae variarum radicum analogiam sequantur: e contrario est illud nominibus irregularibus, *praesertim primitivis,* fere proprium (v. אָב, אָח, אִישׁ, אִשָּׁה, יוֹם et *Lehrgeb.* p. 601 sq.).

Atqui ut dicam quod sentio, nostrum etiam vocabulum, utpote haud dubie antiquissimum, his quae dixi primitivis adnumerandum videtur, et variae illae radices biliterae, quarum syllaba communis est אל, quarumque analogiam sequuntur Dei nomina, significationes habent a numinis notione repetitas. Sic אָלָה *iuravit* pr. est *per Deum aliquid affirmavit,* et verba أَلَهَ (Deum) *coluit,* أَلِهَ *terrorem concepit,* potius ab אֱלוֹהַּ, إِلٰه ducta videntur, quam contra Dei nomen ab his verbis. Verba לה״ mobilis et quiescentis inter se nonnunquam cognata esse monuere Pococke in not. ad. Port. Mosis p. 49. Simonis Onom. p. 508: et magis etiam eo nostra illustratur sententia, quod ab aliis etiam primitivis monosyllabis formantur utriusque generis verba denominativa, ut ab אָב *pater* أَبَا et ܐܒܗ patrem esse; a מַי, ما *aqua* ماه et مهى aquatus est; a שֵׁם nomen ܫܡܗ et ܫܡܝ nominavit. Ac He mobile nonnunquam biliteris subiungi in flexione, e pluralibus ܐܡܗ̈ܬܐ, אַמָּהוֹת aliisque (v. sub אָמָה) manifestum est.

Quod ad nostrum אֵל attinet, potest illud, quanquam proprie primitivum, etymo radicis אול quodammodo aptatum et accommodatum esse, ita ut Hebraeis in vocabulo illo roboris et fortitudinis notio obversaretur (sicut אִישׁ *vir,* quanquam primitivum, tamen vicinum videtur arabico ايس robur); potest etiam *roboris* et *herois* significatio in voce אֵל a *divini* demum notione, ἀπὸ τοῦ θείου, fluxisse. Quis in tanta harum rerum obscuritate certam sententiam dixerit? Nobiscum vero sentit J. D. Michaelis in Supplemm. p. 80—82. 87. 88. Plura vide sub אֱלוֹהַּ et אָלָה.

Caeterum semel adoptatam rationem constanter secuti sub hac radice ea tantum notamus nomina propria, in quibus אֵל analogiam verborum ע״ו sequitur, reliqua radici אָלָה reservamus. Ad illud genus referenda sunt haec duo:

אֵלִיָּה et אֵלִיָּהוּ (Jehova est Deus meus) LXX Ἠλίας (Complut. aliique codd. Ἡλίας, ut in patribus graecis plerumque, propterea quod existimarunt illud formatum ex graeco ἥλιος, v. Chrysost. hom. de ascens. Eliae) *Elias*, 1) nom. proprium prophetae celeberrimi, prophetarum in regno Israëlis sub Ahabo praefecti et antesignani, Isabellae impiae regis uxori infestus et ab ea una cum aliis Dei prophetis graviter vexatus, miraculis quam plurimis famosus, tandem ad superos evectus (2 Reg. II, 6 sq. cf. tamen 2 Paralip. XXI, 12), ante Messiae adventum rediturus (Malach. III, 23. cf. Luc. I, 17. Matth. XVII, 12). Vid. de historia eius 1 Reg. XVII — XIX. 2 Reg. I. II. et de recentioribus huius diiudicandae conatibus Eichhorn. *Biblioth.* T. IV. p. 209 sq. Winer *bibl. Realwörterb.* T. I. p. 193. Patrum de eo traditiones et elogia v. in Pseudepiphanii vit. prophetarum p. 20. ed. Zehner. Suiceri thes. eccles. T. I. p. 1317. Mentio eius in Alcorano quoque iniicitur Sur. XXXVII, 123 — 130 ed. Maracc. ubi إِلْيَاس scribitur, multasque de eo fabulas habent Moslemi caeterique Orientales, velut de anima eius per metempsychosin postea St. Georgio tradita, unde utrique commune nomen الخضر. V. d'Herbelot s. v. *Ilia* II, 844. vers. germ. Burckhardt itin. in Syr. p. 173 ibique not. nostr. — 2) vir Benjaminita 1 Paral. XXVI, 7. — 3) duo sacerdotum filii aetate Esrae, alter Harimi filius Esr. X, 21, alter Elami ib. comm. 26, uxores peregrinas dimittere coacti.

לָאֵל (a Deo sc. datus qs. Theodoretus) N. pr. viri Num. III, 24.

אֵלָה f. i. q. אַיִל, אֵילָה *arbor* quaedam *robusta*, sec. Celsium (Hierob. T. I. p. 34 sq.) et J. D. Michaelem (in Supplemm. p. 72) *terebinthus* (Pistacia terebinthus Linn.), arbor in Judaea crescens, magna, semper virens et in paucis longaeva. Gen. XXXV, 4. Iud. VI, 11. 19. 1 Sam. XVII, 2. 19. XXI, 10. 2 Sam. XVIII, 9. 10. 14. 1 Reg. XIII, 14. 1 Paralip. X, 12. Jes. I, 30. VI, 13. Hos. IV, 13. Vid. Dioscorid. I, 91. Plin. XVI, 21: *Folia non decidunt abieti, larici, pinastro, iunipero, cedro, terebintho* cet. (Cf. tamen Bellonii Observatt. I, 44, et ad Jes. I, 30). Joseph. bell. jud. IV, 9 §. 7: *δείκνυται δὲ ἀπὸ σταδίων ἓξ τοῦ ἄστεως τερέβινθος μεγίστη, καὶ φασὶ τὸ δένδρον ἀπὸ τῆς κτίσεως μέχρι νῦν διαμένειν*, cf. Euseb. demonstr. evang. V, 9. Hieron. in locis hebraicis, v. Hebron. — Copiose de hac arbore disputavit Celsius l. c., voces אַיִל, אֵלָה, אֵלוֹן et אַלָּה Jos. XXIV, 26, diversas illas ab אַלּוֹן (*quercum* notante), *terebinthum* significare probaturus. Qui quamquam non improbabilia dixit, nimis cupide tamen (quod recte monet Lowth. ad Jes. I, 29) terebinthi causam egit et quae pro contraria sententia dici possunt debentque reticuit, ita ut omnem causam h. l. breviter redintegrare necesse sit. Ac *primum* quidem linguae cognatae nihil offerunt praeter aramaeum אִילָנָא, ܐܝܠܢܐ (אִילָן), quod *arborem* generatim notat, et ܐܝܠܢܐ, quod 2 Sam. XVIII, 9. 10. 14 pro hebr. אֵלָה legitur, quodque *ramum* reddit Ferrarius (Nomencl. syr. pag. 22), melius *truncum* Gabriel Sionita. De etymo *deinde* si quaeris, et *quercus* et *terebinthus* potuere a *robore* dici, et magis etiam quercus, cuius durissimum genus Romanis etiam *robur* dicitur. *Porro* vett. Verss. multis quidem in locis *terebinthum* habent, sed in pluribus etiam *quercum*. At hae ante omnia accuratius uberiusque, quam Celsius fecit, excutiendae, et primariae a secundariis, itemque variae formae אַיִל, אֵלָה, אֵלוֹן cet. a se invicem distinguendae sunt. De אַיִל Gen. XIV, 6, quod *terebinthum* et *quercum* reddunt, v. supra. Pro Plur. אֵלִים, אֵילִים Jes. I, 29. LVII, 5. LXI, 3. Ezech. XXXI, 14 nemo fere veterum *arbores* habet, sed Jes. I, 29. LVII, 5 plerique *idola* reddunt, LXI, 3 *fortes*, *principes*. Unus Chaldaeus I, 29 rectissime אִילָנֵי טַעֲוָתָא *arbores ad idololatriam pertinentes*. — Forma אֵלָה *terebinthus* redditur Gen. XXXV, 4 a LXX. Vulg. Chald. Syr. Saad. (בּוּטְמָא, ܒܛܡܬܐ, بطمة); Iud. VI, 11. 19 a Chald. Syr.; 1 Sam. XVII, 2. 19. XXI, 9 a Vulg. Syr. Chald. et LXX sec. Ms. Alex. V, 19; 1 Reg. XIII, 14 a Vulg. Chald. Syr.; 1 Paralip. X, 12 a Chald. Syr.; Ezech. VI, 13 a Syro; Hos. IV, 13 ab Aqu. (si vera est lectio) Vulg. Syr. et Chaldaeo. *Quercus* eadem transfertur ab Aqu. Symm. Theod. ubicunque vel cunctorum vel unius alteriusve glossae exstant; praeterea Iudd. l. c. a LXX. Vulg.; 1 Sam. XVII, 19 a LXX cod. Rom.; 2 Sam. XVIII, 9. 10. 14 a LXX. Vulg.; 1 Reg. XIII, 14 a LXX; 1 Paral. l. c. a LXX. Vulg.; Ezech. a LXX. cod. Alex. Vulg. Rarius *arborem* interpretantur (ut aram. אִילָן), nimirum 2 Sam. XVIII, 9. 10. 14 οἱ ἄλλοι et Arabs, Ezech. VI, 13 LXX. cod. Rom., Hos. l. c. LXX. Theod. Eodem referatur στέλεχος Gen. XLIX, 21 pro אילה, apud Alex. Μελίαν fraxinum dat Gr. Ven. Gen. XXXV, 14, ibidem Sam. [illegible], i. e. دغل silva densa. — אֵלוֹן nusquam *terebinthus* redditur, nisi Iud. IV, 11 a Syro. Contra *quercum* magna constantia habent Gen. XII, 16. XIII, 18. XIV, 13. XVIII, 1 (אלוני ממרא) LXX. (coll. Jos. I, 10. §. 4). Gr. Venet. Syr. (ܒܠܘܛܐ); Deut. XI, 30 LXX. Venet. Syr. Chald.; Iudd. IV, 11. LXX. Aqu. Symm. Theod.; ib. IX, 6. LXX. Vulg. Symm. Syr.; ibid. IX, 37 Aqu. Vulg. Syr. Totidem in locis *vallem*, *planitiem*, *pratum* dant Onk. Jonath. Sam. מֵישְׁרָא, [illegible] Vulg. *vallis*, *convallis*, *campestria*, Saad. et Arabs Erpen. أرض, مرج. Aqu. semel πεδίον, οἱ γ' αὐλῶν Deut. XI, 3. R. Parchon: עמק. — אַלָּה Jos. XXIV, 26 *terebinthum* vertunt LXX. Syr., *quercum* Arabs, אֵלְתָא Chaldaeus. — אַלּוֹן denique magna constantia veteres *quercum* reddunt, excepto loco Gen. XXXV, 8, ubi Onk. Saad. planitiem, Syr. terebinthum. — Quod sponte ex his intelligitur, consonas אלה plurimis in locis *terebinthum* reddi, אלון ubique *quercum* (plane enim nauci est *planities*): id eximie etiam confirmatur duobus locis Jes. VI, 13. Hos. IV, 13, in quibus אֵלָה et אַלּוֹן simul leguntur et a vett. interprett. una-

nimi ferme consensu, ita ut diximus, transferuntur. Jes. l. c. כָּאֵלָה וְכָאַלּוֹן LXX. Vulg. Chald. Syr. Saad. *sicut terebinthus et sicut quercus.* (A. S. Theod. ὡς δρῦς καὶ βάλανος). Apud Hoseam vel Aquila *terebinthum* habet pro אֵלָה. (LXX. Theod. δένδρον. Symm. πλάτανος). — Certissimum *denique* argumentum duci possit a natura et topographia locorum, in quibus secundum V. T. scriptores arbores *Ela* et *Elon*, secundum recentiorum testimonia terebinthi quercusve crescunt, siquidem arbores terebinthorum quercuumque more longaevae multa per secula (terebinthus ad decimum usque) in solo natali non plane intereunt, nova arbore semper revirescente. Ac sunt sane ex hoc genere, quae pro terebintho pugnent, quamvis haec arbor hodie in Palaestina quercu longe infrequentior sit et mirum videri possit, terebinthum saepius quam quercum memorari. Prope Hebronam ad אֵלוֹנֵי מַמְרֵא habitavit Abrahamus Gen. XIII, 18. XIV, 12. XVIII, 1. atque ibi Josephi adhuc tempore antiquissima erat terebinthus (Jos. bell. jud. IV, 9 §. 7): quanquam idem alibi patriarcham habitasse narrat περὶ τὴν Ὠγύγην καλουμένην δρῦν Archaeol. I, 10 §. 4.; 1 Sam. X, 2. 3 proxime a sepulcro Rahelae memoratur אֵלוֹן תָּבוֹר, et hoc ipso in loco Hieronymi tempore celebris terebinthus erat, ad quam annuus mercatus (Hieron. ad Jerem. XXXI, 15), ibidemque seculo XVII. eiusdem generis arbor a St. Maria dicta (Troilo itin. p. 382); 1 Sam. XVII, 2. 19. XXI, 10 עֵמֶק הָאֵלָה recentioribus *vallis terebinthi* dicitur (Dapper. descr. Palaestinae p. 431. 432). Contra אַלּוֹנֵי בָשָׁן *quercus* esse ex eo certissimum, quod Batanaeae saltus hodieque quercibus constant. — Atqui his omnibus inter se collatis haec fere colligi posse videntur: 1) Ubi accuratius distinguuntur hae arbores, אֵלָה *terebinthum* notat, אַלּוֹן quercum (Hos. IV, 13. Jes. VI, 13), אֵלוֹן itidem *quercum*, et quamvis arborem maiorem, sicut δρῦς et אִילָן, ita ut distinctio non a vocalibus pendeat, ut voluit Celsius, sed a terminatione, quae in אַלּוֹן et אֵלוֹן fortasse proprie augmentativa est; 2) ipsum vero veteris linguae usum non ubique certo et accurate definitum fuisse, et has, quas diximus, formas, nec non אַיִל, אֵילָה, אֵילוֹן nonnunquam universe et promiscue de *qualibet arbore maiore* usurpatas esse. Etenim a) eadem arbor, quae Jos. XIX, 33 est אַלּוֹן, loco parallelo Jud. IV, 11 appellatur אֵלוֹן; et, ne hoc in loco res a solis punctis pendere videatur, arbor sichemitica, quae אֵלָה dicitur Gen. XXXV, 5, אֵלוֹן vocatur Jud. IX, 6 et אַלָּה Jos. XXIV, 26. b) Idem ni fallor efficitur e mira vett. Versionum adeoque unius eiusdemque Versionis v. c. alexandrinae inconstantia. Eodem collineat c) aram. אִילָן, ܐܝܠܢܐ de quavis *arbore* (maiore) usurpatum, atque usus vocis in nominibus propriis locorum אֵילִים et אֵילוֹת (v. supra), quandoquidem neuter locus terebinthos quercusve habet, uterque *palmis* abundat. d) Talis vero linguae veteris fluctuatio mira videri non potest, quandoquidem alibi etiam eadem animalium plantarumque vocabula modo generalioris modo specialioris usus sunt. Ita δρῦς et *quercus* est et *arbor* maior in universum; *robur* querci durissima species et quilibet truncus durus atque robustus (v. Gesn. et Forcell. s. his vocc.); ὄρνις *gallina* et avis quaecunque; צִפּוֹר passer et avis quaelibet minor; יָעֵל rupicapra et ibex cet. — Propter longaevitatem ad designanda loca apud historicos usurpantur terebinthi Gen. XXXV, 4. Judd. VI, 11. 19. 1 Paral. X, 12. עֵמֶק הָאֵלָה vallis terebinthi, in qua Davides victoriam de Goliatho reportavit. 1 Sam. XVII, 2. 19. XXI, 10.

Plur. אֵלִים, quem huc retuli in priore editione, ad sing. fem. referri commode non potest, siquidem is Ezech. XXXI, 14 c. masc. construitur. Vide igitur s. אַיִל.

אֵלוֹן m. Plur. אֵלוֹנִים *quercus.* Vid. s. v. אֵלָה uberius disputata. Singulae huius generis arbores in topographia Palaestinae nonnumquam memorantur, ut: אֵלוֹן אֲשֶׁר בִּשְׁכֶם Judd. IX, 6, אֵלוֹן מְעוֹנְנִים quercus incantatorum (*Zaubereiche, Zauberbaum*) IX, 37, אֵלוֹן תָּבוֹר 1 Sam. X, 3 prope sepulcrum Rahelae, et in plurali אֵלוֹנֵי מַמְרֵא Gen. XIII, 18. XIV, 13. XVIII, 1. אֵלוֹנֵי מוֹרֶה Deut. XI, 30.

און vel **אין** rad. inusit. duarum significationum, quarum altera huic radici עוֹ propria, altera a radice cognata אַיִן mutuo desumta est.

1) און vel אין est: *valuit* vi et opibus, unde אוֹן robur, vires, it. opes. Arabes sub rad. آن pro أون habent notionem cognatam: commode, placide vixit (quod faciunt beatiores), أَوْن commoditas, quies, cf. אָוֶן no. 5. Quietis vero notio saepe ad res secundas transfertur, v. שַׁאֲנָן, שָׁלֵו. Vicina radix est הון, هان, unde הון opes, q. v.

2) און i. q. אין a) *vanus, nihili fuit,* unde אָוֶן vanitas, אַיִן nihil, non, b) *debilis, lassus, defatigatus fuit,* ut arab. آن med. Je, أَيْن lassitudo, molestia, אָוֶן vanitas, labor, תְּאֻנִים labores. Vide similem significationum seriem sub עָמָל et שָׁוְא.

אָוֶן m. c. Suff. אוֹנְךָ, אוֹנָם Jer. IV, 14. Ps. XCIV, 23. Plur. אוֹנִים Prov. XI, 7 *) 1) *vanitas, inanitas,* it. inane et vanum. Jes. XLI, 29 (parall. אֶפֶס). Zach. X, 2, spec. de vanitate idolorum omniumque rerum ad idololatriam pertinentium (cf. הֶבֶל, אֱלִיל) 1 Sam. XV, 23. Hos. X, 8. XII, 12, adeoque de ipsis idolis. Jes. LXVI, 3: מְבָרֵךְ אָוֶן *qui laudat* (i. e. adorat) *idolum.* Hinc apud Hoseam urbs בֵּית-אֵל (i. e. domus Dei) tanquam idolis dedita per contemtum vocatur בֵּית אָוֶן *domus idolorum* IV, 15. V, 8. X, 5, cf. Amos V, 5. — 2) *mendacium* et quicquid falsum est, mendax et fraudulentum, *Falschheit.* Ps. XXXVI, 9. שְׂפַת-אָוֶן labium fallax s. mendax. Prov. XVII, 4, cf. Jes. LVIII, 9. — Inde 3) *improbitas, iniquitas, peccatum, scelus.* Veritas enim (אֱמֶת) ab Hebraeis refertur ad probitatem et integritatem, mendacium ad improbitatem et scelus.

Num. XXIII, 21. Job. XXXVI, 10. 21. Ps. XLI, 7. XCIV, 23. CXIX, 133. Jes. I, 13: לֹא אוּכַל אָוֶן וַעֲצָרָה (ferre) *non possum scelus et festum*, festa in mediis populi sceleribus celebrata. חִקְקֵי אָוֶן iudicia iniqua Jes. X, 1. אַנְשֵׁי אָוֶן homines improbi Job. XXXIV, 36. פֹּעֲלֵי אָוֶן facientes scelus, scelesti Ps. V, 6. VI, 9. XIV, 4. Job. XXXI, 3. XXXIV, 8. 22 cet. חָשַׁב אָוֶן machinari scelus Ps. XXXVI, 5. Micha II. 1. בֹּגְדֵי אָוֶן rebelles scelesti Ps. LIX, 6. In Plur. אוֹנִים Prov. XI, 7 probabiliter pro אַנְשֵׁי אָוֶן sec. LXX. Syr. Arab. Chald. — 4) *labor, molestia, aerumna, res adversae* (cf. rad. no. 2, b). Job. V, 6. Jer. IV, 15. Ps. LV, 4: יָמִיטוּ עָלַי אָוֶן *movent super me aerumnam.* Ita saepe in locutione proverbiali *arare* (Job. IV, 8) et *metere* (Prov. XXII, 8), *gignere* (Jes. LIX, 4) et *parere molestiam aerumnamve*, pro: eandem aliis parare et consequi ipsum. (Male in his locis pro אָוֶן legeres אוֹן, quod sensum prorsus depravaret). Gen. XXXV, 18: בֶּן־אוֹנִי filius doloris mei, *mein Schmerzenskind.* לֶחֶם אוֹנִים *panis doloris* h. e. lugentium cibus, qui immundus erat Hos. IX, 4 coll. Deut. XXVI, 14: לֹא אָכַלְתִּי בְאֹנִי מִמֶּנּוּ *non comedi ex eo in dolore meo* i. e. in luctu. Hab. III, 7: תַּחַת אָוֶן *sub aerumna* i. e. aerumna, angustiis pressus. — 5) N. propr. a) vallis cuiusdam amoenae duobus milliaribus germanicis ab urbe Damasco desertum versus dissitae, hodie *Un* dictae. Ita J. D. Michaelis (in not. ad Amos I, 5) ex ore Josephi Abassi, qui vallem haud quidem viderat, sed Damasci fuerat, et proverbium de ea proferebat: *fuistine in valle Un* i. e. in loco amoeno. Non male haec observatio adhibetur loco Amos I, 5, ubi בִּקְעַת־אָוֶן una cum Damasco et Eden tanquam Syriae regio memoratur. Quanquam molestum est, testimonium Josephi illius omnino solitarium esse et a nemine confirmatum, fatendum tamen, regionem illam ad orientem Damasci parum exploratam esse (v. tamen Burckhardt itin. Syr. append. IV.). Si vera dixit homo, vallis אָוֶן dicta videtur a commoditate vitae (أَوْن). Si falsa ille, בִּקְעַת אָוֶן verti debet *vallis vanitatis* et de valle Damascena intelligi. Vallem inter Libanum utrumque intelligunt Chr. B. Michaelis et Rosenmuellerus. b) i. q. אוֹן Heliopolis. Ezech. XXX, 17. Qui puncta appinxit, aut urbem *On* ignoravit, aut data opera ita scripsit, ut urbis ethnicae nomen alludat ad vanitatis et idololatriae vocabulum (cf. no. 1). Quare in punctis nil mutandum et אוֹן in nullo codice a se repertum esse diserte testatur de Rossi. LXX. Ἡλιούπολις.

*) Not. Cum אָוֶן, ubi Suffixa habet in fine, forma sua prorsus congruat cum nomine אוֹן, cuius significatio est longe diversissima, monendi sunt tirones, ut recte utrumque distinguant. Nonnunquam tamen utraque derivatio admitti potest, ut Job. XX, 10 אוֹנוֹ vel *iniquitas eius* i. e. opes inique partae vel *opes eius* (ab אוֹן).

אוֹן (pro אָוֶן) 1) *robur, vires.* Job. XVIII, 7. 12. XL, 16. Hos. XII, 9, spec. de robore virili et vi genitali, unde רֵאשִׁית אוֹן *primitiae roboris* Gen. XLIX, 3. Deut. XXI, 17, cf. Ps. CV, 36, et רֵאשִׁית אוֹנִים Ps. LXXVIII, 51 poët. de filio primogenito. Plur. אוֹנִים vires. Jes. XL, 26. 29. — 2) *opes, Vermögen* (cf. כֹּחַ, חַיִל). Hos. XII, 9. Job. XX, 10. — 3) N. propr. viri e posteris Rubeni Num. XVI, 1, ubi tamen (coll. Gen. XLVI, 9. Exod. VI, 14. et Num. XXVI, 5—9) lectio suspecta est, cf. Koehler in Eichh. Repert. II, p. 251.

* אוֹן Gen. XLI, 50 et אֹן XLI, 45. XLVI, 20 (quanquam codd. in utroque loco variant circa scripturam plenam vel defectivam) N. pr. domesticum urbis antiquae aegyptiacae, Ezech. XXX, 17 אָוֶן scriptum (v. h. v. no. 5, b), ab Hebraeis etiam significatione translata בֵּית שֶׁמֶשׁ appellatum Jer. XLIII, 13, a Graecis *Heliopolis*, ab Arabibus عين شمس i. e. fons solis (v. Edrisii Africa p. 379. Abulf. Aeg. p. 34). In libris coptis constanter appellatur ⲰⲚ (v. Exod. I, 11. Ezech. l. c. Gen. l. c.), ita quidem ut semel disertis verbis adiiciatur, hanc solis urbem esse (Exod. l. c.); atque *On* in vetere lingua *lucem*, impr. *solem* significasse, vix dubium est. Cyrillus ad Hos. p. 145: Ὢν δέ ἐστι κατ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος. E lingua aegyptiaca recentiore recte conferunt ⲞⲨⲞⲈⲒⲚ, ⲞⲈⲒⲚ, ⲞⲨⲰⲒⲚⲒ *lumen* (la Croze Lex. p. 71. 189). Ac LXX. interpretes, in rebus aegyptiacis testes fide digni, non solum Gen. l. c. reddunt Ἡλίου πόλιν, sed etiam Exod. I, 11 (ubi nihil tale in textu hebraeo) habent Ὢν ἥ ἐστὶ Ἡλιούπολις, Jerem. XLIII, 13 (al. L, 13): τοὺς στύλους Ἡλιουπόλεως, τοὺς ἐν Ὢν. Sita fuit urbs in orientali Nili litore paucis a Memphide milliaribus septentrionem versus, cultu temploque *Solis* (Diod. I, 85. Herod. II, 59. Strabo XVII, 1 §. 27. p. 805), obeliscis ex parte hodieque superstitibus (Jerem. l. c.), sacerdotum denique sapientia doctrinaque nobilis (Gen. l. c. Herod. II, 3). Veteris urbis vestigia, in quibus obeliscus et Sphinx magna, etiamnum عين شمس vocantur, recentior vicus adiacens *Matarie.* Cf. praeter Pocockium, Niebuhrium al. Description de l'Egypte, Antiquités Vol. V. pl. 26. 27. et Champollion l'Egypte II, p. 36.

אוֹנוֹ (robur eius, vel fort. pro אוֹנוֹן robustus, a, um) N. pr. urbis Benjaminitarum tribus milliaribus distantis a Lydda. Esra II, 33. Nehem. VII, 37. XI, 35. 1 Paralip. VIII, 12, cum valle cognomine Nehem. VI, 2. Cf. Relandi Palaest. p. 912.

אוֹנָם (robur eorum) N. pr. 1) viri ex Horitis, Gen. XXXVI, 23. 1 Paral. I, 40. 2) ex posteris Judae 1 Paral. II, 26.

אוֹנָן (robur earum) N. pr. *Onanus*, Judae filius, a cuius crimine Gen. XXXVIII, 9 narrato recentiores Onaniam dixere Gen. XLVI, 12. Num. XXVI, 19. LXX. Αὐνάν.

אוניות 2 Paralip. VIII, 18 Chethibh pro אֳנִיּוֹת v. s. אֳנִי, rad. אָנָה.

אֹוֶן v. sub אָוֶן.

תְּאֻנִים m. pl. *labores, molestiae* (v. אוץ no. 2, litt. b). Ezech. XXIV, 12: תְּאֻנִים הֶלְאָת *laboribus fatigat me* (olla). Vulg. multo labore sudatum est.

אוּפָז v. s. אָפָז.

אוֹפָן v. s. אָפַן.

אוּץ 1) *angustus, arctus fuit.* Jos. XVII, 15: כִּי אָץ לְךָ הַר אֶפְרָיִם *quandoquidem* nimis *arctus tibi est mons Ephraim.* Ita Vulg. Syr. Chald. Arabs: ضاق عليك. LXX transitive (cf. no. 2): εἰ στενοχωρεῖ σε κ. τ. λ. Al. *instat tibi* mons Ephraim i. e. tibi propinquus, vicinus est. — 2) *ursit, fortius instititt* alicui. Exod. V, 13 (ubi Sam. cod. c. c. בְּ). — 3) ursit se ipsum, *festinavit.* Jos. X, 13. Prov. XIX, 2. XIX, 2. XXI, 5. XXVIII, 20. XXIX, 20. Dicitur de festinatione in loquendo (XXIX, 20), in eundo (XIX, 2) rel. Sequ. מִן est: *retro festinavit, subtraxit se* Jer. XVII, 16: לֹא אַצְתִּי מֵרֹעֶה אַחֲרֶיךָ pro מִהְיוֹת רֹעֶה *non subtraxi me, ne pastor* (i. e. propheta) *fierem, teque sequerer.* Gloriatur Jeremias, se Jonae exemplum secutum non esse. (Radd. cognatae sunt chald. אֲצַץ ursit, pressit, Sam. [Samaritan], v. infra אָצַה, et cum Ain [Samaritan], حوص Quae huc retulit Scheidius in observatt. etymol. آض ivit et rediit, V. تأوّض congregati sunt, confluxerunt, citra rationem longius arcessita sunt).

Hiph. i. q. Kal no. 2. *ursit, instititt,* c. c. gerundio verbi Jes. XXII, 4, cum בְּ personae Gen. XIX, 15.

אוֹר *lucere, illucescere, lucidum fieri.* Gen. XLIV, 3: הַבֹּקֶר אוֹר *mane illuxit.* De oculis hominis languidi nunc animam recipientis 1 Sam. XIV, 27. 29. Imp. אוֹרִי Jes. LX, 1: *illucesce, illuminare* (Hierosolyma) i. e. ad lucem redi, quae tenebris obvoluta fueras. Impers. אוֹר illuxit 1 Sam. XXIX, 10.

Niph. נָאוֹר fut. יֵאוֹר i. q. Kal 2 Sam. II, 32. Job. XXXIII, 30: לֵאוֹר (pro לְהֵאוֹר) *ut illustretur* i. e. ut lumen vitamque recipiat. Part. נָאוֹר illustris, gloriosus. Ps. LXXVI, 5.

Hiph. הֵאִיר fut. יָאִיר apoc. יָאֵר, Part. מֵאִיר 1) *illustravit, collustravit, lucidum reddidit,* c. c. acc. Ps. LXXVII, 19: הֵאִירוּ בְרָקִים תֵּבֵל *collustrabant fulgura orbem terrarum.* XVIII, 29. Job. XLI, 24: אַחֲרָיו יָאִיר נָתִיב *post se lucidam* (i. e. spumantem) *relinquit semitam* (in aqua crocodilus). Ps. XCVII, 4. CV, 39. Spec. a) הֵאִיר עֵינֵי פ׳ collustravit s. lucidos reddidit oculos alicuius (qui tenebris obvoluti erant) i. e. ad vitam quasi revocavit eum (coll. 1 Sam. XIV, 27. Jes. LX, 1) Ps. XIII, 4, hinc *refecit, recreavit* (cf. הֵשִׁיב נֶפֶשׁ) Ps. XIX, 9. Esra IX, 8. Prov. XXIX, 13. Cf. Sir. XXXI, 17: ἀνυψῶν ψυχὴν καὶ φωτίζων ὀφθαλμούς. b) הֵאִיר פְּנֵי פ׳ illustravit, lucidam reddidit faciem alicuius i. e. exhilaravit, quoniam hilaritas oculis vultuque lucidis se prodit. Eccles. VIII, 1: חָכְמַת אָדָם תָּאִיר פָּנָיו *sapientia hominis illustrat faciem eius.* הֵאִיר פָּנָיו faciem suam illustravit, de Dei vultu hilari et propitio dicitur Ps. LXXX, 4. 8. 20, c. c. אֶל pers. Num. VI, 25, עַל Ps. XXXI, 17. Dan. IX, 17. בְּ Ps. CXIX, 135, לְ Ps. CXVIII, 27, אֵת (אֶת) Ps. LXVII, 2. Cf. אוֹר פָּנִים s. v. אור litt. g. — 2) *luxit, lucem praebuit (leuchten, scheinen),* absol. Gen. I, 15. Exod. XXV, 37. Ezech. XLIII, 2. Ps. CXXXIX, 12, cum dat. Exod. XIII, 21. Neh. IX, 12. 19. Jes. LX, 19. — 3) *illuminavit* i. e. sapientia imbuit. Ps. CXIX, 130: יָאִיר מֵבִין פְּתָיִים *illuminat prudens fatuos.* (Apud Arabes منير *illuminans* epith. est Alcorani, Sur. XXII, 8. Samaritanis [Samaritan] illuminatio dicitur pro revelatione, v. Anecd. Orient. I, 50. 51. Abulph. dynast. pag. 247: اهل العلم مصابيح الدجى *eruditi sunt lumina tenebrarum.* — 4) *accendit* Malach. I, 10. Jes. XXVII, 11. (Cf. אוּר et mox dialectos).

Carent hac radice *lucendi* significatu Syri et Arabes, rara est apud Chaldaeos. Derivata exstant apud Zabios, ut [Mandaic] f. [Mandaic] lucidus, lucida. Habent tamen Arabes أور inflammavit vit. Tim. I, 398] (qua forma carent Golius et Castellus); أُوار aestus solis ignisve Har. I, 34 Schult. Schol. ad Hamas. p. 515. Ibn Doreid. p. 113. Cf. etiam أر et أرى flagravit, accendit, إِرٌ ignis. Reliquae dialecti adhibent *lucendi* sensu נוּר, נְהַר q. v.

אוֹר m. (semel fem. Job. XXXVI, 32, vide not. 1) *lux.* Gen. I, 3—5. Exod. X, 23. Job. III, 9. XII, 25. XVII, 12. XXIV, 13. XXVI, 10. XXXVIII, 19. 24 (quo in loco, ut Gen. 1, 3, lux cogitata est tanquam peculiaris materia a sole non profecta) XLI, 10. Jes. XXX, 26. opp. tenebris (חֹשֶׁךְ). Quomodo differat a מָאוֹר, intelliges coll. Gen. I, 3 et 14. 16. Ezech. XXXII, 8, quare nonnisi semel legitur Plur. אוֹרִים pro מְאוֹרוֹת Ps. CXXXVI, 7. Amos VIII, 9: בְּיוֹם אוֹר *die claro, am hellen lichten Tage,* Parall. בַּצָּהֳרַיִם. Spec. est a) *lux matutina, diurna,* opp. tenebris nocturnis. Judd. XVI, 2: עַד אוֹר הַבֹּקֶר *usque ad lucem matutinam.* 1 Sam. XIV, 36. XXV, 34. 36. 2 Sam. XVII, 22. 2 Reg. VII, 9. Nehem. VIII, 3: מִן הָאוֹר עַד מַחֲצִית הַיּוֹם *a prima luce ad*

meridiem. Job. XXIV, 14. b) *lux solis* et ipse *sol*, Job. XXXI, 26. XXXVII, 21. Hab. III, 4. Unde עֲלֵי אוֹר *in sole, splendente sole.* Jes. XVIII, 4. (Cf. φάος de sole Od. γ', 335, et aegypt. ⲞⲨⲚ, vide s. v. אוֹן). c) *lux fulguris, fulgur.* Job. XXXVI, 32: עַל כַּפַּיִם כִּסָּה אוֹר *lucem* fulguris *tegit super manus* i. e. manus tegit fulgure, rubent fulgure manus. XXXVII, 3: *dirigit* אוֹרוֹ עַל כַּנְפוֹת הָאָרֶץ *lucem eius* (fulguris) *ad oras terrae.* Comm. 11: יָפִיץ עֲנַן אוֹרוֹ *dispergit nubem fulguris sui.* Comm. 15: (בְּ)הוֹפִיעַ אוֹר עֲנָנוֹ *cum splendere facit fulgur nubis suae.* d) *lux vitae,* opp. mortis tenebris. Job. III, 16. 20, plenius אוֹר הַחַיִּים Job. XXXIII, 30. Ps. LVI, 14. e) *Lux* imaginem praebet *felicitatis*, quemadmodum tenebrae infortunii. Saepe ita, ut proprius lucis significatus retineatur. Job. XVIII, 5: אוֹר רְשָׁעִים יִדְעָךְ *lux improborum exstinguitur.* Comm. 6: אוֹר חָשַׁךְ בְּאָהֳלוֹ *lux obscuratur in tentorio eius.* XXII, 28. Jes. IX, 1: *populus ambulans in tenebris videbit lucem magnam* (de felicitate aevi messiani, et de ipso Messia). LVIII, 8. 10. Alibi simpliciter de *fortuna* Job. XXX, 26. Ps. XCVII, 11. Apud Jesaiam (X, 17) Jehova appellatur אוֹר יִשְׂרָאֵל *lux Israëlis*, i. e. qui felicitatem Israëli praebet. Cf. חֹשֶׁךְ et נֵר litt. b. Apud Persas quoque روشن *claritas* fortunam, شب *tenebrae* infortunium notant. Pendnameh 61. Sacy. f) Lux *doctrinam* notat, secundum illud Proverb. VI, 23: כִּי נֵר מִצְוָה וְתוֹרָה אוֹר *nam luminaris instar est* (Dei) *mandatum, et lex instar lucis.* Hinc intelligis Jes. II, 5: נֵלְכָה בְּאוֹר יְהוָה *ambulemus in luce Jehovae* i. e. in via lucida legis a Deo praescriptae. Cf. comm. 3. Jes. XLIX, 6: נְתַתִּיךָ לְאוֹר גּוֹיִם *faciam te lucem gentium* i. e. doctorem. XLII, 6. LI, 4. Cf. Caab ben Zoheir v. 51: ان الرسول لسيف يستضاء به *sane Apostolus est gladius a quo lumen petitur*, Schol. يهديه الى الحق *qui dirigit eum ad veritatem.* g) אוֹר פָּנִים *lux s. nitor faciei* i. q. hilaritas. Job. XXIX, 24 cf. ad illustrandam imaginem Ps. CIV, 15. Apud Graecos similis est translatio in γάνος nitor et hilaritas, γάνυμαι niteo et gaudeo, φαιδρός nitidus it. serenus, hilaris. Dicitur de rege Prov. XVI, 15: בְּאוֹר פְּנֵי מֶלֶךְ *quando nitet regis vultus* i. e. quando serenus atque comis est. De Deo Ps. IV, 7. XLIII, 3. XLIV, 4. Semel omittitur פָּנִים. XXXVI, 10: בְּאוֹרְךָ נִרְאֶה אוֹר *tu si nites, videbimus lucem* i. e. felicitatem. Ludit Psaltes in duabus metaphoris, cf. litt. e. — Cum Suff. 3 pers. dicitur אוֹרוֹ et אוֹרֵהוּ Job. XXV, 3. Plur. אוֹרִים semel legitur Ps. CXXXVI, 7 (v. supra).

Not. 1. אוֹר, plerumque masculinum, semel cum feminino construitur Job. XXXVI, 32, ubi Suffixum in עָלֶיהָ refertur ad אוֹר, neque opus est, ut cum compluribus codd. et editt. (v. de Rossi ad h. l.) legas עָלָיו. Vocabula enim *lucem ignemque* notantia c. feminino construi amant, *Lehrgeb.* 546.

Not. 2. Voci אוֹר *pluviae* vim tribuunt Chald. et interpretes hebraei in loco Job. XXXVII, 11, cui addunt nonnulli XXXVI, 32 et Jes. XVIII, 4. Juda b. K., postquam *lucis* significationem exposuit: ولا ينسب الى בסה אור الذى تفسيره غيث المطر ومنه כחם צח עלי אור كرفا الصحو على اثر المطر ومثله יפיץ ענן אורו مطره i. e. *huc vero non referendum* אוֹר *in loco Job. XXXVI, 32 ubi nubem pluviae notat, neque aliter Jes. XVIII, 4 ubi vertendum: quemadmodum redit serenitas post pluviam, et similiter Job. XXXVII, 11 ubi* אוֹרוֹ *est pluvia eius.* Cf. Saadias Jes. l. c. At Job. XXXVII, 11 עֲנַן אוֹרוֹ non potest non de *nube fulguris* explicari, (coll. אוֹר עֲנָנוֹ comm. 15, neque aliter intelligendum est אוֹר XXXVI, 32. (Vide supra litt. c.). In Kamuso (454 Calc.) est: الأور الشمال ومن السحاب مورقها quod Schult. ad Job. l. c. vertit אוֹר *septentrio est, et de nubibus usurpatum fluxus eorum*, sed malo, مور esse *commotionem*, fluctuationem, pr. aestum eorum, quo posito ne Arabes quidem huic significationi fictae opem ferent.

Not. 3. Amos VIII, 8 כָּאֹר contr. est pro כַּיְאֹר, q. v.

אוּר m. 1) i. q. אוֹר *lux* et *regio lucis.* Vide Plur. אוּרִים. 2) *ignis, flamma,* cf. הָאִיר no. 4. Jes. XXXI, 9. XLIV, 16. L, 11: אוּר אֵשׁ *flamma ignis.* In sermone prophetarum symbolico imaginem praebet *pestis* et *famis*, v. Ezech. V, 2 coll. 12. (Syr. ܢܘܪ lumen patrum, B. B. apud Castellum. Apud Zabios ܢܘܪ *Ur* est daemon caligini praefectus, regi lucis oppositus, v. Norb. Onomast. p. 11). — 3) N. propr. viri 1 Paral. XI, 35.

Plur. אוּרִים 1) pr. luces s. *doctrinae, revelationes,* vel (si pluralis est excellentiae) *revelatio,* de sorte Hebraeorum sacra Num. XXVII, 21. 1 Sam. XXVIII, 6, plerumque plenius הָאוּרִים וְהַתֻּמִּים *revelatio et veritas* (revelatio vera) Exod. XXVIII, 30. Levit. VIII, 8. Esra II, 63. Nehem. VII, 65, semel תֻּמִּים וְאוּרִים Deut. XXXIII, 8. LXX. egregie: δήλωσις καὶ ἀλήθεια. Vulg. *doctrina et veritas.* Rel. graeci in Hexaplis: φωτισμοὶ καὶ τελειότητες. Luth. *Licht und Recht.* Gestatas fuisse sacras has sortes, quas solus pontifex maximus in gravioris momenti causis consulere solebat, *in* vel *super* pectorali eius, apparet e loco in hac re classico Exod. XXVIII, 30: וְנָתַתָּ אֶל חֹשֶׁן הַמִּשְׁפָּט אֶת־הָאוּרִים וְאֶת הַתֻּמִּים; quales vero fuerint, et quomodo earum ope Dei oraculum consuluerit sacerdos maximus, iam Philonis et Josephi tempore incertum erat, quandoquidem iam ducentis ante Josephum annis cessaverat oraculum (Archaeol. III, 8 §. 9). Fortasse etiam hae sortes inde ab omni aevo ad disciplinam arcani pertinuerant. Josephus l. c. in ipsis duodecim gemmis, quae exteriorem pectoralis partem ornabant, earumque splendore fuisse Urim et Tummim opinatur: διὰ γὰρ τῶν δώδεκα λίθων, οὓς κατὰ στέρνον ὁ ἀρχιερεὺς ἐνεῤῥαμμένους τῷ ἐσσήνῃ (חשן) φορεῖ, νίκην μέλλουσι πολεμεῖν προεμήνυεν ὁ Θεός. τοσαύτη γὰρ ἀπήστραπτεν ἀπ' αὐτῶν αὐγὴ μήπω τῆς στρατιᾶς κεκινημένης, ὡς τῷ πλήθει παντὶ γνώριμον εἶναι τὸ παρεῖναι τὸν

θεον εἰς τὴν ἐπικουρίαν. .... ἐπαύσατο μὲν οὖν ὅ τε ἐσσήνης καὶ ὁ σαρδόνυξ τοῦ λάμπειν ἔτεσι διακοσίοις πρότερον ἢ ταύτην ἐμὲ συνθεῖναι τὴν γραφὴν, τοῦ Θεοῦ δυσχεράναντος ἐπὶ τῇ παραβάσει τῶν νόμων*, quam sententiam amplexi sunt e recentioribus SCHROEDERUS (de Urim et Thummim. Marb. 1774. 4.), Jo. BRAUNIUS (vest. sacerdot. p. 595 sq.) aliique, nuperrime BELLERMANNUS (*Die Urim und Thummim, die ältesten Gemmen. Berlin* 1824), qui *Urim et Tummim* invita unanimi vett. auctoritate transfert *lumina et perfectiones* i. e. (gemmas) *perfecte lucentes, die Hellglänzenden, Brillantenen.* Josepho favere videntur LXX Exod. l. c. vertentes *ἐπὶ τὸ λογεῖον.* Sed gemmas pectoralis ab his sortibus diversas fuisse, manifesto arguit locus Exodi laudatus cum comm. 17. collatus, neque opus est, portentosas Rabbinorum fabulas refutare, qui oraculum ita a Deo datum esse commenti sunt, ut e literis, quae gemmis insculptae erant (Exod. l. c. Vers. 21), per miraculum emicarent eae, quibus responsum continebatur. V. Surenhusii Mischna II, 251. SCHICKARDUS de iure regio Hebraeorum cap. I. Verosimiliora dat PHILO (vit. Mosis III, Opp. II, 152. Mang.): *τὸ δὲ λόγιον τετράγωνον διπλοῦν κατεσκευάζετο* (רָבוּעַ הָיָה כָּפוּל Exod. l. c.), *ὡσανεὶ βάσις; ἵνα δύο ἀρετὰς ἀγαλματοφορῇ δήλωσιν τε καὶ ἀλήθειαν*, cuius auctoritatem secuti *Urim et Tummim* duas imaguriculas (*ἀγάλματα*) fuisse censemus inter duplicem pectoralis pannum insertas, quarum altera doctrinam divinitus patefactam s. *revelationem* (אוּרִים), altera *veritatem* (תֻּמִּים) repraesentaret *συμβολικῶς*. Hebraei autem hoc in more symbolico imitati esse videntur Aegyptios, apud quos iudex supremus sapphirinam *veritatis imaginem* e collo suspensam gestabat (Aelian. var. hist. XIV, 34. Diod. Sic. I, 48. 75). Cf. חֹשֶׁן. Atque Hebraeos antiquiores a virtutibus viribusque symbolice et per imaginem exhibendis minime abhorruisse, id praeter Cherubos docent Teraphim, quos tamen ab Urim et Tummim non diversas fuisse temere existimarunt LUD. DE DIEU (ad Gen. XXXI, 19) et SPENCERUS (de legg. Hebr. ritualibus p. 932 sq.). Praeter auctores iam passim laudatos v. J. D. MICHAELIS *mos. Recht* I, p. 257. VI, p. 162. CARPZOV. Apparat. antiqq. p. 75 sq., nec non quae collecta et laudata sunt in UGOLINI thes. s. T. XII, no. 7. 10. et in FABRICII bibliogr. antiqu. p. 502.

2) אֻרִים Jes. XXIV, 15 legitur de plaga quadam coeli, opp. insulis maris in occidente. Secundum etymon intellige *plagas lucidas*, sole collustratas i. e. orientales, coll. homerico *πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε* (Il. μ', 239. Od. ι, 26. ν', 240). Neque aliter videtur intelligendum talmud. אוּרְיָא, quanquam de occidente illud intelligunt plurimi glossographi (v. Aruch h. v.). Apud Arabes أُوْر (v. locum Kamusi s. v. אור not. 2) atque أُيْر, أَيِّر est *septentrio:* nec refragabor, si quis hoc contulerit, quandoquidem in tali nexu iusta oppositio non desideratur (cf. Ps. CVII, 3. Jes. XLIX, 12. Deut. XXXIII, 23. Amos VIII, 12). Rabbini *specus* interpretantur coll. מְאוּרָה (vide DE ROSSIUM et Comment. nostr. ad h. l.), prorsus renitente contextu. Neque magis probanda sunt quae apud SIMONEM ed. III. proponuntur: „*inter ignes* i. e. in templo inter ignes altaris, candelabri aurei et Urim summi sacerdotis, nisi potius sit nomen gentis *Urii*, urbis Ur incolae et per synecdochen Chaldaei s. Babylonii, vel *regiones exilii*, ab أَزَّ propulsio, abactio, ut J. D. MICHAELIS coniectat."

אוּר, plenius אוּר כַּשְׂדִּים *Ur Chaldaeorum* Gen. XI, 28. 31. XV, 7. Nehem. IX, 8, N. pr. urbis patriae Abrahami. De situ eius audiamus primum Eupolemum, cuius verba ex Alexandro Polyhistore servavit EUSEB. de praep. evang. IX, 17: *Εὐπόλεμος — δεκάτῃ δὲ γενεᾷ φησὶν ἐν πόλει τῆς Βαβυλωνίας Καμαρίνῃ, ἥν τινας λέγειν πόλιν Οὐρίην, εἶναι δὲ μεθερμηνευομένην Χαλδαίων πόλιν, ἐν τρισκαιδεκάτῃ γενέσθαι Ἀβραὰμ γενεᾷ.* Non contemnenda esset haec traditio, quanquam Eupolemus scriptor est non ubique locuples, modo de Camarine eiusque situ aliunde nobis constaret: et hoc saltem veri inesse videtur loco (licet ipse Eupolemus fontes suos fortasse male intellexerit) אור כשדים proprie *urbem* Chaldaeorum notare, id quod infra vindicaturi sumus. Certiora de situ dabit Ammianus Marcellinus (XXV, 8 al. 26), qui reditum romani exercitus sub Joviano post mortem Juliani describens castelli persici *Ur* mentionem facit, Nesibin inter et Tigrim siti (ap. D'ANVILLIUM 60°, 12' long., 36°, 4' latit.), quod Abrahami locum natalem fuisse ideo est verisimile, quia Ura in Palaestinam profecturi facile et absque longiore circuitu Carras transire poterant, id quod Abrahami familiam fecisse legimus Gen. XI, 31. Hanc igitur sententiam a BOCHARTO (Phaleg. I, 10. II, 6) propositam secuti sunt recentiorum plurimi, ut CELLARIUS (geogr. ant. II, p. 729. 737. 760), J. D. MICHAELIS (spicil. II, 104), SCHLOEZERUS, alii. *Urae* Plinii (V, 24 §. 21) vix ratio habenda erat tum propter situm tum propter lectionem suspectam. *Suram* enim legit *Harduinus*. LXX. appellative dant *χώραν τῶν Χαλδαίων* (unde Michaëlis male efficit *ὦραν*), neque aliter ABULWALIDES, qui de regione humili et depressa Mesopotamiae illud interpretatur. Melius sane hi, quam SAAD. PSEUDOJON. JARCHI, qui *ignem Chaldaeorum* reddentes ridiculas ex hoc etymo fabulas elicuerunt (v. quae laudavimus s. v. אברהם, p. 11): sed verum etymon in linguis semiticis omnino quaerendum non erit. In lingua sanscritanica vero *Ur* (cui fortasse cognatum est עִיר etymo semitico carens) *urbem, oppidum, patriam* valet, idque huic nomini adhibere possumus, modo memores sumus, Chaldaeorum linguam primigeniam cum assyria, et proinde cum persica et indica cognatam fuisse. Atque sic recte se haberet *πόλις τῶν Χαλδαίων*, quam supra ex Eupolemo protulimus. Praeter auctores laudatos cf. CHRIST. WAGNER de Ur Chaldaeorum, in thes. theol. philol. (vet.) T. 1. p. 193 sq.

אוֹרָה f. i. q. אוֹר lux Ps. CXXXIX, 12, metaph. de felicitate Esth. VIII, 16.

Plur. אורות *viridia* eaque esu idonea, *olera* 2 Reg. IV, 39 pr. lucida, splendentia. (*Splendor* enim ad virorem et flores transfertur. Cf. צִיץ, נָצַץ, זָהָה, et in dialectis ناص micuit, splenduit, hebr. floruit; ܨܡܚ splenduit, צמח germinavit; זָהַר, زهر, ܙܗܐ splenduit, it. arab. floruit; نضر aeth. ጸበረ፡ splenduit, arab. it. floruit; نار splenduit, it. floruit, انوار luces et flores. Cf. Salmas. ad Solin. p. 141. Schult. Origg. p. 320. Ad nostram rad. prae ceteris conferendum est cognatum ꞇሐዘ, quomodocunque illud efferes, quod Gen. I, 12. 13 legitur pro דֶּשֶׁא). Specialius *Syrus* et *Arabs* verterunt ܚܠܡܝܬܐ, خبيزا i. e. *malvam*, quae pauperiorum cibus erat, licet etiam in beatiorum mensis compareret (Arist. Plut. II, 5. Ovid. Fast. IV, 697. Cic. epist. ad fam. VII, 26. Hor. Od. I, 31). Talmudici reddunt גרגיר (v. Ben Melech ad h. l. Maim. ad Maasroth IV §. 5. Schebiith IX §. 1) i. e. جرجير *eruca*, brassica eruca Linn., εὔζωμον, ital. *ruchetta*, germ. *Rauke*, v. Dioscorid. II, 170. Schneider. ad Colum. II, 3, 29. Hor. Sat. II, 8, 51, et cf. in universum Celsii Hierob. 1, p. 459. Difficilior est locus Jes. XXVI, 19, ubi de spe resurrectionis כִּי טַל אוֹרֹת טַלֶּךָ *nam ros plantarum est ros tuus* i. e. recreabit ros Dei surrecturos instar roris plantas recreantis (cf. Sir. XLVI, 14. XLIX, 12 aliasque imagines a plantis ad mortuorum resurrectionem translatas Joh. XII, 24. 1 Cor. XV, 35 – 38. 42 – 44). Al. *rorem lucis* i. e. vitae, vel *rorem vivificantem* interpretantur, quod eodem fere redit. Cf. Comment. ad h. l. aliamque de hoc vc. sententiam s. rad. אָרַח.

אֻוּרָה plur. אֻוּרוֹת stabula pro אֻרְוֹת, v. sub אָרָה.

אֻרִי, אוּרִי (lux mea) N. propr. virorum 1) pater Bezaleelis artificis Exod. XXXI, 2. 1 Paralip. II, 20. 2) pater Geberi, praefecti Salomonis 1 Reg. IV, 19. 3) Levita, Esrae aequalis. Esr. X, 24.

אוּרִיאֵל (lux Dei) N. propr. 1) Levita e familia Kehathitarum 1 Paralip. VI, 9. XV, 5. 11. — Ibid. VI, 21 eodem contextu legitur צְפַנְיָה. 2) socer Rehabeami, 2 Paralip. XIII, 2, sed cf. אֲבִישָׁלוֹם pag. 10. Tanquam archangeli nomen in S. S. non legitur.

אוּרִיָּה (lux Jehovae) N. pr. virorum, 1) Chittaeus quidam, Bathsebae maritus, a Davide perfide interfectus. 2 Sam. XI, 3 sequ. 2) sacerdos, tempore Ahasi et Jesaiae Jes. VIII, 2. 2 Reg. XVI, 10 sq. 3) sacerdos Esrae coaevus, Esr. VIII, 33. Nehem. III, 4. 21. VIII, 4.

אוּרִיָּהוּ (lux Jehovae) N. pr. prophetae Jeremiae coaevi, iussu Jojakimi regis interfecti Jerem. XXVI, 20 sq.

יָאִיר (lucebit) N. pr. viri, unde חַוּוֹת יָאִיר nomen oppidi, v. s. חַוָּה.

מָאוֹר plur. מְאֹרִים Ezech. XXXII, 8 et מְאֹרֹת Gen. I, 14 — 16 m. 1) *lumen*. Ps. XC, 8: עֲלֻמֵנוּ לִמְאוֹר פָּנֶיךָ *abscondita nostra peccata* (ponis) *ante lumen vultus tui*. LXXIV, 16: הֲכִינוֹתָ מָאוֹר וָשָׁמֶשׁ *parasti lumen solemque*. מְאוֹר עֵינַיִם *lumen oculorum* Prov. XV, 30 i. e. oculi lucidi, hilares, cf. אוֹר Hiph. 1, a. De coeli luminibus, sole et luna Gen. I, 14 sq., eaque Ezech. XXXII, 8 מְאוֹרֵי אוֹר *lumina lucida* appellantur. (Arab. مصابيح lampades, de stellis Sur. LXVII, 5. Schult. ad Ispah. p. 11). מְנֹרַת הַמָּאוֹר candelabrum (in tentorio sancto) Num. IV, 9. 16. 2) *candelabrum*. Exod. XXV, 6. XXVII, 20. XXXV, 14.

מְאוּרָה f. in uno loco Jes. XI, 8 מְאוּרַת צִפְעוֹנִי *foramen viperae*. Proprie tale foramen esse videtur, per quod lux illabitur in cavernam, *Lichtloch*. Parall. חֻר פָּתֶן. Vulg. caverna. Syr. ܡܥܪܬܐ i. q. חֻר. Abulwalid: فهي جحرة وحفرته التي ياوى اليها وكذلك تسمى العرب الحفرة ايضا *latibulum est et foramen eius* (viperae), *in qua habitat, idemque vocabulum habent Arabes pro caverna vel foramine*. Ignorant quidem Lexica arabica vocem ماورة, et ne ار quidem, quod *cavernam* interpretatur Bochartus in Hieroz. T. II. p. 404 (Dschauharium fortasse secutus, non quem laudat Giggejum, in quo nihil eiusmodi est) in Camuso edito legitur, nolumus tamen propterea Abulwalidi auctoritatem in lingua patria derogare. Nisi placet etymon supra propositum, sumi potest מְאוּרָה esse i. q. מְעוֹרָה vel מְעָרָה, مغارة *caverna*. (Cf. sub א). — Chald. Saad. Kimchius, Aben Esra lumina i. e. *oculos lucidos* viperae intelligunt, et contortius etiam J. D. Michaelis lumina pro *tentaculis* cerastae dici opinatur, quae bestiae pro luminibus sint (Suppl. 52).

אוּשׁ Hithpa. הִתְאוֹשֵׁשׁ, v. sub אִישׁ. Aliud radicis vestigium est in nomine יְהוֹאָשׁ fort. Jehova donavit, ab אוּשׁ arab. آس donavit.

אוּת sive **אָוַת** rad. in Kal inusitata.

Niph. fut. יֵאוֹת, 1 pl. נֵאוֹת, 3 plur. יֵאוֹתוּ *consensit, morem gessit, obsecutus est alicui* 2 Reg. XII, 9, cum dat. pers. Gen. XXXIV, 15. 22. 23. Targ. סְפַס, ut alibi pro אָבָה. Kimchi: ענינו התרצות. Arabes hanc vim habent sub أتى אָתָה venit; Conj. III. آتى, pro quo vulgus واتى, quodque hebraice esset אוֹתָה Zoheir v. 38. Har. 38, 424. 39, 433 Sacy. E tertia hacce specie nova radix אוּת orta esse videtur, nisi mutatis punctis pro נֵאוֹת, יֵאוֹתוּ legere placet נָאוֹת, יָאוֹתוּ, quae formae ad Poël rad. אָתָה referri possint.

Abulwalides quoque radicem אות non admisit. — In loco 2 Reg. XII, 9 vulgaris significatus *morem gessit* egregie aptus est, neque opus, ut cum Eichhornio aliam radicem arcessas, nimirum أَتَّ lite vicit, convicit aliquem, unde Niphal esset: *convictus est*. Rege enim iubente subiectorum est morem gerere iussis, etsi non convicti sint.

אות *signum*, v. sub rad. אָוָה.

אָת chald. *signum*, v. ibid.

אות cum Suff. אוֹתִי, אוֹתְךָ, nota accus. v. אֵת no. I.

אָז *tunc*, v. sub אָזָה.

אֲזָא vel אֲזָה chald. *accendit, succendit*. Part. pass. אֲזֵה (ex Syriasmo pro אֲזֵה) accensus Dan. III, 22. Inf. מֵזָא pro מֶאֱזָא, מֵאזָא III, 19, c. Suff. מֵזְיֵהּ ibid. In Targ. Jonath. אזא legitur praeterea Jes. XLIV, 15 pro הִשִּׂיק, Hos. VII, 4 pro בָּעַר. Arabes habent radicem huic finitimam أَزَّ ferbuit, commovit, instigavit, it. ignem accendit, i. q. أَوْقَدَ Kamûs p. 695.

אֵזֶב rad. inusitata. Apud Arabes أَزَبَ est fluxit aqua Conj. V. diviserunt inter se, إِزَبٌ corpore brevis, pumilio, أَزَبَ non ruminavit camelus: quae quomodo inter se cohaereant, viderint alii. Unum monemus, quippe ad nostrum propositum pertinens. Nimirum أَزَبَ *Giggejus* transfert intonsus, hirsutus fuit, coll. أَزَبُّ hirsutus, et زَبَّ med. Kesr. pilosus, hirsutus fuit, procul dubio in Kamusi codice legens لم يجتر; sed in Kamuso impresso, in cuius usum multi codd. collati sunt, atque in Golii codice legebatur لم يجتر, quod praeferendum, quoniam vox esse dicitur camelo propria. Verba sunt: أَزَبَتْ الْإِبِلُ كَفرِحَ لَمْ يَجْتَرّ neque erat cur Golius sibi suoque codici diffideret, praesertim cum abunde nota sit Giggeji negligentia. Haec vero propterea disputavimus, ne אֵזוֹב hyssopum l. origanum, plantam non pilosam, a *pilositate* dictam esse in posterum existiment Hierobotanici nodumque in scirpo quaerant. Fortasse conferendum أَسَبَ IV. herbas protulit campus.

אֶזְבַּי (fort. pumilio) N. pr. viri 1 Paralip. XI, 37. Bohlenius (symb. p. 26) confert pers. اسپ equus, sed persicum etymon in nomine hominis ex Davidis aetate ferri vix poterit.

אֵזוֹב (per Syriasmum pro אֱזוֹב) *hyssopum* veterum, quo utebantur Hebraei in lustrationibus sacris Exod. XII, 22. Levit. XIV, 4. 6. 49. 51. 52. Num. XIX, 6. 18. Ps. LI, 9. E muro proveniens tanquam arborum fruticumve minimus cedro opponitur 1 Reg. V, 13 (al. IV, 33). De cauli eius intelligendus ὕσσωπος Joh. XIX, 29. LXX. Vulg. ubique ὕσσωπος. Chald. אזובא. Syr. ܙܘܦܐ, excepto loco 1 Reg., ubi ܚܡܨܐ i. e. ἀείζωον, plantae parietariae species. Apud Arabes pro hyssopo est زوفا, eaque voce utuntur interpretes, ubi in Graecis est ὕσσωπος, Ps. LI, 9. Hebr. IX, 19 (alia forma زاب et زوب est ap. Castellum p. 1016): sed pro אזוב in Pentateucho Saadias habet صعتر *origanum*, de quo postea. Aethiopicus interpres pro graeco ὕσσωπος Ps. l. c. dat ጸዘብ: idemque pro mentha, ἡδύοσμῳ Matth. XXIII, 23. — Hyssopum Graecorum descripsere Dioscorides III, 30, cf. Bodaeus a Stapel ad Theophr. hist. plant. p. 727, ac de variis hyssopi hebraici generibus plantisque cum eo commutari solitis disputarunt Talmudici Tract. Sabbath. 14. fol. 109. b. 16, fol. 128. a. Cholin cap. 3. fol. 62. b. Succa 1 fol. 13. a. Negain cap. ult. sect. 6. Ex his vero apparet, Hebraeos Graecosque hyssopi nomine non nostratium tantum hyssopum officinalem, sed similes etiam plantas aromaticas comprehendisse. Imprimis autem veteres Hebraei hoc nomine designasse videntur *origanum*, Arabum صعتر vel زعتر, cuius varia genera (Origanum indicum, Origanum creticum) in Palaestina et circa montem Sinam frequentissima sunt, atque ita praeter Saadiam hebraeum אזוב interpretantur Moses Maimonides, Abulwalides, Kimchius, Bartenora. Tanchum Hieros. Ms. אזוב اسم الصعتر وقرنيت اسطوخدس وهو صنف من الصعتر *Esob nomen est origani et Kornith, i. e. stoechadis, quae est species origani.* De קורנית *satureia* l. lavendula v. loca talmudica, de stoechade i. e. lavendula Diosc. III, 31. Plin. XXVIII, 31. De hac planta aromatica, nostratium *Dosten, Wohlgemuth*, praeter Hasselquistum, Prosperum Alpinum et Burckhardtum (*Reise nach Syrien*, vers. germ. p. 913. 1079), audiamus Jo. Veslingium in Observatt. ad Pr. Alpinum de plant. Aegypti p. 32, qui iconem quoque apposuit: „Adolescit haec eximia planta magnitudine *pedali*, caulis rectis satisque firmis (cf. 1 Reg. l. c. Joh. l. c.), cuius folia amaraci habitudine tenella, mollique velut lanugine respersa tactui blandiuntur .....

Flosculos producit quamplurimos, niveo candore lactescentes, qui per extrema caulium inter numerosa foliorum capitula prominent." Cf. Bochart. Hieroz. I, 587—593. Celsius I, 407 sq. J. E. Faber, in *Leipz. Analekten* T. I. p. 1 sq., Salmas. homonym. hyles iatricae cap. 19.

אֲזַד chald. nonnisi bis in eadem phrasi Dan. II, 5: מִלְּתָא מִנִּי אַזְדָּא et V. 8, praeterea in formula quadam talmudica non raro obvia אזדא פלוני לטעמיה (ex. gr. Meila fol. 40). Duplicem eius explicandi rationem iam veteres inierunt. Una est, ut אֲזַד sit i. q. אֲזַל abiit, et sententia locutionis vel: *res a me abiit* i. e. somnium e memoria excidit, vel, quod propter comm. 8. haud cunctanter praeferendum: *verbum* (i. e mandatum) *a me processit* i. e. rata sunt, neque revocabuntur, quae dixi (cf. IX, 23. Jes. XLV, 23). Theod. ὁ λόγος ἀπ' ἐμοῦ ἀπέστη, neque aliter Alex., in cuius contextum tamen V. 8. aliud interpretamentum intrusum est: καθάπερ οὖν προςτέταχα, οὕτως ἔσται. Gr. Venet. ὁ λόγος ἀποχώρησέ μευ. Vers. hebr. יצא ממני הדבר. Vulg. *sermo recessit a me.* Saadias in comment. אזדא כמו אזלא. Tanch. تقدّم منّي وسبق *progressum est a me et processit.* Formula illa talmudica adhibetur, ubi Doctor aliquis relicta aliorum, quam prius secutus fuerat, sententia suam ipsius sententiam sequitur, eaque transferenda est: *discessit in suam ipsius sententiam.* Baal Aruch explicat: יצא נפק, Kimchius הלך, et eodem redeunt Saadias et Tanch. Hieros. Ille enim לשון חזוק *obfirmationem notat,* hic رجع من رأيه ورد عنه *rediit ab opinione et reprobat eam.* Ad commendandam priorem hanc rationem addimus, ד et ל etiam alibi commutari, quanquam raro, ut in δάκρυον lacryma, ἀδάμας arab الماس, et apud Zabios אשד inveniri pro *venit* (v. Norberg in Stäudlins *Beytr.* III, p. 28), quanquam hanc scripturam certam esse non spoponderim. — Qui alteram rationem sequuntur, his אזד est *firmus fuit,* iique transferunt: *verbum a me* i. e. verbum meum *firmum est* i. e. semel pronuntiatum ratum erit, eodem, quem supra posuimus, sensu. Syr. ܡܠܬܐ ܕܐܡܪܬ ܥܫܝܢܐ *firmum est verbum, quod dixi.* Saadias: ויש אומרים אזדא לשון תוקפא כמו זדון ויתכן אזדא ואזדא רבא לטעמיה לשון חוזק *sunt, qui dicant,* אזדא *robur s. firmitatem notare q. d. data opera* (dixi) *et ratum erit, quemadmodum in Talmude* ואזדא רבא לטעמיה *obfirmationem notat,* Aben Esra: יש מלות רבות לשון כשדי פירושים לפי טעם המקום לפי טעמי קיימא ואמת הוא וטעם זאת המלה היא התקיים *i. e. multa verba chaldaica ex contextu explicanda sunt. Asda de mea sententia certum verumque notat, ut sententia sit: verbum ratum est.* In hanc sententiam conferunt arab. وصد i. e. *firmus fuit,* permutatis ז et צ, et verbo פא et في: sed priorem illam praefero. — Quod attinet ad formam, אַזְדָּא est part. fem. formae חָשְׁחָא Esra VI, 9 a masc. אָזֵד (פָּעֵל), et in formula talmudica st. emphaticus. Aliis 3 fem. praet. pro אָזְדַת vel nomen fem. robur, firmitas.

אָזָה rad. inusit. Eius analogiam sequitur

אָז pr. nomen *tempus* significans (fere ut עֵד), hinc in accus. *eo tempore, tunc.* Apud Chaldaeos respondet אֱדַיִן, בֵּאדַיִן q. v., Sam. ࠀࠆ, ࠀࠆࠉࠍ, apud Arabes إذْ tunc, eo tempore, unde compositum إذّاكَ pro إذْذاكَ et cum aliis nominibus يومئذٍ tunc diei, حينئذٍ tunc temporis, praeterea إذْ et إذًا pr. tunc, germ. *da*, gall. *alors*, in apodosi *ecce! siehe da so* — et pro إذا أن *lorsque, quum,* pro *tunc, quum,* ex quibus omnibus (more enim nominum inflectuntur casusque admittunt) vocabuli natura nominalis, quam etiam admittit de Sacy (gramm. arabe I. p. 322. 857), manifesto apparet. Sequitur illud, ut diximus, analogiam verborum לה et لي vel لو, neque tamen ulla probabili ratione ad radicem verbalem revocari potest. Temere certe Willmetus (in Lex. arab.) id refert ad rad. أذى laesit, cui secandi vim tribuit, ut sit articulus temporis resectus, *Zeitabschnitt:* et inepte prorsus Schultensius (ad Prov. VIII, 22) ne salva quidem orthographia ad أزى recurrit q. e. in conj. III aequali situ ex adverso respondit, commensus et par fuit, coll. وزى congruit, et proprie illud notare vult articulationem et aptam commensurationem, id vero esse articulum temporis. Si novam desideras coniecturam, אָזָה fortasse idem fuit quod עָדָה transiit, unde אָז tempus, quemadmodum עַד ab עָדָה). Iam vero אָז Hebraeorum est 1) *tunc, damals,* de tempore praeterito, c. praet. Gen. IV, 26: אָז הוּחַל לִקְרֹא בְּשֵׁם יְהוָה *tunc coeptum est invocari nomen Jehovae.* Jos. X, 33. Judd. XIII, 21. 2 Sam. V, 24. 1 Reg. VIII, 12. 2 Paralip. VI, 1. VIII, 12. 17, nec non cum futuro praeteriti vices gerente. Exod. XV, 1: אָז יָשִׁיר מֹשֶׁה *tunc temporis cecinit Moses.* Jos. X, 22: אָז יְדַבֵּר יְהוֹשֻׁעַ *tunc locutus est Josua.* Deut. IV, 41. Num. XXI, 17. 1 Reg. IX, 11. XVI, 21. 2 Reg. VIII, 22. XV, 16. XVI, 5. 2 Paral. XXI, 10. Ps. CXXVI, 2 cet. Cf. locum Aben Esrae, *Lehrgeb.* pag. 773. Arabice pro *veni ad te, cum surrexisset Saidus* dici potest جئتك إذ قام زيد, et إذ يقوم زيد. — 2) *tunc, dann, alsdann, da,* de tempore futuro, c. c. futuro, quod vim suam retinet. Exod. XII, 48. Ps. II, 5. XIX, 14. XCVI, 12. Jes. XXXV, 5. 6. XLI, 1. LX, 5. Job. III, 13. XIII, 20. XXXIII, 27. Zeph. III, 9 cet. Nonnunquam etiam cum praeterito, ubi futurum praecessit. Iudd. V, 11: אָז יָרְדוּ לַשְּׁעָרִים עַם יְהוָה *tunc ad portas* (suas) *descendat populus Jehovae,* ubi multi legendum duxerunt יֵרְדוּ. Exod. XV, 15. Aliquoties apodosin incipit, ubi praecessit אִם

vel לוּלֵי ut germ. da, so. Job. IX, 31. Prov. II, 5. Ps. CXIX, 92. — 3) *tunc* pro *ideo, propterea.* Ps. XL, 8. Jerem. XXII, 15.

מֵאָז, raro מִן אָז Jer. XLIV, 18 (arab. مُنْذُ, مُنْذُ et contr. مُذْ, مُذ ex (من اذ) 1) adverb. *a tempore maxime inde a longo tempore, von Alters her.* Prov. VIII, 22. Ps. CXLI, 2, hinc *olim, antea.* 2 Sam. XV, 34. Jes. XVI, 13. XLIV, 8. XLV, 21. XLVIII, 3. 5. 7. Parall. מֵעוֹלָם. 2) Praep. et Conj. *ex* (aliquo) *tempore, des-lors, seit,* c. c. subst. Ruth. II, 7: מֵאָז הַבֹּקֶר וְעַד עַתָּה *ex tempore matutino et usque adhuc.* Ps. LXXVI, 8: מִי יַעֲמֹד לְפָנֶיךָ מֵאָז אַפֶּךָ *quis stabit coram te ex tempore irae tuae?* i. e. ex quo semel exarsit ira tua. Egregie Chald. מִמִּדַּן דְּיִתְקוֹף רוּגְזָךְ. Bene etiam LXX: ἀπὸ τῆς ὀργῆς σου. Cum Infinitivo Exod. IV, 10: מֵאָז דַּבֶּרְךָ *ex quo loqueris.* Jos. XIV, 10. Cum verbo finito, pr. pro מֵאָז אֲשֶׁר vel מֵאָז כִּי, Exod. V, 23: מֵאָז בָּאתִי אֶל פַּרְעֹה *ex quo veni ad Pharaonem.* Gen. XXXIX, 5.

Not. Sunt, qui coll. arab. أَزَّ *fragorem strepitumque edidit, vehementius commovit* aliud statuant nomen אָז, quod analogiam verborum ע״ע sequatur, et proprio *fervorem, aestum* notet; quo referunt Ps. LXXVI, 8: „*ab aestu irae tuae.*“ Iudd. V, 8: אָז לָחֶם שְׁעָרִים „(cum) *vehementia bellatum est ad portas.*“ Job. III, 13: אָז יָנוּחַ לִי „*dolor bulliens conquiesceret mihi.*“ V. Schult. ad Job. l. c. Lette ad Judd. l. c. J. J. Schultens in Diss. Lugdd. II, 118, quos sequuntur recentiores quidam, quanquam nihil fere esse potest illa horum locorum interpretatione incommodius, ne dicam insulsius.

אֲזַי (formae דְּוַי) i. q. אָז *tunc,* et ante apodosin ut germ. *da, so.* Ps. CXXIV, 3. 4. 5. Conferri potest arabica forma إِذَنْ. Sequioris Hebraismi esse videtur, et simile est chald. אֱדַיִן.

I. אָזַל fut. יֵאזֵל (unde תֵּזְלִי Jer. II, 36) et cum dat. pronominis pleonastico, ut alia verba eundi, אָזַל לוֹ Prov. XX, 14 1) *abiit, discessit* Prov. l. c. Jer. II, 36. 2) *defecit,* de aqua deficiente vel exarescente Job. XIV, 11, de cibo deficiente in vasis (c. c. מִן, cf. כָּלָה) 1 Sam. IX, 7, de viribus deficientibus Deut. XXXII, 36 (ubi אָזְלַת est per Chaldaismum pro אָזְלָה).

In dialectis Aramaeis אֲזַל, ܐܙܠ, [Samaritan] abeundi et proficiscendi vi frequentatur, apud Syros etiam c. dat. pleon. ܙܠ ܠܟ *abi,* ut gall. *va t'en* Gen. XII, 1. Matth. XVI, 23. Arabes eius loco habent radicem vicinam زَالَ pro زَوَلَ dimovit, et fut. A. abiit loco, defecit, desiit, cessavit. Sub consonis אזל conferri potest أَزَلٌ aeternitas, vita aeterna, cf. אָבַד et أَبَدٌ aeternitas. Denique cognatum est عزل semovit, dimovit, et intrans. descivit. Conj. III. discessit, recessit. Coniecturas etymologicas ab A. Schult. ad Prov. XX, 14 et Scheid. in observatt. etym. propositas suis auctoribus relinquimus.

אֲזַל chald. 1) *ivit, profectus est* Esr. IV, 23. V, 8. 15. Dan. II, 17. 24. VI, 20. 2) *abiit* Dan. VI, 19. Imperat. אֵזֶל pro אֱזַל per Syriasmum. Esr. V, 15.

אֶזֶל m. abitus, discessus, v. s. אֶבֶן no. 7, litt. a.

II. אָזַל *nevit, texuit* i. q. aramaeum עֲזַל (in Targg. pro טָוָה), ܥܙܠ, et arab. غزل, א et ע inter se permutatis. Sub Aleph Talmudici habent אִזְלָאָה textor, אִירְלָא rete, et Syri ܐܙܠܐ rete.

Pu. part. מְאוּזָּל textum. Ezech. XXVII, 19. (Vett. interpp. pro nomine proprio id habuere. LXX. ἐξ Ἀσήλ. Vulg. *Et Mozel.* Aqu. et Syr. *de Uzal,* pro מֵאוּזָל, approbante Michaeli in Spicileg. II, 164 sq.).

אוּזָל m. urbs vel regio Arabum Joctanidarum (Gen. X, 27), posthac Sanaa (صنعا) dicta, quae est regni Jemenitici metropolis. Kamus pag. 1388 s. rad. ازل: آزال كسحاب اسم صنعا اليمن او بانيها i. e. آزال *nomen Sanaae jemeniticae aut conditoris eius.* Dschauharius regem Himjaritarum أزلي i. e. ab Asalo oriundum vel Usalensem nominat. Adde testimonia docti Muhammedani ex India ap. Niebuhrium (descr. Arabiae p. 291), et Abrahami Zachuth apud Bochartum (Phaleg. II, 21). Etiamtum seculo post Christum sexto nomen antiquum viguit, quemadmodum intelligimus ex Joannis, episcopi Syri, verbis, qui ܐܘܙܠܝܐ i. e. Uzalios in Arabiae felicis populis memorat (Assemani bibl. orient. T. I. p. 360). Descriptionem urbis, quam Abulfeda ponit sub gradu latitudinis 14°, 30', Niebuhrius αὐτόπτης et mathematicus sub 15°, 22', dederunt Edrisi Clim. I. p. 6, Bakui in Notices et Extraits II, 403. Abulfeda in tab. Arabiae p. 42. Gagn. Niebuhr et l. c. itin. I, 418—423, Seetzen (*Monatl. Corresp.* XXVII, 235). Nostra demum memoria Sanaa pro dolor! Seetzenio, qui ab eius Imamo veneno interfectus est, fatalis facta est. In cod. Sam. pro אוזל legitur [Samaritan]. Auzaram Ptolemaei et Ausaritas Strabonis et Plinii (XII, c. 16) nequaquam cum Usala nostra comparandos esse recte monuit Mannertus (VI, p. 88): et minus etiam

huc referendum est ܐܘܙܢ in libris Zabiorum (v. Norb. Onomast. 3).

I. אָזַן rad. in Kal inusitata (vid. tamen N. propr. אֲזַנְיָה). Arab. أَذِنَ significationes habet denominativas ab أُذْنٌ auris, *aures praebuit*, *auscultavit*, ἐνωτίζειν, *obsecutus est*, it. accepit, cognovit Cor. 2, 279. Conj. II. IV. certiorem fecit. Sic apud Hebraeos

Hiph. הֶאֱזִין ἐνωτίζειν, i. q. שָׁמַע sed in sermone sublimiore 1) *auscultavit*. Ponitur vel nude Deut. XXXII, 1. Iudd. V, 3, vel cum accus. ut sit *auribus percepit* Gen. IV, 23. Job. XXXIII, 1, vel est i. q. *aures advertit* et constr. c. לְ Job. XXXIV, 2. 16. Exod. XV, 26. Ps. LIV, 4. אֶל Ps. LXXVII, 2. Jes. LI, 4, עַל Prov. XVII, 4, עַד Num. XXIII, 18. Job. XXXII, 18. — 2) *exaudivit*, de Deo Ps. V, 2. XVII, 1. XXXIX, 13. — 3) *obedivit*, *obsecutus est* Neh. IX, 30. 2 Paral. XXIV, 19. Exod. XV, 26. — Aleph huius verbi interdum quiescit et abiicitur, ut in Part. מֵזִין Prov. XVII, 4 pro מַאֲזִין vel מֵאֲזִין, et 1 fut. אֲזִין pro אַאֲזִין Job. XXX, 11.

II. אָזַן i. q. وزن *ponderavit*, unde מֹאזְנַיִם bilances.

Pi. אִזֵּן metaph. *ponderavit*, *perpendit*. Eccles. XII, 9. Sequitur synonymum חִקֵּר. Rabbin. אָזַן ponderari, probari (in mathesi), idque nostro loco recte adhibent Abulwalides et Kimchius, quandoquidem usus loquendi Ecclesiastae ad Rabbinismum proclivis est. Et ille quidem ita: אזן וחקר وزن الامور وعدلها واستقصاها. وبحث عنها وقسطها تقسيطا i. e. אִזֵּן *Kohel. XII, 9 valet i. q. ponderavit res et comparavit eas diligentia usus, it. disputavit de iis et probe eas perpendit.* — Alii, ut Aquila, Gr. Venet. Syr. Chald. אָזַן reddunt *auscultavit*, הֶאֱזִין, ut rabbin. אָזַן et arab. أَذِنَ. Eichhornius (*Einleit. in das A. T.* §. 658): legit, pr. recitari sibi iussit, citra linguae usum.

III. אָזַן i. q. chald. אָזַן (Jes. XXXIII, 4 Targ.) *armavit*, conf. زان med. Je ornavit, vel potius aram. זַיֵּן, ܙܝܢ, ዘየነ armavit, unde אֲזֵנֶךָ et אֲזֵנִים arma, זַיִן, ܙܝܢܐ, آلة cultus, i. e. arma. Hinc

אָזֵן m. *supellex*. Deut. XXIII, 14: וְיָתֵד תִּהְיֶה לְךָ עַל־אֲזֵנֶךָ *et palam habeas in supellectile tua*, ubi 29 codd. Kennicott. et 27 Rossiani in Plur. legunt אזניך, quidam אזניך. (Male LXX. Vulg. ἐπὶ τῆς ζώνης σου, *in balteo*, legentes אזור, neque erat, cur hoc commendaret Driessen in Diss. Lugdd. p. 1076). In Plur. אֲזֵנִים essent utensilia, vasa, instrumenta, singularis vero collective accipiendus et propter difficultatem, ni fallor, praeferendus est. Cf. אֲזֵנֶיךָ arma. Arma autem, vasa, reliquaque utensilia saepius eodem vocabulo denotantur, cf. hebr. כֵּלִים, et quae ibi adnotavimus.

אֹזֶן dual. (qui etiam pro plurali est) אָזְנַיִם, constr. אָזְנֵי f. *auris* v. אָזַן no. I (Arab. أُذْنٌ, أُذُنٌ, aeth. እዝን: Chald. אוּדְנָא, אוּדְנִין, contr. אוּנָא, Syr. ܐܕܢܐ, ܐܕܢܐ, Zab. ܐܕܢܐ) Exod. XXIX, 20. Levit. VIII, 23. XIV, 14. 1 Sam. XX, 2. XXII, 8 cet. cet. Formulas cum hac voce compositas exposuimus sub verbis גָּלָה, נָטָה Hiph., בָּרָה, פָּתַח דִּבֶּר בְּאָזְנֵי פְלֹנִי *locutus est ante aures alicuius* i. e. coram aliquo et eo audiente Gen. XX, 8. XXIII, 16. XLIV, 18. Exod. X, 2. Jos. XX, 4. Jud. XVII, 2. Proinde Jes. V, 9: בְּאָזְנַי יְהוָה *ante aures meas* (dixit) *Jehova*. Cf. XXII, 14. שׂוּם בְּאָזְנֵי פ׳ in auribus alicuius reponere, pro auribus percipiendum et in mente reponendum alicui tradere Exod. XVII, 14. (Ita saepius auri tribuitur, quod menti competit, ut Job. XII, 11: *en auris explorat verba, ut palatum cibum*. XXXIV, 3. Prov. XVIII, 13). שָׁמַע בְּאָזְנָיו auribus suis audivit, emphatice Ps. XLIV, 2. Job. XXVIII, 22.

אָזְנִי (fors. auritus) N. pr. viri, filii Gadi patriarchae Num. XXVI, 16. Sed eadem serie Gen. XLVI, 16 legitur אֶצְבֹּן.

אֲזַנְיָה (quem Jehova exaudit) N. pr. viri Neh. X, 10.

אֻזֵּן שֶׁאֱרָה (auris, vel potius angulus Scheërae, coll. aethiop. ምእዝንት: et መእዘንት: angulus, extremitas rei) vicus, vel aula dicta a Scheëra, Ephraimi filia 1 Paral. VII, 24.

אַזְנוֹת תָּבוֹר N. pr. urbis in tribu Naphtali Jos. XIX, 34, proprie aures i. e. fastigia vel vertices Taboris. Cf. aethiop. מאזנת de fastigio templi Luc. IV, 9. אַזְנוֹת pluralem habet formam, non dualem, propter usum ad res inanimatas translatum. V. *Lehrgeb.* 539.

יַאֲזַנְיָה (quem Jehova exaudiet) Nom. propr. 1) Rechabitae cuiusdam Jerem. XXXV, 3. 2) viri principis tempore Ezechielis, Ezech. XI, 1.

יַאֲזַנְיָהוּ (id.) 1) vir e proceribus Judae tempore Jeremiae, filius Maechati 2 Reg. XXV, 23, qui Jerem. XL, 8 יְזַנְיָהוּ, ibid. XLII, 1 יְזַנְיָה scribitur. 2) alius, Ezechieli coaevus, filius Saphan Ezech. VIII, 11.

מֹאזְנַיִם (ab אָזַן no. II) dual. *bilanx*, *libra*, *trutina*. Arab. مِيزَانٌ, Zab. ܡܘܙܢܐ id. Jes. XL, 12. 15.

Job. VI, 2. Ps. LXII, 10: בְּמֹאזְנַיִם לַעֲלוֹת *ita ut ascendant in bilance*, propter levitatem. — מֹאזְנֵי צֶדֶק libra iusta, aequa Levit. XIX, 36. Job. XXXI, 6. Ezech. XLV, 10, cui opponitur מֹאזְנֵי מִרְמָה libra fallax Prov. XI, 1. XX, 23. Differt a פֶּלֶס, quod vide.

מֹאזְנַיִן chald. id. Dan. V, 27.

אֲזִקִּים v. זִקִּים sub rad. זָקַק.

אָזַר fut. יֶאֱזֹר Jer. I, 17 cum Suff. יַאַזְרֵנִי Job. XXX, 18 *cinxit* it. *cinctus est*, *cinxit se*. Arab. أَزَرَ validus, robustus fuit, sed nescio an itidem pr. sit cinctus fuit. Verba enim ligandi referuntur ad robur, vid. קָשַׁר. Conj. II. cinxit, induit tegumento corpus. Conj. III. roboravit, adiuvit Cor. XLVIII, 29. Cf. עָזַר. Vicina radix est אָסַר ligavit cf. Job. XII, 18, synonyma חגר. Dicitur 1) de veste, qua quis cingitur, c. accus. pers. Job. XXX, 18. 2) c. acc. membri cingendi Job. XXXVIII, 3: אֱזָר־נָא חֲלָצֶיךָ *cinge lumbos tuos*. XL, 7. Jer. I, 17, et 3) c. accus. cinguli vestisve, qua quis cingitur. 2 Reg. I, 8: אֵזוֹר אָזוּר *accinctus cingulo*, et trop. 1 Sam. II, 4: אָזְרוּ חָיִל *robore cincti sunt*. Cf. לָבַשׁ et alia verba induendi.

Niph. part. נֶאְזָר accinctus Ps. LXV, 7.

Pi. cinxit, cum duobus accusativis, altero personae, altero cinguli. Ps. XVIII, 33. 40: וַתְּאַזְּרֵנִי חַיִל לַמִּלְחָמָה *cinxisti me robore ad bellum*. XXX, 12: וַתְּאַזְּרֵנִי שִׂמְחָה *cinxisti* l. circumdedisti *me gaudio*. Jes. L, 11: מְאַזְּרֵי זִיקוֹת *cincti* i. e. *armati telis ardentibus*. De constructione huius generis verborum cum duobus accuss. cf. *Lehrgeb.* §. 219, 1.

Hithpa. accinxit i. e. *armavit se*, *bellum paravit* Jes. VIII, 9, cum accus. Ps. XCIII, 1 (robore). Hinc

אֵזוֹר (per Syriasmum pro אֱזוֹר) *cingulum*, *subligaculum* Jerem. XIII, 2 sq. 2 Reg. I, 8. Ezech. XXIII, 16. Jes. XI, 5, veluti militis Jes. V, 27, captivi Job. XII, 18. Vulg. in h. l. *funis*. (Arab. إِزَارٌ subligaculum interius, quo velantur femora et pudenda, it. nudi corporis tegumentum).

אֶזְרוֹעַ brachium, v. s. זָרַע.

אֶזְרָח indigena, v. s. זָרַח.

אָח I) interj. v. sub אָחָה. II) *olla*, v. ibid. III) *frater*, v. s. אָחָה.

אַחִים v. sub. אָחָה.

אַחְאָב Ahabus, v. sub אָח frater, rad. אָחָה.

אָחַד rad. in Kal inusitata, cuius vices explet יָחַד, وحد unitus, coniunctus fuit.

Hithpa. univit, *coniunxit se*, Ezech. XXI, 21: הִתְאַחֲדִי pr. *uni te* (ensis triplicis aciei, cf. Vers. 19) i. e. *coniunctis viribus grassare*, vel (sec. parallelismum verbi הָשִׂימִי adverte sc. animum) *collige te* i. e. attentus sis, *nimm dich zusammen*. Abulwalid: התאחדי הימיני تفسيرها استاحدى اى انفردى باحدى الجهات وقال استحد الرجل اذا انفرد i. e. התאחד Ezech. XXI, 21 *idem valet quod arabicum* أحد *Conj. X*, *nimirum secede in unam partem*, *dicitur enim de aliquo* استأحد, *quando secessit et seorsum est*. Atque sic Kimchius: התבודדי באחד המקומות. Nos vero cum Schnurrero (dissertt. 464) malumus transferre *animum adverte* ex illo usu coniugationis استأحد, quo valet *animum addixit advertitque* et *operam dedit*, sic satis consentiente Tanchumo qui verba reddit تاملى وتعقلى *attente considera et prudenter age*. Nonnulli codd. vel vere habent, vel habere visi sunt התאחרי *ad tergum verte te*, obstante parall. הָשִׂימִי. Alex. Vulg. ὀξύνου, *exacuere*, quasi sit a radice cognata חדד.

אֶחָד constr. אַחַד m. אַחַת in Pausa אֶחָת f. (v. not.) 1) *unus*, *una*, *unum*. Gen. I, 9. II, 24. XI, 6. XXVII, 45 et sexcenties. (Sam. ࠀࠇࠃ, Chald. et Syr. חַד, ܚܕ, Arab. أَحَدٌ fem. إِحْدَى, aethiop. አሐዱ: f. አሐቲ: unus, una). Jes. L, 2: כִּי אֶחָד קְרָאתִיו *nam tanquam unum vocavi eum* (Abrahamum) qui unus, solus erat (cf. Malach. II, 15). LXVI, 17: *qui lustrantur et purificantur in hortis* אַחַר אַחַד בַּתָּוֶךְ *post unum in medio*, i. e. unum secuti sc. sacerdotem choragumve, qui ceremonias sacras caeteris praeit (sed vide copiosius de h. l. disputata in Comment. nostro). Saepe *unus* valet a) i. q. *idem* Gen. XL, 5. XLI, 11. Job. XXXI, 15: וַיְכֻנֶנּוּ בָּרֶחֶם אֶחָד *creavit nos in utero idem* (Deus). b) *aliquis*, *nonnemo*. אַחַד הָעָם *nonnemo ex populo* Gen. XXI, 15. XXII, 2. XXVI, 10. אֶחָד מֵאֶחָיו unus e fratribus suis Levit. XXV, 48. יוֹם אֶחָד aliquis dies Zach. XIV, 7. לֹא אֶחָד et אֵין אֶחָד nullus, nemo. Num. XVI, 15. 1 Reg. VIII, 56. Hinc saepe pro articulo, quem vocant indefinitum vel unitatis, nostr. *ein* (Mensch), *un homme*, *a man*, in sequiore maxime Hebraismo. 1 Reg. XX, 13: נָבִיא אֶחָד προφήτης τις, Dan. VIII, 3: אַיִל אֶחָד. 1 Reg. XIX, 4. Ezech. VIII, 8. XXXVII, 16. Dan. X, 5, ita quoque, ut אֶחָד praecedat, Dan. VIII, 13: אֶחָד קָדוֹשׁ *angelus quidam*, τις ἄγγελος,

et sequente Genitivo Gen. XXXVII, 20: בְּאַחַד הַבֹּרוֹת in unam cisternarum i. e. in cisternam quandam. 2 Sam. VI, 20. XIII, 13, aliquoties etiam in antiquioribus libris Gen. XXII, 13 (si legis אַיִל אֶחָד). Exod. XXIX, 3. 1 Sam. I, 1. Job. II, 10: אַחַת הַנְּבָלוֹת *una stultarum*, simpliciter pro *eine Thörin*. Frequentatur hic loquendi usus apud Syros, imprimis ita ut ܚܕ praecedat, veluti ܚܕ ܟܬܒܐ *liber* Barhebr. p. 233, ܚܕܐ ܒܪܬܐ ܙܥܘܪܬܐ filia parva p. 424 lin. 6, ܚܕ ܝܘܡܐ die quodam, ܚܕ ܙܒܢ ܚܕ ܫܥܬܐ Barhebr. p. 165, lin. 2, neque aliter in lingua arabica vulgari, ut واحدة صاحبة مال *femina quaedam dives*, in Elf Kharafa, adeoque apud Sinenses, quibus ĭ *unus* pro articulo indefinito est, ex. gr. ĭ-*gó-jin*, *unus homo* pro ἄνθρωπός τις.

2) *unicus* in suo genere, *eximius*, *incomparabilis*. Job. XXIII, 13 de Deo: כִּי הוּא בְאֶחָד *nam ille* (est) *Unicus*. ב est Beth, quod dicunt, essentiae. „Ei nonnihil lucis addet forte, quod in Camuso enotatum الأحد لا يوصف به الا الله سبحانه وتعالى *Unus ille* אלאחד *cum art. nemo insignitur nisi Deus ter Opt. Max.* Nec non quod Gjauharius observavit Alcor. Sur. 112 قل الله احد *Dic, Deus, Unus*, etiam sine articulo venire ut nomen Dei absolutum, qui solus vocari Unus queat." Schultens ad h. l. Ezech. VII, 5: רָעָה אַחַת רָעָה *calamitas, unica calamitas*, i. e. eximia, singularis. (Ita enim, ut fecimus, verba iungenda sunt praeeuntibus iamiam accentibus, minime ut vulgo fit: *malum unicum, malum*. Caeterum nonnulli codd. cum Chald. et Syro dant אחר: malum post malum). Judd. XVI, 28: נְקַם אַחַת pr. *vindicta unici* i. e. unica (*Lehrgeb.* p. 644). „Camus, يقال للامر المتفاقم احدى الاحد واتى باحدى الاحد اى بالامر المنكر العظيم *dicitur de re gravi, unica unici* [fort. rectius unicum unici, i. e. maxime unicum, peculiare]; *itemque*, *intulit unicam unici i. e. rem iniquam et molestam.* Apud Harir. Cons. 29 [p. 312 Sacy]: احدى الكبر وام العبر *unica gravium rerum et mater exemplorum* pro *atroci casu*. Adde Tim. p. 3. Tebrizius ex Hamasa laudat ex Bochterio: واجشمته وبيت الله احدى المنكرات *et imposui ei aedepol unicam monstrosorum casuum*." Schult. ad Job. IX, 22. Cf. praeterea وَحُدَ unicus, incomparabilis fuit, وَاحِدٌ unus, nec non unicus, incomparabilis, واحد دهره phoenix seculi sui, وحيد العصر id. Arabsiad. I, 32 Mang., احد الاحدين, آحاد الناس unici inter homines, ibid. II, 16, واحد الاحاد vir rarus, eximius. Atque sic in bonam partem Cant. VI, 9: אַחַת הִיא יוֹנָתִי תַמָּתִי אַחַת הִיא לְאִמָּהּ *unica* (est) *illa, columba et integra mea, unica illa matri suae* i. e. unice, prae caeteris dilecta, *der Liebling ihrer Mutter*. Parall. בָּרָה. Cf. יָחִיד.

3) *primus, a, um*, sed nonnisi in numerandis mensium diebus. Esr. X, 16. 17: בְּיוֹם אֶחָד לַחֹדֶשׁ הָעֲשִׂירִי *die primo mensis decimi*. III, 6. VII, 9. Nehem. VIII, 2. Hagg. I, 1, et saepius etiam omisso יוֹם 2 Paralip. XXIX, 17: בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ (die) *primo mensis*. Gen. VIII, 5. 13. Lev. XXIII, 24. Num. I, 1. 18. XXIX, 1. XXXIII, 38. Deut. I, 3. Ezech. XXVI, 1. XXIX, 17. XXXI, 1. XLV, 18. Conf. de diebus mensium arab. أَحَدٌ, آحَادٌ, أُحْدَانٌ *uni* pro *primi* i. e. feriae primae, neomeniae; de diebus septimanae in N. T. μία τῶν σαββάτων Act. XX, 7. 1 Cor. XVI, 2, apud Arabes يوم الاحد dies primus (septimanae), v. Golius et Pococke *spec. hist. Arabum* p. 318. Jes. LVII, 2 tit., LX tit. T. t. III, 8 tit., et Syros ܚܕ ܒܫܒܐ dies dominica. In annis numerandis dicitur שְׁנַת אַחַת pr. *annus unius s. unitatis*, pro *annus primus*. Dan. IX, 1. 2. Esra I, 1. (cf. שְׁנַת שְׁתַּיִם), fere ut germ. *das Jahr Eins, Zwey*, pro *das erste, zweyte Jahr*. Atque sic legitur in nonnullis siclis iudaicis: שנת אחת לגאלת ישראל *anno primo liberationis Israëlis*, F. P. Bayer de nummis Samaritanis tab. I., no. 3. 4. 5. p. 171. Praeter phrases notatas אֶחָד nunquam valet i. q. רִאשׁוֹן primus, neque erat, cur Hensleeus aliique מֶלֶךְ אֶחָד Jes. XXIII, 14 redderent *rex primus*. Quando plures res deinceps numerantur, pro *primo* dici quidem potest אֶחָד, at tum numerale cardinalis naturam non exuit, quemadmodum latine dicitur: *unus, alter, tertius* (Suet. Octav. 101), et graece: *μία, δευτέρα* pro *πρώτη, δευτέρα*. Apoc. VI, 1 sq. Cf. Hom. Il. 16, 173 et Eurip. Bacch. 680:

ὁρῶ δὲ θιάσους τρεῖς γυναικείων χορῶν,
ὧν ἦρχ' ἑνὸς μὲν Αὐτονόη· τοῦ δευτέρου
μήτηρ Ἀγαυὴ σή· τρίτου δ' Ἰνὼ χοροῦ.

Ita explicandum יוֹם אֶחָד Gen. I, 5, in quo iam mire argutati sunt Josephus (Archaeol. I, 1. §. 1) et Philo (de opificio mundi, ed. Pfeiffer I, pag. 9) cf. II, 10. Job. XLII, 14. Exod. I, 15. Ruth. I, 4.

4) Ubi repetitur, אֶחָד, אֶחָד est: *unus, alter* Exod. XVII, 12. XVIII, 3. Lev. V, 7. Num. VI, 14. Judd. XVI, 29, it. tertius 1 Sam. X, 3. Vel distributive usurpatur de singulis. Num. XIII, 2: אִישׁ אֶחָד אִישׁ אֶחָד — תִּשְׁלָחוּ *singulos viros — mittatis*. XXXIV, 18. Sic arabice واحد واحد et واحدا واحدا de singulis, syr. ܚܕ ܚܕ Marc. XIV, 19. Luc. IV, 40, neque aliter sinice ĭ — ĭ.

5) כְּאֶחָד sicut unus i. e. *una, simul*. Esra II, 64: כָּל־הַקָּהָל כְּאֶחָד *totus coetus unà*. III, 9. VI, 20. Eccles. XI, 6: שְׁנֵיהֶם כְּאֶחָד *uterque pariter, alle beyde*. Jes. LXV, 25: זְאֵב וְטָלֶה יִרְעוּ כְאֶחָד *lupus et agnus pascentur una*. Idem est כְּאִישׁ אֶחָד (v. אִישׁ no. 1. litt. o). Cf. chald. כַּחֲדָא (v. sub חַד) et graecum καθ' ἕνα 1 Cor. XIV, 31. Aethiop. dicitur ኅቡረ: *simul*. Arab. كالنفس الواحدة instar animae unius, dicitur de mutuo consensu, Har. IV, p. 6. ibique Schultens.

6) אַחַת ellipt. pro פַּעַם אַחַת *una vice, semel* 2 Reg. VI, 10. Ps. LXII, 12. Job. XL, 5. Cf. Syr. ܚܕܐ 2 Reg.

IV, 15, plenius ܚܕܐ ܙܒܢܐ, chald. חֲדָא, et plenius חֲדָא זִמְנָא Exod. XXX, 10 Onk. et Pseudojon., 2 Reg. IV, 35.

7) בְּאַחַת a) i. q. אַחַת sub no. 6. *semel*, Num. X, 4. Job. XXXIII, 14. b) i. q. syr. ܐܝܟ ܚܕܐ una, ut כְּאֶחָד Jerem. X, 8. c) subito l. prorsus, *auf einmal*. Prov. XXVIII, 18. Vulg. semel.

8) לְאֶחָד אֶחָד Jes. XXVII, 12 unus post alterum, singulatim, sic אַחַת לְאַחַת Eccles. VII, 27.

Plur. אֲחָדִים 1) *iidem*. Gen. XI, 1. V. sing. no. 1. litt. a. Cf. Cic. pro Flacco 26: *unis moribus et nunquam mutatis legibus vivere*, i. e. iisdem. Terent. Eun. II, 3, 75. 2) *in unum coniuncti, uniti*. Ezech. XXXVII, 17: וְהָיוּ לַאֲחָדִים *eruntque* (duo ligna) *in unum coniuncta*. — 3) *singuli, pauci*, nostrat. *einige, einzelne*, Gen. XXVII, 44. XXIX, 20. Dan. XI, 20.

Not. אֶחָד nomen est formae dagessandae pro אַחַד, אַחָד, Patach mutato in Segol propter sequentem gutturalem kamezatam. In statu constructo est אַחַד (pro אֲחַד): in posteriore enim syllaba Kamez corripitur in Patach; in priore Patach primitivum redit, neque corripi potest propter sequens Dagesch forte implicitum. Male haec forma status constructi a Simoni aliisque accipitur pro forma segolata, ut צֶלַע st. constr. צֶלַע: repugnat enim accentus, qui in ultima est. Caeterum brevior haec forma praeter statum constructum etiam obvia est ante מִן Levit. XIII, 2. Num. XVI, 15. Deut. XXV, 5, ante עָשָׂר in אַחַד עָשָׂר undecim Gen. XXXII, 23. Deut. I, 2, et passim alibi Gen. XLVIII, 22. 2 Sam. XVII, 22. Zach. XI, 7. — Fem. אַחַת dictum est pro אַחֶדֶת, cf. לֶדֶת contr. לֵת.

אֵחוּד (per Syrismum pro אִחוּד, pr. coniunctio) N. pr. filii Benjamini 1 Paral. VIII, 6, qui vero in loco parallelo Gen. XLVI, 21 אֵחִי vocatur.

אֲחִידָה aenigma, v. חִידָה, rad. חוּד.

אַחַד i. q. אֶחָד, forma chaldaizante Ezech. XXXIII, 30.

חַד m. חֲדָא, חֲדָה f. chald. i. q. אֶחָד (abiecto א per aphaeresin, ut in arabico حادى عشر) *unus, a, um*. Dan. VI, 3. VII, 5. Usurpatur a) saepe pro articulo indefinito, ut Dan. II, 31: צְלֵם חַד *statua quaedam, ein Bild*. VI, 18. Esr. IV, 8. Cf. אֶחָד no. 1, litt. b. b) Femininum חֲדָה inservit exprimendo ordinali, maxime in numerandis annis (v. אֶחָד no. 3), ut שְׁנַת חֲדָה לְכֹרֶשׁ primus annus Cyri, pr. *das Jahr Eins des Cyrus* Esr. V, 13. VI, 3. Dan. VII, 1. c) חַד numeralibus praepositum multiplicativum s. proportionale circumscribit. Dan. III, 19: חַד שִׁבְעָה עַל דִּי *septuplum supra quod* cet. Frequentatur hic idiotismus paucis mutatis etiam Targumistis, Rabbinis atque Syris. Cf. Onk. Exod. XXII, 3: עַל חַד תְּרֵין יְשַׁלֵּם *duplum rependat*, pr. pro uno duos. Ezech. IV, 5. 2 Sam. XXII, 6 אַרְבַּעְתָּיִם Jonathan reddit עַל חַד אַרְבְּעִין, male ad sensum (nisi reponis cum Abarbenele אַרְבַּע), sed apte ad idiotismum. Prov. VI, 31 Targ. חַד בְּשִׁבְעָה pro hebr. שִׁבְעָתַיִם. Raschi ad Exod. XX, 6: אחת עַל חמש מאות *quingenties plus*, ad XXXIV, 7 אחת לחמש מאות, Vers. hebr. Dan. l. c. על אחד שבעה מאשר. Syr. ܚܕ ܒܫܒܥܐ septuplum Gen. IV, 15. Jes. XXX, 26. — d) כַּחֲדָה Dan. II, 35 i. q. hebr. כְּאֶחָד *sicut unus* i. e. simul, una. Cf. Syr. ܐܝܟ ܚܕܐ, it. ܐܟܚܕܐ cum Olaph prosthetico Barhebr. 165 lin. 2. inf., apud Zabios (v. Norberg. Lex. p. 1., ubi ܐܟܚܕܐ legendum pro ܐܟܚܕܐ), et Sam. ࠊࠇࠃࠀ Deut. XXXIII, 5.

אחה rad. inusitata, Arab. أَخَا *frater et amicus fuit* III. fraternitatem et amicitiam coluit, it. convenit, idoneus, dignus fuit. V. fratrem amicumve cepit, et se praebuit cet. Aethiop. ተኣኀወ: pro fratre habuit, frater l. agnatus factus est. Chald. אַחָה coniunxit, consuit, Talmud. איחוי sutura. Sed haec omnia secundaria sunt et denominativa, a *fratris* notione petita, quanquam Schultensius ad Job. I, 4 אָח *fratrem* potius a *colligando connectendoque* dictum esse voluit. Analogiam huius verbi, in plurimis certe formis, sequitur apud Hebraeos

אָח st. constr. אֲחִי cum Suff. אָחִי (1 pers.) אָחִיךָ, אָחִיו, אָחִינוּ, cum Suff. gravibus אֲחִיכֶם, אֲחִיהֶם, Plur. absol. אַחִים (cum Dagesch forti implicito), et cum Suff. gravibus אֲחֵיכֶם, אֲחֵיהֶם cet. (vid. Not. 1) *frater*. אֲחִי יֶפֶת הַגָּדוֹל Japheti frater natu maximus Gen. X, 21. אֲחִיכֶם הַקָּטֹן frater vester natu minimus. Gen. XLII, 15. Emphatice nonnunquam dicitur de *fratribus germanis* et *uterinis*, ut Gen. XLIV, 20 de Josepho et Benjamino, et XLIX, 5: שִׁמְעוֹן וְלֵוִי אַחִים *Simeon et Levi (veri nominis) fratres sunt* i. e. non solum fratres uterini et eadem matre editi, sed etiam ingenio tales. Alibi etiam de fratribus non germanis, ut eodem patre editis, sed diversis matribus Gen. XLII, 15. XLIII, 3, Judd. XI, 3, vel eadem e matre, sed diversis patribus Judd. IX, 19. Ubi tamen consanguinitatis ratio accuratius explicanda est, additur בֶּן־אָב, vel בֶּן־אֵם ut Gen. XLIII, 29. — *Fratris* vero nomen apud Hebraeos late patet, et variis modis transfertur. Est enim 1) *cognatus* et *consanguineus* quicunque, *Vetter*. Gen. XIV, 16: אֵת־לוֹט אָחִיו *Lothum fratrem suum*, pr. e fratre nepotem. XIII, 9: אֲנָשִׁים אַחִים אֲנָחְנוּ *fratres* i. e. consanguinei *sumus*. XXIV, 48. XXIX, 12. 15. 2 Reg. X, 13 cet. — 2) *contribulis*. 2 Sam. XIX, 12. Lev. X, 4. Num. VIII, 26. XVI, 10. Nehem. III, 1. —

3) *popularis*. Exod. II, 11. XIV, 18. Deut. XV, 2, coll. comm. 3. Iudd. XIV, 3. Dicitur adeo de populis cognatis v. c. de Canaanitis i. e. Hamitis et Semitis Gen. IX, 25, de Ismaëlis et Isaaci posteris Gen. XVI, 12. XXV, 18, de Edomitis et Hebraeis ibid. XXVII, 29. 37. Num. XX, 14. Amos I, 11. Obad. 10. 12. — 4) *socius*, de populis consociatis Amos I, 9, vel eiusdem muneris sociis, *collegis* Nehem. III, 1. V, 10. 14, adeoque de *amicis* quibuscunque Job. VI, 15, et fortasse etiam XIX, 13, ubi tamen *cognati* potius intelligi videntur, propter קְרוֹבַי, quod in altero hemistichio est. Hinc אָחִי, אַחַי *frater mi! fratres mei* est blande alloquentis impr. amicum vel populares 2 Sam. I, 26. XIX, 13. XX, 9. 1 Reg. IX, 13. Gen. XIX, 7. Arabibus أَخٌ vocatur quicunque fraterno amore nobiscum coniunctus est, amicus, socius, iidemque in plurali distinguunt إِخْوَانٌ fratres, qui amicitia, et إِخْوَةٌ, qui sanguine tales sunt (cf. angl. *brethern* et *brothers*) unde قوم اخوان gens fratrum i. e. nobis foedere iuncta (Hamas. p. 316), et prov. اخوان الوداد اقرب من اخوة الولاد fratres amore nobis iuncti propiores sunt fratribus uterinis. Apud Beduinos اختية *soror* vocatur Arabum vicus, qui tributo annuo soluto in Beduinorum societatem et tutelam se dedit, v. Burckhardt Travels in Syria p. 470. — 5) i. q. רֵעַ *quivis alius homo*, sola humani generis societate nobiscum coniunctus Gen. IX, 5. Lev. XIX, 17. Jes. LXVI, 20. Formula אִישׁ וְאָחִיו *vir et frater eius* Ezech. IV, 17 et אִישׁ כְּאָחִיו *vir sicut frater eius* Levit. VII, 10 idem valet quod *ad unum omnes*. — אִישׁ et אָח: *alter, alter*. Gen. XIII, 11: וַיִּפָּרְדוּ אִישׁ מֵעַל אָחִיו *et separarunt se unus ab altero*. XXVI, 31. XXXI, 49. Exod. X, 23. XI, 2. XVI, 15: וַיֹּאמְרוּ אִישׁ אֶל אָחִיו *et dixerunt quisque fratri suo* i. e. sibi invicem. XXII, 13. XXXIII, 11. Lev. XXV, 14. Num. XIV, 4. Jer. XXIII, 35. XXV, 26. 2 Reg. VII, 10. Nehem. IV, 19 cet. Eadem locutio usurpatur de rebus inanimatis sibi similibus, ubi masculi generis sunt (cf. אָחוֹת). Exod. XXV, 20: וּפְנֵיהֶם אִישׁ אֶל אָחִיו *et facies eorum* (Cheruborum) *conversae erant unaquaeque ad alteram, gegeneinander*. XXXVII, 9. Joël II, 8: וְאִישׁ אָחִיו לֹא יִדְחָקוּן *neque trudunt se invicem* (cicadae). Cf. not. 2. Syri de re simili vel gemina frequentant ܡܬܒܐ, ܡܬܒܬܐ *socius, socia*, pro ratione generis. Matth. XII, 13: *extendit manum suam et restituta est* ܐܝܟ ܚܒܪܬܗ *sicut socia sua*, gr. ὡς ἡ ἄλλη. Dan. VII, 20. 1 Cor. XIV, 7. Sir. XXVII, 2 Pesch. Assem. Bibl. or. II, 93. Rabbini de vocabulis ἅπαξ λεγομένοις: אין לו אח במקרא *non habet fratrem in Scriptura*. Pari modo Graeci utuntur adiectivo ἀδελφός, ἀδελφάν (v. Schaef. ad Greg. Corinth. p. 569), atque Latini *paria* fratres appellant Ovid. Trist. I, 1, 107. Plin. H. N. V, 2. Apud Plaut. Poen. I, 3, 9 manus sinistra dextrae *soror* appellatur. Sic etiam apud poëtas hebraeos 6) *fratris* nomen *similitudinem* quandam exprimit. Job. XXX, 29: אח הייתי לְתַנִּים *frater canum ferorum factus sum* i. e. instar canis feri mihi est ululandum. Prov. XVIII, 9. Figurae huius elegantissimae exempla passim apud Arabes obvia dedit H. A. Schultens ad Elnawabig. p. 164.

Not. 1. Vocabulum אָח, quod pariter atque אָב, אֵם et similia primitivum esse censemus, magna ex parte ut diximus sequitur analogiam verborum לה, et nominis אָב. Aliae tamen formae ad analogiam verborum עו compositae sunt, ut Plur. absol. אַחִים (c. Dag. f. implicito, pro אַחְּים), et c. Suff. levibus אַחַי, אַחֶיךָ cet., cuius formae aliud vestigium est in Nom. propr. אַחוּמַי v. אָחַח no. II. Duplex ista formandi ratio apud Arabes etiam comparet, quanquam haecce posterior rara est. Vulgares formae sunt أَخٌ, constr. أَخُو, أَخِي, أَخَا, Dual. أَخَوَانِ, Plur. إِخْوَةٌ, أُخْوَةٌ; sed in singulari reperitur quoque أَخٌّ. Aethiopes habent እኍ፡ contr. እኅ፡ st. constr. እኁ፡ c. suff. እኁሁ፡ frater it. agnatus; Chaldaei אַח, אֲחָא c. suff. אֲחִי, אֲחוּךְ Plur. אַחִין, Syri ܐܚܐ, c. suff. ܐܚܘܗܝ, Plur. ܐܚܐ. Samarit. ࠀࠇ st. constr. ࠀࠇࠉࠅ Gen. X, 21, quanquam eius loco etiam alia frequentant synonyma, ut ࠀࠇࠉࠅ Gen. XIV, 12, ࠀࠇࠉ XXII, 23. — Status constructi אַח (ut אַב) et אֲחִי vestigia comparent in nominibus propriis אַחְאָב (frater patris) et אֲחוּמַי.

Not. 2. Ad significationem no. 5 plerumque referunt locum difficilem Ezech. XVIII, 10: וְעָשָׂה אָח מֵאַחַד מֵאֵלֶּה *si fecerit socium* (i. e. aliquod) *ex facinoribus illis*. Si genuina fuerit loci scriptura, malim אָח pro remotiore sermonis obiecto habere, et transferre: *si fecerit fratri* unum ex illis. Etenim עָשָׂה c. c. acc. pers. Jerem. XXXIII, 9. XLII, 16. Ezech. XXIII, 25, et מֵאַחַד saepe invenitur per pleonasmum pro אֶחָד. Vide Levit. IV, 2: אֲשֶׁר חָטָא מֵאַחַת מֵאֵלֶּה, וְעָשָׂה מֵאַחַד מֵהֵנָּה V, 13: ex quibus locis Ezechieles profecisse videtur. Targ. וְיַעְבֵּיד לַאֲחוּהִי מַחְדָא מֵאִלֵּין. At collatis his, quos laudavimus, Levitici locis, non potes non suspicari, vocabulum אָח omnino spurium esse ortumque e vitio librarii, qui אחד scripturus pinxerat literas אח posteaque errorem animadvertens easdem punctis notavit, a sequentibus librariis neglectis. De perenni hocce vitiorum fonte monuimus ad Jes. XVI, 17. XXIII, 13 cf. Anecdd. orient. I, 68. Abest quoque אח a LXX. Syr. et Vulg. — Omnino abdicandum, quod Rabbinorum plurimis placet, אח h. l. decurtatum esse ex אֶחָד.

אַח chald. id. Plur. cum Aff. אַחָיךְ Esr. VII, 18 per Hebraismum, pro אֲחוּךְ.

* * *

Nomina propria cum אַח, אֲחוּ, אֲחִי composita haec sunt:

אַחְאָב (patruelis, ut syr. ܐܚܐܒ, chald. אֲחַב in Targg. pro hebr. דּוֹד) *Ahabus* 1) rex Israëlis, Isabelis impiae maritus, vir uxorius, idololatriae deditus, in bello contra Syros gesto interfectus 1 Reg. XVI, 28 — XXII, 40. LXX. Ἀχαάβ. Vulg. Achab. 2) propheta quidam falsus, Jeremiae aequalis Jer. XXIX, 21, V. 22 אֶחָב dictus.

אֶחָב v. אַחְאָב no 2.

אַחְבָּן m. (frater prudentis, aut pro אַחְוָן fraternus) vir e tribu Judae oriundus, 1 Paralip. II, 29.

אֲחוּמַי nepos Judae 1 Paral. IV, 2. Pr. frater aquae i. e. aut ad aquam degens, aut fortasse cordis aquosi, pusillanimis, ماء. מַי est i. q. مَاءٌ, Singularis vetus a מַיִם.

אֲחִי (frater) Nom. pr. 1) Gaditae, filii Abdielis 1 Chron. V, 15. 2) Aseritae, filii Schemer 1 Chron. VII, 34. אֲחִי h. l. est status absoluti forma, ut אֲבִי supra p. 8.

אֲחִיאָם Nom. propr. (nescio an idem significet quod אַחְאָב, ב et מ permutatis) vir e numero heroum Davidis 2 Sam. XXIII, 33. 1 Paralip. XI, 35.

אֲחִיָּה (pro אֲחִיהוּ frater Jehovae, i. e. amicus Dei, a Deo dilectus vel Deum assidue colens. Ut semel illustretur hoc idioma sequentibus etiam nonnullis nominibus explicandis adhibendum, adscribo Schultensii verba ad Har. III, p. 147: „*Frater paupertatis* quid adferat ex Arabismo docet Teblebius ad Cons. 5 in quo est اخو سفار frater peregrinationis, ubi ait: العرب تقول اخو كذا لمن يلازم ذلك الفعل كثيرا فيقولون اخو الحرب اى ملازم *Arabes dicunt fratrem rei illum qui in actione aliqua assiduus: sic fratrem belli vocant, qui creber est in eo.* In Cons. 13 اخو الوغى *frater suspicionis* est *multum suspiciosus* vel vanis opinionibus indulgens. Et اخو البث *frater tristitiae* ibid. In Hamasa اخو الخنا *frater mollitiei vel submissionis.*“) 1) sacerdos tempore Sauli, filius Achitubi, Achimelechi frater, v. אֲחִימֶלֶךְ no. 1. 2) Benjamini nepos, 1 Paralip. VIII, 7, vers. 4 אֲחוֹחַ dictus, quae scriptura magis genuina videtur. Vide s. אֲחֹחַ. 3) heros Davidis ibid. XI, 36. 4) scriba Salomonis 1 Reg. IV, 2. 5) Levita, thesauris templi praefectus 1 Paralip. XXVI, 20. 6) filius Jerahmeelis Judaei 1 Paralip. II, 25. J. H. Michaelis ad h. l. pro muliebri habet hoc nomen, sed cf. C. B. Michaelis diss. nomina quaedam propria personalia cod. s. ex virilibus in muliebria et ex muliebribus in virilia versa suo restituens sexui. Halae 1754. §. 4. 7) pater Baësae regis 1 Reg. XV, 27. 33. 8) praefectus populi tempore Nehemiae, Nehem. X, 27. 9) propheta Silunte degens Jerobeami tempore 1 Reg. XI, 29. XII, 15, qui idem אֲחִיָּהוּ vocatur ibid. XIV, 6. 18. 2 Paral. X, 15.

אֲחִיהוּד (pro אֲחִי יְהוּד frater Judaeorum, cf. אֲבִיהוּד) phylarcha Aseritarum Num. XXXIV, 27.

אַחְיוֹ (i. q. אַחְיוֹן اخوان fraternus, consanguineus) 1) filius Abinadabi 2 Sam. VI, 3. 4. 1 Paral. XIII, 7. 2) filius Beriae, Benjaminita 1 Paral. VIII, 14. 3) filius Jegielis et Maëchae, Benjaminita 1 Paral. VIII, 31. IX, 37.

אֲחִיחֻד (pro אֲחִי יַחַד frater coniunctionis) vir Benjaminita, filius Gerae. 1 Paral. VIII, 7.

אֲחִיטוּב (frater bonitatis s. benignitatis i. e. benignus) 1) filius Pinehasi, Elii nepos 1 Sam. XIV, 3. XXII, 9. — 2) Levita, Amarjae filius, pater Zadoki, sacerdotis Davidici 2 Sam. VIII, 17. 1 Paral. V, 33. — 3) it. Levita, Amarjae filius, Zadoki pater, post Salomonis aetatem degens 1 Paral. V, 37. Neh. XI, 11. Namque more receptum erat apud veteres aeque ac recentiores Hebraeos, patrum avorumque nomina nepotibus etiam imponere, unde eadem nominum series nonnunquam bis repetitur in stemmatibus. Eundem fere morem in Frisia orientali atque in Dania obtinere, fando accepimus.

אֲחִילוּד (pro אֲחִי יִלּוּד frater nati) pater Josaphati, regii tempore Davidis et Salomonis cancellarii 2 Sam. VIII, 16. XX, 24. 1 Reg. IV, 2. Idem fortasse alium filium habuit Baënam, qui in praefectis Salomonis erat 1 Reg. IV, 12.

אֲחִימוֹת (frater mortis) Levita quidam 1 Paral. VI, 10 (25), in locis parallelis מַחַת appellatus, q. v.

אֲחִימֶלֶךְ (frater i. e. amicus regis) 1) sacerdos, Nobae degens, filius Achitubi (1 Sam. XXII, 9), cum Davide interiore amicitia iunctus, ideoque a Saulo interfectus (1 Sam. XXI, 1 — 9. XXII, 9 sequ. Ps. LII, 2), pater Abjathari (v. אֶבְיָתָר) 1 Sam. XXIII, 6. XXX, 7. Ab eo diversus est 2) Achimelech, Abjathari filius, Achimelechi supra memorati nepos, unus e duobus summis sacerdotibus tempore Davidis 2 Sam. VIII, 17. 1 Paral. XXIV, 3. 6. 31, cf. XVIII, 16. — 3) Hethita quidam, Davidis socius 1 Sam. XXVI, 6. LXX. Ἀχιμελέχ.

אֲחִימָן (frater doni, a מָן, مِن pars, donum) 1) unus ex Enacitis Num. XIII, 22. Jos. XV, 14. Iudd. I, 10. 2) Levita et ianitor, Hierosolymis post exilium degens 1 Paralip. IX, 17. LXX. Ἀχιμάν.

אֲחִימַעַץ (frater irae i. e. iracundus, coll. مَعِضَ iram concepit de aliqua re) 1) pater Achinoamae, Sauli

regis socer 1 Sam. XIV, 50. 2) Zadoki, qui tempore Davidis cum Achimelecho summo sacerdotio fungebatur, filius 2 Sam. XV, 27. 36. XVII, 17. 20. XVIII, 19 sq. 1 Par. V, 34. 35. VI, 38. Fortasse ab hoc non diversus est Achimaaz, quem Salomo provinciae Naphtaliticae praefecit 1 Reg. IV, 15.

אֲחִין (fraternus, syr. ܐܚܝܢ) Manassita, Semidae filius 1 Paral. VII, 19.

אֲחִינָדָב (frater liberalis l. nobilis), filius Iddonis, unus ex praefectis Salomonis 1 Reg. IV, 14.

אֲחִינֹעַם (frater gratiae) nomen muliebre 1) filiae Achimaazi, uxoris Sauli 1 Sam. XIV, 50. LXX. Ἀχινοόμ, 2) mulieris Jesreeliticae, a Davide in matrimonium ductae, cui Amnonem filium peperit 1 Sam. XXV, 43. XXVII, 3. XXX, 5. 2 Sam. II, 2. III, 2. LXX. Ἀχινάαμ.

אֲחִיסָמָךְ (frater fulcri l. auxilii i. e. auxilium ferens) Danita, pater Oholiabi, opificis Mosis coaevi Exod. XXXI, 6. XXXV, 34.

אֲחִיעֶזֶר (frater auxilii i. e. auxiliator) 1) phylarcha Danitarum tempore Mosis Num. I, 12. II, 25. VII, 66. 71. X, 25. 2) vir Benjaminita, Davidis socius 1 Paral. XII, 3. LXX. Ἀχιεζέρ.

אֲחִיקָם (frater surgentis l. hostis) filius Schaphani, vir nobilis tempore Josiae et Jojakimi, regum Judae (2 Reg. XXII, 12. 14. 2 Paral. XXXIV, 20. Jerem. XXVI, 24), Gedaljae, quem Chaldaei Judaeae praefecerunt, pater 2 Reg. XXV, 22. Jer. XXXIX, 14. XL, 5 sq. XLI, 1 sq. XLIII, 6.

אֲחִירָם (frater alti) filius Benjamini Num. XXVI, 38. Hinc Patron. אֲחִירָמִי ibid. Cf. אַחַר et אַחְרַח.

אֲחִירַע (frater mali) phylarcha Naphtalitarum tempore Mosis Num. I, 15. II, 29. VII, 78. 83. X, 27.

אֲחִישַׁחַר (frater aurorae i. e. fortasse i. q. בֶּן־שַׁחַר Jes. XIV, 12 lucifer) vir Benjaminita 1 Paralip. VII, 10.

אֲחִישָׁר (frater cantoris, l. pro אֲחִי יָשָׁר frater recti s. iustitiae) palatio Salomonis praefectus 1 Reg. IV, 6.

אֲחִיתֹפֶל (frater insulsitatis i. e. insulsus, l. impietatis i. e. impius) vir, qui Davidi regi a consiliis fuerat, sed cum Absalone contra regem coniurabat. Qui cum consilia eius salutaria despiceret, de sua iuvenisque causa desperans mortem sibi adscivit. 2 Sam. XV, 12 sq. XVI, 15 sq. XVII. 1 Paralip. XXVII, 33. 34.

* * *

אַחֲוָה f. *fraternitas, consortium.* Zach. XI, 14. Apud Rabb. id., cf. denom. inde formatum נִתְאַחֲוָה fraternitatem coluit. Arab. أُخُوَّة fraternitas, amicitia fraterna, مُؤَاخَاة fraternitatis et amicitiae nexus. Syr. et Zab. ܐܚܘܬܐ id.

אַחְוָה et אַחְיָה v. sub rad. חָוָה.

אָחוֹת f. (pro אֲחָוֶת a masc. אָחוּ i. q. אָחִי et אָח frater) st. constr. אֲחוֹת, cum Suff. אֲחוֹתִי, אֲחוֹתוֹ, sed Num. VI, 7 אַחֹתוֹ (4 codd. Erford. אחוחו, quae utraque scriptura parum probanda est), in Plur. nonnisi cum Suffixis אֲחִיוֹתַי Jos. II, 13 Keri, אֲחִיוֹתַיִךְ Ezech. XVI, 52, אַחְיוֹתֵיו Job. XLII, 11, cf. I, 4. 1 Par. II, 16 (a sing. deperdito אַחְיָה, qui est a masculino אָחִי), et אֲחוֹתַיִךְ Ezech. XVI, 55. 61, cf 51 Keri, אֲחוֹתֵיכֶם Hos. II, 3 אַחְוֹתַי Jos. II, 13 Chethibh (a sing. deperdito אַחְוָה) *soror.* Chald. אֲחָת, Plur. אַחְוָת. Syr. ܚܬܐ (per Aphaeresin pro ܐܚܬܐ) Plur. ܐܚܘܬܐ. Zab. ܐܚܬܐ. Sam. [Samaritan] (אֲחָת). It. in lingua phoenicia אחת et vitiose אכת (vide nummum Sidonium apud F. P. Bayer ad Sallust. p. 339 aliosque, cf. Froehlich hist. reg. Syriae tab. VII, no. 15). Arab. أُخْت, Plur. أَخَوَات. Aeth. እኅት: *eht,* Plur. አኃት: *ahât.* Proprie dicitur de sorore germana, iisdem parentibus orta Gen. IV, 22. XXV, 20. Lev. XVIII, 12 cet. neque minus tamen de sorore ὁμοπατρία eodem ex patre, sed diversa matre, orta Gen. XX, 12. 2 Sam. XIII, 2. 5. 6. 11, atque de sorore ὁμομητρία s. uterina, eadem ex matre, sed diverso patre orta. Vide Levit. XVIII, 9: עֶרְוַת אֲחוֹתְךָ בַת אָבִיךָ אוֹ בַת אִמֶּךָ .... לֹא תְגַלֶּה עֶרְוָתָן *nuditatem sororis tuae, sive filia patris tui sive filia matris tuae sit, ... ne retegas.* V. 11: עֶרְוַת בַּת אֵשֶׁת אָבִיךָ מוֹלֶדֶת אָבִיךָ אֲחוֹתְךָ הִוא לֹא תְגַלֶּה עֶרְוָתָהּ *nuditatem filiae novercae tuae, a patre tuo genitae (etenim soror tua est), ne retegas.* XX, 17. Deut. XXVII, 22. — *Soror* vero Hebraeis praeterea vocatur 1) *cognata, consanguinea* quaevis Job. XLII, 11 (al. 15). Gen. XXIV, 59, ubi mater cum fratre ad Rebeccam: אֲחֹתֵנוּ אַתְּ *tu soror nostra* (es). Proprie in h. l. zeugmatis genus est, quandoquidem matri etiam verba, quae nonnisi filii erant, tribuuntur. Similiter כַּלָּה est *sponsa* (ratione habita sponsi) et *nurus* (ratione parentum eius), atque Gen. XXXIV, 17 fratres, patris quasi nomine loquentes dicunt: בִּתֵּנוּ *filia nostra.* Exempla a Simoni aliisque laudata Gen. XII, 13. 19. XX, 2. 5. 12. XXVI, 7. 9 huc non pertinent, et אָחוֹת ibi de *sorore* simpliciter intelligi debet. 2) Blande ita compellatur *sponsa* Cant. IV, 9 sq. Similiter أختي *ochti* apud Arabes recentiores et *soror* de amica Tibull. III, 1, 26. Martial. II, 4. 3. XII, 20. — 3) Trop. *sorores* dicuntur urbes Ezech. XVI, 46. XXIII, 31 gentesque cognatae Jerem. III, 7. 8. In nummo Sidonio supra citato ita lego:

לצדנים אם ככר אף אחת צר *a Sidoniis sc.* cusus i. e. Sidone, quae est *metropolis circuli* (i. e. agri, terrae litoralis) *itemque soror Tyri.* — Est 4) i. q. *socia,* רְעוּת, inde post אִשָּׁה: *altera, altera*, de rebus praesertim inanimatis sexus feminei, Exod. XXVI, 3: *quinque aulaea iuncta erant* אִשָּׁה אֶל אֲחֹתָהּ *alterum ad alterum.* Vers. 5. 6. 17. Ezech. I, 9. 23. III, 13. Cf. אָח no. 5. Poëtice 5) *soror* vocatur quaecunque res cognatione nobiscum iuncta. Prov. VII, 4: אֱמֹר לַחָכְמָה אֲחֹתִי אָתְּ *dic sapientiae: tu soror mea*, aliis verbis: ego frater tuus. *Frater* vero *sapientiae* ex idiotismo Orientalium est vir sapientia imbutus. Vide s. v. אֲחִיָּה. Job. XVII, 14: אִמִּי וַאֲחֹתִי לָרִמָּה *matrem et sororem* (*nuncupo*) *vermes*, mox vermes inhaerebunt cadaveri meo, ut parentes et consanguinei homini viventi.

* * *

* אָחוּ (Milēl) vox aegyptiaca *gramen palustre, ulvam iuncumque* notans, et *quicquid in palude virens nascitur.* Gen. XLI, 2. 18. Job. VIII, 11. (Alex. βούτομον. Aqu. Symm. ἕλος). Non in hebraeum solum, sed etiam in graecum Alexandrinorum idioma receptum est vocabulum; ibique ἄχι et ἄχει scribitur. Vide Vers. alex. Gen. XLI, 2. 18 pro hebr. אָחוּ, Jes. XIX, 7, ubi pro ערות על פי יאור legitur τὸ ἄχι τὸ χλωρὸν πᾶν τῷ κύκλῳ τοῦ ποταμοῦ, praeterea Siracidem in Aegypto degentem XL, 16 et Theodotion. Job. l. c. Hesych. Ἄχει, πόα (vulgo male legitur Ἀχιοποῦ) ἢ χόρτῳ χλωρῷ, cf. interpp. ad h. l. et Hodium de bibl. text. origg. pag. 118. Aegyptiacam vocabuli originem dudum significavit Hieronymus, cuius haec sunt verba in Comment. ad Jes. l. c.: „pro iunco papyrum transtulerunt LXX, de quo charta fit, addentes de suo *Achi, viride*, quod in Hebraico non habetur. Quumque ab eruditis quaererem, quid hic sermo significaret, audivi ab Aegyptiis hoc nomine lingua eorum *quicquid in palude virens nascitur* appellari.“ Retinuit vocabulum sua in lingua domesticum interpres copticus Gen. l. c. pro graeco Ἄχει scribens ⲠⲒ — ⲀϦⲒ (in codd. Bodlej. ⲠⲒⲀⲬⲒ), quod indicio est, vocem Aegypto vere deberi: alioquin enim interpres, Graecum ut alibi secutus, extulisset ⲀⲬⲈⲒ. Cf. praeterea Num. XI, 5, ubi pro gr. τὰ πράσα in aegyptiaco est ⲚⲒⲀⲬⲒ, quod parum differt ab *Achi*, et in dial. thebano ⲀⲔⲈ, vid. de Rossii *Etym. aegypt.* p. 24. Jablonskii *Opuscc. ed. te Water* T. I. p. 45. T. II. p. 160. Aegyptiacae igitur linguae hanc vocem vindicarunt Bochartus (Hieroz. I, p. 404), Hodius, la Croze, Michaelis (Suppl. 55. 56) aliique: alii tamen ut Celsius (II, 340—46) et Alb. Schultens ad Job. l. c. arabicam ei originem vindicare studuerunt coll. أَخِيَّة laqueus, quo iumentum in campo desertove alligatur, it. locus in quo ita alligatus est pascendi ergo, et Plur. أواخى i. e. sec. Dschauharium اسباب ترعى res pascuales (l. observandae), a rad. اخى coniunxit, sicut *iuncus* dictus est a iungendo, et gr. σχοῖνος *iuncus* est et *funis*, quia iuncus vicem praestat funium. Cf. etiam chald. אַחְוָא ulva Gen. XLI, 2, אחוונא id. in Talm. Hier. Berach. c. 6. fol. 10 recto: הב אחוונא לתורייא *date ulvam bubus*, quanquam eadem vox de salice etiam explicatur in Glossis ad Schabb. fol. 20 recto. Sed illam ex Aegypto derivationem praeferendam esse, et ex supra dictis et inde verisimile fit, quod arabici interpretes nusquam illo vocabulo tanquam harmonico usi sunt, neque ubi hebraice legitur, neque ubi graece. Vox autem chaldaica et talmudica ex Hebraeorum demum usu desumta est.

אָחַז inf. et imp. אֱחֹז, fut. יֹאחֵז, rarius יֶאֱחֹז 1 Reg. VI, 10. Eccles. VII, 18, arab. أَخَذَ, aethiop. አኀዘ: chald. et sam. אֲחַד, ... , syr. ܐܚܕ 1) *prehendit, apprehendit.* Construitur a) c. accus. Ps. LVIII, 1: בֶּאֱחֹז אֹתוֹ פְלִשְׁתִּים *quum prehenderent eum Philistaei.* Job. XXX, 16: יֹאחֲזוּנִי יְמֵי עֹנִי *prehenderunt me dies afflictionis.* Jes. V, 29. Judd. XII, 6. 2 Sam. II, 21. 1 Paral. XIII, 9. Jer. XIII, 21. Ps. CXIX, 53. b) c. c. בְּ, ut أخذ ب et alia verba prehendendi, הֶחֱזִיק בְּ, امسك ب. Exod. IV, 4: וֶאֱחֹז בִּזְנָבוֹ *et prehende caudam eius.* Job. XXXVIII, 13 de aurora: לֶאֱחֹז בְּכַנְפוֹת הָאָרֶץ *ut apprehendat* occupet *oras terrae.* Deut. XXXII, 41. Judd. XVI, 3. XX, 6. Job. XVIII, 9. Eccles. II, 3. VII, 18. Dicunt Hebraei: *timor s. terror prehendit aliquem*, ut Jes. XXXIII, 14: אָחֲזָה רְעָדָה חֲנֵפִים *prehendit terror impios.* Jerem. XLIX, 24. Exod. XV, 14. 15. Ps. XLVIII, 7: verum etiam e contrario Job. XVIII, 20: קַדְמֹנִים אָחֲזוּ שָׂעַר *priores* (i. e. maiores) *apprehendunt horrorem*, pro: horror prehendit eos XXI, 6. Jes. XIII, 8. In eandem sententiam legitur הֶחֱזִיק Jer. XLIX, 24. De simili phrasi *timorem tulit* v. *Anecd. orientt.* I, 60. Cf. no. 7. — 2) *cepit*, v. c. venando Cant. II, 15, piscando (Niph. Eccles. IX, 12). — 3) *tenuit*, c. c. accus. 2 Par. XXV, 5: אֹחֵז רֹמַח וְצִנָּה *tenens lanceam scutumque*, et cum בְּ Gen. XXV, 26. Metaphor. Job. XVII, 9: יֹאחֵז צַדִּיק דַּרְכּוֹ *tenet iustus viam suam* i. e. strenue eam persequitur. XXIII, 11: בַּאֲשֻׁרוֹ אָחֲזָה רַגְלִי *gressum eius tenuit pes meus* i. e. vestigiis eius strenue inhaesi (cf. no. 4). Respondet gr. κρατέω Apoc. II, 25. III, 11. Part. pass. אָחוּז non est *prehensus*, sed active *tenens*. Cant. III, 8: אֲחֻזֵי־חֶרֶב *tenentes gladium.* LXX. κατέχοντες ῥομφαίαν. Vulg. *tenentes gladios.* De hoc participiorum passivorum apud Hebraeos, Arabes, Syrosque usu deponentiali v. *Lehrgeb.* pag. 309. 10 et quos ibi laudavimus, adde Hoffmanni gramm. syr. §. 57. 1. Maxime vero hic usus in hoc ipso verbo observandus est. Apud Syros est ܐܚܝܕ tenens, unde ܐܚܝܕ ܟܠ et ܐܚܝܕ ܟܠ

omnia tenens l. habens, *παντοκράτωρ*, Aethiop. አኀዘ *ehûs* captus et act. tenens, ut አኀዘ፡ ሰይፈ፡ tenens gladium (v. plura in Ludolf. Lex. p. 359).

4) *coniunxit*, et in Pass. *coniunctus fuit*, *adhaesit*. Rem enim, quacum coniuncti sumus, cuique adhaeremus, eam tenere videmur, atque res firmiter coniunctae se ipsae invicem tenent et sustinent, quare verba tenendi capiendique saepissime ad adhaerendi iungendique vim transferuntur. Cf. hebr. הִתְלַכֵּד, הִתְלַקַּח, gr. *ἔχομαι* teneo, pendeo ab aliqua re, part. *ἐχόμενος* pendens ab aliqua re, cum ea coniunctus, aptus rei, *αἱρέω* teneo, prehendo, capio, unde lat. *haereo;* Syr. ܚܣܢ fortis fuit, chald. חֲסַן prehendit, cepit, possedit, ܐܬܚܣܢ cohaesit sibi invicem Ephraem. Syr. I. p. 46, arab. مَسَكَ tenuit, retinuit, it. Conj. I. IV. adhaesit Conj. VI. partes habuit inter se cohaerentes. Aethiop. አስተኣኀዘ፡ aliud cum alio sic coniunxit, ut unum alterum contingeret et contineret 3 Reg. VI, 27 pro *ἥπτετο*, *ἥπτοντο*, it. መኣኀዝ፡ iunctura, commissura, pro gr. *ἐξεχόμενα* ibid. Vers. 28, et መአኀዝ፡ locus contiguus, tanquam qui vicinum apprehendat. „Hinc graecum *ἐχόμενον* hac voce redditur; ut *Ἐχόμενον τοῦ Γολγόλ*, መአኃዝ፡ ጎልጎል፡ iuxta Golgol Deut. XI, 30, sic *Ἐχόμενον Ἐδώμ*, መአኃዝ፡ ኤዶም፡ contiguum seu iuxta Edom. Num. XXXIV, 3. *Πλησίον* prope, ut መአኃዝ፡ ቤቴል፡ iuxta Bethel Jos. XII, 9." Ludolf. Lex. p. 360. Hinc Ezech. XLI, 6 de conclavibus templi lateralibus (צְלָעוֹת), aedem undique cingentibus: לִהְיוֹת אֲחוּזִים וְלֹא יִהְיוּ אֲחוּזִים בְּקִיר הַבָּיִת *ut inter se coniuncta essent* l. *cohaererent*, *neque tamen iuncta* (i. e. inserta) *parieti templi*. Bene Chald. לְמֶהֱוֵי רֵישֵׁי שֵׁרִיתָא נָיְחִין עַל זִיזָא וְלָא יְהוֹן שֵׁרִיתָא מְעַבְּרָן בְּכָתְלֵי בֵיתָא i. e. *ut capita trabium requiescerent super mutulos* (Kragsteine) l. substructionem, *neque trabes penetrarent per parietes domus*. 1 Reg. VI, 6: כִּי מִגְרָעוֹת נָתַן לַבַּיִת סָבִיב חוּצָה לְבִלְתִּי אֲחֹז בְּקִירוֹת הַבָּיִת *etenim prominentias* (spiras Vitr. germ. *Absätze*) *fecit domui circum circa a parte exteriore, ne trabes insererentur parietibus eius*. Cf. s. v. יָצוּעַ, צֵלָע, מִגְרָעוֹת. — 5) *contignavit*, *tabulavit*, *contabulavit*, a coniunctione tignorum et asserum (cf. no. 4). 1 Reg. VI, 10: וַיֶּאֱחֹז אֶת־הַבַּיִת בַּעֲצֵי אֲרָזִים *et contabulavit domum lignis cedrinis*. Cf. syn. סָפַן Hab. II, 19. — 6) *clausit* (portam), quia ianua clausa postibus *adhaeret* et *iuncta* est (no. 4. 5). Cf. chald. et talm. אֲחַד clausit, ܐܚܕ id. unde ܐܘܚܕܐ sera, ܐܚܕܐ ianua, fores, repagulum, zab. ܐܚܕ id. unde Cod. Nas. 1, 238: ܐܚܕܘ ܒܒܐ *clausit portas* (minime e. Norb. tenuit portas sc. clausas). Nehem. VII, 3: יָגִיפוּ הַדְּלָתוֹת וְאֶחֱזוּ *operiant fores et claudant*. — Significationi primae finitimum est

7) in Pass. *deprehensus est* sc. a sorte, *exemtus* (e magna copia). Num. XXXI, 30: *e dimidia parte*, *quae Israëlitarum est*, תִּקַּח אֶחָד אָחֻז מִן הַחֲמִשִּׁים *capias unum sumtum e quinquagenis*. Chald. חַד דְּאִתְּאַחַד. Reliqui vett. omittunt אָחֻז, salvo sensu. Vers. 47. 1 Paralip. XXIV, 6: בֵּית אָב אֶחָד אָחֻז לְאֶלְעָזָר וְאָחֻז אָחֻז לְאִיתָמָר ubi tamen itidem cum multis codd. legendum אֶחָד אָחֻז: *una familia* (in sortiendo) *sumta pro Eleasaro*, *una pro Ithamaro* i. e. in sortiendo ita versati sunt, ut modo unam pro Eleasari quadam familia, modo unam pro Ithamari familia sortem ducerent. Eodem sensu Hebraei usurpant נִלְכַּד, ut Jos. VII, 16, ubi Targ. nostro verbo utitur אִתְאֲחַד. — 8) *possedit*, ut gr. *κρατεῖν*, syr. ܐܚܕ, et aethiop. አኀዘ፡ unde አኃዚ፡ dominator, rector. Vide Niph. et nomen אֲחֻזָּה.

Niph. נֶאֱחַז fut. יֵאָחֵז 1) pass. signif. 2. Eccles. IX, 12. — 2) pass. signif. 3. Gen. XXII, 13. — 3) pass. signif. 8. *possessorem se fecit alicuius rei, occupavit rem* Gen. XXXIV, 10. XLVII, 27. Jos. XXII, 9. 19.

Pi. clausit, ut Kal no. 6. Job. XXVI, 9: מְאַחֵז פְּנֵי כִסֵּא *claudens* (nubibus obvelans) *faciem solii* sui. Alii locum interpretantur adscita ea significatione, quae in Kal est no. 4. 5.

Hoph. pass. Conj. I. signif. 4. *coniunctus, coagmentatus fuit*. 2 Paralip. IX, 18.

אָחָז (possidens, possessor) N. pr. 1) *Ahasi*, regis Judae, Jesaiae aequalis, qui imperii iudaici fasces tenuit ab anno 775 ad annum 759 ante Chr. natum. Homo erat iuvenis, idololatriae deditus parumque validus, qui se suamque civitatem Assyriorum arbitrio tradebat. 2 Reg. XVI, 1 sq. 2 Paralip. XXVIII, 16 sq. Jes. VII, 1 sq. XXXVIII, 8. LXX. *Ἄχαζ*. Vulg. Achaz. Cf. Ersch et Gruber *Encyclopädie* T. II. h. v. — 2) Benjaminitae cuiusdam 1 Paral. VIII, 35. IX, 42.

אֲחֻזָּה f. *possessio* (v. verbum no. 8), impr. de possessione terrarum agrorumque. (Chald. אֲחִידָא, אֲחוּדָה, syr. ܐܘܚܕܢܐ possessio, imperium, potestas). Levit. XXVII, 24: לַאֲשֶׁר לוֹ אֲחֻזַּת הָאָרֶץ *cui est possessio terrae*, qui eam terram possidet. Vers. 16. 21. 22. Num. XXVII, 7. XXXII, 5. 22. 29. 32. Deut. XXXII, 49. אֲחֻזַּת קֶבֶר *possessio sepulcri* i. e. sepulcrum familiae cuidam proprium Gen. XXIII, 4. 9. 20. XLIX, 30. L, 13. אֶרֶץ אֲחֻזָּתָם *terra possessionis eorum*, quam possident Gen. XXXVI, 43 cet.

אַחְזַי N. pr. viri post exilium degentis Nehem. XI, 13, quod tamen in loco parallelo 1 Paral. IX, 12 יַחְזֵרָה scribitur. Mire enim in nomm. propriis huius commatis variat scriptura.

אֲחַזְיָה et אֲחַזְיָהוּ (quem Jehova sustinet) N. pr. 1) *Achasjae*, regis israëlitici, filii Ahabi et Isabellae, ad

exemplum parentum ethnicis moribus dediti. Postquam per biennium (897 — 895 a. Chr.) regnaverat, e suggestu palatii delapsus, mortuus est. 1 Reg. XXII, 40. 2 Reg. I, 2. 2 Paral. XX, 35. LXX. Ὀχοζίας. Vulg. *Ochozias*. — 2) *Achasjae*, filii Jorami, regis Judae. Post unius anni imperium, clade accepta vulneribusque confectus mortuus est. 2 Reg. VIII, 24. IX, 16. 2 Paralip. XXII, 1. Ibid. Vers. 6 pro eo legitur עֲזַרְיָהוּ, librariorum sine dubio culpa: veram lectionem אחזיהו servarunt 12 codd., LXX. Syr. Vulg. Arabs. Alibi 2 Paral. XXI, 17 pro אֲחַזְיָהוּ scribitur יְהוֹאָחָז, quod magis ferendum, quandoquidem certe commune est utriusque nominis etymon. Sed in hoc etiam loco LXX. Syr. Chald. Arabs et cod. Kenn. no. 332 vulgare regis nomen retinent. Vide Ersch *und* Gruber *Encyclopädie* T. II. v. Ahasja.

אֲחֻזָּם (possessio eorum) n. propr. viri e posteris Judae, 1 Paral. IV, 6.

אֲחֻזַּת (possessio, cum terminatione ַת— pro ָה— in nomm. propr. haud infrequente, cf. אֵילַת, גָּלְיַת,) n. pr. hominis philistaei, qui regis Abimelechi amicus erat. Gen. XXVI, 26.

אָחַח rad. inusitata. I) Arab. أَحَّ est onomatopoëticum a sono אָח formatum: *iterum iterumque extulit ah*. Apud Hebraeos fortasse: *gemuit, ululavit*, unde אֹחִים. Arabes sub eadem radice habent II) *aestus, excandescentiae iraeque* significatum in vocc. أَحَّ, أُحَاح, unde fortasse derivari possit אָח, أَخّ olla, fornax, quandoquidem ح et خ saepe inter se permutantur. Malumus tamen statuere, fornacis significationem esse a rad. أَجَّ flagravit, arsit ignis, Conj. II. accendit, أَجَّة ardor cet. Vix enim dubitari potest, quin olim ج , ح et خ inter se fuerint permutata, cum ج in antiquissima lingua appellaretur *g*, non *dsch*, ut hodie. Cf. אֶפְרֹחַ, ܦܪܘܓܐ pullus avium, جمل et ܓܡܠܐ camelus.

אָח interiectio a sono factitia, eaque dolentis et gementis. Ezech. VI, 11. XXI, 20. Cf. אֲהָהּ. De הֶאָח vide suo loco.

אָח f. *olla magna*, in qua ignis alebatur in hiberna regis diaeta Jer. XXXVI, 22. 23, cuius generis ollis تنّور *tannur* vulgo *tendur* dictis nostrae etiam aetatis Orientales caminorum loco utuntur. De significatione rad. paulo superius disputatum est, et אָח proprie *ardorem ardorisve locum* significat. Arabibus أَخّ est olla sec. Camusum. Pariter atque reliqua vocabula *ignem* significantia cum fem. construitur, *Lehrgeb.* 546. not. LXX. ἐσχάρα πυρός. Vulg. *arula*. Syr. et Chald. *ignis*. R. Jona ap. Kimchium: מחתה *vas prunis repletum*. R. Parchon: פ׳ כלי של נחשת כמו מזבח או כלי עץ שמשימין עליו עצים בימי החרף לפני חשובי אדם *Expos. vas aeneum instar altaris, l. vas ligneum, cui imponunt ligna tempore hiemis apud beatiores homines.* De recentiorum Orientalium olla calefactoria in Turcia, Aegypto, Persia usitatissima v. della Valle *Reiss-beschreibung*, vers. germ. T. II. p. 8. Niebuhr *Arabien* p. 56 et tab. I. *Reise* T. II. p. 394. Chardin Voyage T. III. p. 107 sq. Urcei haec formam habet soletque in foramine, quod in medio conclavi est, reponi. Extincto igne ollae scabelli maioris genus aulaeo tectum imponitur, et quicunque calefieri cupiunt, terrae insidentes pedes crura adeoque ventrem aulaeo illo tegunt.

אֹחַ, nonnisi in Plur. אֹחִים Jes. XIII, 21: *quiescunt ibi deserticolae*, וּמָלְאוּ בָתֵּיהֶם אֹחִים. Vel *ululatum* notat vox, vel *bestiam ululantem* (cf. אִי). Illud habent LXX. Theod. ἦχου. Syr. ܨܘܬܐ ܕܡܠܝܢ, potestque transferri locus: *et replent* (bestiae deserticolae) *domus eorum ululatibus*. Parallelismus autem membrorum *bestiam* flagitare videtur. Hinc Hier. *dracones*. Saad. et Abulwalides: نموس, Kimchi, Abarbenel נמיות *martes* (quae bestiae sane clamosae sunt ruinasque incolunt), sed fortasse rectius Aurivillius (diss. ed. Michaelis pag. 294): *ululae*, cf. صدى echo et ulula, aliaque vocabula ululam significantia a sono factitia, ut *bubo, ulula*, germ. *Uhu*, gall. *hibou*, suec. *uf*. Aquila, cuius vulgaris lectio est τυφώνων spectra intellexisse videtur.

אֲחוֹחַ N. pr. Benjamini nepos 1 Paral. VIII, 4, ita tamen ut in loco parallelo Vers. 7. sine ulla scripturae varietate exstet אֲחִיָּה. Patronym. est אֲחֹחִי 2 Sam. XXIII, 9. 28. 1 Paralip. XI, 12. 29. XXVII, 4.

אָחַל rad. inusitata, quae tamen eandem fere vim habuisse videtur ac חָלָה, ܚܠܐ, حلا, *dulcis, gratus fuit, placuit*. Inde

אַחֲלַי Ps. CXIX, 5 et אַחֲלֵי 2 Reg. V, 3 particula optandi: *utinam!* Proprie, ut videtur: *vota, desideria mea, preces meae* (sunt, ut) cet. coll. אַשְׁרֵי, chald. טוּבֵי, syr. ܛܘܒܝ. Ps. l. c.: אַחֲלַי יִכֹּנוּ דְרָכָי *utinam stabiliantur viae meae*. LXX. ὄφελον. Kimchi: תחנותי יכולתי ורצוני שאשמור חקיך. R. Parchon ובקשותי

facultas et voluntas mea ut custodiam statuta tua. Aben Esra: חפצי ורצוני ושאלתי. 2 Reg. l. c.: אַחֲלֵי אֲדֹנִי לִפְנֵי הַנָּבִיא *utinam dominus meus* (esset) *apud prophetam.* LXX. ὄφελον. Chald. Syr. טוּבִי, quasi sensus sit: beatus dominus meus, ubi iverit ad prophetam. — Kimchius aliique particulam nostram ducunt a rad. חָלָה, unde אַחְלָה (ad formam אַרְבָּה) in Plur. constructo אַחֲלֵי, quod itidem ferendum est.

אַחְלַי N. pr. viri aut feminae a Scheschano prognatae. 1 Paral. II, 31 cf. XI, 41. Vide Hiller. in Onom. s. pag. 736.

אַחְמְתָא Esr. VI, 2 *Egbatana,* gr. Ἐγβάτανα, apud antiquiores Ἀγβάτανα (v. Schuetz ad Aeschyl. Pers. 16), Mediae veteris metropolis et regia, a Dejoce in leni colle condita, arcis regiae moeniumque admirabili splendore insignis. V. Herod. I, 98, Diod. 2, 13. 17, 110. Polyb. X, 24. Themist. Orat. 26 p. 319 coll. Judith I, 2 sq. In etymo nominis indicando valde dissentiunt eruditi. Et Ilgenius quidem (ad Tob. p. 159) semiticam vocabulo originem tribuens אַחְמְתָא idem esse statuit quod חֹמָה, ܚܠܐ arx, munimentum, quae ratio naturae loci apprime accommodata est, validumque praesidium habet in eo quod alia eiusdem nominis (Ἐγβατάνων) urbs in Palaestina prope Carmelum sita (Herod. 3, 64. Plin. V, 19) hebraice scribitur Jos. XIX, 35 (v. Michaelis Suppl. s. v. חַמַּת): neque negari potest, in veteris Mediae Persiaeque linguas alia quoque aramaeae originis vocabula irrepsisse (v. אַרְיוֹךְ, נִסְרֹךְ et Bohlenii symbb. p. 9). Alii, qui persicum flagitant etymon, cum Hydio (de rel. vett. Pers. 541 sq.) conferunt اباذان *abadan* locus cultus et incolis refertus, cum k epenthetico, vel اق اباذان ab اق dominus, magnus, quod quidem posterius vix ferendum esse censeo, quandoquidem sec. Meninskium اق nihil aliud est atque turcicum اغا *Aga,* planeque explodendae aliae quaedam e lingua persica derivationes apud Bochartum (Phaleg. III, 14) et Io. Simonem (Onom. V. T. 579). Mihi non improbabilis videtur Ilgenii ratio, qua probata graecae etiam formae originem facile intelliges. Haec enim a forma productiore ܡܥܫܕܐ, ܡܥܫܕܐ *propugnaculum* petita videtur, cum Aleph prosthetico, et *m* mutato in *b.*

Quod dudum suspicatus est Golius (ad Alferg. pag. 220), Egbatana ibi sita fuisse, ubi postea Hamedan (همدان, همذان), Parthorum metropolis (v. Schult. ind. geogr. v. Hamedan), id iam confirmarunt recentiores huius regionis exploratores (Kinneir memoir of the persian Empire pag. 125. Morier second Journey through Persia p. 267. et praecipue Ker Porter Travels T. II. p. 101, cf. Hoeck veteris Mediae et Persiae monumenta p. 144—155) eorumque confutarunt sententiam, qui Egbatana veterum quaerebant, ubi nunc Tebriz, vel Tauriz, تبريز.

E veteribus nonnisi Esras apocr. (VI, 22), Josephus (Arch. XI, 4 §. 6) et Vulgatus chald. אַחְמְתָא de Egbatanis intelligunt. Rabbini, geographiae ignari cum ignarissimis, id plerumque appellative interpretantur *vas, cistam* h. l. *promtuarium epistolarum scriptorumque regiorum,* cll. חֵמֶת מַיִם Gen. XXI, 14. 19 et chald. אַחְמִיתָא *arca* Esth. I, 4 Targ., cui adde pers. خمت et خم vas fictile duabus ansis praeditum, magno et amplo ventre (Castelli Heptagl. 243 et 3960). At contextus plane renititur.

אַחַסְבַּי N. propr. viri, 2 Sam. XXIII, 34. Etymon latet. Vix enim satisfecerit id quod proposuit Simonis in Onomast. pag. 551 אֶחֱסֶה בְּהֵי pro ביהוה, *confugio ad dominum,* in quo הֵי pro יהוה dici sine ratione idonea sumitur.

אָחַר *remansit, moratus, cunctatus est.* In Kal semel exstat, 1 fut. וָאֵחַר Gen. XXXII, 5. (Arab. أخّر Conj. II. distulit, tardavit, it. remansit. Conj. III. postposuit, distulit. Conj. V. pass., it. act. i. q. Conj. II. Aethiop. አኀረ id. Chald. Pa. אַחַר, Syr. Aphel et Schaphel ܐܘܚܪ et ܫܘܚܪ id.).

Pi. אִחַר Plur. אֵחֲרוּ pro אִחֲרוּ Iud. V, 28, fut. יְאַחֵר 1) *cunctatus, moratus est, tardavit.* Iud. V, 28: מַדּוּעַ אֵחֲרוּ פַּעֲמֵי מַרְכְּבוֹתָיו *quare cunctantur passus curruum eius?* Ps. XL, 18: אַל תְּאַחַר *ne cuncteris.* LXX, 6. Dan. IX, 19. Hab. II, 3. Seq. Gerundio: cunctatus est aliquid facere. Gen. XXXIV, 19. Eccles. V, 3. Deut. XXIII, 22. Cum Accus. *retardavit,* nimis distulit aliquid. Exod. XXII, 28. Atque sic per ellipsin Deut. VII, 10: לֹא יְאַחֵר לְשֹׂנְאוֹ *non differt* (poenas) *osori suo.* — 2) *immoratus est rei,* c. c. עַל. Prov. XXIII, 30: מְאַחֲרִים עַל הַיָּיִן *qui diu immorantur vino* i. e. tarde sedent vino intenti. Cf. Jes. V, 11: מְאַחֲרֵי בַנֶּשֶׁף יַיִן יַדְלִיקֵם *qui ad seram usque noctem vino incalescunt,* et Ps. CXXVII, 2: מְאַחֲרֵי שֶׁבֶת *tardantes sedere* i. e. qui tarde sedent, quanquam hoc exemplum potius ad no. 1. referendum est. — 3) causat. *retardavit, detinuit.* Gen. XXIV, 56.

Hiph. formari videtur a יָחַר, q. v.

אַחֵר (formae dagessandae) f. אַחֶרֶת Gen. XXVI, 21. 22. Exod. XXI, 10. Plur. אֲחֵרִים, אֲחֵרוֹת (a sing. deperdito אָחֵר cum Kamez puro) 1) adj. *alius, alia, aliud.* Gen. IV, 25. VIII, 10. 12. XXIX, 19. XXX, 23. XXXVII, 8. XLIII, 14. 22. Exod. XX, 3 et saepissime. (Arab. آخَر, Plur. أُخَرُونَ id., quanquam, ubi *alius* designandus est, saepius vocabulo غير uti solent. Quod nonnulli contulerunt, arabicum آخِر, id sono congruit, non significatione. Est enim i. q. אַחֲרוֹן posterior, postremus.

Syr. ܐܚܪܢܐ, ܐܚܪܝܢܐ fem. ܐܚܪܢܝܬܐ, Plur. ܐܚܪܢܐ, Chald. אָחֳרָן alius, alia, alii). אֱלֹהִים אֲחֵרִים *dii alii*, de idolis Deut. VI, 14. VII, 4. VIII, 19. XI, 16. 28. XIII, 3. 7. 14. Jer. I, 17. VII, 18. XVI, 13. XIX, 4. 13. XXII, 9. XXV, 6. XXXII, 29 et sexcenties. Sing. collect. pro Plur. Job. VIII, 19. Jes. XLII, 8: וּכְבוֹדִי לְאַחֵר לֹא אֶתֵּן *et gloriam meam alii* (Deo) *non relinquam*. XLVIII, 11. Semel, ut videtur, adverbialiter: *aliorsum*. Ps. XVI, 4: (אֲשֶׁר) אַחֵר מָהָרוּ *qui aliorsum festinant* sc. a vero deo ad idola (Storr Observatt. p. 434).

2) N. propr. viri e tribu Benjamin. 1 Paral. VII, 12.

אַחַר pr. pars postica (v. Plur.). Hinc 1) Adv. idque a) loci, *a tergo*, *pone*. Gen. XXII, 13: וְהִנֵּה אַיִל אַחַר נֶאֱחַז בַּסְּבַךְ בְּקַרְנָיו *et ecce aries post tergum cornibus fruticeto implicitis*. Vulg. *post tergum*. (Alii אַחַר h. l. ut alibi adverbium temporis esse censent. Saad. بعد ذلك *postea*. Jarchi: אחרי שאמר לו המלאך אל תשלח ידך *postquam angelus ei dixerat, ne immittas manum*. Alii praepositionem, ut Aben Esra: אַחַר (ש)נאחז *postquam detentus fuerat*. Multi tamen e vett., ut 42 libri Mss. iudaici cum duobus impressis, libri sam. omnes, LXX. Onk. Jon. Syr. Sam. scribunt אַיִל אֶחָד aries unus i. e. quidam, quam lectionem defendit Bochart. Hieroz. I, p. 542, cf. Comment. nostram de Pent. sam. p. 63). — b) adv. temporis, *postea*, *tum*. Gen. X, 18. XVIII, 5. XXIV, 55. XXX, 21. XXXVIII, 30. Exod. V, 1. Levit. XIV, 8. 19. XXII, 7. Num. XIX, 7. Ps. LXVIII, 26. Job. XVIII, 2 rel.

2) Praep. a) loci, *pone*. Cant. II, 9: אַחַר כָּתְלֵנוּ *pone parietem nostram*. Jes. LVII, 8. Exod. XI, 5. III, 1: אַחַר הַמִּדְבָּר *pone desertum* i. e. ab occidente deserti (v. s. v. אָחוֹר no. 2). Iudd. XVIII, 12. It. *post*. הָלַךְ אַחַר פ׳ secutus est aliquem Gen. XXXVII, 17. Job. XXXI, 7. — מֵאַחַר praegn. pr. *a post*. Ps. LXXVIII, 71: מֵאַחַר עָלוֹת הֱבִיאוֹ *a post lactantes duxit eum* i. e. eum qui pecudes secutus erat, duxit. Jes. LIX, 13. — b) de tempore, *post*. Gen. IX, 28. X, 1. XI, 10 et saepissime. אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה *post has res* i. e. *postea*, transeundi formula. Gen. XV, 1. XXII, 1. XXXIX, 7. XL, 1. 1 Reg. XVII, 17. XXI, 1. Esth. II, 1. III, 1. Sequente Inf. *postquam*. Num. VI, 19. Jer. XL, 1. אַחַר כֵּן pr. *post sic* i. e. postquam ita, ut dictum est, res evenerant i. e. *postea*. Lev. XIV, 36. Deut. XXI, 13. 1 Sam. X, 5. Frequentius est אַחֲרֵי כֵן v. infra. אַחַר זֹאת post hoc 2 Paralip. XXXII, 9.

3) Conj. אַחַר אֲשֶׁר *postquam* (saepius אַחֲרֵי אֲשֶׁר) Ezech. XL, 1 et omisso אֲשֶׁר (v. *Lehrgeb.* 636) Lev. XIV, 43. Job. XLII, 7 et XIX, 26: וְאַחַר עוֹרִי נִקְּפוּ זֹאת quo in loco vexatissimo ita struimus verba וְאַחַר (אֲשֶׁר) נִקְּפוּ עוֹרִי זֹאת *postquam destruxerunt hanc cutem meam* i. e. quando destructum erit corpus meum. — Not. Pro אַחַר, ubi praepositionis coniunctionisque loco est, longe frequentius in Plurali dicitur אַחֲרֵי, de quo statim, eoque constanter utuntur, ubicunque Suffixa affigenda sunt. Minime tamen negligendae sunt quaedam in usu loquendi diversitates, de quibus statim dicetur.

Plur. אַחֲרִים, nonnisi in Constr. אַחֲרֵי c. Suff. אַחֲרַי, אַחֲרֶיךָ, אַחֲרָיו, אַחֲרֵיכֶם, אַחֲרֵיהֶם cet. 1) subst. *partes posticae*. 2 Sam. II, 23: בְּאַחֲרֵי הַחֲנִית *postica parte hastae*.

2) Praep. a) loci, *pone*, v. c. *pone* vicum Iud. XVIII, 12. Nehem. III, 16, crebrius *post*, praesertim ubi respondetur ad interrogationem *quorsum?* germ. *hinter* (jem.) *her*. Lev. XXVI, 33: הֲרִיקֹתִי אַחֲרֵיכֶם חָרֶב *evaginabo post vos gladium*, stricto gladio vos persecuturus sum. 1 Sam. XIV, 37: הַאֵרֵד אַחֲרֵי פְלִשְׁתִּים *descendamne Philistaeos persecuturus?* 2 Reg. XIX, 21: אַחֲרֶיךָ רֹאשׁ הֵנִיעָה בַּת יְרוּשָׁלִָם *post te l. a tergo tuo caput quassat filia Jerusalem*, *hinter dir her*. Exod. XXXIII, 8. Ruth II, 3. Joel II, 3. Hinc α) iungitur verbis *eundi*, ut valeant *sequi*. V. sub הָלַךְ, בּוֹא, יָצָא. Frequentantur locutiones הָלַךְ אַחֲרֵי אֱלֹהִים de cultu veri dei Deut. XIII, 5, הָלַךְ אַחֲרֵי בְעָלִים de cultu idolorum. E priore illa explicanda est ellipsis מִלֵּא אַחֲרֵי יְהוָה pro מִלֵּא לָלֶכֶת אַחֲרֵי יְהוָה plenissime, prorsus Deum secutus est, v. מָלֵא. Posteriori finitimum est זָנָה אַחֲרֵי אֱלֹהִים אֲחֵרִים scortatus est alienos Deos sequendo et colendo (v. זָנָה), atque hinc explicanda ellipsis in loco Deut. XII, 30: הִשָּׁמֶר לְךָ פֶּן־תִּנָּקֵשׁ אַחֲרֵיהֶם *cave ne illaqueeris, neve, ut eos sequaris, induci te patiaris*. β) verbis persequendi, per pleonasmum, v. דָּלַק, רָדַף. γ) הָיָה אַחֲרֵי פ׳ est partes alicuius secutus est Exod. XXIII, 2. 2 Sam. II, 10. 1 Reg. XVI, 21. Cf. 1 Reg. I, 7: וַיַּעְזְרוּ אַחֲרֵי אֲדֹנִיָּה *et auxiliati sunt Adoniae, cuius partes sequebantur*. — Paulo difficilior est locus Prov. XXVIII, 23: מוֹכִיחַ אָדָם אַחֲרַי חֵן יִמְצָא *redarguens hominem me* (i. e. praecepta mea) *secutus gratiam inveniet*. Aben Esra: אחר מצותי. Saad. ללכת בחקותי ולמלא אחרי. (Vulg. Luth. אַחֲרַי *postea*, *tandem* reddunt, quod ferri possit, si אַחֲרַי adverbium ad formam אַחְלַי, אוּלַי esse posueris, quanquam אַחֲרַי in viginti reliquis locis hanc vim non admittit. Renituntur etiam accentus). b) Praep. temporis, *post*. Gen. XVI, 13. XVII, 8. Num. III, 23. Sequente infinitivo, *postquam*. Gen. V, 4: אַחֲרֵי הוֹלִידוֹ אֶת שֵׁת *postquam genuerat Sethum*. Vers. 7. 10. 13. 16. 19. 22. 26. 30. XI, 11. 13. 15. 17. XIII, 14. XIV, 17. XVIII, 12. L, 14. Num. XXX, 16. Deut. I, 4. Jer. XXIV, 1 et sexcenties.

3) Ubi Conj. *postquam* exprimenda est, plerumque dicitur אַחֲרֵי אֲשֶׁר. Deut. XXIV, 4. Jos. IX, 16. XXIII, 1. XXIV, 20. Iudd. XI, 36. 2 Sam. XIX, 31, rarius אֲשֶׁר omittitur Levit. XXV, 48. Semel אַחֲרֵי כַּאֲשֶׁר Jos. II, 7. (Apud Syros respondet ܒܬܪ ܕ, ap. Chald. בָּתַר דִּי, apud Arabes بعد ما).

4) אַחֲרֵי־כֵן pr. *post*quam res *ita* evenerant, i. e. *postea*. Gen. XV, 14. XXIII, 19. XXV, 26. XXXII, 21. XLI, 31. XLV, 15. Exod. XI, 1. 8. XXXIV, 32. Jes. I, 26. Job. III, 1. rel. Cf. syr. ܒܬܪܟܢ et ܒܬܪ ܗܟܢ. Addito אֲשֶׁר inde rursus fit Coniunctio et i. q. אַחֲרֵי אֲשֶׁר ut lat. *posteaquam* pro *postquam*. Gen. VI, 4: וְגַם אַחֲרֵי כֵן אֲשֶׁר יָבֹאוּ בְּנֵי הָאֱלֹהִים *et etiam posteaquam venerant filii Dei* cet. Onk. בָּתַר כֵּן דִּי יַעֲלוּן. Repugnant quidem

accentus, qui אַחֲרֵי כֵן seiungunt ab אֲשֶׁר, sed interpretatio modo proposita validum habet praesidium in alio exemplo 2 Sam. XXIV, 10, ubi אַחֲרֵי כֵן est pro אַחֲרֵי אֲשֶׁר posteaquam, postquam, per ellipsin vocis אֲשֶׁר (*Lehrgeb.* pag. 636). — In sequiore Hebraismo dicitur etiam אַחֲרֵי זֹאת *posthac* Job. XLII, 16. Esra IX, 10, coll. chald. אַחֲרֵי דְנָה Dan. II, 29. 45, בָּתַר דְּנָה Exod. XXXIV, 32 Pseudojon., et arab. بعد ذلك.

Componitur אַחֲרֵי cum aliis praepositionibus 1) מֵאַחֲרֵי, semel מִן אַחֲרֵי 1 Par. XVII, 7 pr. *a post, ne* (sit amplius) *post* (aliquid), *hinter* (etwas) *weg*. Usurpatur maxime, ubi eum, quem antea secuti eramus, relinquimus, alius cuiusdam partes iam amplexi, iungiturque variis vocabulis *eundi*. Num. XIV, 43: שַׁבְתֶּם מֵאַחֲרֵי יְהוָֹה *reversi estis a sequendo Deum* i. e. cultum eius dereliquistis Deut. VII, 4. 2 Sam. XX, 2. 2 Reg. XVII, 21. Ezech. XIV, 11. Hos. I, 2. — Gen. XIX, 26 verba: וַתַּבֵּט אִשְׁתּוֹ מֵאַחֲרָיו proprie valent: *et respexit uxor eius* (Lothi) *a tergo eius* i. e. אַחֲרֶיהָ post se, coll. Vers. 17: אַל תַּבִּיט אַחֲרֶיךָ. Uxor enim virum secuta et nec respicere nec dextrorsum vel sinistrorsum spectare iussa, terga mariti oculis pedibusque sequi debebat (לָכֶת וְהַבִּיט אַחֲרֵי אִישָׁהּ). Atqui iussui morem non gerens a tergo eius oculos deflexit ac retro spectavit. Bene Chald. מִבַּתְרוֹהִי. Syr. ܡܢ ܒܣܬܪܗ. Liberius LXX. εἰς τὰ ὀπίσω. Vulg. post se. Temere recentiores quidam מֵאַחֲרֵי h. l. simpliciter pro אַחֲרֵי positum esse volunt, quo admisso מֵאַחֲרֶיהָ exspectaveris. Neque vero negamus, in aliis exemplis מֵאַחֲרֵי simpliciter valere *post, a tergo*, ut Syr. ܡܢ ܒܬܪ, chald. מִבָּתַר, arab. من بعد ما, من بعد ان, من بعد. Ita usurpatur de loco Jos. VIII, 2: מֵאַחֲרֶיהָ *a tergo eius*. Exod. XIV, 19. Jerem. IX, 21. 1 Reg. X, 19; de tempore Eccles. X, 14. Apud Nehem. IV, 7 pro eo est מֵאַחֲרֵי לַחוֹמָה *pone murum*. Cf. מִתַּחַת לְ et simpl. מִתַּחַת sequ. Genit. מֵעַל לְ cet. Hinc etiam מֵאַחֲרֵי כֵן postea 2 Sam. III, 28. XV, 1. 2 Par. XXXII, 23.

2) אֶל אַחֲרֵי *post*, c. Accus. *ad tergum*, ubi interrogatum fuerat *quo?* vel *quorsum?* 2 Reg. IX, 18: סֹב אֶל אַחֲרָי *redi post me.* 2 Sam. V, 23. Zach. VI, 6.

3) עַל אַחֲרֵי Ezech. XLI, 15 i. q. אַחֲרֵי. Ad singularem hanc particularum coniunctionem cf. עַל־לִפְנֵי ibid. XL, 15.

אָחוֹר m. 1) *pars posterior, postica*. Arab. أُخْرٌ id. Inde a) מֵאָחוֹר *a tergo*, opp. מִפָּנִים 2 Sam. X, 9. Arab. مِنْ أُخْرٍ. b) לְאָחוֹר *retrorsum*. Ps. CXIV, 3. 5. Jerem. VII, 24. c) בְּאָחוֹר id. Prov. XXIX, 11: *omnem iram suam expromit stultus* וְחָכָם בְּאָחוֹר יְשַׁבְּחֶנָּה *sed sapiens retrorsum compescit eam*. Iram stulti qs. retrorsum agit, ut ad se redeat, cf. שָׁב אַף rediit ira, pro defervuit. d) אָחוֹר in Accus. adverb. arab. أُخْرًا *a tergo*, opp. פָּנִים et קֶדֶם. Ezech. II, 10: *eique* (volumini) *inscriptum erat* פָּנִים וְאָחוֹר *a fronte et a tergo*. 1 Paral. XIX, 10. Ps. CXXXIX, 5. It. *retrorsum*. Gen. XLIX, 17: וַיִּפֹּל רֹכְבוֹ אָחוֹר *et cecidit eques retrorsum*. Jer. XV, 6. Ita saepe per pleonasmum post verba *redeundi* Ps. IX, 4. LVI, 10. Thren. I, 8, *retroagendi* Thren. I, 13. II, 3, *recedendi* 2 Sam. I, 22. Ps. XXXV, 4. XL, 15. XLIV, 19. CXXIX, 5. Jes. I, 4 cet. *fugandi* Ps. LXXVIII, 66, *caespitandi* Jes. XXVIII, 13, et id genus alia. — Plur. *partes posteriores*, ex. c. tabernaculi Exod. XXVI, 12, boum aeneorum in templo 1 Reg. VII, 25. 2 Par. IV, 4, hominum Ezech. VIII, 16 et per anthropomorphismum Dei Exod. XXXIII, 23: וְרָאִיתָ אֶת־אֲחֹרָי *et videbis mea terga*. Opponitur פָּנִים pars anterior, antica.

2) *pars occidentalis*. Job. XXIII, 7. 8. Opp. קֶדֶם oriens. Jes. IX, 11: וּפְלִשְׁתִּים מֵאָחוֹר *et Philistaei ab occidente*. (LXX. ἀφ' ἡλίου δυσμῶν. Chald. et Syr. מִמַּעַרְבָא. Potest tamen h. l. retineri *a tergo*). Semel monemus, Orientales in designandis coeli plagis faciem ad orientem convertere, ita ut a tergo sit occidens, a dextra auster, a sinistra septentrio. Kimchius: לפי שהפנים הם המזרח והאחור המערב כי פני האדם אל זריחת השמש ועל סדר זה נקראו דרום ימין וצפון שמאל. Cf. אַחֲרוֹן et arab. دبور ventus posterior i. e. occidentalis, de oriente קֶדֶם, קָדִים, de australi plaga תֵּימָן, יָמִין, arab. يمن, de septentrionali שְׂמֹאל, arab. شام. Vid. C. B. Michaelis diss. de locorum differentia ratione anticae, posticae, dextrae, sinistrae, Halae 1735. 4. recusa in Museo Duisburgensi I, 1, 93 sq. et in Pott Sylloge Commentt. V, 80 sq. §. 8. Eandem rationem sequuntur Indi, solem orientem adorantes, quibus oriens vocatur *Para* vel *Purra* i. e. pars anterior, occidens *Apara* et *Paschima* i. e. pars posterior, auster *Dacschina* i. e. pars dextra, septentrio *Vama* i. e. pars laeva (v. Wilford, in Asiatic Researches VIII, 275. ed. Lond.); Mogoli (v. Schmidt *Forschungen üb. d. Mongolen* p. 56 sq.); adeoque Hiberni, apud quos *oirthear* est pars antica et orientalis, *jar* pars postica et occidentalis, *deas* dextera et meridionalis, *tuath* polus arcticus a *thuaidh*, manus laeva. (V. Essay on the antiquity of the Irish language, Dublin 1772. 8.) Ac videntur etiam augures romani, qui dextras partes ad meridiem, laevas ad septentrionem esse dicebant (Liv. I, 18), secus atque Graeci, quibus dextra pars ad ortum spectabat, hac in re Orientalium quandam disciplinam secuti esse.

3) *tempus posterum, futurum*. לְאָחוֹר in posterum. Jes. XLI, 23. XLII, 23.

אַחֲרֵי chald. i. q. hebr. *post*, unde אַחֲרֵי דְנָה Dan. II, 29. 45. Vide אַחֲרֵי hebr. no. 4. fin. Cum Suff. אַחֲרֵיהוֹן Dan. VII, 24. Auctor libri Danielis hanc vocem ex Hebraismo retinuit. In puriore enim Chaldaismo בָּתַר dicendum erat.

אַחֲרוֹן fem. אַחֲרֹנָה (ab אַחַר cum terminatione adiectivorum וֹן) 1) *posterior*, opp. priori, superiori (רִאשׁוֹן), sive ratione ordinis Exod. IV, 8. Deut. XXIV, 3. Ruth III, 10, sive ratione loci Gen. XXXIII, 2, unde

אַחֲרִית f. (opp. רֵאשִׁית) 1) *pars postrema, extrema, finis.* Ps. CXXXIX, 9: בְּאַחֲרִית יָם *ad extremum* (remotissimum) *mare.* — 2) *tempus extremum, finis* Deut. XI, 12: עַד אַחֲרִית שָׁנָה *usque ad finem anni.* Dan. VIII, 19: בְּאַחֲרִית הַזָּעַם *in fine irae* i. e. iudicii divini. Vers. 23. XII, 8. It. extrema sors alicuius Job. VIII, 7. XLII, 12. Jerem. L, 12. Prov. V, 11. It. eventus, exitus. Prov. V, 4: אַחֲרִיתָהּ מָרָה *exitus eius* (mulieris adulterae) *est amarus* i. e. ultima sors eorum, quos seduxit. XXIII, 32: אַחֲרִיתוֹ כְּנָחָשׁ יִשָּׁךְ *et exitus eius* (vini) *instar serpentis mordet* i. e. quae vinum ebrietatemque sequuntur. XIV, 12. 13. XVI, 25. XXIX, 21. Nonnunquam κατ᾽ ἐξοχὴν de eventu felice. (Syr. ܚܪܬܐ finis, exitus, maxime felix). Prov. XXIII, 18. XXIV, 14. Jerem. XXIX, 11. Ps. XXXVII, 37. — 3) *tempus posterum, futurum.* Jes. XLVI, 10. Frequentissima in vaticiniis, maxime messianis, est locutio בְּאַחֲרִית הַיָּמִים diebus futuris. Gen. XLIX, 1. Num. XXIV, 14. Jes. II, 2. Jerem. XXX, 23. XLVIII, 47. XLIX, 39. Ezech. XXXVIII, 16. Dan. X, 14. Hos. III, 5. Micha IV, 1. (LXX. haec verba transferunt ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις *diebus ultimis*, et Targg. בְּסוֹף יוֹמַיָּא *in fine dierum*, unde in N. T. haec formula usurpatur de temporibus adventum Messiae proxime praecedentibus, ubi finis mundi instare credebatur. 1 Petr. I, 5. 20. Hebr. I, 1. Vide Lexx. in N. T.). בְּאַחֲרִית הַשָּׁנִים annis futuris Ezech. XXXVIII, 8. — 4) *posteritas, posteri.* Ps. CIX, 13. Jerem. XXXI, 17. Dan. XI, 4. Amos IV, 2. IX, 1.

אַחֲרִית fem. chald. i. q. hebr. no. 3. Dan. II, 28: בְּאַחֲרִית יוֹמַיָּא *diebus futuris.* De temporibus Messiae agitur, quare etiam verti potest *in fine dierum.* Ex Hebraismo petita est phrasis, Chaldaei enim germani אַחֲרִית, quod in Targg. rarissimum est (Prov. XXV, 8. 9), reddunt סוֹף.

אָחֳרָן chald. m. *alius.* Dan. II, 11. 44. III, 29. V, 17. VII, 24. Cf. sub אַחַר. In Targg. est אָחֳרָן, אוּחְרָן, in dial. Hieros. חוֹרָן, unde Sam. [Samaritan], ח et ע permutatis.

אֲחֹרַנִּית (formae קְדֹרַנִּית) adv. *retrorsum* Gen. IX, 23. 1 Sam. IV, 18. 1 Reg. XVIII, 37. 2 Reg. XX, 10. 11. Jes. XXXVIII, 8. Pr. est fem. adiectivi inusitati אֲחֹרָנִי l. potius אֲחֹרָן. Adiectiva enim in ־ָן ita moventur, ut in feminino adsciscant ־ִית, ܝܬܐ cf. רַחֲמָן Plur. fem. רַחֲמָנִיּוֹת, ܦܠܢ f. ܦܠܢܝܬܐ quidam, quaedam, et *Lehrgeb.* p. 516. not. Nun servile est dagessatum, ut in אַחְנַן vel אֲנַחְנוּ, אֲנַחְנָא.

* אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים m. pl. Esr. VIII, 36. Esth. III, 12. VIII, 9. IX, 3 *satrapae*, provinciarum maiorum praefecti

pro occidentali (v. אָחוֹר no. 2). הַיָּם הָאַחֲרוֹן mare posterius i. e. occidentale, mediterraneum (cui opp. קַדְמֹנִי orientale i. e. mortuum) Deut. XI, 24. XXXIV, 2. Joel II, 20. Zach. XIV, 8. — 2) *posterus* (vel si mavis *poster*), *postera, posterum.* דּוֹר אַחֲרוֹן aetas futura Ps. XLVIII, 14. LXXVIII, 4. 6. CII, 19. יוֹם אַחֲרוֹן tempus posterum Prov. XXXI, 25. Jes. XXX, 8. עֵת אַחֲרוֹן Jes. VIII, 23 (IX, 1) id. Plur. אַחֲרֹנִים posteri Job. XVIII, 20. Jes. XLI, 4. Eccles. IV, 16. — 3) *postremus, ultimus, novissimus.* Nehem. VIII, 18. Jes. XLIV, 6: אֲנִי רִאשׁוֹן וַאֲנִי אַחֲרוֹן *ego* (Deus) *primus sum idemque postremus.* XLVIII, 12. 2 Sam. XIX, 12. 13. Job. XIX, 25: וְאַחֲרוֹן עַל עָפָר יָקוּם *et postremus in pulvere stabit* (vindex meus) i. e. postremo, tandem in terra comparebit Deus vindex. 1 Par. XXIX, 29: דִּבְרֵי דָוִיד הַמֶּלֶךְ הָרִאשֹׁנִים וְהָאַחֲרֹנִים *res gestae Davidis regis primae et postremae* s. priores et posteriores. 2 Paral. XII, 15. XVI, 11. XX, 34. XXV, 26. XXVI, 22. XXVIII, 26. XXXV, 27. — (Apud Syros respondet ܐܚܪܝܐ et ܐܚܪܢܐ postremus, apud Arabes آخِر, it. أَخِير, unde Plur. أَوَاخِر posteri).

Fem. אַחֲרֹנָה adv. postremum. Dan. XI, 29: *ut primum ita etiam postremum.* It. בָּאַחֲרֹנָה Deut. XIII, 10. XVII, 7. 1 Sam. XXIX, 2. 2 Sam. II, 26. 1 Reg. XVII, 13. Dan. VIII, 3, et לָאַחֲרֹנָה Num. II, 31. Eccles. I, 11 in fine, postremo. Syr. ܐܚܪܝܬ, ܐܚܪܢܐܝܬ et ܐܚܪܝܢܐܝܬ id.

אַחְרַח (pro אַחַר אָח post fratrem) N. pr. filii Benjamini natu tertii. 1 Paral. VIII, 1.

אֲחַרְחֵל (pone pomoerium sc. natus) N. pr. viri e tribu Juda 1 Paral. IV, 8.

אָחֳרִי chald. adj. *alius*, vel potius *alia.* Iungitur enim femininis מַלְכוּ regnum, חֵיוָה bestia, קֶרֶן cornu. Dan. II, 39. VII, 5. 6. 8. 20. Tau, feminini generis nota, abiectum est per Apocopen, ut מַשְׁרִי pro מַשְׁרִית exercitus, ܪܒܘ pro רִבּוּת lucrum. In Targg. est אָחֳרִי alius, et per aphaeresin חוֹרִי Deut. XXVIII, 32 Pseudojon. אָחֳרִית alia Gen. XXVI, 21. 22.

אָחֳרֵין chald. Dan. IV, 5: עַד אָחֳרֵין vel. sec. Keri עַד אָחֳרָן *usque ad postremum* i. e. postremo, tandem. עַד πλεονάζει, ut saepe particulae in Chaldaismo, unde male int. hebr. עד אשר באחרונה. Quae sit ratio syllabae ־ֵין vel ־ָן, in quam exit vocabulum, subobscurum. Simonis eam pro antiqua Pluralis nota habere videtur, coll. אֵלֶּה (i. q. אֵלֶּה), אֵלִין, אִלֵּין, אַתֵּין, הָדֵין, אִנּוּן, אֲנִין, (adde dualem Syrorum in ܝܢ), ut אָחֳרֵין pr. valeat *subsecutiones*; malo tamen ־ֵין pro terminatione adiectiva habere, ut ־וֹן, ־ָן, coll. syr. ܢܐ in ܐܚܪܢܐ. In Targg. haec forma non exstat.

apud veteres Persas, more Pascharum (ﺑﺎﺷﺎ, ﺑﺎﺷﺎ) turcicorum civili et militari potestate instructi, regumque, quorum splendorem aemulabantur, in provinciis vicarii. Singulis harum provinciarum partibus circulisque procuratores (פַּחוֹת) praeerant. Vide de muneris huius ratione BRISSON. de regio Persarum principatu lib. I. §. 168. HEEREN's *Ideen* T. I. p. 489 sq. ed. IV. De etymo variae sunt eruditorum coniecturae. Ac plurimi quidem hoc vocabulum compositum esse censent, prioremque eius partem, quae in sequentibus etiam vocabulis אחשורש et אחשתרנים comparere videbatur, persicum أخش *akhäsch* esse volunt, quod Persarum Lexicographi ap. LUD. DE DIEU ad Esth. I, 1 reddunt قيمت واذر i. e. transferente editore *dignitas* seu *maiestas et honor* seu *pretium.* At vocabulum persicum *valorem* potius *pretium*que, qualecunque est (*Werth, Preis*), non *maiestatem*, denotare videtur. Burhani kati: اخش بفتح ثالث بوزن آتش اخش قيمت وبهاى چيزهارا كويند *i. e. vocabulo tertia fathata ut in* آتش *pretium et valor rerum notatur,* et porro: اخش بفتح اول وسكون ثانى وشين قرشت اخش قيمت وبها وارزش چيزى باشد i. e. *cum prima fathata, quiescente secunda, atque Schin punctis munito est pretium et valor atque dignitas alicuius rei.* Aliam igitur harum litterarum interpretationem infra prosituri, quomodo posteriorem vocabuli partem interpretentur, videamus. Ac HOTTINGERUS quidem (smegm. orient. p. 76) דרפן ducit a persico دربان *derbân* i. e. ianitor, fors. portae regiae praefectus; CASTELLUS (Heptagl. col. 3960) a pers. دربند minister, famulus, ita ut אחשדרפנים sint summi regis administri l. satellitum praefecti; RELANDUS denique (diss. miscell. II, 232) et AUG. PFEIFFERUS (Dub. vexat. Opp. 421) caeteris rectius in his litteris latere viderunt persicum ستراب vel ستراب *sitrap* satrapa, quam vocem tanquam veterem et obsoletam notarunt CASTELLUS (Lex. pers. col. 330) et MENINSKIUS. אחשדרפן de hac sententia compositum fuerit ex אחש et שדרפן, duarum sibilantium altera extrusa, et adiecta syllaba formativa ־ָן.

Atqui biblicum nomen אחשדרפן veterum Persarum *Satrapam* esse, nos quoque pro certo habemus: אחש vero minime videtur vocabulum peculiare et praefixum, sed Hebraei sonum formae zendicae vel pehlevicae *Khschatrap* accurate expressuri litterae Schin praefixerunt ח cum Aleph prosthetico, cuius rei similia exempla habes אחשורש et אחשתרן. Atque durioris illius, quam posuimus, formae praeter analogiam duo vestigia extant. Primum est in etymo, quod cum BOHLENIO in litteris ad nos datis quaerimus in sanscridanico *Khschatryapati* ordinis bellici dominus, alterum in forma graeca apud Theopompum ἐξατράπης, quae hebraicae accurate respondet, et itidem litteram prostheticam adsumsit. Pro duris litteris *khsch* Graeci posuerunt ξ, ut in *Weorokesche*, *Warakche* Araxes (ANQUETIL in Mémoires de l'académie des inscript. XXXI, pag. 367), *Khschersche* Xerxes, recentiores Persae a durioribus sonis alienissimi pro *ksch* et *tsch* ش et ﭺ cf. zend. *khschetrao*, postea *schetrao* rex; Ῥοξάνη zend. reotschen pers. روشنا lucida; *Khschehioh* (inscr. Persepol.) i. q. شاه rex; *Khscheeto* lucidus, شيد; *khschefé* nox شب; *khschouesch* sex, شش. Ita *Kschatrap* ستراب Σατράπης, *Araxes* hodie Aras. Hebraeos duriorem illum sonum *ksch* expressisse חש, alio praeterea exemplo docemur, nimirum אַרְתַּחְשַׁסְתְּא pro *Art-kschetro*. Vide s. h. v. Quod ad syllabam ־ָן attinet, quam habes etiam in אחשתרנים, haec aramaeae est originis, in qua dialecto ea magnopere frequentatur (cf. אַחְמְתָא, Agbatana), nisi forte est nota Pluralis linguae persicae veteris et recentioris a Chaldaeis Hebraeisque veram eius vim ignorantibus servata, simili vitio, quam quo nostrates dicunt *l'Alcoran, der Alcoven.* Aliud etymon, ac supra propositum, dedit ANQUETIL DU PERRON (Mémoires de l'acad. des inscriptt. XXXI, Zend-Avesta Kleukeri II, p. 82) *Satrapam* ducens a pehlevico *Satterpae* i. e. coelum stellarum fixarum, quod coelo solis ac planetarum inferius esse putatur, regumque vicarios ita dici observans, ut opponantur regibus, qui *Korschidpae* i. e. coelum solis, atque superius, appellentur. — LXX. σατράπαι, in lib. Esth. στρατηγοί, Theod. Dan. ὕπατοι. Vulg. *satrapae*, raro *principes*. Syr. Esr. ܐܚܫܕܪܦܢܐ, Esth. Dan. ܐܚܫܕܪܦܢܐ.

אֲחַשְׁדַּרְפְּנִין chald. m. plur. i. q. hebr. praec. Dan. III, 2. 3. 27. VI, 2. 3. 4. 7. 8.

*** אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ** *Achaschwerosch*, Xerxis nomen in V. T. Esra IV, 6 (v. not.). Esth. I, 1. 2. 10. 16. 17. 19. II, 1. 12. 16. 21. III, 1. 6. 7. 8. 12. VII, 5. VIII, 1. 7. 10. IX, 20. 30. X, 1. 3, quod praeterea patri Darii Medi i. e. Astyagi tribuitur Dan. IX, 1. Quod ad nominis etymon attinet, plurimi illud compositum putant ex אחש أخش (v. sub אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים) et alio vocabulo *principem* notante. Ac Jo. SIMONIS confert بروشان *baruschan* princeps, nobilis (Onom. V. T. p. 580), Jo. JAHN (*Einleit. in das A. T.* 299) zendicum *Veretschao* qui multum facit, fortasse qui magna patrat (Zendavesta ed. Kleuker III, p. 315) et alibi verosimilius pehlevicum *Zwaresch* heros (*Archäologie* II, p. 171), ILGENIUS (ad Tob. p. 130) persicum آراستن *ârasten* ornare, ita ut אחשרש (אֲחַשְׁרֹשׁ) (Esth. X, 1 Chethibh, quam formam is genuinam et primitivam esse censet, coll. syr. ܐܚܫܝܪܫ, arab. أحشيرش) sit *gloria ornatus.* Similem ipse olim secutus sum rationem (*Hall. Encyclopädie* s. v. Ahasverus) cum LUDOV. DE DIEU (ad Esth. I, 1), WAHLIO (*Magazin f. alte bes. orient. Literatur* I, 105), BOHLENIO, ROSENMUELLERO aliisque. Etenim אחשורש persice أخشورش scriptum

fuisse censebam, ab آخش cum syllaba ور *war*, quae ubi nominibus abstractis affigitur ea reddit concreta, possessoremque indicat v. c. جانور animam habens, نامور nomen habens, celeber, et terminatione ش *esch* in vocabulis biblicis e Persia oriundis frequentiore, ut in דָּרְיָוֶשׁ, כֹּרֶשׁ, וַשְׁתִּי, cf. Herodot. I, 139.

At mutanda fuit sententia, postquam vera et genuina nominis *Xerxes* orthographia e tenebris emersit. Etenim in inscriptionibus Persepolitanis ap. Niebuhr. II, pl. 24 g. hoc nomen indagavit Grotefendii nostri sagacitas (v. Heeren's *Ideen* I, 2 tab. IV) nimirum ita scriptum

KH·SCH·H·Ê·R·SCH·Ê :

quae litterarum explicatio mirifice confirmatur alio quodam monumento persico-aegyptiaco in Parisiensi rerum antiquarum collectione asservato, quod descripserunt St. Martin (Journal asiatique III, p. 85 sq.) et Champollion jun. (Précis du système hiéroglyphique, Tableau général tab. 7. p. 24, ubi tamen inscriptio persica lithographi haud dubie errore inverso ordine exhibita est). Incipit enim haec inscriptio vasculi alabastri, pariter atque illa persepolitana, a nomine Xerxis ter litteris cuneiformibus (persice, medice et assyriace), semel hieroglyphis phoneticis scripto, ita quidem ut inscriptio persica (quam Martinius paulo aliter atque Grotefendius explicat *Khschearscha*) prorsus concinat cum persepolitana. Inscriptionem medicam Martinius legit *Khseré*, assyriacam *Khschyarscherch* (quod haud dubie a dialectorum varietate repetendum est), aegyptiaca vero, quae haec est

secundum litterarum valorem satis concordat cum persica, videlicet sec. Champollionem legenda ϧϣⲉⲁⲣϣⲁ a. השיארשא. Nimirum *loti caulis* significat literam ϧ s. ח, *arboretum*, quod secundum sextumque locum occupat, literam ש, *duae pennae* literam H et י, *avicula*, quae tertio et septimo loco est, literam A, *leo cubans* literas ל et ר. V. Champollion l. c. *Alphabet harmonique* tab. A. D. I. Fac vero, de quarundam litterarum valore disputari posse (re vera enim eximie placet novissima coniectura Grotefendii legentis KH. SCH. W. E. R. SCH. E, ita ut tertia litera paululum dubia non aspirationem solum valeat, sed interdum etiam litterarum *Waw* et *Jod* vices expleat, id quod egregie illustratur nomine *Darheusch* hebr. דָּרְיָוֶשׁ scripto), in universum nemo facile negabit, nominis persici in monumento persepolitano interpretationem Grotefendio debitam, novo hoc Parisiensium invento egregie confirmari et a dubitationibus vindicari.

Est igitur Hebraeorum אחשורש nihil aliud atque veterum Persarum *Khsch-wersche* cum Aleph prosthetico, et syllabae אחש eadem est ratio, quam paulo superius in vocabulo אחשדרפנים vidimus. Quandoquidem vero tertia vocis littera (h vel j et w) admodum lenis erat pronuntiationis, ea omissa Hebraei etiam scribere poterant אחשרש (Esth. X, 1 Chethibh), Syri et Arabes אחשירש (v. supra). Graeci pro *Khsch* veterum Persarum Ξ substituentes Ξέρξης scribebant.

Quod ad *etymon* vocis zendicae attinet, id commode in medio relinquere poterimus: mihi tamen probabile, *Khschwersche* vel *Khschhersche* dictum esse pro pleniore *Khschher-khschiehioh* i. e. شير شاه *leo rex*. Recte enim Relandus (dissertatt. II, p. 260): „Amant reges orientales, reges bellicosos *leones* dicere. Ita ارسلان i. e. *leo* dictus fuit imperator tertius decimus ex dynastia Seldschukidarum et alii. Nuperus rex nobilissimae insulae Selan appellabatur راج سينغ *Radscha Singa* i. e. *Rex Leo* Singalaeis et Malaeis, quod ipsum Xerxes exprimit." Cf. sub אֲרִיאֵל rad. ארה. Fuerunt quoque, ut Richardsonius in Lex. pers., qui אחשורש a خسرو (Kosroës) derivatum existimarent, neque utriusque nominis congruentiam negamus; videtur tamen خسرو potius ab antiquo illo nomine derivari, quam contra. LXX. Ἀσσουῆρος, sed in lib. Esth. Ἀρταξέρξης. Vulg. *Assuerus*.

Not. *Ahasverus*, de quo Esr. IV, 6, propter temporum rationes Cambyses esse debet (v. J. D. Michaelis ad h. l.), et qui eum excipit, *Artachschasta* Pseudo-Smerdes: quo posito consequitur, utrumque hoc nomen tanquam titulum honoris et epitheton praeter Xerxem et Artaxerxem Graecorum aliis etiam regibus tributum esse: nisi locus iste depravatus aut ab ipso scriptore in regum serie erratum est. *Ahasverus* autem, Estherae uxor, cuius inepte et scelerate gesta liber ab ista regina nominatus enarrat, quis fuerit disquisituri interpretes omnes fere Mediae Persiaeque reges a Cyaxare I. usque ad Artaxerxem Longimanum in subsidium vocarunt, ut *Astyagem* (Prideaux), *Cyaxarem II* (Marsham), Cambysem (Kohlreif chronol. s. P. II. c. 13), Darium Hystaspis f. (Usserii Annal. ad a. 4193. Calmet dictionn.), Artaxerxem Longimanum (Michaelis in not. ad Esth. I, 1), quae postrema sententia LXX interpretum et Josephi (Archaeol. XI, 6) auctoritate commendatur. Praeeunte tamen Scaligero (de emendat. temp. lib. VI) longe plurimorum in *Xerxem* inclinavit animus (v. Pfeifferi dubia vexata p. 483. L. J. C. Justi *über den König Ahasverus im B. Esther*, in Eichhornii Repertorio T. XV, et in auctoris sylloge: *Neue Abhandlungen über wichtige Gegenstände der theol. Gelehrsamkeit* I, p. 38 sq. Jahn introd. in V. T. rel.), eaque sententia tum nominis

congruentia commendatur, tum eo quod Xerxis ingenium, quale ab Herodoto adumbratur, cum Ahasveri, hominis non magis crudelis quam stulti imbecillique, moribus prorsus concordat.

* אֲחַשְׁרֹשׁ vel אֲחַשְׁרֵשׁ i. q. praec. Esth. X, 1 Chethibh. Vide paulo superius dicta.

* אֲחַשְׁתָּרִי N. pr. viri ex posteris Judae 1 Paral. IV, 6, persicae, ut videtur, originis, ni fallor *mulio*. Vide sequens vocabulum.

* אֲחַשְׁתְּרָנִים Esth. VIII, 10 *muli*. Additur per epexegesin בְּנֵי הָרַמָּכִים *filii equarum*. Plerisque composita videtur vox ex pers. اخش et استر, استار *mulus*, adiecto ־ָן, ut in אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים (cf. استرها in Vers. pers. Gen. XXXVI, 24 pro hebr. יֵמִים), ut sint *muli praestantes*: Lorsbachio (*Archiv für morgenländische Literatur* II, p. 262) ex pers. آكاه *Aga* i. e. cursus publicus, *Post, messagerie*, et استر, ita ut sint *muli regii*, cursui publico adhibiti. Prius illud praeferrem (et olim re vera praetuli), nisi obstarent de اخش superius dicta. Conicio igitur ex antecedentium vocabulorum analogia, pro شتر veteres Persas dixisse *schatar* vel *khschatar*, eamque ob causam Hebraeos litterae sibilanti praefixisse ח cum Aleph prosthetico. LXX. Vulg. Syr. omittunt. *Mulos* interpretatur Aben Esra, *camelos magnos* autem R. Salomo, quantumvis repugnantibus verbis בני רמכים. Contulit is, vel quicunque ei hanc sententiam praeivit, persicum اشتر *üschtür* camelus. Targ. prius pro הרכש האשתרנים בני הרמכים habet ריכסא ערטוליני רמכין, sed cum Bocharto (Hieroz. I, p. 237) ex altero rescribendum est ריכסא' ערטילי בני רמכין *equos nudos*, *filios equarum*. Volunt fuisse nudos, non cataphractos et phaleratos, ut expeditius currerent. Vide Bochartum l. c.

אחת una, v. אֶחָד.

אטד rad. inusit. Arab. أطد firmavit, stabilivit, sec. Kamusum. Unde

אָטָד m. *rhamnus*, a firmitate radicum dictus. Iudd. IX, 14. 15. Ps. LVIII, 10. גֹּרֶן הָאָטָד *area rhamni*, n. pr. loci transjordanensis Gen. L, 10. 11. Arab. أطد id., ita tamen ut usitatius sit synonymum عوسج. Locm. fab. 22. Syr. ܐܛܕܐ Vers. syr. l. l. c. c. Chald. Plur. אַטְדִין ap. Onk. Gen. III, 18 ubi כּוּבִין וְאַטְדִין pro hebr. קוֹץ וְדַרְדַּר. Pseudo-Jonath. אַטְטִין, atque sic Jonath. Hos. X, 8, cf. ap. Nasoraeos: כובא ואטאטא (Staeudlin's *Beytr.* V, p. 16). Punicam quoque fuisse vocem intelligimus ex auctario Dioscoridis, ubi glossator: Ῥάμνος, Ἄφροι, Ἀταδίν (אטדין). Omnia vero haec herbarum vocabula, quae africana nuncupat iste glossator, punica id vero est semitica esse ostendit Bochartus geogr. sacrae II, lib. II. c. 15. Caeterum de rhamno vide Celsium in Hierobot. T. I. p. 199—209, eiusque iconem apud Prosp. Alpinum de plantis Aegypti pag. 21.

אטט rad. inusitata. Apud Arabes أطّ fut. I. est: *lenem sonum edidit*, et usurpatur de *stridore* sellae camelinae haud satis adstrictae, de sono gemebundo cameli prae lassitudine onerisque gravitate (Har. IV, 44. Schult.), de *murmure* ventris inanis et famelici cet. gr. τρύζειν, nostr. *knarren*, *knurren*, أطيط et أطاطة it. أضاض sonus est modo descriptus. Hinc apud Hebraeos 1) *murmuravit* v. אַט no. 1; 2) *murmuravit* rivus, *leniter fluxit* (v. Jes. VIII, 6); 3) *leniter incessit* et *egit*. Translatum est vocabulum a sono ad fluxum, a fluxu ad incessum, cf. יָבַל.

אַט subst. m. 1) murmur, gemitus et abstr. pro concr. *murmurans* i. e. νεκρόμαντις, ventriloquus (v. sub אוֹב), murmure vocis artificiosae manium vocem imitari solitus. Plur. אִטִּים Jes. XIX, 3, non sine acerba horum praestigiatorum credulaeque plebis irrisione *die Knurrer*. Abulwalides: ما يبعد عندى أن يكون مجانس لقولة العرب للصوت الاطيط ككل صوت يشبه صوت الرحل الجديد على معنى והיה כאוב מארץ קולך والمعنى انهم اصحاب الاوب واطيط الابل انينها *mihi probabile est, hanc vocem cognatam esse arabicae* اطيط, *quae varios sonos notat similes stridori, quem sella camelina nova edere solet, ita ut* אִטִּים *coll. Jes. XXIX, 4 necromantiae peritos transtulerim;* اطيط *vero de camelo usurpatum murmur gemitumve eius significat.* — 2) *murmur* (rivi), *fluxus lenis*. Jes. VIII, 6: מֵי הַשִּׁלֹחַ הַהֹלְכִים לְאַט *aquae Siloae euntes cum leni murmure* i. e. lente, leniter. — 3) lenis incessus, unde אַט, לְאַט, לְאַט adv. *leniter*, lente, *sensim pedetentimque*; velut de leni lentoque incessu lugentis 1 Reg. XXI, 27, gregis Gen. XXXIII, 14: וַאֲנִי אֶתְנַהֲלָה לְאִטִּי *egoque incedam secundum lenitatem l. commoditatem meam* i. e. consuetam, *nach meiner Gemächlichkeit, allgemach*. 2 Sam. XVIII, 5: לְאַט לִי לַנַּעַר *leniter (agite) mihi cum puero!* Job. XV, 11: וְדָבָר לָאַט עִמָּךְ *et verbum* (nostrum) *mite ad te*. Adverbium h. l. adiectivi vices sustinet, ut saepe. Caeterum plerique interpretes ante Schultensium, excepto Jarchio, לְאַט h. l. verbum esse opinati sunt, quod acquivalcat verbo לוּט abscondere, tegere, renitente sententia.

אָטַם 1) *clausit.* Arab. أَطَمَ occlusit ostium, forma pass. laboravit alvo obstructa. Conj. II, cooperuit, velavit pilentum camelinum, lateribus cortinas obduxit. Syr. ܐܛܡܬܐ i. e. sec. Bar Ali et Barbahlul (Castellus enim hac voce caret): سدّ انسداد اصمات صفاق صلابة *clausio, clausura, obstructio ventris* [arab. إطام], *munimentum clausum* [arab. أُطُم]. Hinc חַלּוֹנִים אֲטֻמוֹת et חַלֹּנוֹת אֲטֻמוֹת Ezech. XL, 16. XLI, 16. 26 *fenestrae clausae* et חַלּוֹנֵי שְׁקֻפִים אֲטֻמִים 1 Reg. VI, 4 *fenestrae trabibus clausis*, quae eaedem Ezech. XLI, 16 חַלֹּנוֹת מְכֻסּוֹת *fenestrae opertae* appellantur. Chald. ubique כַּוִּין כְּתִימָן, opp. כַּוִּין פְּתִיחָן fenestris apertis Dan. VI, 11. Quae vero fenestrarum illarum clausarum ratio fuerit, in eo mire dissentiunt veteres interpretes. Alii fenestras intelligunt *cancellis clausas* (LXX. Ezech. XLI, 16 δικτυωτά. Arab. مُشَبَّكة. Symm. τοξικαί), alii *fictas et mendaces*, nonnisi specie tales (v. Bar Bahlûl), plerique *extrinsecus angustas, intrinsecus latas*, quales in munitionum muris percrassis inveniuntur. Chald. 1 Reg. כַּוִּין פְּתִיחָן מִלְּגָיו וּסְתִימָן מִלְּבָרָא *fenestrae intrinsecus apertae, extrinsecus clausae.* Arabs ibid. كُوى ضَيِّقَة من خارِج وَواسِعَة مِن دَاخِل. Syr. Ezech. XL, 16: ܟܘ̈ܐ ܩܛܝ̈ܢܬܐ ܡܢ ܠܒܪ ܘܦܬܝ̈ܚܬܐ ܡܢ ܠܓܘ, quod idem est. Neque aliter Ephraemus Syrus (Opp. syr. II, 199), qui insuper explanat ܟܘ̈ܐ ܬܪ̈ܝܢ ܐܦ̈ܐ *fenestras duplici facie*, Alex. qui κρυπτάς, Vulg. qui *obliquas* reddit, plurimi Rabbini, atque ipse Lutherus: *inwendig weit, auswendig enge.* Ob usum loquendi Arabum magis placerent fenestrae *cortinis clausae*, nisi ipse locus biblicus 1 Reg. VI, 4 meliorem suaderet explicationem. Fenestrae enim *clausae* tales fuisse videntur, quarum cancelli pro lubitu claudi et operiri non possent. Eandem, de qua diximus, interpretationis varietatem, habes iam in Lexicographis Syrorum Bar Alio et Bar Bahlulo, qui iisdem fere verbis ita illustrant ܐܛܡܬܐ, quod Syrus in l. c. retinuit: ܐܛܡܬܐ ܗܝ ܟܘܐ ܕܡܣܬܟܠ ܡܢ ܠܒܪ ܘܠܐ ܡܬܦܬܚܐ ܟܘܐ ܕܦܬܝܚܐ ܡܢ ܓܘ ܘܩܛܝܢܐ ܡܢ ܠܒܪ ܘܐܝܟ ܗܘ ܕܒܝܬ ܡܣܩܐ ܗܝ ܐܛܡܬܐ . . . . ܐܝܟ ܗܘ ܕܠܐ ܡܬܦܬܚܐ . يقال المصمت كوى مُوَرّبة : وقد قالوا المصمت الذى ليس له تجويف i. e. אטימתא *sec. nonnullos notat fenestras fictas. In libro Regum legitur: et fecit domui fenestras latas et fictas.* (Omissus est locus supra exhibitus de אטימותא). *Sec. Bar Seruschwoi eas sunt fenestrae, quae non recta penetrant* (murum), *sed clausae sunt ab una parte oblique. Vocatur talis* المصمت *fenestra solida, et* مورّبة *constricta, clausa.* [Videntur tamen haec verba potius ad sequentem interpretationem pertinere]. אטימא *sec. alios est* (fenestra), *quae non movetur* (l. pro lubitu aperitur et clauditur), *eam dicunt solidam, quae nunquam patet.*

2) *clausit, obturavit*, labia Prov. XVII, 28, aurem Prov. XXI, 13. Jes. XXXIII, 15. Ad posterius cf. arab. (sono etiam vicinum) صَمَّ obturavit, it. fut. A. obsurduit, itemque, quod proverbio dicitur: لبيس اذنى له *operui ei aurem* i. e. ei obsequi nolo, Golius e Camuso p. 56. Obiter notamus, plura *claudendi* verba in syllabam *tam* et *sam* exire, ut hebr. חָסַם, סָתַם, חָתַם et arab. كظم, ختم, كتم.

Hiph. i. q. Kal no. 2. obturavit (aurem). Ps. LVIII, 5.

אָטַן rad. inusit. fortasse *ligavit.* Praeter nomen אֵטוּן conferri potest arab. أَصْن funes tentorii. Castellus praeterea in Lex. Heptag. habet aethiop. ሰጸነ: laudato Marc. XIV, 14, ubi vero neque huius radicis neque ligationis ullum vestigium est, quare valde suspectum est hoc verbum, quippe a Ludolfo etiam plane praetermissum.

אֵטוּן (per Syriasmum pro אֵטוּן) *filum.* Prov. VII, 16: חֲטֻבוֹת אֵטוּן מִצְרָיִם *stragulae e filis Aegypti.* In Targg. אֵטוּן est *funis*, et invenitur pro hebr. חֶבֶל et מֵיתָר Jos. II, 15. Num. IV, 32. 1 Reg. XX, 32. Esth. I, 6 rel. Apud Hebraeos vicina significatio fili usitata fuisse videtur. *Fila* vero *Aegypti* sunt fila linea l. bombycina et byssina summae subtilitatis, qualia in Aegypto nebantur (v. Jes. XIX, 9. Ezech. XXVII, 7. Barhebr. pag. 218.), *ägyptisches Garn*, non minus nobilitata apud veteres, quam apud nos fere turcica fila (*türkisches Garn*). Kimchi, Gr. Venet. aliique *funiculum* retinent, funesque volunt ad latus lecti dependentes, vel tale quid, minus apte ad contextum. R. Parchon: חגור מעשה מצרים *cingulum in Aegypto contextum.* — Post Alb. Schultensium multi conferunt gr. ὀθόνη, ὀθόνιον (vestis lintea) idque vel ex voce hebraea, vel utrumque, graecum et hebraeum, vocabulum ex Aegypto repetunt. Ex his Forsterus id vocabulum aegyptiace scriptum existimat (de bysso antiquorum p. 75) ⲁⲧⲥⲓ - ⲛⲧⲁⲧ *stamen lini.* At quicquid de graeco vocabulo statuis, semitico nostro explicando illud vix adhibuerim. Ludolf. in Comment. ad hist. aethiop. p. 204 *suffitum* tentat ex aethiop. ዕጣን: thus, suffitus, coll. V. 17. Infelicius.

Aegyptus enim suffitu nobilitata non fuit, ne dicamus, contextum prorsus reniti.

אָטַר Fut. יֶאְטַר *clausit, conclusit.* Legitur in uno loco Ps. LXIX, 16. Arab. أَطَرَ vicinas habet significationes, circumdedit, sepsit, circumstetit, it. obligavit, ut nervo sagittam. Conj. V. complicatus, flexus et incurvatus fuit.

אָטֵר (clausus, ligatus) N. pr. 1) viri e numero praefectorum, qui sub Zorobabele ex exilio revertebantur Esr. II, 16. Nehem. VII, 21. X, 18. 2) alius cuiusdam, e numero ianitorum, Esr. II, 42. Neh. VII, 45.

אִטֵּר m. adj. *ligatus* i. e. impeditus Iudd. III, 15. XX, 16: אִטֵּר יַד יְמִינוֹ *ligatus manu sua dextera* i. e. qui dextra commode uti non poterat, scaevola. Cf. III, 21. Alia etiam ligandi vocabula hunc in modum ad impeditiorem membrorum usum transferuntur, ut أَعْقَدُ ligatus sc. lingua i. e. qui impeditae linguae est, عُقْدَةٌ impedimentum linguae, إنعقد لسانها عن ردّ الجواب impedita erat lingua eius, ut respondere non posset. Plura vide ad חָתַם. Contra nos de loquace, *die Zunge ist ihm gelöst.* Nomina formae קִטֵּל imprimis vitiis et infirmitatibus corporis designandis adhiberi, monstravimus *Lehrgeb.* p. 490.

אִי constr. אֵי 1) adv. interrogandi, *ubi?* Nonnisi cum Suffixis (sed vide Not. 2) אַיֶּכָּה ubi tu? Gen. III, 9. אַיּוֹ ubi ille? Exod. II, 20. 2 Reg. XIX, 13. Micha VII, 10. Job. XIV, 10. XX, 7. אַיָּם ubi illi? Jes. XIX, 12. Nah. III, 17. Alibi semper cum He parag. אַיֵּה. (Apud Arabes أَيٌّ est pronomen interrogativum *quis?* quod Fem. et Pluralem admittit, أَيَّةٌ quaenam? أَيُّونَ, أَيَّاتٌ quinam, quaenam? et sequente genitivo construitur, ut أَيُّ رَجُلٍ quisnam vir? أَيَّ حِينٍ quonam tempore, أَيُّكُمْ quisnam vestrum? Idem valet aethiop. አይ: Apud Castellum est etiam syr. ܐܝ quae, illa, sed incertae auctoritatis. Cf. אִי.

2) אֵי est nota interrogationis, quae adverbiis et pronominibus praemissa iis vim interrogativam tribuit, quemadmodum אֲשֶׁר relativam. Cf. germ. *wovon?* pro *von welchem?* Hunc in modum componitur a) אֵי זֶה *quis?* sed ubique cum respectu ad locum 1 Reg. XIII, 12: אֵי זֶה הַדֶּרֶךְ הָלַךְ *quanam via abiit?* (Vel: *ubi viae? quorsum viae?* Vide ad אֵי מִזֶּה sub litt. b.). Eadem structura est 2 Reg. III, 8. 2 Paral. XVIII, 23. Job. XXXVIII, 24, et sine interrogatione Jer. VI, 16. Eccles. XI, 6: כִּי אֵינְךָ יוֹדֵעַ אֵי זֶה יִכְשַׁר *nescis enim, quodnam* (seminis granum) *efflorescet,* in quo uno exemplo haec particula ad locum non refertur. Alibi est *ubi?* (a זֶה hic) Job. XXVIII, 12. Esth. VII, 5. Jes. L, 1. LXVI, 1. 1 Sam. IX, 18, et *quorsum?* 1 Reg. XXII, 24. Aliquoties iunctim scribitur אֵיזֶה, v. infra. — b) אֵי מִזֶּה *unde?* (a מִזֶּה inde). Gen. XVI, 8. 1 Sam. XXX, 13. 2 Sam. I, 13. Job. II, 2. Ion. I, 8: אֵי מִזֶּה עַם אָתָּה *ex quonam populo es?* 2 Sam. XV, 2: אֵי מִזֶּה עִיר אַתָּה *ex quanam urbe es?* (Pr. undenam populi? undenam urbis? ut Plaut. unde gentium? Odyss. 1, 170: πόθεν εἰς ἀνδρῶν; עַם et עִיר in his locis sunt genitivi pendentes a nominativo זֶה, ut vel e sexu nominis עִיר femineo intelligitur.) — c) אֵי לָזֹאת *cur? quare?* (a לָזֹאת propterea) Jer. V, 7.

Not. 1. אֵי in omnibus exemplis sub no. 2. propositis pr. est st. constr. ab אִי, et illustrari potest ex usu Arabum sub no. 1. monstrato. — Aliis quibusdam particulis אֵי arctius iungitur, ut in unum vocabulum coalescant, אֵיךְ, אֵיכָה, אֵיכָכָה, אֵיכֹה, אֵיפֹה. Eadem ratione hac particula utuntur Syri in ܐܝܟܢܐ quomodo? (a ܗܟܢܐ, ܗܟܢ ita), ܐܡܟܐ unde? (a ܡܟܐ, מִכָּה), ܐܢܐ quis, qualis? ܐܝܢ id., Chaldaei in אֵידֵין quinam? quodnam? ubi? (i. q. אֵי־זֶה), אֵידָא quaenam? אֵימְּכָן unde? אִיכְדֵין quomodo? (a כְּדֵין ita), אֵימָתַי quando? אֵימְכָן unde? (ubi notandum est, in duobus ultimis exemplis אֵי particulis per se interrogativis praemitti pleonastice vel maioris emphaseos ergo), Samaritani in ࠀࠉࠊࠍ *ubi?* v. Anecdott. orient. I, 28, Aethiopes in አይቴ: ubi? quomodo? nec non አይ: ubi?

Not. 2. In loco Prov. XXXI, 4 אֵי, quod in Keri est, multi per Apocopen interpretantur לְרוֹזְנִים אֵי שֵׁכָר *et principes non* (decet) *temetum.* Kimchi: חסר נון ומשפטו אין שכר. Quanquam autem Apocope litterae Nun exemplis non caret, h. l. potest vulgaris significatio retineri, et verti: *et principum* (non est, dicere), *ubi temetum?* quo posito tamen non dissimulandum, אֵי in hoc uno exemplo extare pro אַיֵּה *ubi?* et sine Suffixis. Kimchi: ויתכן לפרשו כמו איה .... ופירושו אל לרוזנים שיאמרו איה שכר לשתות.

Not. 3. Seorsum et tanquam primitivam tractavimus hanc particulam, cum lubrica sint de his vocabulis pericula etymologica. Non absona tamen multorum derivatio ab אָוָה desideravit, cum sit *desiderandi* quaerendique particula, aut ab אָוָה *habitavit,* אִי *habitatio,* siquidem est particula de loco quaerentis. Ad eam commendandam provocare possis ad formam אוי, quae invenitur in Cod. sam. Gen. XVI, 8 pro אֵי.

אַיֵּה *ubi?* i. q. אִי, אֵי cum He paragogico ut in הֵן, הִנֵּה. Gen. XIX, 5. 2 Sam. XVI, 3. Jerem. II, 8. Job. XVII, 15. Mal. II, 17. Zach. I, 5 rel. et citra interrogatio-

niem Job. XV, 23: נֹדֵד הוּא לַלֶּחֶם אַיֵּה *vagus errat quaerens panem, ubi* (sit), l. (interrogans) *ubi?*

אַיֵּה *ubi?* pro אַי—זֶה iunctim reperitur in codd. bene multis et quibusd. Editt. Job. XXXVIII, 19. 24. Eccles. XI, 6. 1 Reg. XIII, 12 (v. Kennicott. ad h. l. l.). Qui ita scripsere librarii exemplum Chaldaeorum secuti sunt in אֵידֵין. Caeterum utrum sequaris, parum refert, quandoquidem veteres in scribendo vocabula tam arcte iuncta interpungendo nunquam seiungere solebant.

אֵיךְ (pro אֵיכָה, quod statim sequitur) *quomodo?* Gen. XXXIX, 9. XLIV, 8. 34. Exod. VI, 12. 30. Jos. IX, 7. 1 Sam. XVI, 2. Jes. XX, 6. XLVIII, 11. Saepe est negantis Exod. VI, 12: וְאֵיךְ יִשְׁמָעֵנִי פַרְעֹה *et quomodo auscultabit mihi Pharao? wie sollte Pharao mich hören?* 2 Sam. XII, 18. 2 Reg. X, 4, admirantis et deplorantis Jes. XIV, 4: אֵיךְ שָׁבַת נֹגֵשׂ (heu! ohe!) *quomodo cessat exactor!* Ps. LXXIII, 19. Eccles. II, 16: וְאֵיךְ יָמוּת הֶחָכָם עִם הַכְּסִיל *et eheu! moritur sapiens una cum stulto*; denique expostulantis Iudd. XVI, 15. 2 Sam. I, 14. Sine interrogatione Ruth III, 18. 2 Reg. XVII, 28. (Chald. אֵיךְ, pro quo saepius in Targg. הֵיךְ, syr. ܐܝܟ, plerumque citra interrogationem. In utraque dialecto inde formantur nomina et verba, ut איכות qualitas, התאיך rabbin. qualificari, ܐܝܟܢܘܬܐ qualitas). Cf. הֵיךְ.

אֵיכָה (ex אֵי et כֹּה i. q. כֹּה ita, hic) 1) *quomodo?* Deut. I, 12. XVIII, 21. XXXII, 30. 2 Reg. VI, 15 rel., sed minus usitatum, quam אֵיךְ, quod Critici Samaritani propterea in Deuteronomii l. l. c. c. reponendum censuerunt. Saepe est admirantis et dolentis Thren. I, 1: אֵיכָה יָשְׁבָה בָדָד הָעִיר *eheu! quam solitaria sedet urbs* cet. Jes. I, 21. Citra interrogationem Deut. XII, 30. Iudd. XX, 3. — 2) *ubi?* praeter interrogationem Cant. I, 7. (Chald. אֵיכָא, אֵיכָן ubinam? Syr. ܐܝܟܐ ubi? ܐܝܟܢ quomodo? et sine interrogatione ܐܝܟܐ, ܐܝܟܢ).

אֵיכֹה *ubi*, sine interrogatione 2 Reg. VI, 13. Incerta tamen est lectio, et in Keri est איכו, ad quod pertinere potest Cholem in textu conspicuum, ita ut scriptura textus legatur אֵיכֹה. Hoc ipsum tamen איכו est pro איכה. Nonnulli codd. habent אֵיפֹה, quod non minus ferendum; alii אֵיפוֹא, אֵפוֹא, quod huic loco omnino ineptum est.

אֵיכָכָה (Milel) *quomodo?* ex אֵי et כָּכָה ita (q. v.). Nonnisi bis in sequiore Hebraismo Cant. V, 3. Esth. VIII, 6.

אַיִן i. q. אַי *ubi?* cum Nun parag. ut in אֲדַיִן, אֵין, *Lehrgeb.* §. 35, 3. Arab. أَيْنَ ubi? أَيْنَمَا ubicunque, syr. ܐܝܢܐ quis? qualis? In V. T. legitur tantum hac compositione: מֵאַיִן *unde?* Gen. XXIX, 4. XLII, 7. Num. XI, 13. Jos. IX, 8. Iudd. XVII, 9. XIX, 17. 2 Reg. V, 25. VI, 27. XX, 14. Jes. XXXIX, 3. Jon. I, 8. Nah. III, 7. Job. XXVIII, 12. 20. Bis sine interrogatione Jos. II, 4. Ps. CXXI, 1. Arab. مِنْ أَيْنَ *unde?* Talmud. מְנַיִן. Ex אַיִן contrahitur אָן v. infra.

Not. Monendi sunt tirones, ne cum nostro מֵאַיִן confundant מֵאַיִן, quod compositum est ex אַיִן *nihil* et מִן, quale est Jer. XXX, 7. Jes. XLI, 24.

אִישׁ 1 Sam. XXI, 9 v. s. rad. אוּשׁ.

אֵיפֹה (ex אֵי et פֹּה *hic, sic*) 1) *ubi? ubinam?* Gen. XXXVII, 16. Ruth II, 19. 1 Sam. XIX, 22. 2 Sam. IX, 4. Jes. XLIX, 21. Jerem. III, 2. Job. IV, 7. XXXVIII, 4. Sine interrogatione Jer. XXXVI, 19. 2) *quomodo?* Iudd. VIII, 18: אֵיפֹה הָאֲנָשִׁים *quales* (fuerunt) viri? Respondetur: כָּמוֹךָ כְמוֹהֶם *ut tu, ita illi*. Male Jonath. LXX. *ubi?* Nam nec quaeritur de loco, nec de loco respondetur, sed de forma. (Aethiop. ʾአፎ: quomodo, quanto, it. quantus, a, um, v. Ludolf. Lex. p. 382).

Not. Probe distinguenda est haec particula ab alia, quae sono convenit, scriptura vero et significatione ab ea differt maiorem in modum, nimirum אֵפוֹא, אֵפוֹ, nonnunquam in Mss. איפוא *prorsus, ita*, de qua infra s. rad. אֵפָה: atque satis recte utramque distinxerunt V. T. editores, quanquam veteres iam librarii et Grammatici (v. Jarchi ad Gen. XXVII, 33 et Abulwalid h. v.) in iis confundendis valde peccarunt, unde non mirandum est, recentiores etiam Philologos, ut Buxtorfium, Schultensium (ad Job. IV, 7), Simonem in eundem errorem incidisse, de quo vitando tirones etiam atque etiam sunt admonendi. Ut iis, quae de librariis modo diximus, fidem faciamus, varietatem lectionis in hoc vocabulo brevi in conspectu ponere placet. Ac Gen. l. c. 7 codd. pro איפה habent איפוא et אפוא; 1 Sam. l. c. איפא 1 cod.; 2 Sam. איפוא 2 codd.; Jes. איפוא 10 codd., איפא 3, אפוא 6, Jer. III. איפוא 5 codd., ibid. XXXVI. איפוא 3, Job. XXXVIII איפוא 3, אפוא 3, איפא 1, et e contrario pro אֵפוֹ, אֵפוֹא *prorsus, ita* Job. XVII, 14 איפוא 14 codd., איפו 26 codd., איפה 6 codd.; Job. XIX, 23 איפה tres, Jes. XIX, 12 novem, Prov. VI, 3 quinque rel. Rectius vett. interpretes ut Alex. Vulg. orationis seriem secuti utramque particulam ferme ubique recte dignoverunt. Bis אֵיפוֹא pro אֵפוֹא in multos adeo libros impressos irrepsit (Iudd. IX, 38. Prov. VI, 3).

אִי adv. negandi, sed rarioris usus apud Hebraeos. Semel ita extat, ut adiectivo praefixum huic vim negativam tribuat, quemadmodum lat. *in* et Alpha privativum. Job. XXII, 30: אִי־נָקִי *non innocens* i. e. noxius. Praeterea in nom. pr. אִי־כָבוֹד (*inglorius*) 1 Sam. IV, 21. Magis frequentatur haec particula apud Rabbinos, praesertim cum adiectivis, אי אפשר non possibile, אי הכרח non necessarium, אי אתה יכול tu non potes, et magis etiam apud Aethio-

pes, quibus ኢ፡ est particula inseparabilis, quae verbis, nominibus, adverbiis cet. praefixa his vim negandi tribuit, v. c. ኢዘልፈ፡ non semper, vel potius semper non i. e. nunquam, ኢሃይማኖት፡ incredulitas, ab ሃይማኖት፡ fides. Ad Jobi locum illustrandum egregie faciunt haec Ludolfi in gramm. aethiop. p. 157: „Et quod in hac lingua speciale est, etiam nominibus vitiorum ad significandas virtutes praemittitur; ut ኢዝሙው፡ q. d. infornicatio i. e. castitas, pudicitia 2 Pet. I, 6 [pro ἐγκράτεια], ኢትዕቢት፡ q. d. insuperbia i. e. modestia vel ut Christiani scriptores loqui amant, humilitas, superbiae opposita. Enc. 32. Sept. 1. 2." Atqui de origine huius particulae quaerentibus nobis duplex offertur ratio. Altera est, ut per apocopen sit pro אֵין, coll. אִין 1 Sam. XXI, 9 *nonne?* (quod tamen ipsum dubiae originis est). Kimchi: אי כבוד, כמו אין כבוד בחסרון הנון ובא בחירק כמו, ואין יש פה תחת ידך Sed haud dubie praeferenda est altera, אִי pr. esse interrogandi particulam i. q. אֵי *ubi*, quae in negativam transierit, quum de eo, quod non compareat, quaeri soleat, ubi sit? Hinc proprie *ubi gloria?* i. e. inglorius. Ludolf. comment. ad hist. aethiop. 203. Cf. מַה, ما quid? it. non; אִם an? it. non; rabbin. אִי num? an? it. si i. q. אִם. Vide Buxtorf. col. 68. 69.

אִי ululatus, vae! v. אוֹיָה no. II. p. 39.

אִי terra maritima, v. אוה no. I. p. 38.

אִי־כָבוֹד (inglorius, v. paulo superius אִי) N. pr. filii Pinhasi 1 Sam. IV, 21. XIV, 3.

אִיזֶבֶל (*non-habitatio*, fortasse cui nemo concubuit, illibata, pudica, aut *insula habitationis*) *Isabella*, N. propr. mulieris famosae, quae ex Ethbaale Tyri rege prognata, Ahabi uxor, Samariae regina facta, ibi idololatria, flagitiis et dira Dei prophetarum persecutione infamis facta est, postea iustas facinorum poenas dedit. 1 Reg. XVI, 31. XVIII, 4 sq. XIX, 1. 2. XXI, 5 sq. 2 Reg. IX, 7 sq. LXX. Ἰεζαβὴλ, atque sic Act. II, 20 de muliere flagitiosa. Vulg. Jezabel.

אִיעֶזֶר pro אֲבִיעֶזֶר pag. 10. A.

אִיתָמָר v. pag. 38.

אַן i. q. אַיִן, ex quo contractum est (ut דִּהְיָן contr. דִּהְן; עֵינַיִם contr. עֵינָם *Lehrgeb.* §. 125, 1. litt. a. b. Chald. et Sam. לְאָן ࠀࠍ id. לְאָן ad ubi? ad quem locum? Dicitur etiam הָאָן), adv. interrogandi 1) de loco *ubi?* Hinc מֵאַן *unde?* 2 Reg. V, 25 Chethibh. (Chald. מְנָן, מְנָאן id. et apud Talmud. מנאלן pro מנאן לן unde nobis?) — 2) de loco et tempore, *quo?* 1 Sam. X, 14, *quando?* עַד אָן *usque quando? quamdiu?* Job. VIII, 2. Sam. ࠀࠍ ࠏࠃ pro hebr. עַד אָנָה Exod. XVI, 28. Num. XIV, 11.

Cum He parag. locali: אָנָה (Milêl) 1) *quo? quorsum?* Gen. XVI, 8: אֵי מִזֶּה בָאת וְאָנָה תֵלֵכִי *unde venis, et quorsum ibis?* Jes. X, 8: אָנָה תַעַזְבוּ כְבוֹדְכֶם constr. praegnans pro: *quorsum* (transportabitis et ubi) *relinquetis divitias vestras?* Gen. XXXII, 18. XXXVII, 30. Judd. XIX, 17. 2 Reg. VI, 6. 2 Sam. II, 1. Jer. XV, 2. Zach. II, 6. V, 10. Deut. I, 28. Ps. CXXXIX, 7 (ubi quidam codd. nonnullaeque editt. vitiose אֵנָה). Sine interrogatione Jos. II, 5. Nehem. II, 16. Ezech. XXI, 21. 2) *ubi?* Ruth II, 19: *ubi spicas legisti hodie* וְאָנָה עָשִׂית *et ubi egisti* i. e. commorata es? (LXX. ποῦ; Vulg. ubi? Syr. Arab. id.) — 3) אָנָה וְאָנָה huc et illuc, huc aut illuc. 1 Reg. II, 36. 42. 2 Reg. V, 25. 4) עַד אָנָה ubique de tempore: *quousque, quamdiu?* Ps. XIII, 2: עַד אָנָה יְהוָה תִּשְׁכָּחֵנִי נֶצַח *quamdiu, o Deus, relinques me prorsus?* Exod. XVI, 28. Num. XIV, 11. Jos. XVIII, 3. Jer. XLVII, 6. Hab. I, 2. Ps. LXII, 4. Job. XIX, 2. XVIII, 2: עַד אָנָה תְּשִׂימוּן קִנְצֵי לְמִלִּין *quamdiu* (usque dum) *finem imponetis verbis?*

אָיַב *adversatus est alicui, inimice et hostiliter persecutus est aliquem*, c. c. acc. Verbum nonnisi semel legitur Exod. XXIII, 22 (cf. 1 Sam. XVIII, 29). Sed longe frequentissimi usus est Part. nominascens אֹיֵב *adversarius, inimicus, hostis.* Usurpatur de inimico, quocum privata odia habemus, Ps. III, 8. VI, 11. IX, 4. XIII, 3. 5. XLI, 12. Exod. XXIII, 4. Job. XXVII, 7 cet., et de hoste, qui publice et in bello nos oppugnat. Ps. XLV, 6. CX, 1. CXXVII, 5. Jes. IX, 11 cet. Saepe in Sing. collect. de hostibus Ps. IX, 7. 1 Reg. VIII, 46. Thren. II, 4. אֹיְבֵי יְהוָה hostes Jehovae, dicitur tum de impiis verae religionis inter Israëlitas adversariis Ps. XXXVII, 20. XCII, 10, tum de hostibus barbaris Ps. LXXXIII, 3. LXXXIX, 11. 52. Fem. אֹיֶבֶת *inimica* collect. de inimicis, hostibus (Dei) Micha VII, 8. 10. Cf. *Lehrgeb.* p. 477.

E lingua arab. conferri potest أَبَّ iratus fuit (sed pr. ni fallor; adversatus aversatus, est, est enim eadem radix ac אוב آب reversus est), cum accus. أَبَّهُ اللهُ reiecit eum Deus, et in formula imprecandi أبّ لك آبك et reiiciat te (Deus). De linguarum cognatarum usu si quaeris, synonymum est عَدُوّ hostis, syr. et chald. בְּעֵל דְּבָבָא, ܒܥܠܕܒܒܐ ,ܣܢܐܐ, et in ipsa lingua hebr. eiusdem vel vicinae significationis צַר, שׂנֵא, שׁרֵר, שָׂטָן.

אֵיבָה (pro אֵיבַת, ut אימה pro אֵימַת) f. *inimicitia, hostilis animus* Gen. III, 15. Num. XXXV, 21. 22. אֵיבַת עוֹלָם inimicitia aeterna Ezech. XXV, 15. XXXV, 5. Praeterea non legitur.

איּוֹב N. pr. *Iobus*, Arabs Ausita, vir divitiis non magis quam pietate et virtute conspicuus, a Deo suadente Satana omnis generis calamitatibus tentatus, postea in integrum restitutus. Job. I, 1 sq. II, 7. 10. 11. III, 1. VI, 1. IX, 1. XII, 1. XVI, 1. XIX, 1. XXI, 1. XXIII, 1. XXVI, 1. XXVII, 1. XXIX, 1. XXXI, 40. XXXII, 1—4. XXXIII, 1. 31. XXXIV, 5. 7. 35. 36. XXXV, 16. XXXVII, 14. XXXVIII, 1. XLII, 7 sq. Ezech. XIV, 14. 20. LXX Ἰώβ, atque sic Jacob. V, 11. Vulg. *Iob.* Syr. ܐܝܘܒ. Arab. أَيُّوبُ. Nomen (cuius forma Hebraismum redolet) pr. valet *hostiliter tractatum* (ab אָיַב), ad formam יִלּוֹד, quae interdum vim passivam habet, ut in יִלּוֹד natus. Hominem intellige (a Satana) hostiliter tractatum, qualem fuisse Jobum, integrum, quod de eo agit, carmen didacticum docet. Tale vero nominis etymon ponentes, quod historiae et calamitatibus eius congruat, minime hoc nobis volumus, Jobum propterea personam esse commentitiam et ab auctore carminis confictam, a qua sententia sumus alienissimi, antiquiorem carmini traditionem subesse existimantes; sed potuit Jobus hoc nomen fatis suis mire conveniens post illud insigne vitae discrimen nactus esse, quemadmodum simile quiddam in nominibus Sauli (שָׁאוּל est *postulatus* sc. a populo), Davidis (דָּוִיד dilectus) et Salomonis (שְׁלֹמֹה pacificus) evenisse videtur. Atque revera aliud eum antea nomen gessisse, memoriae prodit additamentum apocryph. ad Vers. Alex. προϋπῆρχε δὲ αὐτῷ ὄνομα Ἰωβάβ [יוֹבָב Gen. XXXVI, 33]: quanquam his recentioris aevi traditionibus non multum fidei tribuerim. In Alcorano (Sur. 38, 40—44) eius historia mythis et traditionibus adulterata tangitur, ac mentio eius in haec verba desinit: نِعْمَ ٱلْعَبْدُ إِنَّهُ أَوَّابٌ *euge servum, quippe erat resipiscens,* quibus verbis Kromayerus, J. D. Michaelis (ad Lowth. de sacra poësi p. 683. Supplemm. p. 39.) eorumque sequaces vero nominis etymo alludi putarunt, et אִיּוֹב interpretari maluerunt *serio resipiscentem.* Quibus cave adsentiaris, cum eadem formula aliis etiam resipiscentibus, qui in hoc capite recensentur, adhibeatur, ut Davidi vers. 16, Salomoni vers. 29. E veterum Judaeorum Christianorumque traditione Jobum eundem fuisse ac Jobabum, Esavi nepotem, Idumaeae regem Gen. XXXVI, 33, supra monuimus (v. quae ad Apocryphum illud commentatus est J. D. Michaelis, *Einleit. in das A. T.* T. I. pag. 16 sq.); hoc autem fundamento nituntur quaecunque Arabes aliique Orientales de eius historia commenti sunt (v. d'Herbelot s. v. Ajub).

אֵיד v. s. rad. אוד p. 36.

אֵד ibid. p. 35.

אַיֵּה v. s. אָנָה p. 39.

אַיֵּה ubi? vide s. אִי, אֵי p. 78.

אֵיזֶה v. s. אִי, אֵי p. 79.

אֵיךְ, אֵיכָה, אֵיכָכָה v. s. אֵי p. 79.

אַיִל et cuncta eius derivata, v. sub rad. אוּל.

אָיַם rad. inusit. Chald. et Talmud. אֲיַם *terruit.* Quae de origine vocis et de linguae arabicae, quam statuunt, convenientia commenti sunt A. Schult. ad Prov. XX, 2 et Simonis in Lex., apud ipsos relegat, qui volet.

אָיֹם adj. f. אֲיֻמָּה *terribilis, formidabilis*, de populo Chaldaeorum Hab. I, 7, de puella vi pulchritudinis victrice Cant. VI, 4. 10. Cf. Anacr. II, 12. 13.

אֵימָה (pro אֵימָה, ut אֵיבָה pro אֵיבָה) f. *terror.* Deut. XXXII, 25. Job. XLI, 6. Jes. XXXIII, 18. Esr. III, 3. Gen. XV, 12. Job. XXXIX, 20: הוֹד נַחְרוֹ אֵימָה *vis fremitus eius* (est) *terror*, i. e. terrorem spargit. Sequitur genitivus eius, qui aliis terrori est vel terrorem incutit. Prov. XX, 2: אֵימַת מֶלֶךְ *terror regis*, quem regia maiestas incutit. Exod. XXIII, 27: אֶת־אֵימָתִי אֲשַׁלַּח לְפָנֶיךָ *terrorem meum mittam ante te* i. e. incutiam populis ante te. Job. XXXIII, 7: אֵמָתִי *terror meus* i. e. quem incutio, ibid. IX, 34. XIII, 21. Jos. II, 9. Cum He parag. אֵימָתָה Exod. XV, 16. Plur. אֵימוֹת Ps. LV, 5. Praeterea non legitur. (Chald. אֵימָא, אֵימְתָא id. Sam. [Samaritan] Exod. XXIII, 27.)

אֵימִים m. pl. 1) *terrores*, ut אֵימוֹת Ps. LXXXVIII, 16. 2) *idola*, a terrore dicta, quem incutiunt cultoribus. Jerem. L, 38. Cf. מִפְלֶצֶת s. פָּלַץ. 3) *Emaei* N. propr. populi, qui ante Moabitas terram ipsorum incoluisse dicitur. Gen. XIV, 5. Deut. II, 11. Praeterea in cod. Sam. Gen. XXXVI, 24 pro יֵמִם legitur [Samaritan], Vers. Sam. [Samaritan]. Sec. etymon: terribiles, formidabiles, unde Targ. אֵימְתָנֵי. Saad. (ex emend. Rosenmülleri) المهيبين *timendi.*

אָיַן rad. inusit. i. q. אוּן no. 2. *vanus, nihili fuit, defecit.*

אַיִן st. constr. אֵין pr. subst. *defectus, vacuitas, nihilum* Jes. XL, 23: הַנּוֹתֵן רוֹזְנִים לְאָיִן *qui principes redigit ad nihilum.* Hinc 1) adv. *nihil.* Saepe ita, ut

verbum substantivum involvat 1 Reg. VIII, 9: אֵין בָּאָרוֹן רַק שְׁנֵי לֻחוֹת הָאֲבָנִים *nihil erat in arca praeter duas tabulas lapideas.* Ps. XIX, 7. Exod. XXII, 2: אִם אֵין לוֹ *si nihil est ei*, si nihil habet. VIII, 6: אֵין כַּיהוָה אֱלֹהֵינוּ *nihil* (est) *sicut Jehova deus noster.*

2) *non,* ita tamen ut paene ubique (cf. lit. b) simul exprimat verbum substantivum: *non est, non erat, non sunt, non erant* cet. ideoque sit i. q. לֹא יֵשׁ, arab. لَيْسَ, aram. ܠܝܬ, לֵית, לֵית, ܐܝܬܠ, et, si linguae usum spectas, non etymon, aethiop. ሐሰበ: v. Ludolfi Lex. pag. 329. Num. XIV, 42: כִּי אֵין יְהוָה בְּקִרְבְּכֶם *quia non est Jehova inter vos.* Iudd. XXI, 25: *in diebus illis* אֵין מֶלֶךְ בְּיִשְׂרָאֵל *non erat rex in Israële.* Gen. XXXVII, 29: אֵין יוֹסֵף בַּבּוֹר *non fuit Josephus in cisterna.* Ps. X, 4. Exod. XII, 30. Levit. XIII, 31. Num. XIX, 2. Eccl. I, 11. II, 16. IX, 10. In quibus formulis affirmative dicitur יֵשׁ, in iisdem accedente negatione adhibetur אֵין, ut יֵשׁ לְאֵל יָדִי est in potestate mea Gen. XXXI, 29 et אֵין לְאֵל יָדֵנוּ non est in potestate nostra Neh. V, 5. Praeterea qualis sit huius adverbii usus, ex his fere observationibus accuratius intelliges: a) ubicunque pronomen aliquod personale sententiae subiectum constituit, istud pronomen adverbio nostro suffigi debet, ut אֵינֶנִּי ego non (sum, fui, ero) Exod. V, 10. Deut. I, 42. IV, 22. אֵינְךָ tu non (es, fuisti, eris) Gen. XX, 7. XLIII, 5. Exod. VIII, 17. Eccles. XI, 5. 6. אֵינֵךְ fem. tu non Ezech. XXVII, 36. אֵינֶנּוּ Gen. XXXI, 2. 5. אֵינֶנָּה Lev. XI, 26. XIII, 21. 26. אֵינְכֶם Deut. I, 32. IV, 12. 2 Reg. XII, 8 אֵינָם Thren. V, 7. Eccles. IV, 17. IX, 5, et cum forma plurali (qs. ab אֵינִים) אֵינֵמוֹ, אֵינֵימוֹ Ps. LIX, 14 LXXIII, 5. — b) Cum verbum substantivum ex linguae usu in hac negandi particula lateat, ea paene ubivis participio iungitur, Dan. VIII, 5: *ecce hircus ab occidente veniebat super faciem terrae* וְאֵין נֹגֵעַ בָּאָרֶץ *et non tangebat terram,* i. q. לֹא נָגַע. Esth. III, 8: אֶת דָּתֵי הַמֶּלֶךְ אֵינָם עֹשִׂים *legibus regis non obtemperant* i. q. לֹא יַעֲשׂוּ. VII, 4. Esr. III, 13. Eccles. VIII, 7: אֵינֶנּוּ יֹדֵעַ *nescit ille.* IX, 5. XI, 5. Malach. 2, 2. (Ita praecipue in sequiore Hebraismo). Exod. V, 16: תֶּבֶן אֵין נִתָּן *stramen non datur,* i. q. לֹא נִתַּן. Saepe ita circumscribitur *nemo, nullus* Jos. VI, 1: אֵין יוֹצֵא וְאֵין בָּא *neque* (erat) *egrediens, neque* (erat) *ingrediens* i. e. nemo egrediebatur, et nemo ingrediebatur. Lev. XXVI, 6: *cubabitis* וְאֵין מַחֲרִיד *et nemo terrebit.* Jes. V, 29: *rapiet* וְאֵין מַצִּיל *et nemo auxiliabitur.* Gen. XLI, 8. 15. 24. 39. Deut. XXII, 27. 1 Sam. XI, 3. Jes. I, 31. XVII, 2. XXII, 22. XLI, 26. XLVI, 9. L, 2. LI, 18. Ps. VII, 3. XVIII, 42. XXII, 12 cet. cet. Rarissime nec citra soloecismum iungitur verbo finito, Jerem. XXXVIII, 5: כִּי אֵין הַמֶּלֶךְ יוּכַל אֶתְכֶם דָּבָר *nam non valet rex quicquam contra vos.* (Sec. accentus interpretandum: non est rex, qui valeat quicquam contra vos). Job. XXXV, 15: וְעַתָּה כִּי אֵין פָּקַד אַפּוֹ *sed nunc, cum non animadvertat ira eius.* Exod. III, 2; atque adeo particulae יֵשׁ, Ps. CXXXV, 17: אֵין־יֶשׁ רוּחַ בְּפִיהֶם *non est spiritus in ore eorum.* Reliqua, quae Danzius interpr. hebr. chald. p. 184 contra Kimchium s. v. אין disputans dedit, exempla huc non pertinent. Idem vero soloecismus in Arabismo sequiore obvius est, in quo ليس legitur pro لا, ut saepissime in Abusaidae translatione Pentateuchi samaritano-arabica (cf. Ev. infant. cap. 2 et Anecdott. orientt. I, 17); ac frequens in Aramaismo, ut ܠܝܬ ܗܘܐ *non erat* Barhebr. p. 416, ܐܝܬܠ pro ܠܐ Gen. VI, 3. — c) לִי אֵין *mihi non est,* dicitur pro *non habeo, non habui.* Levit. XI, 10. 1 Sam. I, 2, ut arab. ليس لي. Sequente gerundio saepe valet *non licet,* sicut οὐκ ἔστι pro οὐκ ἔξεστι, et. arab. ليس لي est mihi, pro licet mihi Cor. IV, 94. X, 100, etiam per ellipsin verbi substantivi v. c. لَكَ أَنْ تَقْتُلَ licet tibi interficere. Esth. IV, 2: אֵין לָבוֹא *non licet intrare.* VIII, 8. Ruth IV, 4: אֵין זוּלָתְךָ לִגְאוֹל *nemini praeter te licet redimere.* Eccles. III, 14. 2 Paral. V, 11. XXXV, 15. Ps. XL, 6: אֵין עֲרֹךְ אֵלֶיךָ *non licet quicquam tibi comparare.* עֲרֹךְ h. l. est pro לַעֲרֹךְ. Rabbinis frequentatur phrasis אין לומר non licet dicere. — d) Variis iungitur vocabulis: אֵין אִישׁ nemo (est, erat) Gen. XXXI, 50. Exod. II, 12. אֵין דָּבָר Exod. V, 11 et אֵין מְאוּמָה 1 Reg. XVIII, 43 nihil quicquam (est, erat). אֵין כֹּל nihil prorsus (est, erat) Eccles. I, 9: אֵין כָּל־חָדָשׁ תַּחַת הַשָּׁמֶשׁ i. e. nihil prorsus est sub sole, quod novum sit (neque vero *nihil est, quod prorsus novum sit*). Num. XI, 6. 2 Sam. XII, 3. Prov. XIII, 7.

3) Quemadmodum יֵשׁ saepe valet *adest, praesto est,* ita אֵין *non adest, non praesto est,* vel *non praesto sunt, erat, erant* cet. *il n'y a pas, il n'y avoit pas.* Num. XXI, 5: כִּי אֵין לֶחֶם וְאֵין מַיִם *nam neque panis praesto est, neque aqua.* 1 Sam. IX, 4: *et peragrabant terram Schaalim* וָאַיִן *et non aderant* (asinae). X, 14: *et vidimus* כִּי אַיִן *eas non adesse.* 1 Reg. XVIII, 10: וְאָמְרוּ אַיִן *et dixerunt: non adest.* Gen. II, 5: וְאָדָם אַיִן *et homines non exstabant.* Num. XX, 5. Cum Suff. אֵינֶנּוּ non amplius ille adest Gen. XXXVII, 30: הַיֶּלֶד אֵינֶנּוּ *puer non adest.* Maxime frequentatur de homine, qui subito evanuit e conspectu hominum, sive mortuus est, sive alio quocunque modo e suorum conspectu subductus. Ita Gen. V, 24 de ἀφανισμῷ Henochi: אֵינֶנּוּ כִּי לָקַח אֹתוֹ אֱלֹהִים, cf. Livium de morte Romuli (I, 16): *nec deinde in terris Romulus fuit.* 1 Reg. XX, 40: וְהוּא אֵינֶנּוּ *ecce evanuerat ille.* Gen. XLII, 36: יוֹסֵף אֵינֶנּוּ וְשִׁמְעוֹן אֵינֶנּוּ *Josephus et Simeon non amplius sunt* (illum mortuum putabat pater XXXVII, 34, hic in carcere detinebatur). XLII, 13: הָאֶחָד אֵינֶנּוּ *unus evanuit.* Incertum relinquit phrasis, utrum mortuus sit, an alio quocunque modo evanuerit. De morte usurpatur phrasis simillima Il. β, 641: Οὐ γὰρ ἔτ' Οἰνῆος μεγαλήτορος υἱέες ἦσαν, Οὐδ' ἄρ' ἔτ' αὐτὸς ἔην, θάνε δὲ ξανθὸς Μελέαγρος.

4) Praep. *sine, absque,* pro בְּאֵין. Cf. no. 5. lit. a. Exod. XXI, 11: אֵין כָּסֶף *sine argento.* Joël I, 6:

עָצוּם וְאֵין מִסְפָּר (gens) *valida et absque numero.* Deut. XXXII, 4. Thren. V, 4. Ps. LXXXVIII, 5.

5) Cum Praefixis: a) בְּאֵין pr. *in defectu*, vel pro בְּלֹא הֱיוֹת *ἐν τῷ οὐκ εἶναι*, α) *quando non extat*, l. cum nondum extaret. Prov. VIII, 24: בְּאֵין תְּהוֹמוֹת *quum nondum* (essent) *fluctus* i. e. ante fluctus, cf. בְּטֶרֶם. Plerumque i. q. *sine*, בְּלֹא. Ezech. XXXVIII, 11: בְּאֵין חוֹמָה *sine muro*. Prov. V, 23. XI, 14. XV, 22. XXVI, 20. XXIX, 18. — b) כְּאַיִן *propemodum, paene* Ps. LXXIII, 2, pr. fere nihil, hinc: nihil abfuit, quin. Cf. כִּמְעַט parum abfuit, quin — i. e. propemodum. — c) לְאֵין α) pro לַאֲשֶׁר אֵין *ei cui non* (est) Jes. XL, 29, *ei cui nihil* (est) Nehem. VIII, 10. 2 Chron. XIV, 10. β) pro לְבִלְתִּי הֱיוֹת *ita ut non* (esset) Esr. IX, 14. 2 Paral. XIV, 12. XX, 25. XXI, 18. 1 Paral. XXII, 4: לְאֵין מִסְפָּר *ita ut non esset numerus*, absque numero. — d) מֵאֵין α) *ita ut non*, pro מִהְיוֹת לֹא pr. ne non sit (ita ut duplex huic formulae insit negatio, quae tamen neque affirmat, neque emphasin addit negationi, v. *Lehrgeb.* §. 224, not. 2). Jes. V, 9: מֵאֵין יוֹשֵׁב *ita ut non sit habitator.* VI, 11. Jer. IV, 7. VII, 32. XIX, 11. XXVI, 9. XXXII, 43. Sequ. Inf. Malach. II, 13. It. *eo quod non* (est) Jes. L, 2. β) i. q. אֵין cum מִן pleonastico (ut מֵאֶחָד pro אֶחָד) *nemo*. Jer. X, 6. 7: מֵאֵין כָּמוֹךָ *nemo* (est) *sicut tu.* XXX, 7.

Not. אַיִן, nominis status absolutus, nonnisi in fine enuntiationum, אֵין ubique ita usurpatur, ut ad sequentia pertineat. Posterioris structurae exempla sat multa dedimus, prioris haec habeas; Gen. XXX, 1: אִם אַיִן *si non* (est), Num. XX, 5: מַיִם אַיִן *aqua non adest.* Cf. sub no. 3.

אִין i. q. אַיִן, אֵין sed interrogative pro הַאֵין. Semel legitur 1 Sam. XXI, 9. Kimchi: הלא. LXX. *εἰ;* Syr. et Arabs invito sensu ܠܝܬ, لَيْس.

אִית vel **אוּת** radix inusitata et incerta, sec. C. B. Michaelem i. q. אָפַף circumdedit, circuivit, unde hic derivat

אֵיפָה et **אֵפָה** (Exod. XVI, 36. Levit. V, 11. VI, 13 ubi tamen variant codd.) st. constr. אֵיפַת f. 1) *modius*, nomen mensurae, fortasse a rotunditate dictum (cf. כִּכָּר), nisi potius aegyptiacae originis est, et pr. *mensuram* notat. Cf. no. 2. Tantum continebat in aridis, quantum *batus* in liquidis (Ezech. XLV, 11), nimirum tria *sata* (סְאָה) vel decem Gomer. Exod. XVI, 36: וְהָעֹמֶר עֲשִׂירִית הָאֵפָה הוּא, ibique LXX. *τὸ δὲ γομὸρ τὸ δέκατον τῶν τριῶν μέτρων ἦν.* Ita etiam Jes. V, 10 pro אֵיפָה LXX habent *τρία μέτρα, μέτρον* autem alibi ponitur pro סְאָה. Neque aliter Rabbini, qui Epham tria sata continere tradunt, atque Targumista, qui l. c. pro אֵיפָה habet תְּלָת סְאִין, cf. Matth. XIII, 33. Decem Ephis constabat mensura חֹמֶר (Ezech. l. c.) sive כֹּר, *corus* autem auctore Josepho (Archaeol. XV, 9 §. 2) decem continebat medimnos atticos. Ex quibus efficitur, Epham Josephi certe tempore continuisse unam *μέδιμνον* i. e. sex modios romanos sive 96 sextarios, 1¼ modii Berolinensis, circiter 2600 digitos cubicos mensurae Parisiensis. Cf. Eisenschmid de Pond. et Mensuris pag. 88. Satis congruunt ista cum locis quibusdam, e quibus de quantitate mensurae qualecunque iudicium ferre licet, ut Zach. V, 6 sq. ubi mulier in tali mensura sedens in ea tota latuisse dicitur; Ruth II, 17, ubi Rutha unius fere Ephae aristas collegisse domumque secum portasse dicitur; et Exod. XVI, 16. 18. 32 sq. unde discimus, Gomer s. decimam Ephae partem quotidianum fere hominis cibum fuisse. Neque repugnat Iudd. VI, 19, ubi liba ex modio farinae confecta uni hospiti offeruntur (honoris enim causa hospitibus nobilioribus magna ciborum vis apponebatur), multoque etiam minus Ruth III, 15, ubi parum exploratum est, quae mensura in verbis שֵׁשׁ שְׂעֹרִים supplenda sit. Sex enim hordei Ephas vix et ne vix quidem ex agro domum ferre potuisset Rutha. — Ponitur 2) generatim de *mensura frumenti* et aridorum. Deut. XXV, 14: *ne sit in domo tua* אֵיפָה וְאֵיפָה *duplex modius* (alter iustus, alter iusto minor et iniquus). Prov. XX, 10. Amos VIII, 5. Ezech. XLV, 10. Mich. VII, 10. — LXX, ubi certa mensura exprimenda est, reddunt *οἰφεί* Ruth II, 17, *οἰφί, οἰφι* Num. XXVIII, 5. Iudd. VI, 19. 1 Sam. I, 24. XVII, 17, *ὑφεί, ὑφί* Num. V, 15. Lev. V, 11. VI, 20 (vide tamen var. lect.), idque vocabulum retinuit interpres coptus in Pent. l. l. c. c. scribens ⲚⲒ-ⲰⲒⲠⲒ, unde colligere licet *οἰφὶ* vocem esse aegyptiacam ab interprete alexandrino graeca civitate donatam, fortasse ab ⲰⲠ, ⲰⲠⲒ *numerare, computare*, cf. ⲎⲠⲒ numerus, mensura pro graeco *σύνταξις* Exod. V, 8. 11. 14. 18, ubi Vulg. *mensuram* habet. Hesychius: *Οἶφιν μέτρον τι τετραχοίνικον Αἰγύπτιον*, cf. intpp. ap. Albertium T. II. col. 735. Praeterea, cum certo etymo e linguis semiticis hebraeum vocabulum careat, non contemnenda est Jablonskii (Panth. Aegypt. II, p. 229) coniectura, huius etiam origines in Aegypto quaerendas et אֵיפָה esse i. q. ⲈⲠⲒ mensura, quo admisso generalior hic significatus primarius, specialior modii significatio secundaria esset, ut in מָנֶה, שֶׁקֶל, סְאָה. Absurdum est aliud quoddam etymon ab arab. آفَ med. Waw et Je *noxam passus est*, qs. modius ita dictus sit tanquam corruptelae et defraudationi obnoxius.

אֵיפֹה ubi? quomodo? v. sub אֵי, אַי.

אֵיפוֹא Iudd. IX, 38. Prov. VI, 3 in quibusdam editt. pro אֵפוֹא particula emphatica, v. s. rad. אָפָה, ibique notam, cf. pag. 79 B.

אִישׁ verbum Hebraeis inusitatum, praeter speciem Hithpalel, quae vim suam habet ab אִישׁ *vir* derivatam, quo in nomine (neque vero in verbo) nescio an radix quaerenda sit. Vicinum tamen videtur Arabum أَيِسَ i. q.

قهر vis, robur, violentia (Schultens ad Job. I, 1), cf. גֶּבֶר vir a גָּבַר fortem esse, aethiop. ብእሲ፡ vir a ተበአሰ፡ vim adhibuit, vi usus est, arab. بَأُسَ strenuus, audax, validus fuit, بَأْسٌ fortitudo, vehementia, neque non lat. *vir* probabiliter a *vi* et *viribus* dictus.

Hithpal. הִתְאוֹשֵׁשׁ (sicut הִתְבּוֹנֵן a בִּין) *virum se gessit, praestitit, ἀνδρίζεσθαι* (Jos. I, 6. 9. LXX. 1 Cor. XVI, 13) *sich ermannen, to man himself.* Jes. XLVI, 8: הִתְאוֹשָׁשׁוּ *viros vos praestate* i. e. sapientes, constantes estote, abiicite pueriles idololatriae nugas. Cf. אִישׁ no. 1, lit. d. Targ. אִתְקְפוּ *fortes vos praestate.* Kimchi: estote viri, neque sicut pecudes, quae neque sapiunt neque intelligunt. Luth. *seyd Männer. Confirmandi* vim haec species habet in Talmude, v. Buxtorf. col. 243. (Male alii התאוששו ducunt ab אֵשׁ. Saad. apud A. E.: תוקדו. Jos. Kimchi: inflammamini i. e. confundimini, erubescite. Hieron. confundamini. — Saad. in vers. arab. ايسوا desistite).

אִישׁ c. Suff. אִישִׁי, אִישֵׁךְ, אִישָׁהּ, in Plur. nonnisi ter obvio (Ps. CXLI, 4. Prov. VIII, 4. Jes. LIII, 3) אִישִׁים, in cuius locum linguae usus substituit אֲנָשִׁים (a sing. deperdito אֱנָשׁ), st. constr. אַנְשֵׁי, c. Suff. אֲנָשָׁיו, אַנְשֵׁיהֶם, et periphrasticum בְּנֵי אִישׁ (cf. no. 6).

1) *vir.* Spec. a) opp. feminae *mas, masculus.* Gen. IV, 1: קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְהוָֹה *nacta sum virum cum Deo* i. e. prolem masculam. 1 Sam. I, 11: זֶרַע אֲנָשִׁים *semen virorum,* itidem de prole mascula. Adeo de brutis Gen. VII, 2: אִישׁ וְאִשְׁתּוֹ (bis) ubi cod. Sam. זכר ונקבה, sicut in locis parallelis I, 27. VI, 19. Ita lat. *vir* de bestiis, Virg. Ecl. 7, 7: *vir gregis ipse caper.* Theocrit. 8, 49: *ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν ἄνερ.* — b) *maritus,* opp. coniugi, Ruth I, 11: וְהָיוּ לָכֶם לַאֲנָשִׁים *qui vobis sint mariti.* Plerumque cum genit. coniugis. Gen. III, 6: וַתִּתֵּן גַּם לְאִישָׁהּ *et dedit* (Eva) *etiam viro suo.* XXIX, 32. 34. XXX, 15. 18. 19. Num. V, 19. 20. Iudd. XIV, 15. Ruth II, 11. 2 Sam. XIV, 5. 7. 2 Reg. IV, 1. 26. Hos. II, 4. 9. Cum Suffixis אֲנָשֵׁינוּ viri i. e. mariti nostri Jer. XLIV, 19, אַנְשֵׁיהֶן viri i. e. mariti earum Ezech. XVI, 45. אִישׁ חֵיקָהּ maritus sinui eius adiacens. Deut. XXVIII, 56. Ita Graecis ἀνήρ Il. 19, 291. Od. 24, 196, Romanis *vir* Hor. sat. 1, 2, 127. — Cf. Esr. X, 1: אֲנָשִׁים וְנָשִׁים וִילָדִים *viri et mulieres et pueri.* Jer. XL, 7. — c) Opp. seni est nomen *virilis aetatis.* 1 Sam. II, 33: *omnis soboles domus tuae* יָמוּתוּ אֲנָשִׁים *morietur aetate virili.* Cf. Vers. 32: *non erit senex in domo tua.* — Nonnunquam d) *virilem animum, viri virtutem* et *constantiam* designat (cf. verbum in Hithpal.). 1 Sam. IV, 9: הִתְחַזְּקוּ וִהְיוּ לַאֲנָשִׁים *strenuos vos gerite et estote viri!* 1 Reg. II, 2. Cf. Hom. Il. 5, 529: *ἀνέρες ἔστε, φίλοι.* 1 Sam. XXVI, 15: הֲלֹא אִישׁ אַתָּה וּמִי כָמוֹךָ בְּיִשְׂרָאֵל *nonne vir tu, et quis instar tui in Israël?* (Ita Arabes in laudem alicuius هو رجل *hic est* veri nominis *vir!* v. Schol. ad Lebid. Moall. v. ult.). Est e) *homo,* opp. numini. Job. IX, 32: לֹא אִישׁ כָּמוֹנִי אֶעֱנֶנּוּ *non homo* (Deus), *sicut ego, cui respondeam.* XII, 10. Jes. XXXI, 8: בְּחֶרֶב לֹא אִישׁ *gladio non humano* i. e. divino. Maxime in Plur. אֲנָשִׁים homines, mortales. Gen. XXXII, 29: שָׂרִיתָ עִם אֱלֹהִים וְעִם אֲנָשִׁים *pugnasti cum diis et cum mortalibus.* 1 Sam. II, 26. Jes. VII, 13. XXIX, 13. Job. IV, 13. XXXIII, 15. 16. 27. XXXVI, 24. XXXVII, 24. Jes. II, 11. 17. Iudd. IX, 9. 13. (Ap. Hom. ἄνδρες saepissime de hominibus, cf. *πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, Διὸς ἄγγελος ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,* Il. 1, 334. 403, saepius in Plurali, rarius in Singulari, v. Herm. ad Viger. p. 722). Rarius ita ut bestiis opponatur. Exod. XI, 7: לְמֵאִישׁ וְעַד בְּהֵמָה *tam homo quam bestia.* Gen. XLIX, 6, vel simpliciter Job. XXXVIII, 26: אֶרֶץ לֹא אִישׁ *terra mortalibus vacua.* Eodem pertinet 2 Sam. VII, 14: *castigabo eum* בְּשֵׁבֶט אֲנָשִׁים *virga hominum* i. e. moderate, non quemadmodum bruta castigare solemus, cf. Hos. XI, 4. — f) Per appositionem iungitur aliis substantivis, ut אִישׁ סָרִיס eunuchus Jer. XXXVIII, 7, אִישׁ כֹּהֵן sacerdos Lev. XXI, 9, אִישׁ נָבִיא propheta Iudd. VI, 8 (cf. graec. *βουκόλος ἀνήρ, ἀνὴρ βασιλεύς*), אֲנָשִׁים אַחִים viri (qui) fratres (sunt) Gen. XIII, 8 (cf. *ἄνδρες ἀδελφοί* Act. I, 16. II, 29), אֲנָשִׁים חַטָּאִים peccatores Num. XXXII, 14; vel adiectivis Gen. XXXIX, 2: וַיְהִי אִישׁ מַצְלִיחַ *et* (Josephus) *erat vir prospere agens* i. e. prospere egit (omnia). XXVII, 11; impr. gentilitiis, אִישׁ עִבְרִי Hebraeus Gen. XXXIX, 14, אֲנָשִׁים מִדְיָנִים Midianitae Gen. XXXVII, 28, אֲנָשִׁים מִצְרִים Jer. XXVI, 22, א׳ יְהוּדִים Jer. XLIII, 9. Cf. graecum *ἄνδρες Γαλιλαῖοι, ἄνδρες Ἰσραηλῖται* Act. I, 11. III, 12. V, 35. XVII, 22 in compellatione potissimum honorifica. Hunc in modum etiam nominibus propriis praemittitur honorifice Num. XII, 3: וְהָאִישׁ מֹשֶׁה עָנָו מְאֹד *atque vir iste* (summus) *Moses admodum mitis ingenii erat.* Esth. IX, 4: הָאִישׁ מָרְדֳּכַי. Iudd. XVII, 5: הָאִישׁ מִיכָה. 1 Reg. XI, 28: הָאִישׁ יָרָבְעָם. Dan. IX, 21: הָאִישׁ גַּבְרִיאֵל. — g) Sequ. genitivo urbis, terrae populique *incolam civemve* eius notat. אִישׁ יִשְׂרָאֵל Israelita Num. XXV, 8, Plur. אַנְשֵׁי יִשְׂרָאֵל 1 Sam. VII, 11. XI, 15. XXXI, 1. 2 Sam. II, 17. XV, 6; אַנְשֵׁי יְהוּדָה 2 Sam. XIX, 42. 1 Reg. I, 19; אַנְשֵׁי שְׁכֶם Iudd. IX, 57, אַנְשֵׁי סְדֹם Gen. XIX, 4, אַנְשֵׁי גִלְעָד Iudd. XII, 5 (Syn. est בְּנֵי, בַּעֲלֵי), it. אַנְשֵׁי הָעִיר Gen. XXIV, 13. XXXIV, 20. Deut. XXI, 21. XXII, 21. Iud. VI, 27 sq. אַנְשֵׁי הַמָּקוֹם Gen. XXVI, 7. XXXVIII, 21. Hac maxime significatione sing. אִישׁ collective ponitur, ut אִישׁ יִשְׂרָאֵל pro אַנְשֵׁי יִשְׂרָאֵל Jos. IX, 6. 7. X, 24. Iudd. VII, 8. VIII, 22. XX, 17 sq. 1 Sam. XVII, 19. 25. 1 Paralip. X, 1. 7. 2 Paralip. V, 3. Constr. c. sing. verbi Iudd. VII, 23. XX, 22. 39. 41, et promiscue cum plurali Iudd. VIII, 22. XX, 33. 36. 42. 1 Sam. XIV, 22. 1 Paral. X, 7; neque aliter אִישׁ אֶפְרַיִם cum sing. et plur. Iudd. VII, 24. VIII, 1, אִישׁ יְהוּדָה 2 Reg. XXIII, 2. 2 Paral. XIII, 15. XX, 27. XXXIV, 30. Jes. V, 3. 7. Jer. IV, 3. XI, 2. XVIII, 11. XXXV, 13. Praeterea אִישׁ rarius est collectivum, ut in כָּל־אִישׁ חַיִל 1 Sam. XXXI, 12. 1 Paralip. X, 12. Cf. lit. l. — h) Sequ. genitivo regis, ducis, praefecti militaris, domini cet. *viri*

alicuius sunt *comites*, *sectatores*, *milites* eius et quicunque eum stipare eique ad manus esse solent, germ. dixeris: *seine Leute.* Sic אַנְשֵׁי דָוִד de comitibus et sectatoribus Davidis 1 Sam. XXIII, 3. 12. XXIV, 5. 8. XXVIII, 1, אַנְשֵׁי שְׁלֹמֹה de regis domesticis aulicisque 1 Reg. X, 8 (sequitur: servi eius), אַנְשֵׁי חִזְקִיָּה Prov. XXV, 1 de viris (doctis) in aula Hiskiae, fortasse de amicis eius; אַנְשֵׁי אַבְנֵר de militibus Abneri 2 Sam. II, 31, de militibus praefecto cuidam subditis Num. XXV, 5. 2 Reg. XI, 9. Ier. XL, 7 sq. cf. Gen. XXIV, 59. Semel fortasse de *cognatis* et *necessariis* dicitur, ut syr. ܐܢܫܐ ܕܝܠܗ de parentibus et cognatis, pro γονεῖς Luc. II, 41, pro συγγενεῖς ibid. 44, coll. Marc. V, 19 et Lud. de Dieu ad 2 Tim. III, 2 (Crit. sacrae p. 732), videl. Ezech. XXIV, 17. 22, ubi לֶחֶם אֲנָשִׁים est cibus, quem cognati et necessarii lugentibus mittere solebant. Targ. לְחֶם אֲבֵלִין (v. Hieron. ad h. l.). — i) אִישׁ אֱלֹהִים et cum art. אִישׁ הָאֱלֹהִים *vir Dei*, vir divinus, i. e. amicus s. familiaris Dei (cf. עֶבֶד אֱלֹהִים) dicitur de prophetis 1 Sam. II, 27. IX, 6. 1 Reg. XII, 22. XIII, 1—31. XX, 28. 2 Reg. I, 9 sq. IV, 9—40. V, 8. 14. 15. VI, 6 sq. 2 Paral. XXV, 9 sq. et singulatim quidem de Mose Deut. XXXIII, 1. Jos. XIV, 6. 1 Paralip. XXIII, 14. 2 Par. XXX, 16. Esr. III, 2, de Davide 2 Par. VIII, 14. Nehem. XII, 24; it. de angelis tanquam Dei legatis Iudd. XIII, 6. 8. (Apud Persas مرد خدا de Sufiis aliisque viris piis usurpatur, v. de Sacy ad Pend Nameh T. II. p. 312). — k) Seq. genitivo, qui attributum, virtutem, vitium cet. designat, eum notat, qui *tali attributo praeditus est*, solentque Hebraei hunc in modum Adiectiva circumloqui eorumque defectum resarcire (cf. אָב no. 7, בֵּן, בַּעַל). אִישׁ תֹּאַר homo formae i. e. formosus 1 Sam. XVI, 18, אִישׁ שֵׂיבָה canus Deut. XXXII, 25, אִישׁ דָּמִים sanguinolentus Ps. V, 7, אַנְשֵׁי לֵבָב cordati cet. Vide reliqua exempla s. v. v. אָוֶן, אֱמוּנָה, אָלָה, בְּשׂוֹרָה, דְּבָרִים, דַּעַת, זְרוֹעַ, חַיִל, חֵמָה, חָמָס, חֶסֶד, חָסִיד, חֵרֶם, יָמִין, לָצוֹן, לָשׁוֹן, מָגֵן, תַּהְפֻּכוֹת, מְנוּחָה, מַכְאוֹב, מַחְסוֹר, מְזִמָּה, מְדָנִים, מָוֶת, מוֹפֵת, מַצָּה, תְּבוּנָה, שָׁלוֹם, שְׂפָתַיִם, שֵׂכֶל, רִיב, עֵצָה, עָוֶל, מַתָּן, תְּרוּמוֹת, תְּכָכִים, תּוֹכָחוֹת. Aliis etiam variis generis substantivis iunctum *rei possessorem* designat, eumve qui qualicunque ratione propius cum ea coniunctus est, אַנְשֵׁי אֳנִיּוֹת nautae 1 Reg. IX, 27, אַנְשֵׁי הַשֵּׁם celebres Gen. VI, 4, אִישׁ מִלְחָמָה bellator Jos. XVII, 1, אִישׁ שָׂדֶה vir in agro degens Gen. XXV, 27, אִישׁ הָאֲדָמָה agricola Gen. IX, 21 cet. cet. — l) אִישׁ collect. de *militibus*, germ. *Mannschaft*, *Kriegsmannschaft*. Jes. XXI, 9: רֶכֶב אִישׁ *iumenta viris l. bellatoribus onusta.* Cf. אָדָם comm. 6. (Ita iunxerunt Aqu. Theod. Chald. Syr. Saadias. Alii, ut Vitringa, אִישׁ pedites intelligunt, ut ap. Livium 21, 27 equites *vir*ique i. e. pedites, et Caes. b. civ. 2, 39 *homines* i. e. pedites, *equitesque*). — m) אִישׁ *virum* notat *nobiliorem*, opp. אָדָם homini l. hominibus ex plebe. V. sub אָדָם no. 1. lit. c. — n) אִישׁ אִישׁ *viri* sunt *singuli*, distributive, Num. I, 4, alibi plenius אִישׁ אֶחָד אִישׁ אֶחָד Num. XIII, 2. Jos. IV, 4. — o) כְּאִישׁ אֶחָד sicut vir unus i. e. *una*, *simul* Num. XIV, 15. Iudd. XX, 8. 11. 1 Sam. XI, 7. 2 Sam. XIX, 15. Esr. III, 1. Neh. VIII, 1. Cf. Judith I, 11: ὡς ἀνὴρ ἴσος. Ald. εἷς, et VI, 3: ὡς ἄνθρωπον ἕνα. Vid. כְּאֶחָד s. v. אֶחָד no. 5. — p) Ubi iungitur numeralibus post numeros infra denarium ponitur אֲנָשִׁים, ut שְׁלֹשָׁה אֲנָשִׁים Gen. XVIII, 2, חֲמִשָּׁה אֲנָשִׁים XLVII, 2, cf. Exod. II, 13. Num. XI, 26. Iudd. VI, 27, intra denarium et vicenarium plerumque אִישׁ, ut שְׁנֵים עָשָׂר אִישׁ Num. I, 44, nonnunquam אֲנָשִׁים Deut. I, 23. Jos. IV, 2, supra vicenarium ubique אִישׁ 1 Sam. XIV, 14. XXII, 2. 18. XXIII, 13. XXIV, 3 cet. cet.

2) Sequ. אָח aut רֵעַ *alter*, *alter*. (Vide אָח no. 5. et רֵעַ no. 3.) Unum hic addimus, in cod. Samarit. saepe pro איש sequ. אח poni אחד, אחד, et pro אִשָּׁה, אֲחוֹתָהּ — אחת, אחת. Vide Comment. de Pent. Samarit. pag. 35. Apud Jes. III, 5 איש bis ponitur: *exagitat se populus* אִישׁ בְּאִישׁ וְאִישׁ בְּרֵעֵהוּ.

3) *aliquis*, ut אָדָם no. 3. Gen. XIII, 16. Exod. XVI, 29. Cant. VIII, 7. Saepius iteratur אִישׁ אִישׁ Exod. XXXVI, 4. Lev. XV, 2. XVII, 3. 8. 10. 13. XVIII, 6. XXII, 18. Num. V, 12. IX, 10. (Ita syr. ܐܢܫ pro τις Matth. XVI, 27, ita etiam, ut aliis substantivis subiungatur v. c. ܝܗܘܕܝܐ ܐܢܫ Judaeus quidam, Barhebr. p. 424 lin. 19, ܩܘܡܝܣ ܐܢܫ comes quidam, atque adeo cum femininis ܡܠܟܬܐ ܐܢܫ regina quaedam. It. ብእሲ፡ aliquis, v. Ludolf. p. 243).

4) *quisque*, *quilibet.* אִישׁ מִמֶּנּוּ *quilibet nostrum* Gen. XXIII, 6. 1 Reg. XX, 20: וַיַּכּוּ אִישׁ אִישׁוֹ *et necarunt quilibet virum suum.* Gen. XXXIV, 25. XL, 5. XLI, 11. XLII, 25. 35. XLIII, 21. XLIV, 1. Jos. VI, 20. 2 Reg. XIV, 12. XVIII, 21. כָּל־אִישׁ id. Exod. XXXV, 21 sq. Num. IV, 19. 49, et אִישׁ וָאִישׁ, אִישׁ וָאִישׁ Ps. LXXXVII, 5. Esth. I, 8 (*männiglich*). Semel pariter atque כל alii substantivo praemittitur. Gen. XV, 10: וַיִּתֵּן אִישׁ־בִּתְרוֹ לִקְרַאת רֵעֵהוּ *et posuit alteram singulorum* (animalium) *partem ex adverso alterius.* אִישׁ־בִּתְרוֹ est i. q. כָּל־בִּתְרוֹ, sed dedit sacer scriptor איש pro כל, ut responderet sequenti רֵעֵהוּ. Similem usum paulo superius (no. 3) e lingua syriaca observavimus. Bene Saad. كُلّ شَطْرٍ قُبَالَةَ صَاحِبِهِ. — Pro dativo *cuique* dicitur לְאִישׁ Gen. XLV, 22, לָאִישׁ Zach. X, 1 et, ubi dativi nota iam praecessit, eadem non repetita איש Gen. XLI, 12. Num. XXVI, 54. 1 Sam. XXX, 22. Cf. Iud. XVI, 29: עַל אֶחָד וְאֶחָד pro עֲלֵיהֶם — אֶחָד — וְאֶחָד. (Chald. גְּבַר et syr. ܓܒܪ id. Gen. XL, 5. XLI, 11, Syr. quoque ܐܢܫ ܐܢܫ pro ἕκαστος Matth. XVI, 27, Aethiop. ብእሲ፡ ብእሲ፡ pro πάντες).

5) Adhibetur constructioni impersonali pro germ. *man*, gall. *on*, angl. *one* vel *a Man* (Man says, Men say, if a Man may ask You). 1 Sam. IX, 9: לְפָנִים בְּיִשְׂרָאֵל כֹּה אָמַר הָאִישׁ *olim in Israële ita dicebant*, l. dicebatur.

6) בְּנֵי אִישׁ *filii viri* Plur. est periphrasticus pro *viri* simpliciter, sicut בְּנֵי אָדָם, v. אָדָם no. 5. Ps. IV, 3. Interdum ponitur ἐμφατικῶς de viris nobilibus, opp. בְּנֵי אָדָם Ps. XLIX, 3. Prov. VIII, 4, v. אָדָם no. 1, lit. c. Eandem emphasin etiam in loco Ps. IV, 3 inesse statuerunt Kimchius et Lutherus (*liebe Herren*, in Gloss. *grosse Hansen*).

Not. A forma אִישׁ praeter speciem הִתְאוֹשֵׁשׁ ducitur אִישׁוֹן et אֵשֶׁת pro אִישָׁה (mulier): reliqua vocis derivata ducuntur a forma obsoleta אֱנַשׁ vir (cf. אֱנוֹשׁ), ut Plur. אֲנָשִׁים, Fem. אִשָּׁה pro אִנְשָׁה. Radices איש et אנש antiquitus cognatae fuisse et inter se coaluisse videntur (אִישׁ fortasse pro אִנְשׁ cf. *Lehrgeb.* p. 145), quemadmodum saepissime verba פ״י et פ״ן inter se permutantur. In aliis dialectis radicis פ״י unum superest vestigium in إِيسَان pro إِنْسَان homo: reliquae formae sunt ab אֱנַשׁ, انس, انث, ita tamen, ut *hominis* (non viri) significatio praevaleat. Vide إِنْسَان homo, إِنْس, نَاس, homines, إِنْس genus humanum Cor. LI, 56. LV, 39, VI, 112. 178, aethiop. ሰብእ: pl. ሰብእት: vir, ሰብእት: femina; hebr. אֱנוֹשׁ, aram. אֱנָשׁ, ܐܢܫܐ, [illegible] homo, et quae mox notabuntur s. v. אִשָּׁה not. 2. Secundariae autem sunt, si quid video, significationes verborum أَنِسَ *familiariter usus est, assuevit.* II. IV. *familiarem reddidit* (in quo primaria est notio *humanitatis*, quam nobis paramus consuetudine hominum, opp. immanitati et feritati naturae); et انث *mollis*, Conj. II. *blandus fuit*, pr. feminam egit. Sunt quidem, qui e contrario *hominem* vel ab *infirma* et *aegra* conditione (cf. hebr. אֱנוֹשׁ), vel a debilitate (انث), vel a societatis studio (ab انس) dictum volunt (cf. Hottinc. smegm. orient. p. 123): sed haud facile nobis persuadebimus, has, quas diximus, notiones prius, quam *homo, vir*, in linguis semiticis peculiari radice designatas esse, etsi suum quemque in his rebus iudicium sequi facile patiamur. In lingua sanscridanica est *ischa* vir, dominus, *ischi, ischani* mulier).

Si linguae usum spectas, synonyma sunt chald. et sam. גְּבַר, [illegible], syr. ܓܒܪܐ (cf. גֶּבֶר in sermone Hebraeorum poëtico), arab. رَجُل pr. et originitus *pedes, itis* (cf. supra no. 1, lit. l), aethiop. ብእሲ: pr. fortis (v. in rad.), raro ሰብእ:

אִישׁ־בֹּשֶׁת N. pr. filii Sauli, qui, postquam patre fratribusque interfectis undecim tribubus praefuerat per biennium, a sicariis interfectus est. 2 Sam. II. III. IV. In stemmate Paralipomenon (1 Chron. VIII, 33. IX, 39) Sauli filius natu minimus (coll. 1 Sam. XXXI, 2) vocatur אֶשְׁבַּעַל, quae alia est eiusdem nominis proprii forma. Etenim אִישׁ contractum est in אֶשׁ, et בַּעַל positum pro בֹּשֶׁת idolum, cf. יְרֻבַּעַל et יְרֻבֶּשֶׁת.

אִישְׁהוֹד (vir gloriae, gloriosus) N. pr. Manassitae 1 Par. VII, 18.

אִישׁוֹן (demin. ab אִישׁ) m. 1) *homunculus*, et sequ. הָעַיִן *homunculus oculi* i. e. *pupilla*, in qua tamquam in speculo hominis imagunculam conspicimus. Deut. XXXII, 10: יִצְּרֶנְהוּ כְּאִישׁוֹן עֵינוֹ *custodiebat eum* (Israëlem) *ut pupillam oculi sui.* Prov. VII, 2: וְתוֹרָתִי כְּאִישׁוֹן עֵינֶיךָ *et* (custodi) *legem meam, ut pupillam oculorum tuorum.* Plenius est Ps. XVII, 8: שָׁמְרֵנִי כְּאִישׁוֹן בַּת עָיִן *custodias me, ut pupillam, filiam oculi,* et omisso אִישׁוֹן simpliciter בַּת עַיִן Thren. II, 18. Eandem lepidissimam imaginem frequentant plurimae linguae aetate et ingenio longe diversissimae. Et Arabes quidem hac significatione habent إِنْسَانُ ٱلْعَيْنِ homo oculi, إِنْسَانُ بِنْتُ ٱلْعَيْنِ homo, filia oculi, صَبِيُّ ٱلْعَيْنِ puer in oculo, بوبو pr. infans, puellus (a بَابَا, παππάζειν), Syri ܒܒܬܐ ܕܥܝܢܐ, Chaldaei בָּבְתָא, בָּבָא, (cf. hebr. בָּבַת עַיִן Zach. II, 12) i. e. puer oculi (v. sub rad. נבב); Aethiopes ሰብእት: ዐይን: Ps. XVI, 9 et Ludolf. pag. 242; Copti ⲁⲗⲗⲟⲩ ⲛⲟⲩⲃⲁⲗ puella oculi; Persae مردک *merdek* homunculus, مرد چشم *merdi dscheschm* et مردم چشم *merdūmi dscheschm*, homo oculi, مردمک چشم *merdūmegi dscheschm* homuncio oculi it. کاک *kāk* homo, puer, infans; Graeci κόρη, κοράσιον, κορασίδιον; Romani *pupa, pupula, pupilla*; Hispani *la niña del ojo*; Lusitani *a menina do olho*, neque satisfaciunt, quae Ilgenius (ad Tob. III, 17) contra hanc analogiam disputavit. — Verum vidit Kimchius: קראת כך מפני שנראית בה צורת איש .... וכתב אדני אבי ז״ל כי אמר אישון להקטין לפי שתצורה נראית בעין קטנה. Quemadmodum in V. T., ita etiam in aliis linguis *pupilla* proverbialiter usurpatur de *re percara, pretiosa* et diligenter custodienda. Sir. XVII, 22 καὶ χάριν ἀνθρώπου ὡς κόρην συντηρήσει (quamquam hoc ex hebraeo translatum); Arab. هو اعز عندى هو بوبو دهره ille mihi pupilla carior est, من بوبو عينى pupilla est seculi sui, سواد المقلة pupilla oculi, de longe carissimo (Tim. II, 776. Mang.), cf. الكريمتان duo pretiosissima, de oculis (Tim. I, 138. Har. Cons. 7. ab init.), it. Wilken chrest. pers. p. 167. Buxtorf. Lex. talmud. v. קומט. Catull. 81: *si quid carius est oculis.*

2) Metaph. *medium, meditullium rei.* Prov. VII, 9: בְּאִישׁוֹן לַיְלָה *media nocte.* XX, 20: בֶּאֱשׁוּן חֹשֶׁךְ *in mediis tenebris.* Ita apud Persas دل شب cor it. oculus noctis, de media nocte, et apud Arabes هو فى بوبو الكرم

ille est in pupilla gloriae i. e. sec. Grammaticos فى وسط in medio gloriae. Vide Scheidii spec. Dschauharii pag. 8. In posteriore loco sec. Keri legitur בֶּאֱשׁוּן חֹשֶׁךְ *in tenebris noctis* (v. אֱשׁוּן).

אִישַׁי i. q. יִשַׁי N. pr. patris Davidis, cum Aleph prosthetico. 1 Paral. II, 13.

אִשָּׁה (pro אִנְשָׁה, fem. formae אֱנוֹשׁ), st. constr. אֵשֶׁת (fem. formae אִישׁ pro אִישֶׁת, cf. not. 1), c. Suff. אִשְׁתִּי, אִשְׁתְּךָ, אִשְׁתּוֹ cet., semel אֶשְׁתְּךָ Ps. CXXVIII, 3. Plur. semel אִשּׁוֹת Ezech. XXIII, 44, in cod. Sam. aliquoties ࠀࠉࠔࠅࠕ אישות (v. Comment. de Pent. sam. p. 47), praeterea ubique נָשִׁים (pro אֲנָשִׁים per aphaeresin, a sing. אִנְשָׁה) st. constr. נְשֵׁי, c. Suff. נָשַׁי, נָשָׁיו, נְשֵׁיהֶם f.

1) *femina, mulier*, omnis aetatis et conditionis, sive nupta est, sive non est. Cant. I, 8: הַיָּפָה בַּנָּשִׁים *o pulcherrima mulierum!* V, 9. VI, 1. Gen. XXXI, 35: דֶּרֶךְ נָשִׁים לִי *via mulierum mihi* i. e. quae mulieribus accidunt, experior, menstruata sum. 2 Sam. I, 26: אַהֲבָתְךָ לִי מֵאַהֲבַת נָשִׁים *amor tuus mihi carior amore mulierum.* Job. XLII, 15. De mulieribus innuptis Gen. XXIV, 5. Jes. IV, 1. Spec. est a) nomen *sexus*, adeoque de animalibus usurpatur. Gen. VII, 2, ut lat. *femina*, gall. *femelle*, gr. *γυνή* ap. Aristotelem. Vide אִישׁ no. 1, a. — b) *uxor, coniux*, opp. marito. Gen. XXIV, 3. 4. XXV, 1. XXVI, 34. XXVIII, 1. XXXIV, 4 sq. Exod. XXI, 4 cet. אֵשֶׁת אַבְרָם uxor Abrami Gen. XI, 29, אֵשֶׁת יַעֲקֹב XLVI, 20. Exod. XXI, 3: אִם בַּעַל אִשָּׁה הוּא *si uxoris maritus est.* אֵשֶׁת רֵעֵהוּ Ezech. XVIII, 6. 11, אֵשֶׁת חֵיקֶךָ *uxor sinui tuo adiacens* i. e. carissima Deut. XIII, 7. אֵשֶׁת אָבִיךָ *uxor patris tui* i. e. noverca tua Lev. XVIII, 11. XX, 11. Deut. XXIII, 1. XXVII, 20. (Cf. 1 Cor. V, 1, arab. امرأة الأب Locm. fab. 15. Abulf. in Pococke spec. hist. Arabum ed. White p. 467, syr. ܐܢܬܬ ܐܒܐ). Creberrimae sunt formulae: לָקַח לוֹ לְאִשָּׁה *sumsit sibi* (feminam) *pro uxore* Gen. IV, 19. VI, 2. XII, 19. XXI, 21. XXV, 20 וַתְּהִי לוֹ לְאִשָּׁה *facta est uxor eius* Gen. XX, 12. XXIV, 67. Deut. XXI, 11. 13. XXII, 19. Ruth IV, 13. 2 Sam. XI, 27, it. נָתַן לוֹ לְאִשָּׁה 1 Sam. XVIII, 17. Usurpatur etiam de pellice et concubina Gen. XXX, 4: *et dedit ei* (Sara) *Bilham ancillam suam* לְאִשָּׁה *in coniugem.* (Cf. comm. 9. et *γυναῖκες* de pellicibus Il. 24, 497). It. de sponsa Gen. XXIX, 21. — c) Quemadmodum vir laudatur a virtute, constantia et animo intrepido, ita *mulier* per convicium dicitur de *viro imbelli, timido, consilii experte.* Jes. XIX, 16: בַּיּוֹם הַהוּא יִהְיֶה מִצְרַיִם כַּנָּשִׁים וְחָרַד וּפָחַד וגו׳ *illo tempore Aegyptii erunt instar mulierum, trepidabunt et contremiscent cet.* III, 12. Jer. LI, 30. Nah. III, 13. (Cf. hom. *Ἀχαιΐδες, οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί*, Virg. Aen. 9, 617: *o vere Phrygiae, neque enim Phryges.* Herod. VIII, 88. Jos. Archaeol. XIV, 16 §. 2). Alibi significatur certe huius sexus debilitas et ad peccata proclivitas, unde Job. XIV, 1. XV, 14. XXV, 4: יְלוּד אִשָּׁה *muliere natus* adiunctam habet notionem indolis debilioris et in peccata proclivis omnibus hominibus innatae. Cf. ad rem Gen. III, 6 sq. Quam parum honorifice Hebraei de mulierum dignitate indicaverint, vel ex loco Eccles. VII, 28 intelligitur (v. s. v. אָדָם no. 2), cf. comm. 26: וּמוֹצֶא אֲנִי מַר מִמָּוֶת אֶת הָאִשָּׁה *et inveni, quod morte amarius est, mulierem.* Cf. Talmud. ap. Buxtorf. p. 1401. — d) Per appositionem iungitur variis nominibus, ut אִשָּׁה זוֹנָה meretrix Jos. II, 1, אִשָּׁה פִילֶגֶשׁ pellex Iudd. XIX, 1, א׳ אַלְמָנָה vidua 1 Reg. VII, 14. XI, 26. XVII, 9, א׳ נְבִיאָה Iudd. IV, 4, א׳ יִשְׂרְאֵלִית Lev. XXIV, 10, א׳ מֵינֶקֶת Exod. II, 7. — e) Sequ. Genitivo, proprietatem aliudve attributum continente, feminam indicat tali *attributo praeditam.* אֵשֶׁת חַיִל mulier honesta III, 11, אֵשֶׁת חֵן mulier suavis, venusta Prov. XI, 16, אֵשֶׁת מִדְיָנִים mulier litigosa XXVII, 15, א׳ כְּסִילוּת mulier stulta IX, 13, א׳ זְנוּנִים scortatrix Hos. I, 2, א׳ נְעוּרִים in iuventute ducta Prov. V, 18.

2) Sequ. אֲחוֹת vel רְעוּת: *altera, altera* (v. sub his v. v.).

3) *unaquaeque, quaelibet,* Exod. III, 22. Amos IV, 3.

Not. 1. Forma אֵשֶׁת in vulgari linguae usu ponitur quidem in regimine, proprie tamen status absoluti forma est, atque ita invenitur 1 Sam. XXVIII, 7. Deut. XXI, 11. Ps. LVIII, 9. De formis segolatis in statu regiminis frequentatis saepe admonuimus, v. *Lehrgeb.* §. 138, 2. 140, not. 5.

Not. 2. In linguis cognatis *mulier* hisce notatur formis: Chald. אִתְּתָא st. emphat. אִתְּתָא, אִנְתְּתָא, Plur. נְשִׁין. Syr. ܐܢܬܬܐ, plur. ܢܫܐ, sam. ࠀࠕࠕࠀ, ࠀࠍࠕࠕࠀ, plur. ࠍࠔࠉࠍ. Arab. (امرأة, مرأة) Plur. نسوة, نسوان, نسوون, it. femina, plur. أنثى, إناث, أناثى. Aethiop. ኣንስት፡ *anest* (non *anset*) quod etiam pluraliter valet *mulieres*, rarius ብእሲት፡ a masc. ብእሲ፡. In formis pluralibus נָשִׁים, ܢܫܐ, نسوة ab initio periisse Aleph radicale, quod apud Syros in hac radice occultatur (ܐܢܫܐ, ܢܫܐ, cf. ناس homines), tam certum est, quam quod certissimum; neque audiendi, qui *mulieres* ab *obliviscendo* (נָשָׁה) dictas esse volunt, masculos a *memoria* parentum per eos propagata (זָכָר a זָכַר), quanquam non heri aut nudius tertius excogitata sunt haec commenta, sed iam Arabum grammaticis nonnullis placuere, quibus انسان est a نسى oblitus est, quia foederis sit oblitus. (Dschauh. ap. Gol. p. 170).

Not. 3. In loco Gen. II, 23 significatur nominis אִשָּׁה derivatio ab אִישׁ, quae quamquam non satis accurata scriptori sacro notatu digna videbatur. Ac sane si *vulgarem* linguae usum spectas, in nulla alia lingua semitica *mulier* ita a *viri* nomine derivatur, quamquam Ara-

bes habent مرؤ a مرء, et Aethiopes *beesith* a *beesi* (ut *vira* a *vir*, *Männin* a *Mann*) cf. ind. *nari* mulier, a *nara* vir. Cod. Sam. hoc magis etiam significaturus scripsit כי מאישה לקחה.

אִיתַי chald. i. q. hebr. יֵשׁ *est*, ex quo ortum est. Arabes habent أَيْس cum Eliph prosthetico (unde لَيْس pro لَا أَيْس), sed in paucis, ut videtur, formulis, v. c. أتاني من حيث ايس وليس venit ad me unde sit vel non sit i. e. nescio unde sit (Kam. v. ليس), Syri cum Nasoraeis ܐܝܬ (cum Suff. plur.), Targg. אִית, Sam. ࠀࠉࠕࠉ, ࠀࠕ et ࠀࠉࠕ, Talmud. איתא. Chaldaismo biblico peculiaris est forma אִיתַי cum paragoge ־ַי, ut in אֲזַי, אֱדַיִן, אֱזַי, אִז. Dan. V, 11: אִיתַי גְּבַר בְּמַלְכוּתָךְ *est vir* (quidam) *in regno tuo.* II, 28: אִיתַי אֱלָהּ בִּשְׁמַיָּא *est Deus in coelis.* II, 30. III, 25. Cum negat. לָא אִיתַי Dan. II, 10. 11. III, 29. IV, 32 (unde in rell. linguis cognatis contrahitur לֵית, לַיִת, ܠܝܬ, v. sub hebr. אַיִן no. 2). Sequente Plur. III, 12. Ut variae verbi substantivi personae exprimantur, suffiguntur pronomina (ut in יֶשְׁנִי, יֶשְׁךָ), maximam partem pluralia (qs. esset nomen plurale): אִיתוֹהִי ille est Dan. II, 11, אִיתַנָא III, 18, אִיתָיךְ tu es II, 26, אִיתֵיכוֹן vos estis III, 14. Atque hae formae cum participio constructae verbum finitum circumscribunt. Dan. III, 18: לֵאלָהָיךְ לָא אִיתַנָא פָלְחִין *numen non colimus nos.* Ubi absolute legitur, plerumque vertendum est *existit*, *extat*, *il y a*. Dan. II, 10. 11. III, 29. IV, 32; אִיתַי לְ est alicui, *habet.* Esr. IV, 16.

אִיתַי N. pr. viri 1 Paral. XI, 31, qui in loco parallelo 2 Sam. XXIII, 29 scribitur אִתַּי, v. s. rad. אָחָה. Cf. *Lehrgeb.* §. 37, 3. Not. 1.

אִיתִיאֵל N. pr. (est, existit Deus pro אִיתַי אֵל, aut pro אִתִּי אֵל mecum [est] Deus) Prov. XXX, 1. Ithiel et Uchal liberi vel discipuli Aguri fuisse videntur, quibus sententias suas inscripsit.

אַךְ 1) adverbium restringendi, *nonnisi*, *tantummodo.* Exod. X, 17: אַךְ הַפַּעַם *nonnisi nunc.* Levit. XI, 21: אַךְ אֶת־זֶה תֹּאכְלוּ *nonnisi hoc comedetis.* Ps. XXXVII, 8: אַל תִּתְחַר אַךְ לְהָרֵעַ *noli exacerbari, nonnisi ad malefaciendum* (fit hoc), h. e. ira facile facinoris causa fit. Prov. XIV, 23: *inania verba* אַךְ לְמַחְסוֹר *nonnisi ad egestatem* (ducunt). XI, 24. XXI, 5. Job. XIV, 22. Jes. XLV, 24. Ps. LXVIII, 7. Num. I, 49. Gen. VII, 23 cet. cet. Spec. usurpatur a) ante adiectiva, ubi *nonnisi*, *nil nisi* est i. q. *prorsus*, *omnino.* Deut. XVI, 15: וְהָיִיתָ אַךְ שָׂמֵחַ *et sis nonnisi laetus* i. e. nil agas, nisi laetari. Jes. XVI, 7: אַךְ נְכָאִים *prorsus contriti.* XIX, 11. Deut. XXVIII, 29. Ps. LXXIII, 1. LXXXV, 10. b) ante substantiva: *nil nisi*, quod saepe adiectivis *solus*, *merus*, *totus* reddi potest, germ. *lauter*, angl. *merely.* Ps. CXXXIX, 11: אַךְ חֹשֶׁךְ *nil nisi tenebrae* i. e. *merae tenebrae.* Ps. XXXIX, 12: אַךְ הֶבֶל nil nisi vanitas, *mera vanitas.* LXII, 10. XXIII, 6: אַךְ טוֹב וָחֶסֶד, Jes. LXIII, 8: אַךְ עַמִּי הֵמָּה. Gen. XXIX, 14. Jer. XVI, 19. XII, 1. Hos. XII, 12. c) ante adverbia: *nonnisi* i. q. *prorsus.* Ps. LXXIII, 13: אַךְ רִיק omnino frustra. 1 Sam. XXV, 21. d) ante verba Job. XIX, 13: וְיֹדְעַי אַךְ זָרוּ מִמֶּנִּי *et noti mei prorsus a me alienati sunt.* Iud. XX, 39: אַךְ נִגּוֹף נִגָּף הוּא *prorsus fusus est.* Jer. II, 35. Job. XXIII, 6: *an suo robore disceptaret mecum?* לֹא אַךְ הוּא יָשִׂים בִּי *minime, nihil* (faceret) *ille, quam animum advertere ad me*, i. e. *me audire.* e) in formulis optandi, ubi, quae optamus, ad unum aliquod peculiare restringimus, *tantummodo* i. q. *saltem*, *certe.* 1 Paralip. XXII, 12: אַךְ יִתֶּן לְךָ יְהוָה שֵׂכֶל וּבִינָה — אָז תַּצְלִיחַ *praebeat tibi Dominus tantum sapientiam et prudentiam — tum prospere ages.* Zeph. III, 7: אַךְ תִּירְאִי אוֹתִי — וְלֹא יִכָּרֵת *hoc unum tibi impero, ut me timeas et non delebitur* cet. Job. XIII, 15. Iudd. X, 15. Hos. IV, 4. Jon. II, 4. Neque aliter cum imperativis Gen. XXIII, 13. 1 Sam. XVIII, 17. Jer. XXVIII, 7. 2 Reg. V, 7: אַךְ דְּעוּ־נָא וּרְאוּ כִּי מִתְאַנֶּה הוּא לִי germ. *gebet nur Acht und seht, wie er Gelegenheit sucht.* f) Paulo difficilior eorum locorum est ratio, ubi אַךְ legitur ante temporis notationes, ut Exod. XII, 15: אַךְ בַּיּוֹם הָרִאשׁוֹן תַּשְׁבִּיתוּ שְּׂאֹר מִבָּתֵּיכֶם. Sed, ni fallor, *prorsus primo die* est *ipso die primo*, *primo statim die*, *nur gleich am ersten Tage*, even the first day. Levit. XXIII, 27 (cf. Num. XXIX, 7 ubi est וְ pro אַךְ).

2) est excipientis: *modo*, *solummodo*, *sed.* Gen. XX, 12: *etiam re vera soror mea est*, *filia patris mei*, אַךְ לֹא בַת אִמִּי *modo non* (μονονουχὶ) *filia matris meae.* Levit. XI, 4. Num. XXVI, 55. Deut. XVIII, 20. Jos. III, 4. 2 Sam. III, 13. Jer. XXVI, 15. Ps. XLIX, 16.

3) *tantum quod* pro *modo*, *vixdum*, *commodum.* Gen. XXVII, 30: אַךְ יָצֹא יָצָא יַעֲקֹב — וְעֵשָׂו אָחִיו בָּא *tantum quod exierat Jacobus ..... cum Esavus frater eius intraret.* Iudd. VII, 19. Cf. Cic. ad fam. VIII, 23: *tantum quod ex Arpinati veneram*, *cum mihi a te literae redditae sint.* Vellej. 2, 117.

4) *non aliter ac* i. e. *profecto*, *sine dubio*, *certe.* Gen. XLIV, 28: אַךְ טָרֹף טֹרָף *sine dubio dilaceratus est.* Iudd. III, 24: אַךְ מֵסִיךְ הוּא אֶת רַגְלָיו *sine dubio pedes ille suos tegit* i. e. alvum exonerat. 1 Reg. XXII, 32: אַךְ מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל הוּא *profecto hic* (pr. non alius atque hic) *est rex Israëlis.* (In loco parallelo 2 Paral. XVIII, 31 אַךְ omittitur). 2 Reg. XXIV, 3: אַךְ עַל פִּי יְהוָה הָיְתָה בִּיהוּדָה *non aliter atque Deus iussit accidit Judaeis*, prorsus ita iubente Deo. Ps. LVIII, 12. LXVIII, 22. Job. XVI, 7. XXXIII, 8. XXXV, 13. Hos. XII, 9. Semel pr. *non aliorsum atque.* Jes. XIV, 13—15: *tu dixeras in corde tuo, coelum ascendam ....* אַךְ אֶל שְׁאוֹל תּוּרָד *non aliorsum atque* (imo) *in inferos*

detraxideris. Hinc ab initio sermonis fortiter affirmat, ut *age, agite! ecce! ja! wohlan!* Job. XVIII, 21: אַךְ אֵלֶּה מִשְׁכְּנוֹת עַוָּל *en! tales erunt habitationes impii* i. e. tale eveniet habitationibus impii. Joel X, 19. Exod. XXXI, 13. — אַף נָוֶה אִם Jos. XXII, 19 est *et omnino si* i. e. etsi maxime.

Not. 1. In variis significationibus, quas perperam vulgo huic particulae tribuerunt, est *etiam, praeterea,* quae (quanquam primariae vocis notioni ferme opposita est) variis locis adhibetur, in quibus tamen, modo contextus diligenter perpendatur, vulgaris restringendi potestas retineri debet Num. XXXI, 23 (v. Chald.). 2 Reg. XXIII, 35. Jes. XXXIV, 14 (v. not. 2). Unus locus Gen. IX, 5, in quo plerique interpretes hanc, quam diximus, vim particulae agnoscunt, paulo uberius tractandus videtur. Atque is quidem ita se habet: 3. *Quodcunque se motitat et vivum est, vobis cibo erit....* 4. אַךְ בָּשָׂר בְּנַפְשׁוֹ דָמוֹ לֹא תֹאכֵלוּ *tantummodo carnem cum anima sua, id est sanguine, non comedetis.* 5. וְאַךְ אֶת־דִּמְכֶם לְנַפְשֹׁתֵיכֶם אֶדְרֹשׁ vulgo: *nam etiam vestrum sanguinem, videlicet animas vestras, repetam* cet. LXX. καὶ γάρ. Vulg. sanguinem *enim.* Sed recte Chald. Syr. Sam. restringendi potestatem retinent: בְּרַם, ܣܓܝ, ܐܒܪܟ, qua servata vertendum est: *et nonnisi vestrum sanguinem* i. e. sanguinem humanum *ad conservandam vitam vestram vindicabo,* cf. ad לְנַפְשֹׁתֵיכֶם Deut. IV, 15. 16. Jos. XXIII, 11. Sententia, eaque contextui aptissima, haec erit: animalium interficiendorum et comedendorum copia vobis facta esto, ea lege, ut a sanguine abstineatis, et nonnisi hominum caedes vindicabitur propter vitae securitatem, non animalium caedes.

Not. 2. Poni amat haec particula ab initio enuntiationis, etsi restringendi vis non ad proximum, sed ad sequens quoddam vocabulum totamve enuntiationem pertineat. Jes. XXXIV, 14: אַךְ שָׁם הִרְגִּיעָה לִּילִית *nonnisi spectra ibi habitant,* neque vero: nonnisi ibi spectra habitant. Vers. 15: אַךְ שָׁם נִקְבְּצוּ דַיּוֹת *nonnisi vultures ibi congregantur.* Gen. XXVI, 9. Eadem ratio est particulae synonymae רַק. Ps. XXXII, 6: רַק לְשֵׁטֶף מַיִם רַבִּים אֵלָיו לֹא יַגִּיעוּ, ubi arctius iungendum רַק אֵלָיו et transferendum: *inundatio aquarum magnarum eum (pium) solum non assequetur.* Jes. XXVIII, 19: וְהָיָה רַק זְוָעָה הָבִין שְׁמוּעָה pro וְהָיָה רַק הָבִין שְׁמוּעָה זְוָעָה *vel famam audire terrori est.*

אָכַד rad. inusit. i. q. אָגַד et arab. أَكَدَ *ligavit,* unde

אַכַּד (ligatura i. e. munitio, cf. pers. شهر بند *schahri bend* ligatura urbis i. e. moenia; sec. Jo. Simon. Onomast. p. 276 vinculum sc. gentium domitarum, cf. רֶסֶן Gen. X, 12) Gen. X, 10 *Accad,* Babyloniae vel Mesopotamiae urbs a Nimrode condita. LXX. Ἀρχάδ (Dagesch forti in Resch resoluto, cf. דַּמֶּשֶׂק, דַּרְמֶשֶׂק et sub lit. ר), cui explicando Bochartus (Phaleg IV, 17) adhibet Ἀργάδην fluvium urbi Sittaces vicinum (Aelian. de anim. 16, 42), hunc fluvium ab urbe nomen nactum esse, *Archadam*que vetus Sittaces nomen fuisse coniiciens. Syrus per Resch legit ܐܪܟ, quod Ephraemus Syrus eumque secutus Barhebraeus interpretantur ܢܨܝܒܝܢ i. e. Nisibin urbem, neque aliter Targ. Hieros. Pseudojon. et Hieronymus, quanquam hic *Achad* retinet, quod habent etiam Sam. Onk. Vulg. Arabs uterque, et Persa. Suffragatur J. D. Michaelis (Spicileg. geogr. T. I. p. 226). Gr. Venet. Ἀβάδης, vitiose sine dubio. In re tam incerta haud displicet *Clerici* coniectura, intelligendam esse urbem Σακάδα, quam Ptolemaeus paulo infra Ninum collocat, antequam in Tigridem influat Lycus fluvius. „Observat ipse Bochartus (Canaan 1, 35), eosdem esse populos apud Dionysium Satricanos et Atricanos, apud Strabonem Sardiaeos et Ardiaeos, apud Ptolemaeum Selgovas et Elgovas: aliaque similia." *Clericus* ad l. c.

אָכַל fut. יֹאכַל, in Pausa יֹאכֵל, semel יֹכְלוּ (Ezech. XLII, 5) 1) *edit, comedit.* (Arab. أَكَلَ, syr. et chald. ܐܟܠ, אֲכַל, sam. ࠀࠊࠋ id.). Constr. c. Accus., raro cum לְ Thren. IV, 5; cum בְּ Exod. XII, 43—45. Lev. XXII, 11. Iudd. XIII, 16 et מִן Lev. VII, 21. XXV, 22. Deut. XXVI, 14. Num. XV, 19. Job. XXXI, 17. Eccles. V, 18. VI, 2, ubi exprimendum est: comedit *de* aliqua re. Usurpatur non solum, idque sexcenties, de hominibus, sed etiam de bestiis Jes. XI, 7. Gen. XXXVII, 20. 33. 1 Reg. XIII, 28. Hos. II, 14. Ezech. XXXIX, 17, unde הָאֹכֵל Iudd. XIV, 14 *comedens* in aenigmate Simsonis est *leo* (cf. arab. الأكل inter epitheta leonis), de avibus rapacibus Jerem. XV, 3. Gen. XL, 19, insectis Exod. X, 5. Joel I, 4. II, 25. Job. XIII, 28. אָכַל עָפָר pulverem comedit, de serpente dicitur Gen. III, 14, non quod vescatur solo pulvere (quanquam v. Nicand. Theriac. 372. Sil. Ital. XVII, 449), sed quia in pulvere habitat (cf. Jes. LXV, 25. Micha VII, 17. Ps. CII, 10). Caeterum has observes loquendi formulas: a) *Edere terram, agrum, vitem,* dicitur pro *fructum eius comedere.* Gen. III, 17: בְּעִצָּבוֹן תֹּאכֲלֶנָּה *cum labore comedes eam* (terram) i. e. fructum eius. Jes. I, 7. XXXVI, 16 (cf. XXXVII, 30). — b) *Sacrificia comedere* dicuntur idola locutione a lectisterniis petita. Deut. XXXII, 38. Ezech. XVI, 20. Jer. III, 24. — c) אָכַל לֶחֶם est *cibum sumsit* 1 Reg. XXI, 7. Ps. CII, 5, et cum לֹא, cibum non sumsit, ieiunavit 1 Sam. XXVIII, 20. XXX, 12. Esr. X, 6. 1 Reg. XIII, 16. XXI, 4, illud impr. *pransit, coenavit, epulatus est* Gen. XXXI, 54. XLIII, 16. Jerem. XLI, 1. LII, 33. 2 Sam. IX, 7, cf. φαγεῖν ἄρτον Luc. XIV, 1.

أكل خبزا ܐܟܠ ܠܚܡܐ Locm. fab. 5. Vit. Salad. 44. b. Barhebr. p. 31. lin. 4. 5. Assem. bibl. orient. I, 46. III, 506. אֹכֵל לַחְמִי convictor meus Ps. XLI, 10. Nonnunquam אָכַל לֶחֶם et אָכַל simpliciter est *vixit*. Amos VII, 12: *aufuge in terram Judae* וֶאֱכָל שָׁם לֶחֶם *ibique comede panem* i. e. et ibi vitam dege. Eccles. V, 16: גַּם כָּל־יָמָיו בַּחֹשֶׁךְ יֹאכֵל *omnem vitam in tenebris degit*. (In Cod. Nasoraeo ܐܟܠ saepe est *vixit*, T. I. pag. 50: ܐܟܠ ܐܠܦܐ ܫܢܝܢ *vivere mille annos*, p. 52. Cf. Luc. XIV, 15: μακάριος, ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ). — d) אָכַל לִפְנֵי יְהוָה dicitur de *epulis sacrificalibus* in templo institutis Deut. XII, 7. 18. XIV, 23. Exod. XVIII, 12. Ezech. XLIV, 3. 1 Paralip. XXIX, 22, cf. 2 Paralip. XXX, 22. Ps. XXII, 27. — e) *comedit carnem alicuius* Ps. XXVII, 2 de hostibus saevis et ferocibus, sanguinem alicuius sitientibus (cf. Job. XIX, 22 et lit. g). Alii, ut A. Schultensius, J. D. Michaelis, ex usu loquendi Aramaeorum, hanc phrasin de calumniis exponunt (v. אֲכַל), renitente contextu. — Aliud est f) *carnem suam comedere* Eccles. IV, 5 de stolido, qui curis, moerore et invidia conficitur. Cf. Il. 6, 202: ὃν θυμὸν κατέδων, Plaut. Trucul. 2, 7, 36: *quisnam illic homo est, qui ipsus se comest, tristis, oculis malis*. Arab. talis vocatur آكل نفسه exesor sui ipsius, atque dicitur manus comedere, digitos mordere, عض الانامل (Har. II, 106 Schult. Cor. III, 115. XXV, 29, vit. Tim. II, 490 Mang.), Persis dorsum manus comedere (de Sacy ad Pendnameh II, p. 213). Proprie eadem phrasis legitur Jes. XLIX, 26. — g) אָכַל הָעָם, עֲנִיִּים *comedere, devorare populum, pauperes* dicitur de viris principibus opes populi absumentibus, eum divexantibus et exhaurientibus, cf. טָחַן, דִּכָּא. Ps. XIV, 4: אֹכְלֵי עַמִּי אָכְלוּ לֶחֶם *qui comedunt populum meum, quasi panem comedant*. Prov. XXX, 14. Hab. III, 15. Cf. בָּלַע, arab. استأكل devoravit infirmiores, opes eorum absumsit, أكّال tyrannus exhauriens subditos, δημοβόρος βασιλεύς (Il. 1, 231), Schult. ad Job. XX, 21; nec non Indorum *bhuncte* vorat, edit, manducat it. gubernat. Idem est *carnem populi comedere* Micha III, 3. Alibi *comedere, devorare* est i. q. caede belloque absumere. De populo Hos. VII, 7: אָכְלוּ אֶת שֹׁפְטֵיהֶם *devorant iudices suos* i. e. interficiunt. Jes. IX, 12: *Syri ab oriente, Philistaei ab occidente* וַיֹּאכְלוּ אֶת־יִשְׂרָאֵל בְּכָל־פֶּה *vorabunt Israëlem pleno ore*, i. e. absument. Deut. VII, 16: וְאָכַלְתָּ אֶת־כָּל־הָעַמִּים *et vorabis omnes gentes*. Jer. X, 25. XXX, 16. L, 7. 17. LI, 34. Cf. Judith. V, 24: ἔσονται εἰς κατάβρωμα πάσης τῆς στρατιᾶς σου. — h) *sermones comedere* est avide recipere, graec. φαγεῖν ῥήματα, dicta devorare (Plaut. Asin. 3, 3, 59). Jer. XV, 16: נִמְצְאוּ דְבָרֶיךָ וָאֹכְלֵם *verba tua* (ad me) *perlata sunt et comedi ea* i. e. avide ea devoravi, tota mea feci. Plaut. Aulul. 3, 6, 1: *nimium libenter edi sermonem tuum*. Arabes الام *devorandum dedit*, adhibent pro ἐμβιβάζειν, imbuere, maxime de eo quod divinitus hominibus revelatur (v. H. A. Schultens ad Elmawahib p. 112. A. Schult. ad Prov. XVIII, 8; adde Abulf. Ann. T. II. p. 236, Annotatt. hist. pag. 727) et *bibendi* imaginem similiter transferunt, v. شرب bibit Conj. IV. bibendum dedit, imbuit, شُرِّبَ imbutus fuit, intellexit (cf. Carm. samarit. IV, 16). Hinc explicanda visio de volumine prophetae ad devorandum tradito Ezech. II, 8. III, 1 sq. Apoc. X, 9. 10, et comparatio legis Christique cum pane comedendo (vide Joh. VI, 32 sq. ibique Wetsten., Sir. XXIV, 19. 20, Carm. Samarit. III, 15. IV, 12 ibique notam nostram).

2) *voravit, absumpsit*, saepe de inanimatis, velut de igne, cui etiam lingua (לָשׁוֹן) tribuitur Num. XVI, 35. XXI, 28. XXVI, 10. Job. I, 16. XV, 34. XXII, 20. Ps. LXXVIII, 63. LXXIX, 7. Jes. V, 24. X, 17. Ezech. XV, 4. Joel II, 3. 5. Amos I, 4 sq. Nah. III, 13, cum בְּ Zach. XI, 1 (cf. آكل Cor. III, 179, et Meidanii proverbium no. 15: آكل من النار igne voracior, it. *ignis edax* Virg. Aen. 2, 758 coll. 4, 66, πάντας πῦρ ἐσθίει Il. 23, 182); de gladio, cui propterea os tribuitur (v. פֶּה) 2 Sam. II, 26. XVIII, 8. Deut. XXXII, 42. Jer. II, 30. XLVI, 10. 14 (cf. שָׁחַת, רָוָה, et Schult. Exc. ex Hamasa p. 353), de fame et peste Ezech. VII, 15, de morbo mortifero Job. XVIII, 13, de ira Dei Exod. XV, 7, de exsecratione Jes. XXIV, 6, de calore et frigore Gen. XXXI, 40, de nimio studio et desiderio Ps. LXIX, 10. — Num. XIII, 32 terra Canaan appellatur אֶרֶץ אֹכֶלֶת יוֹשְׁבֶיהָ *terra absumens incolas suos* i. e. coll. Ezech. XXXVI, 13 et Levit. XXVI, 38 terra in qua incolae absumuntur, vel aëris insalubritate peste fameque vel caede ab hostibus illata. Tempori enim locoque tribui solent, quae aliquo tempore vel in aliquo loco fiunt (v. Comment. ad Jes. III, 22. VIII, 23).

3) *fructus est* aliqua re, ut bono, fortuna (c. c. בְּ) Job. XXI, 25, fructibus bonarum malarumve actionum Hos. X, 13. Jes. III, 10, amplexibus venereis Prov. XXX, 20 (cf. IX, 17, et *vesci voluptatibus* Cic. fin. 5, 20). Sic Pers. خوردن *khorden edere* saepe est *experiri, pati*, ut غم خوردن *ghâm khorden* curam experiri, عذاب خوردن tormenta pati, داوری خوردن iudicium subire, Matth. VI, 34. Joh. III, 18 (unde explicandum 1 Cor. XI, 29: κρίμα ἐσθίει, vid. Gravii annot. pers. in Joh. l. c.): et apud Arabes *gustare* dicitur pro *grata* vel *ingrata experiri*. Vide طعم Ibn Doreid 137. Exc. ex Hamasa p. 428, it. ذاق gustare, et syr. ܛܥܡ ܡܘܬܐ, γεύσασθαι θανάτου, cf. Cor. sur. IV, 54. III, 182. 186. Quibus perpensis unde sit aerumnarum cum cibo insulso comparatio ap. Job. VI, 7 sq., simul dilucidum erit.

4) fortasse *gustavit*, de gustandi sensu Deut. IV, 28.

5) *diminuit, detraxit*. Ezech. XLII, 5: *cellae superiores breviores erant* כִּי יוֹכְלוּ אַתִּיקִים מֵהֵנָּה *nam tigna s. columnae detrahebant inde*, i. e. partem earum occupa-

bant, אָכְלוּ pro וַיֹּאכְלוּ, ut in 6 codd. legitur. Cf. גזר abscidit, comedit, et intrans. defecit, diminutus est. Kimchi non male interpretatur יהמשו occupabant, obsumebant.

Niph. נֶאֱכַל fut. יֵאָכֵל comedi Exod. XII, 46. XIII, 3. 7. XXIX, 34. Levit. VI, 9 sq. VII, 6. XIX, 6. 7. 23 rel. it. comedi posse, esu idoneum esse. Gen. VI, 21. Levit. XI, 47. Job. VI, 6. Jesai. XXIV, 2 sq. Metaph. igne absumi Zach. IX, 4.

Pi. אִכֵּל i. q. Kal, ut arab. أكل esitavit, absumsit. Job. XX, 26: תְּאָכְלֵהוּ אֵשׁ (lege teachlehu) consumit eum ignis, pro תְּאַכְּלֵהוּ. Dagesch forte extrusum compensatur vocali longa Kamez. Nonnulli tamen codd. praebent תאכלהו. Cf. *Lehrgeb.* §. 72, not. 2. pag. 261. Praestat vero haec solvendae formae ratio alii cuidam olim a me proposita (*Lehrgeb.* p. 170. 322), ut sit Hiphil pro תַּאֲכִילֵהוּ, תַּאֲכִלֵהוּ, coll. תֶּאֱהָבוּ Prov. I, 22 pro תְּאֵהֲבוּ. Kimchius male hanc formam Coniugationi Poël vindicat, et litteras appellat *te' ochlehu*, ita ut Kamez sit Kamez-chatuph ortum e Cholem. Sed Cholem characteristicum huius coniugationis, quippe invariabile, corripi non potest. Vide quae disputavimus *Lehrgeb.* p. 251.

Pu. consumi, igne Neh. II, 3. 13. Nah. I, 10. Exod. III, 2, gladio Jes. I, 20: חֶרֶב תְּאֻכְּלוּ gladio absumemini. De constructione vide *Lehrgeb.* p. 821.

Hiph. הֶאֱכִיל, יַאֲכִיל, הֶאֱכַלְתִּי (Exod. XVI, 32), cum Waw conversivo Praet. וְהַאֲכַלְתִּי (Jes. XLIX, 26, cf. LVIII, 14. Jer. XIX, 9), fut. יַאֲכִיל, semel 1 pers. אוֹכִיל (Hos. XI, 4, ubi nonnulli אוֹכִיל pro substantivo habent, i. q. אֹכֶל), inf. הָכִיל pro הַאֲכִיל (Ezech. XXI, 33) 1) comedendum dedit, cibavit c. c. duobus accuss., altero personae, altero rei. Exod. XVI, 32. Num. XI, 18. Deut. VIII, 16. Ps. LXXX, 6. Jes. XLIX, 26. Jerem. XIX, 9. Ezech. XVI, 19 cet., c. מִן cibi Ps. LXXXI, 17. Jes. LVIII, 14: וְהַאֲכַלְתִּיךָ נַחֲלַת יַעֲקֹב et comedendum tibi tradam haereditatem Jacobi i. e. eam tibi tradam, ut proventu eius fruaris. (Vide Kal no. 1. litt. a.). 2) intrans. voravit, de gladio Ezech. XXI, 33.

אֲכַל fut. יֵאכֻל i. q. hebr. comedit, voravit, de brutis Dan. IV, 30. VII, 5. 7. 19. 23. In Targg. sexcenties. אֲכַל קַרְצוֹהִי דִּי frusta alicuius comedit metaph. calumniatus est, accusavit eum Dan. III, 8. VI, 25. Ita in Targg. אֲכַל קוּרְצִין pro hebr. הָלַךְ רָכִיל, רָגַל Ezech. XXII, 9. Prov. XI, 13. XX, 19. Eccles. X, 11. Levit. XIX, 16. Ps. XV, 3 et Berach. fol. 58, 1. Gem. Babyl. Syr. ܐܟܠ ܩܪܨܐ pro gr. διαβάλλω Luc. XVI, 1, unde part. ܐܟܠ ܩܪܨܐ diabolus; Arab. أكل لحم فلان carnem alicuius comedere Sur. XLIX, 12. Locm. fab. 30 fin. Meidan. Prov. 8. Elnawabig no. 146. 173. ed. H. A. Schult., A. Schult. ad Job. p. 479, itemque simpliciter أكل IV. susurronem egit et inimicitias excitavit, أكل obtrectatio clandestina, atque simili metaphora ... سائر فلان terebravit crus alicuius i. e. famam eius laesit Meidan. no. 131, aethiop. ሐመየ: arrosit, ut panem dentibus it. iniuste iudicavit, cf. lat. rodere de obtrectatoribus et maledicis. Hor. sat. 1, 4, 81. Veram formulae rationem dudum recte intellexit Aben Esra, eum qui clam alterius famam lacerat, instar eius esse monens, qui carnem eius arrodit: ac sane non erat, cur alias rationes ingrederentur interpretes, ex parte plane ἀπροσδιόνυσους. Ac Rabbinorum plurimi reddunt: proclamavit calumniam, ab אָכַל, אֲכַל i. q. שָׁאַג et קְרָצָא quod calumniam reddunt (coll. قرص momordit, قارصة convicium): similiter Storrius (Observatt. pag. 4): edit calumniam i. e. ei operam dedit ad explenda animi invidi desideria, coll. syr. ܐܟܠ ܚܣܡܐ invidiam devorare pro, invidia pasci, invidum esse (Mich. chrestom. syr. p. 85), quem loquendi usum Hebraei habent sub שָׂטַם. Schultensio (Origg. hebr. p. 202) formula pr. est: crustulam comedit i. e. parasitum, sycophantam egit.

אֹכֶל c. Suff. אָכְלוֹ, אָכְלָם, אָכְלְכֶם (Gen. XLVII, 24) m. 1) n. act. edere, vorare. Exod. XII, 4: אִישׁ לְפִי אָכְלוֹ quisque prout edit. XVI, 16, 18. 21. Job. XX, 21: אֵין שָׂרִיד לְאָכְלוֹ nihil residui relictum a voratione eius. Potest tamen אכלו his in locis esse ab infinitivo אֲכֹל. — 2) cibus Ps. LXXVIII, 30. CIV, 22. 28. CVII, 18. Job. XII, 11 cet., maxime a) frumentum, fruges Gen. XLI, 35 sq. XLII, 7 sq. XLIII, 2 sq. XLIV, 1. Deut. II, 6. 28. XXIII, 20. Hab. III, 16. (Arab. أُكْل victus, quo vita sustentatur, aethiop. ቀለብ: frumentum, fruges, panis); b) praeda, esca (brutorum) Job. IX, 26. XXXIX, 3. 32.

אָכְלָה f. cibus. הָיָה לְאָכְלָה cibo esse Gen. I, 29. VI, 21. IX, 3. Ezech. XXI, 32, et נָתַן לְאָכְלָה cibo dare Gen. I, 30. Exod. XVI, 19. Ezech. XV, 4. 6. XXIX, 5. XXXV, 12. XXXIX, 4 cet. Dicitur de pabulo ferarum Jer. XII, 9. Ezech. XXXIV, 5. 8. (Deut. XXXI, 17 in Cod. Sam.), ignis Ezech. XV, 4. 6. XXI, 37.

אֻכָל (formae בּוּמָן, nisi est i. q. אוּכַל possum) N. pr. hominis Prov. XXX, 1. Vide אִיתִיאֵל p. 88 A.

אֲכִילָה f. cibus, esus. 1 Reg. XIX, 8, fortasse coena una, ut arab. أكلة.

מַאֲכָל m. cibus Gen. II, 9. III, 6. VI, 21. XL, 17. Ps. LXXIV, 14. Job. XXXIII, 20 rel. maxime frumentum 2 Paral. XI, 11: אוֹצְרוֹת מַאֲכָל וְשֶׁמֶן וָיָיִן promtuaria frumenti, olei et vini. — עֵץ מַאֲכָל arbor fructifera. Levit. XIX, 23. Deut. XX, 20. Nehem. IX, 25. צֹאן מַאֲכָל grex ad mactandum destinatus, Ps. XLIV, 12.

מַאֲכֶלֶת pl. מַאֲכָלוֹת f. *culter*, quo in comedendo utimur, hinc de quovis cultro Jud. XIX, 29. Prov, XXX, 14, v. c. cultro mactatorio Gen. XXII, 6, 10. Arab. مِيكَل cochlear Kam. p. 1390.

מַאֲכֹלֶת f. cibus, pabulum (ignis) Jes. IX, 4. 18.

מַכֹּלֶת f. cibus i. q. מַאֲכֹלֶת, pro מַאֲכֹלֶת, verbale Pielicum. 1 Reg. V, 25.

אָכֵן v. s. כּוּן.

אָכַף 1) *onus, sarcinas imposuit.* Arab. أَكَفَ II. constrinxit, ligavit clitellas. IV. clitellas imposuit (asino), إِكَاف clitellae asini, muli, Abulph. hist. dyn. p. 481, chald. אוּכָף ephippium. In verbo haec significatio non exstat, sed in nomine אֶכֶף: a quo fluxit vis secundaria

2) *sollicitavit, ad opus impulit*, ut syr. ܐܟܦ Prov. VI, 7 Pesch., cum ܥܠ Assem. bibl. orient. I. p. 147. A., Ethpe. ܐܬܐܟܦ diligens fuit (Cast. in Append.), ܐܟܦܢܐ diligens, sedulus Barhebr. pag. 608. In V. T. nonnisi Prov. XVI, 26: כִּי אָכַף עָלָיו פִּיהוּ *nam impellit eum os suum* i. e. fames eum ad laborem incitat. Vulg. *compulit.* LXX. ἐκβιάζεται. Quod construitur cum עַל, id e primaria *onus imponendi* significatione explicandum. Kimchi vicinum esse censet hebraeum כָּפַף pressit. R. Parchon e contextu conjectans עשה לו סיבה *facit ei causam, incitat.*

אֶכֶף m. *onus*, et metaph. gravitas, *auctoritas*, ut כָּבוֹד. Job. XXXIII, 7: וְאַכְפִּי עָלֶיךָ לֹא יִכְבָּד *et onus meum* (i. e. auctoritas mea) *tibi non grave s. molestum erit.* Chald. טוּנִי. Syr. ܐܘܟܦܝ *clitellae meae* (sic enim haud dubie reddendum coll. אוּכָף, non *appositio* vel *sollicitudo, diligentia.* Arabs إِقْبَالِي impetus meus). Saad. ms. غَيْبِي odium meum. LXX. ἡ χείρ μου; neque aliter Kimchius, אֶכֶף i. q. כַּף in loco parallelo XIII, 21 esse adnotans. Prior tamen ratio praeferenda.

אכר radix inusit. i. q. arab. أَكَرَ Conj. V. *fodit*, maxime terram (unde أَكْر, أُكْرَة, كُرَة fovea, fossa), vicina radicibus כָּרָה, כּוּר, בּוּר, נָקַר.

אִכָּר m. *fossor, agricola.* Jer. LI, 23. Amos V, 16. Plur. אִכָּרִים, c. Suff. אִכָּרֵיכֶם (cum Kamez impuro) 2 Par. XXVI, 10. Jes. XIV, 4. XXXI, 24. Joel I, 11. Jes. LXI, 5. (Chald. id. Syr. et Zab. ܐܟܪܐ 2 Tim. II, 6, Cod. Nasor. II, 60. 64. Arab. أَكَّار).

אכש rad. inusit. fortasse i. e. syr. ܚܡܬ iratus est, unde ܐܟܫܐ ira, aut aethiop. አክበረ: honoravit.

אָכִישׁ *Achis*, N. pr. regis Philistaeorum in urbe Gath, tempore Davidis et Salomonis. 1 Sam. XXI, 10 sq. XXVII, 2 sq. XXVIII, 1. 2. XXIX, 1 sq. 1 Reg. II, 39. 40. LXX. Ἀγχοῦς, al. Ἀγχίς, Ἀχίς.

אַל Arabum articulus i. q. hebr. הַ, nonnullis etiam vocibus hebraeis in V. T. praefixus, quae vel arabicae originis sunt (אַלְמוֹדָד, אַלְקוּם) aut esse videntur (אֶלְגָּבִישׁ), vel certe, quanquam exoticae, e lingua arabica in hebraeam transierunt (אַלְמֻגִּים). Cf. etiam אַלְמֻגִּים, אַלְגּוּמִּים. Quanquam in aliis vocibus haec, quam dixi, eius syllabae praefixae origo certior est, in aliis incertior: tamen non audiendi videntur, qui Arabum articulum in ullo V. T. vocabulo servatum esse negant, vid. Celsius in Hierob. 1, 173 et contra Michaelis Supplemm. p. 87. Salmasius de hyle iatrice p. 120. Ut enim taceam innumera linguae hispanicae et lusitanicae atque adeo non pauca gallicae germanicaeque linguarum originis arabicae vocabula, in quibus Arabum articulus retinetur (*Algebra* الجبر, *Azimuth* السموت, *Alkali* القلي, *Alkoba*, germ. *Alkoven*, القبة cet. cet.), syriaca quoque lingua in nonnullis vocabulis hunc articulum retinuit, quorum alia arabicae originis aut ab Arabibus petita, alia domestica sunt, ut ܐܠܛܘܪܒܝܬ convolvulus Turbith, cf. arab. يقطين cucurbita, convolvulus; ܐܠܩܘܩܐ et ܐܠܩܘܩܢܣ (fortasse legendum ܐܠܩܘܩܢܣ), ܐܠܩܘܩܘܣ, ܐܠܩܘܩܘܣ i. q. ὀπός, ὄπιον); ܐܠܟܣܝܣܐ valetudinarius, ab ܐܣܐ; ܐܠܩܘܦܝ lege s. mixtura argenti et auri, a ܩܦ: et contra in lingua arabica et syriaca quaedam Hebraeorum articuli vestigia comparent, nimirum in pronominibus هذا, הָדֵא, ܗܢܐ i. q. הַזֶּה. In hunc censum retulerim voces, quae sequuntur:

אֶלְגָּבִישׁ m. Ezech. XIII, 11. 13. XXXVIII, 22 i. q. גָּבִישׁ *glacies*, κρύσταλλος (Job. XXVIII, 18), unde אַבְנֵי אֶלְגָּבִישׁ lapides glaciei i. e. grando. Vocabulum for-

tasse magis arabicum, quam hebraeum, fuit. Kamus p. 742: العجيس congelatum. Rabbini satis nugatorie interpretantur: אבנים דמות אל גביש lapides crystallo similes, ita ut אל sit praepositio. Pareau (de vest. immortalit. in libro Jobi p. 323) primam syllabam e lingua aegyptiaca repetit, in qua ⲁⲗ est calculus, lapis, it. grando Exod. IX, 19, atque vocem hibridam esse statuit: cui explicationi, etsi doctae, analogia tamen destitutae calculum adiicere dubitamus.

אַלְגּוּמִּים m. plur. 2 Paral. II, 7. IX, 10. 11 et אַלְמֻגִּים litteris transpositis 1 Reg. X, 11. 12 *lignorum pretiosorum genus*, tempore Salomonis ex Ophira una cum auro et gemmis mari advectum, templi regiaeque ornamentis itemque musicis instrumentis adhibitum, secundum 2 Paral. II, 7 in Libano etiam nascens (sed v. infra). Plerique Rabbini, quos inter R. Tanchum, *coralia* intelligunt, atque ita singularis אַלְמוּג usurpatur in Talmude (Mischna Kelim 13 §. 6. ibique Maimonides et Bartenora): sed haec ligna (עֵצִים) non sunt, et e mari rubro ac mediterraneo demum ad Indos deportabantur (Plin. H. N. 32, 2): licet, modo antiquus sit iste Talmudistarum usus loquendi, lignum illud pretiosum a similitudine coraliorum dictum esse possit, q. d. lignum coraliorum, *Korallenholz*. Probabiliora dat Kimchius, cui est arab. البقم i. e. *lignum tinctorium rubrum* in India et Nigritia nascens (Abulfadli et Edrisi ap. Celsium l. c.), idem quod Europaei בראזיל lignum brasilium nuncupant, quod nomen (nisi forte apud Kimchium et Maimonidem per glossema intrusum est) Brasilia detecta non potest non vetustius esse. A Kimchio prope absunt recentiores plerique, qui praeeunte Celsio (Hierobot. I, p. 171 sq.) *lignum Santalinum* intelligunt (arab. صندل احمر, sanskr. *rakta tschandan*, Pterocarpus santalinus Linn.), in regno Sinensi atque in Archipelago indico proveniens, colore rubrum, odoratum, ex quo hodieque in India utensilia pretiosiora conficere solent (cf. Beckmann's *Waarenkunde* T. II. fasc. I. p. 112 sq. Wahl *Ostindien* II, p. 803. Faber *Archaeologie* p. 374), eaque sententia reliquis praestat. Vix certe audiendus fuerit Wahlius, qui *Jamboliferam* Linn., arborem indicam, sanscr. *dschambu* dictam, significari suspicatur (l. c. p. 204 sq. 791 sq.), quae ob fructuum quidem dulcedinem laudatur, neqnaquam ob lignorum utilitatem et pulchritudinem in pretio est. Quod 2 Paral. II, 7 legitur, ligna Algummim in Libano quoque provenisse, in tanta, quanta alibi celebratur, ligni raritate parum est probabile, atque auctor Paralipomenôn perperam fortasse haec ligna a Phoenicibus advehi solita in horum regione domestica esse opinatus est. Tribuit quidem Abulfadli ap. Celsium l. c. p. 182 lignum santalinum etiam Syriae regionibus, sed plane contradicunt recentiores, ita ut res in dubiis habenda sit. Nil certi dant Versiones antiquae. LXX. in Regg. πελεκητὰ dolata, al. ἀπελέκητα, in Chron. πεύκινα. Melius Vulg. *thyina*, ab arbore odorifera θύον, θυΐα, de qua vide Od. 5, 60. Theophr. h. pl. 5, 5. Vossius ad Georg. 2, 126. Syr. in Regg. ܠܘܚܐ ni fallor, *opus ligneum* et in Chron. ܐܫܟܪܥܐ *buxus*. Arabs الساج, de quo ligni genere v. ad Jes. XLI, 19. Abulwalides cedri genus intelligit propter 2 Par. II, 8. V. Celsius l. c. Jo. Chr. Biel de lignis ex Libano petitis, in Museo Hagano Cl. IV. p. 1 sq. (qui *pinos* intelligit), cf. Symb. Hagan. Cl. I. fasc. 2. p. 35 sq. Bibl. Brem. II. fasc. 3. p. 493.

אַלְמוֹדָד Gen. X, 26. 1 Par. I, 20 (sec. nonnullos codd. in utroque loco אַלְמֹדָד) *Almodad*, n. pr. filii Joktanis, i. e. populi regionisque Arabiae australis. Veteres interpp. plane nihil lucis dant (Saad. المُذاذ. Pseudoj. ex etymo: דמשח ית ארעא באשלין *qui mensuravit terram funibus*), sed Arabum genealogias antiquissimas excutienti tum *Modadi* nomen occurrit (*al* enim pro Articulo habendum) tum *Modari* et *Moradi* (facile enim ד et ר antiquorum librariorum sphalmate permutari poterant). Ac *Modadi* quidem nomen gerunt duo reges Dschorhamidae in Hedschazo imperantes, quorum unus Ismaëlis filiam duxisse dicitur (v. Pococke spec. p. 80); *Modarus* Adnani fuit nepos (v. Pococke p. 46. Ibn Coteiba ap. Eichhornium in monum. Arabum p. 63); uterque tamen abiiciendus est propter orthographiam, quandoquidem مضاض, مضر scribitur. Rectius, sumto antiquo sphalmate, conferes *Moradum*, مراد (male Vaterus in Comm. ad Pent. I, p. 157 scribit מודר) s. بنى مراد nomen tribus, quae Arabiae felicis regionem montanam incolebat, Zabido vicinam. Fuit iste Moradus secundum genealogos filius Kahlan (كهلان), filii Sabae, filii Jaschhab, filii Jarab, filii Kachtan i. e. Joktan. V. Pococke l. c. ed. White p. 44, Abulfeda ed. de Sacy ibid. pag. 478. Ibn Coteiba ap. Eichhorn. pag. 141. Vel ex hoc *Morado* explices biblicum *Almodad*, vel cum Bocharto (Phaleg. c. 16) conferas Ἀλλουμαιῶται Ptolemaei in media fere Arabia felice prope fontes fluvii Lar, qui in mare persicum exit, 19° lat. 82° longit. degentes.

אַלְקוּם Prov. XXX, 31 i. q. arab. أَلْقَوْمُ *populus*. Inter quatuor, quae pulchre incedant, ultimum est: מֶלֶךְ אַלְקוּם עִמּוֹ *rex, quocum populus* i. e. populo suo stipatus, in media populi corona incedens. Vid. Pococke ad spec. hist. Arabum 207. White, Castellus s. h. v. Tale quid intellexisse videntur iam LXX interpretes: δημηγορῶν ἐν ἔθνει, quanquam hi fortasse pro licentia sua verba struxerunt quasi scriptum esset קוּם אֶל־עַמּוֹ *stans* (locutus) *ad populum suum*, vel stans coram populo suo. Ita certe Chald. וּמַלְכָּא דְקָאֵים וּמְמַלֵּל בְּהוֹן. Syr. ܘܡܠܟܐ ܕܩܐܡ ܒܟܢܘܫܬܐ. — Hebraeis אַלְקוּם compositum est ex אַל particula negandi, et קוּם surgere (cf. אַל־מָוֶת Prov. XII, 28), hac sententia: *rex, contra quem surgi* i. e. *cui resisti nequit*.

Similiter Vulg. *nec est rex, qui resistat ei*, idemque significat, quod in 4 codd. Kennicottianis et 14 de Rossianis disiuncte legitur אַל קוּם. Sed parum aptum hoc ad contextum.

Kamez vero in Pausa, vel certe in fine commatis (כָּאֵלֶּה 1 Sam. XVI, 10. כָּאֵלֶּה Jes. LXVI, 8. לָאֵלֶּה 1 Reg. XXII, 17), et ubi involvitur articulus (2 Reg. XXV, 17. Num. XXVIII, 24).

אֵל *ne, non*, v. s. rad. אָלַל.

אֵל, אֶל־, אֱלֵי Praep. *ad, versus* v. sub אֵלֶּה, no. III.

אֵל *Deus*, v. sub rad. אול p. 48.

אֵל pronomen demonstrativum plurale utriusque generis, *hi, hae, haec*, cuius singularis, si linguae usum non etymon spectamus, est זֶה. Quanquam accedente paragoge adoptatur Dagesch forte in littera Lamed, tamen de radice אָלַל vix cogitandum fuerit, et videtur potius hoc vocabulum ut sono ita significatione articulo أَلْ אַל cognatum esse. Haec forma nuda nonnisi novies legitur 1 Par. XX, 8 et c. art. הָאֵל Gen. XIX, 8. 25. XXVI, 3. 4. Levit. XVIII, 27. Deut. IV, 42. VII, 22. XIX, 11 quibus in locis praeter 1 Par. l. c. omnibus Cod. Sam. substituit vulgarem formam ⴰⵍⵀ; vel perspicuitatis causa, vel ne confunderetur cum אֵל (Deus). In omnibus reliquis V. T. locis legitur

אֵלֶּה plur. comm. *hi, hae, haec*, arab. أُولَاءِ, أُولَى, it. أُلَى, أُلَاءِ, أُولُو, أُلَّاءِ Cor. 58, 4 fem. أُلَاتُ (quibus in singulari respondet ذُو, (ذِى), aethiop. ኦሉ፡ hi, ኦላ፡ hae, ኦሙንቱ፡ hi, ipsi, cf. relat. ኦለ፡ qui, quae (in sing. ዘ), rabbin. אִלּוּ, aram. אִלֵּין (v. infra). Exempla tritissimi vocabuli non allego, quae extant, omnia enumeravit Noldius (Concord. part. p. 49 sq.). Refertur tam ad consequentia, ut Gen. II, 4: אֵלֶּה תוֹלְדוֹת הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ *hae sunt origines* (haec est historia) *coeli et terrae*. VI, 9. XI, 10. XXXVI, 10. XXXVII, 2. Exod. VI, 14 cet., quam ad antecedentia Gen. IX, 19. X, 20. 29. 31. 32. XIV, 3. XXII, 23. XXV, 4. 16. XXXV, 26. XXXVI, 5. Postponitur plerumque nomini suo, ut הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה Gen. XV, 1: et ubi praemittitur est ellipsis verbi substantivi (v. exempla laudata): nonnunquam tamen usurpatur *δεικτικῶς* Ps. LXXIII, 12: הִנֵּה אֵלֶּה רְשָׁעִים *en scelestos illos!* Distributive invenitur אֵלֶּה וְאֵלֶּה Jos. VIII, 22. 2 Sam. II, 13. Sunt, qui singulariter illud usurpari affirmant pro זֶה laudatis locis Ezech. XLVI, 24. Esr. I, 9. 1 Paralip. IV, 3. XI, 11. 2 Paralip. III, 3. at in cunctis hisce exemplis אֵלֶּה refertur ad pluralia vel collectiva, modo antecedentia, modo consequentia. Praepositiones בְּ, כְּ, לְ praefiguntur cum Schwa, cum

אֵל chald. id. sec. Keri Esr. V, 15.

אֵלֶּה chald. id. Jer. X, 11. et Esr. V, 15 Chethibh.

אִלֵּין chald. id. Dan. III, 44. VI, 3. VII, 17. אִלֵּךְ VI, 7, et saepissime in Targg. — Syr. ܐܠܝܢ et ܗܠܝܢ, Sam. ⴰⵍⵉⵏ. Terminatio paragogica ־ין exstat etiam in pronominibus דֵּן, דִּכֵּן, דִּכֵּן, אִנּוּן, הִמּוֹ pro hebr. זֶה, הֵם.

אִלֵּךְ chald. id. Dan. III, 12. 13. 21. 22. 23. 27. VI, 6. 12. 16. 25. Esr. IV, 21. V, 9. VI, 8. Ubique postponitur nomini. Syllaba paragogica ךְ, ־ךְ, quam habes etiam in singularibus דָּךְ, דִּךְ, proprie Suffixum esse videtur, quale Arabes etiam pronominibus pleonastice addere solent, ut in ذَاكَ, ذَلِكَ, ille, pr. hic tibi, تَاكَ illa, ذَاكُمْ, ذَلِكُمْ hic vobis, تِلْكُمْ hoc vobis (Alb. Schultens. ad Hamas. p. 334), cuiusque propria vis postmodo periit. Apud Aethiopes respondet ኤሉክ፡ et ኤላንቱ፡ *illi, illae*.

אָלַהּ verbum Hebraeis inusitatum, arab. أَلَهَ et تَأَلَّهَ *coluit, adoravit* i. q. عبد, unde الإِلٰهُ et إِلٰهٌ cultus, adoratio, et أَلِهَ *stupuit, pavore correptus est*, unde Dei nomen אֱלוֹהַּ, إِلَهٌ ductum esse volunt, ita ut proprie sit *numen colendum* (لانه مالوه quia colitur sec. Dschauharium) vel *numen tremendum*, metum terroremque mortalibus incutiens (v. מִפְלֶצֶת, אֵימִים, פַּחַד, syr. ܕܚܠܬܐ). Sed utraque et *colendi* et *pavendi* notio a potestate numinis, quae nomini inest, potius ducta videtur, et אֱלוֹהַּ, إِلَهٌ, אֵל et אֱלִי antiquissimis potius et primitivis linguae vocabulis adnumeranda sunt. Vide sub אֵל rad. אול not. 2. Priorem illam a *colendo* derivationem confirmaturus Lud. de Dieu (ad Exod. VII, 1) provocavit ad analogiam linguae aethiopicae, in qua አምላክ፡ *Deus* sit ab አምለከ፡ *λατρεύειν, σέβεσθαι* Luc. I, 74. Matth. IV, 10. XV, 9; sed hoc ipsum exemplum contrariam potius sententiam commendat.

Etenim a rad. ሞለከ፡ *regnavit* est መልክ፡ *imperator*, ac አምላክ፡ *Deus* (pr. rector, gubernator), et ab hoc demum nomine አምለከ፡ *coluit* (Deum), አምልኮ፡ *religio, pietas* in Deum, cultus divinus.

אֱלוֹהַּ (plene scriptum, cum Praef. et Suff. defective לֶאֱלֹהַּ Dan. XI, 38, לֵאלֹהוֹ Hab. I, 11) m. *deus*. (Arab. إِلَاهٌ, إِلٰهٌ Cor. 5, 116. 7, 135, cum Art. اَللّٰه de Deo vero, unde إِلَاهِيٌّ divinus, theologus, أُلُوهَةٌ, أُلُوهِيَّةٌ et أُلُوهٌ divinitas; syr. et zab. ܐܠܗܐ deus, ܐܠܗܬܐ dea, ܐܠܗ in numerum deorum retulit, divinum reddidit, ܐܠܗܝܐ divinus, chald. אֱלָהּ id. unde אֱלָהִי divinus, אֱלָהוּתָא divinitas, sam. ࠀࠋࠄ deus ࠀࠋࠄࠅࠕࠄ . ࠀࠋࠄࠅࠕ divinitas). Ad imitationem Aramaismi formae singularis usus est nonnisi in sermone poëtico et in sequiore Hebraismo, isque sexies tantum et quinquagies, Pluralis maiestaticus אֱלֹהִים vero ultra bis millies legitur. Utuntur singulari 1) de *deo quocunque*. Dan. XI, 37: וְעַל כָּל־אֱלוֹהַּ לֹא יָבִין *neque ullum deum curabit*. 39: אֱלוֹהַּ נֵכָר *deus peregrinus*. 38: אֱלֹהַּ מָעֻזִּים *deus arcium*. 2 Chron. XXXII, 15. Neh. IX, 17. Sequitur genitivus eius, qui tale numen adorat. אֱלוֹהַּ יַעֲקֹב *deus Jacobi* i. e. Jehova Ps. CXIV, 7. Huc referenda est dictio proverbialis Hab. I, 11 de homine protervo: זוּ כֹחוֹ לֵאלֹהוֹ *cui robur suum pro numine est* i. e. qui contemto quovis numine manui robustae ensique confidit. Cf. Job. XII, 6: אֲשֶׁר הֵבִיא אֱלוֹהַּ בְּיָדוֹ *qui deum in manu gerit*. Arma intelligantur. Cf. Virg. Aen. 6, 773 ubi Mezentius, divum contemtor (v. 648), ita loquens inducitur: *Dextra, mihi deus, et telum, quod missile libro, Nunc adsint*. Stat. Theb. III, 605: *virtus mihi numen et ensis, quem teneo*. IX, 545: *ades o mihi dextera tantum Tu praesens bellis et inevitabile numen Te voco, te solam superûm contemtor adoro*. Nonnunquam antem idolis hoc dei nomen recte tribui negatur Ps. XVIII, 32: מִי אֱלוֹהַּ מִבַּלְעֲדֵי יְהוָה *quis est deus, praeter Jehovam*. Jes. XIV, 8. Deut. XXXII, 17. Cf. אֱלֹהִים A, 1.

2) plerumque de *summo et vero Deo κατ' ἐξοχήν*, pro הָאֱלֹהִים, اَللّٰه. Deut. XXXII, 15. Ps. L, 22. CXXXIX, 19. Hab. III, 3. Nehem. IX, 17, et in libro Jobi, quatenus rhythmis is continetur, quadragies III, 4. 23. IV, 9. V, 17. VI, 4 rel. Const. c. Adj. in Sing. (Deut. l. c.) et in Plur. Job. XXXV, 9. — Plurali

אֱלֹהִים (ubique defective scripto, c. praefixis contr. לֵאלֹהִים, כֵּאלֹהִים, בֵּאלֹהִים) Hebraei utuntur

A) *pluraliter*, 1) de *diis s. numinibus* in universum, veris falsisve. אֱלֹהֵי מִצְרַיִם *dii Aegyptiorum* Exod. XII, 12, אֱלֹהֵי דַרְמֶשֶׂק *dii Damascenorum* 2 Par. XXXVIII, 23, אֱלֹהֵי הָאֱמֹרִי *dii Amoritarum* Jos. XXIV, 15. Iudd. VI, 10, cf. Exod. XXXIV, 15. Lev. XIX, 4. Deut. VI, 14. VII, 16. 25. XII, 3. XIII, 7. Iud. II, 12. X, 6. 1 Reg. XI, 5. 31. 33. XVII, 31. XVIII, 33. 34. 2 Reg. XVIII, 34. 35. XIX, 2; אֱלֹהֵי הַנֵּכָר *dii peregrini* Gen. XXXV, 2. 4. Deut. XXIX, 18. XXXI, 15. Iudd. X, 10. 14. Jos. XXIV, 20; אֱלֹהִים אֲחֵרִים *alii dii* v. אַחֵר; אֱלֹהִים חֲדָשִׁים *novi dii*, quos nuper demum colere coeperunt Iudd. V, 8. Deut. XXXII, 17. De Teraphim Gen. XXXI, 30. — Interdum e vulgari populorum usu Jehova et idola sub hoc communi nomine comprehenduntur Ps. LXXXVI, 8: אֵין כָּמוֹךָ בָאֱלֹהִים אֲדֹנָי *nullus tibi similis inter deos, Domine!* Exod. XVIII, 11: גָדוֹל יְהוָה מִכָּל הָאֱלֹהִים *Jehova maior est omnibus diis*. XXII, 19: זֹבֵחַ לָאֱלֹהִים יָחֳרָם בִּלְתִּי לַיהוָה לְבַדּוֹ *qui diis immolaverit, nisi uni Jehovae, sacratus pereat*, et Jehovae nonnisi principatus quidam tribuitur, unde hic אֱלֹהֵי הָאֱלֹהִים *deus deorum* Jos. X, 17. Ps. CXXXVI, 20 nuncupatur et אֵל אֱלֹהִים Ps. L, 2 (ubi spreta accentuum auctoritate ita iungere malo, quam per appositionem vertere: El, Elohim). Alibi vero idolis divinum nomen plane abiudicatur et uni Jehovae tribuitur. 2 Reg. XIX, 18: כִּי לֹא אֱלֹהִים הֵמָּה כִּי אִם מַעֲשֵׂה יְדֵי־אָדָם *illi enim nequaquam dii sunt, sed manuum humanarum opus*. Jes. XLIV, 6: מִבַּלְעָדַי אֵין אֱלֹהִים *praeter me non est deus*. XLV, 5. 14. 21. XLVI, 9. Idola adeo vocantur לֹא־אֱלֹהִים 2 Chron. XIII, 9. Jer. V, 7, et conqueruntur aliquoties sacri scriptores, ubi de Jehova idolorum more loquuntur gentiles. 2 Paralip. XXXII, 19: *loquebantur de numine Hierosolymorum quasi de reliquorum populorum idolis*, cf. 13 sq. Ita ex. gr. 1 Reg. XX, 23: *et servi regis Syriae dicebant*: אֱלֹהֵי הָרִים אֱלֹהֵיהֶם עַל־כֵּן חָזְקוּ מִמֶּנּוּ *numina montana sunt numina eorum* (Hebraeorum), *propterea nobis praevaluerunt*. — אֱלֹהִים *dii* s. *numina* sec. multos eosque antiquissimos interpretes dicuntur

2) *angeli* (cf. אֵלִים), tanquam *coeli numina, superi*, alibi בְּנֵי אֱלֹהִים dicti. Vide sub בֵּן, rad. בָּנָה. Nullus tamen exstat locus, in quo haec significatio vel necessaria vel prae caeteris apta sit. Ps. LXXXII, 1: אֱלֹהִים נִצָּב בַּעֲדַת־אֵל בְּקֶרֶב אֱלֹהִים יִשְׁפֹּט *Deus surgit in concione divina, in medio deorum iudicat*. Syrus, quem sequuntur e recentioribus DE WETTIUS, BLEEKIUS (in ROSENMUELLER *N. Repertorium* I, p. 85 sq.) al., אֱלֹהִים *angelos* interpretatur, sed coll. comm. 2 et 6 *reges terrae, dei filii* intelligendi videntur (cf. no. 3). Comm. 6 Deus hos ita alloquitur: אֲנִי אָמַרְתִּי אֱלֹהִים אַתֶּם וּבְנֵי עֶלְיוֹן כֻּלְּכֶם *dii* (Chald. angeli) *vos et filii Altissimi vos omnes*. 8. *sed sicut reliqui homines moriemini, sicut principes cadetis*. Ps. XCVII, 7: הִשְׁתַּחֲווּ לוֹ כָּל־אֱלֹהִים *adorate eum, cuncta numina*. LXX. Vulg. Syr. *angeli eius*, sed contextus de idolis cogitare nos iubet, unde Chald. *omnes idololatrae*. Ps. CXXXVIII, 1: נֶגֶד אֱלֹהִים אֲזַמְּרֶךָּ *ἐναντίον ἀγγέλων ψαλῶ σοι*. Vulg. *in conspectu angelorum psallam tibi*. (Syr. ܩܕܡ ܡܠܐܟܐ. Chald. קֳבֵל דַיָּנַיָּא). At נֶגֶד אֱלֹהִים nihil aliud esse videtur atque לִפְנֵי אֱלֹהִים, לִפְנֵי יְהוָה, quae est formula solemnis pro *in conspectu arcae foederis*, vel *ante tentorium sacrum*, postea *in*

templa Exod. XVI, 33. Lev. XXIII, 40. 2 Sam. VI, 14. Jos. XXIV, 1. Iudd. XXI, 2. 1 Par. XIII, 8. 11, idque flagitat contextus (cf. vers. 2). Ne vero mireris, נֶגֶד אֱלֹהִים adhiberi in ipsa Dei compellatione pro נֶגְדְּךָ, memorem te esse iubeo, haec verba continere formulam quandam, propterea non mutandam, cf. Gen. XIX, 24: וַיהוָה הִמְטִיר .... מֵאֵת יְהוָה.

Non raro etiam veteres recentioresque interpretes, ut אֱלֹהִים de *angelis* intelligerent, theologicis potius quam exegeticis argumentis permoti esse videntur. Sic Ps. VIII, 6 ubi de homine dicitur: וַתְּחַסְּרֵהוּ מְּעַט מֵאֱלֹהִים *fecisti ut parum abesset a numine* Alex. transtulit ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ᾽ ἀγγέλους, Chald. חַסַּרְתָּא יָתֵיהּ קְלִיל מִמַּלְאֲכַיָּא, procul dubio ne hominem statuerent ἰσόθεον, et quod facile consequebatur, Deum ἰσάνθρωπον. Eadem est ratio loci Gen. III, 5: וִהְיִיתֶם כֵּאלֹהִים ubi Sam. Saad. Abusaides, Arabs Erp. *angelos* habent (cf. Sam. Gen. V, 1), et I, 26. 27, ex quo Samaritani cum Aben-Esra hominem ad angelorum, non ad Dei, similitudinem creatum esse probant. Vide *Anecdd. orient.* I, 102, et, qui inter recentiores eandem sententiam adoptavit, H. A. Schottium in Opuscc. II, 55 sq. Haud felicius inter recentiores Herderus et Bauerus (*Hebr. Mythologie* T. I. p. 91) אֱלֹהִים in tribus primis Geneseos capitibus reddunt „*die Elohim's*" [rectius ad sententiam eorum: „*die Eloah's*"] et יהוה אֱלֹהִים *Jehova* (deus) *Elohorum* (sit venia verbo): ita ut polytheismum redoleant hae narrationes. Unicus enim horum capitum locus, qui plures videri possit Superos postulare, est Gen. III, 22: הֵן הָאָדָם הָיָה כְּאַחַד מִמֶּנּוּ *ecce, homo factus est sicut unus nostrum.* LXX. ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν. Vulg. *quasi unus ex nobis.* Syr. ܐܝܟ ܚܕ ܡܢܢ. Saad. كَوَاحِد مِنَّا. At nescio an pronomine plurali מִמֶּנּוּ *nostrum* simpliciter significetur *Jehova* cum *filiis Dei* (Gen. VI, 1).

3) אֱלֹהִים nonnunquam sunt *reges*, alibi בְּנֵי אֱלֹהִים. Ita certe Ps. LXXXII, 1. 6, quem locum modo (sub no. 2) tractavimus. (Persis خدا *khoda Deus* est praeterea *Dominus, princeps* خداوند *khodawend* dominus, multae auctoritatis princeps, rex).

4) אֱלֹהִים sec. vett. interpp. sunt *iudices s. magistratus.* Exod. XXI, 6 de servo ad mortem usque servituro: וְהִגִּישׁוֹ אֲדֹנָיו אֶל־הָאֱלֹהִים Onk. *et adducet eum dominus eius ad iudices* (דַּיָּנַיָּא), cf. J. D. Michaelis, qui ad exemplum Aegyptiorum reges magistratusque divino honore afficientium provocat (Diod. 1, 90). Exod. XXII, 7. 8: אֶל־הָאֱלֹהִים (Onk. לָקֳדָם דַּיָּנַיָּא). Joseph. Arch. 4, 8 §. 38 ex usu sui aevi: ἐπὶ τοὺς ἑπτὰ κριτάς. Cod. Sa. אל יהוה). Cf. Targ. Ps. CXXXVIII, 1. Verum recte Abarbenel observavit, indices et magistratus nusquam vocari אלהים, nisi respectu loci iudicii, quod ibi *Dei* iudicia exerceant, coll. Deut. XIX, 17: *sistant sese duo viri, quibus lis est,* לִפְנֵי יְהוָה לִפְנֵי הַכֹּהֲנִים וְהַשֹּׁפְטִים *coram Jehova, coram sacerdotibus et iudicibus.* Etenim iudicia in loco sacro habebantur, et אֱלֹהִים est *ipse Deus*, qui illis praeesse putabatur. Bene LXX Exod. XXI, 6: πρὸς τὸ κριτήριον τοῦ θεοῦ. — אֱלֹהִים usurpatur

B) *singulariter*, de *uno deo.* Pluralis ille est pluralis maiestatis s. excellentiae, quemadmodum in aliis vocabulis *deum dominumve* significantibus אֲדֹנִים, בְּעָלִים, שַׁדַּי, rel. v. *grammat. Lehrgeb.* p. 663. 664, quem linguae canonem evertere frustra nuper conatus est H. A. Ewaldus in libro mox excitando pag. 32—34. Fuerunt e vett. Theologis, qui sanctam triadem hoc plurali significari vellent (v. Glassii gramm. sacra, can. 15. Danzii diss. de pluralitate personarum divinarum p. 4 sq. Michaelis Supplemm. ad Lexx. hebr. p. 88), sed hos abunde confutat una observatio, אֱלֹהִים etiam de idolis dici. Magis placeret Clerici, Herderi aliorumque sententia (v. Clericus ad Gen. I, 1. XI, 5. Herder *Geist der hebr. Poësie* T. I. p. 48, quibus dudum praeiverant Judaei quidam, v. Cosri ed. Buxtorf. p. 256), Hebraeos πληθυντικῶς de Deo a Palaestinis idola colentibus didicisse loqui, ac polytheismo demum profligato pluralem numerum in sensum maiestatis et dignitatis abiisse: sunt adeo phrases quaedam mox proferendae, quae originem suam polytheisticam etiamnum redolent: at malumus ad explicandum pluralem in grammatica illa ratione acquiescere, quandoquidem pluralis iste a) etiam de *uno idolo* frequentatur (cf. mox no. 1—3); b) in aliis etiam vocabulis *dominii* usu venit, ubi similis causa excogitari non potest; adeoque c) in lingua persica exstat, in qua يزدان i. e. *deus, dominus* pluraliter efferuntur.

Atqui nomen plurale אֱלֹהִים more pluralis excellentiae *construitur* c. verbo (Gen. I, 1. 3 sq.) et adiectivo *singulari*; ut אֱלֹהִים חַי *Deus vivus* 2 Reg. XIX, 4. 16, אֱלֹהִים צַדִּיק Ps. VII, 10, אֱלֹהִים עֶלְיוֹן Ps. LVII, 3. LXXVIII, 56; et cum *plurali:* אֱלֹהִים חַיִּים *Deus vivus* Deut. V, 23. אֱלֹהִים קְדֹשִׁים *Deus sanctus* Jos. XXIV, 19 cf. 1 Sam. XVII, 26. 36. Jer. X, 10. XXIII, 36: at cum verbo plurali, ut videtur, nonnisi in certis quibusdam formulis, fortasse e polytheismo servatis, in quibus אֱלֹהִים etiam pluraliter transferre et Superos intelligere possis. Gen XX, 13: הִתְעוּ אֹתִי אֱלֹהִים *oberrare me iussit Deus* (q. d. dii me oberrare iusserunt). XXXV, 7: כִּי שָׁם נִגְלוּ אֵלָיו הָאֱלֹהִים *ibi enim Deus revelavit se mihi.* (Onk. angeli revelaverunt se, cf. sub A, 2, sed Mas. קדוש). Exod. XXII, 8. XXXII, 4. 8. 2 Sam. VII, 23: אֲשֶׁר הָלְכוּ־אֱלֹהִים לִפְדּוֹת לוֹ *ad quem* (populum) *sibi vindicandum Deus processit.* 2 Reg. XIX, 2: כֹּה יַעֲשׂוּן לִי אֱלֹהִים וְכֹה וגו׳ *ita faciat mihi Deus* (faciant mihi dii) *et ita addat.* Ps. LVIII, 12: יֵשׁ אֱלֹהִים שֹׁפְטִים בָּאָרֶץ *exstat Deus, qui in terris iudicat.* Polytheismi vestigia in his locis ipsi sequioris aetatis scriptores Hebraei deprehenderunt, et ubicunque unum vel alterum eorum in usum suum convertunt, istud offendiculum studiose devitarunt. Sic pro הָלְכוּ אֱלֹהִים 2 Sam. l. c. in Paralipomenis (lib. I, XVII, 121) legitur הָלַךְ הָאֱלֹהִים, pro אֵלֶּה אֱלֹהֶיךָ Exod.

XXXII, 4. 8 apud Nehemiam (IX, 18) זֶה אֱלֹהֶיךָ; et eodem consilio concinnator Samaritanus, monotheismi acerrimus vindex, in quatuor Pentateuchi locis (Gen. XX, 13. XXXI, 53. XXXV, 7. Exod. XXII, 8) singularem verbi substituit. V. Comment. de Pent. Sam. p. 58. Hebraei interpretes his in locis *Deum cum angelis* intelligentes interpretationem sequuntur supra (A, 2) expositam.

Ut iam linguae usum in hoc vocabulo exponamus, אֱלֹהִים est 1) vocabulum generale et latissime patens, *numinis qualiscunque* potestatem habens. Deut. XXXII, 39: אֵין אֱלֹהִים עִמָּדִי *non est deus praeter me.* Ps. XIV, 1 de atheo: אֵין אֱלֹהִים *non est deus* i. e. neque Jehova existit, neque aliud quodcunque numen. X, 4. LIII, 2. Usurpatur igitur, ubi divina natura humanae opponitur. Ezech. XXVIII, 2: *quia tantus est animi tui fastus, ut te deum (einen Gott) esse dicas.* V. 6. Zach. XII, 8. Ps. VIII, 6: *fecisti ut parum abesset* (homo) *a deo.* Conf. de h. l. supra sub A, 2 disputata. Data opera Psaltes h. l. posuit generalius de natura divina vocabulum אֱלֹהִים, V. 2. 10 יְהוָֹה. — Saepissime

2) legitur de *idolo*, gentilium deo. Exod. XXXII, 1: עֲשֵׂה לָנוּ אֱלֹהִים *fac nobis deum* i. e. idolum. XXIII, 32. 1 Sam. V, 7: דָּגוֹן אֱלֹהֵינוּ *Dagon, deus noster.* XVII, 43. 2 Reg. I, 2: בַּעַל זְבוּב אֱלֹהֵי עֶקְרוֹן *Baal-Sebub, deus Ecronitarum.* Comm. 3. 6. 16. Jes. XXXVII, 38. Dan. I, 2. XI, 32. Adeo de dea s. idolo femineo, siquidem Hebraei peculiari forma feminea carent, 1 Reg. XI, 5: *Astarte, numen Sidoniorum.* (Arabes et Rabbini *idolum* contemtim forma feminini efferunt إِلَاهَةٌ אֱלָהַת pl. אֱלָהוֹת).

3) *Deus alicuius* est deus, quem aliquis colit, quem deum domesticum, ἐπιχώριον, tutelarem habet. Jon. I, 5: *unusquisque deum suum invocabat.* Ruth I, 16: *populus tuus sit populus meus, deus tuus sit deus meus.* Gen. XVII, 7. 8. XXVIII, 21 cet. cet. Cf. no. 2. — *Israëlitarum* igitur *deus* est *Jehova*, sexcenties propterea dictus אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל Exod. V, 1. Ps. XLI, 14, אֱלֹהֵי יַעֲקֹב Ps. XX, 2. XLVI, 8. LXXV, 10. LXXXI, 2, אֱלֹהֵי אַבְרָהָם Ps. XLVII, 10, אֱלֹהֵי אַבְרָהָם יִצְחָק וְיִשְׂרָאֵל 1 Reg. XVIII, 36, et iunctim יְהוָֹה אֱלֹהֵי Ps. XVIII, 29, יְהוָֹה אֱלֹהֶיךָ in Deuteronomio ultra ducenties, אֲנִי יְהוָֹה אֱלֹהֵיכֶם Levit. XVIII. XIX. — Hostibus Israëli victo illudentibus tribuitur quaestio: אַיֵּה אֱלֹהֵיכֶם *ubi est deus vester?* Deut. XXXII, 37. Joel II, 17. Ps. LXXIX, 10. — Ps. XXXIII, 12: אַשְׁרֵי הַגּוֹי אֲשֶׁר יְהוָֹה אֱלֹהָיו *o felicem populum, cuius deus est Jehova!*

4) Rarius istiusmodi genitivus continet id cui deus praeest, vel id quod creavit, quemadmodum *Mars* dicitur *deus belli*, ex. gr. אֱלֹהֵי הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ Gen. XXIV, 3, אֱלֹהֵי הַשָּׁמַיִם Neh. I, 4, אֱלֹהֵי הַצְּבָאוֹת *deus exercituum coelestium* Amos III, 13, et אֱלֹהִים צְבָאוֹת (fortasse pro אֱלֹהֵי צ׳ אֱלֹהִים) Ps. LXXX, 5. 8. 15. 20, אֱלֹהֵי הָרוּחֹת לְכָל־בָּשָׂר Num. XVI, 22. XXVII, 16; vel dei proprietates et attributa: אֱלֹהֵי אָמֵן *deus verax* Jes. LXV, 16, אֱלֹהֵי קֶדֶם *deus aeternus* Deut. XXXIII, 27. Non raro denique sequuntur duo genitivi, alter qualitatis, alter personae (no. 3), ut אֱלֹהֵי צִדְקִי *deus iustus meus* pr. deus iustitiae meae Ps. IV, 2, אֱלֹהֵי יִשְׁעִי *deus auxiliator meus* Ps. XVIII, 47. XXV, 5. XXVII, 9, אֱלֹהֵי חַסְדִּי Ps. LIX, 18, אֱלֹהֵי מָעֻזִּי Ps. XLIII, 2, אֱלֹהֵי תְהִלָּתִי CIX, 1.

5) Cum articulo הָאֱלֹהִים est DEUS κατ' ἐξοχήν, Deus unus et verus, Arabum اَللّٰهُ, in notissima formula لَا إِلٰهَ إِلَّا اَللّٰهُ. Deut. IV, 35: כִּי יְהוָֹה הוּא הָאֱלֹהִים *nam Jehova est* (verus) *Deus.* 1 Reg. XVIII, 21: אִם יְהוָֹה הָאֱלֹהִים לְכוּ אַחֲרָיו וְאִם הַבַּעַל לְכוּ אַחֲרָיו *si Jehova est Deus, hunc sequimini, si Baal est* (Deus), *sequimini illum.* Vers. 37. Deut. VII, 9. XXII, 34. 1 Reg. VIII, 60. 2 Paralip. XXXIII, 13. Unde הָאֱלֹהִים saepissime de *Jehova* Gen. V, 22. VI, 9. 11. XVII, 18. XX, 6. 17. XXII, 3. 9. XXVII, 28. XLI, 25. 28. 32. XLV, 8. 15 rel.

Sed idem valet אֱלֹהִים *sine articulo* (Jos. II, 15), quo sexcenties tum in pedestri sermone, tum in rhythmico, nullo paene discrimine utuntur pro יְהוָֹה, ita quidem, ut utrum nomen adhibitum sit, vel a natura formularum et quodam linguae usu, vel a singulorum scriptorum arbitrio, usu et consuetudine pendere soleat. In formulis, quae nonnisi cum אֱלֹהִים leguntur, sunt אִישׁ אֱלֹהִים *vir divinus*, et בְּנֵי אֱלֹהִים *filii Dei*, quae vel e polytheismo servatae sunt, vel in quibus generalior numinis notio aptior esse videbatur (cf. נְאֻם יְהוָֹה, מְשִׁיחַ יְהוָֹה, in quibus solemnis est usus vocis יְהוָֹה): in multis aliis utriusque nominis usus est plane promiscuus, ut עֶבֶד יְהוָֹה et עֶבֶד הָאֱלֹהִים Dan. IX, 11, רוּחַ יְהוָֹה et רוּחַ אֱלֹהִים Gen. I, 2. XLI, 38. Exod. XXXI, 3. XXXV, 31. Num. XXIV, 2, יִרְאַת יְהוָֹה et יִרְאַת אֱלֹהִים, בֵּית יְהוָֹה et בֵּית אֱלֹהִים Chron. Esra, מַלְאַךְ יְהוָֹה et מַלְאַךְ אֱלֹהִים Job. I, 1. 8, Gen. XXXII, 2 (*ein Engel Gottes*). Quod ad diversorum V. T. scriptorum consuetudinem attinet, pro consilio nostro haec notasse sufficiat: a) in sermone historico, nominatim librorum Josuae, Iudd. Sam. Regg., frequentissimus est usus nominis יְהוָֹה, unde repetendum est, quod Jobi scriptor in prologo pedestri sermone scripto Deum plerumque יְהוָֹה nuncupat, in ipso carmine אֵל, אֱלוֹהַּ. Praeterea usus vocis יְהוָֹה regnat in Proverbiis Salomonis. Contra b) in argenteae aetatis scriptoribus, ut Ecclesiaste, Jona, Danielis libro, ita celebratur הָאֱלֹהִים, אֱלֹהִים, ut alterum Dei nomen ab his libris fere absit, id quod nescio an sequioris aetatis superstitioni, cui sanctius illud nomen pronuntiare religio erat, tribuendum sit (cf. sub אֱלוֹהַּ). c) In Psalmis horum nominum haec est ratio, ut in Pss. I—XLI Deus paene semper (ducenties fere et quinquagies) יְהוָֹה dicatur, rarissime אֱלֹהִים III, 3. V, 11. VII, 11. 12. XXV, 22 (in appendice adulterino psalmi alphabetici), XXXVI, 2, et saepe non sine peculiari causa, ut VIII, 6. IX, 18. X, 4. 13. XIV, 1. 2; neque aliter in psalmis gra-

duum (CXX-CXXXIV), in quibus אֱלֹהִים absolute positum (etenim יְהוָה אֱלֹהֵינוּ CXXII, 9. CXXIII, 2 huc non pertinet) *nunquam* legitur, יְהוָה quinquies et quadragies. Contra in Psalmis XLII — LXXX, praesertim in Asaphi et Korachitarum carminibus, ita praevalet usus vocabuli אֱלֹהִים eiusque absolute positi, ut hoc fere centies et septuagies, יְהוָה vix tricies legatur, adeoque pro tritissima phrasi יְהוָה אֱלֹהַי ,יְהוָה אֱלֹהֶיךָ non sine tautologia scribatur אֱלֹהִים אֱלֹהַי XLIII, 4. אֱלֹהִים אֱלֹהֶיךָ XLV, 8 (ubi male אֱלֹהִים pro vocativo habent) L, 7, אֱלֹהִים אֱלֹהֵינוּ LXVII, 7, א׳ אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל LXVIII, 9, א׳ תְּשׁוּעָתִי LI, 16, et quidam Psaltae vel certe horum carminum concinnatores Jehovae nomen studiose devitasse videntur. — d) In Geneseos singulis ferme capitibus utrumque nomen ita variat, ut isto indicio Criticorum sagacitas hunc librum e duobus antiquioribus diversae indolis monumentis, in quorum uno nomen dei esset יְהוָה, in altero אֱלֹהִים, conflatum esse indagaverit (vide Eichhorn *Einleit. in das A. T.* T. III. §. 407 sequ. ed. IV. de Wette *Einleitung* §. 170): cui hypothesi nos quoque subscribimus, ita tamen ut in quibusdam formulis solennibus, ut בְּנֵי הָאֱלֹהִים VI, 2, prius quoque monumentum nomine *Elohim* usum esse observemus. Copiose et diligenter, sed argutius nonnunquam quam verius, et hypothesi suae nimis inserviens nullaque ferme librorum poeticorum et propheticorum ratione habita, de usu nominum Dei biblicorum nuper egit H. A. Ewaldus (*die Composition der Genesis*, 1823, pag. 17 sq.).

Dei esse dicitur in S. S. quicquid utpote praestantissimum in suo genere priscis hominibus specialiter a Deo profectum, missum creatumve videbatur, vel divinam augustamque speciem prae se ferebat (τὸ θεῖον). Sic הַר הָאֱלֹהִים *mons Dei* Ps. LXVIII, 16 de monte Basan, cf. הַרְרֵי אֵל XXXVI, 7 (sed alio flexu Exod. III, 1 de monte Horeb tanquam Dei domicilio); פֶּלֶג אֱלֹהִים *rivus Dei* l. collect. *rivi Dei* Ps. LXV, 10 de rivis Dei beneficio aqua repletis (cf. نهر الله *fluvius Dei* apud Arabes de *pluvia*, v. A. Schultens in animadverss. ad h. l., cuius formulae comparatio vero non ita urgenda est, ut פ׳ א׳ itidem de pluvia intelligas); חִתַּת אֱלֹהִים *terror a Deo subito immissus*, terrorem panicum dixeris Gen. XXXV, 5. 1 Sam. XIV, 15 (cf. בִּעוּתֵי אֱלוֹהַּ Job. VI, 4), נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים *luctationes divinae* i. e. divina vi adiutae, vel arduae. Cf. אַרְזֵי אֵל Ps. LXXX, 11, עֲצֵי יְהוָה CIV, 16, אֵשׁ אֱלֹהִים de fulgure cet.

לֵאלֹהִים *a Deo* aliquoties (simili sensu, quo Genitivus ille Substantivis) Adiectivis additur ad significandum, tale attributum ab ipso Deo profectum esse, vel tale esse quale nonnisi a Deo proficisci possit. Sic Jon. III, 3 Ninive appellatur: עִיר גְּדוֹלָה לֵאלֹהִים pr. *urbs divinitus magna* i. e. singulari numinis beneficio, et, quod hebraeae formulae exacte respondet, Moses puer Act. VII, 20: ἀστεῖος τῷ θεῷ 2 Cor. X, 4. Egregie hunc usum illustrat formula Arabum لله pr. *a Deo, divinitus! egregie!*, ubi laudant aliquem vel admirantur, ex. gr. لله أبوك *divinitus* (ita) *pater tuus* Har. Cons. IV, p. 38 ed. de Sacy, cf. Abulf. Ann. III, 140, impr. sequente در: لله درك ubertas, copiae, divitiae, ut Har. 34 p. 361: لله درك *a Deo copiae tuae.* Schol. يقال في المدح لله دره اى علمه وقيل خيره وقيل معناه من الله كثرة ما فيه من الخير *dicitur in laudem alicuius divinitus ubertas eius! nimirum eruditionis, vel etiam bonorum, proprie significare dicitur a Deo venit abundantia bonorum qua is pollet.* Cf. Dschauharium et Meidanium ap Reiskium ad Abulf. Ann. II, 420, et eundem librum I, 36. II, 410. nec non de Sacy chrest. arabe I, 34. Alii ut Bocharto (geogr. s. p. 258. 284) לֵאלֹהִים est *coram Deo* i. e. ex ipsius Dei iudicio, qui res ex veritate aestimat, coll. לִפְנֵי יְהוָה Gen. X, 9. At haud dubie praestat, Lamed in hac formula, quemadmodum saepe alibi, de causa interpretari. Germ. dixeris: *göttlichgroſs, göttlichschön.*

De formulis מַלְאַךְ אֱלֹהִים ;בֶּן אֱלֹהִים ;אִישׁ אֱלֹהִים ;שֵׁם אֱלֹהִים v. sub אִישׁ ,בֵּן ,שֵׁם, aliisque vocibus, a quibus illae ordiuntur.

7) אֱלֹהִים dicitur de *specie divina (Götter-, Geistergestalt)* 1 Sam. XXVIII, 13, ubi incantatrix ad Saulum: אֱלֹהִים רָאִיתִי עֹלִים מִן הָאָרֶץ *speciem divinam video e terra surgentem.* Samuelis manes illa significat, unde hic: מַה־תָּאֳרוֹ *qualis est forma eius?* LXX. Vulg. Syr. *deos* reddunt in Plurali, Chald. *angelum Dei.* Rectius in singulari, propter id quod sequitur.

Not. 1. Sunt interpretes, qui אֱלֹהִים etiam singulariter de *uno rege* usurpari et idem esse dicant quod בֶּן אֱלֹהִים, provocantes illi quidem ad divinos paene honores, quibus reges suos prosequuntur Orientales (v. Diod. I, 90. 95. III, 3. 5. Brisson. de reg. Persarum principatu pag. 8), divinaque, quibus illos ornare solent, attributa, velut Antiochus Deus Epiphanes cet. (cf. de Sacy *Mémoires sur diverses antiqu. de la Perse* p. 35. 36. 41). At primarius, quem laudant, locus Ps. XLV, 7, hoc minime probat. Vertunt illi: כִּסְאֲךָ אֱלֹהִים עוֹלָם וָעֶד *solium tuum, o Deus* (i. e. o rex divine) *stabit in aeternum*, sed vix dubitandum est, quin אֱלֹהִים, solenne Dei nomen in psalmis korachiticis, idem sit, quod sexcenties alibi, et construendum sit per ellipsin: כִּסְאֲךָ כִּסֵּא אֱלֹהִים *solium tuum erit solium divinum* (i. e. a Deo munitum et fortunatum), secundum tritissimum linguae canonem *Lehrgeb.* §. 233, 6. Multo etiam minus huc pertinet comm. 8. אֱלֹהִים אֱלֹהֶיךָ, quod reddunt: *o Dive! deus tuus*, sed rectius: *Deus, deus tuus.* Cf. no. 6 lit. c. — Comm. 7 quidem vett. etiam interpretes אלהים in vocativo exponunt, sed ad ipsum Deum hunc referunt.

Not. 2. Quidam vett. interpretes, ut Saadias in Pentateucho (sec. codicem in Polyglottis exscriptum, neque vero sec. Constantinopolitanum) et Jesaia (VI, 2. 5), Versio

Chaldaeo-samaritana, et Abusaides, sui temporis suaeque sectae dogmaticas rationes secuti, ubi *Deus* ipse et nemine interveniente cum hominibus egisse iisque apparuisse dicitur in codice sacro, pro אֱלֹהִים (et יְהוָֹה) *angelum Dei* substituunt (cf. A, no. 2), praeeuntibus iam paraphrasibus chaldaicis, quae ministerio *Verbi divini* (מֵימְרָא דַיי) uti solent. Vide exempla in EICHHORN *Einleit. in das A. T.* ed. IV. T. II. p. 248. 155. 272. 333. In textum adeo hebraeo-samaritanum nonnunquam pro *Deo* irrepsit *angelus Dei* Num. XXII, 20. XXIII, 4. 5. 16. Fluxit autem haec in vertendo licentia e recentiorum Judaeorum et Samaritanorum de Dei dignitate et sublimitate purioribus notionibus, et nequaquam Samaritanorum theologiae propria est, quemadmodum post Jo. MORINUM (ad Gen. V) statuit EICHHORNIUS l. c. p. 249. Cf. Saadiam Jes. l. c.

אֱלָהּ chald. (cum praef. לֶאֱלָהּ Dan. II, 19, cum Suff. contr. ut בֵּאלָהֵהּ Dan. VI, 24, לֵאלָהֵהוֹן III, 28) *deus*, quicunque sit. Dan. III, 28: דִּי לָא יִסְגְּדוּן לְכָל־אֱלָהּ לָהֵן לֵאלָהֲהוֹן *ne adorarent ullum deum, praeter suum.* VI, 8. 13. אֱלָהּ אָחֳרָן alius deus Dan. III, 29. — Cum genit. eius, qui aliquod numen colit. אֱלָהּ יִשְׂרָאֵל Esra V, 1. VI, 14. אֱלָהּ אֲבָהָתִי Dan. II, 23, et cum Suff. אֱלָהִי deus meus Dan. VI, 23 cet. It. cum genitivo eius, cui numen praeest, ut אֱלָהּ שְׁמַיָּא *deus coeli* Dan. II, 18. 37. Esra V, 11 cet. אֱלָהּ אֱלָהִין *deus deorum* i. e. summus deus (Jehova). Dan. II, 47.

Stat. emphat. אֱלָהָא *Deus κατ' ἐξοχήν*, deus summus et unicus, pro *Jehova*, quod nomen in Chaldaismo Danielis et Esrae non exstat. Dan. II, 20. III, 32. VI, 21. 27. בֵּית אֱלָהָא de templo Esra V, 2 sq. VI, 3 sq. אֱלָהָא עִלָּאָה deus summus Dan. III, 26.

Plur. אֱלָהִין st. emphat. אֱלָהַיָּא dii, ubique pluraliter Dan. II, 11. 47. V, 4. 11. 23. בַּר אֱלָהִין *filius deorum*, coelitum unus, Dan. III, 25.

I. אָלָה 1) *iuravit* i. q. arab. أَلَى pro أَلَوَ Conj. IV. V, pr. per Deum affirmavit, denom. a primitivo אֵל v. pag. 49. (Alii, ut ALB. SCHULTENS ad Prov. III, 25 primariam huius verbi potestatem ponunt in adstringendo obstringendoque, coll. arab. وَلِيَ et particula אֶל, إِلَى, cf. infra אָלָה no. III.). Vide Hiph. — E conj. Kal huc referunt Hos. IV, 2: אָלֹה וְכַחֵשׁ *iurare et mentiri* i. e. peierare (cf. Barhebr. 405. ܝܡܐ ܘܟܕܒ iuravit et mentitus est i. e. peieravit). Sed melius אָלָה de exsecratione aliorum explicatur, cf. Ps. LIX, 13 et no. 2. LXX. Ἀρά. — 2) *exsecratus est*, pr. numine invocato exitium alicui imprecatus est (cf. Job. XXXI, 30) Iudd. XVII, 2. Hos. IV, 2. — 3) *eiulavit*, *lamentatus est*, quod cum exsecrationibus et invocatione numinis coniunctum esse solet (nostr. *gotterbarmen*). Joël I, 8. Syr. et zab. ܐܠܐ id. cf. אָלַל et יָלַל.

Hiph. iurare fecit aliquem, *iureiurando adstrinxit* eum, c. c. accus. 1 Reg. VIII, 31. 2 Paral. VI, 22. Fut. apoc. וַיֹּאֶל pro וַיַּאֲלֶה, וַיֹּאֶל 1 Sam. XIV, 24. Nonnulli codd. et editiones male וַיּוֹאֶל, qs. esset a הוֹאִיל.

אֵל (c. Zere puro) v. אֵלֶּה.

אָלָה cum Kamez impuro, c. Suff. אָלָתִי Gen. XXIV, 41, אָלָתוֹ Deut. XXIX, 11. Plur. constr. אָלוֹת Deut. XXIX, 21 (pro אָאלָה, idque pro אַלְאָה, אֱלָאָה, אֲלָוָה, v. *Lehrgeb.* pag. 509) arab. أَلْوَةٌ, أُلْوَةٌ, إِلْوَةٌ, أَلِيَّةٌ

1) *iusiurandum*, *iuramentum*, ut in lingua arabica (v. Ibn Doreid v. 46. Harir. 18. p. 174 de Sacy). Gen. XXIV, 41: אָלָתִי *iusiurandum mihi praestitum.* בּוֹא בְאָלָה ingredi in iuramentum i. e. iureiurando se obstringere Neh. X, 30, et in Hiph. הֵבִיא בְאָלָה obstringere aliquem iureiurando Ezech. XVII, 13. Ex hac analogia expediendus est locus 1 Reg. VIII, 31: *si quis in alterum deliquerit* וְנָשָׁא בוֹ אָלָה לְהַאֲלֹתוֹ *isque iuramentum ei detulerit* וּבָא אָלָה לִפְנֵי מִזְבַּחֲךָ *hic vero ingreditur iuramentum coram altari tuo* cet. בּוֹא h. l. constr. c. accus. Aliis אָלָה ibi est pro אִישׁ אָלָה iurans, sed illud utique praeferendum est.

2) *foedus iuramentis confirmatum.* Gen. XXVI, 28. Deut. XXIX, 11. 13. Ezech. XVI, 59. (Arab. إِلٌّ iusiurandum, foedus).

3) *imprecatio*, *exsecratio*, *dirae*, Lev. V, 1. (cf. Prov. XXIX, 24). Num. V, 23. Ps. LIX, 13. שְׁבֻעַת אָלָה iuramentum cum diris coniunctum Num. V, 21. Jes. XXIV, 6: אָלָה אָכְלָה הָאָרֶץ *maledictio devorat terram* Jer. XXIII, 10. Zach. V, 3. נָתַן לְאָלָה וּלְשַׁמָּה exsecrationi et desolationi dare Num. V, 21. 27. Jer. XXIX, 18. XLII, 18. XLIV, 12. שָׁאַל בְּאָלָה נֶפֶשׁ פ׳ expetivit imprecando vitam alicuius (a Deo) i. e. exitium ei imprecatus est. Job. XXXI, 30.

אֵלִי v. paulo post.

תַּאֲלָה f. *exsecratio* Thren. III, 65.

* * *

אֵל (cum Zere puro) et אֵלִי formae sunt insolentiores *deum* significantes (cf. אֵל not. 2. pag. 49) et nonnisi in nominibus propriis personarum et locorum obviae, quorum haec est enumeratio.

אֶלְדָּד (quem *Deus amat*) n. pr. Israelitae in deserto, qui divino spiritu ductus vaticinari coepit Num. XI, 26. 27. Cf. אֱלִידָד.

אֶלְדָּעָה (quem *Deus vocavit*, ab אֵל et דֵּעָה = دعا) filius Midiani. Gen. XXV, 4. 1 Par. I, 33.

אֶלְזָבָד (quem *Deus donavit*) 1) unus e ianitoribus templi 1 Par. XXVI, 7. 2) vir Gadita, Davidis comes. ibid. XII, 12.

אֶלְחָנָן (quem *Deus donavit*) heros Davidis, qui Goliathum interfecisse dicitur 2 Sam. XXI, 19: וַיַּךְ אֶלְחָנָן בֶּן־יַעְרֵי־אֹרְגִים בֵּית הַלַּחְמִי אֵת גָּלְיָת הַגִּתִּי *et interfecit Elchanan, filius Jaare-Orgim, Bethlehemita Goliathum Gathitam.* Quomodocunque haec conciliabis cum iis, quae 1 Sam. cap. XVII de Davide, Goliathi interfectore, dicta sunt, sive diversas traditiones, sive duos Goliathos statuendo (quanquam illud magis placet), auctor Paralipomenôn (I, 20, 5) haec male intellecta coniectando in alium sensum detorsit scribens: וַיַּךְ אֶלְחָנָן בֶּן־יָעִיר אֶת־לַחְמִי אֲחִי גָּלְיָת הַגִּתִּי *El-hānan, filius Jairi, interfecit Lachmi, fratrem Goliathi Gathitae.* Ignorans enim, quid sibi velit בֵּית הַלַּחְמִי, et hunc locum cum 1 Sam. XVII conciliaturus, Lachmium nobis dedit, Goliathi fratrem, personam, nisi omnia nos fallunt, prorsus fictitiam. Cf. Gramberg *Versuch über die Chronik* p. 63. Id unum ex Paralipomenôn loco proficimus, vocabulum אֹרְגִים ap. Sam. probabiliter adulterinum esse, et ex fine commatis in textum irrepsisse. 2 Sam. XXIII, 24 in indice heroum Davidis recensetur El-hanan Bethlehemita filius Dodo, qui, ubicunque latet mendum, ab illo non diversus fuisse videtur.

אֱלִיאָב (*Deus patris* aut, cui *Deus pater*) 1) filius Helonis, phylarcha Sebulonitarum Num. I, 9. II, 7. — 2) Rubenita, pater Dathani et Abirami contra Mosen coniuratorum Num. XVI, 1. 12. XXVI, 8. — 3) frater Davidis natu maior 1 Sam. XVI, 6. XVII, 13. 28. — 4) Levita, Davidis aequalis 1 Par. XVI, 4. cf. VI, 27.

אֱלִיאֵל (cui *Deus robur*) 1) nomen duorum heroum Davidis 1 Par. XI, 46. 47. XII, 11. — 2) phylarcha Manassitarum 1 Par. V, 24. — 3) phylarcha Benjaminitarum 1 Paral. VIII, 20. — 4) alius eiusdem nominis, ibid. 22. — 5) Levita Davidis ib. XV, 9. 11. — 6) Levita, tempore Hiskiae 2 Par. XXXI, 13.

Not. Nomen *Eliel* cum aliis quibusdam, ut יוֹאֵל, אֱלִיאָב, יוֹאָב, a nonnullis ita explicatur, ut ipsius numinis attributa contineat (deus roboris, Jehova deus, deus patris, Jehova pater), quod quidem ex Aegyptiorum, deorum nomina boni ominis causa privatis quoque hominibus tribuentium (v. Champollion précis du Système hiéroglyphique p. 109), adeoque Christianorum Sanctorum nomina adoptantium analogia quodammodo illustrari possit: at simplicior videtur ea, quam Jo. Simonis ingressus est, ratio, ut haec nomina per ellipsin Relativi explicentur: (cui) *Deus robur*, (cui) *Jehova deus* (est), (cui) *Deus pater*, (cui) *Jehova pater*.

אֱלִיאָתָה filius Hemanis 1 Par. XXV, 4, contr. אֱלִיָּתָה. Propter accentum in penultima Simonis (Onomast. V. T. p. 71) reddendum existimat: *lamentatio*, ut sit pro אֱלִיאַת cum He paragogico, ab אָלָא = אָלָה. Malim spretis accentibus: Deus venit.

אֱלִידָד (quem *Deus amat*) phylarcha Benjaminitarum Num. XXXIV, 21. Cod. Sam. [Samaritan script].

אֶלְיָדָע (quem *Deus curat*) 1) filius Davidis 2 Sam. V, 16, qui 1 Par. XIV, 7 בְּעֶלְיָדָע (quem *Baal curat*). — 2) pater Resonis Syri 1 Reg. XI, 23. — 3) miles Josaphati 2 Chron. XVII, 17.

אֱלִיהוּ (cui *Deus* est *Ille*) 1) ianitor templi 1 Par. XXVI, 7. 2) frater Davidis 1 Par. XXVII, 18. 3) v. אֱלִיהוּא no. 1.

אֱלִיהוּא (cui *Deus* est *Ille*) 1) filius Barachelis, Busita, Iobi amicus et in disputando adversarius numero quartus. Iob. XXXII — XXXV. Nonnunquam scribitur אֱלִיהוּ XXXII, 4. XXXV, 1. — 2) avus Samuelis 1 Sam. I, 1. — 3) chiliarcha Manassitarum 1 Par. XII, 20.

אֶלְיְהוֹעֵינַי et אֶלְיוֹעֵינַי v. sub v. יְהוָֹה.

אֶלְיַחְבָּא (quem *Deus abscondit* i. e. salvum praestat in periculis) heros Davidis 2 Sam. XXIII, 32. 1 Par. XI, 33.

אֱלִיחֹרֶף (cui *Deus repensio* s. *praemium* est, a حرف Conj. III. par rependit, Conj. IV. bonum vel malum rependit) Salomonis regis minister 1 Reg. IV, 3.

אֱלִימֶלֶךְ (cui *Deus* est *rex*) socer Ruthae, Ruth I, 2. II, 1. IV, 3. 9.

אֶלְיָסָף (quem *Deus addidit* sc. parentibus, nomen filii natu minoris) 1) phylarcha Gaditarum Num. I, 14. II, 14. VII, 42. 47. X, 20. — 2) princeps Gersonitarum ibid. III, 24.

אֱלִיעֶזֶר (cui *Deus auxilium* est l. praestat) 1) servus Abrahami Damascenus Gen. XV, 2. Muhammedanorum de eo fabulas v. in d'Herbelot *bibl. orient.* p. 291 v. Damaschk. — 2) filius Mosis et Zipporae Exod. XVIII, 4 (ubi ratio nominis redditur his verbis: כִּי אֱלֹהֵי אָבִי בְּעֶזְרִי) 1 Par. XXIII, 15. XXVI, 25. — 3) Benjamini nepos 1 Par. VII, 8. — 4) princeps Rubenitarum,

ib. XXVII, 16. — 5) sacerdos tempore Davidis ibid. XV, 24. — 6) propheta tempore Josaphati 2 Par. XX, 37. — 7) viri quidam Esrae aequales, a) Esr. VIII, 16. X, 18; b) X, 23; c) X, 31.

אֱלִיעֵינַי (ad *Deum oculi mei* sc. diriguntur, nisi est forma contractior pro אֶלְיְהוֹעֵינַי) vir Benjaminita 1 Par. VIII, 20.

אֱלִיעָם (per hypallagen *Dei populus* i. q. עַמִּיאֵל cf. no. 1) 1) pater Bathsebae 2 Sam. XI, 3, qui 1 Par. III, 5 עַמִּיאֵל vocatur (eodem sensu). — 2) filius Achitopheli 2 Sam. XXIII, 34.

אֱלִיפַז (cui *Deus robur* est, cf. פָּזַז Gen. XLIX, 24, sec. Simonem cui *Deus exultatio* coll. 2 Sam. VI, 16, sec. J. D. Michaelis in Supplemm. p. 87 cui *Deus aurum* est, coll. Iob. XXII, 25) 1) filius Esavi Gen. XXXVI, 4. 10. 11. 12. 15. 16. 1 Par. I, 35. 2) amicus Iobi Iob. II, 11. IV, 1. XV, 1. XXII, 1. XLII, 7. 9. LXX. Ἐλιφάζ.

אֱלִיפַל (quem *Deus iudicat*, a פָּלַל) miles Davidis 1 Par. XI, 35.

אֱלִיפְלֵהוּ (quem *Deus distinguat* i. e. eximium praestet, pro אֲשֶׁר אֵלִי יַפְלֵהוּ) Levita Davidis aequalis 1 Par. XV, 18. 21.

אֱלִיפֶלֶט (cui *Deus salus* est) 1) filius Davidis 1 Par. III, 6. XIV, 7, אֶלְפֶּלֶט quoque dictus XIV, 5. — 2) heros Davidis 2 Sam. XXIII, 34. — 3) Benjaminita 1 Par. VIII, 39. — 4) duo viri, Esrae aequales Esra VIII, 13. X, 33.

אֱלִיצוּר (cui *Deus rupes* est) phylarcha Rubenitarum Num. I, 5. II, 10. VII, 30. 35. X, 18.

אֱלִיצָפָן (quem *Deus abscondit* i. e. protegit) 1) princeps familiae Kahathitarum Num. III, 30. 2 Par. XXIX, 13, qui alia forma scribitur אֶלְצָפָן Exod. VI, 22. Levit. X, 4. — 2) princeps Sebulonitarum Num. XXXIV, 25.

אֱלִיקָא m. heros Davidis. 2 Sam. XXIII, 25. Etymon latet. Jo. Simoni (Onomast. p. 490) est: Dei congregatio, contr. pro אֵלִי קְהָא a קְהָא chald. congregavit; fortasse etiam pro אֵלִי נָקָא (quem) Deus purificavit, i. e. purum, innocentem pronuntiavit.

אֶלְיָקִים (quem *Deus constituit*) 1) palatio regio tempore Hiskiae praefectus 2 Reg. XVIII, 18. 26. 37. XIX, 2. Jes. XXII, 20. XXXVI, 3. 11. 22. XXXVII, 2. — 2) Josiae regis filius, a Nechone, Aegypti rege, regio imperio ornatus, ita tamen ut nomen eius in יְהוֹיָקִים mutaretur 2 Reg. XXIII, 34, unde accuratius definiendum, quod legitur 1 Par. III, 15. — 3) sacerdos tempore Esrae et Nehemiae, Nehem. XII, 41. Inde est graecum Ἐλιακείμ Matth. I, 13. Luc. III: 30.

אֱלִישֶׁבַע (cui *Deus* est *sacramentum*, quae per Deum iurat i. e. Dei cultrix, cf. Jes. XIX, 18 et quae ibi annotavimus, Amos VIII, 14. Zeph. I, 5) nomen mulieris, uxoris Aharonis. Exod. VI, 23. LXX Ἐλισαβέτ, ut Luc. I, 7.

אֱלִישׁוּעַ (cui *Deus salus* est q. d. Sositheus, pro אֵלִי יְשׁוּעַ, cf. אֲבִישׁוּעַ, יְהוֹשׁוּעַ) filius Davidis 2 Sam. V, 15. 1 Par. XIV, 5, qui 1 Par. III, 8 אֱלִישָׁמָע vocatur, vel scriptoris vel librariorum vitio.

אֶלְיָשִׁיב (cui *Deus rependit* l. quem *Deus restituit*) 1) vir e posteris Davidis 1 Par. III, 24. — 2) sacerdos, uni e viginti quatuor sacerdotum classibus praefectus 1 Par. XXIV, 12. Esr. X, 6. Neh. XIII, 4. 7. — 3) sacerdos maximus tempore Nehemiae, Neh. III, 1. 20. XII, 10. — 4) alii nonnulli eiusdem temporis viri. Esra X, 24. 27. 36.

אֱלִישָׁמָע (quem *Deus exaudit*) 1) filius Davidis 2 Sam. V, 16. 1 Par. III, 8. — 2) filius Ammihud, princeps Ephraimitarum Num. I, 10. II, 18. 1 Par. VII, 26. — 3) avus Ismaëlis, Gedaljae interfectoris 2 Reg. XXV, 25. Jer. XLI, 1, cf. XXXVI, 12. 20. — 4) vir e posteris Judae 1 Chron. II, 41. — 5) sacerdos tempore Josaphati 2 Par. XVII, 8.

אֱלִישָׁע (cui *Deus salus* est, pro אֵלִי יֶשַׁע vel אֵלִי יֵשַׁע) *Elisa*, filius Saphat, propheta, Eliae discipulus, comes et successor, quam plurimis miraculis famosus, in regno decem tribuum nono ante Chr. seculo Ahasja, Joramo, Jehuo et Joaso regnantibus florens. 1 Reg. XIX, 16 sq. 2 Reg. I—XIII. LXX. Ἐλισαιέ Ms. Alex. Ἐλισσαιέ, in N. T. Ἐλισσαῖος Luc. IV, 27.

אֱלִישָׁפָט (quem *Deus iudicat* cf. אֱלִיפַל) vir contra Athaljam coniuratus 2 Par. XXIII, 1.

אֱלִיתָה v. אֱלִיאָתָה.

אֶלְנַעַם (cuius *amoenitas* s. gaudium *Deus* est) miles Davidis 1 Par. XI, 46.

אֶלְנָתָן (quem *Deus dedit*, cf. יוֹנָתָן, *Theodorus*, *Adeodatus*) 1) avus regis Jojachin 2 Reg. XXIV, 8, fortasse idem, de quo agitur Jerem. XXVI, 22. XXXVI, 12. 25. — 2) Levitae nonnulli tempore Esrae, Esra VIII, 16.

אֶלְעָד (quem *Deus laudat*, ab עוּד cf. Job. XXIX, 11 et μαρτυρέω Luc. IV, 22; aut per apocopen pro אֶלְעָדָה q. v.) vir Ephraimita 1 Par. VII, 21.

אֶלְעָדָה (quem *Deus induit* i. e. replevit, cf. לָבַשׁ Job. XXIX, 14) vir Ephraimita 1 Par. VII, 20.

אֶלְעוּזַי, in aliis codd. אֶלְעֻזַי (pr. *Deus laudes meae*, i. e. Deo sacratae sunt laudes meae) comes Davidis 1 Par. XII, 5.

אֶלְעָזָר (cui *Deus auxiliatur*) 1) Aharonis filius natu tertius patrisque in summo sacerdotio successor, pater Pinhasi. Exod. VI, 23. 25. XXVIII, 1. Levit. X, 6 sq. Num. III, 2. 4. 32. XVII, 2. 4. XIX, 3. XX, 25 sq. XXVI, 1 sq. XXXI, 6 sq. XXXII, 2. 28. XXXIV, 17. Deut. X, 6. Jos. XIV, 1. 1 Paralip. VI, 35. — 2) heros Davidis 2 Sam. XXIII, 9. 1 Par. XI, 12. — 3) filius Abinadab, custos arcae foederis 1 Sam. VII, 1. — 4) Levita Davidis aequalis 1 Par. XXIII, 21. XXIV, 28. — 5) sacerdos aetate Esrae Esra VIII, 33, cf. Neh. XII, 42. — 6) alius eiusdem aetatis vir Esr. X, 25. LXX. Ἐλεάζαρ. Multos alios eiusdem nominis homines ex Apocryphis et Josepho recensuit Calmet (*bibl. Wörterbuch* s. v. Eleasar). Ex Ἐλεάζαρος postmodo contractum est nomen *Λάζαρος* (cf. Fulleri miscell. I, 10).

אֶלְעָלֵא et אֶלְעָלֵה (quo *Deus ascendit*) oppidum tribus Ruben (Num. XXXII, 3. 37) tempore Jesaiae a Moabitis habitatum (Jes. XV, 4. XVI, 9. Jerem. XLVIII, 34). LXX. Ἐλεαλή. Eusebius s. v.: *καὶ σώζεται εἰς ἔτι νῦν κώμη μεγίστη οὐ πλεῖον σημείου ἑνὸς ἀπέχουσα τῆς Ἐσεβοῦς.* Etiamnum eodem in loco exstant ruinae *el Aal* (العال) dictae in vertice collis, unde late patet amoenissimus prospectus. V. Burckhardt itin. Syriae p. 623 Vers. germ. Quum Arabiae propinquum sit oppidum, suspicari etiam possis, אֶל esse Arabum articulum. Vide supra sub אַל p. 92 B.

אֶלְעָשָׂה (quem *Deus fecit* s. creavit Job. XXXV, 9) 1) vir e tribu Judae 1 Par. II, 39. 2) vir e familia Sauli ib. VIII, 37. IX, 43. 3) filius Saphani Jer. XXIX, 3.

אֶלְפֶּלֶט v. אֱלִיפֶלֶט no. 1.

אֶלְפַּעַל (cui *Deus praemium* est, cf. פְּעֻלָּה, פֹּעַל de praemio) vir e posteris Benjamini 1 Par. VIII, 11. 12. 18.

אֶלְצָפָן v. אֱלִיצָפָן no. 1.

אֶלְקָנָה (quem *Deus comparavit*) 1) filius Korachi Exod. VI, 24. 1 Par. VI, 8. 2) pater Samuelis 1 Sam. I, 1 sq. II, 11. 20. 1 Par. VI, 12. 19. 3) Ahasi regis amicus 2 Par. XXVIII, 7. 4) miles Davidis 1 Par. XII, 6. 5) Complures Levitae, de quibus v. 1 Par. VI, 8. 10. 11. 20. 21. XV, 23.

אֶלְתּוֹלַד Jos. XV, 30. XIX, 4, i. q. תּוֹלָד 1 Par. IV, 29 oppidum tribus Judae, postea Simeonitis concessum. Secundum aliorum id genus nominum etymon apte interpretatus fueris: (cuius) *genus* s. *posteritas a Deo*, cui Deus posteros largiturus est. At aliam rationem ingressus est Hamackerus (in diatribe de monum. aliquot punicis p. 11 sq.) תולד et תולת (pro תוֹלֶדֶת) Phoenicum Poenorumque numina, generationis praesides, fuisse coniectans, nostrique oppidi nomen ab illius numinis cultu derivans: qua de re alibi disputaturi sumus nostram de lapidibus Lugdunensibus sententiam proposituri.

אֶלְתְּקֵא et אֶלְתְּקֵה (cui *Deus timor* s. *obiectum timoris* coll. arab. تقى timuit) civitas Levitarum in tribu Dan Jos. XIX, 44. XXI, 23.

אֶלְתְּקֹן (cui *Deus fundamentum* est) urbs tribus Judae, Jos. XV, 59.

II. אלה i. q. arab. أَلِيَ *carnosas clunes habuit* vir, *magnam adiposamque caudam* aries, unde آلَى, أَلْيَ, أَلْيَانُ de viro carnosis clunibus et de ariete crassa adiposaque cauda praedito, fem. أَلْيَاءُ de eiusdem generis muliere et ove usurpatur. Inde

אַלְיָה i. q. أَلْيَةٌ *cauda ovilla* vel *arietina*, eaque *crassa et adiposa*, qualis in Orientis ovibus spectare est: „*quarum minimae*, ut ait Golius testis oculatus (pag. 146), *X vel XII libras nostrates pendunt: nonnullae etiam XL libras pondere excedunt. Eas autem minutatim concisas liquant: et adipem in usus servant; vel ad condiendum inprimis frumentaceum cibum, vel etiam, uti in Persia et alibi, ad conficiendas candelas.* أَلَّاءٌ est mercator huiusmodi adipum. Cf. Herod. 3, 113. Diod. 2, 54. Aristot. hist. anim. 8, 28. Aelian. de anim. 3, 3. Leo Africanus 9, 38. Russel natural history of Aleppo p. 51, aliique, quos laudarunt Bochartus in Hieroz. P. I. p. 494 sq. Rosenmueller ad Exod. XXIX, 22 et *altes und neues Morgenland* II, 118. Fuerunt iam apud veteres, et hodieque sunt opiliones, qui eiusmodi ovibus plostella aptent hisque caudam imponant, ne, cum humum verrit, laceretur et corrumpatur. V. Mischna Sabb. cap. 5. ibique Gem. cum glossis it. Ludolf. hist. aethiop. I, 10, qui huius generis currus delineationem dedit. In V. T. exstat Exod. XXIX, 22. Levit. VII, 3. VIII, 25. IX, 19 et III, 9: הָאַלְיָה תְמִימָה לְעֻמַּת הֶעָצֶה יְסִירֶנָּה *caudam integram prope spinam dorsi removeat*, ex quo loco vera vocabuli vis abunde apparet. E veteribus Chald. Syr. Sam. Saad. vocem retinent (אַלְיְתָא, ܐܠܝܬܐ), Vulg. *caudam* reddit, Gr. Venet. *κέρκος*, *τὰ κέρκα*, LXX semel (Exod. l. c.) *κέρκος*, alibi *ὀσφύς*

clunes, neque negandum, apud Arabes ألية etiam hanc vim habere. Kamûs: الية .... العجيزة او ما ركب العجز من شحم او لحم *notat etiam nates, vel quicquid operit nates carnis aut pinguedinis*, unde Dschauharius الية tribuit etiam equo, asino, mulo, homini, et de sura tibiae, nec non de musculo pollicis usurpari tradit. Sed *cauda* vel propter usum talmudicum (v. Mischnam l. c.) praeferenda est.

III. אָלָה rad. inusit. ad cuius analogiam formatur sequens praepositio אֶל, אֱלֵי.

Sunt, qui huic radici *coniungendi* et *adstringendi* vim tribuant, coll. ولى *propinquus, contiguus fuit, adhaesit* rei, *respexit, spectavit* ad eam, et לָוָה *adiunxit se* alicui, ac *iurandi* etiam potestatem ab *adstringendo* et *devinciendo* repetant, velut Mercerus, Alb. Schultensius (ad Prov. III, 25) al. Ac prius non displicet (coll. עַל ab עָלָה), sed minus placet posterius, cum *iurandi* vis a Dei notione ducta videatur (v. no. I).

אֶל (ferme ubique sequente Makkeph) raro et poët. in Plur. constr. אֱלֵי (Iob. III, 22. V, 26. XV, 22. XXIX, 19) arab. إلى c. Suff. plur. אֵלַי, אֵלֶיךָ, אֵלַיִךְ, אֵלָיו, אֵלֶיהָ, אֵלֵינוּ, אֲלֵיכֶם, אֲלֵיהֶם, et אֲלֵהֶם semel אֱלֵיהֶם Ezech. XXXI, 14 (quanquam multi codd. אֲלֵיהֶם) poët. אֱלֵימוֹ (Ps. II, 5), אֱלֵיהֶן, pr. nomen, motionem, directionem ad locum it. coniunctionem indicans; cuius vis nominalis autem periit (cf. *Lehrgeb.* 629, et de Sinensium praepositionibus, quae paene omnes et nomina sunt et verba Remusat gramm. chinoise §. 85. 180. 181) quodque in praepositionem abiit, cuius variae significationes ad duo potissimum genera revocari possunt.

A) In universum designat *motionem* vel certe *directionem* et *conversionem ad locum*, sive eum assequaris, attingas vel adeo ingrediaris sive non, sive corporis motu, sive loquendo, spectando, audiendo, adeoque cogitando hoc fiat. Latine reddideris: *ad, versus, adversus, erga, in*, germanice: *zu, gen, nach (etwas) hin*, graece εἰς, ἐπί c. genit. et dat. Ad prius hoc genus hae fere pertinent significationes:

1) *ad*. Iungitur verbis eundi (הָלַךְ, בּוֹא, שׁוּב Gen. VIII, 9, יָרַד 2 Reg. I, 15, עָלָה Deut. XVII, 8, יָצָא Gen. XIX, 6, רוּץ Gen. XXIV, 29, שָׁלַח Esth. I, 22, קָרַב Exod. XIV, 20, בָּרַח, רָדַף cet.) spectandi, intuendi (שָׁעָה Gen. IV, 4. 5, הִבִּיט Exod. III, 6), se convertendi (Jes. XXXVIII, 2), audiendi, animumque advertendi (שָׁמַע 1 Reg. XII, 15, שָׁמַר 2 Sam. XI, 16, הִקְשִׁיב Neh. IX, 34), loquendi et alloquendi (אָמַר Exod. XIX, 9, הִגִּיד ibid., צִוָּה Num. XXXVI, 13, דִּבֶּר Lev. XII, 2, קָרָא Jos. X, 24, cf. הוֹעֵץ אֶל consilia communicavit cum Jer. XLIX, 20) desiderandi (Thren. IV, 17, cf. Ps. CXIX, 20. Gen. IV, 7), confidendi (בָּטַח Prov. III, 5), adsuefaciendi (לָמַד Jer. X, 2). Nonnunquam praegnans est constructio, ut in זָנָה אֶל scortatus est (accedendo) *ad* scorta vel idola Num. XXV, 1. Ezech. XVI, 29; דָּרַשׁ אֶל oraculum petiit (eundo s. convertendo se) *ad* idola Jes. VIII, 19. Ita 2 Sam. XVIII, 27: אֶל־בְּשׂוֹרָה טוֹבָה יָבוֹא *ad bonum nuntium (afferendum) venit*. Levit. XIV, 50: *et mactabit avem unam ad* (אֶל) *vas* i. e. ita ut sanguis stillet in vas. — Opposita est particula מִן, unde מִן — אֶל *ab — ad*, ex. gr. מִן הַקָּצֶה אֶל־הַקָּצֶה *a fine ad finem* Exod. XXVI, 28, מִפֶּה אֶל־פֶּה *ab extremo ad extremum* Esra IX, 11, metaph. מֵרָעָה אֶל־רָעָה Jer. IX, 2; de tempore מֵעֵת אֶל־עֵת *a tempore ad tempus*, praestituto tempore 1 Par. IX, 25, מִיּוֹם אֶל־יוֹם quotidie Num. XXX, 15. Ita Arabes إلى saepissime de tempore usurpant, unde إلى ما et إلى الآن usque dum. — 2) Saepe אֶל in lingua latina et germanica simplice *dandi casu* exprimitur, quanquam in aliis linguis, ut gallica et anglica, eadem quae in exemplis modo laudatis particula (gall. *à*, angl. *to*) adhibetur. Ita post verba dandi (Exod. XXV, 16. 21. Deut. IX, 10), vendendi (Joël IV, 8), revelandi (1 Sam. II, 27), proponendi (Job. V, 8). Eodem pertinet Gen. XII, 15: וַיְהַלְלוּ אֹתָהּ אֶל־פַּרְעֹה *et laudabant eam Pharaoni*. Jes. XIV, 10: אֵלֵינוּ נִמְשָׁלְתָּ *nobis similis factus es*. Gen. XV, 1: הָיָה דְבַר יְהוָה אֶל־אַבְרָם *obtigit Jehovae oraculum Abrahamo*. Cf. בּוֹא אֶל evenire, accidere alicui (Iudd. IX, 57. Jer. XI, 23). Magis usitata est haec significatio in particula לְ, quae ex nostra decurtata est. — 3) *versus*. Exod. XXV, 20: אֶל־הַכַּפֹּרֶת יִהְיוּ פְּנֵיהֶם *versus operculum sint* i. e. spectent *facies eorum* (Cheruborum). Eccl. I, 6. אֶל־הַשָּׁמַיִם coelum versus Dan. XII, 7. Cf. no. 12. — 4) *adversus, contra* (εἰς, πρός). Gen. IV, 8: וַיָּקָם קַיִן אֶל־הֶבֶל אָחִיו *et surrexit Kain contra Abel fratrem suum*. Jes. III, 8: לְשׁוֹנָם וּמַעַלְלֵיהֶם אֶל־יְהוָה *lingua et facta eorum* erant *adversus Jehovam*. II, 4. Jos. X, 6. Iudd. XII, 3. XX, 30. Iob. XV, 25. 26. Unde cum verbo pugnandi Hos. XII, 5. Impr. huc pertinet locutio הִנְנִי אֲלֵיכֶם *ecce ego* sum *contra vos* (Targ. *ecce ego mitto iram meam contra vos*) Ezech. XIII, 8. XXI, 8. XXXIV, 10. Jer. L, 31. LI, 25. Nah. II, 14 (raro in bonam partem Ezech. XXXVI, 9). Num. XXXII, 14: חֲרוֹן אַף יְהוָה אֶל־יִשׂ׳ *aestus irae Jehovae contra Israëlitas*. — In bonam partem אֶל est 5) *erga*. 2 Paralip. XVI, 9: לְבָבָם שָׁלֵם אֵלָיו *cor eorum integrum erga eum*. 2 Sam. III, 8. Cf. Ezech. XXXVI, 9. Ps. CXIX, 20. Exod. XIV, 5. — 6) *usque ad*. אֶל־הַשָּׁמַיִם usque ad coelos Jer. LI, 9, אֶל־פִּיהוּ usque ad os eius Job. XL, 23. Metaph. Hos. IX, 1: אַל תִּשְׂמַח יִשְׂרָאֵל אֶל־גִּיל *ne laeteris, Israël, usque ad exsultationem*. Job. III, 22. — 7) *in* gr. εἰς (germ. *in* etwas *hinein*, angl. *into*). Deut. XXIII, 25: אֶל־כֶּלְיְךָ לֹא תִתֵּן *in vas tuum non immittito* (uvas). Exod. XXV, 16. אֶל־הָתֵּבָה in arcam Gen. VIII, 9, אֶל־הָאָרֶץ in terram Deut. XI, 29, אֶל־חֵיק in sinum Jer. XXXII, 18, אֶל־הַיָּם in mare Jon. I, 5. Eodem pertinet Num. IV, 10: וְנָתְנוּ אֹתָהּ .... אֶל־מִכְסֵה עוֹר *et dent illud* (candelabrum) ... *in tegmen pelliceum* i. e. involvant illud tegmini. Cf. comm. 12. — 8) *inter*

(c. accus.) Jer. IV, 3: אַל־תִּזְרְעוּ אֶל־קוֹצִים *ne seratis inter spinas.* (Cf. B, no. 4 *inter* c. ablat.). — 9) Quemadmodum supra (no. 2) vidimus, אֶל esse *dantis* particulam, ita etiam est *addentis* et *adiicientis* (cf. הוֹסִיף אֶל addere *ad* aliquid. 1 Reg. X, 7): *praeter, una cum,* germ. *hinzu* (cf. gr. ἐπὶ τοῖσι praeter hos). Levit. XVIII, 18: וְאִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ לֹא תִקָּח *uxorem praeter sororem eius ne ducito* i. e. noli duas sorores una uxores ducere. Cod. Sam. ⵄⵖ Vers. Sam. cum Chald. ⵄⵖⵖ, עִם, Saad. مع. Thren. III, 41: נִשָּׂא לְבָבֵנוּ אֶל־כַּפַּיִם אֶל־אֵל *tollamus cor nostrum una cum manibus ad Deum.* LXX. ἐπὶ χειρῶν. Arab. مع ايدينا *cum manibus nostris.* (Ita إلى Cor. IV, 2). — 10) Est *coniungentis, associantis.* Dan. XI, 23: וּמִן הִתְחַבְּרוּת אֵלָיו *et ubi se associaverit illi.* — 11) Metaph. est *respicientis ad aliquid, rationem habentis alicuius rei,* et reddi potest: *quod attinet ad* (Exod. XIV, 5), *ratione habita* (cf. gr. εἰς μὲν ταῦτα quod attinet ad haec), *propter, de,* gr. πρὸς c. accus. a) *propter,* (quod ipsum pr. est adverbium loci pro *propiter, prope, iuxta*) Ezech. XLIV, 7: אֶל כָּל־תּוֹעֲבוֹתֵיכֶם *propter omnes abominationes vestras.* (Cf. comm. 6, ubi pro אֶל est מִן, et comm. 11, ubi pro eo legitur בְּ). 1 Reg. XIV, 5. XXI, 22. 2 Sam. XXI, 1. Iudd. XXI, 6. 1 Reg. XIX, 3: וַיֵּלֶךְ אֶל־נַפְשׁוֹ *abiit propter vitam suam* i. e. ut vitae suae prospiceret. XVI, 13. Cum infinit. 1 Sam. IV, 21. הִנָּחֵם אֶל misericordia commoveri propter Iudd. XXI, 6 (cf. עַל Ps. XC, 13). b) *de.* 1 Sam. IV, 19: הַשְּׁמֻעָה אֶל *fama de* (aliqua re). Hinc cum verbis loquendi, narrandi, velut דִּבֶּר אֶל loqui *de* aliquo Jer. XL, 16. 2 Par. XXXII, 19 (parall. עַל), סִפֵּר Ps. LXIX, 27, אָמַר Gen. XX, 2. Ps. II, 7. 2 Reg. XIX, 32, שָׁמַע Ezech. XIX, 4. (Cf. in N. T. Act. II, 25: Δαβὶδ γὰρ λέγει εἰς αὐτόν· Eph. V, 32 et ἐπί τινος *de* aliquo, cum verbis *dicendi* Heind. ad Plat. Charm. p. 155. D). — 12) Metaph. etiam *finem* indicat. 1 Sam. I, 27: אֶל־הַנַּעַר הַזֶּה הִתְפַּלָּלְתִּי *ad hunc puerum* (consequendum) *precatus sum, um diesen Knaben habe ich gebetet* i. e. hunc puerum precibus meis a Deo expetivi (cf. ἐπὶ σοί Hom. Il. 9, 492). Eodem pertinet pleonasmus אֶל־חִנָּם q. d. *für umsonst* Ezech. VI, 10. — 13) Ubi praeponitur aliis praepositionibus, quibus indicatur, *esse, reperiri* vel *versari* aliquid in aliquo loco, quaeque latine cum ablativo construuntur, efficit, ut *motum* vel directionem ad eum locum indicent et cum accusativo construantur. Ex. gr. מִחוּץ לְ *extra* c. abl. (*außerhalb, draußen vor*), אֶל־מִחוּץ לְ *extra* c. acc. (*hinaus vor*) Lev. IV, 12. Deut. XXIII, 11, cf. *foris* et *foras;* בֵּינוֹת ,בֵּין *intra* c. abl. *innerhalb,* אֶל־בֵּינוֹת ,אֶל־בֵּין *inter* (c. accus.) *zwischen hinein* Ezech. X, 2. XXXI, 10. Cf. אֶל־מִנֶּגֶב לְ, אֶל־מוּל, אֶל־מִבֵּית, אֶל־אַחֲרֵי (Jos. XV, 3), אֶל־נֹכַח, אֶל־עֵבֶר, אֶל־תּוֹךְ, אֶל־תַּחַת. De aliis formulis, in quibus אֶל־ redundare videtur, v. infra B, no. 6.

B) Deinde *propinquitatem, viciniam* et *contiguitatem* notat atque indicat, cum, qui locum terminumve aliquem petierat, eundem nunc assecutum esse et (prout fert natura eius) *ad* vel *iuxta* vel *super* eum versari. Itaque ne ab hoc quidem significationum genere prorsus abest notio *motionis,* talis certe, quae antecessit, quemadmodum in graeco εἰς, ἐς pro ἐν (cf. Passow *griech. Wb.* h. v.). Saepius pro eo ponitur עַל, nonnunquam בְּ, in Targg. לְוָת, עִם. Speciatim est 1) *ad, iuxta, apud,* germ. *an, bey.* אֶל־בְּאֵר הַמָּיִם ad puteum aquae Gen. XXIV, 11, אֶל־שֻׁלְחָן ad mensam 1 Reg. XIII, 20, cf. 1 Sam. V, 4. Jer. XI, 12. — 2) *in* (germ. *auf, an, über*). אֶל־הַגִּזָּה in vellere Iudd. VI, 39 (ibid. עַל), אֶל כָּל־פָּנִים in omnibus faciebus Ezech. VII, 18, אֶל־הָהָר *in* monte 1 Sam. XVII, 3, cf. Jos. V, 3. Metaph. 2 Sam. XX, 23: יוֹאָב אֶל־כָּל־הַצָּבָא יִשְׂרָאֵל וּבְנָיָה עַל הַכְּרֵתִי *Joabus universo exercitui Israëlis praeerat, et Benajas satellitibus.* — 3) *in* (cum ablat.). אֶל־מָקוֹם in loco Deut. XVI, 6 (ubi Sam. cod. ⵎⵎⵎⵎⵎ). Metaph. 1 Reg. VIII, 30. Gen. VI, 6: וַיִּתְעַצֵּב אֶל־לִבּוֹ *aegre tulit in animo suo.* VIII, 21 (alibi עַל Ps. XLII, 5. 12) — Eodem pertinet formula אָכַל אֶל־הַדָּם *edere* carnem *in sanguine* i. e. sanguine adhuc madentem, tinctam l. cum sanguine 1 Sam. XIV, 34 (cum עַל comm. 32. 33). — 4) *inter, in medio.* 1 Sam. X, 22: *occultus inter impedimenta* (אֶל־הַכֵּלִים). Ezech. II, 6: אֶל־עַקְרַבִּים *inter scorpios.* — 5) *iuxta, secundum, ad.* Gen. VI, 16: אֶל־אַמָּה *ad ulnam.* Jos. XVII, 4: אֶל־פִּי i. q. עַל פִּי *secundum mandatum.* — אֶל־נָכוֹן *secundum certum* i. e. tanquam certum 1 Sam. XXVI, 4. — 6) Interdum particulis loci praepositum sensum eorum non mutat (sed cf. A, no. 13). אֶל־תַּחַת i. q. תַּחַת 1 Sam. XXI, 5, אֶל־מוּל i. q. מוּל e regione, אֶל־מִן, ut לְמִן pro מִן Job. V, 5: וְאֶל מִצִּנִּים יִקָּחֵהוּ *et e spinis rapiet eum.* (Minime tamen h. l. otiatur particula אֶל, sed hoc sibi vult, famelicum usque in medias spinas s. hortos spinis septos penetrare. Ita etiam Alb. Schultens, conferens arabicum إلى من, quam tamen locutionem exemplis non firmavit).

Not. Falsi sunt, qui particulae nostrae alias quasdam significationes tribuunt a vera eius potestate prorsus alienas, ut *cum* laudatis locis Num. XXV, 1 (cf. A, 1). Jos. XI, 19 (cf. A, 5), *per* laudato Jer. XXXIII, 4 (ubi rectius redditur *versus*) cet.

אֲלוּ chald. i. q. אֲרוּ (ל et ר inter se permutatis) *en! ecce!* Dan. II, 31. IV, 7. 10. VII, 8. In Targg. haec forma non legitur. V. אֲרוּ.

אִלּוּ conj. composita ex אִם et לוּ (nisi א mera est prosthesis) *si, etsi,* nonnisi sequioris Hebraismi Eccles. VI, 6. Esth. VII, 4. In Targg. et in Mischna (notante Juda ben Karisch) *si, utinam,* אִלּוּלֵי nisi cf. Syr. ܐܠܘ si, ܐܠܘܠܐ nisi, Sam. ⵄⵖⵄ, ⵄⵖⵖⵄ (v. Carm. Sam. V, 5) nisi.

אלח rad. in Kal inusit. Arab. Conj. VIII. إِيتَلَخَ *acuit s. in acorem versum fuit* lac, v. Kamûs pag. 317,

ex quo emendandus Giggejus, qui ايتلج scribit. Syr. ܐܟܠܒ sec. Ferrarium (Nomencl. syr. p. 733) *sapere, resipiscere fecit*, quam potestatem privativam vel plane contrariam in Conj. II non tantum Hebraei (*Lehrgeb.* 241), sed etiam Syri habent, ut in ܚܒܠ *vitiavit virginem*.

Niph. נֶאֱלַח metaph. *corruptum, perditis moribus qs. vappam esse*, de hominibus Ps. XIV, 3. LIII, 4. Job. XV, 16.

אֱלֹהַּ v. אֵל, אָלָה p. 94.

I. אָלַל rad. inusit. *debilis, humilis, nihili fuit.* Respondere videtur arab. أَلَّ pro أَلَوَ *defuit, impar fuit* negotio, *intermisit* illud. Derivata sunt אַל nihil, non, et אֱלִיל debilis, inanis.

II. אָלַל *eiulavit*, vox onomatopoëtica, ut אָלָה no. I, 3, יָלַל Hi. הֵילִיל. Arab. أَلَّ fut. I sec. Kamûsum p. 1391: أَنْ وَحَنَّ وَرَفَعَ صَوْتَهُ بِالدُّعَاءِ وَصَرَخَ عِنْدَ ٱلْمُصِيبَةِ *gemuit et misertus est, et sustulit vocem vocando, it. exclamavit ubi accidit malum*, hinc أَلَلٌ apud Nabathaeos i. q. وَيْلٌ, أَلِيلٌ gemitus, aethiop. አሌ: *vae.* Respondet gr. ἀλαλάζειν, ὀλολύζειν. Inde derivatur אַלְלַי.

III. אָלַל in nonnullis saltem derivatis videtur vim habere cognati אוּל *fortem, robustum esse*, cf. إِلٌّ i. q. إِيلٌ deus, it. אֵלָה terebinthus, אַלּוֹן quercus.

אַל 1) subst. *nihilum, nihil.* Iob. XXIV, 25: *quis ad nihilum rediget* (לְאַל) *sermonem meum?* — 2) adv. negandi, *non*, a) absolute *minime*, ut nostrum *nein*, gall. *non.* Ruth. I, 13: אַל בְּנֹתַי *minime, o filiae meae!* Gen. XIX, 18: אַל־נָא אֲדֹנָי *non* (ita) *quaeso, domini mei!* b) cum verbis et nominibus, *nicht*, sed multo rarius quam לֹא. Gen. XLIX, 6. 2 Reg. VI, 27. Amos V, 14. Ps. L, 3 cet. — 3) Longe frequentissime est *prohibentis, dehortantis, deprecantis*, quemadmodum *ne*, μή. Construitur cum futuro, eoque, ubi forma fert, apocopato, plerumque intercedente Makkeph. Gen. XXII, 12: אַל־תִּשְׁלַח יָדְךָ אֶל־הַנַּעַר *ne extendas manum tuam in hunc puerum.* Exod. XVI, 29: אַל־יֵצֵא אִישׁ *ne egrediatur quisquam.* Gen. XLIII, 23: אַל־תִּירָאוּ *ne timeatis.* 1 Sam. XXVI, 20: אַל־יִפֹּל דָּמִי אַרְצָה *ne cadat sanguis meus in terram.* In precibus saepe additur נָא, Gen. XIII, 8: אַל־נָא תְהִי מְרִיבָה *ne, quaeso, oriatur lis.* XVIII, 3. 30. 32. XIX, 7. Num. X, 31. Omittitur quoque verbum per ellipsin 2 Sam. I, 21. — 4) interrogative ponitur pro הֲלֹא nonne? 1 Sam. XXVII, 10. (Praeter linguam hebraeam et Chaldaismum biblicum haec particula invenitur nonnisi in aethiopica, quanquam non separatim, sed cum particulis servilibus, praesertim አ:, ut አለ: non, non est, v. Ludolf. Lex. p. 329).

Not. 2 Sam. XIII, 16 pro אַל־אוֹדוֹת legendum אַל־אוֹדוֹת, vel cum 11 codd. עַל אוֹדוֹת, quae duplex scriptura in illam falsam coaluisse videtur.

אַל chald. i. q. hebr. no. 3. sed nonnisi in Chaldaismo biblico. Dan. II, 24. IV, 16. V, 10.

אַלָּה f. Jos. XXIV, 26 *terebinthus* pr. arbor robusta. Vide supra s. v. אֵלָה p. 50.

אַלּוֹן m. *quercus* pr. arbor robusta. Gen. XXXV, 8. Jes. VI, 13. XLIV, 14. Hos. IV, 13. Plur. Ezech. XXVII, 6. Amos II, 9. St. constr. אַלּוֹנֵי בָשָׁן *quercus basaniticae* metaph. Jes. II, 13. Zach. XI, 2.

אֱלוּל m. 1) i. q. אֱלִיל *quod nihili est, imbecillis, debilis* Jer. XIV, 14 Chethibh. — 2) sextus hebraei anni mensis a novilunio Septembris ad novilunium Octobris (sec. Rabbinos, Augusti ad Septembris) Neh. VI, 15. Arab. أَيْلُولُ et ايلول, mensis duodecimus anni Syrorum, pro quo nonnulli ايلون scribunt, vide Alfergan. ed. Gol. p. 3. 17. Syr. ܐܝܠܘܠ, et ita in inscriptione Palmyrena no. III, lin. 1. Mischnae vocabulum est אלולין fructus mense Elûl crescentes. Etymon, ut reliquorum plerorumque mensium apud Syros, obscurum est (cf. Golius l. c.). Conferri potest אֲלָלָא *proventus* (Cast. quanquam sine exemplo) i. q. עֲלָלָא, ut sit *proventuum s. fructuum mensis.* Hezelio (spec. Lex. hebr.) est mensis primae pluviae, a ولى *prima pluvia eiusque initium*; at in Palaestina certe prima pluvia exeunte demum Octobre incipit. Ne quis forte accersat sam. אלולי, quod e Gen. XXV, 27 depromtum a Castello redditur *primus, primogenitus*, monitum volumus, hoc nihil aliud esse videri atque arabicum الولى *dominus, princeps*, vide Annot. Sam.

אֱלִיל m. 1) adj. *qui nihili est, vanus, inanis, debilis.* (Syr. ܐܠܝܠ debilis, humilis, ܐܠܝܠܘܬܐ humilitas). Ps. XCVI, 5: כָּל־אֱלֹהֵי הָעַמִּים אֱלִילִים *omnes dii gentium sunt vani.* 1 Par. XVI, 26. It. substantive: *vanum, vanitas.* Job. XIII, 4: רֹפְאֵי אֱלִל *medici inanes.* Zach. XI, 17: רֹעִי הָאֱלִיל *pastor vanitatis* i. e. vanus, inutilis, stolidus. — 2) Speciatim de *idolis*, ut *vanis* diis, usurpatur, cf. Ps. XCVI, 5 et הֶבֶל. (Rabb. אליליה idolum

O

femineum, Syr. ܚܠܡܐ haeresis, quandoquidem idololatria et haeresis saepe iisdem vocabulis designantur in linguis orientt., cf. חֵלֶּה) Lev. XIX, 4. XXVI, 1. Jes. II, 8. 18. X, 10. XIX, 3. Ezech. XXX, 13. Hab. II, 18. Ps. XCVII, 7. אֱלִילֵי כַסְפּוֹ, זְהָבוֹ *idola argentea, aurea eius* Jes. II, 20. XXXI, 7. Concr. idolorum vanitas, idololatria Jer. XIV, 14.

אַלְלַי interj. dolentis *vae*, legitur bis sequente לִי Job. X, 15. Michae VII, 1. Cf. sub. rad. no. II. Terminatio ־ַי, quaecunque eius origo est, in pluribus etiam adverbiis et interiectionibus reperitur (v. *Lehrgeb.* p. 625).

אַלַּמֶּלֶךְ (ni fallor, *quercus regis* ab אֵל i. q. אֵלָה et מֶלֶךְ, al. *eiulatio* regis) oppidum Aseritarum Jos. XIX, 26.

אָלַם in Kal inusit. 1) *ligavit*, cf. Pi. et אֲלֻמָּה. (Arab. أَلِمَ *doloribus cruciatus est*, *doluit*, quae potestas a ligando fluxit, cf. חָבַל. A dolendo est, quod habent Syri sub ܐܠܡ *iratus*, *ira commotus fuit*. Verba enim ligandi referuntur ad robur, v. חוּל, קָשַׁר).

2) *ligatus fuit* sc. lingua (qua significatione fortasse scribendum אִלֵּם) i. e. *obmutuit*, *tacuit*. V. Niph. et derivata אֵלֶם, אִלֵּם, אַלְמֹנִי. *Muto* vel *silenti* lingua (δεσμὸς τῆς γλώσσης Marc. VII, 35) qs. ligata est, unde ligandi verba ad obmutescendi et silendi vim referuntur. Pers. زبان بستن *sebân besten* linguam ligare est *obmutescere*, arab. حُبْسَة *ligatio* est i. q. silentium, haesitatio sermonis, عَقَدَ ligatum it. sermone impeditum esse, cf. gr. φιμοῦσθαι, et syr. ܐܬܚܒܫ obmutuit pr. obstrictus est Assem. bibl. or. T. III. P. I. p. 80.

3) *solitarius*, *relictus*, *viduus fuit*. Solitarius enim silet, socio quocum confabuletur carens, unde بَكِمَ mutus fuit, abstinuit a loquela it. a coniugio, caelebs fuit. Cf. etiam Prov. XXXI, 8, ubi אִלֵּם *mutus* de homine misero et derelicto. Derivata sunt אַלְמָן, אַלְמֹן, אַלְמָנָה, אַלְמָנוּת.

Ni. 1) *obmutuit*. Ps. XXXI, 19. XXXIX, 3. 10. Jes. LIII, 7. Ezech. III, 26. Dan. X, 15. 2) *siluit*. Ezech. XXIV, 27. XXXIII, 22.

Pi. *colligavit* Gen. XXXVII, 7.

אֵלֶם m. *amissio vocis, silentium*. Ps. LVIII, 2: הַאֻמְנָם אֵלֶם צֶדֶק תְּדַבֵּרוּן quae verba reddiderim: *num revera silentium iustitiae proloquimini?* i. e. num re vera iustitia, quae tamdiu siluit et obmutuisse videtur, utimini in decretis vestris? *Silentium iustitiae* est iustitia, quae obmutuit, et in locutione *iustitiam mutam proloqui* est ὀξύμωρον. Al. *an re vera obmutescentia iustitiae?* i. e. obmutuit iustitia? *proloquimini* eam! Si coniectura opus sit, אלם olim pronuntiatum fuisse putaverim אֻלָם (LXX. ἆρα, Vulg. utique), idque variam scripturam fuisse pro אֻמְנָם, quae in textum irrepserit: nisi forte אֵלֶם vera est scriptura, quam utpote difficiliorem librarius quidam interpretaturus adscripsit אֻמְנָם. Uno alterove extruso sententia intellectu facillima haec erit: *an revera iustitiam proloquimini?* Cf. de אולם pag. 43. Ps. LVI, 1: עַל יוֹנַת אֵלֶם רְחֹקִים i. e. recte observante Aben Esra: *ad* (modos carminis, cui inscribitur) *columba muta peregrinorum*, qua locutione Israëlitarum populum in exilio degentem designari non dubium est, ut recte viderunt Alex. et Chald., cf. תוֹר Ps. LXXIV, 19.

אִלֵּם adj. *mutus* v. rad. no. 2. (cf. de hac forma *Lehrgeb.* p. 490 no. 8) Exod. IV, 11. Jes. XXXV, 6. Ps. XXXVIII, 14. Prov. XXXI, 8. Pl. אִלְּמִים Jes. LVI, 10. Hab. II, 18.

אֻלָם v. אוּלָם, rad. אול.

אַלְמֻגִּים, v. sub אֵל, pag. 93.

אַלְמוֹדָד v. sub אֵל, pag. 93.

אֲלֻמָּה f. *manipulus* frugum, *merges*. Gen. XXXVII, 7. Plur. אֲלֻמִּים ibid. et אֲלֻמּוֹת Ps. CXXVI, 6.

אַלְמָן m. adj. *viduus*, *derelictus*. Jer. LI, 5: כִּי לֹא אַלְמָן יִשְׂרָאֵל ... מֵאֱלֹהָיו *nam non derelictus est Israël . . . a deo suo.*

אַלְמֹן m. (in multis codd. אַלְמוֹן) *viduitas*, metaphor. de civitate rege suo orbata. Jes. XLVII, 9. Cf. אַלְמָנָה, et Virg. Aen. 8, 571: *viduasset civibus urbem*.

אַלְמָנָה f. *vidua*. Arab. et aram. ex permutatione literarum semivocalium أَرْمَل viduus, caelebs, أَرْمَلَة vidua, unde denom. رَمَّلَ (male enim Grammatici ab hoc verbo nomen illud ductum esse volunt) Conj. I. IV. vidua facta est; aram. ܐܪܡܠܐ, ܐܪܡܠܬܐ, אַרְמַלְתָּא viduus, vidua, ܐܪܡܠ viduavit. Gen. XXXVIII, 11. Exod. XXII, 21. Levit. XXI, 14. XXII, 13. Num. XXX, 10. cet. Per appositionem אִשָּׁה אַלְמָנָה mulier vidua 1 Reg. VII, 14. XI, 26. XVII, 9. 10. Saepe iungitur orphano (יָתוֹם) Exod. l. c. Deut. X, 18. XXVII, 19, vel peregrino Ps. XCIV, 6. Metaph. *vidua* dicitur civitas rege orba Jes. XLVII, 8 (cf. comm. 9. LIV, 1. 4. 5 sq. Thren. I, 1. Bar. IV, 12. Apoc. XIV, 7).

Not. אַלְמְנוֹתָיו Jes. XIII, 22 (parall. הֵיכְלֵי עֹנֶג) simpliciter videtur esse i. q. אַרְמְנוֹתָיו (quod exstat in uno codice) *palatia eius*, ut reddunt Syr. Chald. Vulg. Abulwalides. Cf. sub lit. ל. Alii, ut Kimchius, Kocherus ad h. l. *viduae* notionem retinent, et *palatia* intelligunt *desolata*, quod nimis lusorium videtur. Longius etiam petita est observatio Lud. de Dieu ad h. l. qui syr. ܐܪܡܠܬܐ de *arce* it. de *terra sterili et non seminata* usurpari monet, quacum forte comparetur *vidua* aethiop. אביר dicta. *Palatia* intelligi quoque possunt Ezech. XIX, 7.

אַלְמָנוּת f. *viduitas*. (Aram. אַרְמְלוּ, ܐܪܡܠܘܬܐ). Gen. XXXVIII, 14. 19. 2 Sam. XX, 3. Plur. אַלְמְנוּתִים metaph. de civitate Jes. LIV, 4.

אַלְמֹנִי m. *quidam*, ὁ δεῖνα pr. qui *reticetur*, cuius nomen dissimulatur. Ubique praemittitur פְּלֹנִי q. v. Fortasse conferendum أرمًا, أرِيمٌ, أرَمٌ ullus, quisquam, aliquis, permutatis ל et ר.

אֵלֶן, אִלֵּין v. אֵל, אֵלֶּה pag. 94.

אֶלָּסָר Gen. XIV, 1. 9 nomen regionis, ut videtur, in vicinia Babyloniae et Elymaidis (legitur enim inter עֵילָם et שִׁנְעָר) quaerendae, caeterum admodum incertae, de qua nihil nisi coniecturas habent vett. intpp. Onk. LXX. et Sam. nomen hebraeum retinent. Vulg. *Pontus* (cf. אַרְעָא דְפוֹנְטוֹס Targ. Pseudoj. pro שִׁנְעָר XI, 3. XIV, 1, ubi vix de Asiae minoris regione cogitari potest). Syr. ܕܠܣܪ vel, ut in edit. nova Londinensi, ܕܠܐܣܪ quod quid sit, non assequor. Targ. Hieros. תְּלַאסַּר (Jes. XXXVII, 12), quod idem interpres cum Pseudojon. habet pro רֶסֶן Gen. X, 12. Saad. سريان fortasse *Syria*. Persiae vel Assyriae quandam provinciam arguit contra nomen assyriaco-babylonicum regis אַרְיוֹךְ cf. Dan. II, 14. Arjochum, tanquam *Ellasaris* regem, exhibet Lutherus etiam Judith I, 6, sed vitiose et veterum nemine praeeunte. Vallem *El-assar* nuper in vicinia maris mortui invenisse sibi visus est *Legh* itinerator anglus (v. Macmichael Journey p. 215. 235): at egregie falsus est vir sermonis arabici haud dubie imperitus; istius enim vallis nomen est *el-Ahsa* (الاحسا) v. Burckhardt p. 674. 675 et quae ibi adnotavimus p. 1066.

אֶלְעָלֵה v. pag. 102.

אָלַף vel **אָלֵף** fut. יַאֲלַף (Prov. XXII, 25) i. q. arab. أَلِفَ 1) *assuevit, consuevit, assuetus fuit*, unde أَلِفٌ et أَلِيفٌ *familiaris, socius*, consuetudine iunctus, hebr. אַלּוּף no. 1; 2) *mansuefactus fuit*, de brutis, cf. אֶלֶף no. 1, אַלּוּף no. 2; 3) *didicit*, ab adsuefaciendo, cf. לָמַד. Arab. Conj. IV. Apud Syros, Chaldaeos, Sam. ܐܠܦ, ܡܠܦ, אֲלַף et יְלַף, ࠀࠋࠐ id., apud Nasoraeos ܡܠܦ, et ܠܦ (v. Norbergii Lexid. p. 112). In V. T. in uno loco Prov. XXII, 25; 4) *copulavit, sociavit*. Arab. Conj. I. III. IV, unde אֶלֶף mille, familia. Cf. Alb. Schultens. Animadverss. ad Prov. II, 17, qui seriem significationum bene digessit.

Pi. docuit, ut syr. ܐܠܦ, c. duobus accuss. altero pers. altero rei Iob. XV, 5. XXXIII, 33, cum uno, qui ad personam refertur Iob. XXXV, 11. H. l. Part. מַלְּפֵנוּ *edocens nos* more Aramaeorum contractum est e מְאַלְּפֵנוּ, cf. ܡܠܦ Matth. IV, 23. Luc. IV, 15, fem. ܡܠܦܐ Matth. XIV, 8, ܡܠܦܢ doctor Marc. X, 17, ܡܠܦܢܘܬܐ doctrina Tit. 2, 7 Pesch. it. Chald. et Sam. מַלֵּיף ࠌࠋࠐ Deut. IV, 1.

Hiph. (denom. ab אֶלֶף) *millia fecit* vel *protulit, produxit*. Ps. CXLIV, 13: צֹאונֵנוּ מַאֲלִיפוֹת, quae recte Targ. *oves nostrae pariant millia*. Alex. πολυτόκα. Vulg. *uberes foetu*. (Arab. آلف mille fecit).

אַלּוּף adj. m. 1) *familiaris, socius, amicus* (v. rad. no. 1). Prov. XVI, 28. XVII, 9. Micha VII, 5. Ps. LV, 14. אַלּוּף הַנְּעוּרִים *amicus iuventutis* dicitur *maritus* Jer. III, 4. Prov. II, 17 (cf. רֵעַ eodem sensu Jer. III, 20. Hos. III, 1, et apud Arabes صاحب socius it. coniux). — 2) *mansuefactus, cicuratus*. Jer. XI, 19: וַאֲנִי כְּכֶבֶשׂ אַלּוּף יוּבַל לִטְבוֹחַ *et ego eram instar ovis mansuefactae, quae ad mactandum ducitur*. Arabibus, observante Bocharto (Hieroz. T. I. p. 572 ed. Lips.), شاة الوف dicitur de ove ita cicurata, ut lingat vestes educatoris sui. Non multum differunt A. Schultens (ad Prov. II, 17 et in Animadverss. ad h. l.) et J. D. Michaelis, qui agnum assuefactum s. familiarem reddere malunt, quales agnos ad delectationem familiae nutriebant Hebraei (2 Sam. XII, 3). — 3) *bos* i. q. אֶלֶף no. 1, ita dictus tanquam mansuefactus et iugo adsuetus. Sexûs est *masculini epicoeni*, ita ut sub genere masculino etiam de bove femina usurpetur. Ps. CXLIV, 14: אַלּוּפֵינוּ מְסֻבָּלִים *boves nostrae sint gravidae*. — 4) *dux familiae* vel *tribus*, φύλαρχος, φυλάρχης, imprimis de phylarchis Idumaeorum Gen. XXXVI, 15 sq. 1 Par. I, 51 sq., raro Judaeorum Zach. IX, 7. XII, 5. 6, it. generatim de ducibus Jer. XIII, 21: אַתְּ לִמַּדְתְּ אֹתָם עָלַיִךְ אַלֻּפִים לְרֹאשׁ *tu docuisti eos* (Chal-

daeos) *contra te duces* esse et *in caput* tibi i. e. tua ipsius culpa Chaldaeos nunc hostes habes. Alb. Schultens in animadverss. אַלֻּפִים h. l. ironice de amicis interpretari mavult, quod minus placet. Bocharto (Canaan p. 742) est denom. ab אֶלֶף et pr. χιλίαρχος, cui sententiae eatenus adstipulamur, ut a nomine אֶלֶף, sed familiae significatione, illud derivemus. Alb. Schult. (animadverss. ad Prov. II, 17) *dominus* l. *dux* potius a *societate* dictus videtur. „Arabice docti norunt, nihil apud Arabes esse frequentius quam صاحب quod *socium* designat, de *hero*, *domino*, praefecto, rege etiam et imperatore usurpare. صاحب الغنم *socius gregis* est dominus [eius], alicubi [vit. Tim. I. p. 600, lin. 10. ed. Manger.] صاحب البلد *socius urbis* est *praefectus*, صاحب مصر *socius regionis* est *rex*. Putem ex arcta societate, quae praefecto cum subditis intercedit. .... Atque sic apparet, אלוף utramque significationem recipere potuisse." Similis est ratio Lud. de Dieu ad Ps. LV, 14, nos Bochartum sequimur.

אֶלֶף 1) *bos* gen. comm. quemadmodum βοῦς et *bos*, germ. *Rind*. Legitur nonnisi in Plur. אֲלָפִים Ps. VIII, 8. Prov. XIV, 4. Jes. XXX, 24. De bove femina Deut. VII, 13: שְׁגַר אֲלָפֶיךָ *foetus boum tuarum*. XXVIII, 4. 18. 51. Singularem habes in nomine primi elementi *Aleph*, *Alpha* (v. pag. 1). De etymo diximus sub אַלּוּף no. 1.

2) *mille*. (Arab. أَلْفٌ, unde Melit. *elf*, syr. ܐܠܦܐ id.; sed aethiop. አእላፍ: *myriada* designat. Pr. fortasse est *numerorum coniunctio maiorque societas* v. rad. no. 4, et cf. arab. عَشْرٌ decem, عَشَرَ Conj. III. societatem inivit, Conj. VI. consueverunt invicem). Nomina numerata plerumque sequuntur numerale, et nonnulla quidem, quae saepe numeris iunguntur, in singulari, ut אִישׁ Iudd. XV, 16, אַמָּה Num. XXXVIII, 4. Nehem. III, 13, גֶּפֶן Jes. VII, 23, רַגְלִי Num. XI, 21. 1 Sam. IV, 10, alia in plurali, ut אֶלֶף פָּרָשִׁים 2 Sam. X, 18. 1 Reg. X, 26, פְּעָמִים Deut. I, 11, פָּרִים 2 Chron. XXX, 24, alia promiscue, ut כִּכַּר 1 Paral. XIX, 6 et כִּכָּרִים XXIX, 7. Rarius et nonnisi in sequiore Hebraismo nomen praecedit in plurali ex Syriasmo, כְּבָשִׂים אֶלֶף 1 Par. XXIX, 21, XXII, 14. 2 Par. I, 6. Esra I, 9. 10. Cf. *Lehrgeb.* p. 695. 697. 699. Diversa est ratio locutionis אֶלֶף כֶּסֶף *mille* (sicli) *argenti*, de qua v. *Lehrgeb.* p. 700. Haud raro *mille* ponitur pro numero rotundo, eoque maiore Iob. IX, 3. XXXIII, 23. Ps. LXXXIV, 11. XC, 4. CV, 8. Jes. XXX, 17. LX, 22. Ps. L, 10: *bestiae* בְּהַרְרֵי אָלֶף *in montibus millium*, bene Luther. *wo sie bey Tausenden gehen*. — Dualis אַלְפַּיִם *duo millia* praecedit nomen numeratum, quod vel in singulari est Iudd. XX, 45, vel in plurali Jes. XXXVI, 8: in sequiore tamen Hebraismo secundum etiam locum occupat 1 Par. V, 21. — Plur. אֲלָפִים *millia* usurpatur praecedentibus aliis numeralibus a ternario ad denarium, שְׁלֹשֶׁת אֲלָפִים Exod. XXXVIII, 26, עֲשֶׂרֶת אֲלָפִים Iudd. I, 4. IV, 14 et in statu constr. שְׁלֹשֶׁת אַלְפֵי אִישׁ Exod. XXXII, 28. Si maiores praecedunt, אֶלֶף sequitur in singulari, cf. *Lehrgeb.* pag. 697. De numero rotundo longe maximo dicitur אַלְפֵי אֵילִים *millia arietum* Mich. VI, 7, אַלְפֵי רְבָבָה *millia myriadis* i. e. mille myriades Gen. XXIV, 60.

3) *familia* i. q. מִשְׁפָּחָה, quarum plures unam *tribum* (מַטֶּה, שֵׁבֶט) constituebant. (Haec significatio vel a communi societatis notione repetita est, vel a numero millenario, quandoquidem millena fere capita singulae familiae comprehendebant, cf. عَشِيرٌ, عَشِيرَةٌ familia, tribus a numero denario عَشْرٌ. Solent enim orientales populos et exercitus per decurias, centurias et chiliades disponere. Cf. etiam زُرَافَةٌ agmen pec. decem hominum). Iudd. VI, 15. 1 Sam. X, 19. XXIII, 23. רָאשֵׁי אַלְפֵי יִשְׂרָאֵל Num. I, 16. X, 4. Jos. XXII, 21. 30. Unaquaeque familia sedem suam primariam et quasi praefecturam in oppido maiore habuisse videtur, unde Micha V, 1 de urbe Bethlehem: צָעִיר לִהְיוֹת בְּאַלְפֵי יְהוּדָה *minor, quam ut praefecturis Judae annumerari possis*.

4) oppidum tribus Benjamin Jos. XVIII, 28.

אֲלַף chald. Dan. V, 1 et per Hebraismum אֶלֶף VII, 10 i. q. hebr. no. 2. *mille*. Plur. אַלְפִים VII, 10 Chethibh per Hebraismum, sed Keri habet אַלְפִין.

אָלַץ in Kal inusit. Syr. ܐܠܨ *Pe.* et *Pa.* ursit, coëgit, vim fecit, ܐܠܝܨܐ arctus, angustus, Nasoraeis id. Sam. (ל et ר permutatis) ࠀࠓࠑࠌ angustus, ࠀࠓࠑࠌࠉ oppressor (Carm. Sam. V, 7). In V. T. nonnisi in

Pi. in uno loco Iudd. XVI, 16: וַיְאַלְצֵהוּ *et moleste ursit eum*, pro וַיְאַלְּצֵהוּ, vid. *Lehrgeb.* p. 77.

אלשׁ rad. inusitata, cuius analogiam sequuntur haec nomina propria:

אָלוּשׁ statio Israëlitarum in deserto monti Sinai vicino. Num. XXXIII, 13. In Talmude אַלּוּשִׁין appellative sunt *turmae*, et eiusdem nominis memoratur urbs et desertum, cuius situs tamen non definitur. V. Buxtorf. Lex. chald. h. rad. In alia omnia abit Calmetus (Lex. bibl. v. *Alus*), duo diversissima loca, *Elusam* (חֲלוּצָה) in deserto Schur, et *Alusam* prope Nicopolim (v. Euseb. v. Ajalon) cum nostro confundens.

* **אֱלִישָׁה** natio Japhetitarum, stirpis iavaniticae (i. e. graecae) Gen. X, 4 (ubi cod. Sam. ࠀࠋࠉࠔࠄ). 1 Par. I, 7, e cuius regionibus maritimis (אִיֵּי אֱלִישָׁה) purpurae rubrae et caeruleae (תְּכֵלֶת וְאַרְגָּמָן) Tyrum advehebantur Ezech. XXVII, 7. — E vett. Pseudojon. in

Genesi, Syrus Ezechielis et chaldaicus Paralipomenon interpres (v. Beckii not. ad h. l.) *Hellada* reddunt, quod placet etiam J. D. Michaeli (Spicileg. I, p. 79; Iosephus *Aeoles*, Targ. Ezech. *Italiam*, Saad. المصيصة i. e. Mopsvesten Ciliciae. Bochartus (Phaleg III, 4) Peloponnesum intelligit, cuius vetustissima et amplissima regio est *Elis*. Huius nomen toti peninsulae apud Hebraeos tributum esse veri specie non caret (cf. יָוָן Iones de Graecis), et haud scio an idem significare voluerit concinnator Samaritanus אליש scribens, quanquam probari nequit, Elida prae caeteris Graeciae provinciis Phoeniciis innotuisse. Sive Bochartum sequeris, sive Michaelem, id saltem tenendum est, אֱלִישָׁה *Graeciae* esse *terras maritimas*, quarum ambitum et fines ipsi Hebraei probabiliter parum cognitas habebant. Purpuras non in Laconica solum, sed etiam in sinu corinthiaco et in quibusdam maris Aegei insulis repertas esse, Bochartus l. c. abunde probavit. De *insulis purpurariis* extra fretum gaditanum nuper cogitavit Jo. Schulthess (*Paradies* p. 244 sq.), Elisam Mosis vetus Carthaginis nomen fuisse coniiciens, sine probabilitate.

אִם (plerumque sequente Makkeph) A) Coniunctio, eaque 1) maxime conditionalis: *si, quodsi.* (Respondet hoc significatu in dialectis cognatis Arabum إِنْ, Syrorum ܐܶܢ, Samaritanorum ࠀࠌ et ࠀࠍ, Aethiopum እመ፡ Construitur, prout sententia poscit, cum Praeterito vel Futuro. Esth. V, 8: אִם־מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֵי הַמֶּלֶךְ *si inveni gratiam in oculis regis.* Iud. IV, 8: אִם־תֵּלְכִי עִמִּי וְהָלָכְתִּי *si mecum itura es, ibo.* Gen. XXVIII, 20: אִם־יִהְיֶה אֱלֹהִים עִמָּדִי *si Deus mecum erit.* Iob. VIII, 4 sq. IX, 16. 19. XI, 10. XIII, 10. XIV, 7. XXXIII, 5. 23. XXXVI, 11. Nonnunquam eodem commate utraque constructio coniuncta est Nehem. II, 5: אִם־עַל־הַמֶּלֶךְ טוֹב וְאִם־יִיטַב עַבְדְּךָ לְפָנֶיךָ *si regi placuerit, et si gratus est servus tuus coram te.* Cum infinitivo (qui pro verbo finito est) Iob. IX, 27. A particula conditionali לוּ hanc nostram accurate distinguunt Hebraei. Atque haec quidem usurpatur in simplice conditione (*si facis, si fecisti, si facturus es*), ubi utrum aliquid fiat factumve sit an non, in medio quidem relinquitur, at fieri potuisse vel posse non negatur: illa (לוּ), ubi significatur, aliquid non fieri, vel factum esse vel factum iri, vel saltem valde illud incertum neque probabile esse (*si faceres, fecisses*, gr. cum imperf. εἴ τι εἶχεν, ἐδίδου ἄν si haberet, daret). Eadem ratio est particularum إِنْ et لَوْ, observante Silv. de Sacy (gramm. arabe I, §. 885). Vide לוּ. Veris autem linguae hebraeae elegantiis annumerandum est, quod in exsecrationibus et imprecationibus conditionatis pro לוּ (quod forte exspectaveris) ubique est אִם. Ps. VII, 4—6: אִם עָשִׂיתִי זֹאת אִם יֶשׁ עָוֶל בְּכַפָּי׃ אִם גָּמַלְתִּי שׁוֹלְמִי רָע .... יִרַדֹּף וגו׳ *si hoc feci, si scelus in manibus meis, si amico meo feci iniuriam .... hostis me persequatur* cet. Negat quidem psaltes (si finem orationis spectas), se talia fecisse, sed interim et causa nondum cognita in medio illud relinquens et quasi ponens, sibique ipsi poenam gravissimam irrogans, vim exsecrationis mirifice auget. Cf. Ps. LXXIII, 15. CXXXVII, 5. 6. Iob. XXXI, 7 sq. Jos. XXII, 23. Ps. XLIV, 21. — In his, quae exposuimus, exemplis אִם erat ponentis, non concedentis; sed alibi re vera est 2) part. concedendi: *etsi, quamvis.* (Arab. وَإِنْ graec. ἐὰν καί, κἄν). Jes. I, 18. X, 22. Nah. I, 11. Amos V, 22. Iob. IX, 15. 16. 20. 30. Ps. CXXXIX, 8. Iud. XIII, 16. — 3) part. optandi: *o si, utinam* (εἰ γάρ, αἲ γάρ, aethiop. እመ፡ *em*, Ludolf. Lex. p. 334). Constr. c. fut. Ps. LXVIII, 14. LXXXI, 9. XCV, 7. CXXXIX, 19. 1 Par. IV, 10. Exod. XXXII, 32. Semel additur נָא, particula rogandi, Gen. XXX, 27: אִם־נָא מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֶיךָ *utinam gratiam invenissem in oculis tuis.* Alibi iungitur synonymo לוּ, Gen. XXIII, 13: אִם־אַתָּה לוּ שְׁמָעֵנִי *utinam tu me audires*, mihi aurem praeberes. Cf. لَوْ إِنْ, Locm. fab. 22, nisi cum Freytagio legendum لَوْ أَنَّ. (Concinnator samaritanus hoc minus capiens pro לוּ dedit לִי, vid. Comment. de Pent. sam. p. 37). — 4) part. temporis: *quum, dum, quando* (*wenn, wann, quand*). Construitur cum praeterito, quod latine modo plusquamperfecto, modo futuro exacto reddendum est. Jes. XXIV, 13: אִם־כָּלָה בָצִיר *quando finita est vindemia.* Amos VII, 2: וְהָיָה אִם־כִּלָּה לֶאֱכֹל *et cum absolvisset comedere* i. e. cum absumsisset. Jes. IV, 4: אִם רָחַץ אֲדֹנָי אֵת צֹאַת בְּנוֹת־צִיּוֹן *quando abluerit Dominus sordes filiarum Zion.* Gen. XXXVIII, 9. Ps. LXIII, 7. Num. XXXVI, 4. Iob. VIII, 4. XVII, 13. Amos VI, 9. Eadem potestas locum habet in compositionibus, quales sunt עַד אִם *usque dum* Gen. XXIV, 19. Ruth II, 21, et עַד אֲשֶׁר אִם Num. XXXII, 17. Jes. VI, 11. Gen. XXVIII, 15. (Cf. aethiop. እስከ፡ እመ፡ *eska ama* usque dum). — 5) אִם — אִם *sive, sive* (εἴτε, εἴτε; ἐάν τε, ἐάν τε), in locutionibus disiunctivis. (Cf. geminatum *si* Gell. II, 28). Exod. XIX, 13: אִם־בְּהֵמָה אִם־אִישׁ לֹא יִחְיֶה *sive pecus* (fuerit), *sive homo, ne vivat.* 2 Sam. XV, 21: אִם־לְמָוֶת אִם־לְחַיִּים *sive ad mortem, sive ad vitam.* Lev. III, 1. Deut. XVIII, 3. Eccles. V, 11. Iob. XXXVII, 13. Ubi praecedit negatio i. q. *neque, neque.* 2 Reg. III, 14. Haud raro interiecta est copula, אִם־וְאִם Jos. XXIV, 15. Eccles. XI, 3. XII, 14. 1 Reg. XX, 18. Jer. XLII, 6. Ezech. II, 5. (Arab. وَإِنْ — إِنْ sive, sive). — 6) Rarius est *quod, quia*, ut arab. أَنَّ. Gen. XLVII, 18: אִם־תַּם הַכֶּסֶף — אֶל־אֲדֹנִי *quia transiit omne argentum — ad dominum meum.* Jes. LIII, 10: אִם־תָּשִׂים אָשָׁם נַפְשׁוֹ *quia animam suam pro piaculo obtulit.* (De feminino תָּשִׂים

Comment. nostr. ad h. l.). Cf. Exod. I, 16. Gen. XXXI, 52. — 7) Est *negantis*, maxime in formulis iurisiurandi. 2 Sam. XI, 11: חֵי נַפְשֶׁךָ אִם־אֶעֱשֶׂה אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה *per vitam tuam non ego faciam hanc rem.* 1 Sam. XIV, 45. 2 Sam. XIX, 14. XX, 20. Ps. XCV, 11. CXXXII, 3. 1 Reg. I, 51. Neque minus in obtestandi formulis. Cant. II, 7: *adiuro vos*, אִם־תָּעִירוּ וְאִם־תְּעוֹרְרוּ אֶת־הָאַהֲבָה *nolite excitare, nolite suscitare dilectam.* III, 5. Neh. XIII, 25. Ubique tamen in his locutionibus latet significatio primaria *si*, per ellipsin formulae iurandi, qualis exstat 1 Sam. III, 17: כֹּה יַעֲשֶׂה־לְּךָ אֱלֹהִים וְכֹה יוֹסִיף אִם־תְּכַחֵד וגו׳ *ita faciat tibi Deus et ita addat* (i. e. omne malorum genus in te cumulet), *si occultabis* cet. cf. XXIV, 7. 2 Sam. III, 35. Ubi geminatur אִם — וְאִם *non — neque.* 2 Reg. III, 14. Jes. LXII, 8. Nehem. XIII, 25. Raro *negat* citra iusiurandum, Jes. XXII, 14. LXII, 8. Iud. V, 8. Prov. XXVII, 24 (parall. לֹא) 2 Reg. III, 14, cf. إِنْ, quod itidem negat per ellipsin formulae iurandi, cf. Cor. IV, 117. 175. VI, 50. 57. X, 67. 73. XXI, 109. 111. Ibn Doreid v. 69. Schult. exc. ex Hamâsa p. 388. 389 ibique Tauriz. Iungitur etiam aliis negandi particulis, ut مَا إِنْ رَأَيْنَا *non vidimus.* Plenior phrasis est بِٱللّٰهِ إِنْ فَعَلْتُ *per Deum non feci.* (V. de Sacy gramm. arabe I, §. 855). Syris ܠܘ i. q. لَوْ est *non, neque.* Vide infra אִם־לֹא et הַאִם.

B) Adverbium interrogandi: 1) i. q. הֲ interrogativum: *num? an?*, qua significatione Arabes habent أَمْ. Jes. XXIX, 16: אִם־כְּחֹמֶר הַיֹּצֵר יֵחָשֵׁב *num sicut argilla figulus reputabitur?* Longe frequentius usurpatur in interrogatione disiunctiva, ubi praecessit הֲ: *utrum — an; -ne — an*, arab. أَ — أَمْ. Jos. V, 13: הֲלָנוּ אַתָּה אִם־לְצָרֵינוּ *esne nobiscum, an cum hostibus nostris?* 1 Reg. XXII, 15: הֲנֵלֵךְ ... אִם־נֶחְדָּל *ibimusne — an non?* Num. XI, 12. XIII, 20. 2 Sam. XVII, 6. Jes. LXVI, 8. 9. In quaestione bis geminata habes הֲ — הֲ — אִם Iud. XI, 25. Idem est הֲ — וְאִם (*si — sive*). Gen. XVII, 17: *utrum centenario* (proles) *nascetur, an Sara nonagenaria pariet?* quanquam vis copulae in hac locutione non omnino perit, neque integra est disiunctiva ratio. Sed integra est in hoc Iobi, XL, 8. 9: הַאַף תָּפֵר מִשְׁפָּטִי .... וְאִם־זְרוֹעַ כָּאֵל לָךְ *destruesne forte causam meam iustam, an est tibi brachium tanquam Dei?* i. e. poterisne argumentis te iustum meque iniustum demonstrare, an forte vi memet opprimere? Eadem est ratio loci XXXIV, 16, in quo הַאַף — וְאִם pari modo sibi invicem respondent, cf. XXI, 6: הֶאָנֹכִי לְאָדָם שִׂיחִי וְאִם־מַדּוּעַ לֹא־תִקְצַר רוּחִי *estne cum homine mihi sermo, an quare non impatientius agerem?* Egregie LXX. ἢ διὰ τί; וְאִם germanice reddideris: *oder weshalb*, vel quam aliam forte ob causam? — 2) in interrogatione obliqua et post verba interrogandi, explorandi, dubitandi (2 Reg. I, 2): *an, num* (germ. *ob*, angl. *if, whether*). Cant. VII, 13: *videamus*, אִם־פָּרְחָה הַגֶּפֶן *num effloruit vitis*, et disiunctive הֲ — אִם Gen. XXVII, 21. Num. XIII, 20. (Ita *si* pro *num* ap. Liv. XXXIX, 50: quaesisse, *si* evasisset). — 3) pari modo atque הֲ interrogativum in quaestione affirmativa pro *nonne? ecce!* ut *videsne, videtisne* Cic. Sen. 10. Acad. 2, 18 pro *nonne videtis?* (Vide *Lehrgeb.* p. 835. Kimchius id saepissime interpretatur אֱמֶת, adeoque ab אָמֵן decurtatum esse censet, cf. syr. ܠܘ *numquid? nonne?* et arab. إِنَّ *utique, ita.* De — *ne* pro *nonne?* v. Heusing. ad Cic. Off. 3, 17). Hos. XI, 12: אִם־גִּלְעָד אָוֶן אַךְ־שָׁוְא הָיוּ *Nonne* (l. ecce) *Gileaditis iniquitatis plena* cet. אִם est i. q. אַךְ in altero hemistichio. Syr. omittit particulam. Iob. XVII, 13: אִם־אֲקַוֶּה שְׁאוֹל בֵּיתִי *ecce! exspecto orcum domum meam.* V. 16. XIX, 5. Nonnunquam eodem significatu praecedit הֲ. Jer. XXXI, 20: הֲבֵן יַקִּיר לִי אֶפְרַיִם אִם יֶלֶד שַׁעֲשֻׁעִים *nonne filius carus mihi Ephraim, nonne puer deliciarum?* Chald. recte הֲלָא, Syrus utramque particulam omittit. Prov. III, 34 (LXX. Vulg. Chald. omittunt אִם). In aliis locis, quae huc retulit Noldius (concordant. partic. pag. 66), velut Gen. XLVII, 18. Ps. CXXXIX, 19, hic significatus vel plane non, vel saltem haud necessario (Iob. XXXIX, 13 al. 16) adhibendus est, cf. tamen Vindicias pag. 408. De necessitudine quadam inter אִם, إِنْ *an, si* et הֵן, הִנֵּה *ecce!* vide sub הֵן et praecipue 2 Par. VII, 13. — 4) in interrogatione obliqua: *an non.* Esth. IV, 14.

Componitur cum aliis particulis sive separabilibus, sive inseparabilibus, ut 1) הַאִם pr. *anne?* sed legitur nonnisi in interrogationibus affirmativis (ut אִם B, 3) pro *nonne?* Num. XVII, 28: הַאִם תַּמְנוּ לִגְוֹעַ *nonne consumemur exspirando?* i. e. nonne ad unum omnes exspirabimus? (Chald. Syr. Saad. *ecce.* LXX. Vulg. simpliciter interrogative reddunt. Sam. [illegible] *an verum quod?* Sed illud praeferendum, cf. Vers. 27). Iob. VI, 13: הַאִם אֵין עֶזְרָתִי בִי *nonne* ita? *mihi non superest auxilium.* Hier. Syr. *ecce.* — 2) אִם־נָא v. נא — 3) אִם־לֹא a) *si non, nisi* Gen. XXIV, 8. Ps. VII, 13, *an non* Gen. XVIII, 21, *nonne?* Jes. X, 9, quae intelliguntur ex partibus. b) Quemadmodum אִם post iurandi formulas negat (vide A, 7), ita אִם־לֹא fortiter affirmat et asseverat Num. XIV, 28. Jos. XIV, 9. Jes. XIV, 24. Ezech. XVII, 19, etiam in obtestationibus sine iureiurando Num. XIV, 35. Iob. I, 11. II, 5. XVII, 2. XXII, 20. XXX, 25. XXXI, 36. Jes. V, 9. Jer. XXII, 6. 1 Reg. XX, 23 cet. — c) Aliquando est *affirmantis* post negationem i. q. כִּי אִם *sed, sondern.* Gen. XXIV, 37: *non dabis uxorem filio meo e filiabus Cananitarum* .... 38: אִם־לֹא אֶל־בֵּית־אָבִי תֵּלֵךְ *sed familiam patris mei adibis* cet. Ita explica Ps. CXXXI, 1. 2 et Ezech. III, 6.

I. אָמַה rad. inusit. i. q. חָמָה. Inde

אָמוֹן i. q. הָמוֹן *multitudo* populi. Jer. LII, 15.

אָמִי N. pr. v. sub אָמוֹן rad. אָמַן no. 2.

II. **אָמָה** f. c. Suff. אֲמָתִי, אֲמָתוֹ Plur. אֲמָהוֹת Gen. XXXI, 33. 2 Sam. VI, 22, constr. et cum Suff. אַמְהוֹת, אַמְהֹתָיו 2 Sam. VI, 20. Iob. XIX, 15 (vide not.) *ancilla, serva.* (Arab. أَمَةٌ Plur. إِمَآءٌ, أَمَوَاتٌ, إِمْوَانٌ, syr. ܐܡܬܐ plur. ܐܡܗܬܐ, chald. אַמְתָא, rarius אַמְהוּ et c. Suff. אַמְהָתִי Iob. XXXI, 13 Targ., plur. אַמְהָתָא, sam. ࠀࠌࠄ, aethiop. አመት፡ plur. አእማት፡ id. cf. ex reliquiis phoeniciis nom. pr. אמתעשתרת *ancilla Astartes* inscr. Cit. 2 s. Oxon. lin. 3). Gen. XXI, 10. Deut. XII, 12 cet. In colloquio cum nobilioribus et cum rege mulieres pro primae personae pronomine substituunt אֲמָתְךָ *ancilla tua* (cf. עֶבֶד, אָדוֹן) 1 Sam. XXV, 24 sq. 2 Sam. XIV, 15. 17. 1 Reg. I, 13. 17. III, 20, neque aliter ubi Deum alloquuntur 1 Sam. I, 11. בֶּן־אָמָה *filius ancillae* pro servo Ps. LXXXVI, 16. CXVI, 16 (parall. עֶבֶד), etiam in pedestri sermone Exod. XXIII, 12. *Ancillae Ninives* Nah. II, 8 nescio an simpliciter *mulieres* eius, alibi *filiae urbis* vocatae.

Not. 1. Fuerunt, qui vocabulum nostrum referrent ad rad. אָמָה, أَمَا *inito pacto addixit*, et singularem אָמָה e pleniore forma אַמְהָה, quae in Chaldaismo aliquoties comparet, contractam esse existimarent. At pro certo habendum est, illud ה insertum esse et additicium, more Syrorum, qui substantivis primitivis et monosyllabis in plurali formando hanc litteram annectunt, v. ܐܒ pater, ܐܒܗܐ; ܐܡܐ mater, plur. ܐܡܗܬܐ, arab. أُمَّهَاتٌ, rabb. אִמָּהוֹת; ܚܡܐ socer, ܚܡܘܗܝ; ܐܝܕܐ manus, ܐܝܕܗܬܐ; ܫܡܐ nomen, ܫܡܗܐ; ܚܛܗܐ peccatum, ܚܛܗܝ, rarius etiam bisyllabis, ut אִבּוּל pl. אִבּוּלְהָתָא granaria Jer. L, 26 Targ. In cunctis hisce exemplis de radice לה ne cogitari quidem potest: quanquam in quibusdam ex plurali illo diductiore nova singularis numeri forma derivata est, ut ܚܛܗܐ peccatum, et chald. אַמְהָה. Quemadmodum Syri littera ה, ita Arabes litteris Waw et Je hoc modo inserendis delectantur. V. s. v. אָב not. 1. et *Lehrgeb.* p. 530. Recte Abulwalides: عسى ان تكون الها مزيدة عند علما العرب في قولة امهات *probabiliter He est additicium, ut secundum doctores Arabum in voce* أُمَّهَاتٌ *matres.* — Habent Arabes etiam verbum لو mobilis, أَمَا *ancilla fuit, servit,* unde vero substantivum nostrum non magis repetendum est, quam ab ابا. E contrario hocce verbum manifesto a nomine derivatum est, non vice versa.

Not. 2. Quotiescunque Pluralis אמהות in Pentateucho extat, toties concinnator samaritanus manum emendatricem ei admovit, Gen. XX, 18. Deut. XX, 12 scribens אמות, Gen. XXXI, 33 שפחות. Formam, utpote a norma grammatica alienam, suspectam habuisse videtur.

אָמַל vel **אָמֵל** *languit, flaccidus fuit.* (Affine est אָבַל luxit. Apud Arabes أَمَلَ cognatam habet *sperandi* potestatem: qui enim spe et desiderio conficiuntur, languent et tabescunt. Cf. נִכְסַף pallidus fuit it. desideravit, et כָּלָה. Scheidius in observatt. etym. huius, ut plerorumque verborum originem quaerit in *tensione,* quae quam nugatoria sint, non est quod demonstremus). In Kal nonnisi semel. Part. pass. Ezech. XVI, 30: מָה אֲמֻלָה לִבָּתֵךְ *quam languidum* i. e. libidine aegrum *est cor tuum.*

Pyl. אֻמְלַל 1) *languit* pr. de plantis Jes. XXIV, 7. Joel I, 12, de agris et montibus Jes. XVI, 8. Nah. I, 4, de homine aegroto Ps. VI, 3, ubi אֻמְלַל est pro מְאֻמְלָל, cf. *Lehrgeb.* p. 316. — 2) *tristis fuit,* Jes. XIX, 8. Hos. IV, 3. 1 Sam. II, 5, tristem aspectum praebuit, de terra vastata Jes. XXIV, 4. XXXIII, 9. Jer. XIV, 2, de moenibus dirutis Thren. II, 8. LXX. vertunt ἀσθενέω, ἀσθενὴς εἰμι, ἐκλείπω, πενθέω. Saepissime iungitur verbo אָבַל. Legitur nonnisi in sermone poëtico. Sed pedestris sermonis est

אֻמְלָל m. *languidus, debilis* Neh. III, 34. Vocabula huius formae syriaca dabit Agrell in otiolis syr. p. 38.

אָמַם verbum Hebraeis inusit. Arab. *praeivit exemplo suo, docuit,* imprimis *sacra,* med. Kesr. *mater fuit* (denom. ab أُمّ) it. *propinquus fuit.* A prima illa significatione est إِمَام antistes sacrorum, a tertia أُمَّةٌ populus. Atque hic *propinquitatis* significatus diversae originis, et radici עמם affinis esse videtur. Huius verbi analogiam sequitur

אֵם st. constr. אֵם c. Suff. אִמִּי pl. אִמּוֹת f. *mater.* (Arab. أُمّ et إِمّ, aeth. እም፡ melit. *omm,* aram. אִמָּא, ܐܡܐ, ࠀࠌࠀ id.). אָב וָאֵם *pater et mater* de utroque parente, cui designando commune nomen non habent Hebraei. (Arabes أَبَوَانِ uterque pater, et أُمَّانِ utraque mater). Iud. XIV, 17. Ps. XXVII, 10. Esth. II, 7. Ezech. XXII, 7 cet. — בֶּן אִמִּי *frater meus uterinus* Gen. XLIII, 28. Iudd. VIII, 19 (coll. Exod. XVIII, 19) et

poët. בְּנֵי אִמִּי *fratres mei* universe Gen. XXVII, 29. Ps. L, 20. LXIX, 9. Cant. I, 6. Cf. Cor. Sur. 7, 150 ubi Aharon Mosen alloquitur: ابن أمّ *o fili matris.* — In vita communi et ubi maiore accuratione opus non erat, etiam *noverca* dicta est mater Gen. XXXVII, 10 (coll. XXXV, 16 sq.), quae accuratius vocanda erat אֵשֶׁת אָב. Matris vero nomen latius patet et usurpatur etiam 1) de *avia* 1 Reg. XV, 10, et universim de parente procreatrice Gen. III, 20: אֵם כָּל־חָי. — 2) metaph. de *ea, quae beneficiis de aliis meretur,* Iudd. V, 7: עַד שַׁקַּמְתִּי ... אֵם בְּיִשְׂרָאֵל *donec surgerem ego ... mater in Israël.* Cf. אָב no. 3. Potest tamen *mater* h. l. alio quoque flexu de femina principe intelligi, coll. arab. أُمّ ٱلْقَوْم praefectus populi. — 3) adhibetur *interiori cuidam necessitudini designandae,* Iob. XVII, 14 (cf. אָב no. 6). — 4) Per *προσωποποιΐαν* gens aliqua dicitur *mater* Jes. L, 1. Jer. L, 12. Ezech. XIX, 2, ubi iudaici interpretes recte universum populum, alii Davidis familiam aut Hierosolymam intelligunt. Hos. IV, 5: *et exscindam matrem tuam* i. e. universum populum. Chald. כְּנִישְׁתְּכוֹן. Hier. coll. Matth. XXIII, 37: „Mater vocatur populi frequentia et omnis turba nationis hebraeae ad quam loquitur; filii autem vel singuli e populo vel per oppida villasque dispersi.“ Cf. בְּנֵי עַמִּי filii populi mei i. e. populares mei, et s. v. אַלְמָנָה. — 5) *mater viae* est *bivium,* pr. fons et caput viarum (alibi רֹאשׁ דֶּרֶךְ) Ezech. XXI, 26. Arab. أُمّ est radix, principium rei, أُمّ الرَّأْس, syr. ܐܡܐ ܕܪܫܐ vertex qs. bivium capitis, sed أُمّ ٱلطَّرِيق est via regia. — 6) i. q. אַמָּה *metropolis, urbs insignis* et *primaria,* quanquam non capitalis. 2 Sam. XX, 19: עִיר וְאֵם בְּיִשְׂרָאֵל *urbs et mater in Israële.* Ita in nummis phoeniciis Laodiceae (לצר אם בכנען v. Comment. ad. Jes. I, p. 735), Tyri (לצר אם צדנם i. e. Tyri metropoleos Sidoniorum l. c. pag. 755) et Sidonis (אם כבר mater regionis, v. supra p. 66); apud Arabes أُمّ v. c. بغداد ام الدنيا *Bagdad metropolis mundi* (Schult. ind. geograph. v. Bagdad), أُمّ القُرَى *mater urbium* de Mecca Cor. VI, 92. XXVIII, 59. XLII, 5, Har. 5, p. 128 ed. Schult., pl. اُمّهات metropoles vit. Tim. I p. 256, cf. Abulf. Syria p. 80 de Caesarea: كانت من امهات المدن *erat ex matribus civitatum;* Melit. *om yl blyd* (ام البلاد) metropolis regionis; Nasor. ܡܐܬܐ Norberg. Lexid. p. 127 (nisi hoc potius est pehlevicum *mata* oppidum). Ita *μήτηρ* de metropoli Callim. fr. 112, et *mater* Flor. 3, 7. 18. Ammian. 17, 13. — 7) Metaph. *mater* dicitur de *terra,* omnium hominum matre. Iob. I, 20: *nudus egressus sum ex gremio matris meae, et nudus eodem reversurus sum.*

Etymologicae eorum, qui *matrem* a *praecedendo* vel adeo a *tensione* dictam volunt, nugae legi possunt apud Scheidium in observatt. etym. et alios, de quibus singulatim referre taedet. Vocabulum primitivum esse, supra monuimus s. v. אָב not. 1 (p. 8, A). Exemplis ibi laudatis addi possunt aegypt. ⲘⲀⲨ mater, gr. *μαῖα.*

אַמָּה pr. i. q. אֵם, sed nonnisi metaphorice usurpatum (cf. melit. *omm* mater, *omma* truncus, arboris radix primaria, ut *mater* Virg. Georg. 2, 23) de *principio, capite, origine* et *fundamento* rei. Spec. 1) est *mater brachii* i. e. pars brachii anterior, *cubitus, ulna.* Deut. III, 11: אַרְבַּע אַמּוֹת ... בְּאַמַּת אִישׁ *quatuor cubiti ... mensura cubiti virilis* (Aethiop. እመት: cubitus, tanquam pars brachii, Ludolfi Lex. p. 337). Brachii parte anteriore populi longe plurimi utebantur ad mensuram. Inde אַמָּה factum est 2) mensurae vocabulum: *ulna, cubitus.* Cf. praeter has ipsas voces latinas germ. *Elle* pr. brachium usque ad ulnam (*Ellenbogen*) gr. *πῆχυς* et *πυγών* pr. brachium anterius Herod. 2, 175, arab. بَاعٌ, ذِرَاعٌ, pers. گز, aethiop. እመት: (cf. Seetzen in v. Zach *Correspond.* XX p. 549), quae vocabula cuncta brachium et ulnam notant, it. aegypt. ⲘⲀϨⲒ c. art. ⲠⲘⲀϨⲒ (Deut. III, 11. Kircheri ling. aegypt. restituta p. 77, unde repetitum esse hebraeum אַמָּה de Sacii est opinio in Descr. de l'Egypte VI, 39). Ulnarum numerandarum ratio haec est: אַמָּתַיִם *duae ulnae* Exod. XXV, 10. 17. שָׁלֹשׁ אַמּוֹת XXVII, 1, atque ita usque ad denarium numerum, sed in sequiore Hebraismo אַמּוֹת שָׁלֹשׁ 2 Par. VI, 13; cum numeris denario maioribus in antiquiore Hebraismo hunc in modum: חֲמִשִּׁים אַמָּה Gen. VI, 15, in sequiore חֲמִשִּׁים אַמּוֹת Ezech. XLII, 2 vel אַמּוֹת עֶשְׂרִים 2 Par. III, 4. Praeterea omnis generis numeralibus et in utroque Hebraismo iungitur intercedente בְּ: אַרְבַּע־בָּאַמָּה *quatuor ad ulnam* i. e. quatuor ulnae, מֵאָה בָאַמָּה *centum ulnae,* Exod. XXVII, 9. 18. XXXVI, 15. XXXVIII, 9. 11. 12. 1 Reg. VI, 3. Ezech. XL, 5. Zach. V, 2 cet. Vide *Lehrgeb.* p. 695 sq. et cf. aethiop. *ducenta* ፪፻እመት: i. e. ducentae ulnae, lib. Hen. ms. VII, 12, it. Luc. XVI, 6 ubi graeca *ἑκατὸν βάτους ἐλαίου* Aethiops reddit: ምእት: በመስፈርት: ባጦስ: ቅብእ: *centum ad mensuram bati olei.* — Ulnam Hebraeorum vulgarem *sex palmos* i. e. 24 digitos habuisse, et a brachii curvatura ad extremos usque digitos computatam esse, tam certum est, quam quod certissimum, neque ulla est eorum, qui *quatuor* tantum palmas ulnae tribuunt, auctoritas, ut J. D. Michaelis in Supplemm. p. 94. Jahnii (Archaeol. I, 2 p. 36). *Sex* enim *palmorum* (*ἑξαπάλαιστος*) erat ulna vulgaris asiatica et aegyptiaca (vide Herod. II, 149. 168 et cf. prae caeteris Girard mémoire sur le nilomètre d'Eléphantine et les mesures égyptiennes, Descr. de l'Egypte VI, p. 26 sq. it. delineationem antiqui cubiti in ruinis Memphidis effossi et in museo Taurinensi asservati

in *Journal des Savans* 1822 p. 704, cum commentario Gosselinii ibid. pag. 745), regia vero Babyloniorum et fortasse Persarum ulna uno palmo (aut quatuor digitis latis) vulgarem excedebat. Herod. I, 178: ὁ δὲ βασιλήϊος πῆχυς τοῦ μετρίου ἐστὶ πήχεος μέζων τρισὶ δακτύλοισι, cf. Lucian Catapl. 16. Hanc maiorem et regiam ulnam Hebraei in exilio adoptasse videntur, eoque referendus locus Ezech. XL, 5: שֵׁשׁ אַמּוֹת בָּאַמָּה וָטֹפַח i. e. *sex ulnae secundum ulnam, quae palmo maior est, quam vulgaris.* XLIII, 13 (cf. 2 Par. III, 3, ubi diserta mutatae mensurae iniicitur mentio et Ezech. XLI, 8, it. quae notavimus s. v. אַצִּיל). Septem palmis constat Nilometri mensura, in ulna vero aegyptiaca modo memorata utraque ratio notata est. Continet enim digitos 28 i. e. 7 palmos, ita tamen ut quatuor ultimi peculiari modo notati addititii sint et aliud mensurae genus manifesto designent. Totius ulnae longitudo est 0^m, 520 mensurae gallicae recentioris, i. e. unius pedis, septem digitorum et 10, 58 linearum mensurae rhenanae. *Sex* etiam palmis constat Romanorum cubitus (Vitruv. 3, 1), idemque de iudaico Rabbini certe asserunt (v. Maimonides et Bartenora ad Mischna Massech. cap. 1), quos inter tamen ii nequaquam audiendi, qui praeter legitimam sex palmorum ulnam vulgarem quinque palmorum extitisse coniiciunt somniantve, non probant (v. Carpzov. apparat. ad antiqu. s. cod. p. 676). — Josephus (Archaeol. VI, 9 §. 1), ad quem provocat Jahnius l. c., de longitudine ulnae nihil habet, sed, ut hyperbolen de Goliatho sex ulnas longo mitiget, pro arbitrio quatuor ulnas substituit. Arabum antiquiorum cubitum 32 digitorum fuisse, recentiorum nonnisi 24 esse tradit Abulfeda in Prolegomm. operis geographici (cf. Koehler prolegg. ad Abulf. Syriam fol. 3). — Metaph. Jerem. LI, 13: בָּא קִצֵּךְ אַמַּת בִּצְעֵךְ *venit finis tuus, mensura rapinae tuae* i. e. tempus, quo Deus nefando quaestui tuo modum et mensuram posuit. Cf. etiam Carpzovium l. c.

3) i. q. אֵם no. 6 *metropolis.* 2 Sam. VIII, 1: וַיִּקַּח דָּוִד אֶת־מֶתֶג הָאַמָּה מִיַּד־פְּלִשְׁתִּים *et sumsit Davides frenum metropoleos e manu Philistaeorum* i. e. metropolin Philistaeorum sibi subiecit. Proverbialis est locutio, cui simillimam habent Arabes: *tradidit capistrum suum alicui* i. e. arbitrio eius se permisit. Schult. ad Iob. XXX, 11: „Har. Cons. IV [p. 24 Schult. p. 36 de Sacy]: لا أُعْطى زِمَامى لِمَنْ يُخفِرُ ذِمَامى *non trado capistrum meum ei, qui clientelam meam prodit.* Hist. Tamerl. p. 243 [ed. Gol. II, 228 Mang.]: ..... قابضين زمامها *earum* (regionum) *capistrum retinentes*, et pag. 122: لم يسلم لايدكوا زمامه *non tradidit Ydgovo capistrum suum* i. e. obedientiam et reverentiam ei praestare noluit." Adde has locutiones: *tradere alicui* زمام قياده *capistrum funis sui* vit. Tim. I, 50, et دخول في ربقة الطاعة *ingredi in funem obedientiae* ibid. I, p. 92. In loco parallelo 1 Chron. XVIII, 1 pro מֶתֶג הָאַמָּה legitur גַּת וּבְנֹתֶיהָ (urbs) *Gath et oppida circumiacentia.* Etenim auctor Paralipomenon more suo locum difficilem emendaturus vel explicaturus aut pro *metropoli* dedit Gath, quae in urbibus Philistaeae primariis erat, reliqua de suo addens, aut ex voce מֶתֶג aliter fortasse scripta eliciuit גַּת. Alias id genus mutationes arbitrarias vide *Geschichte der hebr. Sprache* p. 41. Vulg. *frenum tributi.* E recentioribus alii *frenum brachii* reddunt (cf. אַמָּה no. I), locumque de tota Philistaea subiecta interpretantur: at frenum non brachio alligatur, sed ori immittitur. Magis placuerit Danzii אֻמָּה legentis coniectura (in Diss. ad Gen. I, 26): quanquam non est quod vulgarem scripturam sollicitemus. Varia interpretum in utroque quem tractavimus loco inter se conciliando frustra laborantium conamina v. in Glassii philol. sacra ed. Dathe p. 783.

4) *fundamentum.* Jes. VI, 4: אַמּוֹת הַסִּפִּים *fundamenta liminum.* Cf. أَمَّات, أُمَّهَات radices, principia, talmud. אַמַּת רֵיחַיָּא basis lapidum molarium. Bene Saad. et Abulwalides: ملابن i. e. *lateres s. lapides quadrati.* Intelligitur enim fundamentum e lapidibus structum. Male LXX. Vulg. *superliminaria.*

5) N. pr. collis in via quae Gibeonem ducit 2 Sam. II, 24.

אַמָּה l. אַמָּא plur. אַמִּין f. chald. *ulna, cubitus.* Dan. III, 1. Esra VI, 3. Ita in Targg. Exod. XXV, 10. Ezech. XL, 5. — Syr. ܐܡܐ, ܐܡܬܐ; plur. ܐܡܝ̈ܢ Joh. XXI, 8 Pesch. id.

אֻמָּה f. *populus*, arab. أُمَّة populus, praecipue unius instituti, legis et religionis, aram. אֻמְּתָא, ܐܘܡܬܐ id. Cf. rad. no. 3. Legitur tantum in plur. אֻמּוֹת Gen. XXV, 16. Num. XXV, 15, et אֻמִּים Ps. CXVII, 1. Syr. ܐܘܡܬܐ.

אֻמָּה chald. f. id. Dan. III, 29. Plur. אֻמַּיָּא emphat. אֻמַּיָּא Dan. III, 4. 7. V, 19. VII, 14. Esr. IV, 10.

I. אָמַן 1) pr. *fulcivit, sustentavit.* Hinc אַמָּה columna, אָמָן, אָמוֹן structor, opifex ab *erigendo* et struendo dictus, et in verbo *brachio sustentavit* s. *gestavit* parvulum, *fovit* et *curavit* eum. Propriam potestatem habes Num. XI, 12: כַּאֲשֶׁר יִשָּׂא הָאֹמֵן אֶת־הַיֹּנֵק *quemadmodum nutricius fert lactentem*, et Thren. IV, 5: הָאֱמֻנִים עֲלֵי תוֹלָע *qui in coccino gestati sunt* (cf. Niph. no. 1). Hinc אֹמֵן παιδαγωγός puellum gestans et curans Num. l. c. Jes. XLIX, 23, it. *tutor* et altor Esth. II, 7. 2 Reg. X, 1. 5 (cf. כִּלְכֵּל sustentavit et *aluit*), fem. אֹמֶנֶת *nutrix*, educatrix Ruth IV, 16. 2 Sam. IV, 4, unde Bocharto (Hieroz. I, 630) *Amalthea* est nutrix pro Amanthea. (In lingua arabica hic significatus est sub rad. affini مان med. Waw *sustentavit, aluit* suos i. q. hebr. סָמַךְ, כִּלְכֵּל).

2) intrans. med. E. *fultus est* hinc *firmus*, *inconcussus* fuit, talisque, quo tuto aliquis *inniti* possit, metaph. *fidus fuit*. Part. pass. אֱמֻנִים *fidi*, *πιστοί*, pr. fulti. Ps. XII, 2. XXXI, 24. Cf. סָמוּךְ Jes. XXVI, 3. Vim propriam habent Arabes in أَمُونٌ camela firma, non caespitans Taraph. 12, translatam in أَمِينٌ firmus, fidus, constans, أَمُنَ fidus fuit; أَمِنَ est: nixus et confisus est super aliquo c. c. على, أَمِنَ fidem habuit, securus fuit, aethiop. አመነ: fidem habuit, credidit it. affirmavit (verum esse dixit), quas notiones Hebraei coniugatione Hiphil exprimunt. Eadem significationum series est in rad. وثق med. O. firmus, stabilis, constans fuit, med. A. fretus est, fidem habuit, Conj. III. foedus iniit (cf. אֲמָנָה).

Niph. 1) *fulciri*, *brachiis gestari* parvulorum instar. Jes. LX, 4. Cf. Kal no. 1. — 2) *fundatus*, *firmus*, *stabilis* fuit, v. c. de domo. 1 Sam. II, 35: בָּנִיתִי לוֹ בַּיִת נֶאֱמָן *aedificabo ei domum stabilem* i. e. dabo ei posteritatem duraturam et perennem. XXV, 28. 2 Sam. VII, 16. 1 Reg. XI, 38; de loco firmo, in quo haereat clavus Jes. XXII, 23. 25; de conditione firma et stabili. VII, 9: אִם לֹא תַאֲמִינוּ כִּי לֹא תֵאָמֵנוּ *si fidem non habebitis*, *stabiles non eritis* i. e. in terra vestra non manebitis in exilium ducendi. Juda ben Karisch: ان لم تؤمنو وتصدّقو فانكم لم تطمانو *nisi fidem habetis, non quieti s. securi eritis*. — 3) *diu duraturus*, *perennis fuit*, de posteritate (vide no. 2), de aqua perenni (cui opponitur אַכְזָב aqua fallax q. v.) Jes. XXXIII, 16. Jer. XV, 18, de morbis diuturnis Deut. XXVIII, 59, de foedere duraturo Ps. LXXXIX, 29, cf. 38. Jes. LV, 3: חַסְדֵי דָוִד הַנֶּאֱמָנִים *beneficia Davidis* (i. e. Davidi promissa) *duratura*. (Syr. ܡܗܝܡܢܐ perseverans, perpetuus, ܡܗܝܡܢܘܬܐ perpetuitas, aeternitas, ܡܗܝܡܢܐܝܬ iugiter, semper). — 4) metaph. *fidus*, *fidelis*, *certus* fuit, talis *cui inniti possis*, de servo 1 Sam. XXII, 14. Num. XII, 7 (cf. Anecdd. orient. I, p. 49), nuntio Prov. XXV, 13, teste Jer. XLII, 5. Jes. VIII, 2, sacerdote 1 Sam. II, 35, propheta III, 20, de Deo promissorum memore et foedera servante Deut. VII, 9. Jes. XLIX, 7. Hos. XII, 1. — Ps. LXXVIII, 8: לֹא נֶאֶמְנָה אֶת־אֵל רוּחוֹ *Deo non fidus erat animus eius* (cf. תָּמִים עִם אֵל, שָׁלֵם עִם אֵל). Neh. IX, 8. Ps. LXXVIII, 37: לֹא נֶאֶמְנוּ בִּבְרִיתוֹ *fidi non erant foederi eius*. In eandem sententiam absol. קִרְיָה נֶאֱמָנָה *urbs* (Deo) *fida* Jes. I, 21. 26. Ps. CI, 6. Part. נֶאֱמָן *probus*, *integer*, *candidus*. Prov. XI, 13: נֶאֱמַן־רוּחַ *qui animi integri est*, germ. *der es ehrlich meint*. XXVII, 6: נֶאֱמָנִים פִּצְעֵי אוֹהֵב *proba sunt vulnera amici* i. e. ex animi candore profecta, *ehrlich-gutgemeint*. Vulneribus autem significantur correptiones severiores. It. *spectatae sapientiae* homo. Iob. XII, 20: *aufert labium* לְנֶאֱמָנִים *sapientissimis* pr. iis, quorum verbis nemo non fidem habet, cf. 1 Sam. III, 20. — 5) *verum*, *certum esse* Hos. V, 9, de verbo Dei Ps. XIX, 8. CXI, 7; *verum inveniri*, *compleri*, *confirmari* Gen. XLII, 20. 1 Reg. VIII, 26: יֵאָמֶן נָא דְבָרֶיךָ *impleantur verba tua* i. e. promissa tua. 1 Par. XVII, 23. 2 Par. I, 9. VI, 17.

Hiph. הֶאֱמִין pr. *pro firmo habuit*, hinc 1) *innixus* est rei l. re. Jes. XXVIII, 16 de lapide: הַמַּאֲמִין לֹא יָחִישׁ *cui qui innititur non aufugiet*. — 2) *pro fido et tuto habuit*, *fidem habuit* alicui, *confisus est*. Semel c. c. acc. c. inf. Iud. XI, 20: וְלֹא־הֶאֱמִין סִיחוֹן אֶת־יִשְׂרָאֵל עֲבֹר *pro tuto non habebat Sihhon*, *Israëlem transire* i. e. non ita confidebat Israëlitis, ut transitum iis concederet: alibi semper cum בְּ (ut arab. آمَنَ c. ب fidem habuit, impr. Deo). Iob. IV, 18: הֵן בַּעֲבָדָיו לֹא יַאֲמִין *ecce servis suis fidem non habet*. XV, 15. XXXIX, 12. 15. Ps. LXXVIII, 22. 32. CXIX, 66. 1 Sam. XXVII, 12. הֶאֱמִין בַּיהוָֹה Deo fidem habuit Gen. XV, 6. Exod. XIV, 31. Jon. III, 5; לֹא יַאֲמִין בְּחַיָּיו vitae suae non fisus est i. e. vitae timuit Deut. XXVIII, 66. Iob. XXIV, 22. — 3) *credidit*, absol. Jes. VII, 9, plerumque cum לְ pers. et rei Gen. XLV, 26. Exod. IV, 1. 8. 9. Prov. XIV, 15. Ps. CVI, 24. Jes. LIII, 1. Jer. XL, 14. 1 Reg. X, 7 cet. vel sequ. כִּי Exod. IV, 5. Iob. IX, 16; it. cum inf., ubi verbum ad *sperandi* potestatem prope accedit Iob. XV, 22: לֹא־יַאֲמִין שׁוּב מִנִּי־חֹשֶׁךְ *non credit* (sperat), *se e tenebris* (terroribus) *evasurum*. Ps. XXVII, 13. — 4) fortasse intrans. ut saepe Hiphil in sermone poetico, *constitit firmus*. Iob. XXXIX, 24 de equo bellatore: לֹא־יַאֲמִין כִּי קוֹל שׁוֹפָר *non consistit firmus*, *ubi tubae vox* sc. audita est. Virg. Georg. 3, 83: si qua sonum procul arma dedere *Stare loco nescit*. Ita Bochartus (Hieroz. I, p. 149), coll. aram. ܡܗܝܡܢ, מְהֵימַן i. q. נֶאֱמָן stabilis, firmus Deut. XXVIII, 59 Targ. 1 Sam. II, 35 Pesch. E vulgari linguae usu, quem sequuntur Kimchi et Aben Esra, interpretandum esset: ita exoptat pugnam, ut *vix credat* suisque auribus confidat prae gaudio, ubi tandem *auditur classicum*, cf. similia loca IX, 16. XXIX, 24. Ps. CXXVI, 1. Gen. XLV, 26.

Not. Pro formis futuri יַאֲמִינוּ Exod. IV, 1. 5. 8. 9 (bis). XIV, 31. XIX, 9. Num. XIV, 11, תַאֲמִין Deut. XXVIII, 66 et part. מַאֲמִינִים Deut. I, 32 Cod. Sam. singulari constantia defectivam dat scripturam יאמנו, תאמן, מאמנים, qua in re nescio an non aliud consilium secutus sit, quam ut has formas ad suae dialecti normam revocaret.

II. אָמַן Hiph. הֶאֱמִין i. q. הֵימִין *dextrorsum se convertit*, א et י inter se permutatis (pag. 2, B) Jes. XXX, 21.

אֲמַן chald. in Pe. inusit. *Aph.* הֵימַן (in Targg. הֵימִין) *confisus est* c. c. בְּ Dan. VI, 24, ut syr. ܗܝܡܢ ܒ. Retinuit lingua aramaea ה characteristicum Hebraeorum pro א, ne Aleph bis positum collideret. Part. pass. מְהֵימַן

fidus, fidelis, certus, de viro Dan. VI, 5, de interpretatione II, 45. Syr. et Sam. ܡܗܝܡܢܐ, id., adeoque arab. (e Syriasmo) مهيمن testis fidus.

I. אָמוֹן m. 1) *opifex, architecta* i. q. אֹמֵן, in loco impedito Prov. VIII, 30 de sapientia hypostatica: וָאֶהְיֶה אֶצְלוֹ אָמוֹן *eique* (Deo) *aderam* (in mundo creando) *opifex*. Vocabulum, alterius sexus formam procul dubio non admittens, ἐπικοίνως positum est de sapientiae hypostasi, ut מֵת Gen. XXIII, 4 sq. de femina mortua, et angl. *a servant, a teacher, a friend* etiam de ancilla, magistra, amica. Ita Plin. II, 1: *Artifex omnium natura.* Cic. in Orat. 48: *consuetudo artifex suavitatis.* Quinct. II, 15: *rhetorica persuadendi opifex.* LXX. ἁρμόζουσα. Vulg. *cúncta componens.* Syr. ܡܬܩܢܢܐ. Alii ut Noldius (ad Concord. part. p. 1884) et C. B. Michaelis ad h. l. *filium s. alumnum* intelligunt (ab אָמַן no. 1), quae sententia aliquam quidem commendationem habet a reliquis huius commatis imaginibus: at ne dicam, *parvuli* in sinu *gestati* imaginem ab huius loci, qui est de sapientiae munere δημιουργικῷ coll. Sir. I. XXIV, contextu alieniorem esse, a) אָמוֹן = אֹמֵן, אָמַן formae est activae, non passivae, et b) vocabulum *artificem*, ἀρχιτέκτονα notans cur feminea forma careat, facile intelligis (caret eadem lingua aramaea), cur *alumni, parvuli* vocabulum, non item. — 2) N. propr. a) regis Judae, filii Manassis, patris Josiae de quo vide 2 Reg. XXI, 18—26. 1 Paral. III, 14. 2 Par. XXXIII, 20 sq. Jer. I, 2. XXV, 3. Matth. I, 10. b) praefecti urbis sub Ahabo. 1 Reg. XXII, 26. 2 Par. XVIII, 25. c) viri Nehemiae aequalis Nehem. VII, 59, qui Esr. II, 57 אָמִי scribitur, sive librariorum culpa hoc factum est, sive אָמִי decurtatum est ex אֲמִינוֹן i. q. אָמְנוֹן.

* II. אָמוֹן N. pr. numinis Aegyptiorum supremi, ab Aethiopibus et Libybus etiam assidue culti, quod Αμμωνα vocant et cum Iove comparant Graeci et Romani. Herod. 2, 42: Ἀμμοῦν Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία. Diod. 1, 13. Plut. de Iside et Osir. p. 354. *Solis* emblema fuisse Ammonis numen, Macrobius tradit (I, 21), eiusque rei fidem faciunt inscriptiones aegyptiacae, in quibus praeter simplex numinis nomen legitur quoque *Amon-Re* i. e. *Amon-Sol* (v. infra). Cum imago numinis saepe caput habeat arietinum (v. infra), Solis illud verni in signum arietis ingredientis emblema fuisse conicit Jablonski (Panth. aegypt. I, p. 166 sq.), cuius sententiae probabilitatem in medio relinquimus aeque ac Neoplatonicorum hypothesin Ammonem lumen aeternum et absconditum summúmque mundi *opificem* (δημιουργόν) esse affirmantium (Euseb. praep. evang. XI, 7. Iamblichus de myst .VIII, 3, Eustath. in Dion. Perieg. 212): qua in sententia nescio an etymon hebraeum (אָמוֹן opifex) animo eorum obversatum sit.

Quae vera fuerit nominis in lingua aegyptiaca significatio, admodum incertum est. Eustathius (l. c.) secundum alios id *patrem* valere tradit, secundum alios *pastorem* (cf. ⲀⲘⲞⲚⲒ pascere it. pastor Ps. XXIII, 1. XLVIII, 14. LXXX, 1 Vers. copt.); Hecataeus Abderita ap. Plut. l. c. observat, apud Aegyptios προςκλητικὴν εἶναι τὴν φωνήν (est enim ⲀⲘⲞⲨ et ⲀⲘⲰⲒⲚⲒ i. q. δεῦρο, δεῦτε Matth. XI, 28. XIX, 21 Vers. copt.). Quae cum parum concinna sint, inter recentiores Jablonskius l. c. aliud etymon excogitavit, ut sit pro ⲀⲘⲞⲨ - ⲞⲈⲒⲚ *lucem educens*, cui vero, utpote orthographiae aegyptiacae (v. paulo post) minus congruenti, praefero illud quod proposuit Champollion (l'Egypte sous les Pharaons I, p. 217. 218), ut sit i. q. ⲀⲘⲞⲨⲚ *gloria, celsitudo*, si fides Lex. ms. copto-arabico, quanquam ipse postea (Panthéon Egyptien Paris 1823, no. 1) mutata sententia Manethonem (ap. Plut. l. c.) secutus *Amon occultum* et *absconditum* notare contendit.

Quibus litteris hoc nomen scriptum fuerit ab Aegyptiis antiquis, nunc constat ex inscriptionibus non paucis, quae charactere hieratico et hieroglyphico phonetico in monumentis comparent. Vide Champollion Précis du syst. hiérogl. Tableau général. tab. 2 no. 39. 40. tab. 10 no. 153 sq. tab. 17 no. 354 sq. *Panthéon* no. 1. 2. Ac in hieroglyphico quidem scribendi genere scribitur

 vel 

i. e. ⲀⲘⲚ *Amon* vel ⲀⲘⲚ ⲢⲎ *Amon-Re* Amon-Sol: in scriptura hieratica:

 vel

plerumque ita, ut divinitatis signum addatur, cf. de demotica inscr. Rosett. lin. 2. et Kosegarten in Ephemerid. Hal. 1825 p. 439. Idem nomen praeterea comparet in permultis hominum aegyptiorum nominibus propriis, ut *Amenothes, Amonrasonther, Psenamunis, Amonorytius* (v. Young Account on hieroglyphical literature p. 124). Imaginem numinis in monumentis aegyptiacis habes vel specie humana et iuvenili facie throno insidentem, vel cum capite arietis, vel cum universo arietis corpore (v. Champoll. Panthéon no. 1 sq.). Epitheta, quibus idem numen in titulis aegyptiacis ornatur, sunt *dominus regionum mundi, summus dominus, rex deorum:* praeterea nomen eius saepe obvium est in epithetis Pharaonum, qualia sunt *filius Amonis, probatus ab Amone, dilectus ab Amone* cet. Templa splendidissima habebat in urbe

Meroes, in Oasi libyca, sed propriam quasi sedem Thebis, quae urbs propterea *No-Amon* dicta est. Vide sub נֹא. Ipsum numen semel in V. T. memoratur Jer. XLVI, 25.

אָמוֹן multitudo i. q. הָמוֹן v. sub rad. אָמַן.

אֵמוּן (per Syriasmum pro אָמוּן) m. *fides* Deut. XXXII, 20. Plur. אֱמוּנִים pr. *fidelitates* Ps. XXXI, 24. Jes. XXVI, 2. Hinc אִישׁ אֱמוּנִים vir fidus, fidelis Prov. XX, 6, עֵד א׳ testis fidus XIV, 5, צִיר א׳ XIII, 17 nuntius fidelis. Alibi אֱמוּנִים est Part. pass. Kal ab אָמַן.

אֱמוּנָה f. 1) *firmitas.* Exod. XVII, 12: וַיְהִי יָדָיו אֱמוּנָה *erantque manus eius* (Mosis) *firmae* (pr. firmitas, cf. *Lehrgeb.* §. 190) עַד בֹּא הַשָּׁמֶשׁ *usque ad occasum solis.* In altum sublatae fulciebantur a duobus viris. — 2) *securitas* (Arab. أَمْن securitas, أَمَان id., آمَن securum, tutumque praestitit). Jes. XXXIII, 6: וְהָיָה אֱמוּנַת עִתֶּיךָ *et erit securitas temporum tuorum,* i. e. tempora tua secura erunt. — 3) *fides*, qua quis promissa praestat et exsequitur. Tribuitur hominibus Ps. XXXVII, 3. Hab. II, 4. Prov. XII, 17. Jer. V, 3 (cl. Vers. 2). VII, 28, regi Messiae Jes. XI, 5, Deo Deut. XXXII, 4. Ps. XXXVI, 6. XL, 11. LXXXIX, 2. CXIX, 90. CXLIII, 1. Jes. XXV, 1: עָשִׂיתָ .... אֱמוּנָה אֹמֶן *praestitisti ..... fidem* et *veritatem.* Posuimus, אֱמוּנָה אֹמֶן pendere ab עָשִׂיתָ (coll. Prov. XII, 22): sed possunt quoque adverbialiter posita esse pro *cum fide* et *veritate.* Plur. אֱמוּנוֹת Prov. XXVIII, 20: אִישׁ אֱמוּנוֹת *vir probus, fidelis.*

אֲמִינוֹן (fidelis) N. pr. i. q. אַמְנוֹן. Semel legitur 2 Sam. XIII, 20 de Amnone, Davidis filio. Derivatur ab אָמִין, أَمِين, nisi Jod terminationem וֹן praecedens insertum est, sicut in חִיצוֹן, קִיצוֹן, רִאשׁוֹן, *Lehrgeb.* 513. Kimchio ad h. l., quem sequitur Verbrugge (de nom. plur. p. 14) אֲמִינוֹן est per Arabismum forma deminutiva (cf. *Lehrgeb.* p. 517) contemtim posita q. d. *Ammonulus iste:* at desideramus exempla diminutivorum hunc in modum in linguis semiticis usurpatorum. Complures codd. habent אמנון sine Jod.

אָמָּן m. *opifex, artifex, faber,* de monilium artifice Cant. VII, 2. Proprie valet *architectum* (cf. אָמַן no. 1, אָמוֹן no. I, 1), unde ad cuiuscunque generis opifices translatum est. Syr. ܐܘܡܢܐ faber, artifex, ܐܘܡܢܘܬܐ opificium, Nasor. id. chald. אוּמָּן in Targg. pro hebr. חָרָשׁ, חֹשֵׁב, cf. Mischna Baba kama 9, 3, אוּמָּנוּתָא opificium. Omnes in prima syllaba habent *u*, quare nescio an genuina sit scriptura אָמָּן *omman,* quam in codd. suis legerunt Kimchius et Juda ben Karisch.

אָמֵן 1) adj. verbale: firmus, metaph. *fidus* (arab. أَمِين, syr. ܐܡܝܢܐ firmus, fidus). Apoc. III, 4: *τάδε λέγει ὁ Ἀμήν, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινός.* Hinc neutr. fidum, *fides.* Jes. LXV, 16: אֱלֹהֵי אָמֵן *deus, cui fides habenda* est. — 2) adv. *certo, profecto.* (Aethiop. አሜን: profecto, certo). Ponitur ab initio orationis, etsi raro in V. T. Jer. XXVIII, 6 (frequentius in N. T., v. Lexx.), it. in fine, praesertim hymnorum et precationum, ubi geminari solet אָמֵן וְאָמֵן Ps. XLI, 14. LXXII, 19. LXXXIX, 53. Proprius autem huius particulae locus est, ubi alter alterius dicta confirmat votisque vel praedictionibus eius eventum adprecatur: *fiat, ita sit.* LXX bene: *γένοιτο.* 1 Reg. I, 36. Jer. XI, 5. Hinc, ubi iurisiurandi, foederis vel imprecationis verba praeivit sacerdos, hoc vocabulo pronuntiato singuli eius dicta confirmant et iureiurando se obstringunt. Num. V, 22. Deut. XXVII, 15 sq. Neh. V, 13. VIII, 6. 1 Par. XVI, 36. cf. Ps. CVI, 48.

אֹמֶן m. *fides, veritas,* Jes. XXV, 1.

אֲמָנָה f. 1) *foedus* Neh. X, 1. Arab. أَمَانَة *foedus* impr. securitatis. — 2) *statutum, decretum* i. q. חֹק. Nehem. XI, 23 (par. מִצְוַת הַמֶּלֶךְ). Syr. ܐܡܢܐ. Intelligenda sunt quotidiana alimenta Hebraeorum cantoribus regia auctoritate praebenda. Aliis אֲמָנָה h. l. est *securitatis libellus,* cui parum congruunt quae sequuntur: *quotidie quotidiana.* — 3) *Amana,* nomen fluvii *perennis* (cf. נֶאֱמָן de aquis Jes. XXXIII, 16. Jer. XV, 18) in Antilibano scaturientis et Damascum irrigantis 2 Reg. V, 12 Keri (in Chethibh est אֲבָנָה), a quo illa ipsa Libani pars idem nomen adoptavit Cant. IV, 8. Serioris aetatis Iudaeis *Amana* nonnisi tanquam fluvii nomen innotuisse videtur, unde Targumista Cant. l. c. מֵרֹאשׁ אֲמָנָה interpretatur *fontem Amanae* redditque: יָתְבִין עַל נְהַר אֲמָנָה *qui habitant ad fluvium Amanae.* Neque negandum est, רֹאשׁ esse posse: *fontem* at verba sequentia מֵרֹאשׁ שְׂנִיר וְחֶרְמוֹן illam de Amana ut *montis* quoque nomine sententiam commendant. Alio nomine eundem fluvium קרמיון dictum esse, tradit auctor Lexici Arûch s. v. קרמיון. Plurimi statuunt, eundem esse fluvium, qui Graecis Chrysorrhoas, Arabibus hodieque بردا (frigidus) dicitur, et in Antilibano oritur; sed hic videtur esse פַּרְפַּר scripturae sacrae; *Amana* autem, ni fallor, alius torrens in Hermone oriens ab austro Damasci. Caeterum magnopere dissentiunt topographi in accuratius describendis aquis Damascenis, v. Ebn Haukal in Abulf. Syria ed. Koehl. p. 15. Gol. ad Alferg. p. 128 sq. Ibn ol Wardi p. 174. 175 ed. Koehl. von Richter *Wallfahrten nach dem Morgenlande* p. 155. 156.

אֹמְנָה f. pr. fulciens, hinc *columna, postis.* Plur. אֹמְנוֹת 2 Reg. XVIII, 16. LXX. *ἐστηριγμένα.* Targ. et

Syr. סְקוֹפִין, ܣܩܘܦܐ trabes. Falso Vulg. ex contextu: *laminae auri.*

אָמְנָה f. 1) *educatio, tutela, cura* (cf. אָמַן no. 1) Esth. II, 20. 2) *veritas*, sed nonnisi adv. *re vera, vere* Jos. VII, 20. Gen. XX, 12 (quo loco Cod. sam. dat vulgare אמנם).

אַמְנוֹן (*fidus, fidelis*) N. pr. *Amnon.* Ita vocati sunt 1) filius Davidis primogenitus, a fratre Absalone, cuius sororem uterinam vitiaverat, interfectus. 2 Sam. III, 2. XIII, 1—39. Semel אֲמִינוֹן appellatur, q. v. — 2) filius Simeonis 1 Chron. IV, 20.

אָמְנָם adv. (ab אָמֵן cum terminatione adverbiorum ־ָם) *re vera, vere, profecto* Job. IX, 2. XIX, 4. 5. XXXIV, 12. XXXVI, 4. Jes. XXXVII, 18. Bis sequitur כִּי, quasi integram sententiam contineret adverbium, *verum* (est) *quod* Iob. XII, 2. Ruth 3, 12; cf. הִנֵּה כִּי Ps. CXXVIII, 4.

אֻמְנָם id. Gen. XVIII, 13, alibi semper cum ה interrogativo הַאֻמְנָם Num. XXII, 37. 1 Reg. VIII, 27. 2 Par. VI, 18. Ps. LVIII, 2.

אֱמֶת pro אֱמֶנֶת f. cum Suff. אֲמִתִּי, אֲמִתְּךָ 1) *firmitas, stabilitas, perennitas.* Jes. XXXIX, 8: שָׁלוֹם וֶאֱמֶת *pax et firmitas* i. e. pax firma et stabilis. Jer. XXXIII, 6, cf. XIV, 13: שְׁלוֹם אֱמֶת. Amat vocabulum אֱמֶת aliis iungi per ἓν διὰ δυοῖν. Cf. no. 3. — 2) *securitas.* Jos. II, 12: אוֹת אֱמֶת *signum securitatis* i. e. securum l. certum. — 3) *fides*, qua quis sibi constat, promissa servat et exsequitur (*Treue und Glaube*). Tribuitur populo Jes. LIX, 14. 15, regi Ps. XLV, 5, Deo Ps. XXX, 10. LXXI, 22. XCI, 4. Jes. XXXVIII, 18. 19. LXI, 8. Saepissime iungitur חֶסֶד Ps. XXV, 10. XL, 11. LVII, 4. 11. CVIII, 5. CXXXVIII, 2 i. q. per ἓν διὰ δυοῖν intelligendum est de Dei in pios populumque suum favore constante et perenni. At eandem propter fidem Deus dicitur sua de malis puniendis promissa servare. Ps. LIV, 7: בַּאֲמִתְּךָ הַצְמִיתֵם *secundum fidem tuam exstirpa eos.* Nehem. IX, 33: אֱמֶת עָשִׂיתָ *fecisti quae praedixeras* i. e. quae nobis minatus fueras. Hinc Deus dicitur אֵל אֱמֶת *deus fidus* s. fidelis Ps. XXXI, 6. Eodem referenda est frequentissima locutio de hominibus usurpata חֶסֶד וֶאֱמֶת i. e. per ἓν διὰ δυοῖν *benevolentia fida* sincera *sibique constans*, et עָשָׂה חֶסֶד וֶאֱמֶת עִם benevolentiam sinceram alicui praestare Gen. XXIV, 49. XLVII, 29. Jos. II, 14. 2 Sam. II, 6. XV, 20, nec non Esth. IX, 30: דִּבְרֵי שָׁלוֹם וֶאֱמֶת *verba amicitiae fidae s. sincerae.* Cf. no. 6. — Saepe est 4) *probitas, integritas animi.* Exod. XVIII, 21: אַנְשֵׁי אֱמֶת שֹׂנְאֵי בָצַע *homines probi, a quaestu alieni.* Neh. VII, 2. Iud. IX, 16. 19. 2 Par. XXXI, 20. Ezech. XVIII, 9. Opp. רֶשַׁע Prov. VIII, 7. — 5) Ubi tribuitur iudici vel iudicio est i. q. *iustitia, integritas*, et saepe iungitur verbis מִשְׁפָּט, צְדָקָה. Ps. XIX, 10: מִשְׁפְּטֵי יְהוָה אֱמֶת צָדְקוּ יַחְדָּו *iudicia dei sunt integra, cunctaque iusta* sunt. Jes. XVI, 5. Prov. XXIX, 14. Ezech. XVIII, 8. Zach. VII, 9. — 6) Opp. simulationi est *sinceritas*, praecipue cultus Dei sincerus, non simulatus. Jos. XXIV, 14: *colite eum* בְּתָמִים וּבֶאֱמֶת *animo sincero et integro.* 1 Sam. XII, 24. 1 Reg. II, 4. Jes. X, 20. XXXVIII, 3. XLVIII, 1. 2 Par. XXXI, 20. XXXII, 1. Additur saepe בְּכָל־לֵבָב, בְּלֵב שָׁלֵם. Zach. VIII, 3: עִיר הָאֱמֶת *urbs* (Deo) *fida et sincera.* — 2 Par. XXXII, 1: אַחֲרֵי הַדְּבָרִים וְהָאֱמֶת הָאֵלֶּה *post haec animo integro et sincero* (ab Hiskia) *gesta.* Significantur eius de restituto cultu divino merita cap. XXXI exposita. — 7) *veritas* opp. mendacio Gen. XLII, 16. Deut. XXII, 20. 2 Sam. VII, 28. 1 Reg. X, 6. XXII, 16. Ps. XV, 2. LI, 8 cet. דֶּרֶךְ אֱמֶת vera via Gen. XXIV, 48, אִמְרֵי אֱמֶת *verba* (quae) *veritas* (sunt) i. e. verba vera Prov. XXII, 21, עֵד אֱמֶת testis verax Prov. XIV, 25. Jer. XLII, 5. Saepe tribuitur verbo Dei Ps. CXIX, 142. 151. 160. Malach. II, 6, vaticiniis Jer. XXVI, 15: בֶּאֱמֶת שְׁלָחַנִי יי עֲלֵיכֶם *cum veritate misit me Jehova ad vos* i. e. veritatem vobis allaturus. Jes. XLII, 3 de servo Dei: לֶאֱמֶת יוֹצִיא מִשְׁפָּט *cum veritate proferet quod rectum est* i. e. docebit veram religionem. Jer. XXVIII, 9. Dan. X, 1. XI, 2. Hinc אֱמֶת יְהוָה *veritas Dei* saepe pro vera eius doctrina et religione Ps. XXV, 5. XXVI, 3. LXXXVI, 11. Dan. IX, 13. Ipse dicitur אֱלֹהֵי אֱמֶת 2 Par. XV, 3 et אֱלֹהִים אֱמֶת Jer. X, 10.

אֲמִתַּי (verax, ab אֱמֶת et terminatione ־ַי i. q. ־ִי) N. pr. patris Jonae prophetae 2 Reg. XIV, 25. Jon. I, 1. Arabes אֲמִתַּי, quod mutant in متى, nomen matris prophetae existimant, quam opinionem a Judaeis acceperunt (vid. Hieron. praef. ad Jon.). Hotting. hist. orient. p. 114 sq.

הֵימָן (i. q. chald. מְהֵימָן fidus) N. pr. quod gerit 1) vir sapiens Salomone antiquior, de quo 1 Reg. IV, 31 (V, 11): *et sapientior erat* (Salomo) *cunctis hominibus, quam Ethan Esrachita* (אֶזְרָחִי) *et Heman et Calcol et Darda, filii Machôl.* Praeter Ethanum etiam Hemanus cognominatur אֶזְרָחִי Ps. LXXXVIII, 1, et 1 Par. II, 6 in genealogia Judae Seraho (זֶרַח) hi tribuuntur filii: *Simri, Ethan, Heman, Calcol, Dara* (l. Darda). His inter se collatis Ethanus et Hemanus videntur *Serahi* filii (זַרְחִים pro אֶזְרָחִים l. זַרְחִים), Judae nepotes fuisse. — At diversus est 2) *Hemanus* Levita, filius Joëlis e familia Kehathitarum, praefectus cantorum Davidis 1 Par. VI, 18, quanquam idem iungitur *Ethano*, sed „Cusajae filio" 1 Par. XV, 17. 19. Ibidem iungitur Asapho, alibi etiam Jeduthuno XVI, 41. 42. XXV, 1. 2 Par. XXIX, 14. XXXV, 15, iique omnes regnante adhuc Salomone superstites fuere 2 Par. V, 12. Nequaquam igitur audiendi videntur, quicunque Hemanum Esrachitam et Hemanum Levitam eundem hominem esse volunt, ut Bertholdtus (Introd. in V. et N. T. p. 1974), quanquam Psalmum

LXXXVIII ad tantae antiquitatis poëtam haud recte referri facile damus.

מְהוּמָן m. N. pr. eunuchi in aula Ahasveri i. e. Xerxis. Esth. I, 10. Haud dubie semiticae originis est hoc vocabulum, ut multa alia in dialectos persicas recepta, et *spadonem* notat, cf. ܡܗܝܡܢܐ fidelis it. spado.

אָמֵץ fut. יֶאֱמַץ *firmus, alacer, fortis* fuit. Primaria radicis potestas in coniugationibus et nominibus derivatis magis quam in Kal conspicua cernitur in firmitate et alacritate *pedum, fest, rüstig, rasch auf den Füſsen seyn* (cf. אָמֹץ no. 1, הִתְאַמֵּץ 1 Reg. XII, 18, אָמֹץ equus *alacer* Zach. VI, 3, et usum arabicum): dein transferri amat ad alacritatem animi et strenuitatem, atque opponitur animo remisso (cf. רָפָה, פָּרַע). In Kal simpliciter legitur 2 Par. XIII, 18, seq. מִן pro *praevaluit* alicui Gen. XXV, 23. Ps. XVIII, 18. CXLII, 7. Creberrime in formula, quam usurpant animum alicuius erecturi et confirmaturi חֲזַק וֶאֱמָץ *sis fortis et alacer s. strenuus* i. e. animo forti et imperterrito Deut. XXXI, 7. 23. Jos. I, 6—18. 1 Par. XXII, 13. XXVIII, 20, Plur. Deut. XXXI, 6. Jos. X, 25. (Abest radix a reliquis dialectis, praeter nasoraeam, in qua امصا robur legitur Cod. Nas. 1, 200 lin. 5. Primariam tamen notionem habet lingua arabica sub أَبَضَ alacer, agilis fuit, potissimum de equo, unde أَبُوضٌ אָמֹץ equus alacer, et magis etiam sub أَبَضَ *ligavit pedem* cameli. Ligandi enim vocabula ad robur transferuntur coll. קָשַׁר et quae ibi laudantur: vicinas autem radices esse أبص et أبض vel eo patet, quod etiam sub أبص illa alacritatis notio est in أَبُوصٌ equus alacer, إِبَاصٌ equus sudans. Cf. Rhenferdii Opp. pag. 619 sq).

Pi. אִמֵּץ 1) *firmavit*, pr. pedes inflexis poplitibus labantes. Iob. IV, 4: בִּרְכַּיִם כֹּרְעוֹת תְּאַמֵּץ *genua labantia firmasti* i. e. animum fractum alloquio tuo firmasti. Jes. XXXV, 3. Hinc *firmavit, alacrem reddidit animum*. Deut. III, 28. Iob. XVI, 5. — 2) *roboravit, corroboravit*, fortiorem reddidit. Jes. XLI, 10. Ps. LXXXIX, 22. 2 Par. XI, 17. Prov. XXXI, 17: וַתְּאַמֵּץ זְרוֹעֹתֶיהָ *roborat brachia sua* i. e. brachia robusta labori adhibet. XXIV, 5: *vir intelligens* מְאַמֶּץ־כֹּחַ *corroborat vim* suam i. e. robustus et validus est, ut bene Vulg. Amos II, 14. — 3) *firmavit*, ubi transfertur ad aedificium, est i. q. *restauravit, restituit*, refecit i. q. חִזֵּק 2 Par. XXIV, 13, it. statuit, condidit. Prov. VIII, 28: בְּאַמְּצוֹ שְׁחָקִים מִמָּעַל *cum firmaret coelum in alto* i. e. cum firmamentum conderet. — 4) אִמֵּץ לֵב *obfirmavit cor* Deut. II, 30. XV, 7. 2 Par. XXXVI, 13. — 5) *constituit, delegit sibi*, cum Dativo commodi. Ps. LXXX, 18: בֶּן־אָדָם (אֲשֶׁר) אִמַּצְתָּ לָּךְ *hominem* (Israëlem), *quem tibi delegisti*, cf. comm. 16. Jes. XLIV, 14: וַיְאַמֶּץ־לוֹ בַּעֲצֵי־יָעַר *et deligit sibi inter arbores silvae.*

Hiph. intrans. fortem esse, nonnisi translate. Ps. XXVII, 14: חֲזַק וְיַאֲמֵץ לִבֶּךָ *firmus sis et animo forti.* XXXI, 25.

Hithpa. 1) *alacer fuit*, cum gerundio i. e. alacriter aliquid fecit 1 Reg. XII, 18. 2 Par. X, 18. 2) *corroboravit se* de coniuratis 2 Par. XIII, 7 (cf. 2 Sam. XV, 12). 3) *obfirmavit se* i. e. animo obfirmato fuit, in proposito perstitit. Ruth. I, 18. Cf. חָזַק et chald. אִתְחַסַּן.

אַמִּיץ m. adj. *firmus, fortis* 2 Sam. XV, 12 Iob. IX, 19. Jes. XXVIII, 2. Nonnunquam plenius אַמִּיץ כֹּחַ Nah. II, 2. Iob. IX, 4. Jes. XL, 26 (ubi nonnullis est subst.). אַמִּיץ לֵב qui animo forti est Amos II, 16.

אָמוֹץ (fortis) N. pr. *Amozus*, Jesaiae prophetae pater Jes. I, 1. II, 1. XIII, 1. XX, 2. 2 Reg. XIX, 2. 20. XX, 1. Nugae sunt Judaeorum ex communi etymo petitae, quae leguntur Megilla fol. 10 col. 12: *dicit R. Levi: est nobis traditio a maioribus nostris, Amozum et Amasiam* regem (אמציה) *fratres fuisse*. LXX nomen scribunt Ἀμώς, perinde atque Amosi prophetae (עָמוֹס) nomen, unde fluxit patrum graecorum, utrumque virum confundentium, error singularis.

אָמֹץ pl. אֲמֻצִּים (formae אָיֹם, אֵימָה) *alacer* de equis. Zach. VI, 3: *et currui quarto iuncti erant equi* בְּרֻדִּים אֲמֻצִּים *more grandinis variegati alacres.* Legitur quoque comm. 7, ubi vero contextus flagitat אֲדֻמִּים *rubri*, ut reddit Syrus interpres. Respondet arab. أَبَضٌ et أَبُوضٌ i. e. نَشِيطٌ وسَبَّاقٌ velox, alacer, de equo (Kamûs p. 857) it. فَرَسٌ أَبُوضٌ sec. Kamûsum p. 892 شَدِيدُ ٱلسُّرْعَةِ. velocissimi cursus. Hinc recte Aqu. καρτεροί. Vulg. *fortes*, et plane non audiendi sunt, qui e contextu coniecturam facientes verbum de colore interpretantur. LXX ψαροὶ i. e. sturnei coloris, sturni more variegati, ita ut cinereus color punctis nigrescentibus distinctus sit, cf. ἵππος ψαρός Arist. Nub. 1224, quod male quidam ταχύς interpretantur. Chald. קְטְמְנִין cinerei coloris, et quidam apud Kimchium: מראה חרשן. Satis bene haec congruerent praecedenti בְּרֻדִּים, nisi obstaret etymon (frustra enim Eichhornius arcessit arab. ومض leviter splenduit fulmen, *wetterleuchten*): sed omnino inconcinnum est, quod praebent Abulwalides, Kimchius et Bochartus (Hieroz. I, p. 111): *rubri*, אֲמֻצִּים pro חֲמֻצִּים.

אֹמֶץ m. *robur* Iob. XVII, 9.

אַמְצָה m. *robur, praesidium* i. q. מָעוֹז. Zach. XII, 5: *dicent principes Judae:* אַמְצָה לִי יֹשְׁבֵי יְרוּשָׁלַיִם בַּיהוָה אֱלֹהֵיהֶם .. *robur mihi* i. e. nobis (et) *incolis Hierosolymae in Jova — deo ipsorum.* Ita vulgarem scripturam

interpretantur, parum concinne. Tu meo periculo repone cum duobus codd. לְיוֹשְׁבֵי (pro ליושבי in scriptura continua) et verte: *praesidium est habitatoribus Hierosolymae apud Jehovam* cet. Chald. *inventa est salus habitatoribus.* Reliqui legerunt לִי.

אַמְצִי (robustus, ab אָמֵץ = אֹמֶץ c. terminatione ־ִי) N. pr. 1) viri in stemmate Levitarum 1 Par. VI, 31. 2) viri in catalogo familiarum Nehem. XI, 12.

אֲמַצְיָה (quem *Jehova roboravit*) N. pr. *Amazias.* Ita vocatus est 1) filius Joasi, Usiae pater, nonus regni Judaici rex 2 Reg. XII, 22. XIV, 1 sq. 2 Par. XXV, 1 sq. XXVI, 1. 4. Promiscue scribitur אֲמַצְיָהוּ 2 Reg. XIV, 1. 9. 11. LXX. *Ἀμεσσίας.* Vulg. Amasias. 2) sacerdos vituli Bethelensis Amoso infestus Amos VII, 10 sq. 3) vir in stemmate Simeonitarum 1 Par. IV, 34. 4) alius e tribu Levi, ib. VI, 30.

מַאֲמָץ plur. Iob. XXXVI, 19: כֹּל מַאֲמַצֵּי־כֹחַ *omnes vires roboris* h. l. de opibus, ut חַיִל.

אָמַר inf. absol. אָמוֹר constr. אֱמֹר Ezech. XXV, 8, אֱמָר־ Prov. XXV, 7 c. praep. בֶּאֱמֹר Deut. IV, 10. Ps. XLII, 4, כֶּאֱמֹר Jos. VI, 8, at לֵאמֹר nunquam non contr., c. Suff. אָמְרִי, אָמְרָהּ, sed אֲמָרְךָ Ezech. XXXV, 10 אֲמָרְכֶם; imp. אֱמֹר, אֱמָר; אִמְרוּ; fut. יֹאמַר, יֹאמֵר, וַיֹּאמֶר cum accentu distinctivo, at cum coniunctivo וַיֹּאמֶר (Gen. XVIII, 27: וַיַּעַן אַבְרָהָם וַיֹּאמַר; I, 3: וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים), atque ita תֹּאמַר, וַתֹּאמַר et וַתֹּאמֶר cet., sed sub hac forma etiam תֹּאמַר 3 fem. 1 Reg. V, 20 et 2 masc. Prov. I, 21. Jer. LI, 35. Malach. I, 4; semel abiecto Aleph יֹמְרוּךָ Ps. CXXXIX, 20 (ubi tamen multi cod. יאמרוך) 1) *dixit,* sexcenties in V. T. (Chald. Syr. Sam. id. Apud Arabes أَمَرَ habet specialem *iubendi* potestatem, cf. no. 3, *dicendi* vim قَالَ; apud Aethiopes አመረ: valet *indicavit,* ostendit, demonstravit et intr. scivit, *dicendi* vox est ብህለ: — Hebraei verbi significationem primariam Jo. Simonis statuit *extulit,* hinc *in lucem protulit, dixit.* Cf. בָּבָא, נָשָׂא, נָגַר et gr. *φημί* pr. in lucem edidit, ut *φάω, φαίνω.* Favet huic etymologiae, cui nos quoque accedere non dubitamus, Hithpa., it. אָמִיר cacumen arboris et אֱמֹרִי pr. montanus. Ab altitudinis et magnitudinis notione, quae est ex. gr. in arabico أَمْرٌ negotium magnum et grave, res admiranda, proficiscitur etiam *multitudinis* significatus, de quo infra sub chald. אֲמַר). A דִּבֶּר *locutus est* ita differt אָמַר, ut illud absolute ponatur, hoc ea quae dicuntur post se requirat (cf. דָּבַר). Hinc utrumque verbum sexcenties fere iungitur hunc in modum, Levit. I, 2: דַּבֵּר אֶל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל וְאָמַרְתָּ אֲלֵיהֶם *alloquere Israëlitas et dic iis.* XVIII, 2. XXIII, 2. 10. XXV, 2. XXVII, 2. Num. V, 12. VI, 2. XV, 2. 18. XXXIII, 51. XXXV, 10, vel Exod. VI, 10: וַיְדַבֵּר יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה לֵּאמֹר *Jehova allocutus est Mosen dicendo* i. e. his verbis, ita. XIII, 1. XIV, 1. XXV, 1. XXV, 1. Ubique sequitur oratio directa. Omisso דָּבַר brevius dicitur וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה שְׁלַח וג׳ *dixit Jehova Mosi: extende* cet. Gerundium לֵאמֹר creberrime praeterea ponitur post verba nuntiandi (1 Reg. II, 39, quo et pertinet nuntiorum missio 1 Reg. V, 16. 22), iubendi (Ruth II, 15), clamandi (1 Sam. V, 10), iurandi (1 Reg. II, 23) et ubique reddi debet: *his verbis, (ita) dicendo.* LXX. *λέγων, λέγοντες.* Arab. قَائِلًا. Nonnunquam לֵאמֹר et וַיֹּאמֶר post ipsum verbum אָמַר pleonastice repetuntur. Gen. XXXI, 29: אָמַר אֵלַי לֵאמֹר *dixit mihi haec verba.* Jos. I, 12. Gen. XXII, 7: וַיֹּאמֶר יִצְחָק אֶל־אַבְרָהָם אָבִיו וַיֹּאמֶר אָבִי, quo in loco וַיֹּאמֶר apte repetitum est, ne colliderent אָבִיו et אָבִי. — Constr. praeterea c. accus. ex. gr. Jer. V, 2: וְאִם־חַי יְהוָה יֹאמֵרוּ *etiamsi: ita vivat Deus, dicant.* XIV, 17: וְאָמַרְתָּ אֲלֵיהֶם אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה *et dicas iis hoc verbum.* Gen. XLIV, 16: מַה־נֹּאמַר *quid dicemus?* XLI, 54: כַּאֲשֶׁר אָמַר יוֹסֵף *secundum id quod dixerat Josephus.* XXII, 3: *ad locum* אֲשֶׁר אָמַר לוֹ הָאֱלֹהִים *quem ei dixerat* i. e. indicaverat *Deus.* Ezech. XIII, 7. Jerem. XXIII, 38. Hic, quem diximus, accusativus latet etiam in particula כֹּה *ita,* in solemni formula eorum, qui alius verba referunt: כֹּה אָמַר הָאִישׁ *ita dixit vir* 1 Sam. IX, 9. Gen. XXXII, 5. XLV, 9, praesertim prophetarum, ubi verba divinitus patefacta proferunt, ut כֹּה אָמַר יְהוָה sexcenties apud Jesaiam et Jeremiam, כֹּה אָמַר אֲדֹנָי יְהוִה apud Ezechielem, כֹּה אָמַר יְהוָה צְבָאוֹת apud Zachariam. Raro sequitur כִּי Iob. XXXVI, 10 (ubi אָמַר valet *hortari*). — Paucis in exemplis, iisque incertis et nonnisi sequioris Hebraismi, אָמַר absolute poni videtur pro דִּבֶּר loqui. Ps. CXXXIX, 20: יֹמְרוּךָ לִמְזִמָּה *loquuntur de te scelerate* pro יֹאמְרוּךָ (sed proprie est: te dicunt i. e. commemorant, vide infra, nisi scribendum cum LXX. Theod. יַמְרוּךָ contumaces sunt in te). 2 Par. II, 10: וַיֹּאמֶר חוּרָם בִּכְתָב וַיִּשְׁלַח אֶל־שְׁלֹמֹה *et locutus est Huramus per litteras et misit eas Salomoni.* Sequuntur ipsissima verba. At re vera *et misit Salomoni* parenthesi includendum est, et וַיֹּאמֶר ad verba epistolae referendum. 2 Par. XXXII, 24: *aegrotabat Hiskias et Deum invocabat* וַיֹּאמֶר לוֹ וּמוֹפֵת נָתַן לוֹ *et hic* (Deus) *eum allocutus est eique prodigium dedit.* Cf. Dan. VII, 16. Jerem. IV, 5. At potes etiam interpretari: *et hic ei promisit* sc. id quod precatus fuerat, *er sagte (es) ihm zu.* Hunc in modum post verba dicendi, indicandi saepenumero omittitur obiectum *id.* Gen. IX, 22: וַיַּגֵּד לִשְׁנֵי אֶחָיו *idque nuntiavit duobus fratribus suis.* Vide *Lehrgeb.* p. 734. Etiam post אָמַר Exod. XIX, 25: *et descendit Moses ad populum* וַיֹּאמֶר אֲלֵהֶם *iisque dixit* illud (intellige Dei mandatum comm. 24); it. in loco vexatissimo Gen. IV, 8: וַיֹּאמֶר קַיִן אֶל הֶבֶל אָחִיו וַיְהִי בִּהְיוֹתָם בַּשָּׂדֶה *et dixit Kainus* (sc. id quod Deus cum eo locutus fuerat

comm. 7) *Abeli fratri suo; cum vero forte una in agro essent, surrexit contra fratrem et interfecit eum.* Modo sanus est locus, neque exciderunt Kaini verba (Sam. et LXX. inserunt נלכה השדה διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον), sententia esse potest, Kainum Dei verbis commotum ad se rediisse, abiecisse invidiam et cum ipso fratre Dei verba communicasse: postea vero, cum forte soli essent in agro, occulta odia denuo recruduisse et in caedem erupisse. Ita fere Hieronymus, Aben Esra, de Rossi ad h. l., et eandem sententiam suadet *Piska* i. e. interpunctio maior in antiquioribus codicibus. Aliorum de hoc loco sententias collegimus et diiudicavimus in Comment. de Pent. Sam. §. 17 p. 62. 63. — Levit. XX, 2 pro אָמַר recte et ad normam posito Cod. Sam. male substituit דִּבֶּר.

Is, *cui* aliquid dicitur, ponitur mediantibus particulis אֶל Gen. III, 16. XIII, 14. Exod. XXIV, 1. 14 cet. et לְ Gen. III, 17. XX, 5. 16. Sed utraque hac particula, quanquam rarius, indicatur etiam ille, *de* quo dicunt, et separatim quidem אֶל 2 Reg. XIX, 32. Jer. XXII, 18. XXVII, 19 (ubi sequitur עַל). XXIX, 16 (cf. אֶל A, 11), לְ Gen. XX, 13: אִמְרִי לִי *dic de me.* Ps. III, 3. LXXI, 10. Iudd. IX, 54. Idem in accus. ponitur Gen. XLIII, 27: *pater vester senex* אֲשֶׁר אֲמַרְתֶּם *quem dixistis* i. e. quem commemorastis, comm. 29. Num. XIV, 31. Deut. I, 39. 1 Sam. XXIV, 5. 2 Sam. VI, 22. Ps. CXXXIX, 20. Jer. III, 16. Thren. IV, 20. אָמַר עַל est dicere *contra* aliquem 2 Par. XXXII, 17. Ezech. XXXV, 12. Jer. XXVII, 19.

Denique observandum est a) אָמַר transferri semel etiam ad animalium vocem Iob. XXXIX, 25 de equo: יֹאמַר הֶאָח *dicit evax!* i. e. hinnit et gestit. Docte Bochartus (in Hieroz. I, 150) contulit Vers. aethiop. Jac. III, 3, ubi dicitur, equis frena iniici ከመ፡ እሆ፡ ይበሉነ፡ *ut oho dicant nobis* i. e. ut pareant nobis, πρὸς τὸ πείθεσθαι αὐτοὺς ἡμῖν. እሆ፡ est particula assentientis, ut הֶאָח gestientis. — b) *dicere alicui* hoc vel illud, est i. q. eum ita *vocare, appellare.* Jes. VIII, 12. Part. pass. אָמוּר ita *dictus, vocatus.* Micha II, 7. Cf. Niph. no. 2. c) *Dicere* est nonnunquam i. q. hortari Iob. XXXVI, 10, promittere 2 Par. XXXII, 24, indicare, nuntiare Exod. XIX, 25, commemorare cet. id quod nullo negotio e contextu diiudicatur.

2) אָמַר בְּלִבּוֹ secum dixit i. e. *cogitavit* Gen. XVII, 17. Ps. X, 6. 11. XIV, 1. Jes. XLVII, 8. Zeph. II, 15 (arab. قَالَ فِي قَلْبِهِ, قَالَ فِي نَفْسِهِ), nec non לִלְבָבוֹ Hos. VII, 2 (ubi pauci codd. habent בּ). Saepius autem eodem significatu omittitur בְּלִבּוֹ, et אָמַר simpliciter est *cogitavit, opinatus est, putavit, voluit.* (Homines inculti iique alacris ingenii, non aliter ac pueri, quaecunque cogitant quaeque menti eorum obversantur, proloqui solent, quare inter cogitandum et loquendum saepe non multum discriminis est, et utrumque eodem verbo exprimi potest. Cf. הָגָה, שִׂיחַ, arab. قَالَ melit. *kôl* putavit, potissimum in interrogationibus, graecum φημί apud Homerum et Tragicos. Quosdam maris pacifici populos pro *cogitando* dicere *in ventre loqui*, narrabat Forsterus, olim noster). Ponitur ita, ut sequantur, quae quis cogitavit. Gen. XXVI, 9. 1 Sam. XX, 3. Gen. XLIV, 28: וָאֹמַר אַךְ טָרֹף טֹרָף *eumque a feris discerptum censeo;* praeterea c. gerundio Exod. II, 14: הַלְהָרְגֵנִי אַתָּה אֹמֵר *num me interficere cogitas?* LXX. μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις; 2 Sam. XXI, 16 (LXX. διενοεῖτο). 1 Reg. V, 5 (19): הִנְנִי אֹמֵר לִבְנוֹת בַּיִת *en domum aedificare cogito.* VIII, 12. 2 Par. I, 18. XXVIII, 10. XXXII, 1. Cum accus. 1 Sam. XX, 4: מַה־תֹּאמַר נַפְשְׁךָ *quid vult s. cupit animus tuus.* (LXX. τί ἐπιθυμεῖ ἡ ψυχή σου). Absol. Ps. IV, 5: אִמְרוּ בִלְבַבְכֶם עַל מִשְׁכַּבְכֶם *meditamini in animo vestro super cubili vestro.*

3) *iussit*, ut arab. أَمَرَ iussit, mandavit, praecepit. In V. T. praecipue in argenteae aetatis sermone. Construitur vel cum gerundio Esth. I, 17: אָמַר לְהָבִיא אֶת־וַשְׁתִּי *adduci iussit Wasti reginam.* IV, 13. IX, 14. 1 Par. XXI, 17, vel cum Waw sequente verbo finito Nehem. XIII, 9: וָאֹמְרָה וַיְטַהֲרוּ *iussi et purificabant* i. e. me iubente purificabant. 2 Par. XXIV, 8: וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ וַיַּעֲשׂוּ אֲרוֹן אֶחָד *regis iussu fecerunt arcam.* XXI, 7. Ps. CV, 31. 34. Jon. II, 11. Iob. IX, 7. Et hac quidem phrasi nonnunquam celeritas confecti mandati significatur, ut Ps. XXXIII, 9: כִּי הוּא אָמַר וַיֶּהִי. (In Chaldaismo habes priorem constructionem Dan. II, 46. III, 13. 19. 20, posteriorem V, 29. Eadem delectantur Syri, Samaritani, Arabes, ex. gr. Barhebr. p. 215: ܦܩܕ ܚܐܟܡ ܟܠܝܦܐ ... ܘܐܬܗܦܟܬ *iussit Hhakem Chalifa ... et diruta est.* 221, lin. 2. 216, l. 8: ܐܦܣ ܠܟܪܣܛܝܢܐ ܕܢܒܢܘܢ *permisit Christianis ut aedificarent.* Carm. Sam. 1, 18: ࠐࠒࠃ . ࠌࠔࠄ . ࠅࠉࠄࠁ *iussit (Deus) Mosen et dedit* i. e. iubente Deo Moses dedit. Bohadd. vit. Salad. c. 29: تقدم الى العساكر فتبعته *imperavit exercitibus, hique eum subsequuti sunt,* c. 68: أمر وضرب خيمته *iussit et collocabatur tentorium eius.* Abulph. hist. dyn. p. 5. Similis constructio est Joh. XVIII, 16: ἐξῆλθεν οὖν ὁ μαθητὴς ὁ ἄλλος ... καὶ εἶπε τῇ θυρωρῷ, καὶ εἰσήγαγε τὸν Πέτρον dixit ostiariae illaque eum introduxit). Alibi cum accus. rei (ut lat. iubere legem, foedus) 2 Par. XXIX, 24: כִּי לְכָל־יִשְׂרָאֵל אָמַר הַמֶּלֶךְ הָעוֹלָה *nam pro toto Israële rex iusserat hoc holocaustum sc. institui.* 1 Reg. XI, 18: לֶחֶם אָמַר לוֹ *victum ei iussit sc. praeberi.* Iob. XXII, 29: כִּי הִשְׁפִּילוּ וַתֹּאמֶר גֵּוָה *ubi humiliant se, iubes elationem* (qui locus vulgo contorte explicatur). C. dat. pers. 2 Sam. XVI, 11: כִּי אָמַר לוֹ יְהוָה *nam iusserat eum Jehova.*

4) *dicere* pro *laudare* Ps. XL, 11, *praedicare* Jes. III, 10.

Niph. נֶאֱמַר fut. יֵאָמֵר et יֵאָמֶר, semel *Milêl* ante monosyllabum יֵאָמֶר לוֹ Jes. IV, 3 1) *dicitur* Jer. VII, 32. XVI, 14, cum לְ et אֶל pers. Num. XXIII, 23. Ezech.

XIII, 12. Ellipt. Dan. VIII, 26: *visio* אֲשֶׁר נֶאֱמַר *quae tibi dicta est* i. e. patefacta. Ponitur quoque יֵאָמֵר, ut lat. *dicitur, dicunt*, ubi laudatur proverbium Gen. X, 9. XXII, 14 vel scriptoris locus Num. XXI, 14. — 2) נֶאֱמַר לְ *dicitur alicui* (hoc vel illud) i. e. (ita) *vocatur, appellatur*. Jes. IV, 3: קָדוֹשׁ יֵאָמֶר לוֹ *sanctus vocabitur* i. e. ex idiomate Jesaiae: sanctus erit, sancti nomine dignus erit. XIX, 18. LXI, 6. LXII, 4. Hos. II, 1. Cf. Kal no. 1, b.

Hiph. הֶאֱמִיר *dicere fecit.* Simplicissima haec significatio adhibenda est loco vexato Deut. XXVI, 17: אֶת־יְהוָה הֶאֱמַרְתָּ הַיּוֹם וגו׳ *tu hodie dicere s. spondere fecisti Dominum, se deum tibi futurum, teque in viis eius ambulaturum* cet. i. e. Jehova hoc tibi spopondit hodie te probante foederis conditiones. Vers. 18: וַיהוָה הֶאֱמִירְךָ הַיּוֹם וגו׳ *et Jehova te spondere fecit, hodie te populum peculiarem ei futurum ... 19: seque cunctis gentibus te superiorem redditurum esse* i. e. tu contra spopondisti approbante Jehova conditiones. Sententia est: vos vobis spopondistis invicem, et alter alterius conditiones accepit ratasque habuit. Ut plane luceat locus a paucis intellectus, id modo tenendum est, in utraque sponsione contineri tum promissum spondentis tum conditiones foederis, ita quidem ut in prima sponsione, quae Dei est, praecedat promissum Dei, sequantur conditiones ab hominibus servandae, in altera, quae populi est, praecedat sponsio populi, sequatur (Vers. 18) fides a Deo data. In utraque sponsione praeterea mutatur subiectum, quandoquidem לִהְיוֹת לְךָ לֵאלֹהִים וְלָלֶכֶת בִּדְרָכָיו וגו׳ ad Deum refertur, ad Israelem, לִהְיוֹת לְעַם סְגֻלָּה ad populum, וּלְתִתְּךָ עֶלְיוֹן עַל־כָּל־הַגּוֹיִם iterum ad Deum, cuius rei alia exempla habes Jes. XXXVII, 36. 2 Sam. IX, 13. Ex Judacis ita fere Aben Esra, R. Juda Levita. Alii multi, ut Abulwalides, Kimchius, Glassius (philol. s. ed. Dathe p. 258) הֶאֱמִיר interpretantur *extulit* (coll. אָמִיר, הִתְאַמֵּר) parum apte ad contextum. Lud. de Dieu ex usu linguae aethiopicae: scire fecit, docuit, professus est, sed cf. Ludolf. comm. ad hist. aeth. p. 204. Vett. interpretes sensum utcunque reddunt. LXX. εἵλου, εἵλατο. Vulg. *elegisti, elegit.* Syr. *dixisti, dixit* qs. Hiphil h. l. sit i. q. Kal. Nos in explicatione supra proposita acquiescendum putamus.

Hithpa. הִתְאַמֵּר semel legitur Ps. XCIV, 4: יִתְאַמְּרוּ כָּל־פֹּעֲלֵי־אָוֶן (parall. יְדַבְּרוּ עָתָק) *efferunt se cuncti malefici.* Si a *loquendo* ductus esset huius coniugationis significatus, reddere possis *alta loquuntur:* at malo ad ipsam *altitudinis* notionem eum referre (vide Kal no. 1), unde bene Kimchi: יתרוממו ויתגדלו ויתגאו, Aben Esra: יתרוממו, coll. אָמִיר. Schultensio in Animadverss. et Scheidio ad cant. Hiskiae p. 169. 170 est i. q. arab. تأمّر dominatus fuit, cf. הִתְיַמֵּר.

אֲמַר chald. 3 fem. אֲמַרַת pro אֲמֶרֶת Dan. V, 10 fut. יֵאמַר, inf. מֵאמַר et מֵמַר Esra V, 11, part. אָמַר i. q. hebr. 1) *dixit*, c. dat. pers. Dan. II, 25, c. accus. rei VII, 1. Ponitur etiam de eo, quod quis per litteras dicit Dan. VII, 1. 2, unde explicandum illud λέγων Luc. I, 63 viro muto scribenti tributum. Exempla ex Syriasmo dedit Agrellius in otiolis syriacis p. 27, dedimusque nos in Diar. Class. Lond. no. 54. p. 240. Saepissime pleonastice praemittitur עֲנָה: עָנֵה מַלְכָּא וְאָמַר *rex exorsus est et dixit* Dan. II, 8. 26. VI, 13 cet. Plurali אָמְרִין *dicentes, dicunt* circumscribitur Passivum *dicitur, dictum esto.* Dan. III, 4: לְכוֹן אָמְרִין עַמְמַיָּא *vobis dictum esto, populi.* Theod. λέγεται. LXX. παραγγέλλεται. Syr. linguae suae beneficio retinere potuit ܐܡܝܪ. IV, 28. De hac linguae proprietate cf. *Lehrgeb.* p. 798. — 2) *iussit, mandavit,* v. exempla sub Kal no. 3. — Talmudici litteram ר a fine resecant, qua de re vide infra sub כְּגַמָּא.

אָמִיר m. *caput, cacumen* arboris. Jes. XVII, 6. 9. Ita omnes Verss. et interpp. veteres, quos excerpsimus in Comment. ad h. l. De etymo vide in rad. no. 1. Arab. أمير princeps, dux, cf. فرع cacumen arboris et dux, pr. caput, summitas. Quod olim contulimus (ed. I), אֲמִירָא, ܐܡܝܪܐ *frons, frondes*, nunc minus aptum videtur, quandoquidem hic significatus proficiscitur ab ܥܡܪܐ *lana*, quae Hebraeis est צֶמֶרֶת. Vide tamen אָמַר ibique Bocharti sententiam.

אֲמִירָה semel in var. lect. Cod. Sam. Deut. XXXIII, 9 pro hebr. אִמְרָה. Linguae samaritanae usum secutus est concinnator, in qua ࠀࠌࠉࠓࠄ legitur pro אִמְרָה Gen. IV, 23 Vers. Sam. Est etiam in Rabbinismo אמירה edictum, sententia.

אֹמֶר in sing. nonnisi c. Suff. אִמְרוֹ Iob. XX, 29 Plur. אֲמָרִים constr. אִמְרֵי (pro sing. absol. est אֹמֶר) 1) *verbum, sermo* i. q. דָּבָר, sed nonnisi in sermone poëtico, excepto Jos. XXIV, 27 (qui liber, pariter atque Deuteronomium, vocabula poëtica immiscet). אִמְרֵי־אֵל Num. XXIV, 4. 16. Ps. CVII, 11; אִמְרֵי אֱמֶת Prov. XXII, 21, אִמְרֵי דַעַת Prov. XIX, 27, אִמְרֵי־נֹעַם XV, 26; אִמְרֵי־פִיךָ, אִמְרֵי־פִי Ps. XIX, 15. Prov. VI, 2 cet. Paulo difficilior est locus Gen. XLIX, 21: *Naphtali est* אַיָּלָה שְׁלֻחָה *cerva procera,* הַנֹּתֵן אִמְרֵי שָׁפֶר *edens verba pulchra* s. decora, iucunda. Referri possunt haec verba ad poëtas ex hac tribu orituros, vel ad poëticam quandam Naphtalitarum indolem, quanquam aliunde nobis non cognitam. (Cf. אִמְרָה saepe de sermone poëtico et poësi sacra usurpatum). Si quis obiiciat, cervae male tribui verba, is cogitet, הַנֹּתֵן ad Naphtalim referri, non ad אַיָּלָה cervam. (Syrus et Pseudoj. utramque imaginem intelligunt de nuntio celeri et fausta quaevis nuntiante. Onk. passive interpretatur: *quem laudabunt cuique benedicent.* LXX. στέλεχος ἀνειμένον ἐπιδιδοὺς ἐν τῷ γεννήματι κάλλος *arbor diffusa proferens in fructibus decorem*, pronuntiantes אֵילָה et אָמִיר, quod probatur Bocharto (Hieroz. I, p. 895) aliisque,

neque a contextu alienum est. Ut cervae imago in altero quoque hemistichio retineri queat, Vriemoet in Observatt. Miscell. I, 15 §. 8 אִמְּרֵי pro אִמְרֵי positum existimat, et *agnos* s. pullos cervinos intelligit, v. chald. אִמַּר; quod probaremus, si legeretur נֹתֶנֶת, repudiamus autem, cum הַנֹּתֵן ad ipsum Naphtalim necessario referendum sit.

2) *iussum, mandatum.* Iob. XX, 29: נַחֲלַת אִמְרוֹ מֵאֵל *sors a Deo ei demandata,* imposita. Cf. אֹמֶר no. 3.

אִמְרָה plur. אִמְרוֹת i. q. אֹמֶר, אֵמֶר, idque, pariter atque illa vocabula, nonnisi poët. *verbum, sermo,* potissimum de verbo Dei Ps. XVIII, 31. CXIX, 38. 50. 103. 140 cet., et de poësi sacra Gen. IV, 23. Deut. XXXII, 2. Ps. XVII, 6. Jes. XXVIII, 23.

אֶמְרָה f. id. Thren. II, 17.

אִמַּר plur. אִמְּרִין m. chald. *agnus* Esr. VI, 9. 17. VII, 17. In Targg. אִימְרָא, אִימַּרְתָּא pro hebr. כֶּבֶשׂ, כִּבְשָׂה. Syr. ܐܶܡܰܪ, sam. ࠀࠌࠓ id. Zab. ܐܡܪ aries zodiaci. Arab. أَمْر, أَمْرَة agnus, agna. Radix probabiliter est أَمِرَ Conj. I. IV. multum fecit, أَمِرَ multus evasit, inde pr. soboles gregis: saltem longius petitum videtur Bocharti (Hieroz. I p. 422) etymon a *lana* צְמַר, chald. עֲמַר, coll. אִמְרָא ora vestis Ps. CXXXIII, 2. Nulla enim vox a צְמַר, ܥܡܪ derivata habet א, et אִמְרָא rectius explicatur de capite l. ora vestis, coll. אָמִיר.

אִמֵּר (sermo, cf. דָּבָר) N. pr. *Immer* 1) pater Paschuris sacerdotis et familiae sacerdotalis ab eo cognominatae Jer. XX, 1, cf. Esr. II, 37. 38. Neh. VII, 40. 41. Esr. X, 20. 22. it. Neh. III, 29. XI, 13. 1 Par. IX, 12. XXIV, 14. 2) alius vir Esr. II, 59. Neh. VII, 61.

אֹמֶר i. q. אֵמֶר, cuius formas adoptat in Plur. 1) *verbum, sermo,* sed nonnisi poët. Ps. XIX, 4. 2) Specialiter *carmen, hymnus* (ἔπος) Ps. XIX, 3; epinicium Ps. LXVIII, 12: אֲדֹנָי יִתֶּן־אֹמֶר *Dominus dat epinicium* i. e. victoriam. Hab. III, 9. 3) *promissio* Dei. Ps. LXXVII, 9. 4) *res, aliquid,* sicut דָּבָר Iob. XXII, 28.

אֱמֹרִי (ex probabili coniectura Jo. Simonis pr. *montanus,* a deperdito אָמַר elatio, mons, vide sub אָמַר no. 1) *Amorita,* et ubique cum artic. הָאֱמֹרִי collect. *Amoritae,* (LXX Ἀμοῤῥαῖοι), una e gentibus Cananaeis ante Hebraeos Palaestinam incolentibus, earumque, ut videtur, maxima et potentissima, cuius nomen nonnunquam latissime patet et ad omnes gentes Cananaeas transfertur Gen. XV, 16. XLVIII, 22 (cf. XXXIV, 2). Amos II, 9. 10. Deut. I, 20. Pars eorum habitabat in tractu montano, quem postea tribus Judae occupavit, circa Hebronem et Hierosolymam ibique quinque regibus (Jos. X, 5) parebat Gen. XIV, 7. 13. Num. XIII, 29, cf. Iudd. I, 34. 36. 1 Sam. VII, 14. 2 Sam. XXI, 2. Alia pars trans Jordanem regiones tenebat ad septentrionem Arnonis (Num. XXI, 13, cf. Jos. Archaeol. IV, 5.) usque ad Jabbocum (Num. XXI, 24), adeoque ultra hunc fluvium (Num. XXXII, 39), duobus regibus subiecta, quorum alter Hesboni, alter Basano s. Batanaeae imperitabat (Deut. IV, 47. Jos. II, 10. XXIV, 12). Bocharto (Phaleg IV, 36) primae eorum sedes cis Jordanem fuisse videntur, ex quibus postea traiecto Jordane Moabitidis et Ammonitidis partem expugnaverint; sed haec incerta sunt. Cf. J. D. Michaelis Spicileg. II, 19.

אִמְרִי (eloquens, ab אָמַר c. termin. ־ִי) N. pr. 1) viri in indice familiarum 1 Par. IX, 4. 2) alius cuiusdam Nehem. III, 2.

אוֹמָר (formae חוֹתָם, fortasse *eloquens,* syr. ܐܘܡܐܢ) N. pr. filii Eliphasi Edomitae Gen. XXXVI, 11. 1 Paral. I, 36.

אֲמַרְיָה (*quem dixit* i. e. promisit *Jehova,* Theophrastum dixerint Graeci et Romani) N. pr. LXX. Ἀμαρία, Ἀμορίας. Ita appellatur 1) summus sacerdos e posteris Aharonis, filius Merajothi 1 Par. V, 33 (al. VI, 7). VI, 37 (al. 52). 2) alius idem munus sustinens tempore Josaphati 1 Par. V, 37 (al. VI, 11). Esr. VII, 3, cf. אֲמַרְיָהוּ no. 1. 3) sacerdos Esrae coaevus Neh. X, 4. XII, 2. 13. 4) vir ex plebe eiusdem temporis Esr. X, 42. 5) vir in stemmate Judae Neh. XI, 4. 6) e maioribus Zephanjae, Zeph. I, 1. 7) v. אֲמַרְיָהוּ no. 2.

אֲמַרְיָהוּ (id.). Hoc nomen gerunt 1) idem summus sacerdos de quo paulo ante s. אֲמַרְיָה no. 2. 2 Par. XIX, 11. 2) Levita ex posteris Mosis 1 Par. XXIV, 23, qui etiam אֲמַרְיָה XXIII, 19. 3) Levita Hiskiae coaevus 2 Paral. XXXI, 15.

אִמְּמָא, quod probabiliter est pro כִּימַר, v. sub כ.

מַאֲמַר m. *edictum, mandatum,* sequioris Hebraismi vocabulum. Esth. I, 15. II, 20. IX, 32. Chald. מַאֲמְרָא, מֵאמְרָא, מֵימְרָא verbum, edictum, syr. ܡܐܡܪܐ, sam. ࠌࠌࠓ.

* * *

אַמְרָפֶל N. pr. regis Sinearis i. e. Babyloniae, tempore Abrahami. Gen. XIV, 1. 9. LXX. Ἀμαρφάλ. Syr. ܐܡܪܦܠ. Etymon nominis, in lingua assyriaca haud dubie quaerendum, pandat, qui possit.

אֶמֶשׁ 1) nox praeterita et adv. *nocte praeterita* Gen. XIX, 34. XXXI, 29. 42. it. *heri* i. q. תְּמוֹל 2 Reg. IX, 26. Hesterni diei, eiusque naturalis non civilis, posteriorem partem notat i. e. vesperam noctemque hesternam, unde ad vesperam et noctem quamcunque transfertur, quemadmodum vocabula crastinum diem significantia ad tempus matutinum referri solent. Hesterni enim diei finem memoria tenere, crastini initium animo informare solemus. Vide Arab. أَمْسِ heri, أَمْسُ dies hesternus, أَمْسِيّ hesternus it. vespertinus vit. Tim. II, p. 428, cf. مَسَّا vesperi fecit, vespertinus fuit, et البَارِحَة dies hesternus, praecipue proxima eius pars, vespera et nox praeterita; et de crastino die hebr. בֹּקֶר *mane et cras*, ut germ. *Morgen*; gr. αὔριον ab αὔρα aër matutinus; arab. بكر *mane* apud Kahirenses pro غدا cras, غدو et غدوة tempus matutinum, غد crastinus dies, غدا cras, pers. بامگاه *bamgah* mane et cras. Recte Kimchius: הלילה שעבר יקרא אמש *nox, quae praeteriit, appellatur* אֶמֶשׁ. Chald. et Syr. nonnunquam reddiderunt: ܪܡܫܐ, בְּרַמְשָׁא vesperi. Hinc

2) *nox, tenebrae* generatim. Iob. XXX, 3: *fugiunt* אֶמֶשׁ שׁוֹאָה וּמְשֹׁאָה *in noctem s. tenebras vastae vastitatis.* Recte Chald. quem inter recentiores sequuntur Vatablus, Drusius, Mercerus: חֲשׁוֹכָא הֵיךְ רוּמְשָׁא (terra) *tenebricosa sicut vespera*, Jarchi, R. Levi et auctar. ad Kimchii Lex.: חֹשֶׁךְ. Desertum enim invium egregie nocti tenebrisque comparare solent Orientales. Vide Jerem. II, 6: *terra sicca et tenebricosa* de deserto, comm. 31 (cf. אָפִיל) et Jes. XLII, 16. it. دياجي دشت *tenebrae deserti* vit. Tim. I p. 418. Similem significatum ante oculos habuit Hieron. vertens: *squalentes* calamitate et miseria. Reliquae explicationes minus placent, ut Jo. Simonis (Onomast. V. T. 258) cui אֶמֶשׁ est i. q. אָשֵׁם desertum; J. D. Michaelis (Suppl.), qui confert syr. ܐܡܫܐ *ager, ripa* (quae vero vox nullo auctoris syriaci loco nititur, et a cunctis, quos Oxonii et Parisiis inspexi, Bar Alii et Barbahlûli codd. abest); Rosenmuelleri denique, qui locum reddit: *heri desolationis* i. e. loca pridem desolata, cui obstat, quod أَمْسِ, diserte observantibus Arabum grammaticis, de tempore proxime non iamdudum praeterito usurpatur.

Caeterum suspicari possis, أمس אֶמֶשׁ non esse a radice deperdita אָמַשׁ, cuius certa vestigia non exstant, sed a מָשָׁה مسا vesperi fuit, et formam esse apocopatam pro אֶמְשָׁה (ut יָרֵךְ pro יַרְכָה), מֶשֶׁת, מֶשָׁה c. Aleph prosthetico. Eodem fere inclinat J. D. Michaelis, cui vero est pr. 1 fut. Hiph. Hac origine assumta *vesperae* significatus primarius esset, *hesterni diei* secundarius.

אֲמִתַּי, אֱמֶת v. s. rad. אָמַן.

אָן ubi? contr. ex אָיִן, v. s. אַי, אֵי p. 80.

אֹן i. q. און Heliopolis, v. s. אוֹן p. 52.

אֲנָא chald. ego, v. sub אָנָה no. III.

אָנָּא (cum gemino accentu, ut alia Composita, quare pronuntiandum *ánna*, non *onna*) interj. precantis, conflata ex אָהּ et נָא pr. *ah quaeso!* Sequitur Imperativus Gen. L, 17. Ps. CXVIII, 25, vel fut. apoc. i. e. Optativus Neh. I, 5, alibi absolute construitur, praesertim in confessionibus Exod. XXXII, 31. Dan. IX, 4. Pro eo scribitur quoque אָנָּה 2 Reg. XX, 3. Jes. XXXVIII, 3. Jon. I, 14. IV, 2. Ps. CXVI, 4. 16. Dagesch forte utrum compensativum sit, an euphonicum (*Lehrgeb.* §. 19, 2. 42, 3), non definio.

I. אָנָה i. q. אָנַן *luxit, planxit.* Plur. אָנוּ Jes. III, 26. XIX, 8. J. B. Karisch interpretatur: אָנוּ, addens אנינות المساكن i. e. *doctorum collegia (interpretantur) moerorem.* Temere J. D. Michaelis (in Supplemm.) hanc radicem eliminaturus legit אָנוּ; extant enim duo eius derivata:

אֲנִיָּה f. *moeror, luctus* Jes. XXIX, 2, et

תַּאֲנִיָּה f. id. ibid. et Thren. II, 5. Conferri potest syr. ܐܘܢܝܐ luctus, moeror Prov. XIV, 13 Pesch., at „أنية moestitia“ in Simonis Lex. ed. Eichh. p. 150 ficticium est, quod ne quis fallatur annotamus. آنية sunt *vasa.* — Eodem pertinet compositum

אֲנִיעָם (moeror populi) N. pr. viri 1 Par. VII, 19.

II. אָנָה in Kal inusit. Arab. أنى *tempestivus* fuit, ad terminum suum advenit res Cor. 57, 15, hinc *maturus* fuit (fructus), ferbuit aqua calefacta Cor. 55, 44, إنى tempus idoneum, καιρός. Cf. vicinum آن pro اين tempestivus, opportunus fuit, tempestive accidit, آن tempus, tempestas, occasio. Conj. IV. retinuit, procra-

stinavit, coërcuit (pr. fecit, ut aliquis sibi tempus concedat) Conj. V. X. moram, patientiam adhibuit (pr. tempus sibi concessit). His finitimus est usus loquendi Hebraeorum, qui de loco magis, quam de tempore vocabulum usurpasse videntur (facessant enim Etymologorum et *temporis* et *luctus* notionem, quae est sub no. I, a *fervendo* derivantium coniecturae): *appropinquavit, obviam venit*, fortasse *adfuit*. Inde

Pi. obvenire, accidere fecit. Exod. XXI, 13 de homicida: *sed qui non consulto egit* וְהָאֱלֹהִים אִנָּה לְיָדוֹ *Deusque illud obvenire fecit manui eius* cet.

Py. אֻנָּה obvenire factus est i. e. *obvenit, obtigit (von Gott zugeschickt erhalten).* Prov. XII, 21: לֹא יְאֻנֶּה לַצַּדִּיק כָּל־אָוֶן *non obtingit iusto ullum malum* pr. divinitus ei non immittitur. Ps. XCI, 10.

Hithpa. occasionem quaesivit alicui nocendi, c. c. לְ. 2 Reg. V, 7. (cf. תֹּאֲנָה).

אֳנִי comm. *navis* s. potius coll. *classis.* (Arab. اناة plur. آنية et أوانٍ *vas*, pec. aquarium, urna, amphora. Ita dictum est *vas* vel a retinendo et continendo [vide أنى Conj. IV], vel ab aqua in eo calefacienda et coquenda, quemadmodum דּוּד *olla* est a coquendo, quanquam postea eadem vox ad alia receptacula, adeoque ad *corbes*, refertur. Praeterea *navium* nomina interdum a vasibus petita sunt, cf. gr. γαυλός mulctra, vas butyraceum, alveare et γαῦλος navis Herod. III, 136, ubi male Wesselingius ad semiticam originem confugit; arab. خَلِيّ alveare it. navis maior; بَارِجَة navis magna bellica, et إِبْرِيج vas in quo lac agitatur butyri eliciendi ergo ex more Orientalium consueto, et prae caeteris hebr. כְּלֵי גֹמֶא *vasa papyracea* Jes. XXXVIII, 2 de naviculis, ubi Saad. nostra voce usus (انا من بردى). 1 Reg. IX, 26. 27. X, 11 (ubi iungitur verbo masc.) comm. 22. Jes. XXXIII, 21 (in utroque loco c. fem.). In omnibus his locis collectivum esse videtur cui respondet nomen unitatis אֳנִיָּה, ad analogiam nominum vicis et singularitatis apud Arabes, ut تِبْنَة unus straminis culmus, تِبْن stramen, حَمَامَة columba una, حَمَام columbarum genus (de Sacy gramm. arabe I §. 577), unde etiam Plurali caret. Auctor Paralipomenôn more suo interpretem agens bis pro eo pluralem אֳנִיּוֹת posuit (v. 1 Reg. IX, 26 coll. 2 Par. VIII, 18; 1 Reg. X, 22 coll. 2 Par. IX, 21). Vulg. constanter: *classis.* Syr. *naves.*

אֳנִיָּה f. nomen unitatis praecedentis: *navis.* Prov. XXX, 19. Jon. I, 3 – 5. Plur. Gen. XLIX, 13. Iudd. V, 17. 1 Reg. XXII, 49. 2 Par. VIII, 18. XX, 36. 37. Ps. CIV, 26 cet. אֳנִיּוֹת סוֹחֵר naves institoris Prov. XXXI, 14. אֳנִיּוֹת תַּרְשִׁישׁ *naves Tartessiae* Jes. XXIII, 1, de navibus magnis institorum universim (v. תַּרְשִׁישׁ) 2 Par. IX, 21. Ps. XLVIII, 8. Jes. II, 16. אַנְשֵׁי אֳנִיּוֹת nautae 1 Reg. IX, 27.

אוֹנִיָּה c. Waw matre lectionis redundante id. 2 Par. VIII, 18 in Chethibh, et Cod. Sam. Deut. XXVIII, 68. Qui ita scripsere, librarii de vocali O indicando iusto magis solliciti fuerunt.

אֵת praep. *apud*, pro אָנֶת appropinquatio; v. infra suo ordine.

תַּאֲנָה f. pr. *occursus venereus, coitus* (cf. אִנָּה Pi. obviam fecit, quae significatio ad congressum maris cum femina transfertur, cf. נכח et arab. نكح iniit feminam). Jer. II, 24 de onagrae libidine: תַּאֲנָתָהּ מִי יְשִׁיבֶנָּה *quis coitum eius impediet?* N. G. Schroeder (Observatt. ad origg. hebr. p. 10) coll. أنى de aqua fervente *aestum libidinosum* intelligit, non minus apte ad contextum et etymon, si quidem aqua fervens transferri solet ad salacitatem (v. חָמַם).

תֹּאֲנָה (pro תְּאֻנָּה, ut תֹּפְלָה pro תְּפִלָּה) *occasio* Iudd. XIV, 4: תֹאֲנָה הוּא־מְבַקֵּשׁ *occasionem ille quaerit.* Eadem sententia 2 Reg. V, 7 exprimitur verbo הִתְאַנָּה.

III. Huius radicis analogiam sequuntur denique pronomina personalia primae personae:

אֲנָא Dan. II, 8. Esr. VI, 12. VII, 21 et frequentius אֲנָה chald. comm. *ego.* Dan. II, 23. III, 25. IV, 1. 4. 6. 15 sq. Pariter ac reliqua pronomina personalia separata, plerumque nominativum designat, sed casus etiam obliquos, ubi hi praecesserunt, ut Dan. VII, 15: רוּחִי אֲנָא *spiritus meus, meus* (inquam). Esr. VII, 21. Vide *Lehrgeb.* p. 728. In linguis cognatis congruunt syr. ܐܢܐ, Sam. ࠀࠍࠀ, ࠀࠍࠊ (quamvis hi etiam Hebraeorum more ࠀࠍࠊࠉ, ࠀࠍࠇࠍࠅ scribant), arab. أنا, aethiop. አነ:, amhar. እኔ:, melit. *ŷn, ŷna, ŷnae*, it. *jŷn, jŷna, jŷnae.* In dial. Hieros. abiecto א dicitur נָא.

אֲנוּ *nos* i. q. אֲנַחְנוּ in uno loco Jer. XLII, 6 Chethibh. Derivatur insolentior haec forma (quae tamen in Rabbinismo est, v. c. אנו אמרים nos dicimus) ab אֲנִי, ut אֲנַחְנוּ ab אָנֹכִי, et ex ea decurtata sunt Suffixa נוּ, ־ֵנוּ, ־ָנוּ, quare in antiquo Hebraismo non potest non extitisse. In Keri et in multis codd. ac libris impressis legitur quidem vulgare אנחנו, at non dubito, quin אנו genuinum sit. Conf. alias formas, quae eandem analogiam sequuntur, sub אֲנַחְנוּ.

אֲנִי, cum accentu distinctivo, etsi minore, אָנִי (Gen. XXXI, 52, hinc perpetuo in formula חַי אָנִי) comm. *ego.* Pleonastice iungitur primae personae verbi, potissimum in argenteae aetatis libris, ut אָמַרְתִּי אֲנִי Eccles. II, 1.

11. 12. 15. 18. 20. III, 17. IV, 1. 2. 4. 7. VII, 25. VIII, 15, et praemisso pronomine Iob. V, 3. XIX, 25, cf. *Lehrgeb.* p. 801. Plerumque est nominativus, etsi etiam in casibus obliquis reddi debeat, ubi tales praecesserunt, ut in Dat. Zach. VII, 5: צַמְתֻּנִי אָנִי num ieiunastis *mihi?* in Accus. Gen. XXVII, 34: בָּרְכֵנִי גַם אָנִי benedicas *mihi*, etiam *mihi* (quanquam latine Dativo redditur), in Ablat. 1 Sam. XXV, 24. Vid. *Lehrgeb.* p. 727. Saepe ponitur pro verbo substantivo *ego sum*, Gen. XV, 7: אֲנִי יְהוָה *ego sum Jehova.* XXIV, 24. Jes. VI, 5 cet. Singula exempla Buxtorfium suppleturus recensuit Noldius in conc. part. p. 74. — Jo. Simonis huius et alterius personae pronominis radicem quaerit in verbo אָנָה, أنى *adfuit, praesens* fuit (v. supra), ut אֲנִי pr. sit *praesentia, praesens* (הַמְדַבֵּר ut loquuntur Rabbini): cuius opinionis probabilitatem in medio relinquimus.

אָנַח in Kal inusit. Niph. נֶאֱנַח *gemuit, suspiravit.* (Chald. אִתְאֲנַח, syr. et zab. ܐܬܬܢܚ, sam. ࠀࠍࠇ eliso Aleph id. Arab. أَنَحَ vehementer anhelavit, spiritus duxit. Verba autem affectuum amant in coniugationibus passivis poni. Cf. נֶאֱנַק, הִתְאַבֵּל, הִתְאַנַּף pr. lugentem, iratum se praebuit, et exempla aeth. in Ludolf. gramm. p. 34 no. 2. Caeterum haec radix onomatopoëtici quid habet, cf. אָנָה, אָנַךְ, אָנַק, נָאַק, arab. أَنَّ it. نَخْنَخَ, quae omnia gemendi, lugendique vim habent). Tribuitur plerumque hominibus Thren. I, 4. 8. 11. 21. Jes. XXIV, 7. Exod. II, 23, quanquam etiam pecudi Joel I, 18. Constr. c. עַל (Ezech. XXI, 12) et מִן (Exod. l. c.) rei, propter quam gemimus.

אֲנָחָה cum Suff. אַנְחָתִי f. *gemitus, suspirium.* (Chald. אֲנָחָה, תְּנָחְתָּא, תִּנְחֲתָא, syr. zab. ܬܢܚܬܐ plur. ܬܢܚ̈ܬܐ). Ps. VI, 7. XXXI, 11. CII, 6. Iob. III, 24. XXIII, 2. Jes. XXXV, 10. LI, 11. XXI, 2: כָּל־אַנְחָתָהּ *omnis gemitus propter eam* (Babylonem). Plurimi iique accuratissimi libri mss. et impr. habent He mappikatum: praetereaque ־ָהּ Suffixum esse, non meram paragogen, ostendit accentus in ultima. Plur. c. Suff. אַנְחוֹתַי Thren. I, 22.

אֲנַחְנוּ pron. pers. 1 pers. plur. *nos*, cum acc. distinct. maiore אֲנָחְנוּ Gen. XIII, 8. XXIX, 4. XLII, 31 cet. (Vide exempla in Noldii concord. p. 90 sq.). Originem si spectas, simplicissime dixeris, אֲנַחְנוּ pr. pluralem esse formae אָנֹכִי, sicut אֲנוּ formatum est ab אֲנִי. Litterae N et U in linguis semiticis saepe plurali formando inserviunt (cf. קְטַלְנוּ, יִקְטְלוּן, תִּקְטֹלְנָה, arab. ون in nomine et in verbo), et כ et ח alibi quoque inter se permutantur (v. כ). Jo. Simoni est pro אֲנִי נִכַּח nos qui coram sumus, M. Norbergio (diss. de pronomine p. 5) pro אנאנר = אני אני *ego, ego*, vel inserto ח „coniunctionis nota a chald. אחא fibula, أخا connexuit“, quae, utpote nugatoria, retulisse sufficiet. En stemma variarum, quibus hoc pronomen in linguis semiticis exprimitur, formarum, modo diductiorum, modo contractiorum! Analogiam hebraei אָנֹכִי, אֲנַחְנוּ sequuntur chald. אֲנַחְנָא, אֲנַחְנָה, in Targg. נַחְנָא, sam. ࠀࠍࠇࠍࠍ, arab. نَحْنُ, aethiop. ንሕነ:, maurit. et melit. احنا ahhna, ahhnae, syr. ܚܢܢ, nasor. אחנין, חנין; analogiam vero simplicioris אֲנִי, אֲנוּ: chald. hieros. אֲנַן et נַן, sam. ࠀࠍࠍ, syr. ܢܢ in compositionibus, amhar. *eña.* Adde aegypt. ⲀⲚⲞⲚ nos, ⲚⲀⲚ nobis.

נַחְנוּ id. at raro, et nonnisi his in locis Gen. XLII, 11. Exod. XVI, 7. 8. Num. XXXII, 32 (ubi cod. Sam. constanter substituit vulgare אנחנו). 2 Sam. XVII, 12. Thren. III, 42.

אֲנַחְנָא chald. id. Dan. III, 16. 17. Esr. V, 11, semel אֲנַחְנָה Esr. IV, 16.

אָנַךְ rad. inusit. أَنُكَ crassus, molestus, tardus fuit, *schwerfällig seyn*, probab. pr. plumbeus fuit, a nomine

אֲנָךְ m. *plumbum*, i. q. עֹפֶרֶת. (Arab. آنُكٌ sec. Kimchium quoque آنُك plumbum sive nigrum sive album i. e. *Zinn*, quod quidem posterius vulgo sed minus accurate *stannum* appellant, cf. Schneider Lex. gr. v. κασσίτερος. Syr. ܐܢܟܐ id., unde ܐܢܟܐ ܚܘܪܐ plumbum album, *Zinn* Barhebr. 181. Aethiop. transp. ናእክ: et ናዕክ: pro gr. κασσίτερος Zach. IV, 10 et spec. de perpendiculo stanneo s. plumbeo Act. XVII, 28 Vers. aethiop., adeoque armen. անագ *anak* stannum). — In V. T. semel exstat pro *perpendiculo* s. libella plumbea (cf. رصاص, plumbum nigrum et album it. libella; μολυβδὶς perpendiculum a μόλυβδος plumbum; it. נאך aeth. modo laudatum). Amos VII, 7: *Dominus stabat super* חוֹמַת אֲנָךְ *murum perpendiculi* i. e. ad amussin constructum (*perpendicularem* dixeris) *manu tenens perpendiculum* (אֲנָךְ). Com. 8. .... *dixit Dominus: ecce perpendiculum admovebo populo meo Israël* i. e. omnia destruam, quasi ad normam et libellam. (Cf. Jes. XXXIV, 11. 2 Reg. XXI, 13). Temere LXX et Symm. Syr. *adamantem* reddunt (fort. coll. אונכא onyx), it. Hieron. *trullam*

caementarii. Rectius Aqu. γάνωσις q. d. stannatio, *Verzinnung* (Jacobs Anthol. p. 84), Chald., qui ad sensum reddidit דִּין *iudicium.* Tanchumi Hier. haec est glossa: ד׳ יונה שרח פי חומת אנך קצריר והו פי אלערבי אנך ומעני בידו אנך הו אלקצריר אלדי יכון פי אלחיט אלדי יוזן בה אלבנא אלבנאית ללא תעוג׳ *R. Jona interpretatur Am. VII, 7* قدير (tale vocabulum, ni fallor, sibi voluit Tanch.) *regula, mensura* i. e. *arab.* آنك *et in verbis* בְּיָדוֹ אֲנָךְ *est perpendiculum filo appensum, quo examinatur aedificium, ne curvum evadat.* Juda b. Karisch: על חומת אנך على سور آنك وهو القدير (Ms. אלקודיר) يقال للقدر القدرة (Ms. מֵאֲנָכָה) مانكة *super murum plumbi i. e. perpendiculi. Ita dici solet de fato: fatum* מאנכה *i. e. appensum.* Ignorat hoc vocabulum Firuzabadius, at nihilo secius J. b. K., ipse Arabs, testis locuples habendus erit. Bene Kimchi: פירושו בדיל ... ופירושו חומת בנויה בקו מדה במשקלת המשפט. Cf. Bocharti Canaan I, 39. Temere et quasi nihil de hoc vocabulo constaret, ei *fundae* significationem tribuit Staeudlinius in novis Symb. ad intp. proph. p. 249.

* * *

אָנֹכִי (Milra et cum Metheg in antepenultima). Gen. VII, 4. XV, 1. XVI, 5. 8 cet., cum accent. dist. אָנֹכִי (Milel) Gen. III, 10. IV, 9. XV, 14. XXIV, 24 cet. plenior forma pro אֲנִי *ego*, aeque frequens atque illa et nullo discrimine posita. Vide exempla ap. Noldium in Concord. partic. p. 85. Simonis et Norbergius, quibus אָנֹכִי est pro אֲנִי כֹּה l. אֲנִי נֹכַח *ego coram* l. *ego hic*, non multos habebunt adstipulantes: nobis observasse sufficiat, *Caph* illud additicium in altera etiam persona (אַתְּ, אַתָּה, pro אַתֵּם, אַתֶּם) olim comparuisse, eiusque vestigia superesse in Suffixis ךָ, ־כָה, כֶם atque in Afformativis Aethiopum (አንተ: አንትሙ:), nec non Samaritanorum et Melitensium (Anecdott. orient. I p. 43). Idem Caph comparet in lingua phoenicia (אנך lege אָנֹכִי Inscr. Oxon. lin. 1) atque adeo aegyptiaca, cuius pronomina personalia semiticis cognata sunt (ⲁⲛⲟⲕ Sahid. ⲁⲛⲕ it. ⲁⲛⲅ). In Cod. Sam. aliquoties, ut Gen. XIV, 23. Deut. XXXII, 39, pro אני legitur אנכי, sed non constanter, nedum consulto.

אָנַן in Kal inusit. Chald. אֲנַן moeruit, tristis fuit, luxit, אֲנִינוּתָא, אֲנִינָה moeror, luctus, sec. Judaeos de luctu interno, sicut אֵבֶל de luctu externo, Mischna Sanhedr. 6 §. 6, cf. de Dieu ad Num. XI, 1; arab. أَنَّ gemuit, أَنَّان, أُنَان multum gemens vir, أُنَّة de gemitu captivorum, Ispah. p. 19, quae forma abest a Golii Lexico; cf. فَنَّ gemuit, flevit, it. אָנָה, אָנַח, אָנַק.

Hithpo. הִתְאוֹנֵן pr. tristem, moestumque se gessit (cf. quae sub אָנָה dicta sunt) hinc *conquestus, quiritatus est* Thren. III, 39, adiuncta impietatis notione Num. XI, 1. Juda b. K.: يتانى, متانيين Conj. V, quae in Lexicis arabicis hac significatione non annotatur.

* * *

אִנּוּן chald. pron. pers. 3 plur. masc. i. q. הֵמּוּ, hebr. הֵם *ii, isti* Dan. II, 44, fem. אִנִּין *eae, istae* VII, 17. Cf. in Targg. Eccl. X, 8. Zach. IV, 5, in quibus habes etiam masc. הִנּוּן fem. הִנִּין, nec non sing. inde formatum אִנּוּן, הוּא, הִיא *is, ipse.*

אָנַס *coëgit, vi adegit, vim intulit.* Esth. I, 8: אֵין אֹנֵס *nemo vim inferebat* hospitibus, ut biberent. (Longe frequentissima est radix in Targg. pro hebr. גָּזַל, עָשַׁק, רָצַץ, et apud Rabbinos violandi opprimendique potestate. Syr. Ethpa. ܐܬܐܢܣ coactus est Barhebr. p. 463, Pa. ܐܢܣ pro ἐκβιάζομαι Sap. XIV, 19) J. b. K. لا مكره لا قسرا نكرها ولا قسرا *nemo quenquam invitum adigebat eique vim inferebat.*

אֲנַס chald. id. Dan. IV, 6: כָּל־רָז לָא־אָנֵס לָךְ *nullum mysterium tibi negotium facessit.* Vers. hebr. נִפְלָא אֵלֶיךָ. Juda b. K. يعصب عليك.

אָנַף fut. יֶאֱנַף *spiravit*, it. *spiritum e naribus efflavit*, in Verbo nonnisi translate *iratus fuit* (cf. רוּחַ אַף et רוּחַ, חָפִיחַ de ira Iob. IV, 9. Jes. XXV, 4, Ps. X, 5). Constr. vel absol. Ps. II, 12. LX, 3. LXXIX, 5, vel cum בְּ obiecti Jes. XII, 1. 1 Reg. VIII, 46. Ps. LXXXV, 6. Esr. IX, 14. Legitur nonnisi in sublimiore et poëtico dicendi genere, in pedestri oratione frequentatur

Hithpa. pr. *iratum se praebuit*, hinc i. q. Kal, c. c. בְּ, Deut. I, 37. IV, 21. IX, 8. 20. 1 Reg. XI, 9. 2 Reg. XVII, 18. (Quae Arabes habent sub أنف, omnia secundaria sunt et a nasi significatione ducta). Hinc

אַף (pro אֲנַף) c. Suff. אַפִּי, אַפּוֹ m. pr. *spiramentum*, membrum, quo spiramus, hinc 1) *nasus.* (Arab. أَنْف, aeth. አንፍ: id., sed አፍ: *os*, itidem a spirando dictum). Dicitur de naso hominum Num. XI, 20. Jes. III, 21. Ezech. XXIII, 25. Prov. XXX, 33. Ps. CXV, 6, et animalium Iob. XL, 24. Prov. XI, 22. Cant. VII, 5: *nasus tuus* (est) *ut turris Libani, quae Damascum spectat.* (Cf. arab. أنف et عرنين *nasus*, de promontoriis et iugis montium vit. Tim. I, p. 52 ibique Manger.). גֹּבַהּ אַף altitudo nasi, de fastu (v. infra sub

אַף). אַף רוּחַ afflatio spiritus per nares, quemadmodum eorum, qui ira perciti sunt, *Schnauben* Iob. IV, 9. Hinc 2) *ira*, quae anhelando se prodit. (Cf. Theocr. I, 18: *καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται* ibique Casaub. Martial. 6, 64: *fumantem nasum vivi tentaveris ursi.* Alibi habes imaginem nasi rugosi, quae huc minus pertinet, v. Pers. V, 91). בַּעַל אַף Prov. XXII, 24 et אִישׁ אַף XXIX, 22 iracundus. Saepissime de *ira Dei* Deut. XXXII, 22. Zeph. II, 2. 3 cet. etiam ita ut primariae significationis ratio habeatur, Deut. XXIX, 19: יֶעְשַׁן אַף יְהוָֹה *fumabit ira* (pr. nasus) *Dei* (Sam., ut anthropopathismum devitet יחר אף יהוה). Ies. LXV, 5, proinde ellipt. de *ira Dei*. Iob. XXXVI, 13: יָשִׂימוּ אַף *θησαυρίζουσι τὴν ὀργήν* (v. שׂוּם). De ira effervescente plerumque dicitur חָרָה אַף exarsit ira (v. חָרָה), rarius עָלָה Ps. LXXVIII, 31. Prov. XV, 1, de eadem defervescente שָׁב אַף rediit ira (v. שׁוּב). Nasi significationem ubique urget Schultens. de defect. l. hebr. §. 240 sq.

Dual. אַפַּיִם st. constr. et c. Suff. אַפֵּי, אַפֶּיךָ, pr. 1) duo spiramina s. spiramenta i. e. *nares*. Gen. II, 7. VII, 22. Thren. IV, 20: רוּחַ אַפֵּינוּ מְשִׁיחַ יְהוָֹה *spiritus narium nostrarum* i. e. vita, lux nostra *Unctus Jehovae*. At sensu diverso Exod. XV, 8: בְּרוּחַ אַפֶּיךָ *spiritu* l. *flatu narium tuarum coacervatae sunt aquae.* — 2) *ira*, pariter atque in singulari, potissimum in locutionibus אֶרֶךְ אַפַּיִם tardus ad iram i. e. patiens, *μακρόθυμος* (v. אָרֵךְ) et קְצַר אַפַּיִם praeceps ad iram (v. קָצֵר). Dan. XI, 20: *interficietur* וְלֹא בְאַפַּיִם וְלֹא בְמִלְחָמָה *sed neque ira* i. e. ab irato, aut vehementiore impetu *ὀργῇ*, *neque bello*, int. sed insidiis. — 3) *facies, vultus* per synecd. partis pro toto, ut alibi פֶּה, עַיִן. (Syr. ܐܦܐ, ܐܦܐ i. q. פָּנִים, pers. بينى *bini* nasus it. facies.) Gen. III, 19. Creberrime in phrasi: וַיִּשְׁתַּחוּ אַפַּיִם אַרְצָה *et prostravit se vultu ad terram demisso* XLII, 6. Neh. VIII, 6, it. וַיִּקֹּד א׳ א׳ 1 Sam. XXIV, 9. 2 Par. XX, 18. Semel לְאַפֵּי i. q. לִפְנֵי ante 1 Sam. XXV, 23. — 4) *Duae personae*, qs. dualis a sing. אַף significatione *faciei* et *personae*. Ac personae significatum Syri habent sub ܐܦܐ, ut Hebraei sub פָּנִים, Graeci sub *πρόσωπον*. Ita interpretandus locus vexatus 1 Sam. I, 5: *Hannae dedit* מָנָה אַחַת אַפָּיִם *portionem unam duarum personarum* i. e. duplicem. Recte Syrus: ܡܢܬܐ ܚܕܐ ܥܦܝܦܬܐ *portionem unam duplicem*, et Arabs: نَصِيبًا وَافِرًا ضِعْفًا عَلَى مَا أَعْطَى أُولَئِكَ *portionem largam duplo maiorem his, quas dederat reliquis.* Solebant enim Hebraei cibi oblati copia amorem et observantiam significare, cf. Gen. XLIII, 34. Docte Tanch. Hier. ad h. l. אפים אי سهم واحد بقدر سهمين وقيل انه بمعنى الحابات مثل לא חשא פני דל وقيل انه رغيفين اى يجعل لها اللحم والادم بين رغيفين ويعطيها وهذا ضعيف جدا وبعيد i. e. אפים *est portio una duabus portionibus aequalis. Secundum alios habet significationem amoris* (prae amore) *coll. phrasi* נשא פנים; *sec. alios denique notat duos orbes panis, quibus interposuerit carnem et obsonia, ac Hannae obtulerit, sed hoc parum validum et longius petitum.* Alteram illam opinionem sequitur etiam Juda b. K. محابة لحرمة وجهها *prae amore, ut honoraret eam*, eaque ita accipienda est qs. אַפַּיִם esset pro לְשֵׂאת פָּנָיו. Tale quid spectavit etiam Kimchi reddens מָנָה נִכְבֶּדֶת *portio honorata* (immo *honorans*), cf. Schultens de defect. ling. hebr. §. 253. Ad tertiam vero illam interpretationem Tanchumo memoratam quod attinet ea commendatur arabico انف الرغيف *nasus panis* i. e. sec. Kam. 1135 كسرة *frustum* (ni fallor panis recentis frustulum *primum* et delicatius), neque temere reiicienda est. — 5) N. pr. viri in stemmate Judae 1 Par. II, 30. 31, qs. Naso.

אַנְפִּין chald. plur. tantummodo c. Suff. אַנְפּוֹהִי Dan. II, 46. III, 19 *facies* i. e. אַפַּיִם no. 3. In Targg. saepius dicitur contr. אַפִּין.

אֲנָפָה f. nomen avis purae, quae in indice animalium Levit. XI, 19. Deut. XIV, 17 est inter *ciconiam* et דּוּכִיפַת, cuique plures tribuuntur species (לְמִינָהּ). LXX. *χαραδριός*, avis in hiatibus (*χαράδραις*) amnium et ad ripas degens, at bene monente Bocharto (II, p. 335 sq.) fortasse hi legerunt אגפה (coll. hebr. אגף ripa v. Arûch h. v.). Ipse Bochartus *avem iracundam* reddit cum Hebraeis, et intelligit avem زمج i. e. aquilae genus, itidem ab iracundia dictum (زمج iratus fuit). Inter aves pronas ad iram est etiam *psittacus*, quem intelligunt duo Arabes: ببغا, بَبَّغَة. Atque hanc Arabum interpretationem Syri, Graecarum litterarum parum accurate periti, ad graecum *χαραδριός* transtulerunt, avemque ܟܠܕܪܝܘܣ ita describunt, ut psittacum album non possis non agnoscere (Physiol. syr. ed. Tychsen c. 15). Reliquorum interpr. versiones dicam an coniecturae hae sunt: Sam. [illegible] *hirundo*. Arabes duo mss. العقاب aquilae genus. Onk. אבו, Targ. Hier. אבוחנא (quae non magis quam vox hebraea lucent), Jon. vultur niger.

I. אָנַק fut. יֶאֱנֹק *ingemuit, suspiravit* it. de voce *doloribus extorta, stöhnen*, i. q. אָנַח sed fortasse paullo fortius; de vulneratis et moribundis dicitur Jer. LI, 52. Ezech. XXVI, 15. Nostro vocabulo fortius etiam est נָאַק. (Chald. id. Syr. ܐܢܩ suspiravit ex angustia, ܐܢܩܬܐ gemitus, suspirium).

Niph. id. (cf. de usu huius coniugationis sub אָנַח) Ezech. IX, 4. XXIV, 17: הֵאָנֵק דֹּם *ingemisce tacens*, ne quis suspiria audiat. Ita Symm. in SH. Vulg. Chald.

אֲנָקָה st. constr. אֶנְקַת f. 1) *gemitus* Mal. II, 13 ut captivorum Ps. LXXIX, 11. CII, 21, miserorum XII, 6. 2) Levit. XI, 30 reptilium genus, e lacertarum genere. Syr. ܐܡܟܘܣܐ stellio (v. Prov. XXX, 28), Sam. ࠀࠍࠔࠌࠔࠀ i. q. שְׂמָמִית, Saad. et Arabs Erp. الورل et الورك id. Nomen habere videtur a voce gemebunda et eiulatui simili, quam edunt nonnullae lacertae, quamobrem אֲנָקִין בְּכָיִין Esth. I, 2 in Targ. sec. recensentur inter diversa, quae coram Salomone propriam vocem edidisse dicuntur, animalia. Arabes habent peculiare verbum ضغث de voce lacertae ورل. LXX. Vulg. *murem araneum* reddunt. Vide Bocharti Hieroz. I, 1068 sq.

II. Rad. אָנַק nonnunquam mutuata videtur vim cognati עָנַק, عنق, quod est denom. ab عُنُق collum: longo, pulchro, gracili collo praeditus fuit, hinc عناق capella, a gracili collo. Ab hoc nomine ducitur hebraeum

אַקּוֹ (pro עַנְקוֹ, אַנְקוֹ) Deut. XIV, 5 *caprea, capreolus*, ex אֲנָק, אֶנֶק i. e. عناق vel talmud. אִקָּא, אִיקָא *hircus, caper*, cum terminatione וֹ, quae idem valet quod וֹן, quemadmodum *caprea* et *capreolus* est a *capro* et *capra*. Atque haec terminatio וֹ (it. ה) in Appellativis rarissime vel nunquam obvia in Nominibus propriis (quae nimis negligere solent Grammatici) non infrequens est, cf. עַבְדוֹ arenosus (ab عكد arena), גִּמְזוֹ regio sycomoris ferax, מִגְדּוֹ et מְגִדּוֹן turmis frequens, adde שְׁלֹמֹה, אִדּוֹ, יְהִדוֹ, אַחִיוֹ et quae de his formis disputavit Jo. Simonis in Onomast. p. 352 sq., qui eo nonnisi taxandus est, quod augmentativam facit hanc terminationem, cum potius derivativa sit. Vide Bocharti Hieroz. I, p. 900 sq., cui contradicit Rosenmuellerus in nota, Bochartianam illam interpretationem analogiae repugnare opinatus, quae non scripsisset V. D., si (quandoquidem Bochartus paucis iisque incertis defunctus erat exemplis) eorum, quae Jo. Simonis collegerat, memor fuisset. Caeterum cogitare etiam possis, cervum a voce rudente (v. Bocharti Hieroz. I, 883) dictum esse, quanquam illud praefero. Syr. Chaldaei et Arabes reddunt *ibicem*, Kimchi *hircum silvestrem*.

I. אָנַשׁ *aeger, male affectus fuit*. (Cf. נגש, syr. ܢܟܫ id.). Legitur tantum in Part. pass. אָנוּשׁ f. אֲנוּשָׁה *aeger, male affectus*. Usurpatur de plaga aut vulnere aegris, aegre sanabilibus Jerem. XV, 18. Mich. I, 9. Iob. XXXIV, 6, de dolore Jes. XVII, 11. Jer. XXX, 15, de animi indole Jer. XVII, 9, de die calamitoso Jer. XVII, 16. Cf. חָלָה eod. sensu.

Niph graviter aegrotavit 2 Sam. XII, 15.

II. Huius radicis analogiam sequuntur haud pauca nomina *hominem*, et spec. *virum*, *mulierem* notantia, ut sing. deperditus אֱנָשׁ, unde אֲנָשִׁים viri, נָשִׁים mulieres, אִשָּׁה mulier, quae supra tractavimus s. rad. vicina אִישׁ. Ibidem (אִישׁ not. 1. et אִשָּׁה not. 1.) de etymo sententiam diximus. H. l. pertractandum superest

אֱנוֹשׁ m. 1) *homo* i. q. אָדָם, sed nonnisi in sermone sublimiore et poëtico. Raro usurpatur singulariter Ps. LV, 14. Iob. V, 17, plerumque coll. de toto genere humano, impr. ubi numini illud opponitur Iob. VII, 17. IX, 2. X, 4. 5. XV, 14. XXV, 4. Ps. VIII, 5 cet. Idem est בֶּן־אֱנוֹשׁ Ps. CXLIV, 3 (cf. VIII, 5). Spec. est a) multitudo, *vulgus*, *homines vulgares* Ps. LXXIII, 5. Cf. אָדָם no. 1, b. Hinc Jes. VIII, 1: בְּחֶרֶט אֱנוֹשׁ *stylo vulgari* i. e. vulgaribus, non artificiosis, litterarum figuris, ab illiterato quoque nullo negotio legendis, cf. Hab. II, 2. Chald. *scriptura perspicua*. Saad. *stylo vulgari*. Ita Arabes يمشي في البرنسا i. e. incedit more hominum i. e. sec. Dschauhar. في غير صنعة sine ulla arte, cf. ἀριθμὸς ἀνθρώπου numerus vulgaris Apoc. XIII, 18, μέτρον ἀνθρώπου XXI, 17, nec non decantatissimum illud κατὰ ἄνθρωπον λέγειν Gal. III, 15, ἀνθρώπινον λέγειν Rom. VI, 19. In Cod. Nasor. ܐܢܫܐ nonnunquam est pro *homine e vulgo*, opp. regibus (Norberg. Lexid. p. 9), et syr. ܐܢܫܘܬܐ de multitudine plebis Act. XVII, 13 Pesch. Cf. nostr. ling. hebr. hist. p. 148. — b) *homines mali* Ps. IX, 20. LVI, 2. LXVI, 12, cf. אָדָם l. c., it. περιπατεῖν κατὰ ἄνθρωπον 1 Cor. III, 3.

2) *Enosus*, filius Sethi, Adami nepos. Gen. IV, 26. V, 6. 9. 1 Par. I, 1, cf. Luc. III, 38. Muhammedanorum de hoc patriarcha fabulas dabit d'Herbelot in bibl. orient. s. *Anosch*, Nasoraeorum, quibus ܐܢܘܫ *Anusch* est e sanctissimis coeli geniis, commenta Norberg. in Lexid. C. N. p. 18.

Plur. אנושים (אֲנוֹשִׁים) aliquoties legitur in Cod. Sam. pro vulg. אֲנָשִׁים. Gen. XVIII, 16. XIX, 10. 16. Secutus est diasceuasta samaritanus loquendi usum aramaeum, in quo habes ࠀࠍࠔࠉࠌ Gen. XIX, 5. 16, ܐܢܫܐ, אֲנָשִׁין, אֱנָשַׁי.

אֱנָשׁ chald. id. Dan. II, 10. VI, 8. 13 et collect. *homines* IV, 29. 30. בַּר אֱנָשׁ i. q. בֶּן־אָדָם *filius hominis* i. e. homo. Dan. VII, 13: *ecce cum nubibus coeli venit* כְּבַר אֱנָשׁ *species filii hominis*. (Significatur rex imperii terrarum quinti i. e. messiani. Quatuor priora eaque gentilium imperia bestiis cornutis et sanguinolentis adumbrata fuerant, imperium messianum humana specie. Caeterum ex hoc Danielis loco fluxit ea Messiae appellatio, quae servatoris nostri temporibus omnium usitatissima erat, nimirum *filii hominis*, pariter ac מָשִׁיחַ ex Ps. II, 2, צֶמַח ex Jerem. XXIII, 5. Certa eius vestigia praeter N. T.

reperiuntur in libro Henochi apocrypho, circa J. Chr. nati tempora, superstite tamen Herode M., scripto. Vide cap. 46 Ms. Bodlej. et Vers. angl. a Laurencio Oxonii 1821 editae). Pl. בְּנֵי אֲנָשָׁא Dan. II, 38. V, 21.

Plur. אֲנָשִׁים (more hebraeo) Dan. IV, 14.

אַנְתָּה chald. pron. 2 pers. m. *tu*. Dan. II, 29. 31. 37. 38. III, 10. V, 13. 18. 22. 23. VI, 17. 21 in Chethibh. Forma est hebraizans Chaldaismo biblico propria pro vulgari אַתְּ, אַנְתְּ gen. comm., eamque ob causam non agnita a Masorethis, qui He redundare significaturi ubique substituunt Keri אַנְתְּ.

אַנְתּוּן plur. praecedentis: *vos* m. Dan. II, 8. In Targg. id. et אַתּוּן, syr. ܐܢܬܘܢ. ון tanquam pluralis notam creberrime habes in nominibus arabicis.

אַתָּה m. *tu*, pro אַנְתָּה. (In linguis cognatis Nun modo comparet, modo occultatur. Arab. أَنْتَ, f. أَنْتِ in diall. vulgg. comm. أَنْتْ, إنتي melit. *ynt*, *ynti*; aethiop. አንተ፡ f. አንቲ፡; amhar. አንተ፡ f. anti; syr. ܐܢܬ f. ܐܢܬܝ, sam. ࠀࠍࠕࠄ, ࠀࠕ f. ࠀࠕࠉ, masor. אתא et אנאת, cf. aegypt. ⲚⲐⲞⲔ, fem. ⲚⲐⲞ). Cum accentu distinct. scribitur אָתָּה (Milêl) Gen. III, 11. IV, 11. XXVII, 32 cet. sine ה quinquies אַתְּ 1 Sam. XXIV, 19. Ps. VI, 4 et ter in Chethibh Eccles. VII, 22. Iob. I, 10. Nehem. IX, 6. Exempla, quae in V. T. exstant, omnia collegit Noldius p. 106 sq. — E vulgari forma אַתָּה, אַתְּ, אַתְּ decurtata sunt Affixa verbi (קְטַלְתָּ, קְטַלְתְּ), sed praeter eam antiquitus aliam extitisse אַנְכָה (Plur. אַתֶּם, אַנְכֶם) ad analogiam primae personae אָנֹכִי, supra monuimus (v. אָנֹכִי). Atque ita prope in singulis personis duplicis illius formae cum ת et כ non dubia habemus vestigia. In prima antiquissimis temporibus praeter אֲנִי, אָנֹכִי non potest non extitisse אנתי, unde קָטַלְתִּי et aethiop. ለተ፡ mihi; de altera iam dictum est, sed adeo in tertia persona lingua aethiopica habet ውእቱ፡ ይእቲ፡ (ex הוא, היא) adiecto Tau, et in casibus obliquis ሎቱ፡ ላቲ፡ illi, ውእተ፡ ይእተ፡ illum, illam, Plur. እሙንቱ፡ (המון, הֵמָּה cum Tau) s. ውእቶሙ cet. Quid? quod in ipsa lingua hebraea litterae ת in tertia persona comparentis fortasse reliquias habemus in futuri formis תִּקְטֹל et תִּקְטֹלְנָה, de quibus explicandis paene desperarunt Grammatici. In casu obliquo ponitur pro *tui*, *tuus* 1 Reg. XXI, 19, *te* Prov. XXII, 19, v. *Lehrgeb.* p. 727.

אַתְּ, c. acc. dist. אַתְּ *tu* f. Gen. XII, 13. XXIV, 23 sequ. Aliquoties iungitur masculinis, ut arab. أنتي in dial. vulg. Deut. V, 24. Ezech. XXVIII, 14, cf. *Lehrgeb.* p. 732. Rarior forma, eaque syrizans est

אַתִּי *tu* f. quod septem in locis (1 Reg. XIV, 2. 2 Reg. IV, 16. 23. VIII, 1. Iud. XVII, 2. Jer. IV, 30. Ezech. XXXVI, 13) extat in Chethibh. Masoretharum crisis dicam an ἀκρισία ubique sublato י scripsit אַתְּ, sed *atti* genuinam esse formam hebraeam, suadet arabicum أَنْتِ, أَنْتِي. Praeterea eadem forma legitur in cod. Sam. Gen. XII, 13. XXIV, 47, ad imitationem samaritanae dialecti.

אַתִּין v. mox אַתֵּן.

אַתֶּם, neque aliter in pausa אַתֶּם 2 pers. pl. *vos* m., raro et parum emendate pro fem. Ezech. XIII, 20. (Derivatur ab אַתָּה cum Mem, multitudinis nota. Arab. أَنْتُمْ, aeth. አንትሙ፡ Aram. אַנְתּוּן, v. supra).

אַתֵּן *vos* f. legitur semel Ezech. XXXIV, 31, ubi alii codd. אַתֶּן. Cum He parag. scribitur אַתֵּנָה Gen. XXXI, 6. Ezech. XIII, 11. XXXIV, 17, et ib. XIII, 20 אַתֵּנָה, saltem in nonnullis Mss. et Edd., ad analogiam formarum הֵנָּה, أَنْتُنَّ, هُنَّ, idque propter hanc ipsam analogiam praeferendum videtur. In cod. Sam. Gen. XXXI, 6 habes ࠀࠕࠉࠍ (l. אַתִּין) per Samaritanismum (cf. ibid. Vers. sam.) *Nun* aeque ac *Mem* esse multitudinis notam, colligitur e terminationibus nominum ـين, ـون, ـِين, nec non ־ון et ־נָה in futuris verborum.

אָסָה rad. inusit. i. q. arab. أَسِيَ (ז et ס permutatis, v. sub ז) laesus est, percepit noxam, damnum et incommodum Cor. III, 194 et trans. laesit. Conj. IV. molestia et damno affecit Cor. VI, 34. Hinc أَسًى, أَذَاةٌ, أَذِيَّةٌ noxa, detrimentum Cor. II, 191. III, 107. 183. Hamas. 498. Har. I, p. 40 Schult. Fortasse cognatum est aram. אָסָא ܐܣܐ medicatus est, nimirum (more radicum اضداد, v. sub נכר) laesionem restituit, cf. دوى aegrotavit III. medicatus est.

אָסָא N. pr. (*laedens* vel, quod praefero, *medicus*), quo appellatus est 1) rex Judae, Abiami filius, Rehabeami nepos, vir pius, idololatriae infestus, post XLI annorum imperium mortuus anno a. Chr. n. 914. 1 Reg. XV, 9—24. 1 Par. III, 10. X, 16. 2 Par. XIV — XVI. Matth. I, 7. 8. LXX. Ἀσά. 2) Levita quidam 1 Par. IX, 16.

אָסוֹן m. *noxa*, *damnum*, quo quis afficitur Gen. XLII, 4. 38. XLIV, 29. Exod. XXI, 22. 23.

אָסוּךְ v. rad. סוּךְ.

אָסַם rad. inus. i. q. aram. אֲסַן, أَسَّ (מ et נ permutatis) coacervavit, reposuit, unde أَسَّا et أُسْنُوَة commeatus, coacervatio, אַסְנַיָּא granaria, horrea Joel I, 17 Targ. (ubi Arûch legit חסניא).

אֲסָמִים plur. *horrea* Deut. XXVIII, 8. Prov. III, 10, quae in oriente subterranea esse solent hodieque *Matmûrâth* مطمورات dicuntur (Elnawab. no. 198. Golii Lex. arab. h. v. Harmar *Beob.* II, 459 sq. ibique Faber). In Codd. Sam. Deut. l. c. pro אֲסָמֶיךָ scribitur אסימך (אֲסִימְךָ) *horreum tuum* a singular. אָסִים. Interpres tamen samaritanus vulgarem lectionem expressit, vertens [samaritan]. Fortasse etiam Samaritanorum librariis, qui אסימך scribebant, obversabatur aliud vocabuli etymon (quod nostratium quoque nonnullis placuit) a שׂוּם, aram. ܣܳܡ, arab. شام reposuit, quo posito אָסַם esset pro אָסוּם, אָסְאם.

אָסַן rad. inus. aram. recondidit, v. אָסַם.

אַסְנָה N. pr. viri Esr. II, 50. Appellative est vel *horreum* vel *rubus* i. q. chald. אַסְנָא, hebr. סְנֶה.

* **אָסְנַפַּר** (in aliis codd. אָסְנַפָּר, atque sic LXX. Ἀσσεναφάρ, Vulg. *Assenaphar*) Esr. IV, 10 nomen regis, vel potius satrapae Assyriorum, qui colonias in Palaestinam duxisse dicitur. Aliqui, ut J. H. Michaelis, Esarhaddonem intelligunt coll. vers. 2, plerique Judaeorum Sanheribum: at veri dissimillimum est, hos reges duobus nominibus appellatos esse. רַבָּא וְיַקִּירָא fortasse solennis erat Satraparum titulus.

* **אָסְנַת** N. pr. filiae Potipherae, sacerdotis Heliopolitani, quam in matrimonium duxit Josephus Gen. XLI, 45. XLVI, 20. LXX, quorum est aliqua in nominibus aegyptiis auctoritas, scribunt Ἀσενέθ, Ms. Alex. Ἀσεννέθ. Quod ad etymon attinet, Jablonskius (Opuscc. II, 209. Panth. Aegypt. I, 56) in syllaba *Net* agnoscit deam Neith (Νηΐθ Plat. Tim. 474 Steph.) s. Nit (Νίτ Eratosth.), nomenque nostrum aegyptiace scribi coniicit ⲤⲰⲈ-ⲚⲈⲒⲦ *Assche-neit*, quod Ἀθηνοσεβής *Minervae cultrix* commode reddatur, cf. alia nomina propria, in quibus eiusdem numinis nomen latet, ut Νίτητις Herod. III, 1 (i. e. quam Neitha dedit), *Psammenitus* (a Neitha eruditus), *Pateneit* Procl. in Tim. 31 (qui Neithae est). Facilius fortasse scripseris ⲀⲤ-ⲚⲈⲒⲦ *quae Neithae est*, ab ⲀⲤ (ea est), ut *Asisi* ⲀⲤ-ⲎⲤⲈ (Champollion Précis, Tab. gen. p. 25) *quae Isidi* (devota) *est*. Idem nomen ab Aegyptiis etiam ad Aethiopes transiisse videtur, quibus itidem [ethiopic] est nomen mulieris (Lud. Lex. p. 347).

אָסַף imp. אֱסֹף, אָסְפָה Num. XI, 16, plur. אִסְפוּ Ps. L, 5, Joel I, 14, fut. יֶאֱסֹף, in Plur. et c. Suff. יַאַסְפוּ, יַאַסְפֵהוּ, יַאַסְפֵנִי, rarius א quiescente vel abiecto יֹסֵף, אֹסִף, וַיֹּסֶף 1 Sam. XV, 6. 2 Sam. VI, 1. Ps. CIV, 29. Mich. IV, 6 1) *collegit*, ut fruges Exod. XXIII, 10. Jes. XVII, 5, spicas Ruth II, 7, pecuniam 2 Reg. XXII, 4, it. *congregavit* homines, populum, populos cet. Exod. III, 16. XI, 27. Num. XXI, 16. 2 Sam. XII, 28. Zeph. III, 8 cet. Constr. c. acc., praeterea nonnunquam cum אֶל hominis vel loci, ad quem quis congregatur vel colligitur Gen. XLII, 17: וַיֶּאֱסֹף אֹתָם אֶל־מִשְׁמָר *et congregavit eos in carcerem*. Ezech. XXIV, 4. 1 Sam. XIV, 52: וַיַּאַסְפֵהוּ אֵלָיו *et congregavit eum ad se*. Gen. VI, 21. Jos. II, 18; cum עַל 2 Reg. XXII, 20: הִנְנִי אֹסִפְךָ עַל־אֲבֹתֶיךָ *ecce ego congregabo te ad patres tuos* (cf. de hac locutione Niph. no. 1). — Hinc 2) *recepit* apud se, maxime in hospitium et tutelam. Deut. XXII, 2. Jos. XX, 4: וְאָסְפוּ אֹתוֹ הָעִירָה אֲלֵיהֶם *et recipiant eum ad se in oppidum*. 2 Sam. XI, 27. Ps. XXVII, 10. אָסַף פ׳ מִצָּרַעַת 2 Reg. V, 3 sq. recepit aliquem a lepra i. e. medicatus est homini leproso, quo facto in reliquorum hominum consortium, a quo seclusus fuerat, denuo recipiebatur. — 3) *collegit* ad se, *contraxit*. Gen. XLIX, 33: וַיֶּאֱסֹף רַגְלָיו אֶל־הַמִּטָּה *contraxit pedes suos in lectum*. 1 Sam. XIV, 19: אֱסֹף יָדֶךָ *retrahe manum tuam* i. e. desiste ab incepto. Joel II, 10: אָסְפוּ נָגְהָם *stellae contrahunt splendorem suum*, quem antea sparserant i. e. non amplius splendent. Hinc 4) *abstulit*, impr. id quod aliquis antea dederat. (Cf. כָּנַשׁ *collegit* et *abstulit*). Ps. CIV, 29: תֹּסֵף רוּחָם יִגְוָעוּן *aufers spiritum eorum et exspirant*. Job. XXXIV, 14. Gen. XXX, 23: אָסַף אֱלֹהִים אֶת־חֶרְפָּתִי *abstulit Deus ignominiam meam*. Jes. IV, 1. X, 14. Ps. XXVI, 9. LXXXV, 4. — 5) *sustulit e medio*, *interfecit*. Iud. XVIII, 25: *ne invadant te* וְאָסַפְתָּה נַפְשְׁךָ וְנֶפֶשׁ בֵּיתֶךָ *tollasque s. perdas et tuam et domus tuae vitam*. 1 Sam. XV, 6: פֶּן אֹסִפְךָ עִמּוֹ *ne tollam te cum illo*. Ezech. XXXIV, 29: אֲסֻפֵי רָעָב *fame sublati* i. e. interfecti. Jer. VIII, 13. Zeph. I, 2. Cf. rad. סוּף, סָפָה. — 6) *agmen clausit* Jes. LVIII, 8. Qui enim agmen claudit, continet colligitque dispersos. Cf. Pi. no. 3.

Niph. 1) *collectus*, *congregatus est* Iud. II, 10. VI, 33. XVI, 23. Gen. XXIX, 2 (3). 1 Sam. XXVII, 1.

Constr. c. אֶל Lev. XXVI, 25. 2 Par. XII, 5, לְ 2 Par. XXX, 3, עַל 2 Sam. XVII, 11. Amos III, 9 loci, ad quem congregamur, quanquam עַל in hac phrasi frequentius valet *contra* Gen. XXXIV, 30. Ps. XXXV, 15. 2 Sam. XVII, 11. Micha IV, 11. Zach. XII, 3. Peculiaris locutio est נֶאֱסַף אֶל־עַמּוֹ Gen. XLIX, 29, אֶל־עַמָּיו Gen. XXV, 8. XXXV, 29. XLIX, 33. Num. XXVII, 13. XXXI, 2. Deut. XXXII, 50. אֶל־אֲבוֹתָיו Iudd. II, 10 *congregatus est ad populum suum, ad patres suos,* et simpliciter נֶאֱסַף Num. XX, 26, alibi בָּא אֶל־אֲבוֹתָיו Gen. XV, 15 *ingressus est ad patres suos,* de introitu in orcum, ubi Hebraei maiores suos iam congregatos esse credebant. Distinguitur ista *ad patres* s. *ad populum congregatio* tam a morte (quae eam praecedit), quam a sepultura. Gen. XXV, 8: וַיִּגְוַע וַיָּמָת אַבְרָהָם .... וַיֵּאָסֶף אֶל־עַמָּיו וַיִּקְבְּרוּ אֹתוֹ: XXXV, 29. 2 Reg. XXII, 20: *congregabo te ad patres tuos* וְנֶאֱסַפְתָּ אֶל־קִבְרֹתֶיךָ *et congregaberis in sepulcra tua.* (Arab. الحق باسلافه *adiungere* aliquem *maioribus suis* s. ad patres mittere dicitur pro occidere vit. Tim. I, 242 Mang. it. قُبِضَ, حُشِرَ congregatus it. mortuus est vit. Tim. II, 572. Abulph. dyn. 165, quanquam haec passiva etiam reddi possunt: ablatus est. Cf. Kal no. 5). Alia ratio est locorum, in quibus נֶאֱסַף est *collegit* cadavera in pugna interfectorum ad sepulturam, ne ferarum epulae fierent. Jer. VIII, 2: לֹא יֵאָסְפוּ וְלֹא יִקָּבֵרוּ *neque colligentur neque sepelientur.* XXV, 33. Ezech. XXIX, 5. Iob. XXVII, 19. — De loco Num. XI, 25, ubi cod. Sam. habet לא יאספו (לֹא יֵאָסֵפוּ) *et non congregati sunt,* vide quae notavimus in Comment. de Pent. Sam. p. 41. — 2) *receptus est* (cf. Kal no. 2) de leproso Num. XII, 14 i. e. sanatus est. Reflex. recepit se (in vaginam), de gladio Jerem. XLVII, 6. — 3) *ablatus est, evanuit, periit.* Jes. XVI, 10: נֶאֱסַף שִׂמְחָה וָגִיל *ablatum est gaudium et exsultatio.* Jer. XLVIII, 33, de luna evanescente Jes. LX, 20, de animalibus pereuntibus Ps. CIV, 22. Hos. IV, 3.

Pi. 1) i. q. Kal no. 1. *collegit* fruges, manipulos Jes. LXII, 9. Jer. IX, 21. — 2) i. q. Kal no. 2. *recepit* in hospitium Iudd. XIX, 15. 18. — 3) i. q. Kal. no. 6. *agmen clausit* Num. X, 25. Jos. VI, 9. 13. Jes. LII, 12.

Pu. collectus est, de populis, de praeda cet. Jes. XXIV, 22. XXXIII, 4. Hos. X, 10. Zach. XIV, 14.

Hiph. Ad hanc coniugationem nonnulli referunt formas אֹסִפְךָ, וַיֹּסֶף, quas nos supra primae coniugationi tribuere maluimus. Forma תֹאסִיפוּן Exod. V, 7 est pro תוֹסִיפוּן a rad. יָסַף, et similiter Cod. Sam. Levit. XIX, 25 habet [illegible] pro לְהוֹסִיף.

Hithp. congregatus est Deut. XXXIII, 5.

אָסָף N. pr. *Asaphus* (collector). Ita appellatur 1) Levita quidam, Barachiae filius (1 Par. VI, 24. XV, 17), cantorum Davidicorum praefectus sacraeque musices moderator (ib. XVI, 4. 5), quem tanquam poëtam prophetamque celebravit serior aetas (2 Paral. XXIX, 30. Neh. XII, 46), cui duodecim Psalterii carmina in eorundem inscriptionibus tribuuntur (v. Ps. L. LXXIII — LXXXIII), cuiusque posteri (בְּנֵי אָסָף) Esrae et Nehemiae adhuc temporibus poësi cantuique sacris operam dedisse dicuntur (1 Par. XXV, 1. 2 Par. XX, 14. XXIX, 13. Esr. II, 41. III, 10. Neh. VII, 44. XI, 22). Vel apud Arabes *Asaphus Salomonis* (آصَف سُلَيْمَان) in proverbium abiit de viro sapientissimo. Elnawabig. pag. 4. — 2) pater Joachi, qui Hiskiae regi a commentariis erat. 2 Reg. XVIII, 18. Jes. XXXVI, 3. — 3) silvarum regiarum praefectus sub Artaxerxe Neh. II, 8.

אָסִיף m. *collectio* s. messis *pomorum.* Exod. XXIII, 10. XXXIV, 22, ad analogiam nominum similium קָצִיר, חָרִישׁ, זָמִיר.

אֹסֶף m. Plur. constr. אָסְפֵּי Micha VII, 1 *collectio, messis,* maxime *pomorum* Mich. l. c. Jes. XXXII, 10. Transfertur ad locustas messem quasi facientes Jes. XXXIII, 4.

אֲסֵפָה f. *congregatio.* Jes. XXIV, 22 pleonastice: אֻסְּפוּ אֲסֵפָה *congregantur congregatione s. congregando* i. e. una.

אָסֹף (formae אָדֹם) tantum in Plur. אֲסֻפִּים *collectiones* i. e. promtuaria. 1 Par. XXVI, 15: בֵּית הָאֲסֻפִּים et omisso בֵּית Vers. 17 cella quaedam in atrio templi exteriore versus austrum. אֲסֻפֵּי הַשְּׁעָרִים *promtuaria portarum* Neh. XII, 25.

אֲסֻפָּה f. nonnisi in Plur. אֲסֻפּוֹת *congregationes,* maxime virorum doctorum et sapientium de rebus divinis disputantium, quales apud Judaeos, praesertim serioris aevi, nonnunquam cum synagogis coniunctas exstitisse complura docent loca Talmudica (v. Lightfoot hor. hebr. in Evang. ed. Carpz. p. 70. 71. 248. 252 — 254) cf. מוֹעֲדֵי אֵל congregationes Dei Ps. LXXIV, 8, quod de re simili interpretandum videtur. Hinc Eccles. XII, 11: בַּעֲלֵי אֲסֻפּוֹת (parall. חֲכָמִים) *domini* i. e. socii *congregationum,* coll. בַּעֲלֵי אַגָּדָה, בַּעֲלֵי מָסוֹרָה, בַּעֲלֵי מִדְרָשׁ. Arabice dixeris اصحاب المقامة, quanquam Arabum consessus مقامات dicti ab his Judaeorum conventibus satis discrepant (v. Reiske ad Abulf. Ann. IV, 728). Integrum comma reddendum est: *verba Sapientum sunt sicut stimuli, et sicut clavi alte infixi* (verba) *Doctorum* (ad sapientiae studium) *congregatorum.* Aliis, ut Altingio (Opp. 252), Doctores ita nuncupari videntur, quod plures discipulos docendo colligant et congregent ad corpus qs. academicum, vel tanquam pandectarum sacrarum auctores, id quod Schindlero placet in Pentaglotto. Iidem, certe Altingius, posterius hemistichium ita struunt: *sicut clavi alte infixi a magistris collectionum.* Languidius hoc, neque satis concinnum: sed minus etiam placent Lud. de Dieu et

Vitringa (syn. vet. 376), quibus בַּעֲלֵי אֲסֻפּוֹת est epitheton clavorum, videlicet *domini coagmentationum* i. e. quibus res coniungere et coagmentare solemus. V. J. Chr. E. Heinii diss. de magistris Hebraeorum, quos vocant collectionum. Lips. 1748. Wokenii diss. de magistris collectionum ad Eccles. XII, 11.

אֲסַפְסֻף m. adj. *collectus, a, um,* idque vi formae diminutivum, unde contemtim usurpatur de *turba miscella* ex variis hominum generibus *collecta,* quae Israëlitis se adiunxerat. (Rabb. אֲסוּפִי est puer expositicius, qui ex platea in domum recipitur). Cum Art. dicitur הָאסַפְסֻף Num. XI, 4, Aleph quiescente. De eadem re Exod. XII, 38 usurpatur עֵרֶב רַב. Quod ad formam attinet, אֲסַפְסֻף est ex adiectivis deminutivis, ut אֲדַמְדָּם subruber, sed formae passivae (id quod significat Kibbuz in ultima), qs. deminutivum ab אָסוּף, ut אֲדַמְדָּם ab אָדֹם, שְׁחַרְחֹר a שָׁחֹר, חֲפַרְפַּר a חָפַר, חֲבַרְבֻּר a חָבוּר. De vera id genus adiectivorum indole v. supra s. v. אֲדַמְדָּם.

* * *

* **אָסְפַּרְנָא** (Milêl) adv. in contextu Esrae chaldaeo (V, 8. VI, 8. 12. 13. VII, 17. 21. 26) obvium, quod LXX (apte ad contextum) reddunt: ἐπιδέξιον, ἐπιμελῶς, ἑτοίμως. Vulg. *studiose, diligenter,* Vers. hebr. במהרה *festinanter,* neque aliter Baal Arûch, Elias in Methurgeman, Sal. b. Melech ad Esr. l. c. De origine vocabuli in lingua persica quaerenda minime dubito (cf. אֲדַרְזְדָא, אַפְּתֹם), quanquam de etymo et significatione eius non satis constat. Ven. Kosegarten in litteris ad nos datis cum Castello confert سپری *seperi* vel اسپری *isperi* quod valet *integre, perfecte,* unde derivatum est verbum سپریدن *siperiden* finire, absolvere rem. Burhani Kati: سپری بر وزن جکری بمعنی آخر وتمام وانتها وبسر رسیدن وتمام شدن وبآخر رسیده باشد وبمعنی پایمال وناچیز i. e. سپری *quod iisdem quibus* جکری *munitur vocalibus valet extremum, perfectum, terminum et ad finem pervenire atque perfici et finitum, significat quoque rem vastatam et deletam.* Idem addit: „Bohlenius „(symb. p. 21) אָסְפַּרְנָא esse censet از فرنان *ex fernan* „ex sapientia, quod mihi minus probabile est. Vocabu„lum فرنان in lexici Meninskiani ed. 2. interpretati sunt „*vilem, ignobilem,* non item *sapientiam* (quomodo „Castellus e Golii glossario persico), neque in glossario „Burhani Kati illud vocabulum reperitur."

* **אַסְפָּתָא** N. pr. persicum filii Hamani. Esth. IX, 7. Ad etymon conferri potest اسپه *espe* equus iuvencus, zend. *aspo, aspahê* equus, et (quod Bohlenio placet p. 21) سپاهی *sipahi* vir militaris, eques it. sanskr. *asp* dux.

Terminatio תא in nominibus persicae originis frequens (אֲבַגְתָא, בזתא, פורתא, תרשתא) fortasse e lingua aramaea adscita est.

אָסַר fut. יֶאְסֹר et יֶאֱסֹר c. Suff. וַיַּאַסְרֵהוּ, וַיַּאַסְרֻהוּ

1) *ligavit, alligavit.* (Chald. אֲסַר, syr. et zab. ܐܣܪ, arab. أَسَرَ, aethiop. ⶠሰረ: et አሠረ: id. — Sam. incantavit, fascinavit. Verba enim ligandi ad fascinum referuntur, v. חָבַר. Vicina radix est אָזַר *cinxit,* quem significatum Syri itidem s. rad. ܐܣܪ comprehendunt). Ex. gr. iumentum Gen. XLIX, 11. 2 Reg. VII, 10, hostiam Ps. CXVIII, 27, gladium femori Neh. IV, 12; it. ligavit aliquem funibus Ezech. III, 25. Iudd. XVI, 5 sq. — Hinc 2) *vinxit* Gen. XLII, 24, nominatim compedibus Ps. CXLIX, 8. Jer. XL, 1. 2 Reg. XXV, 7. Iob. XXXVI, 8 (cf. Vers. 13). Part. אָסוּר vinctus Ps. CXLVI, 7. (Aethiop. አሡር:). Metaph. de homine amore mulieris vincto captoque Cant. VII, 6 (cf. Eccles. VII, 26). Per eandem metaphoram in aegyptiacae artis monumentis Athor s. Venus Aegyptiorum vincula manu gerens conspicitur, et vincula in scriptura hieroglyphica amorem designant (Young discoveries on hieroglyphical literature p. 158). — 3) *captivum fecit, in custodia tenuit,* quanquam non vinctum. 2 Reg. XVII, 4. XXIII, 33. Part. אָסוּר captivus Gen. XL, 3. 5. Jes. XLIX, 9. LXI, 1. בֵּית הָאֲסוּרִים domus captivorum i. e. carcer Iudd. XVI, 21. 25, contr. בֵּית הָסוּרִים Eccles. IV, 14. Cf. infra s. אֵסוּר. (Arab. أَسَرَ captivum fecit, in bello cepit, أَسْرٌ captivitas, أَسِيرٌ et يَسِيرٌ captivus, syr. ܐܣܝܪ id., unde ܐܣܘܪܐ captivitas, Barhebr. 401. 402. 404. 406. 577. Eodem modo חָבַשׁ *ligavit* Syris et Arabibus est *in custodia tenuit, in carcerem coniecit,* v. ܚܒܫ Barhebr. 217, حَبْسٌ carcer.) — 4) *alligavit s. iunxit* currui iumenta. 1 Sam. VI, 7: וַאֲסַרְתֶּם אֶת־הַפָּרוֹת בָּעֲגָלָה *et iungatis vaccas plaustro.* V. 10. Jer. XLVI, 4, vel c. acc. vehiculi: iunxit currum Gen. XLVI, 29, et absol. 1 Reg. XVIII, 44: אֱסֹר וָרֵד *iunge* (currum equis) *et descende.* — 5) *alligavit s. nexuit pugnam* i. e. adoriendo incepit. Germanice simili metaphora dixeris *den Streit anfädeln, mit jemandem anbinden.* 1 Reg. XX, 14. 2 Par. XIII, 3. — 6) אָסַר אִסָּר עַל־נַפְשׁוֹ *ligavit obligationem s. interdictum super se* i. e. religione quadam se obstrinxit votoque suscepto abstinentiam ab usu alicuius rei alias licitae promisit. Num. XXX, 3 sq. v. c. comm. 10: כֹּל אֲשֶׁר־אָסְרָה עַל־נַפְשָׁהּ *quacunque religione se obstrinxerit .... ea rata esto.* Differt a נָדַר נֶדֶר, quod est voto suscepto se aliquid facturum vel praestiturum promisit. (Chald. אֲסַר est prohibuit, vetuit, Talmudicis מִיתְסַר prohibitum,

vetitum, syr. ܐܣܪ ܘܫܪܐ ligavit et solvit it. prohibuit et permisit, cf. Lorsbachii Promtuarium I, 220 et Matth. XVI, 19. Eodem modo alia ligandi-solvendique verba transferuntur, v. e. hebraeo חגר *constrinxit* respondet حجر interdixit, vetuit, حلّ est: solvit it. permisit.

Niph. 1) *ligari, vinciri* Iudd. XVI, 6. 13. 2) *in custodia teneri* Gen. XLII, 16. 19.

Pu. bello captus, captivus factus est. Jes. XXII, 3.

אָסִיר verbale pass. *captivus*. Ps. LXXII, 11. CII, 21. Plur. אֲסִירִים Iob. III, 18. Ps. LXVIII, 7. CVII, 10: אֲסִירֵי עֳנִי וּבַרְזֶל *captivi miseriae et ferri* i. e. captivi misere ferro onusti. Zach. IX, 12: אֲסִירֵי הַתִּקְוָה *captivi spei* i. e. liberationem sperantes. *Captivi alicuius* sunt tam ii, quos quis captivos fecit et in carcere detinet (Gen. XXXIX, 20. Jes. XIV, 17), quam captivi ad populum vel terram eius pertinentes (Zach. IX, 11. Thren. III, 34). A participio אָסוּר hoc nomen verbale interdum ita distinguitur, ut illud vis participialis tenacior sit. Gen. XXXIX, 20: אֲשֶׁר אֲסִירֵי הַמֶּלֶךְ אֲסוּרִים *ubi captivi regii in custodia tenebantur*. Recte enim Chethibh אֲסִירֵי, non אסורי. (Syr. ܐܣܝܪܐ, arab. أسير id.)

אַסִּיר m. 1) id. Jes. X, 4. XXIV, 22. XLII, 7. In Plur. ubique legitur אַסִּירִים. 2) N. pr. a) filii Korach Levitae Exod. VI, 24. 1 Par. VI, 7. b) filii Abjasaph *Levitae* 1 Par. VI, 8. 22.

אֱסָר et **אִסָּר** m. pr. obligatio, prohibitio, hinc *votum abstinentiae*, Num. XXX, 3 sq. Vide sub rad. no. 6. In statu absoluto ubique legitur אִסָּר, at cum Suff. אֱסָרָהּ, Plur. אֱסָרֶיהָ XXX, 6. 8. 15. (In Versione syr. horum locorum promiscue legitur ܐܣܪܐ et ܐܣܘܪܐ).

אֱסָר chald. *interdictum* Dan. VI, 8 sq.

אֵסַר־חַדּוֹן v. infra.

אֵסוּר (per Syriasmum pro אָסוּר) m. *vinculum*. Plur. אֵסוּרִים Iudd. XV, 14. Eccles. VII, 26 (27). בֵּית הָאֵסוּר *domus vinculi* i. e. carcer Jer. XXXVII, 15. Huc referri potest etiam בֵּית הָאֲסוּרִים Iudd. XVI, 21. 25 et בֵּית הָסוּרִים Eccles. IV, 14 et reddi: *domus vinculorum*, at ratio supra proposita (s. rad. no. 3) commendatur saltem analogia linguae syriacae, in qua frequentatur ܒܝܬ ܐܣܝܪܐ Matth. V, 25. Joh. III, 24. (Syr. ܐܣܘܪܐ, ܐܣܘܪܝܐ vinculum, it. captivitas).

אֱסוּר chald. id. Dan. IV, 12. Esr. VII, 26.

מָסֹרֶת (contr. pro מַאֲסֹרֶת) f. *vinculum*. Semel legitur, Ezech. 20, 37: מָסֹרֶת הַבְּרִית *vinculum foederis* (Deum inter et Israelitas).

מוֹסֵר (pro מַאֲסָר), nonnisi in Plur. מוֹסֵרִים Jes. XXVIII, 22. LII, 2. Ps. CXVI, 16, fem. מוֹסֵרוֹת Ps. II, 3. Iob. XXXIX, 5. Jer. V, 5. XXVII, 2 *vincula*, spec. de vinculis iugi, et saepe metaphorice (Jes. et Jer. l. c.). (Syr. ܡܐܣܘܪܐ id. Jes. LVIII, 6 it. fasciculus. Aeth. ማእሰር: et ማእሰርት: vinculum, ligamentum).

מוֹסֵר Deut. X, 6 et **מֹסֵרוֹת** Num. XXXIII, 30 (vincula) N. pr. stationis Israelitarum in deserto, de cuius situ accuratius non constat.

* **אֵסַר־חַדּוֹן** *Esar-hhaddon*, n. pr. regis Assyriae, qui, postquam inde ab anno 711 a. Chr. Babyloniae provinciae cum regiis honoribus praefectus fuerat, anno 696 patri in Assyriae imperio successit (2 Reg. XIX, 37. Jes. XXXVII, 38. Tob. I, 21. Berosus in Euseb. Chron. armen. ed. Aucher p. 42. 43, cf. Comm. nostrum ad Jes. l. c. et XXXIX, 1). Colonias ab eo in Samariam ductas memorat liber Esrae (IV, 2). Praeterea sunt, velut Kalinskius (Vaticinia Nah. et Chabacuci, Vratisl. 1748 p. 75 sq.) et Volnejus (Recherches sur l'histoire ancienne II, p. 127-142 sq.), qui Esarhaddonem V. T. et Sardanapalum Ctesiae, hominem propter vitae mollitiem mortemque incendio palatii sibi illatam merito famosum, unum eundemque regem fuisse sustineant. Quam quaestionem historicam diiudicare cum huius loci non sit, unum moneemus, in nominum diversitate non tantam esse difficultatem, quandoquidem *Esarhhaddon*, *Asordan* et *Sardan* satis concordant (v. infra): *palus* autem potest videri epitheton بال *sublimis, excelsus*. Quanta enim Graecorum sit in nominibus orientalibus pronuntiandis scribendisque licentia dicam an negligentia, huius ipsius nominis varia scriptura ostendit. Ac LXX quidem 2 Reg. et Jes. dant Ἀσορδὰν (atque ita Berosus l. c.) Esr. Ἀσαράδων; Tob. l. c. Σαχερδονός, Cod. Alex. Σαχερδών, Compl. Ἀχειρδονός (Ital. Archedonassar, Syr. Sarchedonsor, adiecta syllaba *sar*) fors. legendum Ἀσαρχεδών; in Ptol. canone (si modo is idem est atque noster, v. Comment. ad Jes. I, p. 1002) Ἀσαριδινός.

De etymo cogitanti pro *Asordan* Alexandrini et Berosi (cf. *Sardan*-pal) facile se offert persicum سر دانا *Sardana*, quod etiam *Sardona* legi potest, i. e. *princeps sapiens*: sed explicatu longe difficilior est orthographia nominis hebraea, quam nihilominus graeca certiorem magisque genuinam habere non dubito. Ac prior pars אֵסַר, quam habes etiam in תִּגְלַת־פִּלְאֶסֶר, שַׁלְמַנְאֶסֶר et similiter in שַׁרְאֶצֶר probabiliter est آذر *azer* ignis apud Persas religiose cultus, zend. *atheresch, athresch*: sed valde incerta est posterior, nisi placet conferre خداوند *dominus, rex* (hinc *rex ignis* i. e. ignem colens): etenim خدام *khaddam, servus*, quod facile alicui in mentem venerit, utpote arabicae originis, conferri nequit.

* **אֶסְתֵּר** N. pr. persicum virgini judaeae, antea *Hadassa* (הֲדַסָּה Esth. II, 7) dictae, inditum, quum Ahasveri s. Xerxis uxor et Persarum regina facta esset. Sexcenties legitur in libro biblico nomen eius gerente, praeterea nusquam, neque in libris sacris, neque apud scriptores profanos. Etymon recte pandit Targumista secundus ad Esth. II, 7: אִיתְקְרִי שְׁמַהּ אֶסְתֵּר עַל־שֵׁם כּוֹכַב נוֹגַהּ יוּנִית אַסְתֵּירָא *vocatum est nomen eius Esther a nomine stellae Veneris, graece ἀστήρ*, in eo tantum errans, quod ἀστέρα etiam apud Graecos spec. de Veneris stella usurpari credit. Haud dubie est vox persica ستاره *sitareh*, stella, it. fortuna, felicitas, zend. *stara*, sanskr. *tara*, unde in linguis occidentalibus ἀστήρ *aster*, *Stern*, angl. *star*. De Veneris stella (quae etiam Syris κατ᾽ ἐξοχὴν vocatur ܟܘܟܒܬܐ stella femina, v. Ephr. Syr. II, 457. 458) vocabulum usurpatur a Syris (v. Bar Bahlûl ms.) et a Zabiis, qui itidem cum Aleph prosthetico scribunt ܐܣܬܝܪܐ Cod. Nas. I, 54. 96. Plur. ܐܣܬܝܪܐ stellae it. daemones stellares I, 186. 188. Idem nomen persicum agnoscimus in hebraeo עַשְׁתֹּרֶת, de quo suo loco. Veneris autem, itemque bonae Fortunae (v. sub גַּד, אֲשֵׁרָה) nomen satis aptum erat puellae, quae regi in deliciis esse coepit. Contra etymon ab Hillero (in Onomast.) propositum ab آس myrtus et تر recens (coll. Esth. II, 7) ideo ferri non poterit, quod آس vocabulum est arabicum, non persicum, arabicae autem linguae in vetere Persismo nulla vestigia exstant. Caeterum cf. nomina persica זֵתַר, שֵׁתָר, שְׁתַר בּוֹזְנַי.

אָע m. chald. *lignum* i. q. hebr. עֵץ, ע mutato in א (p. 2) et צ in ע (vide sub ע). Esr. V, 8. VI, 4. 11, emphat. אָעָא Dan. V, 4. 23.

אַף Conj. *accessionem* significans (Kimchi: אַף לְעוֹלָם מוֹסִיף), ut גַּם, (ex quibus synonymis hoc in pedestri et antiquiore, nostrum אַף in poëtico et serioris aetatis sermone frequentius est) videlicet 1) *etiam*, *quoque*. (Syr. ܐܦ, chald. אַף, in Talmud. Hieros. et in libro Sohar אוּף, raro etiam אַפִּי Gen. XXVII, 33. Jon. In lingua arabica inde decurtatum est ف *ac*, *dein*. Quod ad radicem attinet, si modo talis quaerenda est, malim id referre ad verbum אָפָה, ut אַף vicinum sit particulae emphaticae אֵפוֹא, אֵפוֹ, quam ad أُفّ, cui sine ulla auctoritate *cumulandi coacervandi*que vim tribuunt Etymologi quidam. Nihil aliud valet ista radix atque *dixit* أُفّ *phy!* i. e. *fastidivit*, *detestatus est*). Lev. XXVI, 16. 28. 2 Sam. XX, 14. Ps. XCIII, 1. CVIII, 2. Iob. XXXII, 10. 17. XXXVII, 11. Eccles. II, 9. Jes. XXXIII, 2 cet. Emphatice praeponitur pronominibus, ut Deut. II, 11: רְפָאִים אַף הֵם *Rephaitae, etiam hi* pro *etiam Rephaitae*. Praeterea a) saepe dicitur וְאַף *atque etiam* Lev. XXVI, 40. Deut. XV, 17. Neh. II, 18. Ps. LXVIII, 19. 1 Par. VIII, 32. IX, 38, semel adeo וְאַף־גַּם (ut lat. *etiam quoque* Ter. Lucret.) Lev. XXVI, 44: וְאַף גַּם זֹאת .... לֹא מְאַסְתִּים *adeoque ne sic quidem eos spernam*. b) Aliquoties id bis terve repetitur, ut *et*, *et*, vel cum negatione *nec*, *nec* et primo iam verbo praemittitur. Jes. XL, 24: אַף בַּל־נִטָּעוּ אַף בַּל־זֹרָעוּ אַף בַּל־שֹׁרֵשׁ בָּאָרֶץ גִּזְעָם *neque plantantur, neque seminantur neque radices agit truncus eorum in terra*. XLI, 26. — c) Ubi iungitur adverbiis interrogativis, הֲ praemitti solet, הַאַף *an etiam?* Gen. XVIII, 13. 24 (cf. arab. أَفَلَا an non? cur non? Matth. VI, 6 ex أَ, فَ, et لَا, it. أَفَلَمْ an non?), אַף postponi Iob. XXXVI, 29: אַף אִם יָבִין *num etiam intelligit* cet.

2) Saepe dicitur poët. et cum emphasi pro vulgari *et* (*item, nec non*), cf. arab. فَ. Cant. I, 16: *ecce tu pulcher es, dilecte mi,* אַף נָעִים *nec non suavis*. Iob. XIV, 3: אַף־עַל־זֶה פָּקַחְתָּ עֵינֶיךָ *et hunc* (talem, tam miserum et aerumnosum) *intueris?* Jes. XLVIII, 12. 13: *et ego postremus*, *et manus mea fundavit terram*. XXVI, 8. XXXIII, 2. XLI, 10. XLVIII, 12. Ps. XVI, 6. XVIII, 49. LXV, 14. Deut. XXXIII, 3. 20.

3) Pariter atque גַּם nonnunquam unice emphasi inservit: *utique*, *profecto*, germ. *ja!* (Cf. lat. *etiam*, ubi opp. *non*). Iob. XXXVII, 1. XXXIV, 12: אַף־אָמְנָם *imo vero*, *ja fürwahr*. XV, 4: אַף־אַתָּה תָּפֵר יִרְאָה *imo irritum facis timorem* (Dei), *du zerstörst ja die Gottesfurcht*. Ps. CXIX, 3. Ita post interrogandi particulam, Am. II, 11: הַאַף אֵין זֹאת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *itane est, filii Israëlis?* eique respondet וְאִם Iob. XL, 8. XXXIV, 16 (quo in loco Schultensius male אַף *iram* reddidit, facile ille quidem refutandus e loco parallelo XL, 8): nec non ante pronomen iteratum Prov. XXII, 19: הוֹדַעְתִּיךָ אַף אָתָּה *doceo te, immo te,* de quo idiomate v. *Lehrgeb.* §. 191, 1, et cf. גַּם no. 3.

4) per ellipsin particulae interrogativae i. q. אַף אִם *etiamsi*, Iob. XIX, 4: וְאַף־אָמְנָם שָׁגִיתִי *etiamsi vere erravi*. (Talmudice in hanc sententiam dicitur וְאַף עַל גַּב *etiamsi praeterea*, syr. ܐܦ ܐܢ et contr. ܐܦܢ). It. *licet*, *quum*, (*da doch*). Ps. XLIV, 9. 10: *Deum laudamus quotidie* אַף זָנַחְתָּ וַתַּכְלִימֵנוּ *quanquam nos reprobas et ignominia afficis*. LVIII, 3. LXVIII, 17.

5) pro אַף כִּי *nedum* v. statim postea no. 2, ubi est pro *quanto magis, si*.

אַף chald. *etiam* Dan. VI, 23.

אַף כִּי 1) *etiam si, etiam quum* Ezech. XIV, 21. Neh. IX, 18. 2) pr. *accedit quod*, hinc, ubi sententiae cuidam affirmativae vel negativae novum argumentum additur, *nedum* i. e., ubi antecessit affirmatio, *quanto magis* 1 Sam. XIV, 30. 2 Sam. IV, 11. 2 Par. XXXII, 15. Iob. XV, 16. Prov. XI, 31. XV, 11, ubi antecessit negatio, *quanto minus* Iob. XXV, 6. Prov. XVII, 7. XIX, 10. 1 Reg. VIII, 27: *coelum et coelum coelorum eum non capiunt* אַף כִּי־הַבַּיִת הַזֶּה *quanto minus haec domus.* 2 Par. VI, 18. (Chald. אַף אֲרֵי id.). Nonnunquam omittitur כִּי Iob. IV, 18. 19: *en servis suis fidem non habet* ... אַף שֹׁכְנֵי בָתֵּי־חֹמֶר *nedum habitantibus domus luteas*, vel כִּי seorsum exprimitur, ita ut אַף כִּי reddatur *nedum quum, nedum si* Iob. IX, 14: אַף כִּי־אָנֹכִי אֶעֱנֶנּוּ *nedum si ego ei responderem?* XXXV, 14. Ezech. XV, 5. 1 Sam. XXIII, 3. 2 Reg. V, 13. Prov. XXI, 27. Ex eadem significatione primaria *accedit quod* profluit 3) *quin etiam quod, quin imo.* Ezech. XXIII, 40: וְאַף כִּי תִשְׁלַחְנָה לַאֲנָשִׁים וגו׳ *quin etiam arcessiverunt viros e longinquo* i. e. *eo* processerunt impudicitiae et proterviae, ut cet. Hab. II, 5: וְאַף כִּי הַיַּיִן בּוֹגֵד *quin imo vinosus* (ille hostis) *protervus est.* Similiter Gen. III, 2 in oratione serpentis ad Evam: אַף כִּי אָמַר אֱלֹהִים לֹא תֹאכְלוּ מִכֹּל עֵץ הַגָּן *siccine dixerit Deus, de nullis horti arboribus comedetis?* אַף כִּי h. l. interrogative ponitur pro הַאַף כִּי, et oratio est admirantis, dubitantisque, Deum talia defendere potuisse, simulque mulierem contra numinis interdictum exacerbantis, q. d. siccine eo processit tyrannidis Deus, ut ab arborum quarumcunque esu vos arceret. Non male Kimchius notat, colloquium serpentem inter et mulierem his verbis non incipi, sed continuari. In medias res rapimur. (Satis recte ad sensum, quanquam vim intensivam particulae אַף non prorsus assecuti sunt, Onk. Syr. Saad. *an verum quod? itane est quod?* Male LXX. Vulg. *cur?*) Ex illo, quem statuimus, significatu primario, lucet denique locus paulo difficilior 1 Sam. XXI, 6: *etiamsi via profana est* וְאַף כִּי הַיּוֹם יִקְדַּשׁ בַּכֶּלִי *nihilominus hodie sanctificatur ea per vasa* (sancta). אַף כִּי h. l. est *non minus* vel *eo magis* (illud valet s. verum est) quod cet.

אָפַד fut. וַיֶּאְפֹּד *accinxit, amicivit.* Legitur nonnisi spec. de humerali summi sacerdotis אֵפוֹד dicto. Exod. XXIX, 5: *induas Aharonem tunica* .... *Ephodo, pectorali* וְאָפַדְתָּ לוֹ בְּחֵשֶׁב הָאֵפֹד *et adstringas ei* (humerale) *cingulo suo.* Lev. VIII, 7 plenius et pleonastice: וַיַּחְגֹּר אֹתוֹ בְּחֵשֶׁב הָאֵפֹד וַיֶּאְפֹּד לוֹ בּוֹ. (In linguis cognatis haec significatio non reperitur).

אֲפֻדָּה f. 1) nom. act. verbi praecedentis: *amictus, adstrictio* (Ephodi). Exod. XXVIII, 8: חֵשֶׁב אֲפֻדָּתוֹ אֲשֶׁר עָלָיו *cingulum adstrictionis eius* (quo adstringitur humerale), *quod super illud.* Onk. rectissime: הֶמְיַן תִּקּוּנֵיהּ דִּי עֲלוֹהִי. Non satis accurate Syr. Sam. Saad. et e recentioribus Braunius (vest. sacerd. 441. 442) אֲפֻדָּה statuunt idem esse quod אֵפוֹד; multoque etiam minus probandi Clericus et Dathius, qui אֲפֻדָּה posteriorem humeralis partem esse volunt. — 2) *amictus* (aureus) s. *obductio* statuae Jes. XXX, 22 i. q. צִפּוּי. Solebant enim idolorum imagines e ligno vel opere fictili confici laminisque aureis argenteisve foras obduci (περίχρυσα, περιάργυρα, ep. Jerem. VI, 34).

אֵפוֹד (per Syriasmum pro אִפּוֹד), neque aliter in st. constr. (1 Sam. II, 18) 1) Ephodum s. *humerale*, vestimentum quoddam summi sacerdotis, super tunica et pallio (מְעִיל, מְעִיל הָאֵפוֹד Exod. XXVIII, 31. XXIX, 5) gestatum, manicis carens, sub axillis scissum duabusque plagulis constans, quarum anterior pectus ventremque, posterior tergum tegebat, quaeque in humero fibulis aureis gemmatis nexae inde ad dimidias nates dependentes, cingulo (חֵשֶׁב הָאֵפוֹד) corpori adstringebantur. Exod. XXVIII, 6 sq. XXIX, 5 sq. Lev. VIII, 7. LXX. ἐπωμίς, quod vestimenti genus graecanicum eiusdem, quam descripsimus, formae erat (v. C. Aug. Boettiger de raptu Cassandrae p. 60). Joseph. Ant. III, 7 §. 5: ἐπὶ δὲ τούτοις τρίτον ἐνδύεται τὸν λεγόμενον ἐφώδην, ἑλληνικῇ δ' ἐπωμίδι προσεοικότα· γίνεται γὰρ τοῦτον τὸν τρόπον· ὑφανθεὶς ἐπὶ βάθος πηχυαῖον ἔκ τε χρωμάτων παντοίων καὶ χρυσοῦ συμπεποικιλμένου, ἀπερίπτυκτον τοῦ στέρνου τὸ μέσον καταλιμπάνει. (videl. ut pectorale ei loco imponeretur), χειρίσι ἠσκημένος καὶ τῷ παντὶ σχήματι χιτὼν εἶναι πεποιημένος, in quo tamen hoc falsum, quod manicae ei tribuuntur. Aqu. ap. Hier. ἐπίῤῥαμμα et ἐπένδυμα. Vulg. *superhumerale.* Syr. ܦܕܬܐ, quod ex hebraea voce factum est. V. Braun de vest. sacerd. Hebr. p. 463 sq. ibique imaginem p. 478. Quod ad materiam attinet, summi pontificis humerale una cum cingulo ex auro, purpura, cocco byssoque a polymitario artificiose contextum erat (Exod. XXVIII, 6): vulgare contra e linteo (בַּד) factum gestabant reliqui sacerdotes (1 Sam. XXII, 18), nec non Davides sacram choream ducens (2 Sam. VI, 14. 1 Par. XV, 27) atque Samuel, summi sacerdotis puer (1 Sam. II, 18. 28). *Humerale* tamen κατ' ἐξοχὴν summi sacerdotis insigne fuisse videtur (1 Sam. XIV, 3), eoque (vel potius pectorali eidem affixo) utebantur oraculum a Deo petituri (1 Sam. XXIII, 6. 9. XXX, 7).

2) *statua, simulacrum* (idoli), probabiliter ita dictum ab amictu aureo argenteove (v. אֲפֻדָּה no. 2). Ita sine controversia in loco Iud. VIII, 27, ubi Gideonem e mille septingentis auri siclis simulacrum fecisse narratur, quanquam unus Arabs verum vidit reddens تمثال *imaginem:* neque aliter Iudd. XVII, 5. XVIII, 14. 17. 18. 20 (ubi iunguntur תְּרָפִים, פֶּסֶל, מַסֵּכָה, quae cuncta ad idololatriam pertinent) et Hos. III, 4, ubi אֵפוֹד וּתְרָפִים ad cultum illegitimum referre nullus dubito.

3) N. pr. viri Num. XXXIV, 23.

אָפָה, imp. אֱפוּ (pro אֱפוּ) Exod. XVI, 23, fut. יֹאפֶה XII, 39, semel וַתֹּפֵהוּ abiecto א 1 Sam. XXVIII, 24. 1) *coxit*, spec. panem placentamve in furno. Gen. XIX, 3. Lev. XXVI, 26. Jes. XLIV, 15. 19. Ezech. XLVI, 20. Constr. c. duobus accusativis, altero materiae, altero eius quod ex ea paratur. Lev. XXIV, 5: *sume farinam* וְאָפִיתָ אֹתָהּ שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה חַלּוֹת *et coque ex ea duodecim placentas*, cf. *Lehrgeb.* §. 219. Part. אֹפֶה *pistor* Gen. XL, 1. Hos. VII, 4. 6. שַׂר הָאֹפִים *princeps pistorum*, Aegyptiorum regis aulicus (Gen. XL, 2 sq.), quae dignitas etiam apud Mogolos est. Barhebr. 516: ܦܘܩܐ ܐܡܝܪ ܗܘܐ ܪܫ ܢܚܬܘܡܐ *Buba Emir, qui princeps pistorum erat*. Sed idem ille exercitui praeerat. Plur. fem. אֹפוֹת 1 Sam. VIII, 13. (Chald. et syr. אֲפָא, ܐܦܐ id. אָפֵה, ܐܦܘܝܐ, ሐብዛ pistor. Arabes huius significationis certum quoddam vestigium habent s. rad. وفى [cf. pag. 2 B] in nomine ميفى fornax lateraria, locus in camino, qui paratur coquendo pani, operculum fornacis).

2) *maturus, completus* et *integer fuit* (germ. *gar seyn*). Hunc significatum habes in vicina rad. arab. وفى integer, completus fuit. II. prorsus totumque dedit vel persolvit (*ganz und gar bezahlen*), وفيّ integer, completus, وافيا plene et prorsus, *ganz und gar*. V. deriv. אֵפוֹ, אֵפוֹא.

Niph. coctus est Lev. VI, 10. VII, 9. Plur. תֵּאָפֶינָה XXIII, 17.

אֵפוֹ (per Syriasmum pro אֱפוֹ, quod pr. est infin. ab אָפָה) et **אֵפוֹא** cum Aleph paragogico (ut רִבּוֹא, רִבּוֹ; יְרוֹא pro יְרוֹ 2 Par. XXVI, 15), quae formae in libris mss. mire variant, pr. *integritas*, *totum* (formae קְטֹל, דְּיוֹ) hinc adv. *prorsus*, *ita*. Germanice secundum etymon aptissime reddideris: *gar* (pr. coctum, paratum, maturum), secundum linguae usum *also* (ita prorsus, igitur). Iob. IX, 24: אִם־לֹא אֵפוֹ מִי־הוּא *si non ita est* (ut Deus haec faciat), *wenn es nicht also ist, quis alius ille?* XXIV, 25. Gen. XLIII, 11: אִם־כֵּן אֵפוֹא *si prorsus* l. *vere ita* (est). In vulgari linguae usu haec particula mere emphatica est, et additur 1) pronominibus et adverbiis interrogandi, ut gr. ποτέ, lat. *tandem*, hebr. זֶה. מִי אֵפוֹא quis tandem? *wer also?* Gen. XXVII, 33, בַּמֶּה אֵפוֹא qua tandem re? Exod. XXXIII, 16 (LXX. πῶς ἀληθῶς;). Jes. XXII, 1: מַה־לָּךְ אֵפוֹא *quid tibi tandem?* אַיֵּה אֵפוֹא ubi tandem? Iob. XVII, 15. Hos. XIII, 10 (cf. אֱהִי) Iudd. IX, 38. Jes. XIX, 12 (LXX. νῦν, οὖν). — Gen. XXVII, 37: וּלְכָה אֵפוֹא מָה אֶעֱשֶׂה בְּנִי *et tibi iam quid faciam, mi fili?* — Additur 2) exhortationibus et votis. Iob. XIX, 6: דְּעוּ אֵפוֹא *scitote igitur, wisset also*, LXX. γνῶτε οὖν. 2 Reg. X, 10. Prov. VI, 3: עֲשֵׂה זֹאת אֵפוֹא בְּנִי *hoc igitur facito, mi fili*. Iob. XIX, 23: מִי־יִתֵּן אֵפוֹ *quis tandem dabit?* i. e. o utinam!

Not. Pro אֵפוֹ et אֵפוֹא passim in Codd. frequentatur איפו et איפוא, quae plenior scriptura Prov. VI, 3 et Iudd. IX, 38 adeo in impressis passim compareat, sed meo periculo eliminanda, utpote grammaticis rationibus vocisque origini (quam nunc cummaxime pandimus) contraria, et haud dubie ex inveterata illa nostrae particulae cum איפה confusione coorta, de qua vide pag. 79. Aliud etymon, sed paucis locis conveniens, proposuit Pareau (de vestig. immortalit. in libro Iobi p. 158), אֵפוֹ reddens *quaeso* a فاه *affatus est*.

מַאֲפֶה m. *coctura*, *quod coctum est* Lev. II, 4.

תֻּפִינִים (nonn. Codd. תופינים) *cocturae*, ab אָפָה, وفى, (ad formam תּוּגָה, תּוּשִׁיָּה) cum Nun formativo in fine, ut in קָצִין a קָצָה. Legitur in uno loco vexatissimo Lev. VI, 14 (21), ubi de ferto (מִנְחָה): *in sartagine cum oleo paretur, frixum offeres illud* תֻּפִינֵי מִנְחַת פִּתִּים *coctiones ferti in frusta comminuti* i. e. coctum more ferti in frusta comminuti, e vulgari idiomate *Lehrgeb.* 810. Respicitur locus II, 5. 6 ubi de ferto: מַצָּה תִהְיֶה: פָּתוֹת אֹתָהּ פִּתִּים *sine fermento sit, in frusto illud comminuas*, cf. etiam de ferto coquendo II, 4. VII, 9. LXX. sec. Vat. et Complut. ἑλικτὰ θυσίαν ἐκ κλασμάτων. Reddunt *convoluta*, quo posito legendum εἰλικτά: sed vide sitne latinum *elixa*. 11 Codd. ap. Holmesium ἐρικτά i. e. fracta, contusa, idque praeferunt recentiores, quanquam e II, 14 videri potest irrepsisse. Eandem sententiam praebent Pseudojon. Targ. Hieros. Saad. Syr., e vicino פִּתִּים probabiliter coniecturam facientes, rectius Gr. Venet. κλιβανεύματα *coctilia*. Vulg. *calidam eam offeret*. Onk. linguae suae beneficio vocabulum hebraeum retinet. Veram vocabuli derivationem, a recentioribus frustra relictam et impugnatam, dant Kimchius et Jarchius. Ex quibus hic ita: אפויה אפיות הרבה אחר חליטתה אופה בתנור וחוזר ומטגנה במחבת *coctum multis coctionibus, post frixionem coquebat sacerdos in furno, dein iterum frigebat in sartagine*. Is placentae biscoctae (*Biscuit, Zwieback*) genus fuisse ponit, idque e plurali collegisse videtur, haud dubie tamen aliter explicando. Ridicule praeterea Talmudistae teste Abulwalide תפינים explicant per תֵּאָפֶה־נָא *coquatur crudum* (*es werde halbgar gebacken*): sed radicem melius illi constituerunt, quam recentiores nonnulli, quibus est a rad. أفن cui *comminuendi* vim tribuunt, cum nihil aliud sit atque *diminuit*, vel adeo a תָּפַן, quod vocabulum est nihili.

אָפַז rad. inusit. vel spuria, cuius analogiam sequitur

אוּפָז N. pr. regionis auriferae, quod bis legitur Jerem. X, 9. Dan. X, 5, eodemque contextu, quo alibi

אופיר. Sitne ipsa Ophira, an alia terra auri dives, dubitant interpretes; verisimillimum tamen prius, ita quidem ut *Uphas* sit sequioris aevi vitaeque communis corruptio (litterarum ר et ז, ر et ز inter se permutatarum exempla vide sub ז) pro אופיר, cum allusione ad פז aurum purum, et זהב מופז (1 Reg. X, 18) aurum depurgatum. E vett. Ophiram reddiderunt ap. Jerem. Alex. in Hexapll. syr. in margine, Theod., Syrus, Chaldaeus, itemque Syrus in loco 1 Reg. X, 18, ubi pro זהב מופז dat ܕܗܒܐ ܛܒ ܐܘܦܝܪ. Accepit is מופז pro מאופז, assentiente J. D. Michaeli in Supplemm. p. 46, quae tamen contractio grammaticis rationibus repugnare videtur.

אפח it. rad. inusit. et incerta. Ab ea derivare potes

אֲפִיחַ N. pr. viri e maioribus Sauli 1 Sam. IX, 1. Vel est formae קָטִיל ab אפח i. q. פוח, فاح, quo posito reddi potest *refocillatus, recreatus*, idque praefero; vel est pp. 1 fut. Hiph. a פוח: adflabo.

אפך chald. אֲפַךְ, arab. افك, radix in vetere castoque Hebraismo non obvia, et nonnisi a Criticis Samaritanis intrusa loco Gen. XIX, 29, ubi Cod. Sam. legit אפכה (אֲפֵכָה) pro hebraeo הֲפֵכָה.

אפל rad. Hebraeis inusitata. De arabico أَفَلَ cum falsissima quaeque legantur in Castelli et Giggeii Lexicis iustoque brevior sit Golius, ipsa Firuzabadii verba (p. 1389) prae caeteris adscribere placet: أَفَلَ كَضَرَبَ وَنَصَرَ وَعَلِمَ أُفُولًا غَابَ وَكَأَمِيرٍ ٱبْنُ ٱلْمَخَاضِ فَمَا فَوْقَهُ وَالْفَصِيلُ ج إِفَالٌ كَجِمَالٍ وَأَفَائِلُ وَسَبْعَةٌ أَفِلَةٌ وَآفِلٌ حَامِلٌ وَكَفَرِحَ نَشِطَ وَالْمُرْضِعُ ذَهَبَ لَبَنُهَا وَكَمُعَظَّمٍ الضَّعِيفُ وَتَأَفَّلَ تَكَبَّرَ وَأَفَّلَهُ تَأْفِيلًا وَقَّرَهُ i. e. أَفَلَ *fut. I et O, et* أَفِلَ *fut. A, inf.* أُفُولًا *i. q.* غَابَ *latuit, abscondidit se,* أَفِيلٌ *camelus unius anni et quod excurrit, foetus camelinus ablactatus, Plur.* إِفَالٌ, أَفَائِلُ; أَفِلَةٌ *usurpatur de leaena gravida, et* آفِلٌ *est gravida.* أَفِلَ *Fut. A praeterea valet exiit e loco, it. de matre foetum lactentem habente; evanuit lac eius,* مُؤَفَّلٌ *est debilis,* sed Praet. Conj. V. (per antiphrasin) *magnus, fortis factus est, et Conj. II. multiplicavit.* His adde e Dschauhario مَأْفُولٌ i. q. مَأْفُونٌ imbecillus, ingenii expers, et collata rad. vicina أَفَنَ significationes ita digerere poteris: 1) *exiit, abiit.* Dan. II, 5 ed. Rom. *res* افلت مني *abiit a me* i. e. rem oblitus sum. 2) *abscondidit se, occidit* stella, sol, *defecit* luna (Cor. 6, 76. Har. 5, 106 Sch. 15, p. 145 Sacy, vit. Tim. I, 472 Mang. cet.) it. defecit lac (*verschwinden*). 3) *defecit (hinschwinden, schwinden), tener, infirmus* fuit, de foetu ablactato, de matre gravida, de mentis imbecillitate, et ap. Hebraeos et Aramaeos de ove, plantaque *serotinis.*

In lingua hebraea duo exstant significatus, ex illis facile derivandi 1) *obscurus, caliginosus* fuit, ab occasu solis (v. אֹפֶל, אֲפֵלָה, אָפֵל, מַאְפֵּל); 2) *tener, serotinus* fuit, de plantis, v. אָפִיל, cf. מַאְפֵּלְיָה.

אָפֵל m. *obscurus, caliginosus*, de die Amos V, 20.

אֲפֵלָה f. *caligo*, eaque densa et crassa. Exod. X, 22: וַיְהִי חֹשֶׁךְ־אֲפֵלָה *et facta est caligo crassa.* Cf. אֹפֶל. Meridiei opponitur Jes. LVIII, 10. Iungitur synonymis לַיְלָה Prov. VII, 9, חֹשֶׁךְ Joël II, 2. Zeph. I, 15 cet. Saepe imaginem praebet miseriae Jes. VIII, 22: וַאֲפֵלָה מְנֻדָּח *et in caliginem propelletur*, coll. Deut. XXVIII, 29. Jer. XXIII, 12. Prov. 4, 19. Plur. אֲפֵלוֹת tenebrae Jes. LIX, 9.

אָפִיל adj. *serotinus*, de frugibus. (Pr. est *tener, infirmior*, tardus in crescendo. Cf. עָטוּף debilis, de ove Gen. XXX, 42, quod Syr. Chald. Arabs Erp. reddunt *serotinus.* In Targg. et in Talmude אַפִּילֵי sunt serotina, et opponuntur praecocibus חַרְפֵי Eccles. XI, 2 Targ. Sic אַפִּילָתָא oves serotinae et imbecilliores, quae Martio proveniunt, חַרְפִּיָתָא primores et validiores, quae Februario nascuntur, v. Buxtorf. p. 185. Sec. Kimchium שנה אפלה est annus, in quo minime praecoces nascuntur fruges. Ipsum אָפִיל legitur Mischn. Schebiith 6 §. 4 opp. praematuro, בכיר. Syr. ܐܦܠܐ serotina Cast.) Exod. IX, 32: כִּי אֲפִילֹת הֵנָּה *neque vero contusa sunt triticum et spelta quia serotina sunt.* Sam. אפלות. Forskal (in Flor. aegypt. p. 43): *hordeum cum mense Februario maturatur, triticum ad finem Martii persistit*, cf. Plin. XVIII, 7. LXX. ὄψιμα. Vulg. *serotina.* Syr. ܠܩܝܫܐ. Chald. אֲפִילָתָא, adeoque Saad. in Polygl. (أَفْلَتَان) more suo vocabulum hebraeum retinuit, quanquam dubito num arabice *serotinum* notet. Intellexit, ni fallor, Saadias (in terra) *latentia, depressa,* آفلتان. Ita J. b. K. אפילות i. e. 'ut reperitur etiam in Arabismo, valet' افلات غايبة *que latentia*, et Kimchi: חשכות ונסתרות תחת הארץ

ופירושו מתאחרות. Ipsum etymon bene expressit Sam. רבאקהבל *tenera*.

אֹפֶל m. *caligo*, maxime *spissa*, vocabulum poëticum. Iob. III, 6: הַלַּיְלָה הַהוּא יִקָּחֵהוּ אֹפֶל *nox ista, occupet eam caligo spissa*, i. e. lunae stellarumque lumine careat, cf. أَفَلَ no. 3. X, 22. XXVIII, 3: אֶבֶן אֹפֶל וְצַלְמָוֶת *lapis caliginis et tenebrarum* i. e. altissime in terris abditus. XXX, 26. Ps. XI, 2. XCI, 6. Metaph. *miseria*, *infortunium* Iob. XXIII, 17.

מַאֲפֵל m. *caligo* Jos. XXIV, 7.

מַאְפֵּלְיָה, tantum Jer. II, 31, ubi Jehova: *num desertum fui Israëli*, אִם־אֶרֶץ מַאְפֵּלְיָה. Quod ad Criticam et Grammaticam attinet, hoc nomen scribitur cum duobus accentibus, adeoque divisim in nonnullis codd., quo id compositum esse significatur (ex מַאֲפֵל Jos. XXIV, 7 et יָהּ, יָה *caligo Dei* s. summa caligo), ut שַׁלְהֶבֶתְיָה Cant. VIII, 6. Ita Kimchius, Fesselius (Adv. s. p. 45) aliique. Aliis quidem terminatio יָה est formativa atque Jod more quadrilitterorum adiectum, ut ܦܘܫܐ = ܦܘܫܐ cet. coll. chald. לֵילְיָא ,לֵילְיָה ,לֵיל (v. diss. Lugd. p. 762), sed minus placet haec ratio, utpote simili nomini שַׁלְהֶבֶתְיָה non adhibenda. De significatu si quaerimus, מַאְפֵּלְיָה reddi potest vel *caligo Dei*, vel *sterilitas*, in qua tarde crescunt fruges. Utrumque et deserto convenit et seriei orationis, si quidem sententia est: num frustra coli me iussi, instar deserti terraeque sterilis et ingratae? Ac prius commendatur eiusdem capitis comm. 6, ubi desertum invium vocatur אֶרֶץ צַלְמָוֶת (cf. אָמֵשׁ): posterius contextui non minus aptum dant Aqu. Symm. (in Hexapl. syr.). Hieron. *terra serotina*, cf. אָפִיל. (LXX. Chald. Syr. ex coniectura: γῆ κεχερσωμένη. אֲרַע חוּרְבָא, ܐܪܥܐ ܡܣܪܒܐ). Prius tamen praeferendum videtur, tum propter certum usum vocabuli מַאֲפֵל Jos. XXIV, 7, tum quia cum nomine Dei compositum videtur vocabulum, quod nonnisi hoc significatu adoptato accipi potest. Etenim *caligo Dei* potest simpliciter esse *caligo spissa*, *tenebrae tremendae*: *sterilitas Dei* inepta foret.

אָפַן rad. inusit., quae *vertendi* significatum habuisse videtur, pariter atque פָּנָה. Hinc

אוֹפַן constr. אוֹפַן ,אֹפַן Plur. אוֹפַנִּים ,אֹפַנִּים, אֹפַנֵּי m. 1) *rota* currus, plaustri cet. Exod. XIV, 25. Jes. XXVIII, 27. 1 Reg. VII, 32. Nah. III, 2. Prov. XX, 26: וַיָּשֶׁב עֲלֵיהֶם אוֹפָן *ventilat improbos rex sapiens et vertit rotam* (tribulorum) *super eos* i. e. conculcat et comminuit eos, cf. דּוּשׁ. Sellae curulis, in qua Ezechieli apparebat Deus (Cap. I. X), rotae ita comparatae erant, כַּאֲשֶׁר יִהְיֶה הָאוֹפַן בְּתוֹךְ הָאוֹפָן I, 16 *ut una rota alteri inserta esset*, quo factum est, ut curru non circumacto moveri possent ad quatuor coeli plagas (comm. 17).

אֹפֶן *tempus*, a *vertendo volvendoque* dictum, cf. דּוֹר aetas a دَارَ circuivit, تَارَةٌ tempus a תור ,تَارَ in orbem ivit, دَوْلَةٌ circuitus, periodus, حَالٌ tempus praesens, a حَالَ חוּל. Similiter ἐνιαυτός, *annus*, ita dictus est, quoniam in orbem it (unde diminutivum *annulus*), et universe *temporis* vocabula vel a circumeundo, vel a transeundo (v. עֵת ,עַד a rad. עָדָה) petita sunt. Legitur nonnisi in Plur. c. Suff. Prov. XXV, 11: *pomis aureis in patinis argenteis simile est* דָּבָר דָּבֻר עַל־אָפְנָיו *verbum prolatum in temporibus suis* i. e. tempore opportuno, cf. XV, 23: דָּבָר בְּעִתּוֹ מַה־טּוֹב. עַל *apud*, quae pr. est loci particula h. l. ad tempus transfertur, ita ut exacte respondeat germ. *bey Zeiten*, cf. arab. عَلَى إِفَّانِ ذَلِكَ *super tempus eius* Schol. ad Har. p. 195 de Sacy. De forma אָפְנָיו pro אֳפָנָיו v. *Lehrgeb.* p. 575. Ita e vett. Symm. ἐν καιρῷ αὐτοῦ. Vulg. *in tempore suo*, neque aliter Abulwalides, recte collato arabico إِفَّانٌ tempus (cf. Firuzabad. p. 1134 et Castellum s. أَفَّ, it. Golium s. افن), quod ducendum existimo ab افن (non أَفَّ), coll. فَانَ med. Je *venit* et فَيْنَةٌ *tempus*, *hora*. — Alii, ut J. E. Faber (ad Harmari Observ. I, 326) conferunt talmud. אופן *modus* et *ratio* (ni fallor pr. τρόπος, iterum a volvendo) i. q. פָּנִים, et arab. فَنٌّ, فَنَّ, أَفْنُونٌ Plur. أَفَانِينُ, أَفْنَانٌ species, modus et ratio, maxime orationis, et reddunt: *verbum prolatum ratione sua* i. e. iusto modo, *auf die rechte Art*. Possis etiam cum Kimchio et Gr. Venet. (על גלגליו, ἐπὶ σῶν τροχῶν αὐτῆς) אֹפֶן de *rota* interpretari, ut *super rotis suis* sit locutio proverbialis *celeritatem* responsi indicans, pariter atque بِرُمَّتِهِ, بِأَسْرِهِ *cum loro suo* dicitur pro *totus*, *universus* et حَالًا, عَلَى عَجَلٍ, ضُحًى, عَجِلًا Har. III, 164 Schult. vit. Tim. I, 484 Mang. *in rota* (properandi enim significatus secundarius est) est *cito*, spec. de responso paratissimo (Barhebr. 38 de Aristotele: *ubi interrogabatur, non statim* ܒܥܓܠ *respondebat, sed post aliquod tempus*). Magis tamen placet *temporis* significatus supra expositus. — LXX et Syr. omittunt, Ald. tamen habet

c. Aqu. et Theod. ἐπὶ ἁρμόζουσιν αὐτῷ, qs. אִפְּנִיר esset i. q. אַמְנִיר (cf. אָמוֹן VIII, 30 LXX ἁρμόζουσα). Targ. inepte פְּסִיָאִית *diffuse.*

אָפֵס *cessavit, esse desiit, defecit,* de pecunia deficiente Gen. XLVII, 15. 16, de tyranno, qui regnare et saevire desiit Jes. XVI, 4. XXIX, 20, de Dei gratia cessante Ps. LXXVII, 9. Vicina radix est פָּסַס, synonyma כָּלָה. Coniecturas etymologicas parum probabiles v. ap. Schult. ad Prov. XXVI, 20.

אֶפֶס m. pr. *cessatio.* Hinc A) subst. *finis, extremitas.* Legitur 1) in Plur. constr. אַפְסֵי אֶרֶץ *fines terrae* poët. de ultimis terrarum oris, alibi קְצוֹת־הָאָרֶץ Ps. II, 8. XXII, 28. LXXII, 8. XCVIII, 3. Jes. XLV, 22. LII, 10 cet. i. q. πείρατα γαίης Hom. πέρατα γῆς Thuc. I, 22, اقاصى البلاد Abulolae ap. Abulf. Ann. III, 164, አጽናፍ: fines sc. terrae Ludolf. hist. Aeth. 144 cf. Comment. nostrum ad Jes. V, 26. 2) in Dual. אָפְסַיִם de extremitatibus i. e. *plantis* pedum. Ezech. XLVII, 3: מֵי אָפְסַיִם *aquae plantarum* i. e. non profundae, quae nonnisi plantas pedum rigant. Ita Abulwalides, coll. פַּס extremitas (manus et pes) a פָּסַס i. q. אָפֵס. V. אֶפֶס דַּמִּים. Non multum diversi sunt Chald. Syr. Vulg. qui אָפְסַיִם *talos* reddunt.

B) adv. 1) negandi, a) *non amplius* (pr. cessatio) i. q. לֹא עוֹד. Jes. V, 8: עַד אֶפֶס מָקוֹם *donec non amplius locus est.* Amos VI, 10: הַעוֹד עִמָּךְ וְאָמַר אֶפֶס *num adhuc tecum* (aliquis)? *et dicet: non* (nemo) *amplius.* Deut. XXXII, 36: וְאֶפֶס עָצוּר וְעָזוּב *et* quod *non amplius* superest *clausum et relictum.* 2 Reg. XIV, 26. Jes. XXXIV, 12, it. *praeterea non* Jes. XLV, 6. XLVI, 9: וְאֵין עוֹד אֱלֹהִים וְאֶפֶס כָּמוֹנִי *et non est praeterea deus, et nemo sicut ego* (ubi אֶפֶס i. q. אֵין עוֹד). Eodem modo struendus locus XLV, 14: אֵין עוֹד אֶפֶס אֱלֹהִים *nemo est praeterea, non* (est) *praeterea deus.* (Cf. not.). Semel additur עוֹד 2 Sam. IX, 3: הַאֶפֶס עוֹד אִישׁ לְבֵית שָׁאוּל *nonne adhuc superstes est vir ex domo Sauli?* בְּאֶפֶס pr. in cessatione i. e. ubi cessat, deficit. Prov. XXVI, 20: בְּאֶפֶס עֵצִים תִּכְבֶּה אֵשׁ *ubi ligna non amplius suppetunt, exstinguitur ignis.* — b) simpliciter: *non.* Jes. LIV, 15. בְּאֶפֶס i. q. בְּלֹא sine Iob. VII, 6. Dan. VIII, 25. Prov. XIV, 28. — c) *nihil, nihilum, quod nihili est.* Jes. XLI, 12. 29 (parall. אָוֶן, תֹּהוּ). מֵאֶפֶס id. q. d. de nihilo XL, 17 (cf. XLI, 24, ubi pro מֵאָפַע legendum מֵאֶפֶס, v. mox dicenda). בְּאֶפֶס propter nihilum i. e. sine causa Jes. LII, 4 (Kimchi: בחנם בלא משפט). — 2) adv. restringendi (quae vis negationi cognata est): *tantum, nonnisi.* Num. XXII, 35 (cf. comm. 20, ubi אַךְ in eodem contextu). XXIII, 13. Hinc אֶפֶס כִּי *tantum quod* 2 Sam. XII, 14, simpliciter pro coniunctione *tamen, veruntamen* Num. XIII, 28. Deut. XV, 4. Iudd. IV, 9. Am. IX, 8.

Not. Sunt, qui particulam nostram etiam *praeter* valere dicant, et provocent ad locum supra expositum Jes. XLV, 14. Rectius certe transtuleris: *sine,* pro בְּאֶפֶס, ut בִּלְתִּי pro בִּבְלְתִּי, sed ratio supra proposita magis placet. Paulo difficilior est formula Jes. XLVII, 8. 10 et Zeph. II, 15 obvia, ubi de Babylone et Hierosolyma fastuosis: *quae dicit in corde suo* אֲנִי וְאַפְסִי עוֹד. LXX. Vulg. Syr. Chald. Kimchi: *et non est praeter me amplius* (quid): satis apte ad contextum. At si אַפְסִי reddis *praeter me* (ut בִּלְתִּי, זוּלָתִי), ubi tandem altera negatio *non est,* quam e contextu supplere cum Vitringa ad Jes. l. c. et Noldio p. 96 temerarium videtur? Vel redde cum Lud. de Dieu: *ego et nonnisi ego praeterea* i. e. nemo praeterea: vel, quod nunc praetulerim, cum J. H. Michaeli: *ego et nemo praeterea,* ut אַפְסִי sit i. q. אֶפֶס cum Jod paragogico (non Suffixo), ut בִּלְתִּי, זוּלָתִי. Obiici quidem possit, Jod paragogicum nonnisi nomini constructo adiici, sed re vera sequitur genitivus, modo vertis: אַפְסִי עוֹד pro בְּאֶפֶס עוֹד *sine continuatione, ohne etwas Weiteres, Anderes.* Cf. 2 Sam. IX, 3.

אֶפֶס דַּמִּים (sec. Sim. cessatio caedis i. e. asylum, דַּמִּים pro דָּמִים; vel cessatio, defectus hominum, דַּמִּים pro inus. אֲדָמִים) n. pr. loci in tribu Juda 1 Sam. XVII, 1, in loco parall. 1 Par. XI, 13 פַּס דַּמִּים, quod idem valet, v. אֶפֶס litt. A, 2.

אֶפַע vocabulum, si quid video, vitiosum in loco Jes. XLI, 24, ubi de idolorum infirmitate: פָּעָלְכֶם מֵאָפַע, par. מֵאַיִן. Hebraeorum quidam אֶפַע ponunt esse i. q. אֶפְעֶה *vipera,* et reddunt: *facinus eorum vipera peius* (est), sed prorsus invito contextu, in quo nihil omnino idola posse dicuntur. Repone cum Vulg. Chald. Saad. מֵאֶפֶס, quod legitur in locis parallelis XL, 17. XLI, 12. 29 et frequentissimum est in his capitibus (v. supra): etenim אֶפַע dictum esse pro אֶפֶס ex permutatione litterarum ע et ס non admodum probabile est, quanquam provocare aliquis possit ad analogiam verborum נָחַם, נָחַץ, נָחַע; בְּעוֹר LXX Βοσόρ; עֵץ lignum, chald. אָע, קֵיס et si quae sunt huius generis alia.

אֶפְעֶה vipera v. s. פָּעָה.

אָפַף i. q. סָבַב *circumdedit,* sed nonnisi poët. c. c. acc. Ps. XVIII, 5. CXVI, 3. 2 Sam. XXII, 5. Jon. II, 5, c. עַל Ps. XL, 13. „Significatum consensui antiquorum interpretum [et contextui] credo, reliquis linguis Orientalibus ignotum.“ J. D. Michaëlis. Quid vero si huc referas arab. أفاف *tempus,* quod a *circumeundo* dictum esse potest? V. אֹפֶן. Formae in flectendo non contrahuntur, אֲפָפוּנִי, אָפְפוּ.

אָפַק in Kal inus. 1) *tenuit, continuit,* i. q. חָזַק, הֶחֱזִיק, v. אָפִיק no. 1. et Hithpa. 2) *fortis, validus fuit,*

v. אָפִיק no. 5. Nam *tenendi* impr. firmiter tenendi significatio saepe transfertur ad *robur*. Vide s. חָזַק. Metaphoricus verbi usus est apud Arabes, quibus أَفَقَ est excelluit (pr. multum *valuit*) in liberalitate, eloquentia, eruditione aliisque virtutibus, آفِق excellens, praestans. V. Kamus ap. Schult. ad Iob. 320.

Hithpa. continuit se, vim sibi fecit, ne amoris (Gen. XLIII, 31. XLV, 1), doloris (Jes. XLII, 14), irae (Est. V, 10), conscientiae (1 Sam. XIII, 12) sensibus et impulsui indulgeret. Gen. XLV, 1: *et Josephus non potuit se continere*. Jes. LXIII, 15: רַחֲמֶיךָ אֵלַי הִתְאַפָּקוּ *amor tuus erga me se continet*. 1 Sam. l. c. de Saulo: וָאֶתְאַפַּק וָאַעֲלֶה הָעֹלָה *animo sumto obtuli holocaustum* (quanquam id prohibitum esse non ignorabam).

אֲפֵק (robur, arx, urbs munita) N. pr. *Apheca* 1) urbs in tribu Asseritica Jos. XIII, 4. XIX, 30, quae cum spelunca Sidoniorum, terra Bybli, Libano et Baalgad componitur, etiam אֲפִיק dicta Iudd. I, 31. Vix alia esse potest atque *Aphaca* Eusebii (vit. Const. 3, 55) et Sozomeni (XI, 5), Libani urbs, Veneris templo famosa, cuius ruinae etiamnum *Afka* dictae Byblum inter et Heliopolin (Baalbec) sitae sunt, v. Burckhardt itin. p. 70. 493. vers. germ. „Obvertit quidem Relandus [Palaest. p. 572], ultra fines Israëlitarum nimisque ad septentrionem sitam fuisse: sed id inde, quod nimis angustos facit Israëlitarum fines, multam partem Libani et vallium ad eum complexos. Vide ius Mos. §. 25, quanquam ipse Josuae locus sufficit errori geographorum consueto refellendo." Michaëlis in Suppl. — Diversa videtur 2) *Apheca*, in cuius vicinia Benhadad ab Israëlitis fusus est 1 Reg. XX, 26 sq., cui respondet Eusebii Apheca ab oriente maris galilaei iuxta Hippum sita (Onom. v. Ἀφεκά), scriptoribus etiam arabicis افيق et فيق dicta (Schult. ind. v. Phycum), montium angustiis nobilis, et hodieque a Seetzenio et Burckhardto sub antiquo nomine (p. 438. 539 ed. germ.) memorata. Denique 3) in tribu Issaschar prope Jesreëlem sita fuisse videtur *Apheca*, nonnullis cum Philistaeis pugnis nobilitata 1 Sam. IV, 1. XXIX, 1 cf. XXVIII, 4. Vel haec, vel sub no. 1. commemorata Canaanitarum fuit urbs regia (Jos. XII, 18).

אֲפֵקָה (munitio) N. pr. urbis in montanis Judae Jos. XV, 53.

אָפִק vel **אָפִיק**, ubique in st. constr. אֲפִיק, אֲפִיקֵי m. 1) *alveus* fluvii, a *continendo* dictus (v. אָפַק no. 1). Jes. VIII, 7. Ezech. XXXII, 6, it. fundus maris 2 Sam. XXII, 16. 2) *rivus, torrens* Ps. XLII, 2. CXXVI, 4. Joel I, 20. Cant. V, 12. אֲפִיק נְחָלִים torrens convallium Iob. VI, 15; hinc 3) ipsa *vallis*, maxime torrente irrigua, i. q. נַחַל, arab. وادي. Ezech. VI, 3. XXXIV, 13. XXXV, 8. XXXVI, 4. 6. 4) *canalis*. Iob. XL, 18: אֲפִיקֵי נְחוּשָׁה *canales aenei*. — 5) *fortis, robustus* v. rad. no. 2. Iob. XLI, 7: אֲפִיקֵי מָגִנִּים *robusti clypeorum* i. e. clypei (crocodili) robusti. XII, 21: *sonam fortium solvit*. Par. נְדִיבִים. Coniecit J. D. Michaelis in Supplemm., ubique legendum esse אֲפִיקִים *egressiones* s. fontes *aquae*, eiusque opinionem temere at satis verecunde propositam alii fidenter repetierunt, haud memores, et grammaticas rationes (nomina enim formae אַפְעִיל ignorat Hebraismus) et longe plurimorum locorum contextum (v. maxime no. 3. 4) eidem aperte repugnare. Prolixe de hac voce agit Bruns ad Kennicotti not. crit. ad Ps. XLII. XLIII. XLVIII. (Lips. 1772. 8) p. 165 sq.

אֲפִיק N. pr. v. אֲפֵק no. 1.

אפר rad. inusit. Arabicum أَفَرَ est i. q. فَارَ vehementer bullivit et ferbuit olla, agilis fuit, cucurrit, assilivit (v. Schroeder de vest. p. 95), unde nonnulli repetunt *cineris* significationem, quae est sub אֵפֶר, nimirum a levitate, vel ita ut pr. sit favilla, ab aestuando dicta. Sed haec remotiora sunt, nobisque probabilius est, אֵפֶר vicinum esse radici עָפַר (probabiliter *contexit* i. q. غفر), unde עָפָר (cf. p. 2), et אֵפֶר pariter atque illud pr. *pulverem terram*que significare, sicut lat. *cinis* est a κόνις, pulvis, cinis, lixivium (cf. etiam אֵפֶר pro עָפָר); nisi mavis cum Jo. Simoni in Onomast. p. 187 statuere, אֵפֶר esse i. q. פָּרָה fertilis fuit, unde אֵפֶר cinis a fertilitate, אֶפְרָת (fertilitas) אֶפְרַיִם (fructus geminus), cui sententiae favent loca Gen. XLI, 52. Hos. XIII, 15 et arab. وفر abundavit, multus fuit.

אֵפֶר m. *cinis* i. q. דֶּשֶׁן Num. XIX, 9. 10. 2 Sam. XIII, 19. LXX. σποδός. Usus eius praecipue fuit in luctu. Lugentes enim cinere solebant conspergi (Jer. VI, 26. Thren. III, 16), saccoque induti in cinere considere (Iob. II, 8. Jon. III, 6), quo pertinent locutiones Ps. CII, 10: *cinerem sicut panem comedi* i. e. cinere totus repletus fui (cf. similes hyperbolas *lacrymas, pulverem comedere*). Jes. LXI, 3: פְּאֵר תַּחַת אֵפֶר *capitis ornatum pro cinere* (capiti insperso). Esth. IV, 1: וַיִּלְבַּשׁ שַׂק וָאֵפֶר *contexit se sacco et cinere* cf. IV, 3. Jes. LVIII, 5. Dan. IX, 3. — Paronomastice iungitur עָפָר וָאֵפֶר *pulvis et cinis* Iob. XXX, 19. XLII, 6, semel ad indicandam naturae humanae fragilitatem Gen. XVIII, 27. Metaphorice *cinis* dicitur de re levi et fallace. Iob. XIII, 12: מִשְׁלֵי אֵפֶר *sententiae cinereae* i. e. inanes et fallaces. (Cf. Schultens floril. pag. 166. Cor. XIV, 21: opera infidelium *sicut cinis, quem agitat ventus*). Jes. XLIV, 20: רֹעֶה אֵפֶר *sectatur cinerem* sc. a vento agitatum i. q. alibi *sectatur ventum*, cf. רָעָה.

אֲפֵר m. *tegumentum capitis*, fascia frontem tegens pro עֵפֶר, v. rad. 1 Reg. XX, 38. 41. LXX. τελαμών fascia.

Chaldaeus, Abulwalides et Juda b. Karisch linguae suae beneficio eodem fere vocabulo utuntur. Ille מַעְפֶּרֶת i. e. velum linteum impr. capiti obtegendo (cf. talmud. מעפורת pileus Buxtorf. p. 1642), hi مِغْفَر i. e. pileus, galea 1 Sam. XVII, 6. 1 Cor. XI, 4 (cf. مِغْفَر pileolus, qui galeae subditur, mollior). Idem vocabulum habent Syri, ܡܟܦܪܐ cidaris, amictus sacerdotis magni et episcoporum, Bar Bahl. ap. Cast., a rad. ܟܦܪ Etthap. indutus est. Aliis, ut Kimchio, Schroedero (de vest. p. 114) אֵפֶר transposite dictum est pro פְּאֵר ornamentum capitis.

אֶפְרַיִם (forsan *terra duplex* s. *gemina* dual. ab אֵפֶר, vel sec. Sim. *fructus geminus*, cf. Gen. XLI, 52. Hos. XIII, 15) N. pr. 1) *Ephraimus*, Josephi, Aegyptiorum summi praefecti, et Asenethae filius natu minor (Gen. XLI, 52), ab avo Jacobo tamen adoptatus et ita quidem ut fratri maiori anteponeretur (Gen. XLVIII, 13 sq.), auctor tribus ephraimiticae (בְּנֵי אֶפְרַיִם Num. X, 22. XXVI, 35 cet. מַטֵּה אֶפְרַיִם Jos. XXI, 5, et simpliciter אֶפְרַיִם Jos. XVI, 10. Jes. IX, 20. Ps. LX, 9. LXXX, 3), cuius fines in media fere terra sancta describuntur Jos. XVI, 5 sq. In hac regione erat הַר אֶפְרַיִם *mons* s. *regio montana Ephraimi*, complures montes, ut Garizim, Ebal, Schomron cet. comprehendens Jos. XIX, 50. XX, 7. XXI, 21. Iudd. II, 9. III, 27. IV, 5. X, 1. XVII, 1 cet. Diversa est *silva Ephraimi* (יַעַר אֶפְרַיִם 2 Sam. XVIII, 6), ex serie orationis sine dubio (quidquid dicit Hamelsveldius in geogr. bibl. I, 438) trans Jordanem quaerenda (cf. XVII, 24—29), probabiliter a clade Ephraimitarum Iudd. XII, 1—6 dicta. שַׁעַר אֶפְרַיִם (Hierosolymae) porta ephraimitica i. e. Ephraimum ducens 2 Reg. XIV, 13. Neh. VIII, 16. 2 Sam. XIII, 23: עִם אֶפְרַיִם *apud Ephraimitas* i. e. in terminis tribus ephraimiticae (ubi minime opus est huius nominis oppidum fingere). Ephraimitae, Judaeis ab omni aevo infesti, postquam cum novem tribubus a Davidis familia defecerant, novoque *Israëlis* s. *Samariae* regno primos reges dederant (v. Comment. ad Jes. XI, 13), *Ephraimi* nomen 2) transiit ad universum *Israëlis regnum populumque*, impr. in libris prophetarum. Jes. IX, 8. XVII, 3. XXVIII, 3. Hos. IV, 17. V, 3 sq. IX, 3 sq. Jes. VII, 2: *Syri consederunt* עַל אֶפְרַיִם *in finibus Ephraimitarum* (quo in loco quidam interpp. male de urbe *Ephraim* Joh. XI, 54 memorata cogitarunt, v. Comm. ad h. l.). Ubi Ephraimitarum *terra* significatur, iungitur feminino Hos. V, 9. Cf. אֶפְרָת no. 2.

אֶפְרָת Gen. XLVIII, 7 (ubi cod. Sam. אפרתה), et crebrius cum He parag.

אֶפְרָתָה Gen. XXXV, 16. 19. Ruth IV, 11 (*terra*, *regio* vel sec. Simonem *fertilitas*) 1) N. pr. oppidi in tribu Judae, alibi *Bethlehem* dicti (Gen. XLVIII, 7), plenius *Bethlehem Ephrata* (Michae V, 1). — 2) i. q. אֶפְרַיִם Ps. CXXXII, 6. Cf. אֶפְרָתִי no. 2. — 3) uxor Calebi altera 1 Par. II, 19. 50. IV, 4, de qua nomen accepit vicus כָּלֵב־אֶפְרָתָה ibid. II, 24 mariti et uxoris nominibus in unum coalescentibus. Sunt, qui id idem esse putent, quod *Bethlehem Ephrata*, quod neque affirmare possum, neque negare. Ab no. 1 et 2 ducitur gentile

אֶפְרָתִי m. 1) *Ephrataeus* s. Bethlehemita 1 Sam. XVII, 12. Plur. אֶפְרָתִים Ruth I, 2. 2) *Ephraimita* Iudd. XII, 5. 1 Sam. I, 1. 1 Reg. XI, 26.

אוֹפִר, **אוֹפִיר** (Gen. X, 29) et **אֹפִיר** (1 Reg. X, 11), quae triplex scriptura in codd. ferme promiscue invenitur (modo semiticum est vocabulum, *regio fertilis* l. *opulenta*, formae אוּבִיל, תּוֹמִיךְ) N. pr. *Ophira*, Arabum Joctanidarum regio famosissima, quam Salomonis nautae Phoenicibus iuncti ex sinus Aelanitici portibus proficiscentes petere, et triennio quovis absoluto, *aurum*, gemmas et lignum santalinum (1 Reg. IX, 28. X, 11. 2 Par. VIII, 18. IX, 10) teste 1 Reg. X, 22 (ubi Ophira itidem intelligenda est, etsi nominatim non commemorata) etiam argentum, ebur, simias et pavones inde reportare solebant. Praecipue vero auro abundasse Ophiram, ex eo colligitur quod *aurum ophiriticum* ubique in V. T. frequentatur tanquam praestantissimum et purissimum auri genus (auri enim a reliquis, quibus admixtum reperitur in fodinis, metallis vi ignis separandi artem Hebraei non callebant) Iob. XXVIII, 16. Ps. XLV, 10. XIII, 12. 1 Par. XXIX, 4, semel adeo אוֹפִיר meton. legitur pro *auro ophiritico* (Iob. XXII, 24), ut saepe locus pro merce famosa inde repetita, cf. דַּמֶּשֶׂק, et apud nostrates *Damas*, *Manchester*, *Madras*. (Eundem loquendi usum apud Syros etiam invenisse sibi visus erat Brunsius in Barhebr. Chron. p. 10, sed ܐܘܦܝܪ ibi Ophirum, Arabem Joctanitam notat, v. Bernstein ad Barhebr. p. 20).

De *situ Ophirae* in diversissimas sententias abierunt interpretes, ex parte valde ridiculas, ut eorum, qui Armeniam, Iberiam, Phrygiam, adeoque, si dis placet, Peruviam (פַּרְוַיִם q. v.) in Salomonis Ophira latere somniarunt (v. Vatablus ad 1 Reg. l. c. Bellermann *Handb. d. bibl. Litt.* IV p. 416 sq.). Recentiorum interpretum et geographorum optimi quique inter tres saltem regiones ambigunt, *Indiam*, *Arabiae* quandam regionem, et *Sofalam* Nigritiae. Postrema haec opinio parum probabilis est, India vero et Arabia argumentis tam gravibus commendari possunt, ut in tanta huius rei ambiguitate certam sententiam dicere non ausim, malimque in argumentis aequa lance ponderandis acquiescere. Unum praemoneo, nullam esse causam idoneam, quae cum Bocharto (Phaleg II, 27, cf. Michaelis Spicil. II, 185) duplicem Ophiram, alteram arabicam, alteram indicam statuere iubeat.

In *India* igitur quaerendam esse Ophiram, quae e veteribus Josephi (Arch. VIII, 6 §. 4, cf. Hesych. v. Σουφείρ), e recentioribus Vitringae (Geogr. s. p. 114 sq.)

Varerii (de Ophira, in Critt. s. VI p. 459 sq.), Lipenii, Relandi (diss. miscell. I, 4) al. est sententia, his fere probari solet argumentis. Ac *primum* quidem Indiae regiones mercibus supra memoratis abundant, pluresque ex illis, ut ebur, lignum santalinum, in sola India reperiuntur; simiarum adeo pavonumque vocabula hebraea cum vocabulis indicis orae malabaricae prorsus congruunt et ab iis haud dubie profecta sunt (v. קוֹף, תֻּכִּיִּים). *Deinde* haec sententia nititur auctoritate LXX interpretum, qui pro אופיר ubique (excepto uno loco Gen. X, 29, in quo est *Οὐφείρ*) posuerunt *Σουφίρ*, *Σουφείρ*, *Σωφίρ*, *Σωφείρ*, *Σωφαρά*, *Σωφηρά* cet. Etenim ⲤⲞⲪⲒⲢ testibus veteribus Lexicographis coptis Indiae est nomen copticum (v. A. Kircheri lex. copt. p. 210. Champollion l'Egypte I, p. 68); quicquid iudicabis de etymo eius coptico, quod proposuit Wahlius (*Ostindien* II, p. 200), ut sit *via terrae maritimae*, vel *terra portae*: tribusque in locis ubi Alex. habet *Σωφίρ*, arabicus interpres reddidit الهند India 1 Reg. IX, 28. X, 11. Jes. XIII, 12. Invenitur *denique* locus in India, ex cuius nomine et Ophira et Sophira commode explicari possint, nimirum *Σουπάρα*, Arriani *Οὔππαρα* (v. Geogr. min. I p. 30), in Chersoneso citeriore sita, ubi nunc celebre Goae emporium, Ptolemaeo, Ammiano et Abulfedae memorata. Atque hic quidem, quem minus accurate descripsit et transtulit J. D. Michaelis (l. c. p. 201) ita se habet in cod. Dresdensi: وللهند سفالة كما للزنج سفالة قال الادريسى سوفارة مدينة عميرة كثيرة المساكن ولها تجارات ومرافق وهى فرضة من فرض البحر الهندى وبها مصايد ومغاص لولو وبينها وبين مدينة سندان خمس مراحل *India quoque Sofalam habet, pariter atque Nigritia. Edrisi Sofaram ait urbem esse incolis domibusque abundantem, in qua mercatus et aquae receptacula. Emporium est ex emporiis maris Indici, in quo piscatus et vada margaritarum. Abest ab urbe Sindan quinque dierum itinere.* Videtur igitur Uphara vel Suphara nomen domesticum fuisse, quod in Sofalam (سفالة tractus littoralis) detorquebant Arabes. Malumus certe hanc urbem cum Ophira S. S. comparare, quam huc referre, quod tradit Corn. le Brun (Voyage en Perse et aux Indes II, p. 361) de insula Ophira, e regione Chersonesi ulterioris sita, navigantibus insula rubra dicta. Huic enim insulae auriferae Ophirae nomen a recentioribus demum inditum esse videtur: quod idem accidit Sumatrae monti aurifero, aliique Malaccae vicino (v. Guil. Marsden history of Sumatra p. 2. Recherches asiatiques I, p. 366 ibique *Langlès*); falliturque Macdonaldus, qui Ophir in lingua malaica auri montem significare comminiscitur. — Qui contra Indiam disputant, hi praecipue a longinquitate itineris veterumque nautarum oras legentium imperitia argumenta petunt. Homines vero, qui Arabiae orientalis sinusque persici oras adire poterant, quidni ipsas Indiae oras vicinas adiissent, ubi merces, quas petebant, preciosas in ipsa earum patria nemine interveniente coemere poterant?

Indiae causam egimus. Videamus etiam, quae pro *Arabia* pugnent, quae plurimam etiam inter recentiores suffragia tulit, ut Michaelis (spicil. II, p. 184 sq.), Gosselinii (Recherches sur la géographie des Anciens II, 118), Vincentii (ad Nearchum II, 237. 404. 412), Bredovii (*hist. Unters.* II, 253), Th. Chr. Tychsenii (Comment. Soc. Gott. XVI, 150), U. H. Seetzenii (*Zach Correspond.* 19, 331 sq.), Volneii, Niebuhrii al. quanquam hi in regione accuratius definienda non consentiunt. Ac *primum* Ophira Gen. X, 29 recensetur in medio aliarum regionum joctaniticarum, quae, quatenus nobis cognitae sunt, in Arabia meridionali quaerendae sunt omnes, nominatim Sabaeam inter et Chavilam, utramque auri divitem (v. שְׁבָא et חֲוִילָה). Quanquam negari non potest, Ophiram etsi remotiorem et in India sitam potuisse in isto populorum stemmate ad Joctanidarum colonias referri, possuntque Indiae patroni provocare ad exemplum Tartessi, quae comm. 5 est in Graeciae coloniis, nec non ad Babylonis tanquam Cuschaeorum coloniae comm. 7 sq. *Deinde* e mercibus quidem supra memoratis nonnisi quaedam, gemmae videlicet et simiae, in Arabia reperiuntur, eademque hodie auro prorsus caret. At quasdam certe Arabiae regiones olim auro, eoque nativo et *ἀπύρῳ*, abundasse testantur et V. T. scriptores (Num. XXXI, 22. 50. Iudd. VIII, 24. 26. Ps. LXXII, 15) et Diodorus (II, 50. III, 44. 47 cf. s. v. בּוּמָז), Agatharchides (ap. Phot. cod. 250), Artemidorus (ap. Strabon. XVI, 4 §. 22), Plinius (VI, 28. 32), quibus fides non temere deroganda est: possunt enim fodinae exhaustae esse prorsusque neglectae, ut in Hispania, possunt etiam defecisse auri nativi globuli in arena olim reperti. In S. S. Sabaei imprimis et Chavilaei (Gen. II, 11) auro abundasse dicuntur: horum in medio autem *Ophira* comparet Gen. X, 29 et apud Strabonem l. c. Sabaei regioni auriferae confines esse dicuntur. Reliquae merces ex India advectae esse poterant. *Denique* Ophiram tanquam Arabiae insulam diserte memorat Eupolemus (ap. Euseb. praep. evang. IX, 30) his verbis: *καὶ πέμψαι* (sc. Davidem, cui hic scriptor Salomonis navigationes perperam tribuit) *μεταλλευτὰς εἰς τὴν Οὐρφῆ* (leg. *Οὐφρῆ* vel *Οὐφήρ*), *νῆσον κειμένην ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, μέταλλα χρυσικὰ ἔχουσαν· καὶ τὸ χρυσίον ἐκεῖθεν μετακομίσαι τοὺς μεταλλευτὰς εἰς τὴν Ἰουδαίαν*, hodieque exstat locus *el Ophir* in terra Omanorum duobus milliaribus ab urbe Sohar mediterranea versus. Primariis his argumentis addi possint secundaria, nimirum etymon arabicum supra propositum, et quod Indiae nomen هند ad Arabiam etiam felicem transferri solet, qua observatione alterum pro India argumentum infringere possis.

Utcunque est (non possumus enim totam exhaurire disputationem), multo maiore illi veritatis specie gaudent, quam qui *orientalem Africae partem*, videlicet *Nigritiam, Sofalamque Arabum* (hodie Zanguebar, Mozambique, ubi regio aurifera Fura) intelligunt, id quod post Grotium et Huetium faciunt d'Anville (Mémoires de l'acad. XXX, 83 sq.), Bruce (itin. I, 479 vers. germ.), Schulthess (Paradies p. 86. 296. 309 sq.) aliique. Etenim

concentui nominum *Sophir* et *Sophala*, quem urgent nonnulli, nihil prorsus dandum est, isque totus perit, modo Sofalam litteris arabicis scribis (سفالة). Hoc enim nomen a nautis arabicis regioni datum respondet hebraeo שְׁפֵלָה i. e. regio depressa, litus maris. Praeterea illius regionis aurifodinae 200 paene leucas hispanicas a mari absunt, gemmisque prorsus caret ista regio. V. plura argumenta a natura locorum petita apud Saltium, qui ipse eam regionem adiit (Voyage to Abyssinia p. 102), Vincent l. c. p. 352, J. D. Michaelem et Tychsenium l. c. — Aliud *Ophirae* nomen videtur אוּפָז q. v., cf. פַּרְוַיִם.

אַפִּרְיוֹן lectica v. rad. פָּרָה.

אֲפָרְסָיֵא, אֲפַרְסְכָיֵא, אֲפַרְסַתְכָיֵא v. s. פָּרַס Persia.

אָפַת rad. paululum dubia, ad quam referunt arab. أفت i. e. sec. Kamusum p. 173 داهية وعجب *calamitas et res mira l. portentum*. Suspicor quidem, ت in hoc vocabulo proprie ad radicem non pertinuisse, quoniam أفت idem est quod آفة *calamitas, pernicies, noxa* ab أيف *noxam passus est:* at non diffiteor posse id postea in litteram radicalem abiisse (cf. אוֹת et s. rad. סָכַן). Hinc

מוֹפֵת c. Suff. מוֹפֶתְכֶם (Ezech. XII, 11) Plur. מוֹפְתִים m. (pro מַאְפֵת, ut מוּסָר pro מַאְסָר) i. q. אוֹת, in plerisque certe significationibus, *signum, argumentum* (ap. Rabbinos demonstratio, probatio evidens) 1) *signum, argumentum, documentum*, velut divini patrocinii Ps. LXXI, 7: כְּמוֹפֵת הָיִיתִי לְרַבִּים *signo s. documento sum multis;* divinae in puniendis improbis iustitiae Deut. XXVIII, 46: וְהָיוּ בְךָ לְאוֹת וּלְמוֹפֵת וגו׳ *et* (hae dirae) *erunt in te signo et exemplo .... quoniam non coluistis* cet. Maxime de signo a propheta edito, quod rei praedictae vel promissae fidem faciat (v. אוֹת no. 3 p. 40) 1 Reg. XIII, 3. 5. 2 Par. XXXII, 24. 31. Deut. XIII, 2. 3. — 2) i. q. אוֹת no. 4. *signum s. imago, typus rei futurae*. Jes. VIII, 18. XX, 3. Ezech. XII, 6. 11. XXIV, 24. 27. Zach. III, 8: כִּי אַנְשֵׁי מוֹפֵת הֵמָּה *hi enim rerum futurarum imagines sunt*. Cf. Staeudlin nov. symb. ad interpr. proph. p. 123 sq. — 3) *prodigium, portentum, miraculum*, tanquam divinae auctoritatis signum et documentum a Deo vel Dei legato editum i. q. אוֹת no. 5. Exod. IV, 21. VII, 3. 9. XI, 9. Ps. LXXVIII, 43. CV, 5. 27. Saepissime iunguntur אֹתוֹת וּמוֹפְתִים signa et miracula Ps. CXXXV, 9. Deut. IV, 34. VII, 19. XXVI, 8. XXIX, 2. XXXIV, 11. Jer. XXXII, 21 et solennis formula est נָתַן אֹתוֹת וּמֹפְתִים edidit signa et miracula Deut. VI, 22. Neh. IX, 10 it. cum verbo שׂוּם Jer. XXXII, 20.

* * *

* אַפְּתֹם vox chaldaea, quae semel legitur Esra IV, 13: אַפְּתֹם מַלְכִים תְּהַנְזִק, cf. vers. 15. 22, ubi אַפְּתֹם omittitur in eodem contextu. Omittunt id etiam comm. 13 LXX. Vulg. Syr., et Esr. apocr. II, 19. Ex orationis serie coniiciens Aben Esra interpretatur הוֹצָאוֹת *impensae*, R. Sal. מס *tributum*, Vers. hebr. חוק statutum. E recentioribus Coccejo videtur graecum τὸ ἀπότομον s. ἡ ἀποτομία i. e. legum severitas, forsan *imperium*, tyrannis (cf. Rom. XI, 22. 2 Cor. XIII, 10): aliis i. q. ἀποταμεῖον i. e. ταμεῖον, vel ἀπόθημα i. q. ἀποθήκη quae vocabula num graeca sint, vehementer dubito. Nobis videtur particula esse, eaque persicae originis (sicut אַדְרַזְדָּא, אָסְפַּרְנָא), quae valeat *in fine, tandem*, cf. pehlevicum *Afdom* finis, *Avdom* ultimus (Zend-Avesta Anquetilii II, 436. 484), et persicum فدام *finis, tandem* apud Castellum, quanquam hoc vocabulum abest a Lexico Burhani kati et a Meninskio. Apposite Bohlenius (symb. p. 21). „Elif ante *Mim* et *Nun* tanquam o profertur ut امدن *omden*, درخانه apud Talmudicos מרכונה, „בַּרְכְּמוֹן بلاخانه *Balcon*, superior domus pars." Adde שְׁתַר בּוֹזְנַי, שְׁתַר בּוֹזְנַי, חַרְבוֹנָה, דارا كمان.

אָצַב rad. incerta, fortasse i. q. צָבָה unde צְבִי decus, ornamentum. Arab. اصب nudus fuit (campus). Lebid. 39.

אֶצְבּוֹן N. pr. 1) filius Gadi Gen. XLVI, 16 qui etiam אָזְנִי q. v. 2) filius Belae 1 Par. VII, 7, qui etiam אֲבִיהוּד appellatur (VIII, 3).

אֶצְבַּע digitus, v. צָבַע.

אָצָה rad. incerta, cuius unicum vestigium exstat Exod. V, 13, ubi cod. Sam. pro אָצִים *urgentes* exhibet אצוים (אֲצוּיִם) i. e. participium a rad. אָצָה vel אָצָה i. q. עָצָה, خوي syr. oppressit, sam. rapuit, spoliavit, i. q. hebr. גָּזַל, עָשַׁק. Litterae א in hac rad. aliud habemus vestigium in chald. et sam. אָצְוָא mactra.

אָצַל 1) pr. i. q. وصل *iunxit, copulavit*. Inde אָצִיל iunctura, אֵצֶל et אָצִיל no. 1. latus, nimirum locus coniunctus et vicinus, it. arab. أصل radix, ut quae arborem telluri iungit, أصل altas radices egit pr. firmiter

iunctus est telluri, أصيل qui altas radices egit et metaph. vetere et nobili stirpe oriundus (cf. אֶזְרָח).

2) denom. ab אֵצֶל: *seposuit, subtraxit, abstulit* pr. ad latus posuit (Kimchi: הניח לאצל), cf. נָגַב, nisi significatus vicinus est radici בָּצַל. Num. XI, 17: וְאָצַלְתִּי מִן הָרוּחַ *et auferam aliquid de spiritu.* Cod. Sam. rarius hoc verbum interpretaturus dat חצלתי (lege הִצַּלְתִּי), quod idem valet (cf. Gen. XXXI, 9. 16. 2 Sam. XX, 6). Eccles. II, 10: *quaeque appetebant oculi* לֹא אָצַלְתִּי מֵהֶם *iis non detraxi,* denegavi. Kimchi: מנעתי. Seq. לְ *reservavit* alicui. Gen. XXVII, 36 (cf. הִבְדִּיל et הֵרִים sq. לְ). Sam. ut supra הִצַּלְתָּ.

Niph. contractus fuit. Legitur Ezech. XLII, 6 de parte aedificii contractiore, opp. eminentioribus.

Hiph. fut. וַיָּאצֶל (pro וַיַּאֲצֵל) i. q. Kal no. 2. Num. XI, 25. Sam. ויצל (וַיַּצֵּל).

אָצֵל N. pr. 1) viri e tribu Benjamin 1 Par. VIII, 37. IX, 43, in Pausa אָצַל VIII, 38. IX, 44. (Appell. i. q. אָצִיל nobilis). 2) loci in vicinia Hierosolymorum, in Pausa itidem אָצַל Zach. XIV, 5. (Appell. latus vel radix montis i. q. أصل). Sunt, qui אָצַל h. l. appellative accipiant, pro ipsa *montis radice* (cl. أصل), quo posito saltem legendum erat אֵצֶל in Pausa pro אָצַל.

אָצִיל m. 1) *latus* i. q. אֵצֶל. Jes. XLI, 9: אֲצִילֶיהָ i. q. יַרְכְּתֵי הָאָרֶץ, כַּנְפוֹת הָאָרֶץ *latera* i. e. fines, extrema terrae. Parall. קְצוֹת הָאָרֶץ. Male Michaelis: *ima terrae.* — 2) i. q. arab. أصيل pr. *radicatus,* qui altas radices egit in terra, hinc metaph. *antiqua nobilique stirpe oriundus, nobilis.* Exod. XXIV, 11. Cf. أصل nobilitas et existimatio firma et immota (pr. radix firmata), أصّل nobilem reddidit, et plura ap. Pocock. ad Togr. I et rad. no. 2.

אַצִּיל m. *iunctura* (v. rad. no. 1), hinc אַצִּילֵי יָדַיִם Ezech. XIII, 18 et אַצִּילוֹת יָדַיִם Jer. XXXVIII, 12, nec non simpl. אַצִּיל Ezech. XLI, 8 a) *iuncturae manus* i. e. articuli *(Knöchel),* quibus digiti manui iunguntur. Ita Jer. l. c. flagitante ferme contextu, et Ezech. XLI, 8: שֵׁשׁ אַמּוֹת אַצִּילָה *sex ulnae usque ad articulos* i. e. ex earum genere, quae ad articulos usque pertinent. Cf. אַמָּה. b) *cubiti,* poscente orationis serie in loco Ezech. XIII, 18, quanquam non negamus, parum accurate hos *manus iuncturas* appellari. LXX. ἀγκὼν χειρός. Vulg. *cubitus manus.* Syr. linguae suae beneficio ܐܨܝܠܐ (a אֵצֶל i. q. وصل), quod de cubitis legitur Sir. IX, 10, eamque scripturam veriorem censeo, quam ܐܨܝܠܐ ap. Ephraem. Syr. et Ferrarium, id quod etymo idoneo prorsus careret. Omnino repudiandi, qui אַצִּיל *axillam* esse existimant.

אֵצֶל c. Suff. אֶצְלִי m. 1) *latus* i. q. אָצִיל no. 1. 1 Sam. XX, 41: מֵאֵצֶל הַנֶּגֶב *a parte meridionali.* מֵאֵצֶל פ׳ a latere alicuius 1 Reg. III, 20, it. iuxta aliquem Ezech. XL, 7. — Longe frequentius 2) adv. ad latus, *iuxta.* Gen. XLI, 3. Lev. I, 16. VI, 3. X, 12. 1 Sam. V, 2. XX, 19 cet. cet. V. nomen geogr. בֵּית הָאֵצֶל.

אֲצַלְיָהוּ (quem Jehova reservavit l. nobilitavit) N. pr. viri 2 Par. XXXIV, 8.

אָצַם rad. incerta. Arab. أصم iratus fuit. Inde

אֹצֶם N. pr. 1) filii Isai 1 Par. II, 15. 2) filii Jerahmeel ex tribu Judae ibid. II, 25.

אָצַר *recondidit, reposuit, conservavit* in thesauro. (Arab. أصر inclusit, coercuit, cui vicinum أسر et حصر, chald. אֲצַר i. q. hebr.) 2 Reg. XX, 17. Jes. XXXIX, 6. Amos. III, 10.

Niph. pass. Jes. XXIII, 18.

Hiph. fecit, ut aliquis reconderet in thesauro i. e. thesauro praeposuit aliquem. Nehem. XIII, 13: וָאוֹצְרָה עַל אוֹצָרוֹת *et thesauris praefeci.* Hinc

אוֹצָר constr. אוֹצַר Plur. אוֹצָרוֹת constr. אוֹצְרוֹת m. 1) *thesaurus, promtuarium,* collectio et acervus rerum in futuros usus collectarum (Syr. ܐܘܨܪܐ, Sam. ࠀࠅࠑࠓ id.). Dicitur de promtuario frugum, cibi commeatusque *(Magazin)* 2 Par. XI, 11. Joel I, 17. Neh. XIII, 13. Mal. III, 10, vini 1 Par. XXVII, 25. 27, imprimis auri argenti aliarumque rerum pretiosarum, unde de thesauro regis 1 Reg. XIV, 26. XV, 18. 2 Par. XII, 9. XXV, 24, templi Hierosolymitani 1 Reg. VII, 51. 2 Reg. XII, 19. XXIV, 13, templi Babylonici Dan. I, 2. אוֹצַר הַמְּלָאכָה thesaurus s. fiscus aedificando templo Esr. II, 69. אוֹצְרוֹת שֶׁלֶג, בָּרָד, nivis, grandinis coelestia promtuaria Iob. XXXVIII, 22. Absol. de magnis divitiis Jes. II, 7. XXX, 6. Prov. XV, 16. XXI, 6. אוֹצְרוֹת רֶשַׁע divitiae inique partae Prov. X, 2. Micha VI, 10. אוֹצְרוֹת חֹשֶׁךְ divitiae absconditae Jes. XLV, 3. 2) i. q. בֵּית הָאוֹצָר (Neh. X, 39) Deut. XXVIII, 12. XXXII, 34. Jer. L, 25. Ezech. XXVIII, 4.

אֵצֶר (thesaurus) N. pr. viri, filii Seir. Gen. XXXVI, 21. 30.

אֲקֹק v. r. אָנַק.

אֹר v. r. אוֹר.

אֲרִאֵל ,אַרְאֵלִי v. r. אָרָה.

אָרַב fut. יֶאֱרֹב 1) pr. *nexuit*, *plexit*, *texuit*, unde אֲרֻבָּה rete, opus reticulatum. (Arab. أَرَبَ constrinxit nodum, II. adstrinxit firmavitque nodum, Conj. V. pass. أُرْبَةٌ nodus. Syr. ܐܪܒܐ iuncus, a ligando). — 2) *insidiatus est.* (Arab. أَرِبَ callidus, astutus fuit Conj. III. callide [pr. perplexe] egit, circumvenire studuit, إِرْبٌ calliditas, أَرِيبٌ callidus. Verba enim nectendi, texendi, it. contorquendi, nendi, suendique ad dolos et insidias referri solent, et opponi rectae apertaeque agendi rationi. Cf. פָּתַל, צָמַד, arab. نسج texuit, plexit it. adornavit orationem, dolum, v. c. vit. Tim. I, 84 Mang. *texuit digitis doli retia*; حاك texuit metaph. dolos Har. 5, 172 Schult.; aeth. ፈተለ: irretivit, nodis constrinxit, metaph. dolo usus, insidiatus est Exod. XXII, 8, gr. *δόλον*, *μῆτιν ὑφαίνειν*, *κακά*, *δόλον ῥάπτειν*, nectere insidias, scelera; suere dolos, germ. *Trug spinnen*, *anzetteln*). Constr. c. לְ Ps. LIX, 4. Prov. XXIV, 15. Jos. VIII, 4, ex. gr. לְדָם Prov. I, 11, c. acc. Prov. XII, 6, c. עַל Iudd. IX, 34. Alibi absol. ponitur pro *speculatus est ex insidiis* Iudd. IX, 32. XXI, 20, de adultero et muliere meretricia Iob. XXXI, 9. Prov. VII, 12, sequ. gerundio Prov. l. c. Ps. X, 9. Part. אֹרֵב, הָאֹרֵב insidiator, saepe collect. *insidiatores*, manus militum in insidiis posita. Jos. VIII, 14. 19. 21. Iudd. XX, 33 sq., hinc c. c. Plur. l. c. comm. 37: וְהָאֹרֵב הֵחִישׁוּ *insidiatores properabant*.

Pi. i. q. Kal, c. c. עַל 2 Par. XX, 22, absol. Iudd. IX, 25.

Hiph. insidias posuit. Fut. וַיָּרֶב pro וַיַּאֲרֵב 1 Sam. XV, 5.

אֲרָב (insidiae) N. pr. oppidi in montanis Iudae. Jos. XV, 52. Hinc probabiliter est Gentil. אַרְבִּי 2 Sam. XXIII, 35.

אֶרֶב m. 1) *insidiae*, de feris Iob. XXXVIII, 40. 2) locus insidiarum, *lustrum* ferarum ib. XXXVII, 8. Conferri potest arab. وِرْبٌ lustrum ferae, latibulum muris, scorpii.

אֹרֶב c. Suff. אָרְבּוֹ m. *insidiae*. Jer. IX, 7: וּבְקִרְבּוֹ יָשִׂים אָרְבּוֹ *et in pectore ei struit insidias*. Cf. Syr. ܣܡ ܟܡܐܢܐ ponere insidias Barhebr. p. 420.

אַרְבְּאֵל v. בֵּית אַרְבֵּאל.

אַרְבִּי v. אֲרָב.

אָרְבָּה f. i. q. אֹרֶב. Plur. אֲרֻבּוֹת constr. אָרְבּוֹת (sine Dagesch) nonnisi Jes. XXV, 11: הִשְׁפִּיל גַּאֲוָתוֹ עִם אָרְבּוֹת יָדָיו *humiliabit ille* (Deus) *superbiam eius* (Moabi) *cum insidiis manuum eius* i. e. quas manus eius struxerunt. Apposite *insidiae* h. l. tribuuntur *manibus*, quibus struuntur et quasi nectuntur (cf. rad. no. 1). Plura de hoc loco a paucis recte intellecto v. in Comment. nostro. Satis bene Saadias: ويضع اقتداره مخاتلة ايديهم *et deprimet maiestas eius insidias manuum eorum*.

אֲרֻבָּה f. pr. *opus* plexum s. *reticulatum*, *cancelli*, *clathri*, semel in sing. (Hos. XIII, 3), alibi constanter in Pl. אֲרֻבּוֹת 1) *fenestra* (utpote cancellis, non vitro clausa) Eccles. XII, 3. Cf. شُبَّاكٌ cancelli, fenestra. 2) *columbarium*, itidem *clathris* clausum Jes. LX, 8, et eandem ob causam 3) *fumarium* Hos. XIII, 3. Cf. J. H. Voss ad Virg. Georg. II, 242. 4) אֲרֻבּוֹת הַשָּׁמַיִם catarrhactae coeli, quae aperiuntur, dum pluit. Gen. VII, 11. VIII, 2. 2 Reg. VII, 19. Jes. XXIV, 18. Mal. III, 10. LXX: *καταῤῥάκται*. Onk. כַּוִּין fenestrae. Similem figuram habent Persae, Gulist. p. 103: درهای آسمان بر زمین بسته portae coeli versus terram erant clausae i. e. pluvia non cadebat. 5) אֲרֻבּוֹת N. pr. loci, probabiliter in tribu Judae siti 1 Reg. IV, 10.

מַאֲרָב m. insidiae, hinc a) *locus insidiarum* Jos. VIII, 9. Iudd. IX, 35. Ps. X, 8. b) *insidiatores* 2 Par. XIII, 13.

אַרְבֶּה locusta v. rad. רָבָה.

אַרְבַּע quattuor v. rad. רָבַע.

אָרַג fut. יֶאֱרֹג (Jes. LIX, 5), תַּאַרְגִי (Iudd. XVI, 13) radix linguae hebraeae peculiaris 1) *plexit* Iudd. l. c. 2) *texuit*, ex. gr. de aranea (unde sunt qui *ἀράχνη* dictam putent ab hebr. אָרַג) Jes. LIX, 5. Part. אוֹרֵג texens Jes. XIX, 9 et subst. textor Exod. XXVIII, 32. Jes. XXXVIII, 12. מְנוֹר אֹרְגִים iugum textorium 1 Sam. XVII, 7.

אֶרֶג m. 1) *plexum, textura* Iudd. XVI, 14. 2) *radius textorius.* Iob. VII, 6: יָמַי קַלּוּ מִנִּי־אָרֶג *dies mei velociores sunt radio textoris* (cf. IX, 25). Ita Chald. et Kimchi, cuius verba sunt: הוא אותו הכלי שבו חוט הערב *significat instrumentum in quo filum tramae.*

אַרְגֹּב v. s. rad. רָגַב.

אַרְגְּוָן chald. *purpura,* v. hebr. אַרְגָּמָן rad. רָגַם.

אַרְגַּז *cista* v. rad. רָגַז.

אַרְגָּמָן *purpura* v. rad. רָגַם.

אֶרֶד rad. incerta. Chald. אַרְדָּא fungus, boletus. Eius analogiam sequuntur:

אַרְדְּ n. pr., filius Belae, Benjamini nepos Num. XXVI, 40. Alio in stemmate Gen. XLVI, 21 idem inter Benjamini filios recensetur, et 1 Par. VIII, 3 pro eo scribitur אַדָּר. Nom. gent. est אַרְדִּי Num. l. c.

אֲרוֹד (forsan i. q. עָרוֹד onager) n. pr. viri e filiis Gadi Num. XXVI, 17, unde gentil. אֲרוֹדִי Gen. XLVI, 16.

אַרְדּוֹן n. pr. filii Calebi. 1 Par. II, 18.

אֲרִידַי N. pr. persicum noni e filiis Hamani. Esth. IX, 9. Respondet nomen Ἀριδαῖος, *Aridaeus* i. e. *fortis.* Etenim in vetere Persismo *art* et *ard fortitudinis* et *magnitudinis* potestatem habebat, qua de re v. s. v. אַרְתַּחְשַׁשְׂתָּא.

אֲרִידָתָא (id.) Hamani filius natu sextus. Esth. IX, 8.

אָרָה 1) *carpsit, decerpsit,* folia Cant. V, 1, uvas de vite, c. accus. Ps. LXXX, 13: *ut decerpant de ea, quicunque transeunt.* (Respondet aeth. ሐረየ: decerpsit, excerpsit ex terra, collegit ex. gr. fruges, herbas Matth. XIII, 28. 30 pro συλλέγω, et vicinum ሐረረ: messuit Matth. VI, 26, ማእረር: messis. Schneidio est pr. aestuavit ut أَرِيَ [cf. אֲרִיאֵל], deinde cum ardore edendi depavit, coll. בָּעַר. Modo opus est, hic usum loquendi Hebraeorum cum arabico conciliare, malim contra *flagrandi* significatum a *pascendo* derivare). — 2) *carpendo depavit* more pecudum. Hinc אֻרְוָה et אֲרִיָּה praesepe, אֲרִי leo pr. carpens, discerpens, fortasse אַרְנֶבֶת lepus pr. carpens gramina. Alia etiam animalium nomina a carpendo dicta sunt, ut גְּדִי, בְּעִיר, גָּזָם, חָסִיל, סָלְעָם, arab. خَرُوفٌ agnus a خرف carpsit.

אַרְאָ (fortasse i. q. אֲרִי leo) N. pr. viri Asseritae 1 Par. VII, 38.

אֲרִאֵל et אַרְאֵל m. [probabiliter i. q. אֲרִיאֵל leo Dei, heros, a forma deperdita אַר i. q. אֲרִי (ut אָב et אָבִי pater, בַּל et בְּלִי non. Cf. N. pr. אַרְאָ). Hinc a) אַרְאֵלִי (heroe oriundus) *Areli,* Gadi filius. Gen. XLVI, 16. Num. XXVI, 17. Cod. Sam. in utroque loco ארולי. Nom. patronym. itidem est אַרְאֵלִי (pro אַרְאֵלִיִּי) Num. l. c. — b) vox difficilis אֶרְאֶלָּם Jes. XXXIII, 7 *heros* l. collective (ut אֲרִיאֵל 2 Sam. XXIII, 20) *heroes eorum* sc. Israëlis, qua interpretatione posita nihil mutandum est praeter Dagesch e littera Lamed eliminandum אֶרְאֶלָם. (Saad. نُجَبَاؤُهُم *nobiles eorum*). Vulgaris ista punctorum ratio haud dubie ab alia profecta est interpretatione, apud veteres interpretes recepta, qui אראלם contractum esse statuerunt ex אֵרָאֶה־לָהֶם, אֵרָאֶה־לָּם aut אֵרָאֶה לָהֶם, ut מַה־זֶּה ex מֶזֶּה. Symm. Theod. ὀφθήσομαι αὐτοῖς. Aqu. ὁραθήσομαι αὐτοῖς. Targ. אִתְגְּלֵי לְהוֹן (lege אִתְגְּלֵי לְהוֹן: quanquam illud iam ante oculos habuit Syr. reddens ܐܶܬ݂ܚܙܶܐ ܠܗܽܘܢ). Quae cum contextui parum congrua sint, vocabulum aliis punctis appellandum est, nimirum אַרְאֶלָם *heroes eorum,* vel אַרְאֵלָם, אֲרִאֵלָם, אַרְאֶלִּים *heroes* (coll. XXIX, 1 et 8 codd., in quibus plene אריאלים scribitur) et intelligendi Judaeorum duces ac proceres ad Sanheribum missi.

אֻרְוָה et אֻרְיָה (formae חֻפְשָׁה), Plur. absol. אֻרָוֹת (per Syriasmum pro אֻרְוֹת, sicut אֶהָלִים pro אֹהָלִים) 2 Par. XXXII, 28, constr. אֻרְוֹת 1 Reg. IV, 26 (V, 6) et אריות 2 Par. IX, 25 f. 1) *praesepe,* unde pabulum carpunt iumenta in stabulo, ipsumque *stabulum* 2 Par. XXXII, 28. Usurpatur 2) de *certo* quodam *equorum numero,* qui eidem praesepi s. in eadem stabuli mansione alligati uni currui iungi solebant (*iugum, Paar, Gespann*), nescio an *duobus* (tot enim curribus iungi solebant). 1 Reg. l. c. *et habebat Salomo* אַרְבָּעִים אֶלֶף אֻרְוֹת סוּסִים לְמֶרְכָּבוֹ *quadraginta millia iuga equorum pro curribus suis, et duodecim millia* פָּרָשִׁים *equorum equestrium.* אֻרְוָה in re equestri idem valebat, quod צֶמֶד in bovili. Vulg. *quadraginta millia praesepia equorum currilium, et duodecim millia equestrium.* Syr. Chald. et Arabs idem vocabulum retinent אֻרְוָתָא, ܐܘܪܘܬܐ, أَرِيّ. 2 Par. IX, 25. (أُرْيٌ stabulum, locus ubi continetur iumentum, آرِيٌّ, آرِيّ pl. أَوَارِيّ praesepe, locus ubi pabulum praebetur iumentis, mansio iumenti, stabulum, paxillus cui alli-

gantur iumenta, hinc, quod secundarium est, أَرِى et آرِى in stabulo alligavit iumentum, et iunxit ad idem praesepe iumentum iumento. Syr. ܐܘܪܝܐ, chald. אֻרְיָא, אָרְיָא praesepe, stabulum, in Targg. pro אֵבוּס). Transpositum est אֲוֵרוֹת 2 Par. XXXII, 18.

אָרוֹן c. (m. 1 Sam. VI, 8. f. 2 Par. VIII, 11) *arca, cista,* in quam colliguntur res asservandae. (Arab. إِرَان et أَرَان arca lignea, maxime feralis, v. Taraphae Moall. 12, ubi Schol. interpretatur تابوت sandapilam. Chald. אֲרוֹן, neque non אוּרְיָא cista pecuniaria, Iuchas. fol. 82, 1, et אֲרִיתָא aquaeductus, rivus, piscina. Syr. ܐܪܘܢܐ arca. Ad rad. אָרַן hoc vocabulum referri nequit cum Hottingero in sm. orient. p. 124. A. Schult. in clave dial. p. 208). Usurpatur de arca pecuniaria 2 Reg. XII, 10. 11, de arca ferali, in qua conditum Josephi cadaver reponebatur Gen. L, 26, alibi semper et creberrime de arca sacra, in qua duae tabulae legum repositae erant. Plenius ea vocatur אֲרוֹן הָעֵדוּת arca legis Exod. XXV, 22. XXVI, 33 cet. אֲרוֹן בְּרִית יְהוָֹה Deut. X, 8. XXXI, 9. 25, אֲרוֹן הַבְּרִית Jos. III, 6. IV, 9, אֲרוֹן יְהוָֹה 1 Sam. V, 3. 4. VI, 8 sq. אֲרוֹן הָאֱלֹהִים 2 Sam. VI, 2 sq. XV, 24 sq. Semel forma constr. est pro absoluta: אֲרוֹן אֶחָד 2 Reg. XII, 10.

אֲרִי Plur. אֲרָיִים 1 Reg. X, 20, alibi אֲרָיוֹת m. (1 Reg. X, 19. 2 Par. IX, 18. 19. Zeph. III, 3) *leo,* ita dictus, quia praedam *discerpit* et dilaniat, neque audiendi sunt, quibus אֲרִי dictus videtur pro רָאִי a videndo, quia leo sit animal acutissime videns, vel ab أَرِى aestuavit ira, quod animal sit saevum et iracundum, quanquam hoc magis ferri potest, quam illud. Num. XXIV, 9. 1 Sam. XVII, 34 sq. 2 Sam. XXIII, 20. Prov. XXII, 13. XXVI, 13. Amos III, 12 cet. Generale est leonis nomen, et de cuiusvis aetatis leone usurpatur (v. Ezech. I, 10. X, 14) כְּפִיר אֲרָיוֹת leo iuvenis Iudd. XIV, 5, גּוּר אֲרָיוֹת catulus leonum Jer. LI, 38. Imaginem praebet tum fortitudinis Num. XXIII, 24, tum saevitatis et crudelitatis Prov. XXVIII, 15. Usurpatur etiam de leonibus artefactis 1 Reg. VII, 36. X, 19. 2 Par. IX, 18. 19. V. Bocharti Hieroz. I, 715 sq. (Syr. ܐܪܝܐ, chald. אַרְיָא leo, אַרְיְוָא, אַרְיְוָתָא leaena, quod vel ex Hesychio discas: Ἀριώθ· ἡ λέαινα, ὑπὸ Σύρων. Zab. ܐܪܝܐ leo, ܐܪܝܬܐ leaena. Transiit etiam in alias linguas, ut Berberorum, quibus leo dicitur *Arier* notante J. b. Karisch, et in armenicam, in qua idem vocatur առյուծ *arriudz*).

אַרְיֵה i. q. אֲרִי (cum ה— parag. ut in שֶׁמֶר et שִׁמְרָה, חֵן et חַנָּה, אֵשׁ et אִשָּׁה, v. *Lehrgeb.* 517) et frequentius etiam, sed nonnisi in sing., *leo.* Gen. XLIX, 9. Deut. XXXIII, 22. Iudd. XIV, 8. Ps. VII, 3. X, 9. XVII, 12 cet. Figurate dicitur de hoste potente saevoque Jes. XV, 9. Jer. IV, 7. Ps. XXII, 22, de homine feroce Iob. IV, 10. (Similiter Arabes *leonem* أَسَد de milite forti frequentant, v. Tim. I, 604. II, 192. 358 Mang. et *leonis* (حَيْدَر) vel *viri leonini* (أُسَيْد) epitheton heroibus tribuunt. v. Kamûs v. أَسَد. Persis شير *leo* et شير مرد *leo homo* dicitur fortissimus quisque, v. Jones Works VI, 149. Schultens ad Exc. ex Ispah. p. 4, unde reges in deliciis habebant nomina, ut *Xerxes, Kschwersche* i. e. شير شاه leo rex, *Artaxerxes,* اردشير leo fortis v. אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ, אַרְתַּחְשַׁשְׁתָּא); Melitensibus *anbas* est leo it. vir fortis; apud Turcas nomen اصلان et ارسلان *leo* praeter alios famosissimo Ali Pascha Janinensi tributum est). Jes. XXI, 8: וַיִּקְרָא אַרְיֵה *et vocavit* tanquam *leo.* Cf. Apoc. X, 3.

אַרְיֵה chald. id. Dan. VII, 4. Plur. אַרְיָוָן Dan. VI, 8.

אֲרִיאֵל m. (comp. ex אֲרִי et אֵל) 1) *leo Dei,* i. e. fortissimus heros. Collect. 2 Sam. XXIII, 20: שְׁנֵי אֲרִיאֵל מוֹאָב *duo heroes Moabitae,* cf. אֲרִאֵל et אֲרִי. Divinum enim dicitur, quicquid in suo genere eximium est v. אֱלֹהִים no. 5, pag. 98 A. (Pari modo apud Arabes أَسَدُ اللّٰه et لَيْثُ اللّٰه *leo Dei* it. أَسَدُ اللّٰه الغَالِب *leo Dei victor* est epitheton viris fortibus, ut Hamzae Muhammedis patruo et Alio eiusdem generi tributum, v. Abulf. Ann. I, 96. Damir. ap. Boch. Hieroz. I, 716; et apud Persas Alii vulgare attributum est شير خدا *Schiri ghoda* leo Dei). — Semel (Jes. XXIX, 1. 2) Hierosolymis hoc epitheton tribuitur, tanquam *heroum urbi,* quae invicta futura sit (cf. Storr observatt. p. 55), quanquam alii, ut Chald. Saad. Grotius, coll. Ezechielis loco statim laudando *focum* i. e. altare *Dei* reddunt. Aqu. Symm. λέων θεοῦ.

2) Paulo difficilior est locus Ezech. XLIII, 15. 16, ubi *altare holocaustorum,* vel certe *focus eius* semel הַהַרְאֵל (mons Dei), et bis secundum Chethibh האראיל (הָאֲרִאֵיל), sec. Keri הָאֲרִיאֵל appellatur, cf. comm. 13. 18. Significationis enim satis perspicuae et indubitatae (Chald. מַדְבְּחָא) haud facile ratio redditur. Si genuina vocabuli forma esset הַרְאֵל, cum Hillero (Onomast. p. 8) hoc pariter atque אראיל *montem Dei* interpretari possis, quandoquidem summum hocce altare imitabatur quasi montes sanctos, in quibus sacrificia Diis gratissima; si Masoretharum lectio אֲרִיאֵל vera et antiqua, *leo Dei* exponi possit cum Bocharto (Hieroz. T. II. p. 7 Lips.) de altari sacrificiorum quasi helluone. Sed neutrum satis placet, et videtur id vocabulum ab *Ariele* Jes. XXIX, 1. 2 prorsus diversum *focum Dei* significare, coll. إِرَة *focus,*

caminus, accensio ignis eiusque ardor, ab أَرِيَ adusta fuit olla, أَرِيَ aestuavit, et vicina radice أَرَّ accendit ignem, unde أُرٌ ignis; neque necesse est cum J. D. Michaeli reponas אֲרִיאֵל (lux Dei, immo potius אֲרִיאֵל *ignis Dei*), quanquam radices أَرِيَ, أَرَّ et אור hac significatione cognatae sunt.

3) N. pr. viri, Esr. VIII, 16.

אַרְיוֹךְ N. pr. assyriaco-chaldaicum 1) regis terrae Ellasar Gen. XIV, 1. 9, cf. Judith I, 6: *Ἀριὼχ ὁ βασιλεὺς Ἐλυμαίων*. 2) praefecti satellitum in aula babylonica. Dan. II, 14. Jo. Simonis (Onom. p. 567) interpretatur *leo magnus* ab hebraeo et aramaeo ארי, et terminatione assyriaco-persica ךְ, ut נִסְרֹךְ *aquila magna*: neque negari potest, multa vocabula semitica in linguam pehlevicam recepta esse: id vero nobis non persuasit, terminationem ךְ augmentativam esse, cum ك in recentiore Persismo potius deminutivum sit (مردك homunculus). Malim itaque cum Bohlenio conferre syllabam اك, in quam nonnulla adiectiva exeunt (تابناك splendidus, كرداك bellicosissimus, فرناك Pharnaces, augustus), qua in subsidium vocata אַרְיוֹךְ reddi possit *leoninus*, נִסְרֹךְ *aquilinus*.

אֲרִיסַי N. pr. persicum filii Hamani. Esth. IX, 9. Compositum esse videtur ex אֲרִי leo, vocabulo in Persismum recepto, et سا, ساى similis, unde *leoni similis*.

אוֹרוֹת *olera* (v. sub אור) ad hanc radicem referunt Moserus et Schbidius, tanquam a *carpendo* dicta, nec inepte: quanquam formae activae אורה (part. fem.) vis passiva tribuenda est. Hac ratione probata, nescio an rectius ad aethiop. ሐረረ: referatur.

אֹרוֹת v. אֹרָה.

ארז rad. inusit. (sed vide Part. pass.). Arab. أَرَزَ contraxit, collegit firmavitque se, de serpente, de manu avari, de digitis frigore contractis, de serpente in latibulum se recipiente cet. v. ארוז (cf. عَرَزَ contractus in se fuit). Nom. agentis est آرِزٌ et أَرُوزٌ colligens et contrahens, firmus, stabilis, أَرْزٌ firmas radices habens arbor (Kam. p. 695 et Gol. s. h. v.). Inde (post A. Schultens.) multi ducunt Part. pass. אָרוּז *constrictus, firmatus*. Ezech. XXVII, 24: *illi institores tui* .... וּבְגִנְזֵי בְּרֹמִים בַּחֲבָלִים חֲבֻשִׁים וַאֲרֻזִים בְּמַרְכֻלְתֵּךְ *et cum cistis vestium pretiosarum, quae funibus adstrictae erant et firmatae, veniebant in fora tua*. Sed vett. interpretes tantum non omnes אֲרֻזִים transferunt *cedrinas* (ab אֶרֶז, formae נְחוּשׁ aeneus, *Lehrgeb.* 512.), hisque nos quoque accedere non dubitamus. Prorsus certe explodendi Hebraei, qui אֲרֻזִים i. q. חֲרוּזִים *monilia* esse opinantur.

אֶרֶז Plur. אֲרָזִים, אַרְזֵי m. *cedrus*, a firmitate radicum dicta, quae arboribus e pinorum genere propria est (Theophr. hist. plant. 2, 7). Intelligitur *cedrus conifera* (Pinus Cedrus Linn.), arbor admodum procera (Jes. II, 13. XXXVII, 24. Amos II, 9) et patula (Ezech. XXXI, 3), in Libano olim frequentissima (Ps. XXIX, 5. XCII, 13. CIV, 16. Jes. XIV, 8) hodie ad exiguum numerum redacta (v. Oedmann *Sammlungen* II, 211. Ritter's *Erdkunde* II, 446. al. quos laudavimus ad Jes. XXXVII, 24), cuius lignum odoratum, enode et putredini minus obnoxium (Hieron. ad Hos. XIV, 8) templo palatiisque regiis Hierosolymitanis aliisque aedificiis elegantissimis exstruendis exornandisque (2 Sam. V, 11. VII, 2. 1 Reg. VI, 9 sq. VII, 2 sq. Esr. III, 7. Jes. IX, 9, cf. Theophr. l. c. V, 8. Plin. XVI, 40 s. 79), tabulationibus maxime et laquearibus (Jer. XXII, 14. 15), malis etiam navium (Ezech. XXVII, 5) statuisque (Jes. XLIV, 13) adhibebatur. Hinc de tabulatione cedrina 1 Reg. VI, 18 (cf. אַרְזָה). — Metaph. *cedri* transferuntur ad viros principes et potentes Zach. XI, 1. 2. Jes. II, 13. — Plane congruunt linguae cognatae. Arab. أَرْزٌ rarius أَرْزَةٌ eandem arborem designat (unde arabici interpretes constanter ita pro gr. *κέδρος, κέδροι* Ps. XXIX, 5. CXLVIII, 9. Cant. I, 17. VIII, 9. Ezech. XVII, 3. 22, أَرْزَةٌ Jes. XLI, 19. Ezech. XVII, 22) et etiamnum apud Libani incolas in usu est (Niebuhr's *Arabien* p. 149), quanquam idem nomen latius ad alia quaedam pini adeoque iuniperi genera patet (v. Abulfadli ap. Celsium l. c. Kamûs l. c., Golium h. v. Höst *Beschr. v. Marocco* p. 308), aethiop. ኣርዝ: non solum in Vers. aeth. exstat pro *κέδρος* Ps. l. c. Cant. I, 17, sed hodieque in Abyssinia de cedro baccifera ibi crescente frequentatur (Brucii itin. III, p. 312 ed. Gott.), et observante Ludolfo p. 344 de quavis arbore procera dicitur (cf. אֵלָה ,אִילָן): conspirat melit. *arznu* (pers. ارزن), aram. אַרְזָא, ܐܪܙܐ. Non igitur erat, cur magno eruditionis apparatu אֶרֶז *cedrum* esse negaret *pinumque* intelligere iuberet Celsius in Hierob. I, 106 sq., merito is refutatus et explosus a Jac. Trewio (in historia cedrorum Libani. Norimb. 1757. 4, et Apologia et Mantissa observationis de cedro Libani. 1767, quae recusae sunt in Nov. Act. Acad. Nat. curiosorum T. I. II).

אַרְזָה f. *tabulatum cedrinum*. Zeph. II, 14: כִּי אַרְזָה עֵרָה quod bene Chald. *tabulatum destruxerunt*. LXX *κέδρος*, quod reddidit Arabs eodem vocabulo الأرز. Syr. ܥܩܪܗ radix eius (fortasse ܐܪܙܗ cedrus eius). Femininum vim habet collectivam, ut in עֵצָה *ligna*, *Lehrgeb.*

p. 477. Temere J. E. Faber (in dissert. ad Zeph. l. c. Gottingae 1769) אַרְזָה *lyncem* esse suspicatus est, coll. arab. أَرْزَةٌ.

מֵרוֹז (probabiliter i. q. מְאֵרוֹז, arab. مَأْرِزٌ refugium, asylum) N. pr. oppidi in septentrionali Palaestinae parte nonnisi Iudd. V, 23 obvii. Hieron. (in Onomast.) *est autem nunc vicus Merrus nomine in duodecimo milliario urbis Sebaste iuxta Dothaim.* Sed ob situm locorum vix mihi persuadeo, hunc a vate indicatum esse posse. Canaanitis enim post pugnam ad torrentem Kischon septentrionem versus fugiendum erat (cf. IV, 2).

אָרַח I) *incessit, ivit* Iob. XXXIV, 8. (Chald. אֲרַח id. Iudd. XVI, 9. Rabbin. ארח et נתארח hospitatus est, quod est secundarium ab אֹרֵחַ viatore ductum. Quod ap. Ferr. exstat p. 747 أنس „recessit, distavit (sic!) et distare fecit“ et inde recepit Castellus, id valde incertum est, quoniam p. 44 eaedem significationes leguntur sub أنص, ex quo illud corruptum esse potest). Part. אֹרֵחַ *viator* Iudd. XIX, 17. 2 Sam. XII, 4. Jerem. XIV, 8. Plur. Jer. IX, 1. Fem. אֹרְחָה collect. (v. *Lehrgeb.* 477) *agmen s. caterva viatorum*, maxime institorum, *Caravane, συνοδία* Gen. XXXVII, 25. Jes. XXI, 13. Vide אֹרַח ,אֲרֻחָה.

II) *definivit, statuit* i. q. חָקַק, unde אֲרֻחָה i. q. חוֹק statutum. Respondet arab. أَرَّخَ quo tamen nonnisi de *tempore definiendo* et designando utuntur: unde أَرْخٌ tempus designatum, aera, epocha, أَرَّخَ tempore notavit epistolam, مُورِّخٌ chronologus, تَارِيخٌ chronicon, annales.

אָרַח (fort. אֹרֵחַ migrans, proficiscens) N. pr. 1) viri Serubabeli aequalis Esr. II, 5. Neh. VII, 10. 2) Asseritae, filii Ulla 1 Par. VII, 39.

אֲרֻחָה f. *cibi commeatusque portio* alicui *definita*, quotidie vel certo tempore appendenda (ab ארח no. II) Jer. XL, 5. LII, 34. 2 Reg. XXV, 30; unde generatim cibi portio Prov. XV, 17. Nonnulli *viaticum* reddiderunt invito plurimorum locorum contextu: sed ארח et אֲרֻחָה a diversis duci radicibus, iam J. b. K. diserte monuit.

אֹרַח plur. אֳרָחוֹת constr. אָרְחוֹת cum Suff. אֹרְחִי, אֹרְחֹתֶיךָ, אָרְחֹתָם, quorum loco passim in libris Mss. et impressis אֹרְחֹתַי, אֹרְחֹתֶיךָ, אֹרְחֹתָם (v. not.) comm. (masc. Prov. II, 15. cf. Iob. VI, 18. 19 fem. Prov. XV, 19) 1) *via, semita* i. q. דֶּרֶךְ, sed nonnisi in sermone ornatiore et poëtico. (Chald. אֹרַח Plur. אָרְחִין et fem. אָרְחָא Pl. אָרְחָן, syr. ܐܘܪܚܐ Plur. ܐܘܪ̈ܚܬܐ, zab. transp. ܐܘܗܪܐ, sam. ࠀࠓࠇࠀ idem valent et creberrimi usus sunt. Syri praeterea habent ܠܬܠܬ ܐܘܪ̈ܚܝܢ *tertium, tertia vice* pr. tertia via, cf. פַּעַם). Gen. XLIX, 17. Iudd. V, 6. Ps. XIX, 6. אָרְחוֹת יַמִּים viae marium Ps. VIII, 9, cf. ὑγρὰ κέλευθα Il. ά, 312. Od. γ́, 71. ארח חַיִּים via ad vitam s. felicitatem Prov. V, 6. XV, 24. Hinc 2) metaph. *vivendi agendique ratio* i. q. דֶּרֶךְ. ארח שֶׁקֶר via mendacii i. e. mores mendaces et fraudulenti Ps. CXIX, 104. 128; אָרְחוֹת מִשְׁפָּט viae iustitiae i. e. mores recti probique Prov. II, 8. XVII, 23; אָרְחוֹת יְהוָה mores Deo placituri Ps. XXV, 4. CXIX, 15. Jes. II, 3. Saepe servatur viae metaphora, ut Prov. IV, 14: *in via improborum ne incedas.* VIII, 20. Iob. XXII, 15. 3) *modus, ratio.* Gen. XVIII, 11: חָדַל לִהְיוֹת לְשָׂרָה אֹרַח כַּנָּשִׁים honeste dictum pro *desierat Sara menstrua pati*, cf. XXXI, 35. J. b. K. طمث وحبل *significat menstrua et conceptionem.* (Hinc אורח *via* et וסת *consuetudo* Rabbinis verecunde de *menstruis*. Eandem significationem syriaco ܐܘܪܚܐ tribuit Mich. ad Cast. h. v. laudato Jer. II, 32 [rectius 33], sed invito contextu. Neque magis apte idem in Supplemm. p. 126 *menstruorum* significatum l. c. a permutatione radicis ארח cum יָרֵחַ *luna* repetit, coll. arab. أرخ, de quo supra no. II: *viae* enim significatum retinendum esse, e loco parallelo XXXI, 35 tam certum est, quam quod certissimum). 4) *Viae alicuius* metaph. pro *conditione* et *sorte* eius (germ. *wie es ihm geht*). Iob. VIII, 13: *hae sunt viae omnium Dei immemorum* i. e. talis est eorum conditio. Cf. דֶּרֶךְ Prov. I, 19. — 5) ellipt. *via* dicitur pro *viatore* vel *viatoribus*, omisso אִישׁ vel אַנְשֵׁי. Iob. XXXI, 32: דְּלָתַי לָאֹרַח אֶפְתָּח *fores meas viatoribus aperiebam.* J. b. K. ابنا السبيل *filii viae i. e. viatores.* Plur. אָרְחוֹת תֵּמָא viatores Themaenses, catervae Themaensium Iob. VI, 19, et, ut vulgo volunt, ibid. comm. 18: יִלָּפְתוּ אָרְחוֹת דַּרְכָּם *deflectuntur catervae quod ad viam suam* i. e. deflectunt a via sua rivos in deserto quaesituri. Sed, ut nunc se habent vocales et accentus, אָרְחוֹת in regimine est positum, et verba transferri debent: *deflectuntur catervae viae eorum* (unde aptam sententiam non facile elicueris) vel ita, ut integrum comma de rivis intelligatur: *flectunt se semitae viarum suarum*, minus apte ad contextum. Suspicor igitur, cum formas אֹרְחוֹת et אֹרְחוֹת a librariis saepe confusas esse constet (v. not.), in utroque loco simpliciter אֹרְחוֹת *catervae* appellandum esse.

Not. Plerique quos inspexi Lexicographi, ubi vidissent, formas אֹרְחֹתֶיךָ ,אֹרְחֹתָם cet. aeque ac אָרְחֹתֶיךָ, אָרְחֹתָם *viarum* significatu reperiri, novam propterea singularis absoluti formam אֹרְחָה statuerunt, eamque verbale Pohhelicum esse voluerunt, quo errore Lexica liberanda sunt. Etenim אֹרְחוֹת Syriasmus est pro אָרְחוֹת, ut אֹהָלִים pro אֳהָלִים, coll. הֻלְּלָה pro הֲלָלָה, פֹּעַל pro פְּעָלָה, totaque res a librariorum arbitrio pependisse videtur,

quare in plurimis locis, ubi libri editi (quorum insignis in hoc vocabulo est scripturae varietas et inconstantia, cf. Iob. XXXIII, 11. Prov. III, 6. IX, 15. XXII, 25. Jes. III, 12. Mich. IV, 2) legunt per Kamez-chatuph, nonnulli codd. habent Cholem, et vice versa (v. J. H. Michaelis ad Iob. XIII, 27. Ps. XXV, 4), id quod multo magis in oculos incurreret, si de punctis accuratius dispicere voluissent Codicum perscrutatores.

אֹרְחָה 1) *caterva viatorum*, v. sub rad. no. I. 2) ut vulgo volunt, *via* v. אֹרַח not.

אֹרְחָא fem. Plur. c. Suff. אֹרְחָתָךְ, אֹרְחָתֵהּ chald. i. q. hebr. *viae* metaph. *consilia* Dei Dan. IV, 34 (cf. ὁδοὶ κυρίου Act. XIII, 10), *res, vicissitudines* alicuius Dan. V, 23.

אָרַךְ et אָרֵךְ 1) trans. *longum fecit, extendit, protendit*. Habent activam significationem Chaldaei (1 Reg. VIII, 8), Syri sub ܐܪܟ et Samaritani (Deut. V, 30), nec non Arabes in أَرَكَ cunctatus est, tardavit in negotio i. q. تاخر. Quod ad Hebraeos attinet, suspicor hos sub forma אָרַךְ *metiendi aptandique* significatum habuisse, unde אֲרוּכָה *fascia longa*, quae vulneri obligatur et *adaptatur*, et chald. אֲרִיךְ *aptus*. Metiri autem et rem rei adaptare solemus mensuram *extendendo*, unde מָדַד extendit impr. mensuram, mensus est, מִדָּה mensura, longitudo.

2) med. E. fut. יֶאֱרַךְ Plur. יַאַרְכוּ intrans. *longus fuit*. (Syr. Arab. Sam. id. Aph. אוֹרִיךְ, ܐܘܪܟ prolongavit). Ezech. XXXI, 5. Gen. XXVI, 8: וַיְהִי כִּי אָרְכוּ־לוֹ שָׁם הַיָּמִים *accidit cum diu ibi vixisset*. Ezech. XII, 22.

Hiph. הֶאֱרִיךְ 1) *longum fecit, prolongavit*. Ps. CXXIX, 3. Jes. LIV, 2, veluti linguam, qui gestus est illudentium Jes. LVII, 4. הֶאֱרִיךְ יָמִים prolongavit dies vitae, diu vixit, longaevus fuit. Deut. IV, 26. 40. V, 30. XVII, 20. XXII, 7. Jos. XXIV, 31. Prov. XXVIII, 16. Jes. LIII, 10. 1 Reg. III, 14. Iudd. II, 7: אֲשֶׁר הֶאֱרִיכוּ יָמִים אַחֲרֵי יְהוֹשֻׁעַ *qui post Josuam superstites fuerunt*. Etiam omisso יָמִים Prov. XXVIII, 2. Eccles. VII, 15: רָשָׁע מַאֲרִיךְ בְּרָעָתוֹ *improbus diu vivit in malitia sua*. VIII, 12 (cf. طَوَّلَ, طُول pr. longitudo, dein vitae duratio). — 2) intrans. *longus fuit*. 1 Reg. VIII, 8, maxime de tempore: הֶאֱרִיכוּ יָמָיו longaevus fuit Exod. XX, 12. Deut. V, 16. VI, 2. XXV, 15. — 3) tardavit, *distulit*. Cf. arab. أَرَكَ sub Kal. Sic in formula הֶאֱרִיךְ נַפְשִׁי Iob. VI, 11 et הֶאֱרִיךְ אַפּוֹ Jes. XLVIII, 9. Prov. XIX, 11 distulit iram, patiens fuit et μακρόθυμος. Cf. אֶרֶךְ s. אֶרֶךְ אַפַּיִם. — 4) *moratus, commoratus est* Num. IX, 19. 22.

אֲרִיךְ chald. i. q. hebr. Part. אֲרִיךְ *aptus, conveniens* (v. אָרַךְ no. 1). Talmud. אָרַךְ paravit, aptavit Schabb. XXXIII, 2, אֲרִיךְ aptus Succa XLIV, 2. Arab. أَرَكَ aptissimus, dignissimus. Esr. IV, 14: *videre detrimentum regis* לָא אֲרִיךְ לַנָא *nobis non convenit*, indignum iudicamus. LXX. οὐκ ἔξεστιν ἡμῖν. Vers. hebr. לא נכון לנו. R. Sal. לא הגון לנו. Male nonnulli e recentioribus contextum non reputantes *prolongandum s. tardandum*.

אָרֵךְ, nonnisi in regimine אֶרֶךְ (cf. *Lehrgeb*. §. 133, 2) adj. 1) *longus*. Ezech. XVII, 3: אֶרֶךְ הָאֵבֶר *longis pennis praedita* (aquila). 2) *tardus*, in formulis אֶרֶךְ רוּחַ Eccles. VII, 8 et אֶרֶךְ אַפַּיִם tardus ad iram, μακρόθυμος, patiens, de hominibus Prov. XV, 18. XVI, 32, crebrius de Deo Exod. XXXIV, 6. Num. XIV, 18. Ps. LXXXVI, 15. CXLV, 8. Jon. IV, 2 cet. (Respondet syr. ܢܓܝܪ ܪܘܚܐ patiens, ܢܓܝܪܘܬ ܪܘܚܐ, patientia, sam. [Samaritan], chald. מַרְחִיק רְגַז, aethiop. [Ethiopic], arab. ذو اطول longus i. e. longanimis Cor. XL, 3. Cf. Rad. in Hiph.). Semel אֶרֶךְ אַפַּיִם est τὸ μακρόθυμον patientia Jer. XV, 15. Opp. קְצַר רוּחַ.

אָרֹךְ f. אֲרֻכָּה adj. *longus*, de spatio Iob. XI, 9, de tempore 2 Sam. III, 1.

אַרְכָה chald. fem. *longitudo, perennitas*, de tempore Dan. IV, 24. VII, 12.

אֲרוּכָה et אֲרֻכָה (in nonnullis libris aliquoties, sed invita Masora אֲרֻכַּת, v. J. H. Michaelis ad Jer. XXX, 17) f. 1) *fascia*, quam *sanando vulneri* applicare solet medicus (v. rad. no. 1). עָלְתָה אֲרוּכָה לְ applicatur fascia alicui i. e. sanatur vulnus eius Jer. VIII, 22. Neh. IV, 7 (1). 2 Par. XXIV, 13, et in Hiph. הֶעֱלָה אֲרוּכָה לְ applicavit fasciam alicui s. sanavit vulnus eius Jer. XXX, 17. XXXIII, 6. Hac vero formula ubique metaphorice utuntur de restituenda republica Jer. l. c. de moenibus resarciendis 2 Par. Neh. l. l. c. c. / Hinc 2) *sanatio, salus*. Jes. LVIII, 8: אֲרֻכָתְךָ מְהֵרָה תִצְמָח *salus tua cito germinabit*. Usum secundarium habent etiam Arabes, quibus أَرَكَ est detumuit vulnus et mitigato dolore sanari coepit sec. Dschauh., أَرِيكَة sanatio vulneris. Veram autem huius locutionis virtutem plane neglexerunt recentiores, quibus אֲרוּכָה est vel *sanatio*, quae *lente tardeque* fieri soleat (Schult. ad Prov. XXVIII, 2), vel *cicatrix* a vulnere cutis longius producta (Mich. in Supplemm.), vel *prolongatio* sc. vitae (Simonis Lex.).

אֶרֶךְ N. pr. urbis Babylonicae ad Nimrodi imperium pertinentis Gen. X, 10. E vett. intpp. Pseudoj. et Targ.

Hieros. Hieron. et Ephraemus Syrus *Edessam* Mesopotamiae intelligunt, quorum auctoritatem non satis caute sequitur J. D. Michaelis in Spicileg. I, 220 sq. Etenim nescio an veriorem sententiam ante eum dixerint SALMAS. ad Sol. p. 1194. BOCHARTUS in Phaleg IV, 16 aliique, nimirum *Erech* esse *Arecam* s. *Arecoam* urbem in Babyloniae et Susianae confiniis sitam, de qua Ammian. Marcell. 23, 21: *His tractibus Susiani iunguntur, apud quos non multa sunt oppida. Inter alia tamen eminet Susa saepe domicilium regum et Arsiana et Sele et Aracha*, quamque Ptolemaeus (VI, 3) Susianae urbibus annumerat et in Tigridis ripa sub gr. longit. 80°, 10′ latit. 32°, 40′ ponit. Eiusdem mentio latet fortasse in campis *Arectaeis* vel, ut volebat Scaliger, *Areccaeis* Tibulli 4, 1, 142, et in *Ardericca* (أرض أرك) Herodoti 1, 185 (coll. VI, 119), qua de re tamen accuratiorem disputationem horum scriptorum interpretibus relinquimus. Cf. אַרְכְּוָי. Eiusdem nominis urbem habes in Palaestina (v. אַרְכִּי) et prope Tadmor (أرك Schult. ind. geogr. v. Sachna).

אַרְכִּי N. gent., incola urbis vel regionis אֶרֶךְ, in finibus tribus Ephraïm (Jos. XVI, 2) quaerendae, a cognomine Babyloniae oppido diversae Jos. l. c. 2 Sam. XV, 32. XVI, 16.

אַרְכְּוָי chald. Plur. אַרְכְּוָאֵי nom. gent. ab אֶרֶךְ Gen. X, 10 *Arecenses* (sec. J. D. Michaelem *Edesseni*) Esr. IV, 9. Waw ante terminationem ־ָי insertum videtur, ut alibi nonnunquam apud Aramaeos ante terminationem pluralem, ut ܐܪܙܐ plur. ܐܪ̈ܙܘܬܐ, ܐܣܛܘܐ plur. ܐܣ̈ܛܘܬܐ, ܫܡܐ plur. ܫܡ̈ܗܬܐ, nisi forte conferenda sunt gentilitia Aethiopum in *awi* exeuntia.

אֹרֶךְ c. Suff. אָרְכּוֹ m. *longitudo* Gen. VI, 15. Exod. XXVI, 2 sq. XXVII, 1 sq. Ezech. XL, 7 sq. et saepissime אֹרֶךְ יָמִים longaevitas Ps. XXI, 5. XCI, 16. Prov. III, 2. 16. לְאֹרֶךְ יָמִים quamdiu vivo Ps. XXIII, 6. אֹרֶךְ אַפַּיִם patientia Prov. XXV, 15. Cf. rad. in Hiph. et אָרֵךְ.

אַרְכּוּבָה chald. *genu* v. rad. רְכַב.

אָרַם radix incerta, probabiliter i. q. רוּם altus fuit, cf. ورم intumuit, extulit se, et nomen אַרְמוֹן.

אֲרָם st. constr. אֲרַם N. pr. 1) *Aramaea*, *Aramaei* s. *Syria*, *Syri*, c. c. verbo masc. sing. 2 Sam. X, 13. 15. 18. 1 Reg. XX, 26, plurali 2 Sam. X, 17. 19. 1 Reg. XX, 20, rarius c. sing. fem. Jes. VII, 2. Ezech. XXVII, 16. 2 Sam. X, 11 (quae structura l. l. c. c. a terra ad incolas translata est). Secundum stemma mosaicum Syri ad Aramum referuntur, Semi filium (Gen. X, 22. 23), i. e. populis semiticis annumerantur, neque huic contradicit alius Geneseos locus (XXII, 21), de quo infra (no. 2). Nomen hebraeum tamen regionem magis quam virum denotare videtur, licet etymon incertum sit: possis enim *terram altam* s. *montanam* reddere, qualis est Syria maritima et proprie dicta, vel *desertam* (coll. إرم et مارم terra desolata, nisi hoc est a gr. ἔρημος), si forte a planiore et mediterranea eius parte hoc nomen profectum fuerit. Graecis etiam antiquum et domesticum hoc Syriae nomen non prorsus ignotum fuit. Mentionem eius habes apud Homerum (Il. 2, 783: εἰν Ἀρίμοις), Hesiod. Theog. 304, Pind. fr. V, 3 p. 17 Heyne, ad quae loca ita commentatur Strabo XIII, 4 §. 6 (p. 627 Casaub.): οἱ δὲ τοὺς Σύρους Ἀρίμους δέχονται, οὓς νῦν Ἀραμαίους λέγουσι· et XVI, 4 §. 27 (p. 785 Casaub.): λέγει δὲ καὶ τοὺς Ἀρίμους ὁ ποιητής, οὕς φησιν Ποσειδώνιος δέχεσθαι δεῖν, μὴ τόπον τινὰ τῆς Συρίας ἢ τῆς Κιλικίας ἢ ἄλλης τινὸς γῆς· ἀλλ᾽ τὴν Συρίαν αὐτήν. Ἀριμαῖοι γὰρ οἱ ἐν αὐτῇ. Τάχα δ᾽ οἱ Ἕλληνες Ἀραμαίους ἐκάλουν ἢ Ἀρίμους. *Aramaeae* tamen nomen latius patet, quam *Syriae*, et Mesopotamiam quoque complectitur, quanquam Plinius (V, 13 §. 12) et Mela (I, 11) Syriae eundem adeoque etiam maiorem ambitum tribuunt (cf. Μεσοποταμία Συρίας Gen. XXVIII, 6 LXX), nimirum Assyriam quoque sub ea comprehendunt. Fuerunt etiam inter recentiores (J. D. Michaëlis comment. soc. Gotting. XVI. p. 99 sq. Spicileg. II, 119. Wahl's *Asien* I, 303 sq. Jahn's Archaeol. I, 1, 60), qui *Aramaeae* V. T. fines ultra Tigridem extenderent, et partim ad scriptores quosdam Syros (Assem. I, 353. 354 cf. Michaëlis ad Castell. v. ܐܪܡ), quibus ܐܪܡ est Assyriae pars, partim ad loca quaedam biblica (Jes. IX, 11. Jer. XXXV, 11) minus recte intellecta provocantes eam Aramaeae partem, quae ultra Tigridem sita sit, *Aram Beth-Rechob* 2 Sam. X, 6 vocari existimarent (coll. רְחֹבֹת עִיר Gen. X, 11): sed (quod ipse MICHAELIS postea intellexit, Supplemm. p. 127) invito usu linguae hebraeae, in qua אֲרָם et אַשּׁוּר diserte discernuntur (Gen. X, 22), et citra necessitatem. Ubi simpliciter ponitur אֲרָם, plerumque intelligitur Syria occidentalis s. proprie dicta Iudd. III, 10. 1 Reg. X, 29. XI, 25. XV, 18. 2 Reg. V, 1 sq. imprimis Damascena Jes. VII, 1. 8. Amos I, 5, accuratius אֲרַם דַּמֶּשֶׂק vocata 2 Sam. VIII, 5. 1 Par. XVIII, 5; ubi Mesopotamia intelligenda est, dici solet אֲרַם נַהֲרַיִם *Syria interamnis* Gen. XXIV, 10. Deut. XXIII, 5. Iudd. III, 8. Ps. LX, 2 (coll. 2 Sam. X, 16: אֲרָם אֲשֶׁר מֵעֵבֶר הַנָּהָר): vel פַּדַּן אֲרָם *planities Syriae* Gen. XXV, 20. XXVIII, 2. 5. 6. 7. XXXI, 18. XXXIII, 18. XXXV, 9. 26. XLVI, 15, et ellipt. פַּדָּן XLVIII, 7, raro simpliciter אֲרָם Num. XXIII, 7, si accuratior descriptio praecessit (cf. אֲרַמִּי). Syriae occidentalis (non Mesopotamiae, ut vulgo volunt) praeter Damascum tempore Davidis alia quaedam regna fuerunt אֲרַם צוֹבָה (v. צוֹבָה), אֲרַם בֵּית רְחֹב (v. בֵּית רְחֹב), אֲרַם מַעֲכָה (v. מַעֲכָה), חֲמָת al., quae tamen posthac Damasci regibus parebant (1 Reg. XX, 1).

E vett. interpp. Targumistae retinent אֲרָם, Alex. et Vulg. fere ubique Συρίαν, *Syriam* reddunt, Saad. aliquoties *Armeniam* Gen. X, 22. XXXI, 20. Jes. VII, 5. IX, 11, vel nominum similitudine deceptus, vel traditionem quandam de caucasia Syrorum origine secutus (Amos IX, 7). Singularis vero est Syrus interpres (modo is unus idemque est in toto V. T.) qui raro retinet ܐܪܡ (Num. XXIII, 7. Ies. VII, 1. 8. Hos. XII, 13. Amos I, 5), plerumque et mira constantia in libris historicis (Iudd. X, 6. 2 Sam. VIII, 6. 12. XV, 8. 1 Reg. X, 29. XI, 25. XV, 18. XX, 1. 2 Reg. V, 1 sq. 2 Par. I, 17. XVI, 7 cet. Ezech. XVI, 57. XXVII, 16. Jer. XXXV, 11) pro eo habet ܐܕܘܡ *Idumaeam*, quam scripturam etiam nova editio Londinensis perpetuo tuetur. Tam arbitrariae mutationis in causam alibi inquisituri, id modo monemus, non casu neque librariorum culpa, sed consulto ita factum esse (cf. 2 Sam. VIII, 6), praeterea nomen ܐܪܡ apud recentiores Syros ita inusitatum fuisse, ut adeo de significatione eius dubitarent. Bar Bahlul: ܐܪܡ ܐܝܟ ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ ܡܢ ܐܪܡܝܐ ܚܪܢܝܐ ܘܒܚܕܬܐ ابن سروشوية ܣܘܪܝܐ ܚܪܒܐ اهل حران *Aram sec. Gregorium Haran, Aramaei Haranenses, sec. Lexicon ibn Seruschwoi Syria deserta.* Hinc in libris apocryphis et in N. T. *Syria* transfertur, ܣܘܪܝܐ 1 Macc. III, 13. Matth. IV, 24. Luc. II, 2. Act. XV, 23, pro nomine gentili nonnisi semel habes ܐܪܡܝܐ Luc. IV, 27, et ܐܪܡܝܐ ubique respondet gr. ἐθνικός Act. XVI, 1. 3 (v. Schaaf. p. 45), ut aethiop. ኦረሚ: et ኦረማዊ: Matth. X, 5. Act. XVII, 4, propter idololatriam, si quid video, apud Syros domesticam (v. *Gesch. d. hebr. Sprache* p. 58). Corrigendus igitur Hartmannus, qui (*lingu. Einleit.* 141) scriptores syros vetere illa suae gentis denominatione lubenter usos esse adnotavit. Diversus est

2) *Aramus* Nahori ex Kemuele nepos (Gen. XXII, 21), qui non Syriae universae (ut volunt LXX interpp.), sed parvae tantum eius regioni nomen suum imposuisse videtur. Bene monet Golius p. 78, huc fortasse pertinere arab. أَرَامُ i. e. sec. Kam. pater Adi it. mons et aqua in بلاد جذام, quae est in finibus Syriae regio. Suspicari etiam possis *Aram* de urbe Haran κατ' ἐξοχὴν usurpatum esse (v. supra Bar Bahl.).

3) Aramus Asserita, filius Schemer 1 Par. VII, 34.

אֲרַמִּי N. gent. *Aramaeus*, isque occidentalis 2 Reg. V, 20 et orientalis s. Mesopotamiae incola Gen. XXV, 20. XXVIII, 5. XXXI, 20. 24. Deut. XXVI, 5. Fem. אֲרַמִּית 1 Par. VII, 14. Plur. אֲרַמִּים 2 Reg. VIII, 29 et per Aphaeresin הָרַמִּים 2 Par. XXII, 5.

אֲרָמִי id. sed nonnisi in fem. vel neutro אֲרָמִית adv. *lingua aramaea, aramaice* Dan. II, 4. Esr. IV, 7.

אַרְמוֹן m. *arx, palatium*, probabiliter ab altitudine dictum (v. rad.). Jes. XXV, 2. XXXII, 14. Prov. XVIII, 19. אַרְמוֹן בֵּית הַמֶּלֶךְ 1 Reg. XVI, 18. 2 Reg. XV, 25 est *arx domus regiae*, pars eius interior eaque altissima et munitissima. LXX. 1 Reg. εἰς ἄντρον οἴκου, 2 Reg. ἐναντίον (fortasse ἐν ἄντρῳ) οἴκου i. e. in adyto, arce cf. ἄντρον in Vers. gr. anon. pro צְרִיחַ arx Iudd. IX, 49. Vulg. *turris*. Syr. et Arabs 2 Reg. ܡܓܕܠܐ, قَصر *turris*. Alii *aedem* intelligunt, ut Syr. 1 Reg., vel *conclave interius*, Chald. אַדְרוֹן, Arabs 1 Reg. مَجْلِس *consessus, Divân*. Nemo veterum *gynaeconitin* reddidit, ut recentiorum plurimi post J. D. Michaelem (Suppl. 128) coll. أَرْم i. q. حَرَم conclavia (Gol. p. 78) et حَرَم gynaeconitis, *Harem*, neque est cur a simplicissima illa explicatione deflectamus. — Jer. l. c. vett. interpp. *templum* Hierosolymitanum intelligunt, contextu et analogia faventibus, coll. הֵיכָל.

Plur. constr. אַרְמְנוֹת (a sing. deperdito אַרְמְנָה) c. Suff. אַרְמְנוֹתֶיהָ, אַרְמְנוֹתֵינוּ *palatia* Jer. XVII, 27. XLIX, 27. Amos. I, 4. 12. II, 2. 5. III, 9. 11. VI, 8. Ps. XLVIII, 4. 14. CXXII, 7. Jes. XXIII, 13. XXXIV, 13 cet.

אַרְמֹנִי (qs. Palatinus) N. pr. filii Sauli 2 Sam. XXI, 8.

אָרַן rad. inusit. Arab. أَرِنَ *agilis, alacer fuit* (fortasse etiam *gracilis*), unde أَرْن capra silvestris, et fortasse אֹרֶן.

אֲרָן (capra silvestris) N. pr. viri ex Horitis Gen. XXXVI, 28. 1 Par. I, 42.

אֹרֶן (in nonnullis codd. אוֹרֶן) m. 1) nomen arboris, ab idolorum fabris plantatae, ut e ligno eius idola sculperent, probabiliter *pini species*, a gracilitate dicta (v. rad.) Jes. XLIV, 14. Talmud. Babyl. Para fol. 96, 1: עצי ארזים ארנים וברושים, ad quem locum R. Tanchum annotat: هو نوع من الارز عالى وطويل ومنه سمى الصارى אורן של ספינה *cedri vel pini est species alta et procera, unde malus navium vocatur* אוֹרֶן שֶׁל סְפִינָה. Ita LXX. πίτυς. Vulg. *pinus*. Chald. אוֹרְנָא quod idem valet, unde בלוקה אורנא *resina pini* dicitur pro electro (Boch. Hieroz. II, 869). Rabbini ap. Kimchium الصنوبر *pinus*. Aliter Saad. سنديان quercus ilicisve species in Palaestina frequens (v. Burckhardti itin. p. 489). Pini cedrique varias species tum construendis navibus tum idolis materiam praebuisse satis constat (v. Voss. ad Virg. Gc. II, 443). E recentioribus sunt qui *ornum* intelligant propter soni similitudinem, et plures etiam qui post

Celsinum (Hierob. I, 192) conferant arab. أَرَان i. e. sec. Abulfadlium Arabiae Petraeae arbor spinosa, baccas amaras gallis similes ferens, in qua *Capparin spinosam* Linn. agnoscit Sprengelius (Hist. rei herb. I, 14), Flacourtiam sepiariam Roxb. Linkius (Schrader *Journal f. Botanik* IV, 152). Sed haec arbor neque proceritate, neque ligni utilitate commendatur, quare in veterum intpp. auctoritate acquiescere malumus. — 2) N. pr. viri 1 Par. II, 25.

אָרוֹן arca, v. sub rad. אָרָה.

אֲרַוְנָה v. אֲרַוְנָה.

אֲרָנָן (agilis) N. pr. viri 1 Par. III, 21.

אָרְנָן (id.) N. pr. hominis (sed non regis, ut habet Simonis in Onomast. p. 323) Jebusaei, in cuius area Salomo templum exstruxit. 1 Par. XXI, 15. 2 Par. III, 1. LXX. Ὀρνά (v. 2 Sam. XXIV, 16). Cf. אֲרַוְנָה.

אַרְנוֹן (agilis, celer, nisi אַרְנוֹן est pro רִנּוֹן fremitus, strepitus i. e. rivus strepens) N. pr. torrentis (נַחַל) cum valle cognomine, ab oriente in lacum asphaltiten se exonerantis, ita ut septentrionalem Moabitarum, australem Amoritarum terminum constitueret Num. XXI, 13 sq. XXII, 36. Deut. II, 24. 36. III, 8 sq. IV, 48. Jos. XII, 1. 2. Iudd. XI, 13 sq. 2 Reg. X, 33. Jes. XVI, 2. Jer. XLVIII, 20. Cf. Epiphan. adv. haeres. II, pag. 461. Abusaides in Pent. recte موجب *Mudscheb:* id enim recentius est eius torrentis altis rupibus cincti nomen, Abulfedae etiam cognitum (tab. Syriae p. 91) et ab editoribus temere sollicitatum. V. Seetzen in v. Zach *Correspondenz* XVIII, 432. Burckhardt itin. Syriae Vers. germ. p. 633, et quae notavimus ad Jes. XVI, 2.

אֲרַוְנָה 2 Sam. XXIV, 20 sequ. N. pr. hominis Jebusaei, quod ibid. comm. 16 Chethibh הָאוֹרְנָה, comm. 18 Chethibh אֲרַנְיָה scribitur, in Paralipp. אָרְנָן. LXX. Ὀρνά. Vulg. *Areuna*, Josepho (Antiqu. VII, 13 §. 4) Ὀρόννας. Forma אֲרַוְנָה appellative explicari potest *vitulus*, ut Syr. ܐܪܘܢܐ, reliquae ex hac demum corruptae esse videntur.

אַרְנֶבֶת f. epicoen. *lepus*, animal immundum et Judaeis prohibitum Levit. XI, 6. Deut. XIV, 7. Arab. أَرْنَب (Forskålio p. IV عرنب), syr. ܐܪܢܒܐ id., neque aliter vett. Verss. V. Boch. Hieroz. I, 994 sq., qui hoc quadrilitterum ab אָרָה carpsit, decerpsit, et נִיב proventus compositum esse satis probabiliter statuit.

אֲרִיסַי v. sub אֲרִי, rad. אָרָה.

אֲרַע chald. st. emphat. אַרְעָא 1) *terra* i. q. hebr. אֶרֶץ, ע et צ commutatis (v. sub ע). Dan. II, 35. 39. III, 31. VI, 26. IV, 8. 12. 17. Esr. V, 11. Jer. X, 11. 2) *inferius* et adv. *infra*. Dan. II, 39: *post te surget aliud regnum* מִנָּךְ אַרְעָא *tuo inferius*, vel sec. Keri אֲרַע מִנָּךְ adverb. infra te. Cf. chald. אַרְעִי, אַרְעַאי inferior it. לְרַע, מִלְּרַע pro מִלְּאַרַע infra, ab ima parte, et arab. أَرْض, quod Firuzab. (p. 892 Calc.) interpretatur: أَسْفَلُ قَوَائِمِ الدَّابَّةِ وَكُلُّ مَا سَفَلَ *inferior pars pedum in animalibus, et quidquid humile est*. Inde

אַרְעִית f. *infima* (pars), *fundus* (foveae) Dan. VI, 25. Cf. 1 Reg. VI, 15 Targ.

תַּאְרֵעַ N. pr. viri 1 Par. VIII, 35, quod תַּחְרֵעַ scribitur IX, 41, cf. sub lit. א p. 2.

אָרַף rad. inus. Arab. أَرَفَ terminum posuit, أُرْفَة terminus, limes, ሐረፍት፡ paries, murus.

* **אַרְפַּכְשַׁד** Gen. X, 22. 24. XI, 10—13 N. propr. filii Sem natu tertii, cuius nepos Heber, abnepos Joctan. Cum Arpachsadus in mediis aliis regionum populorumque nominibus compareat, huius etiam viri nomen populum regionemve simul designasse videtur, neque improbabilis est Bocharti coniectura (Phaleg II, 4), hanc *Arrapachitidem* esse, Assyriae regionem, Armeniae vicinam (Ptolem. VI, 1). Quae Assyriae regio cum Chaldaeorum patria fuisse videatur (v. quae disputavimus ad Jes. XXIII, 13), haud male coniectarunt viri docti, אַרְפַּכְשַׁד proprie *fines Chaldaeorum* notare (ab אָרַף, أُرْفَة terminus, et כשד vel כֶּשֶׂד i. q. כַּשְׂדִּים). Mirifice certe huic coniecturae favet Josephus (Antiq. I, 6 §. 4): Ἀρφαξάδης δὲ τοὺς νῦν Χαλδαίους καλουμένους Ἀρφαξαδαίους ὠνόμασεν, ἄρξας αὐτῶν. V. Michaelis spicileg. II, 73 sq. Schlözer in *Repert. f. bibl. Lit.* VIII, 137. — In libro Judith (I, 1) Arphaxadi nomen Medorum cuidam regi tribuitur.

אַרְפָּד v. sub rad. רָפַד.

אֶרֶץ comm. (at rarius masc. velut Gen. XIII, 16, imprimis ubi terra ponitur pro incolis Jes. IX, 18. XVIII, 2. XXVI, 18. LXVI, 8 cf. *Lehrgeb.* 469) c. Suff. אַרְצִי, cum He locali אַרְצָה *terra*, arab. أَرْض, chald. et syr. אַרְעָא, ܐܪܥܐ, nec non אַרְקָא. Spec. 1) *orbis terrarum*, opp.

coelo. הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ Gen. I, 1. II, 1. 4, et sine Art. שָׁמַיִם וָאָרֶץ Gen. XIV, 19. 22. Ps. LXIX, 35. CXV, 15. CXXI, 2. CXXIV, 8 et אֶרֶץ וְשָׁמַיִם Gen. II, 4 coelum et terra, de universo mundo. מַלְכֵי אֶרֶץ reges terrae Ps. II, 2. אַפְסֵי הָאָרֶץ, fines, termini terrae, v. אֶפֶס, cf. קָצֶה, קְצָת, כָּנָף. אֶרֶץ חַיִּים orbis, quem vivi incolimus Jes. XXXVIII, 11. LIII, 8. Ps. XXVII, 13. CXLII, 6, opp. orco, utpote *terrae caliginis et tenebrarum* (Iob. X, 21). Synecd. pro incolis terrae. כָּל־הָאָרֶץ omnes homines (*alle Welt*) Gen. IX, 19. XI, 1. XIX, 31. 1 Reg. X, 24 (in loco parall. 2 Par. IX, 23: *reges terrae*). — 2) *terra continens*, opp. mari Gen. I, 28. — 3) *terra, regio*. Exod. III, 8: אֶרֶץ זָבַת חָלָב וּדְבָשׁ *terra melle et lacte affluens*. XIII, 5. Jes. XXXVI, 17: אֶרֶץ לֶחֶם וּכְרָמִים *terra frumento et vineis abundans*. אֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים Gen. XXI, 32, אֶרֶץ יְהוּדָה Ruth I, 7, אֶרֶץ בְּנֵי עַמּוֹן Jos. XIII, 25, אֶרֶץ מִצְרַיִם, אֶרֶץ כּוּשׁ cet. Sequ. genit. hominis *terra alicuius* non solum est terra, quae alicui paret et subdita est, ut *terra Sihonis* Neh. IX, 22 cf. Gen. XX, 15. Iudd. XI, 13. 1 Reg. X, 6, aut consecrata (Jer. II, 7. XVI, 18. Ezech. XXXVI, 5); sed etiam ea, in qua quis habitat Deut. XIX, 2. 10. XXVIII, 12. Jes. XXIII, 10, vel natus est, *patria* eius Gen. XXIV, 4, XXX, 25. Num. X, 9. Jes. VIII, 9. XIII, 14. Jer. L, 16. Jon. I, 8. Cf. γῆ τινος Act. VII, 3 et *populus meus* pro populo, cuius civis sum, *urbs mea* i. e. urbs patria, *viri s. homines mei* i. e. cognati s. vv. עַם, עִיר, אִישׁ no. 1, h. it. lat. *civis meus* pro barbaro *concivis*. אֶרֶץ אֲבוֹתֶיךָ *terra patrum tuorum*, in qua patres tui habitarunt Gen. XXXI, 3. XLVIII, 21. Absol. אֶרֶץ et הָאָרֶץ *terra, regio* postulante contextu non raro est *Palaestina* κατ᾽ ἐξοχήν, Joël I, 2, ut in formula יָרַשׁ, שָׁכַן אֶרֶץ Ps. XXXVII, 9. 11. 22. 29. XLIV, 4. Prov. II, 21. X, 30, cf. Ps. XXXVII, 3. Jes. XVI, 1, non minus tamen sic ferente orationis serie idem de aliis terris usurpatur, ut de Aegypto Exod. I, 7. 10. III, 8. VIII, 20 rel. Perperam a nonnullis annotari video, אֶרֶץ plerumque terram s. terrarum orbem, הָאָרֶץ terram sanctam κατ᾽ ἐξοχήν esse, quod discrimen nusquam observatur: quanquam nonnullis in locis ut Ps. II, 2 dubitari potest, utrum orbis intelligendus sit an Palaestina. Saepe vero *terra s. regio* ponitur pro *incolis eius* (vide quae supra de sexu nominis observavimus). Jes. XXIII, 13: הֵן אֶרֶץ כַּשְׂדִּים *en terra Chaldaeorum* pro: populus Chaldaeorum. Iudd. XVIII, 30: עַד־יוֹם גְּלוֹת הָאָרֶץ *usque ad emigrationem populi* (sed v. s. גָּלָה). Jes. XXXVII, 18 (coll. 2 Reg. XIX, 17). Jes. LXII, 4. LXVI, 8. Zeph. II, 5. Cf. infra Plur. אֲרָצוֹת. — 4) *ager* (nostratium *ein Stück Land*). Gen. XXIII, 15: אֶרֶץ אַרְבַּע מֵאוֹת שֶׁקֶל כֶּסֶף *ager quadringentorum argenti siclorum*. Exod. XXIII, 10: *per sex annos agrum tuum conseras*. Sequ. genit. urbis vel montis *ager* i. e. territorium *eius*. אֶרֶץ הָעַי Jos. VIII, 1. — 5) *humus, solum terrae*. Cum He locali אַרְצָה (Milêl) *humi*, ut in frequentissima formula וַיִּשְׁתַּחוּ אַרְצָה Gen. XXXIII, 3. XXXVII, 10. XXXVIII, 9. XLII, 6. Hinc poët. *reptilia terrae* i. q. רֶמֶשׂ הָאָרֶץ. Iob. XII, 8: שִׂיחַ לָאָרֶץ *alloquere terram* i. e. reptilia terrae, parall. pisces maris, coll. Gen. IX, 2. 1 Reg. V, 13. (Arab. أَرْض humile, inferius, v. sub אַרְעָא, أَرِضَ humilis, depressus fuit. Ad Iob. l. c. cf. etiam arab. أَرَضَة teredo, vermiculus ligna exedens, de quo Golius p. 71: „hunc esse volunt quidam دابة الارض reptile terrae, cuius in Corano est mentio, et hinc illi inditum nomen. Dem."). — 6) *terrae elementum, partes terreae, scoriae* (metalli). Ps. XII, 7: *argentum purgatum in officina* לָאָרֶץ *a partibus terreis* i. e. scoriis.

Plur. אֲרָצוֹת *terrae, regiones* Gen. XXVI, 3. 4. Levit. XXVI, 36. 39. כָּל־אַרְצוֹת יִשְׂרָאֵל omnes regiones s. provinciae Israelis. 1 Par. XIII, 2. 2 Par. XI, 23. הָאֲרָצוֹת *terrae* saepe, praesertim in sequiore Hebraismo, κατ᾽ ἐξοχήν ponitur de terris gentilium (cf. גּוֹיִם, אִיִּים) v. c. עַמֵּי הָאֲרָצוֹת populi terrarum (profanarum) 2 Par. XIII, 9. XVII, 10. Esr. IX, 1. 2. 11. Neh. IX, 30. X, 29. מַמְלְכוֹת הָאֲרָצוֹת regna regionum (ethnicarum) 1 Par. XXIX, 30. 2 Par. XII, 8. XVII, 10. XXXII, 13: הֲיָכוֹל יָכְלוּ אֱלֹהֵי גּוֹיֵי הָאֲרָצוֹת *numquid potuerunt dii reliquorum terrae populorum?* Origines quasi et incunabula huius loquendi consuetudinis habes in his Ezechielis locis: V, 6. XI, 17. XII, 15. XX, 23. XXII, 15. XX, 32. XXII, 4.

Not. He paragogicum in אַרְצָה (Milêl) plerumque est He locale, at nonnunquam etiam He paragogicum poëticum, et אַרְצָה non diversum ab אֶרֶץ Iob. XXXIV, 13. XXXVII, 12. Jes. VIII, 23. Quominus pro feminini forma illud habeas, prohibet accentus in penultima positus (*Lehrgeb.* §. 127, 1).

אַרְצָא N. pr. viri, qui Simrii regis palatio praefectus erat. 1 Reg. XVI, 9.

ארק st. emphat. אַרְקָא chald. i. q. אַרְעָא *terra*, littera ע in duriorem ק mutata, Jer. X, 11 et crebrius in Targg. et in cod. Nasaraeo.

ארר fut. יָאֹר, imp. אוֹרוּ Iudd. V, 23 et אָרָה Num. XXII, 6 *execratus est*, sec. A. Schult. et Scheidium pr. abegit, propulit, coll. arab. أَرّ propulsio, abactio, cui coniecturae vero non multum est tribuendum: radici enim hebraeae respondet potius هَرَّ abhorruit, detestatus fuit. Constr. c. acc. Num. XXII, 6. XXIII, 7. Malach. II, 2. Iudd. l. c. Iob. III, 7: אֹרְרֵי יוֹם *qui dies execrantur*. Significatur praestigiatorum genus, qui imprecationibus suis efficere posse credebantur, ut alii dies fausti, alii infausti essent et mercede ad hoc conducebantur. Gen. III, 14: אָרוּר אַתָּה מִכָּל־הַבְּהֵמָה *diris devota esto ab omni bestia* i. e. omnes quadrupedes tanquam bestiam nefandam

dirisque devotam te defugiant (cf. אָרַר מִן et sub v. מִן). Deut. XXVII, 15 sq. XXVIII, 16 sq.

Niph. pass. Part. נֵאָרִים Malach. III, 9.

Pi. אֵרַר part. מְאָרֵר 1) i. q. Kal. Gen. V, 29. 2) *exsecrationem* et qui hanc insequitur interitum *effecit s. peperit.* Num. V, 22: הַמַּיִם הַמְאָרְרִים aquae, quae potae uxori adulterae et periurae interitui sunt.

Hoph. fut. יוּאַר pass. Num. XXII, 6.

הֲרָרִי v. אֲרָרִי.

מְאֵרָה f. constr. מְאֵרַת *exsecratio, dirae.* Deut. XXVIII, 20. Prov. III, 33: מְאֵרַת יְהוָה בְּבֵית רָשָׁע *dirae Jehovae incumbunt domui scelesti.* Malach. II, 2. Plur. Prov. XXVIII, 27.

* **אֲרָרָט** nomen regionis in media fere Armenia Araxem inter lacusque Wan et Ormia sitae (2 Reg. XIX, 37. Jes. XXXVII, 38), etiamnum ab Armenis Ararat (Արարատ) dictae, in cuius montanis (הָרֵי אֲרָרָט, Sam. [Samaritan]) arca Noachi substitit (Gen. VIII, 4): nonnunquam ampliore significatu de tota Armenia (מַמְלְכוֹת אֲרָרָט Jer. LI, 27). Regionis, non montis, proprie nomen esse statuit etiam Moses Chorenensis in comp. geogr. univ. p. 46. 52, ubi etymon nominis repetit ab Արայի արատ *Araji arat* i. e. *Araji* (Armeniae regis antiquissimi, quem Semiramidis aequalem faciunt) *macula,* quod verumne sit an falsum, non definimus, quanquam armenica nominis origo certissima est, v. Schroeder in thes. ling. arm. p. 55. Mosis Chorenensis hist. armen. ed. Whiston p. 289. 308. 358. 361. E vett. interpp. *Armeniam* reddunt in Gen. et 2 Regg. Aqu. Symm. Theod. Vulg., ap. Jes. Alex. et Hieron. in comment., ap. Jerem. Theodoretus; interpretes vero orientales paene constanter קַרְדוּ, קַרְדוּן, ܩܘܪܕܘ, قردو i. e. montes Gordyeni s. Gordyaei. Unus Samaritanus, Arabum fabulas secutus, [Samaritan] i. e. سرنديب Ceylan. Illi egregie inter se conciliantur, modo memineris, montes Gordyaeos (de quibus v. Cellarii notit. orb. ant. II, 382) ad Armeniam pertinere. Hinc Berosus ap. Jos. Arch. 1, 3 §. 6: **λέγεται δὲ καὶ τοῦ πλοίου ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Κορδυαίων ἔτι μέρος τι εἶναι,** et ibid. Nicol. Damascenus: **ἔστιν ὑπὲρ τὴν Μινυάδα (v. מִנִּי) μέγα ὄρος κατὰ τὴν Ἀρμενίαν, Βάρις** (navigium, Joach. Schroederus conicit *Μάσις* v. infra) **λεγόμενον εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι, καὶ τινὰ ἐπὶ λάρνακος ὀχούμενον ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν ὀκεῖλαι, καὶ τὰ λείψανα τῶν ξύλων ἐπὶ πολὺ σωθῆναι· γένοιτο δ' ἂν οὗτος, ὅν τινα καὶ Μωϋσῆς ἀνέγραψεν ὁ Ἰουδαίων νομοθέτης.** Cf. ad Gen. praeterea Abyd. et Melonem ap. Euseb. IX, 12. 19, ad Jes. Berosum ap. Jos. Arch. X, 2, qui in iisdem historiis *Armeniam* memorant. Hodie Armeni Ararati nomen κατ' ἐξοχὴν tribuunt monti praecelso, septem paene milliaribus germanicis ab austro (non ab oriente, ut apud Chardinium) urbis Erivan trans fluvium Araxen sito, aeternis nivibus tecto, quem praeterea Armeni *Macis,* Persae *Kuhi Nuch* i. e. montem Noachi nuncupant. V. Wahl *Asien* p. 518. 806 sq. Morier second Journey p. 312. Ker Porter Travels Vol. I. p. 178 sq. Aliam traditionem sequuntur Moslemi, quibus mons Noachi est جُودِى Cor. XI, 46 in provincia Kurdestan i. e. Assyria veterum, v. d'Herbelot art. Giudi.

אָרַשׂ in Kal inusit. *Pi.* אֵרַשׂ plene אֵרֵשׂ אִשָּׁה Deut. XX, 7. XXVIII, 30 et אֵרַשׂ לוֹ אִשָּׁה Hos. II, 21. 22, 2 Sam. III, 14 *despondit sibi mulierem* i. e. pretio donove dato sibi sponsam obstrinxit. Constr. c. בְּ pretii 2 Sam. l. c. *Pu.* אֹרַשׂ fem. in Pausa אֹרָשָׂה *desponsata est.* Exod. XXII, 15. Deut. XXII, 28. Part. מְאֹרָשָׂה Deut. XXII, 23. 25. 27. De mulieres emendi more v. quae laudavit Jahnius (Archaeol. I, 2 §. 178) et cf. s. v. מֹהַר. Chald. אֲרַס et אָרַס id. Primaria significatio esse videtur *donavit,* unde arab. أَرْش donum, quo conciliatur gratia iudicis (שֹׁחַד), it. mulcta, أَرْش compensatio, mulcta, sam. [Samaritan] tributum, pr. donum, ut hebr. מִנְחָה.

אָרַשׁ rad. inusit., unde ἅπαξ λεγομ.

אֲרֶשֶׁת f. Ps. XXI, 3: אֲרֶשֶׁת שְׂפָתָיו (parall. תַּאֲוַת לִבּוֹ) *desiderium labiorum eius.* LXX. δέησις τῶν χειλέων αὐτοῦ. Vulg. *voluntas labiorum eius.* Syr. ܛܘܝܒܐ ܕܣܦܘܬܗ *praeparatio labiorum eius* i. e. preces (v. Dathe ad Psalt. Syr. X, 17). Cf. arab. وَرِش concupivit, avidus fuit impr. cibi et de permutatione radd. מ et פ p. 2. Hebraei interpretes conferunt רִשְׁיוֹן i. e. potestas, parum apte ad contextum, e quo uno coniecturam faciens Chald. reddit פֵּירוּשׁ *declaratio.* Recentiorum nonnulli conferunt أَرْش donum, sed hoc vocabulum Hebraei scribunt אֶרֶשׂ, v. sub hac rad.

אַרְתַּחְשַׁשְׂתְּא Esr. IV, 8. 11. 23, **אַרְתַּחְשַׁסְתְּא** VII, 7 et **אַרְתַּחְשַׁשְׂתְּא** IV, 7 nomen proprium nonnullorum Persiae regum, a Graecis Ἀρταξέρξης scriptum, ab Armenis Արտաշիր *Artaschir,* a recentioribus Persis اردشير, اردشير *Ardeschir* (quod nomen etiam nonnulli Sassanidarum reges gerunt), ab antiquioribus in inscriptionibus Nakschi Rustam apud Niebuhrium (itin. T. II, tab. 27)

No. 1. [Pehlevi script]

No. 2. [Pehlevi script]

i. e. (interprete *Silv. de Sacy* in *Mémoires sur diverses antiquités de la Perse* p. 100) ארתחשתר *Artachschetr Artachschatra*, unde r et s permutatis litterisque transpositis ortum est *Artachscharta* et hebraeum *Artachschast*, *Artachschasta*.

Quod ad etymon huius nominis attinet, Herodotus (VI, 98) Ἀρταξέρξης tradit idem esse quod μέγας ἀρήϊος, qua quidem in re gravissimi scriptoris auctoritatem paucis confirmare placet. Ac primum quidem syllabam *Art*, recentioribus ارد, *fortitudinis* et *magnitudinis* potestatem habuisse alia quoque habemus testimonia. Hesych. Ἀρταῖοι, οἱ ἥρωες, παρὰ Πέρσαις. Ibid. Ἀρτάς, μέγας καὶ λαμπρός, cf. Alberti I, 552 et Herod. VII, 61. Steph. Byzant. de urbibus p. 173: Ἀρταίους δὲ Πέρσαι, ὥσπερ οἱ Ἕλληνες τοὺς παλαιοὺς ἀνθρώπους ἥρωας καλοῦσι. Reperitur hac significatione in multis praesertim antiquioris aevi nominibus propriis v. c. Ἀρσαβάρης (اردبارو murus fortis), Ἀρταβάζης (اردباز gladius fortis), *Artaphernes*, *Artabanus* al. (v. indd. ad Herod. Arrianum, Ctesiam), conf. e recentiori lingua اردبان, *Ardibehescht* al. In hodierno linguae usu ارد habet *iracundiae*, *violentiae et irae* potestatem (خشم وقهم وغضب sec. Borhani Kati), quae a fortitudinis notione non magis abest quam sanscridanicum et malaicum *arta*) ارث, هرت *opes*, *divitiae*, *thesaurus* (v. Paul. a Barthol. Viacarana p. 188), coll. vcc. شد שַׁדַּר et חַיִל. Altera nominis pars חשתר ex veteris linguae usu *regem* designat, ut Zendicum *khschetro*, *schetrao*, sanskr. *khschetria*, *khschetrien* (Viacarana, ibid.), unde sensim obortae formae recentiores eaeque molliores *scheher*, *schir*, *schar*, *schach* (v. St. Martin, Journal asiatique 1823, p. 78, et cf. supra sub אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ dicta): neque tamen taxandus videtur pater historiae *magnum bellatorem* reddens. Eam enim ipsam vocabuli indopersici *khschetrao*, *khschetria* veram et primariam significationem fuisse, ostendit sanscridanicum *khschatrya* ordo militum s. bellatorum. V. supra s. אֲחַשְׁדַּרְפָּן.

Duo, secundum alios tres, huius nominis reges memorantur in V. T. 1) Antecessor Darii (Hystaspis), qui Judaeos, ne in templo exstruendo pergerent, vetabat (Esr. IV, 7. 8. 23 coll. 24.) Non potest non *Pseudo-Smerdes* is fuisse, quem Artaxerxis nomen (etsi a Graecis non memoratum) cum regio imperio adoptasse suspicor. Etenim si hunc Artaxerxem I s. Longimanum et Darium, quo regnante templum postea absolutum est, Darium Nothum fuisse dixeris, id quod J. C. Scaligero placuit (de emendat. temp. lib. VI), a temporum rationibus aberrabis, quandoquidem Serubabel et Josua templi exstructi tempore superstites fuisse dicuntur (v. Zach. III, 1 sq. IV, 3 sq. Hagg. I, 1 sq. II, 1 sq. 20 sq.), quod sub Dario Notho (424—404 a. Chr.) fieri non potuit. — Haud dubie diversus est 2) iste *Artaxerxes*, cuius septimo anno Esras coloniam suam in Palaestinam duxit Esr. VII, 1. 7. 11. 12. 21. VIII, 1, Esr. apocr. VIII, 1. Non dubitans Artaxerxem I s. Longimanum intelligo, neque vero duce Josepho Antiqu. XI, 5 §. 1 Xerxem, cuius nomen biblicum est אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ. Josephi enim, qui etiam Nehemiam Xerxis aequalem facit eiusque regno XXXV annos tribuit, plane nulla est in hac historiae parte auctoritas (v. J. D. Michaelis ad Nehem. II, 2): neque magis valet aliud pro Xerxe argumentum, quo in libro Esrae eum vix praetermitti potuisse censent. Vide quae contra Jahnium (Einleit. in das A. T. II, 1. p. 276) aliosque recte disputavit Bertholdtus (Einleit. III, 989—91) coll. J. D. Mich. ad Esr. VIII, 1. — Idem Longimanus est 3) *Artaxerxes*, a cuius anno vigesimo ad trigesimum secundum Nehemias Judaeae praeerat, Neh. II, 1. V, 14. XIII, 6. Josephus (Arch. XI, 5) iterum Xerxem intelligit: alii dubitant, sitne Artaxerxes Mnemon intelligendus (v. Michaelis l. c.). Namque hoc assumto narratio de Jojadae summi sacerdotis filio, propterea quod cum Sanballate affinitate iunctus erat, Hierosolymis pulso (Neh. XIII, 28. 29) cum simili Josephi relatione (Arch. XI, 8) conciliari possit (v. סַנְבַלַּט). Sed obstant aliae rationes. Nimirum Neh. VIII, 9. X, 2 Esras et Nehemias simul Hierosolymis fuisse dicuntur (nisi forte Nehemiae mentionem ibi interpolatam putas), quod fieri vix potuit, si Esras anno CCCCLX, Nehemias anno CCCLXXXIV a. Chr. Hierosolymam venisset: praeterea pontificum successio uni Longimano favet, siquidem Nehemiae tempore hoc munere fungebatur Eljaschib, Josuae Cyri coaevi nepos, (Neh. III, 1. XII, 10. 11. XIII, 4. 7), postea ad Alexandrum usque tres, Jojada, Jonathan et Jaddua, Alexandri aequalis. Cf. Bertholdtus l. c. p. 1004.

אָשַׁר rad. inusit. probabiliter i. q. אָסַר ligavit. Hinc

אֲשַׂרְאֵל (quem Deus obligavit sc. voto) N. viri e tribu Judae, 1 Par. IV, 16.

אַשְׂרִיאֵל (votum Dei) filius Gileadi Num. XXVI, 31. Jos. XVII, 2. 1 Par. VII, 14. Patron. est אַשְׂרִאֵלִי Num. l. c. Cod. Sam. אשריאלי.

אֵשׁ c. Suff. אִשּׁוֹ Job. XVIII, 5, אֶשְׁכֶם Jes. L, 11 com. (sed raro masc. Job. XX, 26. Ps. CIV, 4. Jer. XLVIII, 45 cf. locum parallelum Num. XXI, 28 et de sexu vocabulorum *ignem* significantium Lehrgeb. 546 not.) *ignis*. שָׂרַף בָּאֵשׁ igne cremavit, fort. pr. absorpsit (v. שָׂרַף). שִׁלַּח, הִצִּית, נָתַן אֵשׁ בְּ ignem admovere rei, incendium excitare, v. sub his verbis. Num. XXXI, 23: כָּל־דָּבָר אֲשֶׁר־יָבֹא בָאֵשׁ *quidquid ignem fert*, nimirum metalla, vasa aenea. Semel de igne in fomitibus latente vel de ignario Gen. XXII, 6. 7. — Spec. 1) *ignis Dei*, *ignis de coelo delabens* saepe dicitur de *fulguribus*. 1 Reg. XVIII, 38: וַתִּפֹּל אֵשׁ יְהוָה וַתֹּאכַל אֶת־הָעֹלָה וְאֶת־הָעֵצִים *et de-*

cidit ignis Jehovae de coelo et comedit holocaustum cum lignis. 2 Reg. I, 10. 12. 14. Job. I, 16. 2 Par. VII, 1, cf. Exod. IX, 23. Ps. CV, 32. CXLVIII, 8 et pers. آتش آسمان ignis coeli i. e. fulgur. Ex opinionibus Hebraeorum, imprimis quales in Pentateucho adumbrantur, ipsum summum numen *igne magno et comedente*, quod in deserto Sinaitico sub rubi flagrantis (Exod. III, 2 sq.) et columnae igneae (עַמּוּד אֵשׁ) specie comparuerat, circumdatum erat et quasi velatum, ita ut e medio eius audirentur verba divina (Exod. XIX, 19. XXIV, 17. Deut. IV, 15. 33. 36. V, 4). Ex hoc igneo Dei velamine (מֵאֵת יְהוָה) nonnunquam ignes prosiluisse et modo accenso sacrificio singulare divini favoris (Lev. IX, 24), modo interfectis impiis irae iustitiaeque ultricis documentum edidisse legimus. Lev. X, 2: וַתֵּצֵא אֵשׁ מִלִּפְנֵי יְהוָה וַתֹּאכַל אֹתָם *et egressus est ignis a facie Dei et comedit eos.* Num. XVI, 35: וְאֵשׁ יָצְאָה מֵאֵת יְהוָה וַתֹּאכַל וְגוֹ׳. XI, 1: וַתִּבְעַר בָּם אֵשׁ יְהוָה. Vers 3. Gen. XIX, 24. Ps. L, 3: אֵשׁ לְפָנָיו תֹּאכֵל. XCVII, 3. Sacrificia in altari nonnisi sacro hoc igne cremari debebant: *ignem profanum* (אֵשׁ זָרָה) in altare delatum morte luebant sacerdotes (Lev. X, 1. Num. III, 4. XVII, 2. XXVI, 61). — 2) Alibi *ignis* figurate dicitur de *Dei ira et furore.* Virg. Aen. II, 575: *exarsere ignes animo, subit ira, cadentem Ulcisci patriam.* Deut. XXXII, 22: אֵשׁ קָדְחָה בְאַפִּי *ignis exarsit in ira mea.* Jer. XV, 14. XVII, 4; Jer. IV, 4: פֶּן תֵּצֵא כָאֵשׁ חֲמָתִי *ne prorumpat sicut ignis furor meus.* XXI, 12. Thren. II, 4. Nah. I, 6; אֵשׁ עֶבְרָתִי ignis irae meae Ezech. XXII, 21. 31. XXXVIII, 19. אֵשׁ קִנְאָתִי XXXVI, 5. Zeph. I, 18; Deut. IV, 24: *Jehova deus tuus* אֵשׁ אֹכְלָה הוּא אֵל קַנָּא *est ignis comedens, deus aemulus* i. e. sui cultus propugnator acerrimus. IX, 3. cf. Ps. XVIII, 9. LXXIX, 5. LXXXIX, 47. 3) Simili figura *ignis* apud homines etiam transfertur ad *internum animi ardorem.* Jer. XX, 9. *mecum cogitabam: non memorabo illud* (verbum Dei), *nec loquar ultra eius nomine,* וְהָיָה בְלִבִּי כְּאֵשׁ בֹּעֶרֶת עָצֻר בְּעַצְמֹתָי *sed erat in corde meo sicut ignis ardens conclusus in ossibus meis.* Ps. XXXIX, 3. 4: *obmutui silentio ..... sed incaluit cor meum intra me,* בַּהֲגִיגִי תִבְעַר אֵשׁ *in aestu meo exarsit ignis.* 4) Transfertur ad *bella,* ita ut *igne consumi* sit i. q. bello confici, absumi. Num. XXI, 28; *ignis procedet ex Hesbone ..... ut comedat urbem Moabi,* audaci figura pro: bello in Amoritis coorto periit etiam Moabitarum regio. Jerem. XLVIII, 45. Judd. IX, 15. 20. Jes. X, 16. XXVI, 11. Ps. XXI, 10. LXXVIII, 63. Zach. XI, 1. Nah. III, 15. קָדְחָה אֵשׁ *accendit ignem,* metaph. pro belli tumultus excitavit Jes. L, 11. Eadem figura Arabum poëtis quam familiarissima est, velut in his locutionibus: اوقد نارا للحرب accendit ignem ad bellum Cor. V, 69; شبّ الحرب accendit bellum et intrans. شبّت الحرب ardet bellum (v. van Waenen in dissertt. Lugd. p. 794 et Abulf. Ann. III, 320); نار موت ignis mortis, pro bello Ibn Doreid 87 Scheid.; ignis proeliorum Har. XXI, 210 de Sacy; صلى نار الحرب torreri igne belli, de strenuo milite (Schult. ad Hamas. 329, ad Menken. I, p. 53), مسعر الحرب rutabulum belli i. e. concitor eius cet. cf. Zohairi Moall. 30, Schult. ad Ham. 381. 455 et e scriptt. Syr. Barhebr. 333. — Igne et incendio 5) Hebraei *quodvis exitium* designant, tum hominum, tum rerum, Iob. XV, 34. XX, 26. XXII, 20. XXXI, 12. Jes. I, 30. XXX, 30. XXXIII, 11. 14. XLVII, 14. Thren. II, 3. Hinc *transiit per ignem et aquam* proverbio dicitur pro: summa quaevis pericula subiit. Ps. LXVI, 12. Jes. XLIII, 2. — 6) *Solis fervor* Joel I, 19. 20. II, 3. 5. — 7) *splendor* (cf. לַהַב) v. c. armorum Nah. II, 5. אַבְנֵי אֵשׁ *ignei splendoris gemmae* Ezech. XXVIII, 14. 16, cf. Stat. Theb. II, 276: *arcano florentes igne smaragdi,* Martial. XIV, 109 *scythici ignes* pro smaragdis scythicis.

Not. E populis cognatis Chaldaei et Nasoraei habent אֶשָּׁא emphat. אֶשָּׁתָא ignis, febris, Syri ܐܫܬܐ vel ܐܫܬܐ febris (v. Schaaf.), Aethiopes እሳት: gen. comm. *ignis;* Arabes et Syri contra pro *igne* frequentant نَار, ܢܘܪܐ. In radice vocis hebraeae indaganda frustra allaborarunt Etymologi. Fac enim, comparandum esse arabicum أنيسة *ignis* et אֵשׁ pro אֱנֹשׁ positum esse, huius tamen ipsius verum etymon latet. Nos primitivis illud annumerare non dubitamus.

אֵשׁ chald. st. emphat. אֶשָּׁא id. Dan. VII, 11.

אֶשָּׁה fem. i. q. אֵשׁ, ut in lingua chald. v. not. ad אֵשׁ. Jer. VI, 29 Chethibh: מֵאֶשָּׁתָם עֹפָרֶת *ab igne eorum plumbum* sc. absumitur. Masorethae, formam femineam non agnoscentes, legere iubent מֵאֵשׁ תַּם *igne absumitur,* parique modo haec verba accepere LXX. Vulg. Syrus contra id quod in textu est vertendo expressit.

אִשֶּׁה constr. אִשֵּׁה Plur. constr. אִשֵּׁי m. *sacrificium,* dictum ab *igne,* quo crematur, q. d. *ignis* sacri *pabulum,* Deo *cremandum* (cum paragoge ־ֶה, cf. אֲרִי, אַרְיֵה, הֵן, הִנֵּה). Complectitur haec vox omnia sacrificiorum genera, adeoque semel de sacrificiis non cremandis occurrit (Levit. XXIV, 7. 9). Creberrima est in nonnullis formulis ritualibus, ut אִשֵּׁה רֵיחַ נִיחוֹחַ לַיהוָה *sacrificium grati odoris Domino* Lev. I, 9. 13. 17. II, 2. 9. III, 5. XXIII, 18. Num. XV, 10. 13. 14. XXVIII, 24, vel לְרֵיחַ נִיחוֹחַ אִשֶּׁה לַיהוָה Exod. XXIX, 41. Lev. VIII, 21. 28. Num. XXVIII, 6. XXIX, 6, et ellipt. אִשֶּׁה לַיהוָה *sacrificium Domino* (gratum) Lev. II, 16. Exod. XXIX, 18. 25. Plerumque c. verbo הִקְטִיר: הִקְטִיר אִשֶּׁה לַיהוָה adolevit sacrificium Domino Exod. XXX, 20. Lev. II, 11. III, 5. it. הִקְרִיב XXIII, 8. 25. 27. 36. 37. Plur. אִשֵּׁי יְהוָה sacrificia Domino oblata Lev. II, 3. 10.

VII, 35; cet. אִשֵּׁי בְנֵי יִשְׂרָאֵל sacrificia Israelitarum 1 Sam. II, 28. אִשֵּׁי הַחֲלָבִים sacrificia adipum i. e. adipes cremandae Lev. X, 15.

אשׁ i. q. יֵשׁ *est, sunt* arab. أَيْس, chald. אִיתַי, אִית, quae formae eo facilius oriri poterant ex hebr. יֵשׁ vel יֵשׁ, quia hoc Syrorum more *isch* אִשׁ pronuntiari poterat. Bis legitur in V. T. 2 Sam. XIV, 19: אִם אִשׁ לְהֵמִין וּלְהַשְׂמִיל *non est* (non licet) *dextrorsum vel sinistrorsum discedere* cet. Multi codd. et vett. editt. אִישׁ, sed Masora annotat כן צריך להיות *ita* (defective) *scribi debet*. Mich. VI, 10: עוֹד הַאִשׁ בֵּית רָשָׁע אֹצְרוֹת רֶשַׁע *nonne adhuc in domo impii thesauri impie parti?* Iterum 49 Codd. exhibent האיש, quam scripturam Masora eadem, qua supra, observatione reprobat: Cod. K. 20 הֲיֵשׁ, per interpretamentum. — Verbi substantivi notionem praeter linguas semiticas sub his litteris habent etiam Indi in radice *as* (unde *asmi* sum, *esti* est) cf. Zend. *aste*, *aschti* est, pers. استَ, ἐστι, lat. *esse*, *est*.

אשׁב rad. inusit. fortasse i. q. أَشَبَ miscuit, it. reprehendit, vituperavit.

אַשְׁבֵּל (pro אֶשְׁבַּעַל, ut nonnulli codd. samarit. et judd. scribunt, reprehensio Dei, quamquam hoc nomen minus boni ominis fuerit) N. pr. filii Benjamini Gen. XLVI, 21. 1 Par. VIII, 1. Inde patron. אַשְׁבֵּלִי (in codd. sam. אשבאלי) Num. XXVI, 38.

אֶשְׁבָּן (reprehensio, aut rubicundus coll. أَشْبَانِي) N. viri Horitae Gen. XXXVI, 26.

אֶשְׁבַּעַל N. pr. filii Sauli, v. אִישׁ־בֹּשֶׁת p. 86.

אשׁד rad. inusit. i. q. chald. et syr. אֲשַׁד, ܐܫܕ *fudit, effudit*.

אֶשֶׁד m. *effusio, locus, quo quid effunditur*, Num. XXI, 15: אֶשֶׁד הַנְּחָלִים *effusio torrentium*, loca humiliora, quo torrentes e montibus feruntur.

אֲשֵׁדָה f. id. *effusio* (torrentium), locus humilior in radice montium. Jos. X, 40. XII, 8. אַשְׁדּוֹת הַפִּסְגָּה radices Pisgae (montis) Deut. III, 17. IV, 49. Jos. XII, 3. XIII, 20. Cf. سفح radix montis collisve vit. Salad. p. 102. 152 Schult. a سفح effudit it. صبّ effudit, effusus, declivis fuit, V. declivi cursu fluxit de monte, VII. declivis fuit terra, صَبَبٌ solum declive.

אַשְׁדּוֹד N. pr. *Asdod, Azotus* v. s. שָׁדַד.

אשׁה rad. inusit. i. q. arab. أسا, أسو pro أسو 1) *fulcivit* i. q. אשׁשׁ, אָשַׁשׁ; 2) metaph. *medicatus est, solatus est*. Ipsius quidem verbi vestigium reperisse sibi visus est J. D. Michaelis (Suppl. 134) in cod. Sam. scriptura אשיני Gen. III, 13, quam interpretatur אִשַּׁנִי *solatus est me*. At illae litterae אשיני potius efferendae sensu non differunt a vulgari lectione הִשִּׁיאַנִי, quam etiam expressit int. sam. ᘑᘐᘓ *fefellit me, illusit mihi*; אשיני forma est ad analogiam linguae sam. conformata, pariter ac reliquorum codd. scriptura השיעני, השׁיגני.

אָשְׁיָה *fulcimentum, columna*. Plur. c. Suff. אָשְׁיוֹתֶיהָ Jer. L, 15 Keri. LXX. ἐπάλξεις αὐτῆς. Rectius Vulg. Syr. Chald. Aqu. ap. S. H. *fundamenta eius*. Cf. arab. آسِيَة columna, fulcimentum, pr. part. fem. fulciens, ad cuius normam fortasse אָשִׁיּוֹתֶיהָ *aschjotehà* appellandum, a forma participiali אָשָׁה fem. אָשִׁיָּה. In Chethibh scribitur אשויתיה (אֲשׁוּיֹתֶיהָ) ab אָשׁוּיָה forma passiva pro activa posita. Cf. etiam أُسْوَة et إِسْوَة columen.

יֹאשִׁיָּה (quem Jehova fulcivit, vel cui medicatus, quem solatus est) *Josias* N. pr. viri, qui tempore Serubabelis thesauris praefectus erat. Zach. VI, 10.

יֹאשִׁיָּהוּ (id.) *Josias*, Amoni filius, rex Judae, abrogato quovis cultu illegitimo, restitutoque Dei cultu de re sacra bene meritus, in proelio ad Megiddonem cum Nechone, Aegypti rege, commisso post XXXI annorum imperium interfectus ao. 611 a. Chr. 1 Reg. XIII, 2. 2 Reg. XXII. XXIII. 2 Par. XXXIV. XXXV. Jerem. I, 2. 3. XXXV, 1. XXXVI, 1 cet. cf. Sir. XLIX, 1. 4. Matth. I, 10. 11. Gr. Ἰωσίας.

אֶשֶׁךְ m. *testiculus* Levit. XXI, 20. Syr. ܐܫܟܐ et aethiop. ሐሠከ: id., atque hoc ipso ad verum etymon ducimur. אֶשֶׁךְ enim proprie ponitur pro אֶשְׁכָּה a rad. שָׁכָה, ut אֶמְשׁ, أَمْس a مسا. Radix ሰከየ: valet: indicavit, detulit, accusavit. Hen. IX, 3 ms. Paris.

ስክየት: indicium, accusatio, ሰካዪ index, qui rem prodit, cf. arab. شَكَا pro شَكَوَ detulit, accusavit. Nostrum vocabulum igitur valet *testem, testiculum*, plane ut apud Latinos, neque erat, cur de hac origine dubitaret Eichhornius ad Sim. Lex.

אֶשְׁכֹּל racemus, uva, v. שָׁכַל.

אַשְׁכְּנַז nomen regionis gentisque in Asia boreali, a Cimmeriis (גֹּמֶר) oriundae Gen. X, 3, in Armeniae vicinia (Jer. LI, 27) quaerendae, nisi forte huius ipsius provincia fuit. Vett. interpp. aut nomen hebraeum retinuerunt, aut varie coniectarunt. Saad. in Gen. سقالبة *Slavi*, Arabs ap. Jerem. (Alexandrinam Versionem nunc quidem explicaturus) خُزَرِيُّونَ *maris Caspii accolae* (v. Gol. p. 704), Targ. Jon. ibid. הֲדַיָּב i. e. Adiabene, Assyriae provincia i. q. ܚܕܝܒ. Josephus (Arch. I, 6 §. 1): *Ἀσχανάξος*, inquit, *Ἀσχανάξους ᾤκισεν, οἳ νῦν Ῥηγῖνες* (Jos. Medus conj. *Ῥητῖνες* i. q. *Ῥαιτοὶ* Rhaetii) *ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων καλοῦνται*, sed quem cummaxime populum is significare voluerit, ignoramus, quamquam *Rhegiam, Rhagas, Rhagaeam* et similia nomina offerat vetus Asiae topographia, v. indd. ad Ptolemaeum. Quod recentiores Judaei Aschkenasum *Germaniae* nomen esse comminiscuntur, id eodem faciunt iure, quo צָרְפַת Galliam et סְפָרַד Hispaniam interpretantur, sumtque eiusmodi nugae mirae eorum in rebus geographicis *ἀκρισίᾳ* tribuendae. Bochartus (Phaleg. III, 9) Phrygiam minorem et Bithyniam intelligit, ubi sinus Ascanius, Ascanius lucus et amnis, Ascania regio rel. sed sola nominum similitudine hae quaestiones non solvuntur. Unum monemus, nomen simillimae formae אַשְׁפְּנַז homini chaldaeo tribui (v. infra), eiusque etymon in assyriaca linguarum stirpe quaerendum esse videri.

אֶשְׁכָּר v. שָׂכַר.

אשל rad. inusit. Arab. أَثَلَ et أَثُلَ i. q. أَصُلَ altas firmasque radices egit, أَثْلَةٌ radix, origo, stirps. Hinc (cf. אָמַר)

אֵשֶׁל (sec. Kimchium אֶשֶׁל, cum sex punctis, quod cum arabica forma magis congruit) i. q. arab. أَثْلٌ *tamariscus, myrica* (Tamarix orientalis Linn.). 1 Sam. XXII, 6: תַּחַת הָאֵשֶׁל *sub tamarisco arbore*. XXXI, 13 (in loco parallelo 1 Par. X, 12 תַּחַת הָאֵלָה *sub terebintho* aut *arbore* generatim). Deinde fortasse *quaelibet arbor maior* (ut אֵלָה, אֵלוֹן v. sub rad. אוּל) et collect. *arbores, arboretum* Gen. XXI, 33 (cf. arab. أَثْلٌ tamariscus et collect. tamarisci, sed أَثْلَةٌ tamariscus una it. samarit. ࠀࠔࠓࠄ, ࠀࠔࠓࠄ, quod pro hebr. אֲשֵׁרָה quater in Pent. positum *lucum* significare videtur) quanquam tamarisci significatio retineri potest. Diligentissimam descriptionem arboris اثل (Cor. XXXIV, 14. 15. Hamas. 499. Lebid. 15) dedit J. E. Faber in *Eiusd. et Reiskii Opusc. med. ex monumm. Arabum* p. 137, unde haec excerpo: „Est arbor pulcra, recta, excelsa, ad oleae, saepius quercus, magnitudinem praecipue supra Aegyptum excrescens, atque auctore Zamachschario aculeata. Folia fert viridia, vulgaris tamarisci foliis proxima, sed longiora et tenuiora, apparentque multa capillamenta, qualia in aliquibus equisetis visuntur, ramis appensa, semper virentia. Fructus fert paucos, virides, nucum magnitudine, duros, lignosos, absque nucleo, gallis natura proximos .... nomine *Kismaseg* .... Crescit quidem in locis humidis prope flumina, sed maxime in aridis et sabulosis, ubi nulla alia reperitur arbor [Gen. l. c.] Abundissime frequentat Aegyptum, Mesopotamiam, Euphratem, Syriam, Arabiam desertam ac Petraeam rel.“ Adde *Ker Porter Travels* II, 511, ubi huius nominis arborem antiquissimam, totius regionis unicam, in veteris Babylonis ruderibus crescentem describit. E vett. Versionibus nulla *tamariscum* expressit. *Arboretum, nemus* (Aqu. *δενδρών, δένδρωμα*), Gr. Venet. (*ἄλσος*), Vulg. (*nemus*), et in Gen. Sam. Pseudojon. et Hieros.; *plantam, arborem* Symm. ubique (*φυτεία, φυτόν*) Onk. Syrus, duo Arabes in Genesi; *quercum* (*τὰς δρῦς*) Theod. 1 Sam. XXXI; *amygdalum* Syr. et Arabs ap. Sam.; inepte *ἄρουραν rus, arvum* Alex. ubique, eiusque sequax Joseph. Antiqu. VI, 14 §. 8. 12 §. 4. Verissimam tamen sententiam dudum dixit Abulwalides, cuius haec sunt verba: كان اثل وهو شجرة تشبه الطرفا وربما كان احدى من الاشجار وربما كان اسما عامّا للشجر كله فيكون فى هذا الوجه مجانس لقول العرب عن الرجل اذا اتّخذ ضيعة او دارا تأثّل فلان اى اتّخذ اصل المال واثلة كل شى عندهم اصله i. e. אֶשֶׁל *est i. q.* اثل *arbor myricae similis. Modo autem hanc arboris speciem valet, modo generalius est arboris nomen. Hoc autem respectu vicina est Arabum locutio; ubi de homine qui latifundium domumve acquisivit, dicunt* تأثّل *i. e. radices egit* [er bewurzelt sich], *s. acquisivit radicem opum. Ita* اثلة *in universum est i. q.* اصل *radix, origo.* Cf. Kamûsum p. 1387 qui ferme eadem iisdem verbis, it. *Gol.* s. h. v. Ac vocabulum nostrum certe apud serioris aevi Judaeos generaliorem arboris usum habuisse, praeter locum Paralipomenôn, qui antiquissimae fere glossae auctoritatem habet, suadet locus talmudicus Beza, fol. 27, 1,

in quo *magni sapientes* אשלי רברבי appellantur. Quod utrum loco Geneseos adhibendum sit, in medio relinquo. Parum bonae frugis dat Celsius (Hierob. I, 535 sq.), qui tamarisci significatum temere negans, arboris potestatem unicam esse censet, recte propterea notatus a J. D. Michaelis (Suppl. 134).

אָשֵׁם (Levit. V, 19. Num. V, 7) et **אָשַׁם** (Levit. IV, 13. V, 2. 3. 4. 17) fut. יֶאְשַׁם 1) *deliquit, culpam contraxit.* (Arab. أثم id., آثم causat. *reum iudicavit Deus*, peccatum imputavit, إثم, أثيم reus, أثام et إثام culpa, mulcta, piaculum, cf. aethiop. ሐሠም: culpa, ለሐሠም: malefecit, permutato א et ח, nec non fortasse ለበሰ: deliquit, peccavit, ለባሲ: peccator, ב et מ permutatis literisque transpositis, nisi hoc est pro בְּאֵשׁ, it. sam. ⱬⰀⰑ delictum. Origo quaerenda videtur in *negligentia* praesertim *incessus*, unde أثم camelus tardigradus, caespitans et lassus. Cf. חָטָא, שָׁגָה. Proprie igitur valet culpam negligentia magis quam dolo contractam, quomodo *culpae* vocabulo ICti pro segnitia et negligentia saepe utuntur doloque opponunt. In lingua aethiop. ሐሠም: habet etiam *foeditatis* et *deformitatis* significatum opp. pulchritudini, quem tamen primarium esse non putaverim). Lev. IV, 13. 22. 27. V, 2. 3. 4. 17. Jer. L, 7. Ezech. XXV, 12. Hos. IV, 15. Hab. I, 11. Is, in quem quis delinquit, c. c. לְ Num. V, 7: לַאֲשֶׁר אָשַׁם לוֹ *ei, cui deliquit.* Lev. V, 19. 2 Par. XIX, 10; res, qua culpa contracta est c. לְ Lev. V, 5 et בְּ Hos. XIII, 1. Ezech. XXII, 4. Sunt interpretes, qui אָשַׁם nonnullis in locis reddant: *reum se agnovit.* Hos. V, 15: עַד אֲשֶׁר־יֶאְשְׁמוּ וּבִקְשׁוּ פָנָי Chald. עַד דְּיִנְדְּעוּן דְּחָבוּ *donec agnoscant se peccasse.* Zach. XI, 5: *quarum possessores occidunt eos* וְלֹא יֶאְשָׁמוּ Chald. אָמְרִין לָא עֲלָנָא חוֹבָא *dicentes, nobis non incumbit peccatum.* Levit. IV, 22, 23: *si quis princeps peccaverit per errorem* .... וְאָשֵׁם: אוֹ הוֹדַע אֵלָיו חַטָּאתוֹ J. D. Michaëlis, *et reum se senserit, aut* (alius) *indicaverit ei peccatum.* Comm. 27. 28. V, 2. 3. 4. 17. Sed ubique vulgaris significatio retineri potest, modo reddis ap. Hos. *donec poenas dederint* (vid. no. 2), ap. Zach. *neque poenas dant*, impune, Levit. *ubi princeps peccavit per errorem* ..... *culpam is contraxit. Ubi vero* (אוֹ) *peccatum eius ei innotuerit* cet. אָשַׁם h. l. idem est quod נָשָׂא עֲוֹנוֹ V, 1. 17. — 2) *culpam sustinuit, culpae poenas dedit.* Ps. XXXIV, 22. 23. Jes. XXIV, 6. Jer. II, 3. Hos. X, 2. XIV, 1. Prov. XXX, 10, adde Hos. V, 15. Zach. XI, 5, de quibus sub no. 1. — 3) i. q. יָשַׁם et שָׁמֵם *periit, vastatus est*, de altaribus Ezech. VI, 6, cf. Syr. ܐܫܝܡܘܬܐ desertum. — LXX reddunt πλημμελέω, ἁμαρτάνω, ter ἀφανίζομαι Prov. l. c. Hos. V, 15. X, 2.

Niph. poenas dedit, inde *periit*, de gregibus Joel I, 18. LXX. ἠφανίσθησαν. Hieron. *disperierunt.*

Hiph. fecit, ut poenas daret. Ps. V, 11.

אָשָׁם c. Suff. אֲשָׁמוֹ Plur. c. Suff. אֲשָׁמָיו 1) *culpa*, quam quis contraxit Gen. XXVI, 10. Jer. LI, 5. Ps. LXVIII, 22. — 2) *id, quo* (surrepto) *quis culpam contraxit* Num. V, 7. 8. — 3) *sacrificium pro delicto*, LXX πλημμέλεια 1 Sam. VI, 3 sq. 2 Reg. XII, 17. Jes. LIII, 10. Ezech. XL, 39. XLII, 13. XLIV, 29. XLVI, 20. In lege mosaica diligenter distinguuntur haec *sacrificia pro delicto* (אֲשָׁמִים) a *sacrificiis pro peccato* (חַטָּאוֹת). Utriusque non solum diversae erant ceremoniae (v. de sacrificio אָשָׁם dicto Levit. V, 1—26, al. 1—19 et VI, 1—7. VII, 1—7, de sacrificio חַטָּאת IV, 1—35. VI, 17—23 al. 24—30), sed in uno eodemque sacro utrumque hostiarum genus nonnunquam coniungebatur, ut Levit. XIV, 10 sq. Num. VI, 12 sq., cf. Levit. V, 7—10, ubi ad *delictum* (אָשָׁם) expiandum duae hostiae offeruntur, altera ritu sacrificiorum pro peccato, altera holocaustorum ritu. Minime igitur audiendus est Jo. Clericus ad Levit. V, 6, qui utrumque hoc hostiarum genus non re, sed nomine tantum diversum fuisse volebat. Diligenter praeterea a legislatore enumeratae sunt singulae, quae hoc illove sacrificandi ritu expiandae sint, culpae (de sacrificiis pro delicto v. Lev. V. XIV, 12. 24. XIX, 20—22. Num. VI, 11. 12); quamquam quid inter utriusque generis culpam intersit, frustra hucusque quaesitum est et omnis ista differentia ex mero legislatoris arbitrio pependisse videtur. Temere certe J. D. Michaelis (Supplemm. p. 718) אֲשָׁמִים pro *peccatis omissionis*, חַטָּאוֹת pro *peccatis commissionis* oblata esse statuit, ex uno loco Lev. V, 17.—19 (quem in hypotheseos gratiam deleto לֹא immutare sustinuit) facile confutandus: neque magis satisfaciunt Josephus (Antiqu. III, 9 §. 3) et Philo (de victimis II, p. 247 Mang.), qui אָשָׁם ab illo oblatum censent, qui peccati sui conscius crimen admissum confessus fuerit, licet ab alio non-potuisset redargui et convinci (Levit. IV, 23. 28. V, 3. 4 et 24 LXX). Etenim in lustrationibus quoque אֲשָׁמוֹת offerenda erat (Levit. XIV, 12. 24. Num. VI, 12 sq.), ne dicam, hanc observationem paucis tantum delictis a Mose enumeratis consentaneam esse. Unum observari poterit, sacrificium חַטָּאת dictum in gravioribus maxime delictis, אָשָׁם in levioribus locum habuisse, cf. quae supra de origine disputavimus. Varias hypotheses v. ap. Rosenmuellerum ad Levit. V, 6. Buddeum in hist. eccles. I, 176 sq. Carpzov. antiqu. s. cod. p. 707 sq. de Wette de morte J. Chr. expiatoria p. 14.

אָשֵׁם m. adj. verbale 1) *reus, qui culpam contraxit.* Gen. XLII, 21. 2 Sam. XIV, 13: מִדַּבֵּר הַמֶּלֶךְ

הַדָּבָר הַזֶּה כְּאָשָׁם *dum rex ita loquitur, se reum profite-tur.* 2) *sacrificium pro delicto offerens.* Esr. X, 10.

אַשְׁמָה f. 1) pr. Inf. verbi אָשַׁם, ut אַהֲבָה, יִרְאָה. Lev. V, 26 (VI, 7): מִכֹּל אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה לְאַשְׁמָה בָהּ *quacunque in re deliquerit.* IV, 3: *si sacerdos unctus peccaverit* לְאַשְׁמַת הָעָם *ita ut populus culpam contrahat.* — 2) *culpa, delictum.* 1 Par. XXI, 3. 2 Par. XXIV, 18. XXVIII, 13: לְאַשְׁמַת יְהוָה עָלֵינוּ *ut culpam apud Jehovam contrahamus.* Esr. IX, 6. 15. X, 10. Amos VIII, 14: אַשְׁמַת שֹׁמְרוֹן *culpa Samariae* pro idolis eius. Plur. אַשְׁמוֹת 2 Par. XXVIII, 10. Ps. LXIX, 6. — 3) *oblatio hostiae pro delicto.* Levit. V, 24 (VI, 5): בְּיוֹם אַשְׁמָתוֹ *die sacrificii oblati.* Cf. אָשָׁם no. 2 et אַזְכָּרָה.

אֲשִׁימָא 2 Reg. XVII, 30 numen domesticum Hamathaeorum, ignotae originis. Talmudici modo *hirci calvi* (Sanhedr. c. 7), modo *agni* speciem ei tribuunt (Talmud. hieros. ibid.), cui traditioni non omnem fidem derogaverim, Assyriorum et Babyloniorum idola fortasse Aegyptiorum more sub animalium sacrorum figura et emblematis culta esse reputans. Hircum, eumque calvum et alatum, inter animalia Assyriorum sacra, numinum ipsorum vicaria, conspicere mihi videor in monumento Babylonico a Millinio (Monumens inédits I, tab. 8. 9) edito, quod repetiit Lichtenstein in palaeogr. ass. pers. p. 111. Nugatorium est, quod habet A. Esra (praef. ad lib. Esth.), Samaritanos initio Pentateuchi pro ברא אלהים scribere ברא אשימא: confudit enim is אֲשִׁימָא cum שִׁימָא i. q. הַשֵּׁם *nomen* (Dei), quo nonnunquam, neque tamen l. c., in Vers. sam. utuntur pro יְהוָה. Nihilo certiores sunt quaedam recentiorum coniecturae etymo semitico nixae, ut Hilleri (Onomast. s. 609), cui est *sol* coll. أسامة leo, et Lettii (bibl. Brem. nov. I, 54 sq.), qui confert arab. أثام nomen vallis s. fluminis in inferno: ea quoque, quam ipse proposui (Comment. ad Jes. II, 348), errore nititur Kleukeri, Zendavestae germanici interpretis. Jovis enim stella in Bundehesch non *Achuma* appellatur, sed *Anhouma* (T. II. p. 356. ed. Paris.)

אַשְׁמַנִּים v. rad. שָׁמַן.

אַשְׁמֻרָה v. rad. שָׁמַר.

אָשַׁן rad. inusit. fortasse I) *durus, validus fuit,* chald. אַשּׁוּן, אָשִׁין durus, fortis coll. עָשִׁין, arab. أَشِين durus, validus, أَسِينَة durities. Vide אַשְׁנָה. II) *obscurus, caliginosus fuit* v. אֱשׁוּן.

אַשְׁנָה (fortis, valida) n. pr. duorum oppidorum tribus Judae Jos. XV, 33. 43.

אֱשׁוּן m. nonnisi semel, Prov. XX, 20 Keri: בֶּאֱשׁוּן חֹשֶׁךְ (Cheth. בְּאִישׁוֹן חֹשֶׁךְ), quam scripturam eodem vocabulo chaldaice inflexo expressit Targ. אֵיךְ אַחוּן חֲשׁוֹכָא. Et Masorethae et Targumista, si quid video, *nigredinem tenebrarum* significaturi erant, cf. Beresch. rabba 33, ubi אחונה de tenebris (v. Arûch s. h. v.) et Zab. ܐܫܘܢܐ tenebrae Cod. Nas. II, 312, quae significatio illustrari potest ex vicino עָשַׁן fumavit. Utuntur quidem Targumistae vocc. אָשׁוּן (Levit. XV, 26 Pseudojon.) et אִישׁוּן etiam pro עֵת, עִדָּן tempus (v. Buxt.), quae significatio huic loco non minus apta fuerit: sed nescio an haec, utpote etymologicis rationibus destituta, ex huius demum loci interpretatione fluxerit.

אֶשְׁנָב v. sub rad. שָׁנַב.

אֶשְׁעָן v. שָׁעַן.

אָשַׁף rad. inusit. et incertae significationis. Syr. ܐܫܦ incantavit (v. אַשָּׁף). Jo. Simonis primariam eius potestatem ponit in tegendo, occultando et recondendo, unde fluxerit syr. incantavit pr. occultis artibus usus est, coll. לָאַט et לוּט, praeterea אַשְׁפָּה pharetra a recondendo dicta.

אַשָּׁף hebr. et chald. *incantator, magus* Dan. II, 10. Plur. hebr. אַשָּׁפִים ibid. I, 20. II, 2, chald. אָשְׁפִין emphat. אָשְׁפַיָּא (a Sing. deperdito אָשַׁף) Dan. II, 27. IV, 4. V, 7. 11. 15. LXX. Theod. plerumque μάγος. Vulg. *magus.* Venet. ἀστρόνομοι, Vers. hebr. החוזים, Abulwalid et Kimchi: *astronomi,* A. Esr. רופאים *medici.* Syrus linguae suae beneficio vocabulum retinet, cf. ܐܫܘܦ Deut. XVIII, 11 pro hebr. חָבַר fascinavit, ܐܫܘܦܐ incantator Barhebr. 491, ܐܫܘܦܘܬܐ incantatio Ephr. Syr. II, 383. Bar Bahlûl syr. ܐܫܘܦܐ de eiusmodi incantatoribus explicat, qui carminibus magicis serpentes scorpiosque e latebris evocent, hominibusque ex talium bestiarum morsu laborantibus medicamina parent.

אַשְׁפָּה c. Suff. אַשְׁפָּתוֹ f. *pharetra,* fort. a *recondendo* dicta (v. rad.) Jes. XXII, 6. XLIX, 2. Jer. V, 16. Ps. CXXVII, 5. Iob. XXXIX, 23. בְּנֵי אַשְׁפָּתוֹ *filii pharetrae eius* i. e. sagittae, cf. بنات الاغماد *filiae vaginarum* de gladiis Ispah. p. 13. Thren. III, 13.

* אַשְׁפְּנַז N. pr. eunuchi principis in aula Nebucadnezaris Dan. I, 3. Etymon latet, simillimam formam habes in אַשְׁכְּנַז.

אַשְׁפָּר v. sub rad. שׁפר.

אַשְׁפֹּת Pl. אַשְׁפַּתּוֹת *sterquilinium* v. sub rad. שׁפת.

אָשַׁר vel אָשֵׁר (cf. N. pr. אָשֵׁר) 1) pr. *rectus fuit* i. q. יָשַׁר impr. de via recta, quanquam etiam de statu *erecto* (cf. אַשְׁרָנָא, תְּאַשּׁוּר et אֲשַׁרְאֵלָה), unde nata est significatio *firmitatis* et *roboris* apud Talmudicos. — 2) *recta incessit* (v. Pi.) et universim *incessit*. Prov. IX, 6: וְאִשְׁרוּ בְּדֶרֶךְ בִּינָה *et incedite in via prudentiae.* — 3) *successum habuit, prosperavit, felix fuit* (v. Pi. n. 3). Cf. יָשַׁר rectus fuit et i. q. يَسَرَ felix fuit, כָּשֵׁר rectus et prosper fuit.

Pi. אִשֵּׁר 1) *recta duxit*, Prov. XXIII, 19. Jes. I, 17: אַשְּׁרוּ חָמוֹץ *ducite* in rectam virtutis viam *oppressorem* (nisi coll. Pu. no. 2 cum vett. intpp. vertendum, ῥύσασθε ἀδικούμενον. Vulg. *subvenite oppresso* pr. *beatum reddite oppressum*), et generatim *duxit* Jes. III, 12: מְאַשְּׁרֶיךָ מַתְעִים *qui te ducunt, seducunt te.* IX, 15. 2) intrans. ut Kal: *incessit* Prov. IV, 14. 3) *felicem praedicavit* Gen. XXX, 13. Ps. LXXII, 17. Prov. XXXI, 28. Cant. VI, 9. Iob. XXIX, 11. Malach. III, 12. 15.

Pu. אֻשַּׁר et אוּשַּׁר 1) *ductus est* Jes. IX, 15. 2) *felix redditus est* Ps. XLI, 3. Prov. III, 18.

אָשֵׁר (felix, beatus cf. Gen. XXX, 13) N. pr. 1) filius Jacobi et Silpae pellicis (Gen. XXX, 13. XXXV, 26), auctor tribus cognominis (Num. I, 40. 41. XXVI, 44—47), cuius fines in septentrionali terrae sanctae ora describuntur Jos. XIX, 24—31. In oppidis fertilissimae huius regionis (Gen. XLIX, 20. Deut. XXXIII, 24.) recensentur etiam Tyrus et Sidon, quae vero nunquam in potestatem Hebraeorum cesserunt. LXX. Ἀσήρ. — 2) nomen oppidi ab oriente Sichemi (Jos. XVII, 7), sec. Eusebium (v. Ἀσήρ) et itin. Hieros. non longe a via, quae Scythopolin tendit.

אֲשֵׁרָה raro אֲשֵׁירָה Mich. V, 13. Deut. VII, 5, plur. אֲשֵׁרִים et אֲשֵׁרוֹת Iudd. III, 7. 2 Par. XXXIII, 3 f. pr. *fortuna*, spec. *dea Fortuna* i. e. secundum Phoenicum Aramaeorumque mythologiam *Astarte, s. stella Veneris*, alibi עַשְׁתֹּרֶת dicta (v. s. his vocc. it. Comment. nostrum ad Jes. LXV, 11 et T. II. p. 337 sq.), Baalis, ut videtur, socia et coniux, *eiusque simulacrum*, in Plur. *simulacra Astartes* et fort. universim *idolorum simulacra*, certae saltem speciei (cf. Ἑρμᾶς Graecorum). *Luci* significatio, quae e Vulgata et Lutheri Versione recentiorum Lexica et Commentarios invasit, plurimorum locorum contextui plane inepta et aliquoties tantum non absurda est. Quam ut prorsus eliminemus nostramque de h. v. sententiam lectori, quoad eius fieri potest, persuadeamus, cunctos V. T. locos ad quaedam genera revocata sub examen vocare placet, quo facto veteres etiam interpretes paulo diligentius excutiemus. 1) Paene ubique iungitur aliis vocabulis *idola, idolorumque statuas* designantibus, veluti מַצֵּבָה, פֶּסֶל, פְּסִילִים, עֲצַבִּים, חַמָּנִים Deut. VII, 5. XII, 3. Jes. XVII, 8. XXVII, 9. 2 Regg. XVIII, 4. 2 Par. XXXI, 1. XXXIII, 19. XXXIV, 3 rel. 2) *Ascherae ponendae statuendaeque* adhibentur verba עָשָׂה 1 Reg. XIV, 15. XV, 13. XVI, 33. 2 Reg. XVII, 16. XXI, 3, הִצִּיב 2 Reg. XVII, 10, בָּנָה 1 Reg. XIV, 23, הֶעֱמִיד 2 Par. XXXIII, 19, eidem iam positae עָמַד 2 Reg. XIII, 6, quae vocabula cuncta de luco plantando usurpari non poterant. In uno loco Deut. XVI, 21, ex quo omnis iste error fluxisse videtur, legitur: לֹא תִטַּע לְךָ אֲשֵׁרָה כָּל־עֵץ אֵצֶל מִזְבַּח יְהוָה, is tamen minime c. intpp. antiquis reddendus est: *ne plantes tibi lucum cuiuscunque ligni iuxta altare Jehovae*, sed flagitantibus locis parallelis, *ne erigas tibi simulacrum ex quocunque ligno* rel. coll. נָטַע Dan. XI, 45. 3) De *Aschera diruenda* et *confringenda* sacri scriptores utuntur verbis שִׁבֵּר 2 Par. XXXIV, 4, גִּדַּע ib. XIV, 2. XXXI, 1, כָּרַת Exod. XXXIV, 13. 2 Reg. XVIII, 4. XXIII, 14, נָתַץ 2 Par. XXXIV, 7, בִּעֵר, הֵסִיר, מְיוּרָדָה ib. XVII, 6. XIX, 3, quae vocabula sunt in eliminandis idololatriae instrumentis propria: semel ita legitur נָתַשׁ Mich. V, 13, quod evellendi quidem, sed etiam diruendi potestatem habet. Alibi 4) *Ascheram* s. simulacrum Ascherae (פֶּסֶל אֲשֵׁרָה) in ipso templo erigi (2 Reg. XXI, 7), ex templo eiici et extra Hierosolyma cremari et comminui legimus (ib. XXIII, 6). Eadem e ligno facta altari Baalis imponitur (Iudd. VI, 25. 26. 28. 30). — Cunctis quidem, quos modo recensuimus, locis generalior *statuae idolive* significatio adhiberi poterat, quam ex etymo quoque (אֲשֵׁרָה enim *statuam* notare possit ab *erigendo* dictam, cf. תְּאַשּׁוּר) et vett. intpp. (v. infra) firmaveris, sed accedunt 5) alia, ex quibus specialiorem *Astartes* significationem colligas. Etenim 1 Reg. XV, 13. 2 Par. XV, 16 *Ascherae* (לַאֲשֵׁרָה) s. *in honorem eius* simulacrum conficitur (cf. 2 Reg. XXIII, 7) et non paucis in locis *Aschera* non aliter iungitur idolo masculo Baal, atque alibi Astoreth (Iudd. II, 13. X, 6. 1 Sam. VII, 4. XII, 10). 1 Reg. XVIII, 19: נְבִיאֵי הַבַּעַל . . . וּנְבִיאֵי הָאֲשֵׁרָה. 2 Reg. XXIII, 4: לַבַּעַל וְלָאֲשֵׁרָה וּלְכֹל צְבָא הַשָּׁמַיִם. Judd. III, 7: וַיַּעַבְדוּ אֶת־הַבְּעָלִים וְאֶת־הָאֲשֵׁרוֹת *et coluerunt Baalis et Astartes simulacra*, cf. locum simillimum II, 13, ubi: וַיַּעַבְדוּ לַבַּעַל וְלָעַשְׁתָּרוֹת. Cf. 2 Reg. XVII, 16. XXI, 3. 2 Par. XXXIII, 3. Judd. VI, 25.

E vett. intpp. a) *Astartem* dant LXX 2 Par. XV, 16. XXIV, 18, Aqu. Symm. Vulg. Iudd. III, 7. 2 Reg. XVII, 10, praeterea Syrus, qui Iudd. III, 7. VI, 25 sq.

reddit ܐܫܝܪܐ. *Lucum* quidem reddidit hoc vocabulum Castellus in Lex. Syr. et eandem vim habere videtur in Cod. Nasar. I, 22 lin. 1, sed ܐܫܝܪܐ idem esse quod אֶסְתֵּר et עַשְׁתֹּרֶת sole clarius fit ex Ephraemo III, 216, coll. cod. Nasar. I, 54. 96. 186. 188. A Bar Bahlulo redditur عزى, زهرة, صنم الانثى *idolum femineum, stella Veneris, Asi* (i. e. idolum veterum Arabum), et ab arabico interprete libri Iudicum (VI, 26), qui Syrum alibi vertendo expressit: اشيرة صنم الانثى. Vide etiam Procop. infr. litt. d. Recentiores huius sententiae patronos habes Vitringam ad Jes. XVII, 8, Castellum col. 2937, van Yperen in Bibl. Hag. Cl. IV p. 120. Lette in bibl. Bremensi nova Cl. I p. 58. Aliud numen, nimirum *Priapum* dat Vulg. 1 Reg. XV, 13. 2 Par. XV, 16. Plures etiam e veteribus generatim b) *statuam columnamve ligneam, idolum* reddunt. Syr. plerumque ܨܠܡܐ numen, idolum, aliquoties ܕܚܠܬܐ 2 Par. XV, 16. XXIV, 18, ܐܢܕܪܝܛܐ (ἀνδριάντες) 2 Par. XIV, 3: Saadias et Abulwalides سارية Plur. سوارى *columnae;* Arabs in libris historicis (quem ab Alex. pendere perperam vulgo existimant) معبود quod adoratur 2 Reg. XXI, 7, صنم ib. XVII, 10. 16. Plur. انصاب 2 Reg. XVIII, 4. XXIII, 4. 6. 7. Suffragantur e recentioribus Spencer de legg. Hebr. ritual. II, 27 p. 506. Selden de Dis Syris II, 2 p. 232. Koppe ad Jes. XVII, 8. c) *Arborem* habet Alex. bis (δένδρον Jes. XVII, 8. XXVII, 9), Syrus Deut. XVI, 21. Mich. V, 13 (ܐܠܝܢܐ) et Arabs Erpen. in Pent. (شجرة), probabiliter etiam Sam., modo ࠀࠔࠉࠓࠄ est i. q. אֵשֶׁל *arbor, lucus.* Kimchi: *omne lignum, quod colitur.* d) *Lucum* denique Vulg. paene ubique, item Alex., qui sexies et tricies אֲשֵׁרָה reddit ἄλσος, neque aliter οἱ γ' Jes. XXVII, 9, Vers. Ven. in Exod. et Deut. Ἄλσος περιβώμιον habet Aqu. (nisi Symmachi potius est haec glossa) 2 Reg. XVII, 16, et περιβώμιον Symm. ib. XXIII, 4. 7; ἀλσῶν et ἄλσωμα Aqu. l. l. c. c. Caeterum minime exploratum videtur, Alexandrinos isto vocabulo *nemus lucumque*, neque potius *arborem idolumque ligneum* designasse (coll. אֵשֶׁל): eodem enim vocabulo exprimunt עַשְׁתָּרוֹת 1 Sam. VII, 3. XII, 10, בָּמָה Jer. XXVI, 18, Sym. Theod. שדים (שָׂדִים?), et in Procopii Scholiis ad 1 Sam. VII, 4 τὰ ἄλση Ἀσταρὼθ explicantur τὰ τῆς Ἀστάρτης ἀγάλματα. Ipsam vocem latinam *nemora*, si quid video, retinuit Syrus 2 Par. XXXI, 1. XXXIII, 3. XXXIV, 3 reddens ܢܡܘܪܐ, quanquam Arabs id transtulit نمور *pardos.* Quod in Targg. est, אֲשֵׁירְתָא, אֲשֵׁירִין nil probat, et nusquam legitur, nisi in textu hebraeo est אֲשֵׁרָה.

אֲשַׂרְאֵלָה (Milêl) N. pr. cantoris et Levitae 1 Par. XXV, 2, quod comm. 14 יְשַׂרְאֵלָה scribitur. Utraque forma explicari potest: *erectus ad Deum* (v. אָשַׁר no. 1).

אֲשׁוּר vel אַשֻּׁר (quanquam Hos. XIII, 7 huc non pertinet, ubi reddendum est: *speculabor*, a שׁוּר), nonnisi c. Suff. אֲשֻׁרִי Plur. אֲשֻׁרִים f. (Ps. XLIV, 19.) 1) *gressus* Prov. XIV, 15. Metaph. *gressus* dicuntur Dei vestigia sequi (Iob. XXIII, 11. Ps. XVII, 5), et contra vacillare (Ps. XXXVII, 31), lapsare (Ps. LXXIII, 2), a via declinare (Ps. XLIV, 19. Iob. XXXI, 7), quae omnia ad virtutis et religionis studium pertinent. Cf. צַעַד. — 2) i. q. תְּאַשּׁוּר *cedri genus.* Ezech. XXVII, 6: קַרְשֵׁךְ עָשׂוּ־שֵׁן בַּת־אֲשֻׁרִים *transtra tua fecerunt ex ebore, filia cedrorum* i. e. cedro incluso (cf. *inclusum buxo ... ebur* Virg. Aen. X, 137). Kimchi: דפין באשכרועין מכבשין בשן דפיל *asseres ex buxo* (ita multi interpretantur תְּאַשּׁוּר) *ebore obducti*, cf. Bocharti Phaleg. III, 5, qui in eandem sententiam legit בְּתְאַשֻּׁרִים. Simonis coll. arab. أشور *striae* reddit *filia striarum, striatum quid*, idque eboris epitheton esse censet: quod admitti non potest, quia hoc posito ebur haberemus ex Chitthaeorum insulis (i. e. ex Cypro insulisque vicinis) advectum.

אֲשׁוּר i. q. אֲשׁוּר gressus, constr. c. fem. Iob. XXXI, 7.

אַשּׁוּר, raro אַשֻּׁר (1 Par. V, 6) c. He locali אַשּׁוּרָה (Gen. XXV, 18) *Assyria* (Hos. IX, 3. X, 6. Zach. X, 10, plenius אֶרֶץ אַשּׁוּר Jes. VII, 18.) et *Assyrii* (constr. c. masc. Jes. XIX, 23. XXIII, 13. XXX, 31. XXXI, 8. Hos. XIV, 4). Origo huius populi refertur ad Assurem, Semi filium natu secundum (Gen. X, 22), qui e Babylonia egressus in Assyriam transiisse ibique Niniven, Rechoboth-Ir, Calach et Resen condidisse dicitur (v. l. c. comm. 10—12, nisi haec ad Nimrodum referenda sunt, cf. Boch. Canaan IV, 12 et contra Michaëlis spicileg. I, 235). *Assyriae* autem nomine non uno modo utuntur Hebraei. 1) *Assyria* ista *vetus et propria* easdem fere regiones comprehendisse videtur, quas Assyriae propriae tribuit Ptolemaeus (VI, 1), nimirum quae ab oriente Tigridis Armeniam inter, Susianam et Mediam sitae sunt, nominatim Arrapachitin, Adiabenen, Arbelitin, Calachenen, Apolloniatin, Sittacenen, nisi forte angustissimo significatu una Adiabene intelligenda est, de qua Plinius V, 12: *Adiabene, Assyria ante dicta.* Ammian. XXXIII, 20. E reliquis enim provinciis Arrapachitis (אַרְפַּכְשַׁד) et Calachene (חֲלַח) peculiaribus nominibus designantur: in Adiabene autem, nobilissima Assyriae parte, Ninive sita erat, eaque κατ' ἐξοχὴν Ἀτυρία (Dio Cass. LXVIII, 28), Ἀτουρία (Strabo XVI init.) dicta est, cuius nominis vestigium habemus etiam in urbe antiquissima اثور (fort. eadem quae Ninive, ut مصر de Memphide et Cahira) prope Mosul ad Tigridem sita, Abulfedae tempore iam diruta (v. Abulf. Mesopot. in Paulus N. Repert. III,

31, ubi اثور ex auctoritate codd. legendum pro انور). — 2) Plerumque אַשּׁוּר de *imperio assyriaco* usurpatur, quod Babyloniam etiam et Mesopotamiam comprehendebat (Jes. X, 9. 10 et quae adnotavimus ad XXXIX, 1. 2 Par. XXXIII, 11), et ad Euphratem usque patebat (Jes. VII, 20), qui propterea imperii assyriaci imaginem praebet (Jes. VIII, 7). Eodem modo Assyriae nomen Babyloniam complectitur apud Herodotum (I, 102, 106 ibique Schweigh. 178. 185. 192. 193), Strabonem (XIV init.), Arrianum (exped. Alex. VII, 7, §. 6), Ammianum (XXIII, 20), Tzetzem (chiliad. 452), et scriptura vulgaris chaldaica a Talmudistis כְּתָב אַשּׁוּרִית vocatur. Semel adeo in V. T. provinciae trans Tigridem sitae nulla ratio habita esse videtur, siquidem Tigris *ab oriente* Assyriam praeterlabi (קִדְמַת אַשּׁוּר) dicitur (Gen. II, 14). V. infra Saad. — Assyriaci regni *cives* vocantur בְּנֵי אַשּׁוּר Ezech. XVI, 28. XXIII, 7, rex מֶלֶךְ אַשּׁוּר 2 Reg. XV—XX et sexcenties. — 3) Everso Assyriae imperio אַשּׁוּר nonnunquam usurpatur de terris, in quibus illud imperium olim floruerat, novisque quae in eius locum cesserant imperiis (quemadmodum everso imperio germanico et foedere rhenano constituto patria nostra Germania vocari non desiit), videl. a) de *Babylonia* 2 Reg. XXIII, 29. Jer. II, 18 (cf. Jes. VIII, 8). Thren. V, 6. (Zach. X, 11?) it. Judith I, 5, II, 1. V, 1 cet. ubi Nebucadnezar Assyriae rex appellatur, neque tamen Num. XXIV, 22. 23, ubi vetus Assyriae regnum intelligi nunc persuasum est (v. Ephem. litt. Hal. 1815, no. 25). b) de *Persia* Esr. VI, 22, ubi Darius vocatur מֶלֶךְ אַשּׁוּר. Scriptores romani Assyriae nomine etiam de Syria abutuntur (v. Boch. Phaleg II, 3. Relandi Palaest. 1012. 1013): quem abusum Orientales ignorant. — E vett. interprett. *Syr.* plerumque reddit ܐܬܘܪ, ܐܬܘܪ (cf. اثور), *Sam.* Gen. X, 11 [Samaritan], quod natum videtur ex *Asurestan* (v. Wahl Asien I, 625), II, 11 הצבו fort. Sophene, Armeniae provincia, quam Tigris alluit. Saad. modo الجزيرة Mesopotamia, modo الموصل Mosul. Syriacum ܐܬܘܪ B. Bahlul interpretatur duce Bar Seruschwoi: ܦܪܬܝ ܘܐܬܘܪܝܐ الموصل *Parthi et Aturaei arab. Mosul.*

אֲשׁוּרִי Plur. אֲשׁוּרִים N. pr. gentis arabicae. Gen. XXV, 3. 2 Sam. II, 9 (ubi male chald. דבית אשר Aseritae, Vulg. Gessuri).

אֶשֶׁר m. *felicitas.* Legitur nonnisi in Plur. constr. אַשְׁרֵי, ibique vim interiectionis induit, velut אַשְׁרֵי הָאִישׁ pr. o felicitates viri i. e. *o felicem virum!* Ps. I, 1. II, 12. XXXII, 1. 2. XXXIII, 12. XXXIV, 9. XL, 5. XLI, 2. Iob. V, 17. Prov. III, 13. VIII, 34. Jes. XXX, 18 cet. Per ellipsin Relativi intelligendus locus Ps. LXV, 5: אַשְׁרֵי תִּבְחַר *felix is,* quem *deligis,* cf. CXLVI, 5. Cum Aff. אַשְׁרֶיךָ *o te felicem!* Deut. XXXIII, 29. Ps. CXXVIII, 2, אַשְׁרֵיךְ (pro אַשְׁרַיִךְ) Eccles. X, 17, אַשְׁרָיו Prov. XIV, 21. XVI, 20, et אַשְׁרֵהוּ (pro אַשְׁרָיו, quae est 8 codd. scriptura) Prov. XXIX, 18, אַשְׁרֵיכֶם Jes. XXXII, 20. De nominum segolatorum Plurali contractiore, quem habes in אַשְׁרֵיךְ (pro אַשְׁרַיִךְ) v. Lehrgeb. p. 575. 76, neque opus est, ut cum Jo. Simonii istas formas a Duali אַשְׁרַיִם derivemus. Pluralem certe in locutione synonyma frequentant etiam Arabes (طُوبَى لَكَ, طُوبَاكَ, طُوبَيكَ o te felicem v. Gol., nisi طوبى est Sing. fem. formae أُخْرَى), Chaldaei et Syri (טוּבֵי ךְ, ܛܘܒܝܟ). Ita nos, ubi fausta alicui adprecamur: viel Glück!, Graeci et Latini τρισμακάριος, τρισόλβιος, τρισευδαίμων, terque quaterque beatus. —

Not. Tsepregi in diss. Lugdd. p. 171 vocabulo אָשֵׁר etiam *excellentiae praestantiae*que vim tribuit coll. arab. أَثِيرٌ electus, excellens, اثر vultus nitens, eamque adhibet loco 2 Sam. XXIII, 21, ubi in Chethibh est: אִישׁ מִצְרִי אֲשֶׁר מַרְאֶה, in Keri et multis codd. אִישׁ מַרְאֶה (1 Par. XI, 23 אִישׁ מִדָּה), quod expresserunt etiam LXX. Vulg. Targ. Syr. Modo probari possit, sanam esse lectionem, et in אשר latere nomen, facilius ex usu Hebraeorum אָשֵׁר מַרְאֶה (st. constr. ab adj. אָשֵׁר, coll. אָרֵךְ, אֶרֶךְ) reddideris: *erectae staturae, vir longus* (arabicum enim اثر respondet potius hebraeo יָתַר excelluit): minime tamen opus videtur, novas verborum significationes arcessere, cum Chethibh per ellipsin explicari possit: אֲשֶׁר אִישׁ מַרְאֶה.

אֹשֶׁר id. Cum Aff. בְּאָשְׁרִי *cum felicitate mea* Gen. XXX, 13.

אֻשַּׁרְנָא chald. *murus,* ab *erectione* dictus vel a *firmitate,* (v. rad. no. 1) Esr. V, 3, ubi ita reddunt Vulg. Syr. Vers. hebr., male LXX. χορηγία. Eandem formam habet hebraeum בָּשְׁנָה, eaque ex analogia linguae aethiopicae illustranda est, quae non pauca nomina habet in *na* exeuntia, tum Verbalia passiva (ut nostrum nomen) v. c. ትህይድና direptio (passiva), tum Denominativa v. c. ድንግልና virginitas.

תְּאַשּׁוּר m. pr. *erectio* (v. rad. no. 1), *proceritas,* hinc *arbor procera,* spec. *cedri species* in Libano crescens Jes. XLI, 19. LX, 13. Vulg. et Chald. *buxus,* melius Syrus, Saad. et Hebraei: ܫܘܪܒܝܢܐ, شربين, שורבין, i. e. *cedri* species, Scherbin dicta, conorum parvitate ramisque in altum tendentibus agnoscenda. Cf. Niebuhrii Arabia p. 149. Forma nominis similis est Infinitivo Conj. V. Arabum تَقَبُّلٌ.

* * *

אֲשֶׁר A) Pron. relat. utriusque generis et numeri, *qui, quae, quod,* et Plur. *qui, quae, quae.* In sequiore Hebraismo et Rabbinismo utuntur forma decurtata שֶׁ, in reliquis linguis cognatis Relativum formas habet e demonstrativo זֶה זְ ortas, nimirum דִּי, דְּ, ?, ፕ, arab. الذى, unde recentiores corruperunt *elli* et *li,* in quo Articulus vim relativam infert cf. *de Sacy* gramm. I §. 788. 793, aethiop. ዘ፡ qui, coll. ዝ፡ hic. Obscuriora sunt aethiop. እንተ፡ qui, quae (fortasse arab. متاع), et amhar. የ፡ *ja,* cui tamen vicinum est nasoraeum דִי, pro quo *Norbergius* in libro Adami temere ubique substituit ?. Apud Hebraeos etiam כִּי olim vim relativam habuisse videtur. Modo in tali vocabulo de etymo quaerendum est, אֲשֶׁר pr. *rectum* valuisse coniecerim ab אָשַׁר no. 1, deinde *recte, ita* i. q. כֵּן et germ. *so,* idque in antiquiore lingua in pronomen relativum abiisse. Cf. כֹּה ita, et relativum כִּי, et contra germ. *so* i. e. propr. relat. fem. *Simonis* relationem ita exprimi censet, quod ad sequentia *rectâ* tendat. Tsepregi in diss. Lugd. p. 171 relationis notionem ducit a signo et vestigio, coll. أَثَرٌ et إِثْرٌ vestigium, signum, hinc إِثْرَ على post. De usu huius Relativi copiosius exposuimus in Syntaxi, ex qua pauca delibare placet: 1) Ante Relativum saepe omittitur pronomen *is, ea, id* v. c. Num. XXII, 6: וַאֲשֶׁר תָּאֹר *et is cui mala imprecaris.* Ruth II, 2. Exod. IV, 12. Jos. II, 10. Idem pronomen supplendum est, ubicunque praepositiones Relativo praefiguntur: לַאֲשֶׁר *ei, qui* Gen. XLIII, 16, *iis, qui* XLVII, 24, אֶת־אֲשֶׁר *eum, qui, id quod,* מֵאֲשֶׁר *ab iis qui* Jes. XLVII, 13. Nonnunquam pronomen illud omissum refertur ad locum, ut אֶל־אֲשֶׁר *eo, ubi* Exod. XXXII, 34, בַּאֲשֶׁר *ubi* pr. *eo quo* Ruth I, 17. Lehrgeb. §. 198. 2) Saepe אֲשֶׁר merum est relationis signum, quod substantivis, adverbiis ac pronominibus vim relativam tribuit, velut אֲשֶׁר אֶת־עֲפַר *quem pulverem* Gen. XIII, 16, אֲשֶׁר אֶת־הַשָּׂדֶה *quem agrum* XLIX, 30, אֲשֶׁר־שָׁם ubi (a שָׁם ibi), אֲשֶׁר מִשָּׁם unde (a מִשָּׁם inde), אֲשֶׁר לוֹ cui (a לוֹ ei) cet. cf. Lehrgeb. p. 743. 3) אֲשֶׁר לְ inservit Genitivo circumscribendo (ut talmud. שֶׁל), imprimis ubi plures Genitivi ab uno nomine recto pendent, et in sequiore Hebraismo, ut 1 Sam. XXI, 8: אַבִּיר הָרֹעִים אֲשֶׁר לְשָׁאוּל *princeps pastorum Sauli.* Cant. I, 1: שִׁיר הַשִּׁירִים אֲשֶׁר לִשְׁלֹמֹה *canticum canticorum Salomonis.* Vid. Lehrgeb. p. 672. 673. 4) In sequiore Hebraismo אֲשֶׁר nonnunquam redundat, ut aram. דִּי, דְּ v. c. Esth. I, 12: דְּבַר הַמֶּלֶךְ אֲשֶׁר בְּיַד הַסָּרִיסִים, cf. comm. 13, ubi אֲשֶׁר omittitur. Cf. 1 Sam. IX, 8. Vide infra s. v. דִּי.

B) Abiit in coniunctionem, pariter atque hebr. כִּי, aram. דִּי, ?, aeth. ዘ፡ melit. *li, elli* gr. ὅτι, lat. *quod,* nostr. *dass, so* (quod posterius vocabulum in vetere lingua vim relativi habuit v. c. ap. Ulphil. *sa, so, thata* qui, quae, quod). Variae eius significationes, quas paene cunctas eodem ordine digerendas habet etiam כִּי, sunt: 1) *quod,* post verba videndi, audiendi, sciendi (Exod. XI, 7), inveniendi (Eccles. VII, 29), dicendi (Esth. III, 4), confitendi (Lev. V, 5), iurandi (1 Reg. XXII, 16) cet. nec non post similis potestatis nomina Jes. XXXVIII, 7. Eccles. V, 4. Quomodo Neutrum Relativi in hanc vim transierit, ex his potissimum exemplis intelliges. Jos. II, 10: שָׁמַעְנוּ אֵת אֲשֶׁר־הוֹבִישׁ יְהוָה אֶת־מֵי יַם־סוּף *cognovimus* id *quod exsiccavit Jehova aquas maris rubri.* 1 Sam. XXIV, 19. 2 Sam. XI, 20. 2 Reg. VIII, 12. Deut. XXIX, 15. Jes. XXXVIII, 7: *hoc tibi signo sit, quod* cet. Cf. no. 11. — 2) *ut,* finem et consilium indicans, sequ. Futuro. Deut. IV, 40: *et statuta eius, quae tibi hodie praecipio, observa diligenter* אֲשֶׁר יִיטַב לְךָ וּלְבָנֶיךָ אַחֲרֶיךָ *ut bene sit tibi posterisque tuis.* VI, 3. Ruth III, 1. Gen. XI, 7. XXII, 14. 2 Reg. IX, 37. Ps. CXLIV, 12. It. post verbum petendi Dan. I, 8. Plenius dicitur לְמַעַן אֲשֶׁר eo consilio ut (v. מַעַן s. v. עָנָה). — Est 3) causale: *eo quod, quia,* seq. Praet. Gen. XXX, 18. XXXI, 49. XXXIV, 27. Jos. IV, 7. XXII, 31. 1 Reg. XV, 5. Eccles. IV, 9, raro Futuro, ubi refertur ad rem incertam 1 Reg. VIII, 33 (cf. 2 Par. VI, 24, ubi pro eo est כִּי). Plenius dicitur: יַעַן אֲשֶׁר, תַּחַת אֲשֶׁר v. no. 11. Nonnunquam commodius redditur *nam* Deut. III, 24 (LXX. Vulg. Syr.). Eodem pertinet אֲשֶׁר לָמָּה Dan. I, 10 (coll. שַׁלָּמָה Cant. I, 7) pr. *nam quare?* inde i. q. *ne,* Syr. ܕܠܡܐ. Vid. sub מָה. — 4) est conditionale: *si* (cf. germ. *so* du gehest). Lev. IV, 22 (cf. אִם Vers. 3. 27) Deut. XI, 27 (cf. אִם Vers. 28) XVIII, 22. 1 Reg. VIII, 31 (cf. 2 Par. VI, 22) 2 Par. VI, 29, sequ. Futuro Gen. XXX, 38. Jes. XXXI, 4. Jos. IV, 21. Raro est concedentis: *etsi.* (germ. *so auch* pro *wenn auch*). Eccles. VIII, 10. — 5) *quo tempore, quum,* seq. Praet. Deut. XI, 6: *quum terra aperiret os suum.* 1 Reg. VIII, 9. Ps. CXXXIX, 15. 2 Par. XXXV, 20: אֲשֶׁר הֵכִין יֹאשִׁיָּהוּ אֶת־הַבַּיִת *cum Josias templum restaurasset* (Cf. ? Marc. XI, 3. Matth. XXVI, 54. XXVIII, 1. *Schaaf.* Lex. p. 100). — 6) *quo loco, ubi* pro אֲשֶׁר שָׁם. Num. XX, 13. Ps. XCV, 9. Jes. LXIV, 10, et pro אֲשֶׁר שָׁמָּה *quo, quocunque* Num. XIII, 27. Ps. LXXXIV, 4. Jes. LV, 11. (Cf. syr. ? Hebr. III, 9 pro οὗ). — 7) i. q. כַּאֲשֶׁר *sicut* (so wie) in protasi Exod. XIV, 13 (LXX. ὃν τρόπον. Onk. כְּמָא). 1 Reg. VIII, 24. Sequ. כֵּן Jer. XXXIII, 22. It. *quomodo, quo pacto.* Job. XXXVII, 17: (*numquid scis*) אֲשֶׁר בְּגָדֶיךָ חַמִּים *quo pacto vestes tuae incalescunt?* — 8) Signum est apodoseos, ut כִּי no. 7, germ. *so.* Praecedente אִם Jes. VIII, 20: אִם לֹא יֹאמְרוּ כַּדָּבָר הַזֶּה אֲשֶׁר אֵין־לוֹ שַׁחַר *nisi ita locuturi sunt, nulla iis lucebit aurora.* Pariter atque כִּי et וְ (v. Lehrgeb. 723) ponitur etiam a) praecedente nominativo absoluto, 2 Sam. II, 4: *viri Jabesch-Gilead* אֲשֶׁר קָבְרוּ אֶת־שָׁאוּל hi *sepeliverunt Saulum.* Cf. Gal. IV, 24 Pesch. b) praecedentibus aliis casibus absolutis, impr. tempus locumque designantibus. Zach. VIII, 23: בַּיָּמִים הָהֵמָּה אֲשֶׁר יַחֲזִיקוּ *illis diebus prehendent,* germ. *in jenen Tagen, da ergreifen* cet.

Dent. I, 31: בַּמִּדְבָּר אֲשֶׁר רָאִיתָ *in deserto*, ibi *vidisti*. Cf. Barhebr. 534 lin. 18, et Carm. sam. III, 2. c) Post adverbia. 2 Sam. XIV, 15: וְעַתָּה אֲשֶׁר בָּאתִי germ. und nun, *so* bin ich gekommen, (Chald. כְּעַן דְּ). — 9) Praemittitur orationi rectae, pariter atque כִּי no. 8, דְּ, ὅτι. 1 Sam. XV, 19: לָמָּה לֹא שָׁמַעְתָּ בְּקוֹל יְהוָה *quare non obtemperasti iussui divino?* 20. *Respondit Saulus Samueli:* אֲשֶׁר שָׁמַעְתִּי בְּקוֹל יְהוָה Vulg. *imo audivi vocem Domini*. Dathe: *utique ego morem gessi Jovae*. Fortiter affirmantis, adeoque orationem intendentis esse videtur, et exstant alii etiam loci, in quibus 10) gradationi inservire videtur: *adeo*, *immo*, pro pleniore עַד אֲשֶׁר *adeo ut*, ὥδε ὅτι, *sogar*. Haec significatio, quam vindicare studuit *Lud. de Dieu* ad 2 Sam. II, 8, reprobavit vero *Cocceius* in Lex., a primaria particulae potestate nequaquam aliena (cf. no. 2), nonnullis certe locis haud inepte adhibetur. Iob. V, 5: אֲשֶׁר קְצִירוֹ רָעֵב יֹאכֵל *immo suam ipsius messem comedebant famelici*. Parall. אֶל־מִצִּנִּים יִקָּחֵהוּ. Non posteris tantum (comm. 4), sed ipsi imminebat pernicies. IX, 15: אֲשֶׁר אִם־צָדַקְתִּי לֹא אֶעֱנֶה *adeo si innocens essem, ei non responderem*. XIX, 27: אֲשֶׁר אֲנִי אֶחֱזֶה לִּי *imo videbo eum*, *so* werde ich ihn denn sehen! Ps. VIII, 2: אֲשֶׁר תְּנָה הוֹדְךָ עַל הַשָּׁמָיִם *immo in coelis stabilias gloriam tuam*. X, 6: *secum dicit* (impius) *haud unquam lababo* אֲשֶׁר לֹא־בְרָע *neque in perniciem incidam*. Facile quidem largimur, אֲשֶׁר in singulis istis locis aliter explicari posse, atque in plerisque ita, ut sententiis connectendis inserviat (cf. Jes. XIX, 25. Carm. Sam. I, 4. II, 4) v. c. Iob. IX, 15: (ego) *qui*, *quamvis innocens*, *non responderem* cet. Quum vero כִּי particula nostrae plane gemina saepe fortiter affirmet eaque sententia adoptata sententiarum vis manifesto augeatur, in rationem supra propositam inclinamus. — 11) Praepositionibus postpositum has in coniunctiones convertit, velut אַחַר אֲשֶׁר postquam, עַד אֲשֶׁר usque dum, לְבַד מֵאֲשֶׁר praeterquam quod (Esth. IV, 11), לְמַעַן אֲשֶׁר eo consilio ut, יַעַן אֲשֶׁר, עַל דְּבַר אֲשֶׁר, עַל אֲשֶׁר, בַּעֲבוּר אֲשֶׁר, תַּחַת אֲשֶׁר, עֵקֶב אֲשֶׁר, מִפְּנֵי אֲשֶׁר, כְּפִי אֲשֶׁר, מֵאֲשֶׁר eo quod Cf. Lehrgeb. p. 636 et Hoffmann ad Deut. XXXIII, 10. Adde exempla aethiopica በእንተ propter, sequ. H quia, እም cum, sequ. H quum. Semel אֲשֶׁר praeponitur, אֲשֶׁר עַל כֵּן Iob. XXXIV, 27 i. q. עַל כֵּן אֲשֶׁר et כִּי עַל כֵּן *propterea quod*, *quia*. (Syr. ܡܛܠ).

Not. Sunt, velut *Kimchius*, *Glassius* (phil. s. ed. Dathe p. 511), qui אֲשֶׁר nonnunquam idem valere censent quod וְ copulativum. Sed nihil probant exempla, ad quae provocant. Eccles. V, 17: הִנֵּה אֲשֶׁר רָאִיתִי אָנִי טוֹב אֲשֶׁר יָפֶה לֶאֱכוֹל וְלִשְׁתּוֹת, ubi Kimchi, Syr. et Chald. interpretantur טוֹב וְיָפֶה. Malim: *ecce quod bonum expertus sum*, *quod iucundum*, *ut edas*, *bibas* cet. Hos. XII, 9: עָוֹן אֲשֶׁר חֵטְא, sec. Kimchium i. q. עָוֹן וְחֵטְא, malim *culpa peccati*, ita ut אֲשֶׁר genitivi vices expleat, ut syr. דְּ.

Componitur cum Praefixis: I) בַּאֲשֶׁר 1) *ubi*, *ubicunque* Ruth. I, 17. Jud. V, 27. XVII, 9, respondet שָׁם ibi Job. XXXIX, 30. Plenius dicitur בַּאֲשֶׁר־שָׁם Gen. XXI, 17, et בִּמְקוֹם אֲשֶׁר שָׁם 2 Sam. XV, 21. Idem significatus retineri potest 1 Sam. XXIII, 13. 2 Reg. VIII, 1, ubi vulgo reddunt: *quo*, *quocunque* pro אֲשֶׁר שָׁמָּה. 2) *eo quod*, *quia* i. q. syr. ܒܕ. Gen. XXXIX, 9. 23. 3) בַּאֲשֶׁר לְ *propter*, ubi praepositionis naturam induit. Jon. I, 8. Contractius dicitur בְּשֶׁל ib. I, 7. 12. Utrumque respondet syriaco ܡܛܠ propter. — II) כַּאֲשֶׁר v. sub כְּ. — III) מֵאֲשֶׁר eo quod Jes. XLIII, 4.

אָשַׁשׁ rad. inusitata. Arab. أَسَّ Conj. II. *fundavit*, *stravit*, iacto fundamento *stabilivit*, cf. אָשָׁה fulcivit, et أَثَّ calcavit, conculcavit, subegit. (הִתְאוֹשֵׁשׁ v. sub rad. אִישׁ p. 84.)

אָשִׁישׁ *fundamentum* (arab. أُسّ, إِسّ, أَسّ, أَسَاس, أَسِيس), nonnisi in Plur. אֲשִׁישִׁים de *ruinis* aedificiorum, quia domibus dirutis fundamenta tantum remanent. (cf. מוֹסְדִים Jes. LVIII, 12 fundamenta pro *ruinis*). Jes. XVI, 7: לַאֲשִׁישֵׁי קִיר־חֲרֶשֶׂת תֶּהְגּוּ *propter ruinas* urbis *Kir-Hhareset gemitis*, ut recte Syrus, Kimchi, Jarchi. In loco parallelo Jerem. XLVIII, 31 legitur, אֶל־אַנְשֵׁי קִיר־חֶרֶשׂ יֶהְגֶּה *propter viros Kir-Hheres gemitur*, quare sunt, ut Chaldaeus, qui אֲשִׁישֵׁי ap. Jesaiam quoque *viros* interpretentur. Sed non est, quod huius generis locis parallelis ubique eandem sententiam inesse putemus. Solent enim serioris aetatis scriptores, ubicunque antiquiorum verba in rem suam convertunt, non interpretes tantum agere, sed etiam emendatores, et verborum difficiliorum ac fortasse obsoletorum in locum alia faciliora pro arbitrio substituere. Vide Gesch. d. hebr. Spr. p. 37 sq. et Comment. nostr. ad Jes. l. c.

אֲשִׁישָׁה f. 2 Sam. VI, 19. 1 Par. XVI, 3 Plur. אֲשִׁישִׁים Hos. III, 1 et אֲשִׁישׁוֹת Cant. II, 5 *liba*, spec. qualia ex uvis passis in certam quandam formam constipatis parare solebant (אֲשִׁישֵׁי עֲנָבִים Hos. l. c.). Commemorantur tanquam cupediae, quibus ab itinere lassi et languentes reficiebantur (2 Sam. Chron. Cant. l. l. c. c.), quaeque in sacrificiis idolorum offerri solebant (Hos. l. c.). Differunt a צִמּוּק i. e. uvis passis sed liborum in formam non constipatis, et דְּבֵלָה i. e. ficubus placentulae in formam compressis. Origo quaerenda videtur in constipando (v. rad. et cf. כַּוָּן placenta a כּוּן stabilivit, et צַפִּיחִית a צָפַח stravit): neque vero in *igne* (אֵשׁ), ut sint placentae igne coctae. Praeter contextum hebraeum vocabulum habes ap. Pseudojon. Exod. XVI, 31, ubi אֲשִׁישִׁין est pro hebr. צַפִּיחִית, et Mischna Nedarim 6 §. 10, ubi אשישים cibum

valet e lentibus confectum, haud dubie placentas e lentium coctarum reliquiis factas. Veterum etiam interpretum plurimi *placentam* expresserunt. LXX. Hos. πέμματα μετὰ σταφίδος, 1 Par. ἀμορίτης placenta mellita, quod vocabulum etiam reponendum pro ἀμυρίτης 2 Sam. Aqu. Symm., Cant. ἐν μύροις (lege ἐν ἀμόραις, ἀμόρα enim est μελίττωμα πεπεμμένον Athen. XIV, 14), 2 Sam. λάγανον ἀπὸ τηγάνου. Vulg. Sam. et Par. *simila oleo frixa*, Hos. *vinacea uvarum* (flores Cant. praeeunte Aqu. et Symm.). Syr. Hos. ܠܚܡܐ ܕܐܦܝܐ liba mellita ex uvis passis, Cant. ܦܘܩܕܐ cupediae, Sam. et Par. ܫܘܡܐ, quod quid valeat, non constat. — Chaldaeus tamen, Gr. Venet. in Cant. (ἐν βίκοις), Arabs 2 Sam. (كاس خمر), nec non recentiores Judaeorum interpretes vini *lagenam* s. *sextarium* interpretantur, pravum etymon a שֵׁשׁ secuti (Targ. Par. מְנָא חַד מִן אֶשְׁתָּא בְּהִינָא דְחַמְרָא *pars una de sex partibus Hini vini*), et in eandem sententiam hac voce abutuntur in Gem. Babyl. Baba Bathra fol. 141, 1, quod Judaeorum commentum recte reprobavit J. D. Michaelis in Suppl. p. 141.

אֵשׁ *ignis* ad hanc rad. non pertinet, v. pag. 156.

אשׁ nonnisi in Plur. אֻשַּׁיָּא chald. *fundamenta* Esr. IV, 12. V, 16. Arab. أُسّ.

אִשָּׁה mulier, v. rad. אִישׁ p. 87.

אֶשְׁתָּאֹל N. pr. oppidi, v. rad. שָׁאַל.

אֶשְׁתַּדּוּר chald. rebellio, v. r. שְׁדַר.

אֶשְׁתּוֹן (uxorius, muliebris, ab אִשָּׁה) N. pr. viri in stemmate Judae 1 Par. IV, 11. 12.

אֶשְׁתְּמֹעַ, **אֶשְׁתְּמֹה** N. geogr. v. rad. שָׁמַע.

אָת chald. signum, v. rad. אָוָה p. 41.

אַתְּ, **אַתָּ** *tu*, v. rad. אנת p. 129.

I. אֵת A) c. Suff. אִתּוֹ 1 Sam. XIII, 20 (6 codd. אֵיתוֹ) Plur. אִתִּים ibid. com. 21 (2 codd. אֵיתִים), et אִתִּים Jes. II, 4. Mich. IV, 3. Joel IV, 10 *instrumentum* quoddam agriculturae inserviens, idque secans et nonnunquam acuendum (1 Sam. XIII l. c.), satis magno veterum interpretum consensu (v. Syr. Chald. ubique, *Vulg.* Jes. Mich. *Saad.* Jes.) *vomer aratri* vel *aratrum* ipsum (LXX. Jes. Joel. Mich. *Vulg.* Joel), cui unum obstat, quod ap. Sam. iungitur מַחֲרֵשָׁה et מַחֲרֶשֶׁת: Hebraeorum interpretibus et Symmacho ap. Sam. *ligo*. In etymo definiendo magnopere laborarunt interpretes. Sunt, qui conferant أَثَاثٌ supellex domestica, quod vc. vero potius *opes, facultatem* generatim designat. V. sub no. II. Nobis probabile, nostrum אֵת ab origine idem esse vocabulum, quod אֵת (*vicinia*) *iuxta*, idque a rad. אָנָה ducendum (אֵת pro אֶנֶת, ut בַּת pro בְּנַת a בָּנָה) proprie idem valere quod אֳנִי, إِنَاءٌ *vas*, hinc *instrumentum*, quemadmodum כְּלִי, quo de vasibus, instrumentis et armis utuntur, et spec. quidem *vomerem* vel *ligonem*. Generaliore vocabulo σκεῦος utitur Alex. 1 Sam. XIII, talia autem ad specialiores significatus saepissime transferri, non est quod moneamus (cf. הַבְּרִיָּה, et ipsum אֳנִי), neque obstat scriptura אֵיתִם ap. Sam. et nonnullorum codicum אֵיתִים. Haec enim nihil aliud probat, quam ipsos Hebraeorum Grammaticos de origine dubitasse, praesertim quum etiam n. pr. אִיתִיאֵל pro אִתִּיאֵל plene scribatur.

B) sequ. Makk. אֶת־ c. Suff. אִתִּי, אִתְּךָ, אִתָּךְ, אִתּוֹ, אִתָּהּ, אִתָּנוּ, אִתְּכֶם, אִתָּם, rarius et in libris potissimum Josuae, Regum, Jeremiae et Ezechielis אוֹתְךָ vel אֹתְךָ, אֹתָהּ, אוֹתָם Jos. XIV, 12. 1 Reg. XXII, 7. 8. 24. 2 Reg. I, 15. III, 12. 26. Jerem. X, 5. XII, 1. XIX, 10. XX, 11. XXXIII, 9. XXXV, 2. Ezech. XIV, 4. XXVII, 26 it. Lev. XV, 18. 24. 2 Sam. XXIV, 24. Jes. LIX, 21 cet. (ita ut non differat ab אֵת no. II, et cum eo confusum esse videatur) pr. Subst. *propinquitatem et viciniam* designans, probabiliter pro אֶנֶת a rad. אָנָה appropinquavit, formae קֶרֶת, e vulgari linguae usu Praep.

1) *apud* v. c. habitavit, commoratus est, mansit *apud* aliquem Gen. XIX, 33. Lev. XIX, 13. Iob. II, 13. De situ urbis 1 Reg. IX, 26: *Ezion-geber* אֲשֶׁר אֶת־אֵילוֹת *quod prope Eloth* situm est, cf. Iudd. IV, 11. *Apud me est* nonnunquam indicat a) possessionem rei, pariter atque lat. *penes me est*, gr. τὰ παρ' ἐμοί, Syr. ܐܝܬ ܠܘܬܝ et arab. كان معى, aethiop. ብየ፡ habeo, Ludolf gramm. aeth. p. 85. Vide עִם no. 2. Impr. quae quis mente tenet, in animo habet. Iob. XII, 3: אֶת־מִי־אֵין כְּמוֹ־אֵלֶּה *quis talia nesciret?* Jes. LIX, 12: פְּשָׁעֵינוּ אִתָּנוּ *transgressiones nostras non ignoramus*. Parall. עֲוֺנֹתֵינוּ יְדַעֲנוּם. Jer. XXIII, 28. Iob. XIV, 5: *ubi definiti sunt dies eius* מִסְפַּר־חֳדָשָׁיו אִתָּךְ et *numerus mensium eius penes te* i. e. in animo tuo, a te decisus et determinatus. b) *curam* rei. Gen. XXX, 29: *te non fugit* — אֵת אֲשֶׁר־הָיָה מִקְנְךָ אִתִּי *qualis factus sit grex tuus apud me* i. e. dum curae meae demandatus erat. LXX. μετ' ἐμοῦ. XXXIX, 6: לֹא־יָדַע אִתּוֹ מְאוּמָה *nullius rei curam gerebat apud eum* i. e. cum is (Josephus) universam domum administraret. Cf. comm. 8. אֶת־פְּנֵי apud faciem i. q. לִפְנֵי ante, v. פָּנִים. — 2) *cum*, de societate Gen. XLIII, 16. Jud. I, 16. Jer. LI, 59. Gen. VI, 13: *ecce perdam eos* אֶת־הָאָרֶץ *una cum terra*, affinitate 1 Reg. III, 1, foedere Gen. XV, 18. 2 Reg. VI, 16: *plures sunt nobiscum* (μεθ' ἡμῶν) *quam cum illis*; it. de auxilio Gen. IV, 1: *virum nactus sum* אֶת־יְהוָה *iuvante Jehova*. (E vett. intpp. LXX. διὰ τοῦ

θεοῦ, Chald. מִן קֳדָם, Saad. من عند, Sam. מידות, quasi את sit pro מֵאֵת, cf. no. 7, qua tamen ellipsi opus non est, multoque etiam minus coniectura *Verschuirii* in diss. Lugdd. p. 862, cui את h. l. est *donum* ab אתה dedit; cf. עִם אֱלֹהִים 1 Sam. XIV, 45.) Jer. I, 8. XV, 20; de praesentia Jes. XXX, 8. Dicitur etiam: loqui *cum* aliquo 1 Reg. VIII, 15. הִתְהַלֵּךְ אֶת־הָאֱלֹהִים ambulavit cum Deo Gen. V, 24 i. q. vitam degit Deo placentem. — Quemadmodum latine dicitur *bellum gerere cum aliquo* ita etiam hebraice אֵת 3) usurpatur pro *contra*, ubi agitur de bello, lite, pugna. 1 Par. XX, 5: *et iterum bellum fuit* אֶת־פְּלִשְׁתִּים *cum Philistaeis*. Num. XX, 13. Prov. XXIII, 11. Gen. XIV, 9: אַרְבָּעָה מְלָכִים אֶת־הַחֲמִשָּׁה *quatuor reges* bellum gerebant *cum quinque* regibus. Jer. XXXVIII, 5: כִּי אֵין הַמֶּלֶךְ יוּכַל אֶתְכֶם דָּבָר *nam rex nihil valet contra vos* (ubi etiam reddi potest: *apud vos* i. e. vobis, non rege, imperii fasces tenentibus, cf. no. 1. b). — Tanquam particula loci nonnunquam valet 4) *versus* i. q. *μετά* et *παρά* c. Acc. 2 Sam. XV, 23. Ps. LXVII, 2: יָאֵר פָּנָיו אִתָּנוּ i. q. עָלֵינוּ Ps. IV, 7 et metaph. *erga* Ruth II, 20. 2 Sam. XVI, 17. Zach. VII, 9. — Raro 5) de loco ipso, *in* quo aliquid fit. 1 Sam. VII, 16: et *iudicabat Israelem* אֵת כָּל־הַמְּקֹמוֹת הָאֵלֶּה *in omnibus istis locis* (quamvis reddi possit: iuxta omnia ista loca. Sic Debora non in urbe, sed in agro ad palmam sedens ius dicebat Iud. IV, 5). 1 Reg. IX, 25: וְהַקְטֵיר אִתּוֹ אֲשֶׁר לִפְנֵי יְהוָה *et adolebat in eo* (altari), *quod ante Dominum erat*. Kimchi עליו. — Ad primam et alteram significationem prope accedit 6) *praeter* (cf. *παρὰ ταῦτα* praeter ista) Exod. I, 14. 1 Reg. XI, 1. 25. — 7) Ellipt. pro מֵאֵת Gen XLIX, 25, ubi praecessit מִן. Lud. de Dieu (Crit. s. p. 71) eodem refert Gen. IV, 1. Mich. III, 8.

מֵאֵת i. q. מֵעִם pr. *e vicinia*, *a parte* alicuius, gr. *παρά* sequ. genit., syr. et arab. ܡܢ ܠܘܬ, من عند, lat. *a, ab*, post verba et nomina proficiscendi Gen. XXVI, 31. XXXVIII, 1. XLIV, 28, Jos. XXII, 9 mittendi Gen. VIII, 8, poscendi Exod. XI, 2, accipiendi Exod. XXV, 2. XXX, 16. Iob. II, 10, emendi Gen. XVII, 27. XXIII, 20, praestandi Exod. XXIX, 28, iubendi Ezech. XXXIII, 30. Jos. XI, 20: מֵאֵת יְהוָה הָיְתָה *a Jehova hoc* ita institutum (cf. *παρὰ Κυρίου* Marc. XII, 11 ubi Syr. ܡܢ ܠܘܬ ܡܪܝܐ). Exod. XXIX, 28: *eritque hoc Aharoni et filiis eius* לְחָק־עוֹלָם מֵאֵת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *statutum perpetuum ab Israëlitis* (praestandum). Ps. XXII, 26: מֵאִתְּךָ תְהִלָּתִי *a te* proficiscitur s. orditur *hymnus meus* (minime: *de te* agit *hymnus meus*). 1 Reg. VI, 33: *portae templi fecit postes* מֵאֵת רְבִעִית *inde a quarta parte* (parietis). Non satis accurate nostra particula usi sunt Samaritani Deut. XXXIII, 6, ubi ita textum conformarunt: ויהי מאתו מכמר *sintque ex eorum numero multi*. Abusaid: يكون منه عدد. Nam vel in simillimo Jos. XXI, 16 praecedit dandi vocabulum. — מֵאִתִּי Jes. XLIV, 24 Keri est i. q. gr. *παρ' ἐμαυτοῦ*, *ἐπ' ἐμαυτοῦ* (Joh. V, 30), proprio Marte et impetu, sponte, propria auctoritate, alibi מִמֶּנִּי Hos. VIII, 4, syr. ܡܢ ܢܦܫܗ et ܡܢ ܨܒܘܬܗ, arab. من عندى, melit. *mynni*, sam. מצבינה, מצבינך. Vide quae uberius disputavimus ad Jes. l. c. et Anecdott. orient. I p. 66. His adde Talmud. מְמֵּילָה sponte sua Gen. XLI, 13 Pseudoj. מְמֵּילֵיהֶם a se ipsis Esth. VI, 1 Targ. 2 (contr. pro מִמְּאֵלֵיהֶם) v. Buxtorf. Lex. chald. p. 1198, et syr. ܡܢ ܡܐܠܗ suopte ingenio Assem. bibl. II, p. 207. B.

אֶתְבַּעַל (*cum Baale* vivens i. e. Baale favente et auxilium praestante cf. איתיאל p. 88 fort. pro אִתִּיאֵל) N. pr. regis Sidoniorum, patris Isabellae 1 Reg. XVI, 31. Idem rex *Ἰθόβαλος* (אִתּוֹבַעַל *quocum Baal*) vocatur a Menandro Ephesio ap. Joseph. Arch. VIII, 13 §. 1. 2 et Tyriorum Sidoniorumque rex (cf. v. צִידוֹן), alibi *Εἰθώβαλος*. C. Apion. I, 18: *τοῦτον* (Pheletem) *ἀνεῖλεν Εἰθώβαλος, ὁ τῆς Ἀστάρτης ἱερεύς, ὃς, βασιλεύσας ἔτη τριακονταδύο, ἐβίωσεν ἔτη ἑξακονταοκτώ*. Alius eiusdem nominis rex Nebucadnezare Tyrum obsidente imperii fasces tenebat (Jos. Arch. X, 11 §. 1. c. Apion. 1 §. 21).

אִתַּי (ab את *instrumentum*, *vicinia* et terminatione ־ַי) N. pr. 1) viri Gathitae, praefecti militum Davidis 2 Sam. XV, 19. 22. XVIII, 2. 2) Benjaminitae v. אִיתַי p. 88.

אֶתְמוֹל heri v. sub תְּמוֹל.

II. אֵת sequ. Makk. ־אֶת c. Suff. אֹתִי, אֹתְךָ, in Pausa אֹתָךְ semel אֹתְכָה Exod. XXIX, 35, אֹתוֹ, אֹתָהּ, אֹתָנוּ, אֶתְכֶם raro אוֹתְכֶם Jos. XXIII, 15, אֹתָם, אֹתָן, אֶתְהֶן, Exod. XXXV, 26, rarius אֶתְהֶם Gen. XXXII, 1, אוֹתָהֶם Ezech. XXIII, 45, אוֹתְהֶן ib. Vers. 47 (ita quidem ut אוֹתִי, אוֹתוֹ, אוֹתָהּ cet. non minus frequenter *plene* scribantur).

1) Nota Accusativi (aram. יָת, ܝܬ), eaque imprimis nominibus definitis praeposita i. e. vel articulo munitis (Gen. I, 1: אֵת הַשָּׁמַיִם וְאֵת הָאָרֶץ coll. אֶרֶץ וְשָׁמַיִם II, 4), vel Genitivum Suffixumve regentibus (Esth. IX, 14. Ruth II, 15) vel Nominibus propriis (Jon. II, 1). Eadem particula vero 2) Nominativo praeponitur. 2 Reg. VI, 5: *quum unus eorum tignum caederet* וְאֶת־הַבַּרְזֶל נָפַל אֶל־הַמָּיִם *ferrum decidit in aquam*. 1 Sam. XVII, 34: וּבָא הָאֲרִי וְאֶת־הַדּוֹב *venit leo vel ursus*. Neh. IX, 19. Jer. XXXVIII, 16. Ezech. XXXI, 4. Jos. XXII, 17. Imprimis cum verbis passivis Gen. XVII, 5: לֹא יִקָּרֵא עוֹד אֶת־שִׁמְךָ אַבְרָם *non amplius vocabitur nomen tuum Abram*. Jos. VII, 15: *qui in sacrilegio deprehensus fuerit, igne crematur* אֹתוֹ וְאֶת־כָּל־אֲשֶׁר לוֹ *ipse et omnia sua*. Gen. IV, 18. XXI, 5. XLVI, 20. Exod. X, 8. Num. XI, 22. XXVI, 55. 60, XXXII, 5. Deut. XX, 8. Jer. XXXV, 14. XXXVI, 22. XXXVIII, 4. Hos.

X, 6., et neutris 2 Sam. XI, 25: אַל־יֵרַע בְּעֵינֶיךָ אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה *ne displiceat tibi haec res.*

Propria huius particulae vis videtur *is*, *ipse*, i. q. הוּא, זֶה, et אֶת־הַדּוֹב videtur locutio periphrastica instar graeci *τὸ τῆς ὀργῆς* pro *ἡ ὀργή*, quae pro Accusativo definito, nonnunquam etiam pro Nominativo invaluit cf. similem periphrasin דִּבְרֵי הָאֲתֹנוֹת 1 Sam. X, 2 q. d. *τὰ τῶν ὄνων* et gr. *χρῆμα τῶν νυκτῶν* Arist. Nub. 2 (Not. 1). Primaria illa potestas servata est in Rabbinismo et Syriasmo. Dan. III, 6. Vers. hebr.: את אשר לא יפול וישתחוה *is, qui non decumbit et adorat,* באותו היום eodem die, באותה השעה eadem hora pro בְּשַׁעְתָּה הַהִיא, בְּיוֹם הַהוּא (Tob. hebr. ed. Münster. III, 4. 9. IV, 1), Talmud. Berach. 3, 1. Peah 6, 4. Demai 2, 5. Jebamoth 16, 2. Adde ex ipso V. T. (modo integra est lectio) Ezech. XLVII, 17. 18. 19, eaque exempla, in quibus אֹתוֹ, אֹתָם valent *se ipsum*, *se ipsos* et reflexive explicanda sunt. Ezech. XXXIV, 2: *vae pastoribus Israëlis* אֲשֶׁר הָיוּ רֹעִים אוֹתָם *qui se ipsos pascunt, nonne oves pascere oporteret?* Comm. 8. 10. Jer. VII, 19 (cf. Not. 2). A Rabbinis (v. Aben Esra ad Gen. I, 1. Exod. X, 8) propterea explicatur עֶצֶם *os*, *corpus*, dein *ipse* (cf. גֶּרֶם) et eadem est potestas vocabuli syriaci ܝܳܬ, quod Bar Ali explicat ذات الشي ونفسه وشخصه (v. Cast. Lex. ed. Mich. p. 389. et Hottingeri *κτίσις ἑξαήμερος* p. 23), unde ܝܳܬܢܳܫ ܝܳܬܗܽܘܢ ap. Assem. bibl. orient. III p. 77 de hominibus privati sui commodi studiosis.

Quod ad etymon attinet, sunt qui אֵת referunt ad rad. arab. أَثَّ, unde أَثَاثٌ opes, supellex domestica, facultas (Cor. XVI, 82. XIX, 75. Jes. VIII, 4 Saad.), radix vero أَثَّ magis congruit cum hebraeo אָשַׁשׁ, ne dicam, formam אִתַּי ex hoc etymo explicari non posse. Si utique opus, de huiusmodi vocabuli etymo anquirere, אֵת et origine et usu videtur congruere cum arab. إِيَّا, quod non accusativo tantum, sed etiam Nominativo praefigitur, ut ضرب ايّاك verberavit te, recipr. ضربت ايّاى verberavi me ipsum, et ايّاى ego, ايّانا nos (v. Gol. p. 195). Quemadmodum enim أَيَّا est pro أَوْيَا formae فَعْلَا ab اوى et idem fere quod آيَةٌ pro أَوْيَةٌ signum, dein i. q. شخص, شخصة corpus, persona, ita אֵת esse videtur pro אֵית et idem quod אוֹת (pro אֹוֶת) signum, deinde *corpus*, *substantia*, *ipse* i. q. עֶצֶם. Arabicum آيَةٌ = אוֹת ab Arabum Lexicographis, ut vidimus, iisdem vocabulis declaratur, quibus syriacum ܝܳܬ = אֵת, אֵת declarari supra observavimus. — *Verschuirius* in diss. Lugdd. p. 862 את nonnunquam *donum* (ab אָתָה Gen. XLIX, 25. 2 Reg. XXIII, 35), adeoque *tensionem* (Zach. VII, 7. VIII, 17. Jer. XXXVIII, 16), notare contendit, cuius rei fides sit penes auctorem.

Not. 1. Rabbini, ut R. Juda Chiug (ap. Aben Esr. l. c.) et Kimchius (lib. rad. v. אֵת) vocabuli nostri vim substantivam aut pronominalem ita urgent, ut verba et pronomina nonnunquam ad אֵת, tanquam regens, neque vero ad substantivum in genitivo cogitandum referri statuant. V. c. Jos. II, 4: *et sumsit mulier ista* אֶת־שְׁנֵי הָאֲנָשִׁים וַתִּצְפְּנוֹ, ubi וֹ referunt ad אֵת. Gen. XXVII, 42: וַיֻּגַּד לְרִבְקָה אֶת־דִּבְרֵי עֵשָׂו. Exod. V, 8. X, 8. 1 Reg. II, 21, Jer. XXXVIII, 4. Similiter verbum referri videtur ad כֹּל, v. c. Nahum III, 7: כָּל־רֹאַיִךְ יִדּוֹד. Cuncta tamen ista exempla alia ratione explicari possunt.

Not. 2. Ridicule Judaei quidam veteres huc etiam referebant Deut. XXXIV, 6: וַיִּקְבֹּר אֹתוֹ *et sepelivit* (Moses) *se ipsum*. Caeterum iam circa J. Chr. aetatem huius particulae vera notio Judaeorum ingenia exercuit. In Talmud. Kidduschin f. 57 perhibetur Simeon Asmonaeus, et iuxta alios Nehemias Asmonaeus interpretatus vocem את, ubicunque locorum occurreret, et Chagiga fol. 12 A. dicitur Nahum Gamsu, praeceptor Akibae, XXII annorum vigiliis cuncta V. T. loca, in quibus inveniretur, sigillatim explicasse.

Not. 3. In locis impeditioribus est 2 Sam. XIX, 32: *Barsillaeus .... transiit Jordanem cum rege* לְשַׁלְּחוֹ אֶת־בַּיַּרְדֵּן pro אֶת־אֲשֶׁר בַּיַּרְדֵּן i. e. *ut eum comitaretur* (eique, ubi opus, adesset et opem ferret) *in traiiciendo amne*. Verbis אֶת־בַּיַּרְדֵּן designatur *alveus* Jordanis, et אֶת־ notat Accusativum loci spatiive post verbum eundi. V. *Lehrgeb.* p. 685. Lud. de Dieu ad h. l. interpretatur: *ut dimitteret eum ab in Jordane* (את pro מֵאֵת) i. e. inde a ripa Jordanis, neque ulterius prosequeretur.

אָתָה Deut. XXXIII, 2 (ubi non pauci codd. אָתָא) et **אָתָא** Jes. XXI, 12 (ubi plures contra אָתָה) plur. אָתָנוּ Jer. III, 22 (pro אָתַאנוּ, quod 7 codd. habent) fut. יֶאֱתֶה Iob. XXXVII, 22. Prov. I, 27 Plur. יֶאֱתָיוּ Job. XVI, 22, contr. et def. תֵּאתֶה Mich. IV, 8, וַיֵּתֵא Deut. XXXIII, 21 et וַיֵּאת (pro וַיֶּאֱתֶה) Jes. XLI, 25, imp. אֵתָיוּ (pro אֱתוּ) Jes. XXI, 12. LVI, 9. 12 (quae formae paene cunctae Aramaismum imitantur) 1) *venit* i. q. בּוֹא.

In linguis cognatis אֲתָא, ܐܬܐ, ܐܬܐ, أَتَى vulgaria et tritissima sunt verba significatione veniendi et intrandi (aethiop. ለተወ: intravit, cf. איתון), ab Hebraeis idem nonnisi poët. usurpatur. Vide exempla laudata. Constr. c. לְ (Jer. III, 22) et עַד (Mich. IV, 8) personae, *ad* quam quis venit. Jer. l. c.: אָתָנוּ לָךְ *venimus ad te* (Deum), tibi cultum praestituri. Part. plur. fem. הָאֹתִיּוֹת *res venturae* i. e. *futurae* Jes. XLI, 23. XLIV, 7. XLV, 11. Arab. آتٍ pro آتِي futurus Cor. XV, 85, f. آتِيَةٌ quod futu-

rum est. — 2) *evenit* alicui, *supervenit*, accidit alicui (malum) Iob. III, 25, i. q. اتا c. acc. Vide בּוֹא. — 3) i. q. בָּא *ivit*, *transiit*. Job. XVI, 22: כִּי שְׁנוֹת מִסְפָּר יֶאֱתָיוּ Vulg. ecce enim breves anni *transeunt*. Aliter A. Schultensius: „Arabismus est protritus sub verbo اتى *venerunt ei tot anni* pro *tot annos vivendo implevit*", quo adhibito statuenda esset ellipsis pro יֶאֱתָיוּנִי. Sed illud praefero.

Hiph. attulit i. q. הֵבִיא. Praet. plur. הֵתָיוּ (pro הֶאֱתָיוּ) Jes. XXI, 14 (3 codd. הֵיתָיוּ), et eadem forma pro Imp. Jer. XII, 9.

אֲתָה chald. Dan. VII, 22. inf. מֵתֵא Dan. III, 2. i. q. hebr. *venit*, c. c. עַל pers. ad quam venimus. Esr. IV, 12. V, 3.

Aph. הַיְתִי inf. הַיְתָיָה (per Hebraismum pro אַיְתִי, ut est in Targg.) 1) *adduxit* Dan. VI, 17. 25. 2) *attulit* ib. V, 3. 23. Syr. ܐܝܬܝ. *Hoph.* ex Hebraismo adscitum, sed anomalum הֵיתָי 3 fem. הֵיתָיַת Dan. VI, 18 plur. הֵיתָיוּ III, 13 *adductus*, *allatus est*. (In Targg. utuntur passivo Ithpe.)

אִיתוֹן m. pro אִתּוֹן *introitus* Ezech. XL, 15 Keri. Chethibh habet יאתון i. e. יְאַתּוֹן, quod pro derivato Futuri haberi possit (v. *Lehrgeb.* §. 121 no. 38). Nonnulli codd. אתון (אָתוֹן formae גָּאוֹן).

אַתָּה *tu* v. pag. 129.

אַתֶּם *vos*, v. pag. 129.

* אֵתָם Exod. XIII, 20. Num. XXXIII, 6 nomen loci in finibus Aegypti et deserti aegyptiaci (בִּקְצֵה הַמִּדְבָּר), a quo vicina pars deserti usque ad Maram idem nomen sortita est Num. XXXIII, 8. LXX. Ὀθώμ. Jablonskius (opusc. II, 157) vult aegyptiacum esse ⲀⲦⲒⲞⲘ i. e. terminus maris, assentiente Forstero (in epist. ad J. D. Michaelis p. 31): idque etymon probabilius quam aliud quoddam a rad. semitica יתם solitarius fuit, يَتْم solitudo, a H. E. G. Paulo propositum (Samml. v. Reisen V, p. 370). *Niebuhrius* Ethamum putat eo loco situm fuisse, quo hodie est عجرود Adschrûd castellum, duobus milliaribus ab urbe Sues distans (Arabien p. 408): at hic locus non potest non Arabiae propior fuisse. Israëlitae enim die exitus tertio urbem Pi-hahhiroth petituri rediisse dicuntur.

אֶתְמוֹל heri, v. rad. תְּמֹל.

אתן rad. inus. Arab. اتن i. q. اتل contracto brevique passu incessit. Conj. IV. stetit, constitit cf. اتمر cunctatus est, اتمر ignavia, segnities. Unde

אָתוֹן f. *asina*, a segnitie dicta. (Arab. اتان asina et onagri femella, raro اتانة Abusaid Gen. XLIX, 11 cf. exempla sub נַעַר. Aram. אַתְנָא, ܐܬܢܐ id.) Num. XXII, 23 sq. בְּנִי אֲתֹנוֹ *filium asinae suae* i. e. asinum suum. Gen. XLIX, 11. Plur. אֲתֹנוֹת Gen. XII, 16. XXXII, 16. 1 Sam. IX, 3 sq. item Iob. I, 3. XLII, 12, ex quibus locis *Gatackerus* (Advers. Miscell. p. 310) temere collegit, אָתוֹן etiam de asinis usurpari. Greges enim femellis constare solent.

אֶתוּן chald. fornax, v. rad. תְּנַן.

אֵיתָן et אֵתָן perennis v. rad. יָתַן.

אֶתְנָה, אֶתְנַן donum spec. meretricium v. rad. תָּנָה.

אֶתְנִי ibid.

אִיתָן i. q. אָתוֹן per Samaritanismum Gen. XLIX, 11 in cod. Sam. בני איתנו *filius asinae suae*, quanquam Chald. Sam. בני עמוקה *filii roboris* (cf. אֵיתָן rad. יתן). Nominibus formae קיטל delectari Samaritanos observavimus in Comment. de Pent. Sam. p. 54. Bene Abusaides بنى اتانته.

אַתֵּן vos, v. pag. 129.

אתק rad. inusit. fortasse i. q. עָתַק عتق pulchra fuit res, vel i. q. وثق firmus, stabilis fuit Conj. II. firmavit, stabilivit.

אַתּוּק i. q. אַתִּיק Ezech. XLI, 15 Chethibh.

אַתִּיק m. Ezech. XLI, 15 (Keri) 16. XLII, 3. 5 genus quoddam columnarum (v. impr. XLII, 5 coll. Vers. 6) LXX. Vulg. Cap. 42: περίστυλον, *porticum* reddunt, Syr. Cap. 41: ܠܘܪܝܩܐ i. e. lorica, septum (Geländer) cf. Deut. XXII, 8. Chald. XLI, 15 זָוִיָּת anguli s. columnae angulares, V. 16 עַתִּיקַיָּא, XLII, 3: זְוִי angulus, V. 5. זיויא tigna, nisi legendum זוויא. Kimchius certe refert, a Jonathane reddi זוויות.

אֲתַר c. Suff. אַתְרֵהּ m. chald. 1) *locus* Dan. II, 35. Esr. V, 15. VI, 5. 7. (In Targg. creberrime, syr. et sam. ܐܬܪܐ, ࠀࠕࠓࠄ id.) אֲתַר דִּי *loco*, *quo* Esr. VI, 3 per Pleonasmum Aramaeis valde usitatum, syr. ܐܬܪ ܕ Matth. VI, 19. Joh. III, 8. IV, 20, et in sequiore Hebraismo מְקוֹם אֲשֶׁר (v. מָקוֹם). 2) fort. *vestigium* i. q. arab. أَثَرٌ, إِثْرٌ, aethiop. አሰር: (cf. אָשַׁר incessit et אֲשׁוּר gressus). Inde בָּאתַר pro בְּאַתַר Dan. VII, 6. 7 *post* i. q. عَلَى اثْرِ, فِي اثْرِ in vestigio, cum Aff. בָּתְרָךְ Dan. II, 39. Syr. et Sam. ܒܬܪ, ࠁࠕࠓ post.

אֲתָרִים (loca, regiones) N. pr. loci ab Austro Palaestinae. Num. XXI, 1: דֶּרֶךְ הָאֲתָרִים *in via quae Atharimum ducit*. Ita LXX. Saad. Articulo munitum est hoc nomen proprium, quia appellativae potestatis ratio habita est, v. Lehrgeb. 656. Male Onk. Syr. Vulg. *in via exploratorum*, qs. אֲתָרִים sit i. q. תָּרִים. Eadem vocabula confunduntur a Criticis samaritanis Num. XIV, 6, ubi pro הַתָּרִים *exploratores* posuerunt האתרים. J. D. Michaelis Num. XXI appellative reddere mavult: *in via ad* (haec) *loca*, sed contextus tantum non flagitat Nomen proprium.

יְאָתְרַי N. pr. Levitae 1 Par. VI, 6, pro quo Vers. 26 אֶתְנִי. Cum ipsa scriptura incerta sit, in etymo non magnopere laborandum videtur. Conferri tamen potest وَتَرٌ = أَتَرٌ tetendit arcum.

ב

Beth (בֵּית) altera alphabeti littera, ubi numeri nota est, i. q. *duo*. Nomen hebraeum contractum est ex בַּיִת *domus*, *tentorium*, huiusque similitudinem antiquissima huius litterae figura (quaecunque illa fuit) imitata esse videtur. Hodie figuram tentorio similem habes in alphabeto aethiopico, de cuius antiquitate et origine semitica disputavimus in Encyclopaedia germ. s. vv. Aethiopische, Amharische Sprache.

Quod ad *permutationem* eius attinet, ב transit in alias litteras labiales, nominatim 1) *Phe*, ut בָּזַר et פָּזַר dispersit, בָּקַע ut ܦܩܥ fidit, בַּרְזֶל aram. פַּרְזֶל, ܦܪܙܠܐ ferrum, בָּגַר et ܦܓܪ debilis fuit, שָׁפַט sam. ࠔࠐࠈ indicavit cet.; 2) raro in *Waw*, רַבְרַב, ܘܪܒܐ magnus: idque adeo quiescens, ut בַּת־שֶׁבַע pro בַּת־שׁוּעַ, cf. Samaritanos, qui saepissime Waw Hebraeorum vertunt in Beth, ut חִוָּה, ࠇࠁࠄ indicavit, צַוָּאר, ࠑࠁࠀࠓ collum, רָוָה ࠓࠁࠄ amplus fuit, זָוִית ࠆࠁࠉࠕ angulus, et e linguis occidentalibus βόσκω, vescor, pascor, βάδω vado; 3) in *Mem*, quae litterae apud Orientales sono admodum vicinae sunt, ut ab initio verborum בָּרִיא et מְרִיא pinguis, בְּרֹאדַךְ et מְרֹאדַךְ idolum Babyloniorum, בָּחַן مَحَنَ exploravit, בָּתַר, بَتَرَ مَتَرَ secuit; in medio זְמַן ܙܒܢܐ tempus, זָמַר زَبَرَ putavit vitem, דִּימוֹן et דִּיבוֹן N. pr. fluvii, חֲבַצֶּלֶת, ܚܡܨܠܝܬܐ colchicum auctumnale; in fine מִכְתָּם i. q. מִכְתָּב scriptum, carmen. Plura exempla exstant in lingua arabica, ubi saepe بَكَّة efferunt pro مَكَّة Mecca, مغداد pro بغداد *Bagdad*, بَذَلَ et مَذَلَ liberaliter dedit (Schult. ind. geogr. v. Mecca, aliaque exempla ap. Schult. in clav. dial. p. 194 et Schroederum de vest. mulierum p. 24. 25), adeoque graeca et latina, ut βλίττω pro μελίττω (a μέλι mel); βλώσκω pro μόλω, μλόω eo, μύρμηξ (βύρμηξ) formica, *scamnum*, *scabellum*, *marmor* gall. *marbre* cet. Similiter pro hebraeo ב interpres Alexandrinus saepe ponit μ, ut לִבְנָה Λομνά 2 Par. XXI, 10, et Λεμνά Jos. XXI, 13, יַבְנֶה Ἰαμνεία, pro ב dagessato habes μβ in יְרֻבַּעַל Ἰερόμβαλος (ap. Sanchun.).

בְּ, nonnunquam ante monosyllaba בָּ (v. Lehrgeb. 628), c. Suff. בִּי; בְּךָ, בָּךְ, בָּהּ (hoc in Pausa et gen. fem.); בּוֹ, בָּהּ; בָּנוּ, בָּכֶם, בָּכֶן; בָּהֶם, בָּם et בָּהֶן praepos. inseparabilis (v. not.), eaque πολυσημοτάτη, omnibus linguis semiticis communis (arab. بِ, raro etiam بَ sec. Kam.; aeth. በ, raro ቦ, in formula ቦቱ penes me est; ܒ, בְּ), cuius varias significationes, licet continuis numeris insignitas ad tria genera revocare visum est, quae a Rabbinis בית הכלי Beth vasculi, בית הדיבוק והנגיעה Beth coniunctionis et viciniae, בית העזר Beth auxilii vocari solent.

A) Ad *primum* genus has referimus significationes, quae partim commorationem *in* loco (no. 1—3), partim motionem et introitum *in* locum (no. 4—6) designant:

1) *in*, c. Ablat. (gr. ἐν, arab. بِ et فِي) pr. de loco v. c. בַּבּוֹר in fovea, בַּדּוּד in olla, בָּעִיר in urbe, בָּאָרֶץ in terra s. provincia, בִּמְגִלַּת סֵפֶר in volumine libri (Ps. XL, 8), בַּמִּלְחָמָה in pugna (2 Sam. XIX, 4), בַּבַּיִת in domo (Gen. XXXIX, 11), it. בְּקֶרֶב, בְּתוֹךְ in medio; בָּזֶה in hoc (lo-

co), hic; בַּאֲשֶׁר in (loco), quo, ubi. Cant. III, 11: *rex Salomo* בַּעֲטָרָה *in corona* i. e. capite corona redimito. A loco transfertur ad *tempus*, ubi latine praepositio saepe omittitur, ut בַּשָּׁנָה הַהִיא in hoc anno Iudd. X, 8, בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי die septimo Gen. II, 2, בַּלֵּילוֹת Cant. III, 8, בְּנֶשֶׁף Jes. V, 11, בְּרֵאשִׁית Gen. I, 1, בְּאַחֲרִית הַיָּמִים Gen. XLIX, 1, cf. בְּטֶרֶם, בְּעוֹד chald. בֵּאדַיִן; it. ad alias conditiones, ut בְּשָׁלוֹם in pace 1 Sam. XXIX, 7 (cf. no. 18 c). In sequiore Hebraismo adeo Praepositionibus conditionem quandam designantibus pleon. praefigitur, ut בְּכֵן pro בִּהְיוֹת כֵּן, בְּכֹה pro בִּהְיוֹת כֹּה. — E singulari linguae idiomate Hebraei hac particula utuntur de fonte, origine et materia, unde aliquid fit, hauritur, egreditur. Sic a) in formula: bibere *in* poculo i. e. quae poculo insunt, pro ex poculo, ut gall. *boire dans une tasse, puiser dans une fontaine.* Gen. XLIV, 5. Amos VI, 6, cf. chald. Dan. V, 2, gr. *ἐν χρυσῷ, ἐν ποτηρίοις πίνειν* Esr. gr. III, 6. Anab. VI, 1 §. 4. Fischer ad Weller. III, 2 p. 141. b) de materia, ut apud nostrates: *eine Münze in Gold, ein Stoff in Wolle; in Erz gegossen.* 2 Par. IX, 18: כֶּבֶשׁ בַּזָּהָב *scabellum ex auro.* Exod. XXXVIII, 8: *et fecit labrum aeneum* בְּמַרְאוֹת *ex speculis.* XXXV, 32. Lev. XIII, 52. 1 Reg. VII, 14. 2 Par. XVI, 6. Ezech. VII, 20. Eodem referri potest Ps. XVIII, 9: עָלָה עָשָׁן בְּאַפּוֹ *ascendit fumus e naso eius.* Metaph. c) יָדַע בְּ cognovit ex aliqua re Exod. VII, 17.

2) *inter* (i. q. *in*, ubi refertur ad multitudinem). Jos. II, 6. Thren. I, 3: *habitat* בַגּוֹיִם *inter gentes.* 2 Reg. XVIII, 5: בְּכָל־מַלְכֵי יְהוּדָה *inter omnes reges Judae.* Iudd. V, 8. XIV, 3. Esr. I, 3. 2 Sam. XV, 31: *Achitophel* בַּקֹּשְׁרִים עִם אַבְשָׁלוֹם *est inter coniuratos cum Absalomo.* Jer. VI, 18: אֶת אֲשֶׁר בָּם *quae inter eos* sc. faciam. Iob. XV, 10. Ita a) post Adiectiva, saepe in superlativo reddenda. Cant. I, 8: הַיָּפָה בַּנָּשִׁים *pulchra* (pulcherrima) *inter feminas.* Thren. I, 1: רַבָּתִי בַגּוֹיִם *maxima inter gentes.* Jos. XIV, 15. Mich. V, 1. Prov. XXX, 30, cf. Luc. I, 28. 42. b) Plurali praefixum singularem circumscribit. Ps. CXVIII, 7: יְהוָה בְּעֹזְרָי *Jehova* est *in adiutoribus meis.* LIV, 6. XCIX, 6. Judd. XI, 35. 1 Reg. II, 7, cf. lat. in magnis viris non est habendus Cic., *ἐν σοφοῖς εἶναι* Eurip. c) Significat *partem* ex toto numero exemtam, ut alibi מִן. Ps. CXXXIX, 16: *dies mei praefiniti erant,* וְלֹא אֶחָד בָּהֶם *cum nondum unus inter eos* (ex iis) exstaret. Exod. XIV, 28. Lev. XXVI, 36. Deut. I, 35. 1 Sam. XI, 11: *non relicti sunt duo* בָם *ex iis.* Eodem fort. referendum Jes. XXXVIII, 16: כָּל־בָּהֶן (pro בָּהֶם) *quisque eorum* pro כֻּלָּם. Inde d) nonnullis verbis coniunctum haec nonnisi ad partem praedicati referri declarat, ut הִכָּה c. acc. percussit hostes, הִכָּה בְ percussit (multos) inter hostes, stragem hostibus intulit 2 Sam. XXIII, 10, הָרַג בְּ 2 Par. XXVIII, 6. Ps. LXXVIII, 31, יָצָא בְּ Jes. IX, 17. Iob. VII, 13: יִשָּׂא בְשִׂיחִי מִשְׁכָּבִי *portabit moeroris partem lectus meus.* XX, 20. Num. XI, 17. Cf. בָּנָה בְּ in aedificando occupatum esse, an etwas bauen Zach. VI, 15, אָכַל בְּ, שָׁתָה בְ comedit, bibit (partem eius), davon trinken. Prov. IX, 5. Diversa est ratio exemplorum no. 10, a.

3) *intra,* ubi refertur ad fines, quibus aliquid circumscribitur. בִּשְׁעָרֶיךָ intra portas tuas Exod. XX, 10. Deut. XXVI, 2. Saepe de tempore Jes. XVI, 14: בְּשָׁלֹשׁ שָׁנִים *intra tres annos, in drey Jahren.* Dan. XI, 20. Eccl. XI, 1. Exod. II, 23. Ubi terminum statuimus, intra quem aliquid faciendum est vel eventurum, plerumque finem eius cogitare solemus, quare etiam de tempore iam absoluto ponitur. Num. XXVIII, 26.

4) *in,* c. Accus. (*εἰς*, angl. *into*) i. q. אֶל, cf. no. 1. Gen. XXXI, 33: *ingressus est* בְּאֹהֶל יַעֲקֹב *in tentorium Jacobi*, et sic saepissime post verba eundi et ingrediendi, impr. בּוֹא Gen. XIX, 8. Deut. XXIII, 2. 3. 4. 2 Reg. IX, 31 sq., Jer. XII, 7: *dabo delicias animae meae* בְּכַף אֹיְבֶיהָ *in manum inimicorum eius.*

5) *inter* c. Accus. (cf. no. 2). Deut. IV, 27: *et Jehova disperget vos* בָּעַמִּים *inter populos.* 1 Reg. XI, 2.

6) *per.* 2 Sam. XXIV, 2: שׁוּט־נָא בְּכָל־שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל *peragra omnes tribus Israëlis.* Deut XV, 17: *accipe subulam* וְנָתַתָּה בְאָזְנוֹ *et perfora aurem eius.* Iudd. VI, 35.

B) Alterum genus eas complectitur significationum species, quae cum *propinquitatem* et *viciniam* (no. 7—9), tum *directionem* et *motum versus* locum (no. 10. 11) designant, partimque propriae sunt (no. 7—11), partim translatae (no. 12—17).

7) *ad, apud, iuxta* (cf. no. 10). בָּעַיִן ad fontem 1 Sam. XXIX, 1. בִּנְהַר־כְּבָר ad Chaboram fluvium Ez. X, 15 (cf. *ἐν ποταμῷ* ad fluvium), בַּקִּיר ad parietem 1 Reg. V, 13 (IV, 33), בַּשָּׁמַיִם am Himmel Prov. XXX, 19. מֵאָה בָּאַמָּה centies ad ulnam i. e. centum ulnae, v. אַמָּה p. 110. Cf. lat. *in* pro germ. *an*, ut Virg. Ge. II, 396: *pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis,* gall. *avoir ses souliers dans les pieds.* (Aethiop. ብዊ: *apud me* est, habeo, cf. hebr. אֵת, עִם)

8) *in* pro *super* (cf. no. 11). בְּחֹרֵב in monte Horeb 1 Reg. VIII, 9. בְּאֹהֶל מוֹעֵד super tentorio conventus Num. XIV, 10. בְּרַגְלָי in vestigiis, pr. ita ut pedibus insistas, *auf* den Fersen.

9) *coram, ante.* Gen. XXIII, 18. בְּכֹל בָּאֵי שַׁעַר עִירוֹ *coram omnibus portam urbis ingredientibus* (gr. *ἐν πᾶσι* Od. 2, 194. 16, 378). Plenius בְּאָזְנֵי, בִּפְנֵי, בְּעֵינֵי, gr. *ἐν ὀφθαλμοῖς* Il. 2, 587, *in* oculis Curt. 9, 4.

10) i. q. אֶל *ad, versus* de motione et directione ad locum personamve, ut מַשְׁתִּין בְּקִיר mingens ad parietem. Inde post verba et nomina adeundi (רוּץ בְּ Prov. XVIII, 10, שׁוּב בְּ Hos. XII, 7, דֶּרֶךְ בְּ Prov. XXX, 19, cf. سأل ب, שָׁאַל, דָּרַשׁ בְּ interrogatum *adiit*), advocandi invitandique (1 Sam. XVI, 3), adtingendi (נָגַע בְּ), adhaerendi (דָּבַק בְּ), adiungendi (אָסַר בְּ), adprehendendi (אָחַז, הֶחֱזִיק בְּ), adoriendi (פָּגַע בְּ), invocandi (קָרָא בְּ), inclinationis et adfectus (רָצָה, אָהַב, בָּחַר בְּ, arab.

(أحسن ب) adde גָּעַר בְּ increpavit, הֵחֵל בְּ illusit cet. quae cuncta latine cum particulis *ad* et *in* componuntur. Sine verbo Gen. XI, 4: *turrem*, וְרֹאשׁוֹ בַשָּׁמַיִם *cuius caput coelum attingat.* Deut. IX, 1. Hic vero particulae usus latissime patet. Spec. a) post verba videndi, audiendi, olfaciendi his voluptatis, qua hoc vel illud oculis, auribus naribusve percipimus, notionem adiungit. Quae enim placent sensibusque blandiuntur, *ad* ea oculos, aures cet. dirigimus, hisque immoramur, quemadmodum contra a tristi aspectu oculos avertimus (Gen. XXI, 16). Ita רָאָה בְּ, חָזָה בְּ adspexit cum voluptate, שָׁמַע בְּ audiendo delectatus est, cf. רִיחַ בְּ, הֵרִיחַ בְּ, it. בְּ לָחַם, אָכַל בְּ. — b) Cum hoc significatu sit *transeundi* particula, facile intelliges, qui factum sit, ut nonnullis verbis eandem vim transitivam s. causativam tribuat, quae alibi coniugatione Hiphil exprimitur. Sic עָבַד בְּ = הֶעֱבִיד servitutem imposuit; נָשָׁה mutuum accepit, נָשָׁה בְּ mutuum dedit (Arab. خفّ celer fuit, sequ. ب celerem reddidit. Harethi Moall. 9 ibique Schol. Sus. با التعدية vocant Arabum Grammatici.) — c) In iuramentis praeponitur personae vel rei, *per quam* i. e. *ad quam conversi* iuramus, Gen. XXI, 23. XXII, 16. Jos. II, 12. Cant. II, 7, vel diris devovemus 1 Sam. XVII, 43 (cf. arab. بالله *per* Deum). — d) Praeponitur singulis speciebus, quae sub generaliore quodam vocabulo comprehenduntur. Gen. VII, 21: *et peribant cuncta animalia* בָּעוֹף וּבַבְּהֵמָה וּבַחַיָּה וּבְכָל־הַשֶּׁרֶץ quae *ad aves* pertinebant, *et* quae *ad pecus et ad bestias et ad reptilia.* VIII, 17. IX, 2. 10. Hos. IV, 3. Germ. dixeris: *an* Vieh, *an* Vögeln u. s. w.

11) *in* i. q. *super* c. acc. (cf. no. 8). 1 Reg. II, 44: *vertit Deus malitiam tuam* בְּרֹאשֶׁךָ *super caput tuum.* Levit. XX, 9: דָּמָיו בּוֹ *sanguis eius* veniat *super eum.* Ita post verba דָּרַךְ, הֶאֱמִין, מָשַׁל calcavit, innixus (confisus) est, regnavit *super.*

12) *in* pro *contra, adversus.* Gen. XVI, 12: יָדוֹ בַכֹּל וְיַד כֹּל בּוֹ *manus eius contra omnes, et manus omnium contra eum.* 2 Sam. XXIV, 17. Ita post verba pugnandi (נִלְחַם בְּ), peccandi (חָטָא בְּ), irascendi (הִתְעַבֵּר, חָרָה Deut. III, 26, cf. Ps. LXXVIII, 31. Lev. XVII, 10), perfide agendi (v. בָּגַד, מָרַד, מָרָה, מָעַל, פָּשַׁע, arab. غدر ب) cet. Inde כִּזֵּב בְּ mentitus est alicui, mendacio fefellit eum (2 Reg. IV, 16), et כִּחֵשׁ בַּעֲמִיתוֹ בְּ pr. negavit in detrimentum proximi sui de aliqua re i. e. abnegavit aliquam rem v. c. depositum. Lev. V, 21. Hos. VII, 14: יָסוּרוּ בִי *defecerunt* perfide agentes *contra me.*

13) Metaph. *iuxta, secundum* i. q. כְּ. Gen. I, 26: בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ *ad imaginem nostram, secundum similitudinem nostram.* Vers. 27. Cf. V, 1. 3: *et Adamus generavit filium* בִּדְמוּתוֹ כְּצַלְמוֹ. (Pro graeco *κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν* Aethiops dedit በአርአያነ: ወበአምሳሊነ: et ita saepe በ: pro *κατά* Act. XXII, 12. XXIII, 3. 1 Cor. X, 18. Lud. Gramm. p. 159). Gen. XXI, 12: *iuxta Isaacum* (בְּיִצְחָק) *vocabitur tibi posteritas.* בְּדֶרֶךְ ad modum, morem Amos IV, 10. Jes. X, 24. 26. בַּעֲצַת רְשָׁעִים ad s. iuxta consilium improborum Ps. I, 1. בְּדִבְרֵי— ad mandatum. (Arab. بسير قروان secundum incessum catervae viatorum). Inde

14) *sicut, more* i. q. כְּ. Iob. XXXIV, 36: *propter responsa* בְּאַנְשֵׁי אָוֶן *more improborum* data (LXX. ὥσπερ οἱ ἄφρονες. 2 Codd. כְּ). XXXVI, 14 (Targ. *sicut* scorta). XXXVII, 10 (nonnulli codd. כְּ). Jes. XLIV, 4: בְּבֵין חָצִיר *sicut in gramine* (LXX. ὡς. Codd. et Editt. כְּ). XLVIII, 10: בְּכָסֶף Hieron. *quasi argentum.* Saad. كمثل الفضة. Ps. XXXVII, 20. XXXIX, 7. CII, 4. Zach. X, 5. (Codd. et Targ. כְּ) Hos. X, 15. (Ita arab. ڧ, v. c. يمشى ڧ البرنسا incedit more vulgi. Schult. Opp. min. p. 71). Impr. huc referendae sunt formulae יוֹם בְּיוֹם dies sicut dies (einen Tag wie den andern), quotidie, שָׁנָה בְשָׁנָה quovis mense 1 Par. XXVII, 1, חֹדֶשׁ בְּחֹדֶשׁ quotannis Lev. XXV, 53, פַּעַם בְּפַעַם (v. פַּעַם), בַּד בְּבַד aequis partibus Exod. XXX, 34.

15) *pro*, de pretio, praemio et permutatione (quae significatio pendet e locali, cf. lat. *loco*, et *pro* pro ante, germ. *anstatt*, et *für* in antiquiore lingua pro *vor* et versa vice). Gen. XXIX, 18: *serviam tibi septem annos pro Rahela* בְּרָחֵל. Vers. 20. 27. Jes. VII, 23: *mille vites* בְּאֶלֶף כָּסֶף *mille siclorum pretium aequantes.* Eccl. IV, 9. Thren. I, 11. 2 Sam. XXIV, 24. Hos. XII, 13. Cant. VIII, 7. 11. Ps. XV, 5: כַּסְפּוֹ לֹא נָתַן בְּנֶשֶׁךְ *pecuniam suam non dat pro fenore.* Deut. XIX, 21: נֶפֶשׁ בְּנֶפֶשׁ עַיִן בְּעַיִן *vita pro vita, oculus pro oculo* (cf. Cor. V, 49). Inde בְּנַפְשׁוֹתָם cum vitae periculo 2 Sam. XXIII, 17, cf. Jos. XXIII, 11. בְּדֵי pr. pro satietate, necessitate. (Saepissime ita Arabes ب particula de pretio utuntur).

16) Est respicientis ad aliquid, rationem habentis rei: a) *quod attinet ad* 1 Reg. V, 22 (aethiop. ዘበእንተ: quod attinet ad Lud. gr. p. 159). — b) *propter.* Gen. XVIII, 28: בַּחֲמִשָּׁה *propter quinque* illos. Exod. X, 12. 2 Reg. XIV, 6. Jon. I, 14. בַּמֶּה quare? בַּאֲשֶׁר eo quod, ob (id) quod, בִּגְלַל, בִּדְבַר ob rem, ob causam, propter. (Arab. ب propter, v. c. *accusavit eum* بالأمر *propter crimen* cf. Cor. LXXXI, 9, بما propterea quod, aethiop. በ: propter Joh. IV, 41. በእንተ: id., በዘ eo quod Lud. gr. 133). — c) *de*, post verba gaudendi (שָׂמַח, גִּיל, עָלַץ), audiendi (שָׁמַע Iob. XXVI, 14), sciendi (Jer. XXXVIII, 24), impr. loquendi, ut דִּבֶּר בְּ locutus est de aliquo, maxime (quae est mortalium φιλανθρωπία) secus et male; עָנָה בְּ testatus est de aliquo, maxime contra eum, in fraudem et detrimentum eius.

17) Nonnunquam, aeque ac לְ, Dativo exprimendum videtur. Eccl. II, 24: אֵין טוֹב בָּאָדָם שֶׁיֹּאכַל *nonne bonum est homini, ut edat* cet. Cf. VIII, 15, ubi לָאָדָם eodem contextu. (Arab. لا خلقناهم الا بالحق non creavimus eos, nisi ad verum Cor., ubi interpp. للحق).

C) Tertium genus, pariter atque alterum, a viciniae notione proficiscitur, et hos comprehendit significatus:

18) *cum* a) de societate. Num. XX, 20: בְּעַם כָּבֵד *cum populo multo.* Jes. VIII, 16: בְּלִמֻּדָי *cum cultoribus meis* i. e. adhibitis cultoribus meis. 1 Reg. X, 2. Jer. XLI, 15. XI, 19: עֵץ בְּלַחְמוֹ *arbor cum fructu suo* (cf. arab. *edi panem* بالتمر *cum dactylis).* Saepe de eo, quod manu gerimus, Gen. XXXII, 11: *cum scipione meo* (בְּמַקְלִי) *transii hunc Jordanem.* Exod. VIII, 1. 13. Jes. VII, 24. Iud. XI, 34. Ezech. XXXII, 27. Inde בְּלֹא, בְּאֵין, בִּבְלִי, בְּאֶפֶס, arab. بغير, بلا sine. Vide infra litt. d. e. b) de *auxilio.* Ps. XVIII, 30: בְּךָ אָרֻץ גְּדוּד *tecum adoriebar turmas.* LX, 14. Jes. XXVI, 13. Ps. XLIV, 10: לֹא תֵצֵא בְּצִבְאוֹתֵינוּ *non proficisceris* in bellum *cum exercitibus nostris.* c) Substantivis attributa, maxime virtutes et vitia, significantibus praemissum adverbiis circumscribendis inservit, ut בְּחִפָּזוֹן *cum festinatione,* festinanter Exod. XII, 11, בְּתָמִים *cum integritate,* integre, בִּתְבוּנָה prudenter, בֶּאֱמֶת vere, בִּמְאֹד valde, בְּשֵׂכֶל intelligenter, בְּשֶׁלִי tranquille, בְּרֶשַׁע malitiose Ps. LXXIII, 8, בְּאָשְׁרִי cum felicitate mea i. e. feliciter Gen. XXX, 13. Ps. XXIX, 4: קוֹל יְהוָה בַּכֹּחַ *vox Dei est cum robore* i. e. robore praedita. (Ita Persae سلاطين با احترام principes cum veneratione i. e. venerandi, quos honore afficiunt.)

Ad *Beth societatis* praeterea referenda duo haec idiomata: d) Verbis *eundi* postpositum, his *afferendi* vim tribuit, ut בּוֹא בְּ venire cum aliqua re i. e. eam adferre, קִדֵּם בְּ obviam venit cum i. e. obviam tulit, v. פָּקַד, יָרַד, et arab. ذهب ب abiit cum i. e. abstulit Cor. XLIII, 40, it. جاء ,اتى ,سار ,نزل ,طاف cf. de Sacy gramm. arabe I, 355. e) Quemadmodum dicitur *cum multis* (בְּרַבִּים) *veniunt contra me* (Ps. LV, 19), et *cum paucis relicti estis* (Deut. XXVIII, 62) i. e. pauci vestrum relicti sunt, in quibus nemo facile haerebit, ita etiam dicitur Num. XIII, 23: *portabant eam* (uvam) *in vecte* בִּשְׁנָיִם *cum duobus* (zu zwey, selbst zweyte), ubi duo tantum portabant (Vulg. *duo viri*), et fortasse etiam Iob. XXIII, 13: הוּא בְאֶחָד וּמִי יְשִׁיבֶנּוּ pr. *Ille* (Deus) *cum uno est* (i. e. neminem habet socium), *et quis repellet eum?*

19) Usurpatur de *instrumento,* ubi latine Ablativo utimur (arab. با الاستعانة), ut בַּחֶרֶב gladio Jos. X, 11, בְּרַגְלַיִם pedibus Ezech. XXXIV, 18, lapidare lapidibus (בָּאֲבָנִים) 2 Sam. XVI, 13, clamare gutture (בְגָרוֹן) Jes. LVIII, 1; de *intercessore* (lat. per) ut בְּמֹשֶׁה per Mosen, בְּיַד מֹשֶׁה per manum Mosis (arab. بالنبى); it. de *causa efficiente* v. c. deficere fame (בָּרָעָב) Thren. II, 19, igne (בָּאֵשׁ) cremare Lev. VIII, 32, iussus est a Deo (בַּיהוָה) Num. XXXVI, 2, הִתְנַבֵּא בַיהוָה, בַּבַּעַל per Deum, per Baalem vaticinatus est i. e. Deo, Baale inspirante.

20) *cum* pro *licet,* ut germ. *bey* alle dem, lat. *in summa* bonorum civium copia (pro licet tanta sit b. c. copia), alibi עַל. בְּכָל־זֹאת cum omnibus istis i. e. his non obstantibus, nihilo minus. Jes. IX, 11. 16. 20. X, 4. XLVII, 9. Iob. I, 22. (Persice dicunt با اين جمله) Num. XIV, 11: בְּכֹל־הָאֹתוֹת אֲשֶׁר עָשִׂיתִי *non obstantibus omnibus signis, quae edidi.* Deut. I, 32. Ps. XLVI, 3. LXXVIII, 32. LXXX, 5. (Cf. arab. بما licet, quamvis Cor. IX, 25.) Vicina est formula בְּזֹאת hoc concesso i. e. *ea lege* et conditione Gen. XXXIV, 22. 1 Sam. XI, 2.

21) Separatim pertractare placet Arabum et Hebraeorum incertae originis idioma de *Beth essentiae* (با الزيادة). Atque Arabes quidem istud ب praeponere amant praedicato, maxime ubi participio vel adjectivo illud continetur, eoque negativo (ما الله بغافل Deus non est negligens Cor. II, 79, cf. II, 7. 140. XI, 99. LVIII, 11), interrogativo (هل زيد بقايم, v. librum centum regentium ap. Hackmann. Praecid. s. p. 74), positivo (Sur. XLVI, 33). Rarius praeponitur substantivo (Ham. ap. Schult. ad Prov. III, 26), nunquam subiecto. Provocant quidem ad اذا برجل (Luc. V, 12. Act. III, 2. v. Tim. I, 66), sed ibi pendere ab ب ,اذا vel eo efficitur, quod in eadem structura ponitur رَجُلٌ, et locutio كفى بالله هاديا (Cor. IV, 7. 47. 58) non reddenda est *sufficit Deus in directorem,* sed *sufficit in Deo (an Gott)* habere *directorem.* Conferendum igitur Beth essentiae Arabum cum Accusativo post verbum substantivum posito, et explicandum est *tanquam* germ. *als* gall. *en (en honnête homme),* pr. Deus minime se gerit tanquam negligens cet. Quanta autem sit Accusativi et Ablativi (praemisso בְּ) necessitudo, impr. ubi conditio quaedam describitur et adverbiascunt nomina, nemo nescit. Cf. exempla no. 18. c, quae cuncta etiam in Accus. poni potuissent (Nold. p. 163). Aliam huius idiomatis explicandi rationem olim ingressus sum *Lehrgeb.* p. 834, aliam tentavit Schult. l. c., cui ب intimam rei qualitatem notat et emphaticum est.

Eadem vero longe plurimorum in V. T. exemplorum est ratio, potestque hic בְּ particulae usus ab usu eius comparativo (no. 14) repeti. Exod. VI, 3: *apparui Abrahamo* בְּאֵל שַׁדָּי *tanquam deus omnipotens.* Jes. XL, 10: הִנֵּה אֲדֹנָי יָבוֹא בְּחָזָק *ecce Dominus veniet tanquam robustus.* Exod. XXXII, 22: *novisti populum* כִּי בְרָע הוּא *quod malus est* (Vulg. pronus ad malum). Eccles. VII, 14: בְּיוֹם טוֹבָה הֱיֵה בְטוֹב *die laeto sis laetus.* Prov. III, 26: יְהוָה יִהְיֶה בְכִסְלֶךָ *Jehova erit spes tua.* Ps. LXVIII, 5: בְּיָהּ שְׁמוֹ *nomen eius est Jah* (Jon. יָהּ שְׁמֵיהּ. Etiam LXX. Syr. Vulg. omittunt בְּ, cf. Jes. XLVII, 4. XLVIII, 2). Jes. XXVI, 4: כִּי בְּיָהּ יְהוָה *nam Jah* (i. e. aeternus, sibi constans) *est Jehova.* Multa alia exempla, quae huc referuntur a *Storrio* (Observatt. p. 451 sq.), *Noldio* (p. 157) aliisque, nominatim omnia, quae supra (no. 18, c) recensuimus, ad hoc idioma non pertinent, et aliter explicanda sunt. Ita Hos. XIII, 9: שִׁחֶתְךָ יִשְׂרָאֵל כִּי בִי בְעֶזְרֶךָ Vulg.

quidem reddit: *perditio tua, Israel: tantummodo in me auxilium tuum*, sed coll. VII, 13 et contextu rite perpenso potius interpretandum est: *id perdidit te, Israël, quod contra me, auxiliatorem tuum* fuisti s. rebellasti (R. Sal. supplet מרדת), nisi cum Alex. interprete legere placet כִּי מִי בְעֶזְרֶךָ et reddere: *perdent te, nam quis tibi auxiliabitur?* quod commati 10 bene congruit. 1 Reg. XIII, 34 redde: *eamque ob causam* (בַּדָּבָר הַזֶּה) *in culpam incidit domus Jerobeami.* Pauca sunt exempla, eaque in sequiore Hebraismo, in quibus בְּ omnino subiecto praeponi videtur: Esr. III, 3: כִּי בְאֵימָה עֲלֵיהֶם (nisi duae constructiones בְּאֵימָה הֵם et אֵימָה עֲלֵיהֶם coaluerunt). 1 Par. IX, 33: כִּי יוֹמָם וָלַיְלָה עֲלֵיהֶם בַּמְּלָאכָה (ubi tamen reddi potest: *iis incumbebat* esse *in opere*). VII, 23: כִּי בְרָעָה הָיְתָה בְּבֵיתוֹ *quia calamitas fuerat in domo eius.* Fortasse hic inferioris aetatis Soloecismus fuit.

22) Sequente Infinitivo circumscribit Gerundium, ut בִּשְׂחוֹק in ridendo Prov. XIV, 13, et vulgo coniunctionibus exprimitur, nominatim a) *dum* (in dem cf. no. 1. de tempore usurpatum) Num. XXXV, 19: בְּפִגְעוֹ *dum incurrit in eum.* Prov. XXX, 32. Cant. V, 6. Esth. II, 8. b) *quum, postquam* (cf. no. 3. de tempore absoluto) sequ. Plusquamperf., ubi Infinitivus vim Praeteriti habet. Gen. XXXIII, 18: בְּבֹאוֹ מִפַּדַּן אֲרָם *quum venisset ex Mesopotamia.* II, 4. Exod. III, 12. Jos. V, 4. Jes. XX, 1. Iob. XLII, 10. c) *eo quod* (cf. no. 16). בְּעָזְבָם eo quod reliquerunt. 2 Par. XXVIII, 6. XXVI, 7. d) *si, etsi, licet* (cf. no. 20). Ps. XLVI, 3: בְּהָמִיר אָרֶץ *etsi transformaretur terra.* Jes. I, 15.

Not. Satis probabilis est vetus Grammaticorum opinio, בְּ decurtatum esse ex בֵּי, בַּיִת *in domo, in* (ut לְ ex אֶל, מ ex מִן): etenim 1) ipsum בֵּי (syr. ܒܝܬ) non solum *domus*, sed etiam *in* particulae potestatem habet passim in Targg. et Talmude, v. Danz. Rabbinism. §. 64, 4. 2) Hodieque in Oriente vocabulum بيت in nominibus geographicis saepe decurtatur in بي, با, ب, ut بيحبرون, بزمّار, باعابا pro بيت حبرون, بيت زمّار, بيت عابا (v. not. ad Burckhardti itin. Syr. I, 491); 3) eiusdem vero scripturae et pronuntiationis contractioris in ipso V. T. exemplum habes in בְּעֶשְׁתְּרָה pro בֵּית עַשְׁתְּרָה domus Astartes, cf. *Bebeten* et *Begabar* ap. Euseb. et Hieron. pro Beth Beten, Bethgabar; 4) similem rationem habent Persae, qui promiscue utuntur formis separatis بَه, بَا *in, cum* et inseparabili بِ, *ba, be*.

בְּ in Chaldaismo easdem ferme significationes habet, quas in Hebraismo, ut no. 1. *in* coelo, *in* somnio Dan. II, 19. 28, *in* me II, 30, *in* vasibus bibere Dan. V, 2, no. 4. dari *in* manum, no. 19 *ope* manuum II, 34 cet.

בְּדֵי v. sub דַּי, rad. דָּיָה.

בִּי vox precantis, v. sub rad. בָּעָה.

בְּמוֹ i. q. בְּ v. sub מוֹ.

בָּאַר in Kal inusit. Arab. بأر *fodit*, spec. puteum, foveam. Cf. בָּאַר, בְּאֵר, בּוֹר. Radix vicina est בָּרָא.

Pi. 1) *insculpsit* litteras lapidi, c. c. עַל Deut. XXVII, 8. Hab. II, 2. Verba enim fodiendi referuntur ad scriptionem, cf. γράφειν, *eingraben, graver*. 2) *explicavit, declaravit*, pr. eruit sententiam, erutamque exposuit. Deut. I, 5. (Sic apud Rabbinos usitatissimum, v. c. מבואר expositum, ביאור expositio. Zab. et Sam. Num. V, 18 sq. id. Fortasse conferendum etiam arab. بأر expertus est, exploravit).

בְּאֵר pl. בְּאֵרוֹת st. constr. בְּאֵרֹת (Gen. XIV, 10) f. 1) *puteus* ad aquam e venis terrae colligendam effossus (arab. بئر, syr. ܒܐܪܐ, ܒܝܪܐ id.) Gen. XXIV, 11. 20. XXVI, 19. 20. 21. Num. XX, 17. 2 Sam. XVII, 18 cet. saepe plenius בְּאֵר מַיִם Gen. XXI, 19, בְּאֵר מַיִם חַיִּים XXVI, 19. Distinguitur a fonte (עַיִן) in terrae superficie vel e rupe fluente: potest tamen *puteus* (בְּאֵר) etiam *fons* (עַיִן) vocari v. Gen. XVI, 7 coll. 14. XXIV, 11. 13. 16. De puteis bituminis Gen. XIV, 10. 2) *fovea* Ps. LV, 24. LXIX, 16. 3) N. pr. stationis Israëlitarum in finibus Moabitidis Num. XXI, 16—18. Probabiliter idem locus est, qui Jes. XV, 8 plenius vocatur בְּאֵר אֵלִים *puteus heroum*, siquidem Num. l. c. putei a principibus effossi mentio fit. 4) oppidum Palaestinae, in quo habitavit Abimelech fratrem fugiens Iudd. IX, 21. Eusebius: Βηρά . . . . ἀπέχει ἡ κώμη Ἐλευθεροπόλεως σημείοις η, ἐν τοῖς βορείοις. Observat praeterea *Maundrellus* (p. 87) esse oppidum Beer nuncupatum, quattuor circiter horarum spatio ab Hierosolymis remotum in via versus Neapolim: quod tamen num idem sit, dubito. Eundem locum esse cum בַּעֲלַת בְּאֵר Jos. XIX, 8 statuunt *Masius* ad h. l. aliique.

בְּאֵר אֵלִים v. בְּאֵר no. 3.

בְּאֵר לַחַי רֹאִי (*puteus vitae visionis* i. e. ubi post Dei *visionem* nihilo minus *vita* servata est, cf. Iud. VI, 22 sq.) nomen putei in finibus australibus Palaestinae. Gen. XVI, 14. XXIV, 62. XXV, 11. Etymon supra indicatum ab ipso sacro scriptore proponitur Gen. XVI, 14: spretis vocalibus putei nomen fuisse conieceris בְּאֵר לְחִי רָאִי *puteus maxillae* i. e. rupis (Iudd. XV, 19) vel regionis (cf. عارضة maxilla, regio v. Tim. I, 250) speciosae.

בְּאֵר שֶׁבַע *(puteus iurisiurandi* sec. Gen. XXI, 31. XXVI, 33, ubi שֶׁבַע accipitur pro שְׁבֻעָה LXX. φρέαρ ὁρκισμοῦ, sed vide infra) urbs antiqua Palaestinae (Gen. l. c. it. XXII, 19. XXIX, 10. XLVI, 1. 5), quae tribui Judae (Jos. XV, 28. 1 Reg. XIX, 3), posteaque Simeonitis cessit (Jos. XIX, 2), illegitimo cultu famosa (Amos. V, 5. VIII, 14), post exilium etiamtum memorata (Nehem. XI, 27. 30). In australibus ea terrae finibus sita erat (2 Sam. XXIV, 7), unde, si termini terrae sanctae describendi sunt: מִדָּן עַד־בְּאֵר שֶׁבַע Iudd. XX, 1. 1 Sam. III, 20. 2 Sam. III, 10. XVII, 11. XXIV, 15. 1 Reg. V, 5 (IV, 25) cf. 2 Par. XXX, 5, si fines regni Judae: מִגֶּבַע עַד־בְּאֵר שָׁבַע 2 Reg. XXIII, 8, vel מִבְּאֵר שֶׁבַע עַד־הַר אֶפְרַיִם 2 Par. XIX, 4. Hieronymi tempore superstes erat, v. Quaest. ad Gen. XVII, 30 et onomast. h. v. *est usque hodie vicus grandis in vicesimo a Chebron milliario vergens ad austrum, in quo et Romanorum praesidium positum est* (cf. Relandi Palaestina p. 484. 620), et etiamnum Seetzenius ibi quinque septemve puteos *Szabéa* dictos cum valle cognomine reperiri tradit (*v. Zach* Correspondenz XVII, 141)

בְּאֵרָא (puteus, fons) N. pr. viri Ascheritae 1 Par. VII, 37.

בְּאֵרָה (id.) princeps Rubenitarum 1 Par. V, 6.

בְּאֵרוֹת (putei) n. pr. oppidi Gibeonitarum (Jos. IX, 17), postea Beniaminitarum (Jos. XVIII, 25. 2 Sam. IV, 2), post exilium etiamtum superstitis et habitati (Esr. II, 25. Neh. VII, 29), de cuius situ ita Eusebius: καί ἔστι νῦν κώμη πλησίον Αἰλίας, κατιόντων ἐπὶ Νικόπολιν ἀπὸ ζ σημείων. Pro Νικόπολιν Hieron. dat *Neapolin*, sed illud praeferendum esse docet Relandus p. 618. Nom. gent. est בְּאֵרֹתִי 2 Sam. IV, 2. XXIII, 37, et contr. בֵּרֹתִי 1 Par. XI, 39. Cf. infra בֵּרוֹתִי.

בְּאֵרוֹת בְּנֵי יַעֲקָן (putei Iakanitarum) n. pr. stationis Israelitarum in deserto Deut. X, 6, in loco parallelo Num. XXXIII, 31 ellipt. בְּנֵי יַעֲקָן.

בְּאֵרִי (q. d. fontanus) N. pr. 1) patris Hoseae, Hos. I, 1. 2) viri Chittaei, cuius filiam duxit Esavus. Gen. XXVI, 34.

בֹּאר (per Syriasmum pro בְּאֵר) i. q. בּוֹר, quae forma usitatior est, *cisterna* 2 Sam. XXIII, 15. 16. 20 in Chethibh, ubi Keri et auctor Paralip. lib. 1, XI, 17. 18. 22 בּוֹר, cf. hist. ling. hebr. p. 40. not. 46. Plur. בֹּארוֹת Jer. II, 13.

בּוֹר (per Syriasmum pro בְּאֵר, בֹּאר, arab. بُورٌ) m. 1) *fovea*. Exod. XXI, 33. 1 Sam. XIII, 6. Ps. VII, 16. בּוֹר שָׁאוֹן fovea interitus Ps. XL, 3. — Spec. 2) *cisterna*, in qua aqua pluvialis colligitur et servatur. Gen. XXXVII, 20 sq. Lev. XI, 36. Jes. XXXVI, 16. בֹּרוֹת חֲצֻבִים cisternae lapidi incisae Deut. VI, 11. Cisternis aqua carentibus uti solebant pro carceribus (Zach. IX, 11. Jerem. XXXVIII, 6 sq.), inde 3) i. q. *carcer* Jes. XXIV, 22, plenius בֵּית הַבּוֹר Exod. XII, 29. Jerem. XXXVII, 16. — 4) *sepulcrum* (cf. syr. ܓܘܒܐ fovea, sepulcrum). Frequens est locutio יֹרְדֵי־בוֹר *qui descenderunt in sepulcrum* i. e. *mortui*. Ps. XXVIII, 1. XXX, 4. LXXXVIII, 5. CXLIII, 7. Jes. XXXVIII, 18. Ezech. XXVI, 20. XXXI, 14. XXXII, 18 sq. Prov. I, 12. יוֹרְדֵי־אֶל־אַבְנֵי בוֹר *descensuri in lapides sepulcri* Jes. XIV, 19 in sepulcris lapideis (i. e. nobilioribus) sepeliendi. עַד־בּוֹר usque ad sepulcrum Prov. XXVIII, 17. יַרְכְּתֵי־בוֹר recessus sepulcri i. e. imum sepulcrum Jes. XIV, 15.

בּוֹר הַסִּרָה (cisterna declinationis i. e. ad quam a via deflectunt) n. pr. loci 2 Sam. III, 26. Βησιρά (i. e. בֵּי סִרָה domus declinationis) dicitur Josepho (Arch. VII, 1 §. 5) et eodem auctore viginti stadiis ab Hebrone distat.

בַּיִר i. q. בְּאֵר *puteus* Jer. VI, 7 Keri. In Chethibh est בּוֹר.

בֵּרִי (i. q. בְּאֵרִי v. supra) N. pr. viri Ascheritae 1 Par. VII, 36.

בֵּרוֹתָה Ezech. XLVII, 16 et בֵּרֹתַי 2 Sam. VIII, 8 (putei, putei mei, cf. בְּאֵרוֹת) n. pr. oppidi aere divitis, quod olim Hadadesero, Zobae regi, paruerat (2 Sam. l. c.), ab Ezechiele l. c. in boreali Palaestinae termino ponitur. Sunt, velut J. D. Michaelis in Supplem. 232, qui Berytum (arab. بيروت) Phoeniciae urbem maritimam intelligunt, sed ex Ezechielis loco, hanc urbem non maritimam (v. comm. 15), sed potius Hamathae vicinam fuisse colligitur. In loco parallelo 1 Par. XVIII, 8 habes nomen כּוּן, nobis non magis cognitum, fortasse tamen pro recentiore eiusdem urbis nomine habendum. Cf. *Hase* de regno Davidis et Salom. p. 261 et *Rosenm.* bibl. Alterthumskunde II, 292.

בָּאַשׁ fut. יִבְאַשׁ 1) *male oluit, foetuit* Exod. VII, 18. 21. VIII, 10. XVI, 20. Jes. L, 2. Cf. בְּאֹשׁ. 2) i. q. chald. *malus, malae indolis fuit*, v. בְּאֻשִׁים, בָּאְשָׁה, et Hiph. no. 3. (Syr. ܐܬܒܐܫ displicuit, ܐܒܐܫ malefecit, ܒܝܫܐ malus, ܒܝܫܘܬܐ malitia, sam. ࠁࠀࠔ et ࠁࠉࠔ malus fuit, arab. بَئِسَ miser [in malo] fuit, بَوُسَ strenuus, audax [pr. malus] fuit, بَأْسٌ malum, aeth. በአሰ: malus, it. fortis fuit, unde ብእሲ: vir. Male-

olendi potestas ab Orientalibus, ut emunctae naris hominibus, saepius transfertur ad malam indolem, pariter atque bonus odor ad bonitatem et iucunditatem, cf. בָּשַׂם bene oluit et خَمَطَ iucundus fuit, טוֹב bonus fuit et طَابَ bene oluit, حَشِنَ male oluit, حِشْنٌ malevolentia, odium, pers. فرينيدن foetere et ingratum esse, شغنديدن foetere et malum esse, گنده foetidus, malae indolis. Caeterum male olendi significatum in hac rad. etiam Arabismo perperam tribuunt Schult. ad Har. IV, 50 et qui eum sequuntur).

Niph. *foetidus* et metaph. *invisus, odiosus* factus est, invidiam subiit, c. c. בְּ et אֵת (אֶת) pers. 1 Sam. XIII, 4. 2 Sam. X, 6. XVI, 21. Vide ad Kal no. 2. Praeterea observandum, odorem saepe ad famam transferri, ut apud nostrates *être en bonne, en mauvaise odeur*, v. Tim. I, 142. II, 1000 Mang. Elnawabig no. 127. Jones de poësi asiat. 134. 135 Lips., نَفْحَةٌ bonus odor, bona fama.

Hiph. 1) *foetidum reddidit* Eccles. X, 1 et metaph. *in odium et invidiam vocavit* c. בְּ pers. Gen. XXXIV, 30. Plenius Exod. V, 21: הִבְאַשְׁתֶּם אֶת־רֵיחֵנוּ *foetidum fecistis odorem nostrum* i. e. in invidiam vocastis nos. 2) intrans. *foetuit* Exod. XVI, 24. Ps. XXXVIII, 6, metaph. odiosus fuit c. בְּ 1 Sam. XXVII, 12. 3) *male egit*, ut syr. ܐܒܐܫ Prov. XIII, 5: *sermones falsos odit iustus* רָשָׁע יַבְאִישׁ וְיַחְפִּיר *impius male et turpiter agit* (mendacia effutiendo). Ita secundum scripturam receptam. Confer tamen Proverbiorum loca s. rad. בּוֹשׁ Hiph. no. 3. laudata, et vide sitne scribendum יָבִישׁ *turpiter agit*. Utraque radix forma et significatione vicina a librariis h. l. confusa esse videtur.

Hithpa. i. q. Niph. c. c. עִם 1 Par. XIX, 6, (in loco parall. 2 Sam. X, 6. Niph. sq. בְּ).

בְּאֵשׁ chald. *malus fuit*, sequ. עַל *displicuit* i. q. רַע בְּעֵינֵי Dan. VI, 15, cf. Gen. XXI, 11 Targ. Ipsa radix sexcenties in Targg. pro hebr. רוּעַ. V. supra no. 2.

בְּאֹשׁ (*beosch*) m. *foetor* Amos IV, 10, c. Suff. בָּאְשׁוֹ, בָּאְשָׁם Joel II, 20. Jes. XXXIV, 3.

בְּאֻשִׁים nonnisi in Plur. Jes. V, 2. 4 uvae *malae*, acidae et immaturae, *labruscae*, ut recte Hieron., Jarchi *lambrusques*. Kimchi: ענבים נבאשים, Saad. ענבים רעים. Aqu. σαπριαί. Symm. ἀτελῆ. Eundem usum habemus in Mischna Maaseroth I §. 2, ubi pro אבשים legendum esse באשים ex Tanchumi Hieros. glossa ms. colligitur. Uberius de hoc vocabulo disputavimus in Comment. ad Jes. I, p. 230. II, 364, et ferme receptam apud recentiores sententiam, ex qua *aconitum, napellum* intelligunt, mero Ol. Celsii (Hierobot. II, p. 199) errore niti, ostendimus.

בְּאִישׁ chald. adj. *malus, malignus*, de civitate Esr. IV, 12.

בָּאְשָׁה f. *herba mala, inutilis* (minime napellus sec. Celsium l. c.) Iob. XXXI, 40. Vett. interpp. et Abulwalides *spinas* reddunt.

בָּאתַר chald. *post* v. rad. אֲתַר.

בָּבַת v. rad. נָבַב.

בָּבֶל v. rad. בָּלַל.

בֵּבַי N. pr. viri principis cum Serubabele ex exilio reducis Esr. II, 11. VIII, 11. X, 28. Neh. VII, 16. Etymon, in lingua persica fortasse quaerendum, incertum est. Pehlevice *bab* patrem notat, cf. בָּבַי.

---

* **בַּג** vocabulum persicum *cibum* designans (باه, arab. باج scriptum), in composito פַּתְבַּג (q. v.) obvium, praeterea Ezech. XXV, 7 Chethibh: וּנְתַתִּיךָ לְבַג לַגּוֹיִם *dabo te cibum populis*, Abulwalid et Kimchi: מאכל, eamque et scripturam et interpretationem commendat Tsepregi in diss. Lugdd. I, 142. Nobis, quod in textu legitur, non magis genuinum videtur, quam quod infra XLVII, 13 scribitur זֶה pro זֶה (hic), et collatis similibus formulis Jer. XV, 13. XVII, 3 maxime Ezech. XXVI, 5. XXXIV, 28 nulli dubitamus, cum versionibus antiquis et Masorethis reponendum esse לְבַז *in praedam*, quod non pauci codd. in textu habent.

בָּגַד fut. יִבְגֹּד, semel יִבְגַּד (Mal. II, 10) pr. texit (unde בֶּגֶד stragula, vestis), inde 1) tecte, *fraudulenter, perfide egit*. (Verba tegendi, abscondendi saepe referuntur ad fraudem et perfidiam, quandoquidem tecte et ex occulto agunt perfidi. Sic لَبِسَ texit, vestivit it. dissimulavit, sam. ࠁࠂࠃ fraudavit c. c. בְּ Exod. XXI, 8; قبع קָבַע texit, abscondidit se, unde קָבַע, it. defraudavit; cf. מָעַל, דָּגַל et دجل ختل fefellit, decepit, خَتْلٌ tegmen, latibulum, دهن III. texit, fefellit, fucum fecit cet.) Ponitur absol. 1 Sam. XIV, 33. Iob. VI, 15, saepius sequ. בְּ pers. (cf. בְּ no. 12) perfide egit adversus aliquem, perfide deseruit eum Iudd. IX, 23. Thren. I, 2, nominatim amicum Thren. l. c., coniugem Malach. II, 14—16. Exod. XXI, 8, Deum Jer. III, 20. V, 11. XII, 6. Hos. V, 7. VI, 7. Raro c. c. מִן Jer. III, 20: בָּגְדָה אִשָּׁה מֵרֵעָהּ *defecit mulier a coniuge suo*, et c. acc. Ps. LXXIII, 15: הִנֵּה דוֹר בָּנֶיךָ בָגָדְתִּי *ecce familiam filiorum tuorum perfide desererem*. Part. בּוֹגֵד, Plur. בֹּגְדִים *qui perfide a Deo defecerunt, impii* (LXX. παράνομοι). Prov. II, 22. XI, 3. 6. XIII, 2. 15. XXI, 18. XXII, 12. XXIII, 28. XXV, 19. Ps. XXV, 3. LIX, 6. Jer. IX, 1. Hab. I, 13, cf. II, 5: הַיַּיִן בּוֹגֵד *vinum* (i. e. vinosus) *impie agit*. 2) *oppressit, afflixit, rapuit*, i. q. גָּזַל, עָשַׁק, c. c. בְּ.

Z

Jes. XXI, 2: הַבּוֹגֵד בּוֹגֵד וְהַשּׁוֹדֵד שׁוֹדֵד *raptor rapit et vastator vastat.* XXIV, 16: בֹּגְדִים בָּגָדוּ וּבֶגֶד בּוֹגְדִים בָּגָדוּ *raptores rapiunt et rapinam rapiunt raptores.* XXXIII, 1. Jonath. bene אֲנַס, alibi in Targg. (Ps. XXV, 3. Prov. II, 22. XI, 2. 6) בְּזַז. *Coccejus* in Lex. et *Lowth* ad l. l. c. c. rapiendi vim censent denominativam esse a בֶּגֶד, pr. veste spoliavit. Sed a primaria radicis potestate haec facilius derivatur.

בָּגוֹד (cum Kamez impuro, ut aram. קְטוֹל, ܩܛܘܿܠ, arab. قاتول, v. C. B. Mich. lumina syr. §. 30. Lehrgeb. 488) f. בָּגוֹדָה adj. *perfidus* Jer. III, 7. 10.

בֶּגֶד in Pausa בָּגֶד Ezech. XVIII, 16, c. Suff. בִּגְדוֹ, בִּגְדִי (qs. a בֶּגֶד, idque praeter normam cum Daleth raphato) Plur. בְּגָדִים, בִּגְדֵי, semel בִּגְדוֹתֶיךָ Ps. XLV, 9 m. (semel fem. Lev. VI, 20, sed m. in cod. Sam.) 1) *stragula, pannus,* quo aliquid involvitur Num. IV, 6—15, de stragulis lecti 1 Sam. XIX, 13. 1 Reg. I, 1. (Arab. بِجَاد amiculi arabici genus striatum, tapetium). — 2) *vestis* Gen. XXXIX, 12. 13. 15. XLI, 42 cet. impr. pretiosa 1 Reg. XXII, 10. 2 Par. XVIII, 9. LXX. ἱμάτιον, στολή. — 3) *perfidia* Jer. XII, 1. — 4) *rapina* Jes. XXIV, 16.

בֹּגְדוֹת pl. fem. *perfidiae* Zeph. III, 4, ad formam אֵבֶד, cf. Lehrgeb. §. 120, 4.

בָּגָה vel בָּגָא rad. spuria, quam nonnulli interpretes idem valere censent quod بغا iniustus fuit, superbe, insolenter se gessit. *Pocockium* hi sequuntur, qui (ad port. Mosis p. 140) בַּגּוֹיִם Hab. I, 5 ab Alex. Syroque interprete (coll. Act. XIII, 41) καταφρονηταί, ܡܒܣܝܢܐ transferri animadvertens, novum vocabulum בָּגוֹי effinxit, cique *transgressoris* significatum tribuit. Sed arab. بغا respondet radici hebraeae בָּעָה, neque exstant nomina formae בָּגוֹי a verbis לה derivata, prorsusque fictum est „بغا iniustus fuit; superbe, insolenter se gessit", quod in medium profert Eichhornius ad Sim. Lex. p. 205. Nec sane opus erat his artificiis. Satis enim certum, Alex. interpretem pro בגוים vel legisse vel coniecisse בֹּגְדִים. Non aliud vocabulum alibi expressit graeco καταφρονητής (Hab. II, 5. Zeph. III, 4), quemadmodum pro בָּגַד ter ponitur καταφρονέω (Prov. XIII, 15. Hos. VI, 7. Hab. I, 13).

בִּגְוַי n. pr. viri principis cum Serubabele ex exilio reducis. Esr. II, 2. 14. VIII, 14. Neh. VII, 7. 19. X, 17. Sec. etymon fort. agricola, hortulanus, a chald. בָּגָא ager, campus, בָּגָאֵי agricola, ܦܓܐ hortus, quod adeo in Persismum transiit, باغ *bagh* hortus.

* בִּגְתָא n. pr. eunuchi in aula Xerxis. Esth. I, 10, cf. אֲבַגְתָא.

* בִּגְתָן id. ibid. II, 21, et בִּגְתָנָא VI, 2.

בָּרָא 1) pr. *finxit, effinxit,* de figulo, quam primariam potestatem servavit Zabiorum dialectus in ܒܪܐ, unde ܒܪܝܐ res figlina (v. Norberg. Lexid. p. 15). 2) *excogitavit, commentus est* 1 Reg. XII, 33 (bene LXX ἐπλάσατο). Neh. VI, 8, utrobique sequ. מִלִּבּוֹ. Aben Esra et R. Sal. interpretantur כזב. Part. c. Suff. בּוֹדָאם per Syriasmum pro בּוֹדְאָם Neh. l. c. (Arab. بدا incepit, exorsus est. IV. novum quid protulit, primus fecit et excogitavit Cor. LXXXV, 13. Dschauh. Scheid. p. 9, cf. بدع I. IV. id. it. commentus est, finxit Har. II, 78. III, 154. V, 172 Sch. syr. ܒܕܝܐ 2 Pet. II, 3 pro πλαστοὶ λόγοι, rabbin. בדאי mendax et hebr. בָּדַד no. II.

I. בָּדַד *separavit se, solitarius fuit.* Arab. بَدَّ separavit, disiunxit. II. dispersit, dissipavit. IV. in partes distribuit. VIII. separatim aggressus est rem. X. sola usus fuit re, eam solam delegit, singularis fuit in ea, c. c. ب et في v. Cast. h. v. Part. בּוֹדֵד *solitarius.* Ps. CII, 8. Hos. VIII, 9: פֶּרֶא בּוֹדֵד לוֹ *onager solitarius sibi* vivens (einsam für sich). Jes. XIV, 31: אֵין בּוֹדֵד בְּמוֹעָדָיו *non erit separatus* (vel *dispersus*) *in agminibus eius* i. e. omnes conferto agmine incedent.

II. בָּדַד i. q. בָּדָא *commentus, mentitus est,* cf. etiam بَدَى et بَدَا IV. modum excessit, maxime in sermone, v. Schult. ad Iob. XI, 3. Cf. בַּד no. II.

בַּד m. I) *separatio, res separata, pars* a rad. no. I. (Arab. بُدَّة et بِدَّة sors, portio). Exod. XXX, 34: בַּד בְּבַד *pars sicut pars* i. e. aequis portionibus (cf. בְּ no. 14), ut recte LXX. Vulg. Targg. et Arabs uterque. (Aben Esra et Abarbenel: *singula* aromata *seorsum,* atque ita hac formula utuntur in Talm. Schabb. 2.) Vide infra Plur. In Sing. לְבַד *ad partem, in separatione* abit in particulam, et valet 1) adv. *separatim, seorsum,* gall. *à part.* Exod. XXVI, 9: *quinque aulaea separatim* (לְבַד) *et sex aulaea separatim* (לְבַד). XXXVI, 16. Iudd. VII, 5. Zach. XII, 12. 13. 14. Saepe hoc significatu additur suffixum personae. Gen. XXI, 28: וַיַּצֵּב אַבְרָהָם אֶת־שֶׁבַע כִּבְשֹׂת

הַצֹּאן לְבַדְּהֶן *collocabat autem Abrahamus septem agnos separatim.* Vers. 29. XXX, 40. XXXII, 17. XLIII, 32 cet. (Arab. بَدَادَ separatim, sigillatim, unde in proeliis, ut singuli singulos adoriantur, exclamatur يا قوم بداد بداد). Frequentius etiam 2) לְבַד cum Suff. est i. q. *solus, a, um.* Gen. II, 18: לֹא־טוֹב הֱיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ *non est bonum, hominem esse solum* pr. in solitudine sua. אָנֹכִי לְבַדִּי ego solus Num. XI, 14; אַתָּה לְבַדֶּךָ Exod. XVIII, 14; יַעֲקֹב לְבַדּוֹ Gen. XXXII, 25, הַכֹּהֲנִים לְבַדָּם sacerdotes soli Gen. XLIV, 20. XLVII, 26. שְׁנֵיהֶם לְבַדָּם ambo illi soli 1 Reg. XI, 29. Etiam post casus obliquos ut Dat. לְךָ לְבַדְּךָ tibi soli Ps. LI, 6, Acc. אֹתוֹ לְבַדּוֹ eum solum 2 Sam. XX, 21; Genitivum Ps. LXXI, 16: צִדְקָתְךָ לְבַדֶּךָ pr. iustitia tui, tui solius i. e. *tua solius iustitia.* LXXXIII, 19: שִׁמְךָ יְהוָה לְבַדֶּךָ nomen tui, tui solius. Eodem modo ferme in omnibus linguis cognatis adiectivum *solus* circumscribunt, arab. أَنْتَ وَحْدَكَ tu solus, هُوَ وَحْدَهُ ille solus, aethiop. ሰለትየ ego solus, haud dubie pro በለሐቲትየ in solitudine mea, quod Ludolfum non vidisse miror, ሰለሐቲትከ tu solus cet., chald. אֲנָא בִּלְחוֹדַי ܐܢܐ ܒܠܚܘܕܝ ego solus (itidem pro בְּלִחוּדִי, a rad. אֲחַד abiecto א, ut in חֲדָא, לְחַדָא), corruptius etiam apud Samaritanos ࠋࠇࠃࠉ ego solus, raro plenius ࠋࠇࠅࠃࠉ, ࠋࠇࠅࠃࠉ Castelli Heptagl. col. 1882. 1902. 1943. — 3) adv. restringendi: *solum, tantum,* in sequiore Hebraismo Eccles. VII, 29. Jes. XXVI, 13. (Ita saepissime לְחוּד, ࠋࠇࠃ pro hebr. רַק ,בַּד ,גַּם). — 4) sequ. מִן abit in Praepos. *praeter* Exod. XII, 37; *praeter parvulos.* Num. XXIX, 39, Jos. XVII, 5, semel sequ. עַל Esr. I, 6. Idem valet מִלְּבַד Gen. XXVI, 1. Num. XVII, 14. Deut. XXVIII, 69, c. Suff. מִלְּבַדּוֹ praeter eum Deut. IV, 35, מִלְּבַד אֲשֶׁר praeter (id) quod Num. VI, 21. 1 Reg. X, 13.

Plur. בַּדִּים 1) *partes, membra* corporis, de hominibus et bestiis. Iob. XVIII, 13. XLI, 4. — 2) *rami* arboris Ezech. XVII, 6. XIX, 14. Similiter κῶλα et *membra* tribuuntur arboribus (Anthol. gr. p. 292. Cerda ad Virg. Ge. II, 19) et plura alia vocabula ab animalium natura transferuntur ad plantas et contra, v. sub יוֹנֵק. 3) *vectes,* impr. ad portandam arcam foederis Exod. XXV, 13 sq. XXVII, 6. 7. XXXVII, 5 sq. Num. IV, 6 sq. cet. (Arab. بَدّ, syr. ܒܕܐ chald. בַּד trabs torcularis, torcular. Castell. col. 274. 75). Iob. XVII, 16: בַּדֵּי שְׁאֹל *vectes orci,* cf. שַׁעֲרֵי שְׁאוֹל Jes. XXXVIII, 10. (Argutatur Schnurrerus dissert. 252 obvertens, בַּדִּים nonnisi vectes ad portandum designare; non vectes portae claudendae: Hi enim etiam Hos. XI, 6 intelligendi sunt, sicut utraque res latine quoque eodem vocabulo declaratur. Is vero, quem ipse commendat, significatus *solitudines orci* a Plurali prorsus alienus est). Metaph. Hos. XI, 6: *irruit gladius in urbes eius* (Israëlis), וְכִלְּתָה בַדָּיו *et consumit vectes eius,* i. e. principes, tuendae civitati invigilantes, alibi *clypeos* dictos (IV, 18). Chald. עֲבוֹרִין. Alii *vectes portae* proprie dictos intelligunt.

II) Plur. בַּדִּים (a rad. no. II.) 1) *commenta, mendacia, magnifica verba* Iob. XI, 3. Jes. XVI, 6. Jer. XLVIII, 30. 2) i. q. אַנְשֵׁי בַדִּים *mendaces,* de hariolis et pseudoprophetis. Jes. XLIV, 25. Jerem. L, 36.

III) *linteum,* idque album et tenuissimum, quo constabant vestes sacerdotum Exod. XXVIII, 42. XXXIX, 28. Lev. VI, 3. XVI, 4, aliorumque sacerdotali munere fungentium 1 Sam. II, 18. 2 Sam. VI, 14. 1 Par. XV, 27. Ipsi angeli vestibus linteis, tanquam sacris, induti credebantur Ezech. IX, 2 sq. Dan. X, 5. XII, 6, cf. Joh. XX, 12. Act. I, 20. Plur. בַּדִּים vestes linteae Ezech. et Dan. l. l. c. c. LXX in Pent. ubique λίνεος, λινοῦς, semel βύσσινος 1 Par. l. c. Linigeros fuisse etiam Brachmanos et Aegyptiorum sacerdotes, satis constat, et Ezech. XLIV, 17 sacra vestimenta ex פִּשְׁתִּים i. e. lino facta memorantur. Aben Esra: שש הוא הבד מין ממיני פשתים ימצא במצרים לבדו רק הוא לבן ואינו צבוע *Schesch idem est quod bad, species quaedam lini, in sola Aegypto nascens, tenuis et alba, quae non tingitur.* Eadem est Talmudistarum sententia (v. *Braun* de vest. sac. p. 101), qui בַּד inde dictum esse volunt, quod seorsum surgat e terra, nec duo culmi ex uno seminis grano nascantur. Quod quanquam non admodum placet, aliud etymon in promtu non est, nisi linteum a singulis filis ita dictum existimabis. Arabes habent بَزّ byssus.

בָּדָד m. *separatio* i. q. בַּד no. I. Usurpatur nonnisi adverbialiter 1) בָּדָד in Accus. *seorsum* Lev. XIII, 46, *solitarie,* quod latine plerumque adiectivo *solus, a, um* exprimitur. Jes. XXVII, 10: עִיר בְּצוּרָה בָּדָד *urbs munita stat sola* i. e. derelicta. Thren. I, 1. III, 28. Deut. XXXII, 12: יְהוָה בָּדָד יַנְחֶנּוּ *Jehova solus ducebat eum.* XXXIII, 28. Jer. XV, 17. XLIX, 31. 2) לְבָדָד solitarie pro *solus, a, um.* Num. XXIII, 9. Ps. IV, 9. Mich. VII, 14.

בְּדַד (separatio, pars) n. pr. *Bedad,* pater Hadadi, regis Idumaeorum. Gen. XXXVI, 35. 1 Par. I, 46.

בָּדַל in Kal inusit. Vicina est rad. בָּתַל بتل *separavit, discrevit.* Arabicum بدل *mutandi permutandique* potestatem habet ab Hebraismo alienissimam neque audiendus *Aurivillius,* qui in pec. dissertat. de hac rad. (quae in Sylloge dissertt. ab J. D. Michaele editarum *sexta* est) cuncta V. T. exempla ad hanc significationem Arabiae propriam revocare conatus est, adsentiente Dindorfio (in Lex. hebr.).

Hiph. 1) *separavit, disiunxit.* Levit. I, 17: *scindat eam* (avem) *in alis,* וְלֹא יַבְדִּיל *ne que vero disiungat* i. e. dissecet, divellat. V, 8. Spec. a) separavit duo loca velo, pariete, muro. Exod. XXVI, 33. Ezech. XLII, 20. Cf. Gen. I, 6: וִיהִי מַבְדִּיל בֵּין מַיִם לָמָיִם *et separet* firmamentum *aquas ab aquis* i. e. coelestes a terrestribus. b) separavit res antea permixtas, velut metalla in fodinis (v. בְּדִיל), lucem et tenebras (utpote antea in rudi indigestaque rerum mole inter se confusas) Gen. I, 4: *et separavit Deus lucem et tenebras.* (Minus bene vulgo: distinxit Deus inter lucem et tenebras). Refertur c) ad personas antea amice coniunctas. Jes. LIX, 2: *peccata vestra separant vos a deo vestro.* — 2) Transfertur ad animam et valet *discrevit, distinxit* res diversas. Lev. X, 9. 10: *vinum et temetum ne bibatis* . . . . . וּלְהַבְדִּיל בֵּין הַקֹּדֶשׁ וּבֵין הַחֹל *ut discernere possitis sacrum et profanum.* XI, 47. XX, 25. Ezech. XXII, 26. XLII, 20. In utraque hac significatione (no. 1. 2) sequitur בֵּין — וּבֵין Gen. I, 4. 7. Exod. XXVI, 33. Lev. X, 10. XI, 47, בֵּין — לְבֵין Jes. LIX, 2, בֵּין — לְ Gen. I, 6. Ezech. XXII, 26. XLII, 20. (Cf. arab. فصل divisit, et ألف coniunxit sequ. بين). — 3) *seiunxit* a reliquis, *selegit* ex iis, in bonam partem. Num. VIII, 14: וְהִבְדַּלְתָּ אֶת־הַלְוִיִּם מִתּוֹךְ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *et seiungas Levitas ab reliquis Israëlitis.* XVI, 9. Lev. XX, 24. 26. Esr. VIII, 24. Nonnunquam praeterea additur לְ rei, cui aliquid destinamus 1 Reg. VIII, 53, etiam omisso מִן Deut. IV, 41: אָז יַבְדִּיל מֹשֶׁה שָׁלֹשׁ עָרִים . . . לָנֻס שָׁמָּה *tunc Moses selegit tres urbes* . . . . *in quas confugeret* homicida. X, 8. 1 Par. XXV, 1. Absolute ponitur Deut. XIX, 7. Ezech. XXXIX, 14. — 4) *seclusit, segregavit,* in malam partem v. c. peregrinos turbamque miscellam a populo, sequ. מִן Neh. XIII, 3. et מֵעַל Jes. LVI, 3. Additur לְרָעָה Deut. XXIX, 20, ut saepe locutionibus mediis. Cf. etiam Levit. XX, 25: אֲשֶׁר הִבְדַּלְתִּי לָכֶם לְטַמֵּא *quae segregavi vobis, ut impura censeantur.*

Niph. 1) pass. Hiph. no. 3, *seiunctus est, seiunxit se,* velut a populis profanis, sequ. מִן Esr. VI, 21. IX, 1. X, 11. Neh. IX, 2. X, 29. it. *selectus est* Esr. X, 16, sequ. לְ ad aliquod negotium 1 Par. XXIII, 13. 2) pass. Hiph. no. 4. *seclusus est,* Esr. X, 8. 3) *discessit* e loco. Num. XVI, 21: הִבָּדְלוּ מִתּוֹךְ הָעֵדָה הַזֹּאת *discedite ab hoc coetu* (V. 24. הֵעָלוּ, V. 26. סוּרוּ), sequ. אֶל discessit in partes alicuius, partes alicuius sequi coepit 1 Par. XII, 8.

בָּדָל m. semel legitur Amos III, 12 de ove: בְּדַל אֹזֶן *particula auris.*

בְּדִיל m. 1) *stannum* i. e. plumbum nigrum, quod in fodinis invenitur argento mixtum, et vi ignis ab eo *separatur,* nostratium *Werk.* Plin. H. N. XXIV, 16: *Plumbi nigri origo duplex est. Aut enim sua provenit vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, mixtisque venis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur.* Ibid. cap. 17. XXXIII, 9, cf. Beckmann ad Arist. de mirab. auscult. p. 102. Eiusd. Geschichte der Erfindungen IV, 3, Schneideri Lex. gr. v. κασσίτερος. Jes. I, 25: וְאָסִירָה כָּל־בְּדִילָיִךְ *removebo omnia stanna tua* i. e. spurias et impuras metalli partes. Parall. סִגַיִךְ *scorias tuas.* — 2) *plumbum album,* nostratium *Zinn.* Num. XXXI, 22. Ezech. XXII, 18. 20. XXVII, 12.

מִבְדָּלוֹת f. pl. *separationes, loca separata.* Jos. XVI, 9: וְהֶעָרִים הַמִּבְדָּלוֹת לִבְנֵי אֶפְרַיִם *et urbes, quae separatim destinatae sunt Ephraimitis.* Si sanae sunt vocales, הֶעָרִים et הַמִּבְדָּלוֹת appositione iunctae sunt, probabiliter vero legendum הַמֻּבְדָּלוֹת vel הַמִּבְדָּלוֹת, ut sit part. Hophal.

בְּדֹלַח merx quaedam preciosa, Gen. II, 12 aurum inter et gemmas commemorata in Chavila (i. e. regione ad mare persicum, et fortasse India) nascens, Mannam arabicam specie referens (Num. XI, 7), quae posterior granis squamulisque candidis constans pruinae alibi comparatur (v. Exod. XVI, 14 ibique LXX. Num. l. c. ibique Syrum interpretem, cf. J. E. Fabri hist. Mannae §. 24. 29), auctore tamen Burckhardto (itin. in Syriam p. 954 vers. germ.) coloris est subflavi (quem alii Mannae persicae tribuunt). E vett. intpp. βδέλλιον, *bdellium* intelligunt Aqu. Symm. Theod. Vulg. Josephus (Archaeol. III, 1 §. 6), assentientibus e recentioribus Salmasio (homonym. hyles iatr. p. 181 sq.), Celsio (Hierob. I, 324 sq.), Clerico ad Gen. l. c. al. Lacrima haec est arboris, subalbida, resinosa, pellucida, ad thuris colorem vergens, quae fracta cerei apparet coloris, granis thuris, sed crassioribus. Plin. H. N. XII, 9 s. 19: *vicina est Bactriana, in qua bdellium est nominatissimum. Arbor nigra est, magnitudine oleae, folio roboris, fructu caprifici naturaque. Gummi alii brochon appellant, alii malacham, alii maldacon* . . . . *Esse autem debet translucidum, simile cerae, odoratum et quum fricatur, pingue, gustu amarum citra acorem. In sacris vino perfusum odoratius. Nascitur et in Arabia, Indiaque et Media ac Babylone* . . . *Bactriano nitor siccus, multique candidi ungues.* Similia de Bdella dat Isidor. Origg. XVII, 8, qui tamen addit: *ex India sordida est et nigra et maiori gleba.* Uterque profecit ex Dioscoride (I, 71 al. 80), ex quo haec addimus: βδέλλιον. οἱ δὲ μάδελκον, οἱ δὲ βολχὸν (βδολχὸν ex conj. Salmasii ad Solin. p. 809) καλοῦσι . . . . . φέρεται δὲ ἀπὸ τῆς Πέτρας, ξηρὸν, ῥητινῶδες, ὑποπέλιον, δευτερεῦον τῇ δυνάμει. Cf. praeterea Avic. p. 206 et Kämpfer. amoenit. p. 668, qui bdellium (مقل, بهش) vulgare e palmarum specie, دوم dicta (Borasso flabelliformi L.), provenire testantur. Atqui huius de vc. nostro sententiae patroni provocant ad consensum nominum בְּדֹלַח μάδελκον, βδολχὸν (quod tamen coniecturale est), βδέλλα, βδέλλιον, qui sane aliquid momenti habet in aromatis orientalis vocabulo, qualia a Graecis Romanisque servari solent (v. hist. ling. hebr. p. 66): additque etymon Jo. Simonis, בְּדֹלַח e duobus synonymis بدغ et دلخ pinguis fuit (cf. supra Plin.) conflatum esse coniiciens. E contrario bdellium non

tam eximium est naturae donum, ut aurum inter et gemmas memorari utque ab eius proventu regio Chavilae magnopere laudari potuisset. Hanc igitur ob causam haud adeo spernenda est Judaeorum (ut Saad., Ar. Erp., Gr. Venet. Abulwalid. Kimchii cet.) opinio, a Bocharto (Hieroz. II, 674—83. III, 592 Lips.) docte exornata, *margaritas* intelligendas esse, quarum magnam vim in sinus persici littoribus et in India expiscantur, quibusque mannae granula non inepte comparari poterant. Dedit et etymon Bochartus, quadril. בְּדֹלַח a rad. בָּדַל (addita in fine littera gutturali, v. Lehrgeb. 863) margaritam *selectam* et *eximiam*, *unionem* valere observans, coll. arab. فَرِيدٌ unio, a rad. فرد, quae idem valet quod בָּדַל. — Gemmae lapidisque pretiosi genus vel eam ob causam intelligi non potest, quod in Genesi אֶבֶן discrte praeponitur vocabulo sequenti שֹׁהַם, non nostro. Male igitur LXX in Gen. ἄνθραξ i. e. *rubinus*, et in Num. κρύσταλλος, it. Hebraei ap. Abulw. qui البلّو i. e. *crystallum* reddunt, adstipulante Relando (de situ paradisi §. 12): et peius etiam recentiorum nonnulli (ut Wahlius in descr. Asiae p. 856, et Hartmannus de muliere hebraea III, 96), qui *beryllum*, modo viridem modo aurei coloris gemmam, intelligunt. Provocant illi ad Onkel. qui in Num. illud reddat ברוליחא, et ad Sam. intp. qui ibid. scribat ברולח: sed nihil tale in Polyglottis, ubi Onk. בְּדֻלְחָא, Sam. ࠁࠃࠋࠇ. Ipse contextus Samaritanus, cui scripturam ברולח *Beroola* tribuit Wahlius, tuetur vulgare ࠁࠃࠋࠇ (1 cod. ࠁࠃࠋࠇ). Hoc ipso vero nomine Samaritanos gemmam indicasse, ex eo apparet, quod ࠁࠃࠋࠇ Exod. XXVIII, 20 in altero Vers. codice exstat pro hebr. יָשְׁפֵה. — Plane denique repudiandi, qui in utroque Pentateuchi loco duas res diversas intelligi opinantur, ut J. D. Michaëlis in Supplemm. p. 152, qui idem de veterum interpretationibus minus accurate retulit. — Onk. in utroque loco retinet בְּדֻלְחָא, בִּדְלְחָא, Pseudojon. בִּידְלְחָא, Syrus ܒܘܕܠܚܐ, quam scripturam etiam nova edit. Lond. tuetur. Vocabulum obscurum סנקלא, quo intp. Sam. usus est in Genesi, Winerus bene interpretatur *gossypium*, chald. פְּקוֹלָא.

בְּדָן rad. inusit. et dubia. Arab. بَدَنٌ corpus (cf. בֶּטֶן) et بَدُنَ magno crassoque corpore fuit.

בְּדָן N. pr. 1) viri Manassitae 1 Par. VII, 17. 2) iudicis Israëlitarum, si vera lectio 1 Sam. XII, 11. Quum liber Iudicum huius nominis heroa ignoret, iam e vett. interpp. LXX. Syr. Arabs pro Bedano dederunt Baracum (בָּרָק Iudd. IV, 9), et nobis quoque non improbabile, hanc veram esse scripturam, quanquam Baracus accuratius ante Gideonem memorandus fuisset. Chald. *Simsonem* reddit, qs. בְּדָן sit *in* (tribu) *Dan* vel i. q. בֶּן־דָּן *Danita*, eamque sententiam inter recentiores sequitur etiam Jo. Simonis, qui בדן i. e. *magni corporis vir* Simsonis epitheton fuisse statuit. V. Cleric. ad h. l.

בָּדַק 1) *fidit, rimas egit* (cf. בָּתַק, et quae ibi adnotavimus, neque vero بثق ab Eichhornio collatum, quod arabicum non est). V. בֶּדֶק. 2) denom. a בֶּדֶק *rimas reparavit*, instauravit ruinas aedificii. 2 Par. XXXIV, 10: לִבְדּוֹק וּלְחַזֵּק הַבָּיִת Vulg. *ut instaurarent templum et infirma quaeque sarcirent*. LXX. ἐπισκευάσαι καὶ κατισχῦσαι τὸν ναόν. Syr. ܒܕܩ et ܒܕܩ id. 2 Reg. XII, 7. XXII, 5 ibique Ephr. Usitatior etiam est Aramaeis translata scrutandi investigandique significatio (pr. rimatus est), quam Coccejus loco laud. adhibet, sed invito contextu. Peius etiam Rabbini *rimas* aedium ab inspiciendo dictas esse volunt.

בֶּדֶק c. Suff. בִּדְקֵךְ m. *fissura*, *rima*, quod *ruinosum* est in aedificio (2 Reg. XII, 6 sq.), in nave Ezech. XXVII, 9. 27. Vulgaris formula est: חִזֵּק הַחֲזִיק בֶּדֶק, חַבֶּדֶק instauravit quod ruinosum est 2 Reg. Ezech. l. c. (Nasor. ܒܕܩܐ rima, fissura).

בִּדְקַר N. pr. centurionis regis Jehu. 2 Reg. IX, 25. (Arab. إبذقر dispersus est).

בְּדַר chald. Pa. בַּדַּר *dispersit* Dan. IV, 11. In Targg. saepissime pro hebr. בָּזַר, פִּזַּר, זָרָה, הֵפִיץ. Syr. ܒܕܪ, sam. ࠁࠃࠓ id.

בָּהָה rad. inusit. quae pr. *puritatis* vim habuisse videtur. Hanc apud Arabes partim translata est ad *nitorem* et *ornatum*, unde بَهَا nituit, canduit, venustus fuit, بَهَآءٌ nitor, partim ad *inanitatis* notionem unde بَهِيَ vacua et inanis fuit domus, supellectile caruit, Conj. IV. vacuam reddidit domum tentoriumque, evacuavit vas, vacuum reliquit equum, بَآءٌ pro بَاهٍ domus vacua et inanis, cf. Syr ܒܗܘܐ vacuitas, ܒܗܘܬܐ id. Eandem significationum seriem habes in נָקָה purus fuit Ni. evacuatus, desertus fuit, neque ad antiphrasin confugiendum est. Caeterum

haec puritatis, candoris et nitoris vis pluribus radd. a syllaba בה ordientibus communis est, v. بهج, בָּהַק, בָּהַר.

בֹּהוּ m. (pro בֹּהַר, formae segolatae) *vacuitas*, *inanitas* et concr. res vacua et inanis. Ter paronomastice iungitur vc. תֹּהוּ, de Judaea vastata et incolis vacua Jer. IV, 23, de terra recens creata Gen. I, 2 (Onk. bene וְרֵיקָנְיָא, Sam. וריקני. Syr. ܣܦܩܐ ܘܣܪܝܩܐ), et Jes. XXXIV, 11, de quo loco v. אֶבֶן no. 6.

בָּהַט rad. inusit., fort. i. q. arab. بهت mentitus est.

בַּהַט Esth. I, 6 marmoris species, ex qua pavimenta fiebant. LXX. Vulg. σμαραγδίτης *smaragdites*. Arab. بَهْت sec. Kamûs. p. 176 حَجَرٌ مَّ lapidis genus notum. Cum vc. arabicum pr. *mendacium* notet, suspicor, hunc lapidem ita vocari tanquam marmor adulterinum, quod veri marmoris speciem *mentiatur*. Aliis nomen a gravitate ductum videtur, coll. بهظ gravis, molestus fuit. Abulwalides reddit رخام marmor album, et بَلَنْط lapis marmori similis, cuius usus est in pavimentis. Cf. J. E. Faber Archaeologie d. Hebraeer p. 379.

בָּהַל vel **בָּהֵל** in Kal. inusit. probab. trepidavit, vel trans. terruit, cf. transp. בָּלַה et aethiop. ባለለ: terrorem incussit, ל et ר permutatis. Vicinum est arab. بَهَلَ exsecratus est (v. LXX Jes. LXV, 23) pr. diris terruit, increpavit, cf. בָּהַת, בָּאַח, גָּעַר.

Niph. 1) *trepidavit.* Tribuitur ossibus Ps. VI, 3, manibus Ezech. VII, 27, translate animo Ps. VI, 4. Inde 2) *perculsus est*, terrore, pavore, timore, impr. propter calamitatem, quae vel ingruit, vel iamiam accidit. Exod. XV, 15. 1 Sam. XXVIII, 21. 2 Sam. IV, 1. Ps. XLVIII, 6. XC, 7. Ezech. XXVI, 18. Sequitur מִפְּנֵי Gen. XLV, 3. Iob. XXIII, 15. Eccles. VIII, 3. Involvit animi desponsionem Iob. IV, 5: תִּגַּע עָדֶיךָ וַתִּבָּהֵל *nunc tangit te, et perculsus es?* i. e. animum despondebis? — Jes. XXI, 3: נִבְהַלְתִּי מֵרְאוֹת ita *perculsus sum*, *ut non videam*. Iob. XXI, 3: אִם זָכַרְתִּי וְנִבְהָלְתִּי *ubi memini*, *horrore percellor.* — 3) *trepide fugit.* Iudd. XX, 41. — 4) *festinavit* ad aliquid, sequ. לְ. Prov. XXVIII, 22: נִבְהָל לַהוֹן אִישׁ רַע־עָיִן *festinat ad divitias vir invidiosus* i. e. anxie petit divitias. (Cf. נֶחְפָּז, מָהַר et XX, 21). — 5) *subito periit.* Ps. CIV, 29: *obvelas faciem tuam* יִבָּהֵלוּן *subitoque pereunt* (creaturae) cf. בֶּהָלָה no. 2. Part. fem. נִבְהָלָה subst. *exitium subitum*, cf. נֶחֱרָצָה. Zeph. I, 18: כִּי כָלָה אַךְ־נִבְהָלָה יַעֲשֶׂה אֵת כָּל־יֹשְׁבֵי הָאָרֶץ *nam calamitatem, immo subitum exitium parat* (Deus) *incolis terrae.* Al. *calamitatem* eamque *valde festinatam* cet.

Pi. 1) *terrore perculit*, *perterrefecit* Ps. II, 5. LXXXIII, 16. Dan. XI, 44. 2 Par. XXXII, 18. Iob. XXII, 10, inde *fecit*, *ut animum desponderet*, (parall. רִפָּה יָדַיִם). Esr. IV, 4 Keri: מְבַהֲלִים אוֹתָם לִבְנוֹת *et id agebant*, *ut animum desponderent* (Israëlitae) *in aedificando*, desisterent ab opere. — 2) *acceleravit* Esth. II, 9. Inde 3) sequ. Gerundio i. q. מִהֵר *festinavit* aliquid facere Eccles. V, 1. VII, 9.

Pu. acceleratus est. Prov. XX, 21 Keri: נַחֲלָה מְבֹהֶלֶת *opes acceleratae* i. e. nimis anxie et festinanter comparatae. Inde מְבֹהָל celer Esth. VIII, 14.

Hiph. 1) i. q. Pi. no. 1. Iob. XXIII, 16. 2) i. q. Pi. no. 2 Esth. VI, 14. 3) *deturbavit* aliquem e loco. 2 Par. XXVI, 20.

בְּהַל chald. in Pe. inusit.

Ithpe. Inf. הִתְבְּהָלָה subst. *festinatio*, *celeritas*, et cum praef. בְּ adv. *celeriter* Dan. II, 25. III, 24. VI, 20. (Sam. ࠄࠕࠁࠄࠋ perturbatus est).

Pa. terruit Dan. IV, 2. 16. VII, 15. *Ithpa. pass.* V, 9. Saepe ita in Targg.

בֶּהָלָה f. 1) *terror* Lev. XXVI, 16. Plur. Jer. XV, 8. 2) *exitium repentinum* Jes. LXV, 23. (LXX. κατάρα, ex usu loquendi Arabum, quibus بهل valet mala imprecatus est). Ps. LXXVIII, 33.

בְּהִילוּ f. chald. *festinatio* Esr. IV, 23, cf. Jes. LII, 12. Eccl. IV, 12 Targ.

בָּהַם rad. inusit. Arab. بهم IV. clausit. X. mutus fuit, obmutuit (cf. אָלַם et infra בֹּהֶן), أَبْهَم (melit. *ybhem*) mutus, barbarus. Aethiop. ብሁም id.

בְּהֵמָה constr. בֶּהֱמַת c. Suff. בְּהֶמְתְּךָ, בְּהֶמְתּוֹ (qs. a בְּהֶמֶת) Plur. בְּהֵמוֹת, constr. בַּהֲמוֹת f. *bestia* (ita dicta, quia loquela caret, nisi verbi significatio secundaria est), eaque *quadrupes*, *maior* et *terrestris* (v. tamen infra Plur. no. 2 et arab. بَهِيمَة sec. Firuz. كل ذات اربع قوايم ولو فى الما *omnis quadrupes*, *etiam in aqua degens*). Opp. aves et reptilia. Gen. VI, 7. 20. VII, 2. 8. 23. VIII, 20. Exod. IX, 25. Lev. XI, 2. Prov. XXX, 30: לַיִשׁ גִּבּוֹר בַּבְּהֵמָה *leo est heros inter quadrupedes.* Spec. valet 1) *quadrupedes domesticas*, *pecus*, idque collect., ut haec vox latina. Opp. חַיַּת הָאָרֶץ Gen. I, 24, חַיַּת הַשָּׂדֶה II, 20. III, 14, הַחַיָּה Gen. VII, 14. 21. Lev. XXV, 7 animalia agrestia, ferae. Complectitur צֹאן pecus ovillum et caprinum et בָּקָר pecus bovinum, ut liquet ex Gen. XLVII, 18, ubi מִקְנֵה הַבְּהֵמָה est i. q. comm. 17: מִקְנֵה הַצֹּאן וּמִקְנֵה הַבָּקָר, et Levit. I, 2: *si quis Domino*

sacrificium oblaturus est, מִן הַבְּהֵמָה מִן־הַבָּקָר וּמִן־הַצֹּאן *e pecore offerat illud, vel bovino vel ovillo.* Specialior etiam usus est 2), ubi sola *iumenta* significat, ut asinos, camelos, et excluduntur ovium boumque greges (מִקְנֶה) Gen. XXXIV, 23. XXXVI, 6. Num. XXXII, 26. 2 Reg. III, 17. Cf. Jes. XXX, 6. XLVI, 1. (Melit. *nahal tel bhejjem* calceamenta equorum Vass. p. 531) 3) poët. etiam de *quadrupedibus agrestibus* et *feris* usurpatur. Ita in Plur. בְּהֵמוֹת Deut. XXXII, 24. Hab. II, 17, maxime sequ. Genit. הָאָרֶץ Deut. XXVIII, 26. Jes. XVIII, 6. Jerem. VII, 33. XV, 3. XVI, 4. XIX, 6, שָׂדַי ,הַשָּׂדֶה 1 Sam. XVII, 44. Joël I, 20. III, 22. Ps. VIII, 8, יַעַר Mich. V, 7. — 4) Saepe opp. hominibus, לְמֵאִישׁ וְעַד בְּהֵמָה Exod. XI, 7. XII, 12, אָדָם וּבְהֵמָה Ezech. XIV, 13 sq. XXIX, 8, cuius generis exempla tamen maximam partem ad no. 1. referenda sunt. Nonnunquam pecus memoratur propter stuporem (Iob. XVIII, 3. Ps. XLIX, 13. LXXIII, 22). Semel animus (רוּחַ) et sors quaedam futura ei tribui videtur Eccles. III, 19. 21.

Plur. בְּהֵמוֹת 1) *quadrupedes*, v. supra; 2) Plur. maiest. (propterea sequ. sing. masc.) *quadrupes magna, ingens,* quo nomine Iob. XL, 15 insignitur *hippopotamus.* Hunc enim l. c. et sq. describi, non *elephantum,* ut volebant *Drusius, Grotius, Schultensius, J. D. Michaëlis* ad h. l. *Schoderus* in Hieroz. spec. I, p. 2 sq., nobis persuasum est cum *Bocharto* (Hieroz. II, p. 754 sq.), *Ludolfo* (hist. aethiop. I, 11), *Shawio* (itin. vers. germ. p. 367) aliisque multis, haec fere ob argumenta: a) *Aquaticum* non terrestre animal esse Behemoth, id ex universo consilio et ratione duorum Dei sermonum (cap. 38 sq.) colligi potest, siquidem animalibus terrestribus avibusque in priore oratione absolutis nonnisi aquatica naturae monstra posteriori relicta erant; b) bestiae nostrae descriptionem excipit *crocodili* adumbratio, in quam altera oratio exit. Atqui crocodilus et hippopotamus, utpote Aegypti Aethiopiaeque miracula, constanter et certatim ita iunguntur a veteribus scriptoribus, v. Herod. II, 69—71. Diod. I, 35. Plin. H. N. XXVIII, 8; c) *Amphibium* describi, necessario consequitur e ratione, qua commata 15. 20—22 et 23. 24 sibi opponuntur. Sententia enim est: idem hoc animal — mirandumne id est? — quod reliquorum terrestrium more gramine vescitur et in montibus degit arboribus obumbratum, idem hoc fluvii voraginibus non terretur, in iisque habitat, licet piscium ad instar haud facile fuerit capiendum. d) *Caudae* mentio com. 17 non quadrat in elephantum, et ridiculi sunt, qui proboscidem designari putant. e) Probabiliter sub vocabulo בְּהֵמוֹת latet vox aegyptiaca, hippopotamum designans, paululum inflexa, ut semitica videatur (v. אַבְרֵךְ). Etenim Π-ΕϨΕ-ⲘⲞⲨⲦ *bovem aquaticum* notat, quo nomine *(bomarino)* etiam Itali hippopotamum insigniunt (v. Jablonskii Opuscc. ed. te Water I, 52). — Nihil bonae frugis dant veteres. LXX. *θηρία.* Chald. בְּעִירָא. Syr. et Vulg. retinent voc. hebraeum. Saad. ms. كركدن *rhinoceros.*

בָּהַן rad. inusit. probabiliter i. q. בָּהַם بهم Conj. IV. *clausit, texit.*

בֹּהֶן m. *pollex* sive manus sive pedis, prout sequitur יָד aut רֶגֶל Exod. XXIX, 20. Lev. VIII, 23 sq. XIV, 14. 25. 28. Plur. constr. בְּהֹנוֹת Iudd. I, 6. 7, a sing. deperdito בְּהוֹן, quem Cod. Sam. constanter exhibet pro בֹּהֶן. Arab. إِبْهَام (Mem et Nun permutatis), quod respondet formae בְּהוֹן, et in lingua vulgari بُهْم (Ar. Erp. Exod. l. c. et J. b. K.), quod respondet formae בֹּהֶן, melit. *behem* et *behen;* si quid video, a claudendo ductum, quia pollex manum claudit. Fortasse idem vc. latet in phoen. *Pygmalion* (בהם עליון) a Graecis ita inflexo, ut ἀπὸ τῆς πυγμῆς derivatum videretur. Chald. et Sam. in Pent. אִלְיוֹן *digitus crassus,* Syr. ܒܘܗܢܐ pollices (a brevitate dicti, quam proprietatem apud veteres etiam pollex pedum habebat, ut in cadaveribus Aegyptiorum conditis cerni potest) v. Mich. ad Cast. p. 437. Aqu. in Exod. ἀντιδάκτυλος (alibi ap. Graecos ἀντίχειρ), LXX ubique τὸ ἄκρον τῆς χειρός, τοῦ ποδός, quod in Schol. gr. ed. Rom. Exod. l. c. τὸν ἀντιδάκτυλον explicatur, quare non erat, quod de locutionis graecae potestate dubitaret J. D. Michaëlis in Supplemm. p. 157. Cf. praeterea ἀκροβατέω in digitis pedum incedo. Male Vulg. Iudd. *summitates,* et Chald. ibid. *talos* reddunt. — Jo. Simonis coniecit, בֹּהֶן pr. esse i. q. בֵּין *distitit,* et pollicem dictum esse a distando; id vero non cadit in pollicem pedum, nec congruit cum arabico ابهام.

בֹּהַן (pollex) n. pr. filii Ruben, de quo nomen sortitum est אֶבֶן־בֹּהַן locus in finibus tribuum Judae et Benjamin. Jos. XV, 6. XVIII, 17.

בָּהַק rad. inusit. Syr. ܐܬܒܗܩ albus fuit spec. leprâ Ass. III, 2, 2, ܡܒܗܩ splendens (de armis 2 Macc. V, 3) cf. Cod. Nasor. III, 308: ܡܒܗܩ ܡܒܗܩܐ ܐܝܟ Chald. אִבְהַק splendidus fuit, בָּהִיק splendidus.

בֹּהַק m. *vitiligo alba,* morbus cutis in Oriente haud raro occurrens, maculis albis sed pallidis (בֶּהָרוֹת בֵּהוֹת לְבָנוֹת) constans, leprae similis, sed innoxia, neque contagiosa, neque hereditaria, sulphuri cedens, ac sponte etiam evanescens. (Arab. بهق id. Avic. I, 268. II, 161. Niebuhrii Arabia p. 135. 137, et praef. p. 44. Hensler hist. leprae occidentalis p. 42 sq. 241. Eodem vc. de lichene, ut plantarum genere utuntur v. c. بهق الحجر lichen lapidis, Steinflechte Dioscorid. Idem valet syr. ܒܘܗܩܐ, quod ap. Cast. male redditur *distinctus albo et nigro.* En glossam Barbahluli: ܒܘܗܩܐ بهق ابيض

ܘܗܘ ܒܗܩܐ ܘܡܚܘܪܐ ܕܒܓܘܫܡܐ ܗܟܢܐ ܒܗܩܐ ܡܬܐܡܪ
ܘܣܡܚܐ. الوضح وهو البهق والبراص (والبهق اصح 1 Ms.)
i. e. בהקיתא i. q. *Bahak. Sergius scribit* בהקיתא, *et Bar Seruschwoi id ita dictum censet, quia splendeat sicut ignis et lux. Reddit illud* وضح *quod vitiliginem notat et lepram albam* [1 Ms. *vitiliginem albam*]. Sam. ࠁࠄࠓࠕ, ࠁࠄࠓࠕ de quavis macula albâ in cute apparente usurpant pro hebr. בַּהֶרֶת.) LXX optime ἀλφός. Hoc enim vocabulum speciale est et technicum (cf. Cels. de med. 5, 28 §. 19). Generalius usurpatur λευκή (בַּהֶרֶת), unde Hesych. ἀλφός, λευκή τις ἐν τῷ σώματι. — Not. In cod. Sam. pro בֹּהַק legitur ࠁࠄࠒ, quae forma etiam in Vers. sam. exstat comm. 2. 23. Inspecto Castello col. 321 forsitan contuleris aethiop. በሐቅ, quod ibi redditur *claritas, splendor*, sed cave id facias: hoc enim vc. valet valde, impense, et pertinet ad rad. ሐቀወ፡ v. Ludolf. Lex. p. 40.

בָּהַר rad. inusit. Arab. بَهَرَ *luxit, splenduit*, sed plerumque translate *eminuit*. Aethiop. transp. በርሀ፡ fulsit, splenduit, በርሀ፡ lumen, በርሃን፡ luminare, unde quadril. arab. بَرْهَنَ luculenter evicit. In Cod. Nas. ܒܗܪ ܒܗܪܐ gloriatus est; iactavit se. Syr. ܐܒܗܪ gloriosum se reddidit.

בַּהֶרֶת plur. בֶּהָרוֹת f. *macula* in cute, maxime *alba*, quae ubi reliqua cute depressior est, crinemque album habet, orientis leprae symptoma (Lev. XIII, 2—4. 18—23. 24—28), sin minus, innoxia est, sive cicatrix sit, sive ex ustione orta, sive vitiligo comm. 38. 39. Male enim *Jahnius* (Archaeol. I §. 215) nostrum etiam בַּהֶרֶת speciale certi cuiusdam morbi, nimirum λεύκης Hippocratis, nomen esse voluit. *Albam* maculam id proprie significare, ex etymo colligi potest. Additur tamen adiectivum coloris, ut comm. 4: אִם בַּהֶרֶת לְבָנָה הִוא *si macula alba est*, comm. 19: בַּהֶרֶת לְבָנָה אֲדַמְדָּמֶת *macula alba subrubra*, comm. 39: בֶּהָרוֹת כֵּהוֹת לְבָנוֹת *maculae coloris albi pallidi*. Differt בֹּהַק speciale nomen morbi maculis subalbis constans. Syrus tamen pro nostro vc. ubique ܒܘܗܩܐ (v. Bar Bahlûl), Sam. ࠁࠄࠓࠕ, ࠁࠄࠒ. Onk. retinuit בַּהֲרָא. Bene LXX. τηλαυγής, τηλαύγημα pr. candor eminus splendens, dein sec. Hesych. ἀρχὴ λέπρας. Etiam ab Arabismo non alienum fuisse hoc vc., docet J. b. K. his verbis: בַּהֶרֶת بهرة هو لون البهار الابيض *respondet arab.* بهرة *q. e. species macularum albarum.* Ignorant tamen Lexica, neque Saadias illo usus est. Speciale est, quod adnotat Firuzabad. p. 470: البهار ... لبب

الفرس والبياض فيه *iugulum equi et macula alba* (die Blässe) *in eo*, non, quod inde efficit Giggeius: *nota alba in fronte equi.*

בָּהִיר adj. m. *splendidus*, de sole Job. XXXVII, 21.

בּוֹא praet. בָּא (semel בָּנוּ Milêl pro בָּאנוּ 1 Sam. XXV, 8), imp. בּוֹא, בֹּא, bis בֹּאָה (Milêl) 1 Sam. XX, 21. 1 Reg. XIII, 7, inf. בּוֹא semel בֹּאָה (Milra) 1 Reg. XIV, 12 fut. יָבוֹא, יָבֹא, semel וַיָּבוֹ 1 Reg. XII, 12 Chethibh, cum He parag. et Suff. aliquoties irregulariter תְּבוֹאתָה Deut. XXXIII, 16 תְּבוֹאֶתְךָ Iob. XXII, 21, תָּבֹאתִי, Keri תָּבֹאתְ 1 Sam. XXV, 34 (Lehrgeb. 464).

1) *intrare, ingredi* (Aethiop. ቦአ፡ id. Arab. بَاءَ reversus est, it. divertit in hospitium, بَاءَةٌ, مَبَاءَةٌ mansio, hospitium. Intrandi significatu Arabes frequentant دخل, Syri et Chaldaci עֲלַל, ܥܠ). LXX. εἰσπορεύεσθαι, εἰσέρχεσθαι. Opp. יָצָא Jos. VI, 1. 1 Reg. XV, 17. Locus, quem quis ingreditur, ut domus, urbs, terra, navis, c. c. בְּ Gen. XIX, 8. Deut. XXIII, 25. 26. 1 Sam. IX, 5. 2 Reg. IX, 31 (cf. litt. c), אֶל־ Gen. VI, 18. VII, 1. XIX, 3, לְ Esth. VI, 4, cum He parag. Gen. XII, 11. 14, et simpliciter c. acc. Ps. C, 4. Thren. I, 10, quare participium verbi constr. etiam c. Genit. Gen. XXIII, 10. 18: בָּאֵי שַׁעַר עִירוֹ *intrantes portam urbis eius.* Prov. II, 19. Personam, *ad* quam ingrederis, plerumque praecedit אֶל Gen. VI, 20, VII, 13, ubi praecedit בְּ, proprie valet *ingredi in* (corpus). Ezech. II, 2: וַתָּבֹא בִי רוּחַ *animus me ingrediebatur* i. e. mihi rediit (cf. μένος ἄνδρας ἐσέρχεται Il. 17, 157). 2 Reg. XVIII, 21: בָּא בְכַפּוֹ וּנְקָבָהּ *intrat manum eius* canna conquassata *eamque transfigit* (cf. intrare ursum i. e. transfigere Martial. ep. VII, 26. XIV, 30). Peculiares locutiones hae sunt: a) בּוֹא אֶל־אִשָּׁה *ingredi ad feminam* honeste dicitur de coitu Gen. VI, 4. XVI, 2. XXX, 3. XXXVIII, 8. Deut. XXII, 13. 2 Sam. XVI, 21. Ps. LI, 2, rarius עַל אִשָּׁה Gen. XIX, 31. Deut. XXV, 5 ubi Cod. Sam. אל. Cf. infra Syr. (Arab. بَاءَ et بَاهَ id. بَاءٌ et بَاهٌ pro بَاءَةٌ coitus, دَخَلَ, sequ. ب Cor. IV, 27 et الى, على Saad. coivit, اتى c. acc. Cor. II, 222 id. etiam de turpi concubitu Cor. XXVII, 56. XXIX, 28, إِتْيَانٌ coitus. Aethiop. ቦአ፡ id. Hen. ms. 7, it. ሐቀረ፡ ivit, c. acc. coivit cum femina. Syr. ܥܠ ܥܠ id. Barhebr. 421). — b) *ingredi in domum sponsi* novive mariti, de sponsa Jos. XV, 18. Iudd. I, 14, sequ. אֶל Dan. XI, 6. Cf. Hiph. 1, b. — c) בּוֹא בְּמִשְׁפָּט עִם *intrare in iudicium cum* aliquo i. e. in ius vocare aliquem Jes. III, 14. Iob. XXII, 4. Ps. CXLIII, 2. Cf. Hiph. 1, c. — d) צֵאת וּבוֹא *egredi et ingredi*,

loquendi formula, universam vitae agendique rationem describens. — 1 Sam. XXIX, 6: צֵאתְךָ וּבֹאֲךָ אִתִּי בַּמַּחֲנֶה *omnis vitae tuae ratio*, cum *mecum* esses *in castris*. Deut. XXVIII, 6. Ps. CXXI, 8. Jes. XXXVII, 28, ubi additur שִׁבְתְּךָ. (Arabes similiter usurpant غدا وراح mane exiit et vespere rediit v. c. لا ترك من ابيه مغدا ولا مراحا similis fuit patri in universa vitae ratione, Schult. ad Har. 1, 7). *Egredi et ingredi ante populum* est i. q. populum in bellum ducere, de duce et imperatore Num. XXVII, 17. 1 Sam. XVIII, 16. 2 Par. I, 10: eodem significatu omittitur לִפְנֵי הָעָם Jos. XIV, 11. 1 Reg. III, 7, cf. Deut. XXXI, 2 (de Mose). Alia ratio est locutionis *ingredi et egredi* (ubi praecedit ingressus) Jer. XXXVII, 4: יִרְמְיָהוּ בָּא וְיֹצֵא בְּתוֹךְ הָעָם *Jeremias libere versabatur in medio populo*. Sequ. in custodiam datus non est. Cf. Hiph. I, d. — e) בּוֹא בְּ consuetudinem inire cum aliquo (*sich einlassen mit jem.*). Jos. XXIII, 7. 12: וּבָאתֶם בָּהֶם וְהֵם בָּכֶם *et si familiariter invicem utimini*. De Israëlitis et gentibus agitur. (Cf. Jes. XIX, 23 et arab. دخل ب , في familiariter uti coepit, immiscuit se peregrinis, دخيل proselytus, qui peregrinis se immiscuit). Hinc בּוֹא בְּאָלָה et cum acc. אָלָה ingredi iusiurandum (v. אָלָה), בִּבְרִית foedus (v. בְּרִית) cf. Virg. Aen. 4, 339: *haec in foedera veni*, et in Hiph. Ezech. XX, 37. Sic etiam בּוֹא בְסוֹד arcani consilii conscium esse Gen. XLIX, 6. (Syr. ܥܠ ܒܡܘܡܬܐ ingressus est iuramentum, aeth. ቦቀለ፡ በ፡ ingressus est religionem i. e. amplexus est). — f) *ingredi* munus (*in ein Amt eintreten, es antreten*) 1 Par. XXVII, 1. Opp. יָצָא. 2 Reg. XI, 9: בָּאֵי הַשַּׁבָּת עִם יֹצְאֵי הַשַּׁבָּת *qui* ministerium *ingrediebantur die sabbati et qui eodem iam perfuncti erant*. בָּאֵי הַשַּׁבָּת dicitur pro בָּאִים שַׁבָּת *ingredientes sabbato*, ubi שַׁבָּת acc. temporis proprie adverbialiter et absolute positus transiit in Accusativum a verbo eundi pendentem. (V. de Sacy gr. arabe II, §. 188. *Lehrgeb.* 685, not. i, et cf. idem idioma apud Latinos, Plin. H. N. 23, 1: si statim bina stadia ambulentur). — g) ingredi i. e. admitti in ecclesiam Dei, c. בְּ, Deut. XXIII, 2 sq. cf. Ps. LXIX, 28: *ne intrent in salutem tuam* i. e. salutis tuae participes non fiant. — h) בּוֹא בְרִיב *incidere in lites* Prov. XVIII, 6, בּוֹא בְדָמִים in culpam caedis 1 Sam. XXV, 26. 33. — i) בָּא בַיָּמִים aetate provectus est Gen. XXIV, 1. Jos. XIII, 1. XXIII, 2 et part. aetate provectus Gen. XVIII, 11. LXX. προβεβηκὼς ἡμερῶν. Syr. ܥܠ ܒܫܢܝܐ. Idem Syriasmus בָּא בַשָּׁנִים praeeunte Syro interprete restituendus videtur 1 Sam. XVII, 12, ubi nunc legitur בָּא בַאֲנָשִׁים. — Sequuntur formulae, in quibus ingressio tribuitur inanimatis: k) *ingredi* (in thalamum Ps. XIX, 6), de sole, i. q. *occidere* (minime quod forte exspectaveris, venire i. e. oriri). LXX. δύω. Gen. XV, 12. 17. XXVIII, 11 cet. Opp. יָצָא de ortu solis. — l) *ingredi, invehi* in horrea, de proventu annuo Lev. XXV, 22, inde *redire*, de proventibus et reditibus 1 Reg. X, 14. 2 Par. IX, 13. Cf. תְּבוּאָה. Opp. יָצָא expensa, erogata est pecunia (Arab. دَخَلَ rediit, provenit). — m) בּוֹא בָאֵשׁ ignem sustinere, vi ignis non perire Num. XXXI, 23. 24.

2) *venire*. LXX. ἔρχομαι, ἥκω, παραγίνομαι. Opp. הָלַךְ. Gen. XVI, 8: אֵי־מִזֶּה בָאת וְאָנָה תֵלֵכִי *unde venis et quo tendis?* Eccl. V, 15: כָּל־עֻמַּת שֶׁבָּא כֵּן יֵלֵךְ *quemadmodum venit, ita abit*. I, 4. VI, 4. Homo locusve, ad quem venis, ponitur praevio אֶל Gen. XXXVII, 23. Iudd. III, 20. XIX, 22, עַל Exod. XVIII, 23. 2 Sam. XV, 4, עַד 2 Sam. XVI, 5, לְ 1 Sam. IX, 12. 2 Par. XXVIII, 9. Jes. XLIX, 18, it. in Accus. cum He parag. XIX, 23. XXIV, 32 et sine eo XLV, 25, hinc in Genitivo, si verbum in Participio est, Thren. I, 4: בָּאֵי מוֹעֵד *venientes ad festum*. Locus, unde quis venit, ponitur praevio מִן Gen. XVI, 8. Saepissime usurpatur de rebus inanimatis, ut de vento Iob. XXXVII, 9. XLI, 8, mari XXXVIII, 11, de gemitu III, 24, vastatione V, 21. Jes. XXX, 13, miseria Prov. VI, 15, maxime de tempore Jer. VII, 32: הִנֵּה יָמִים בָּאִים *ecce dies venturi sunt*. Ez. VII, 12. Ps. CII, 14 cet. Hinc הַבָּאִים temporibus futuris Jes. XXVII, 6 (cf. אָתָה). Spec. a) nonnunquam est *in mundum venire, nasci*. Eccl. I, 4. V, 15. Ps. LXXI, 18: לְכָל־יָבוֹא *omni venturo* i. e. nascituro. b) בּוֹא בְּ venire cum aliqua re i. e. eam afferre, offerre, v. ב no. 18. 1 Reg. XIII, 1. Eccl. V, 2: כִּי בָא הַחֲלוֹם בְּרֹב עִנְיָן *nam somnium nobis offert multas res* videl. inanes, nugas. Sententia est: somnii et somniantium stultorumque est τὸ βαττολογεῖν: sapientem decent pauca verba, sed considerata. Ps. LXXI, 16: אָבוֹא בִּגְבֻרוֹת אֲדֹנָי *veniam cum facinoribus Domini* i. e. ea recensebo, laudabo (Parall. אַזְכִּיר). Bene ita Lud. de Dieu, et linguae rationibus accommodatius, quam alii: *intrabo* (templum, quae ellipsis non sequitur ex loco XLII, 3) *cum laudibus Domini*. Cf. potius בּוֹא pro recenseri litt. g. (Arab. أتى ب attulit, dedit, donavit, أَتْو munus). — c) עַד לְבֹא donec venis Iudd. III, 3. 1 Par. V, 9 et ellipt. לְבֹא Num. XIII, 21. XXXIV, 8. Ez. XLVII, 15. 20. XLVIII, 1 dicitur pro *usque ad*, in descriptionibus geographicis. In eandem sententiam frequentant עַד־בֹּאֲךָ Gen. XIX, 22. Iudd. VI, 4. XI, 33. 1 Sam. XVII, 52, בֹּאֲכָה, בֹּאֲךָ Gen. X, 19. 30. XIII, 10. XXV, 18. 1 Sam. XV, 7, et מְבֹא sequ. עַד 1 Reg. VIII, 65. 2 Reg. XIV, 25. Amos VI, 14. — d) sequ. עַד *pervenire ad* (locum) Exod. XXII, 8. Deut. I, 31. Jes. XXXVII, 3 et metaph. pervenire ad aliquem i. e. eum aequare, ei parem esse 2 Sam. XXIII, 19. 1 Par. XI, 21, sequ. אֶל 2 Sam. XXIII, 23. (Arab. باءَ L. III. IV. aequalis, par fuit pr. *gleichkommen*, بَوَاءٌ aequalitas, res aequalis). Iste perveniendi significatus saepe locum habet in inanimatis, etiam c. accus. Jer. XXXII, 24: הַסֹּלְלוֹת בָּאוּ הָעִיר *aggeres pervenerunt ad urbem*, c. אֶל Gen. XLIII, 23. Num. XXXII, 19. Sic de nuntio, rumore, qui ad aures alicuius pervenit, sequ. אֶל Gen. XVIII, 21. Exod. III, 9, עַד 1 Reg. II, 28, לִפְנֵי Est. IX, 11. Alia ratio est loci Gen. VI, 13: *finis omnis*

carnis בָּא לְפָנַי *mihi placuit* i. e. a me constitutus est. — e) *supervenire* alicui, *invadere* aliquem, maxime ex inopinato (LXX. ἐπέρχομαι). Dicitur de hoste Gen. XXXIV, 27. 1 Sam. XII, 12, vastatore Iob. XV, 21. Jes. XLI, 25. Ps. XXXV, 8, gladio Ezech. XXXII, 11, it. de calamitate Iob. XX, 22, egestate Prov. XXVIII, 22, aliisque malis, quae praeter exspectationem nobis *accidunt*. Prov. X, 24: מְגוֹרַת רָשָׁע הִיא תְבוֹאֶנּוּ *quaecunque timet scelestus, ei accidunt*. XI, 27. Ps. XLIV, 18. In sermone pedestri constr. plerumque c. עַל Gen. 1 Sam. ll. cc. 2 Sam. XIX, 8. Iob. II, 11, et אֶל Gen. XXXII, 8, in poëtico c. accus. (vide exempla supra laudata) et לְ Iob. III, 25. Jes. XLVII, 9. Jer. XLVI, 22. XLIX, 9. Obad. 5. Raro hac locutione utuntur de re bona et exoptata sequ. עַל Jos. XXIII, 15. Deut. XXVIII, 2, sequ. acc. Iob. XXII, 21. Ps. CXIX, 41. 77. (Arab. أتى c. acc. supervenit, invasit aliquem, accidit alicui, sequ. على penitus destruxit v. Schult. ad Ispah. p. 8. Cor. 16, 28, أتو mors, aerumna. Aeth. በጽሐ፡ venit, accidit alicui. Veniendi et perveniendi verbis ita utuntur etiam Syri, Chaldaei et Graeci, vide. ܡܛܐ, מְטָא coll. מְצָא, ἵκω, ἱκάνω, ἱκνέομαι). — f) *venire* i. q. *evenire*, *impleri*, *compleri*, de desiderio Prov. XIII, 12, precibus Iob. VI, 8, maxime de vaticiniis 1 Sam. IX, 6. Deut. XIII, 3. XVIII, 22. Iudd. XIII, 12. Jes. XLII, 9. Jer. XVII, 15. XXVIII, 9, it. de signo a propheta edito 1 Sam. X, 7 (v. p. 40 B). Opp. נָפַל, שׁוּב. (Aeth. በጽሐ፡ venit, evenit vaticinium). Absol. Eccl. XI, 8: כָּל־שֶׁבָּא הָבֶל *quaecunque eveniunt* fiunt, *vana sunt*. — g) בּוֹא בְּשֵׁמוֹת *adduci* i. e. *recenseri nominatim*. 1 Par. IV, 38 (*mit Namen auf- oder angeführt werden*). Cf. Iob. III, 6. — h) *provenire*, de lacrymis Ezech. XXXIV, 16 cf. Joh. XI, 33 Pesch.

3) Rarius valet *ire* (LXX. πορεύομαι, ἀπέρχομαι) i. q. הָלַךְ. Gen. XXXVII, 30: אָנָה אֲנִי בָא *quo eam?* quo me vertam? Ion. I, 3: *invenit navem* בָּאָה תַרְשִׁישׁ *quae Tartessum itura erat*. Jes. XXII, 15: לֶךְ־בֹּא אֶל־הַסֹּכֵן הַזֶּה *age! vade ad istum regis amicum*. Gen. XXIV, 62. Num. XXXII, 6. Iudd. XIX, 3. Jes. VII, 24. Sequ. Dat. pleon. לְךָ 1 Sam. XXII, 5. Spec. a) metaph. *vitam degit* i. q. הָלַךְ, הִתְהַלֵּךְ. Ps. XL, 8: הִנֵּה בָאתִי בִּמְגִלַּת סֵפֶר כָּתוּב עָלָי *ecce incedam* s. vivam, (sicut) *in volumine libri* i. e. legis *mihi praescriptum est*. — b) sequ. אֵת et עִם vivere cum aliquo i. e. consuetudinem cum eo habere Ps. XXVI, 4. Prov. XXII, 24. — c) בּוֹא אֶל־אֲבוֹתֶיךָ *ire ad patres suos* Gen. XV, 15 coll. Ps. XLIX, 20 i. q. הֵאָסֵף אֶל־אֲבוֹתָיו congregari ad patres suos, intrare in orcum (v. אָסַף Niph. no. 1). Lowth (de sacra poësi p. 76 Lips.) hanc locutionem intelligit de sepultura in sepulcris maiorum, sepulturae vero l. c. praeterea mentio fit.

Hiph. הֵבִיא c. Suff. הֱבִיאַנִי, et 2 pers. הֵבֵאתָ, הֵבֵאתִי, c. Suff. הֲבֵאתָנוּ Ps. LXVI, 11, הֲבֵאתִים Ez. XXIII, 22, sed longe frequentius הֲבִיאֹתַנִי, הֲבִיאֹתִיךָ, הֲבִיאֹתִים. Plur. הֲבֵאתֶם Lev. XXIII, 10 et הֲבִיאֹתֶם 1 Sam. XVI, 17 Imp. הָבֵא, הָבִיא 1 Sam. XX, 40, הָבִיאָה Gen. XXVII, 7, inf. הָבִיא, semel הָבִי Ruth III, 15, gerund. לְהָבִיא, bis לָבִיא Jerem. XXXIX, 7. 2 Par. XXXI, 10, fut. יָבִיא, יָבֵא 1 pers. bis abiecto א אָבִי 1 Reg. XXI, 29. Mich. I, 15 causat. conj. Kal, ferme in omnibus significationibus 1) *introduxit*, *induxit*, et de inanimatis *intulit*, *immisit*. Spec. a) *introduxit*, v. c. in domum Gen. XLIII, 17. Cant. I, 4. II, 4, arcem Ps. LXVI, 11, navem Gen. VI, 19, terram Exod. VI, 8. XIII, 5. XXIII, 20 cet. LXX. εἰςάγω. Semel *traxit intro*. Gen. XIX, 10: וַיָּבִיאוּ אֶת־לוֹט אֲלֵיהֶם הַבָּיְתָה. LXX. εἰςεσπάσαντο. — b) *uxorem duxit*. Iudd. XII, 9: *triginta filias* הֵבִיא לְבָנָיו *duxit filiis suis* i. e. filiis suis uxores dedit (v. Kal 1, b). — c) הֵבִיא בְמִשְׁפָּט *in ius vocare aliquem* Iob. XIV, 3. Eccl. XI, 9 (v. Kal 1, c). — d) הוֹצִיא וְהֵבִיא *eduxit et reduxit* populum i. e. in bellum et e bello, de rege alioque duce militari Num. XXVII, 17. 1 Par. XI, 2. Cf. Kal 1, d et infra Hiph. 3, b. — e) *ingredi* i. e. *occidere iussit* solem Amos VIII, 9 (v. Kal 1, k). — De inanimatis f) *invexit* proventum in horrea 2 Sam. IX, 10. Hagg. I, 6 (v. Kal 1, l). — g) *tulit intro*, *intulit* (LXX. εἰςφέρω). Gen. XXVII, 10. 11. Levit. IV, 5. 16 cet. 2 Par. XXVIII, 27: וְלֹא הֱבִיאֻהוּ לְקִבְרֵי מַלְכֵי יִשְׂרָאֵל *neque tamen intulerunt eum sepulcris regum Israëlis*. (Cf. بلأ Conj. II. sepulcro intulit, Hamas. 484). — h) *inseruit*, *immisit*, ut manum in sinum Exod. IV, 7, vectes in annulos Exod. XXV, 14. XXVI, 11, tela in renes Thren. III, 13, metallum in ignem, ut exploretur Zach. XIII, 9 (cf. Kal 1, m).

2) *adduxit*, pr. de animatis, sequ. אֶל, לְ *ad* aliquem Gen. II, 19. 22. XLIII, 9. XLIV, 32. Lev. IV, 5. sq. V, 6 sq. Prov. XXIII, 12: הָבִיאָה לַמּוּסָר לִבֶּךָ *adduc cor tuum ad disciplinam*. LXX. ἄγω, προςάγω. It. venire iussit, *advocavit*, *admisit* Esth. V, 10. 12. VI, 5. Transfertur ad res inanimatas, et valet a) i. q. *attulit* (LXX. φέρω) Gen. XXVII, 10. XXX, 14. XXXI, 39. XXXIII, 11. 2 Par. IX, 10. Gen. XXXVII, 2: וַיָּבֵא אֶת־דִּבָּתָם רָעָה אֶל־אֲבִיהֶם *et malos rumores de iis fratribus deferebat ad patrem* (germ. *er trug dem Vater Gerüchte zu*). Jes. XVI, 3: הָבִיאוּ עֵצָה *affer consilium*. — b) impr. *obtulit* (LXX. προςφέρω), ut munus 1 Sam. IX, 7. XXV, 27. 2 Reg. V, 20, sacrificium Gen. IV, 4. Jes. XLIII, 23. — c) הֵבִיא עַל *adduxit super aliquem* malum s. perniciosum quid (LXX. ἐπάγω), ut diluvium Gen. VI, 17, gladium Ezech. VI, 3, plagas Exod. XI, 1, calamitatem Jerem. IV, 6. V, 15. VI, 19. XI, 11 cet., peccatum culpamve Gen. XX, 9. XXVI, 10. Exod. XXXII, 21, cf. Iob. XXXIV, 28. Jes. LXVI, 4. Rarius constr. c. לְ Jer. XV, 8, et אֶל XXXII, 42. De re bona Gen. XVIII, 19. Jer. XXXII, 42. (Cf. Kal 2, e). — d) *evenire iussit*, *eventum dedit* verbis, consilio, vaticinio Jes. XXXVII, 26. XLVI, 11. Jer. XXXIX, 16. (Cf. Kal 2, f).

3) *duxit*, *abduxit*, *secum tulit* 2 Par. XXXVI, 7. Dan. I, 2. (LXX. ἀποφέρω). Praeterea a) simpliciter *tulit* i. q. נָשָׂא. Iob. XII, 6: *qui deum in manu fert*

a. gerit (v. אֵלֹהַּ p. 95 A). Ps. LXXIV, 5: כְּמֵבִיא לְמָעְלָה ... קַרְדֻּמּוֹת *sicut qui sursum tollit* ... *secures*, instar lignatoris. — b) *reduxit* (cf. arab. باء reversus est, IV. reduxit). Deut. XXXIII, 7: *exaudi, Jehova, vocem Judae* וְאֶל־עַמּוֹ תְּבִיאֶנּוּ *et reducas eum ad populum suum.* Ita enim reddendum, sive Judam ad bella egressum cogitabis cum Onk. Saad. (coll. Kal 2, d), sive in exilio versantem. — c) *abstulit* aliquid i. e. *reportavit*, *adeptus est*, *sibi conciliavit*, cf. arab. باء sequ. ب v. c. با بغضب من الله reportavit iram Dei. Ps. XC, 12: וְנָבִא לְבַב חָכְמָה *ut adipiscamur cor sapiens.*

Hoph. הוּבָא fem. more chald. הוּבָאת Gen. XXXIII, 11 pl. הוּבָאוּ part. מוּבָא 1) pass. Hiph. no. 1. introductus est Gen. XLIII, 18. Ps. XLV, 15, illatus est Lev. X, 18. 2 Reg. XII, 10 sq., insertus, immissus est Exod. XXVII, 7. — 2) pass. Hiph. no. 2. adductus est Lev. XIII, 2. 9. XIV, 2, allatus est Gen. XXXIII, 11.

בִּאָה (pro בִּיאָה, quod exhibent 18 codd. Kennic.) *introitus* Ezech. VIII, 5.

מָבוֹא plur. constr. מְבֹאֵי Ezech. XXVI, 10. XLIII, 11, מְבֹאוֹת XXVII, 3 m. 1) *ingressus.* Ezech. XXVI, 10: *quando intrant* כִּמְבוֹאֵי עִיר מְבֻקָּעָה *quemadmodum intrare solent in urbem expugnatam.* XXXIII, 31. Cf. de hoc idiomate *Lehrgeb.* 810. — 2) *introitus, aditus* i. e. porta urbis Iudd. I, 24. 25, regiae 2 Reg. XI, 16. 2 Par. XXIII, 15, templi Jerem. XXXVIII, 14, adeoque maris Ezech. XXVII, 3. מְבוֹא פְתָחִים *in aditu portarum* i. e. ad portas Prov. VIII, 3. — 3) מְבוֹא שֶׁמֶשׁ *occasus* solis Ps. CIV, 19, idque pro *occidente.* מִמִּזְרַח שֶׁמֶשׁ עַד מְבֹאוֹ *a sole oriente ad occidentem.* Ps. L, 1. CXIII, 3. Mal. I, 11. In Acc. occidentem versus Jos. I, 4. XXIII, 4.

מוֹבָא i. q. מָבוֹא (qs. a יָבָא), bis. Formatum est vocabulum contra analogiam ad similitudinem oppositi מוֹצָא (cf. s. v. מָשָׁק), cui iungitur Ezech. XLIII, 11. 2 Sam. III, 25 Keri. Est 1) *ingressus* 2 Sam. l. c. (cf. בוא 1, d). 2) *aditus* templi Ezech. l. c.

תְּבוּאָה f. 1) *proventus* (cf. rad. 1, l. Hiph. 1, f. Arab. أتاوة, chald. עֲלַלְתָּא, syr. ܥܠܠܬܐ Barhebr. 423), videl. agri 2 Reg. VIII, 6. Jes. XXX, 23, terrae Jos. V, 12, areae Num. XVIII, 30, torcularis ibid. vineae Deut. XXII, 9. Jer. II, 3: *Israël sanctus erat Jehovae* רֵאשִׁית תְּבוּאָתֹה *primitiae proventus eius. Fructus proventus* (Ps. CVII, 37) i. e. fructus proveniens. — 2) *quaestus, lucrum.* Jes. XXIII, 3: קְצִיר יְאוֹר תְּבוּאָתָהּ *messis Nili erat proventus* quaestus *eius* (Tyri) i. e. frumento Aegyptiorum divendendo quaestum faciebant Tyrii. Luditur in duplice vc. significatione. Eccl. V, 9: *amans divitias* לֹא תְבוּאָה sc. לוֹ *nihil* inde *lucri habet.* תְּבוּאַת רָשָׁע quaestus improbi, bona ab improbo parta Prov. X, 16. XV, 6, cf. Iob. XXXI, 12. תְּבוּאַת חָכְמָה quaestus ex sapientia redundans Prov. III, 14. VIII, 19. — 3) Metaph. *proventus labiorum* i. e. fructus sermonum Prov. XVIII, 20.

בוב. Quae ad hanc rad. vulgo referunt, נָבוּב et בָּבָה, vide s. rad. נָבַב.

בַּוַּי N. pr. Levitae Nehemiae coaevi Neh. III, 18. Modo semiticum est, conferri possit بو, بوق stultus i. q. נָבָל, fortasse vero persicae est originis i. q. בֵּבַי q. v.

בּוּז fut. יָבוּז i. q. בָּזָה (quod paulo frequentius est) *contemnere, despicere* c. c. acc. Prov. I, 7, saepius cum לְ Prov. XI, 12. XIII, 13. XIV, 21. XXIII, 9. Cant. VIII, 1. 7. Prov. VI, 30: לֹא יָבוּזוּ לַגַּנָּב *non despiciunt furem* i. e. non impunis dimittitur fur, cf. XXX, 17. — Zach. IV, 10 בַּז in 3 praet. legitur pro בָּז, qs. a בָּזַז.

בּוּז m. 1) *contemtus.* Iob. XII, 5. XXXI, 34. Ps. XXXI, 19. CXXIII, 3 cet. הָיָה לָבוּז contemni Gen. XXXVIII, 23. Prov. XII, 8. שָׁפַךְ בּוּז עַל effundere contemtum super aliquem i. e. summo contemtui exponere Iob. XII, 21. Ps. CVII, 40. — 2) N. pr. a) filius Nahori natu secundus, frater Uzi Gen. XXII, 21, it. populus et regio Arabiae desertae Jer. XXV, 23. 24. Nom. gent. est בּוּזִי Iob. XXXII, 2. b) vir Gadita 1 Par. V, 14.

בּוּזָה f. *contemtus*, inde *qui contemtui est, sunt,* nonnisi Neh. III, 36.

בּוּזִי (Buzo oriundus cf. בּוּז no. 2, a) N. pr. *Buzi*, pater Ezechielis prophetae et sacerdotis Ezech. I, 3.

בּוּךְ in Kal inusit. Arab. باك med. Waw *confusum turbatum*que fuit negotium, VII. turbatae mentis fuerunt homines, cf. نبك implicuit se malo.

Niph. נָבוֹךְ Part. plur. נְבֻכִים (Exod. XIV, 3) *perturbatus est* Esth. III, 15, *oberravit* cum perturbatione Joël I, 18. Exod. l. c.

מְבוּכָה f. *perturbatio, confusio* Jes. XXII, 5. Mich. VII, 4.

בּוּל v. rad. יָבַל.

בּוּם rad. inusit., cuius analogiam sequitur nomen

בָּמָה (c. Kamez impuro), plur. בָּמוֹת constr. id. et בָּמוֹתֵי Deut. XXXII, 13. Jes. LVIII, 14. Mich. I, 3 Chethibh, sed in Keri בָּמֳתֵי et ita in textu Iob. IX, 8. Jes. XIV, 14.

Amos IV, 13, ubi tamen במותי in codd. (vide not. 3) c. Suff. בָּמֳתַי, בָּמוֹתֶיךָ, בָּמוֹתָם cet. 1) *locus excelsus, editus*, generale vc. montes clivosque comprehendens. (In linguis cognatis non invenitur, ut suspicari possis, id assyrio-persicae originis esse, coll. pers. بام *bam* summum rei, tectum domus, adeoque gr. βωμός locus excelsus, altare, tumulus). 2 Sam. I, 19: *decus Israëlis* עַל־בָּמוֹתֶיךָ חָלָל *in montibus tuis confossum* est. Vers. 25. בָּמוֹת יַעַר montes silvis tecti. Jer. XXVI, 18. Mich. III, 12. בָּמוֹת עוֹלָם montes aeterni Ezech. XXXVI, 2 (cl. 1). בָּמוֹת אַרְנוֹן montes ad Arnonem Num. XXI, 28.

2) *arx, castellum* in monte exstructum (cf. מְצוּדָה, quod montem valet et arcem, it. lat. *arx*, germ. *Burg*). Ps. XVIII, 34: עַל־בָּמוֹתַי יַעֲמִידֵנִי *in arcibus meis constituit me* i. e. tutum me praestitit. Hab. III, 19 (ubi יַדְרִיכֵנִי assecutus est pro יַעֲמִידֵנִי). Qui *arces regionis* tenet, is omnem regionem occupavit tutoque possidet victor, unde locutio poëtica: דָּרַךְ עַל־בָּמֳתֵי אָרֶץ *incessit super arces terrae* Amos IV, 13. Mich. I, 3. Deut. XXXIII, 29, et translate עַל־בָּמֳתֵי־יָם Iob. IX, 8 *super arces maris*, עַל־בָּמֳתֵי־עָב Jes. XIV, 14 *super arces nubium*, de Deo summo mundi rectore, it. הִרְכִּיב עַל־בָּמֳתֵי אָרֶץ Deut. XXXII, 13. Jes. LVIII, 14 *invehi iussit* (Israëlem) *in arcibus regionis* i. e. summum securumque regionis dominium ei concessit. (Ita Arabes de victore راق سنام البلاد *ascendens gibbum regionum* Tim. II, 226, صاحب الجبال الشوامخ *dominus montium et verticum* I, 224, cf. Hamas. p. 469 Schult. A vera huius locutionis virtute longe aberravit Bochart. Hieroz. 1, 414, equitationem Deut. et Jes. l. l. c. c. de vita lauta explicans. Caeterum ad Iob. IX, 8 cf. غوارب الما *gibbi maris* i. e. fluctus Tebleb. ad Har. 1, 2, et ad Jes. XIV, 14 جبال في السما montes in coelo, de nubibus).

3) In montibus collibusque veteres Hebraei, pariter atque plurimi antiquitatis populi (de Moabitis v. Jes. XV, 2. XVI, 12. Jer. XLVIII, 35, de Persis Herod. 1, 131, de Graecis Xenoph. Memor. 3, 8 §. 10, de veteribus Germanis, Aethiopibus al. Comment. ad Jes. LXV, 7, et T. 2, p. 316. Creuzer Symb. 1, 159), sacra putabant diis acceptissima. Propterea tum idolis, tum ipso Deo (1 Sam. IX, 12 sq. 1 Par. XIII, 29 sq. 1 Reg. III, 4. 2 Reg. XII, 2. 4. Jes. XXXVI, 7) ibi sacrificia instituere, *sacella* vel *delubra* (בָּתֵּי הַבָּמוֹת 1 Reg. XIII, 32. 2 Reg. XVII, 29) cum sacerdotibus, sacrorum administris (כֹּהֲנֵי הַבָּמוֹת 1 Reg. XII, 32. 2 Reg. XVII, 32) exstruere solebant, eiusque veteris religionis adeo tenaces erant non tantum decem tribus (v. loca modo laudata), sed etiam Judaei, ut adeo post templum a Salomone conditum et non obstante lege Deut. XII (modo haec antiqua est) in montibus Hierosolymae vicinis huiusmodi sacella exstruere ibique sacra facere non desinerent, regesque legis mosaicae caeterum observantissimi usque ad Josiam illegitimi huius cultus abrogationem vel a populo vel a se ipsis non impetrarent (רַק הַבָּמוֹת לֹא סָרוּ 2 Reg. XII, 4. XIV, 4. XV, 4. 35, cf. 2 Par. XX, 33. XV, 17. 2 Reg. XXIII, 8. 9. 19. Ezech. VI, 3. XX, 29. Lev. XXVI, 30). Ipsum Salomonem in eiusmodi sacellis sacris operatum esse legimus 1 Reg. III, 2. 3 cf. XI, 7.

4) Saepissime idem valet quod בֵּית הַבָּמָה *sacellum* (Deo idolisve) *in monte exstructum* (cf. no. 2), quale exstruitur (1 Reg. XI, 7. XIV, 23. 2 Reg. XVII, 9. XXI, 3), comminuitur, crematur (2 Reg. XXIII, 15: *etiam altare illud et sacellum* [הַבָּמָה] *diruit, cremavitque sacellum et comminuit in pulverem*); adeoque transfertur ad *delubrum quodlibet* v. c. in valle Hinnom Jer. VII, 31, in urbibus Judae 2 Reg. XVII, 9. (Cf. aethiop. ደብር mons it. coenobium, pr. in monte exstructum, deinde quodvis aliud Lud. hist. aethiop. 3, 3 §. 27, et germ. *Hag* pr. lucus, dein ecclesia, templum ibi aedificatum). Ab altaribus diserte distinguuntur הַבָּמוֹת 2 Reg. XXIII, 15. Probabiliter haec sacella maximam partem non aedium instar muris constabant, sed tentoria sancta erant, pariter atque tentorium conventus, e ligno exstructa et aulaeis ornata (cf. 2 Reg. XXIII, 7. Amos V, 26), cuius generis sacella etiam Poenos veteresque Slavos habuisse constat (Diod. 20, 25. Mone in Creuzer Symbol. 5, 176), unde intelligis, cur Ezech. XVI, 16 sacella *e vestibus consui* dicantur (בָּמוֹת טְלֻאוֹת).

5) Rara, sed nihilominus satis certa, videtur *tumuli sepulcralis* significatio, quam etiam habet gr. βωμός. Ezech. XLIII, 7: *non profanabunt in posterum filii Israëlis nomen meum sanctum, ipsi et reges eorum, scortatione et cadaveribus regum* בָּמוֹתָם (pro בְּבָמוֹתָם) *in tumulis* s. sepulcris *eorum*. Comm. 8 intelligere iubet sepulcra regum templo nimis vicina. Sunt quidem nonnulli codd. (v. de Rossii Schol. crit.), qui בְּמוֹתָם scribant, idque expressit Targ. בְּמוֹתֵיהוֹן *in morte eorum*: verum languente sententia. Contra haec significatio praesidium habere videtur in loco Jes. LIII, 9: וַיִּתֵּן אֶת־רְשָׁעִים קִבְרוֹ וְאֶת־עָשִׁיר בְּמֹתָיו ubi quidem secundum haec puncta reddendum: *et dedit apud impios sepulcrum eius, et apud divitem in mortibus eius*, sed 3 Codd. Ross. habent בָּמוֹתָיו *tumulos eius*, quod parallelismo eximie congruit. Vett. intpp. quidem omnes hoc vc. de morte explicant, et cum punctis vulgaribus faciunt, sed haec ipsa ab interpretatione recepta pendent.

Not. 1. Observatu dignum est, vc. nostrum in generaliore *montis locique editi*, etiam *arcis* significatione (No. 1. 2) nonnisi poëtice usurpari, in speciali *montis sacri delubrique* potestate in sermone vulgari frequentari, unde fortasse colligas, id antiquissimis linguae in polytheismo adolescentis vocabulis annumerandum esse.

Not. 2. LXX. in libris hist. pleramque reddunt τὰ ὑψηλά, τὰ ὕψη, in Prophetis βωμοί, in Pent. στῆλαι (Lev. XXVI, 30. Num. XXI, 28. XXII, 41. XXXIII, 52), sed Deut. XXXIII, 29: καὶ σὺ ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτῶν ἐπιβήσῃ, ubi interpres locutione proverbiali utitur apud Arabes de victore superbo usitatissima: *incessit super colla hominum* (v. Schult. ad Iob. V, 10. Comment. nostr. ad Jes. LI, 23 et Jos. X, 24). Vulg. *excelsa, fana*. Syr. in exemplis no. 3 et 4. propositis plerumque ܚܓܐ̈ܐ et

ܒܡܣܬܐ *altaria*, idque adeo 2 Reg. XXIII, 15 (ubi מִזְבֵּחַ redditur ܡܕܒܚܐ).

Not. 3. Forma Pluralis constructi בָּמוֹתֵי, in qua duplex est Pluralis numeri signum, sui simile exemplum habet in רַאֲשׁוֹתֵי 1 Sam. XXVI, 12 cf. *Lehrgeb.* 541. Masorethae autem hanc formam non agnovisse videntur, et pro ea substituerunt בָּמֳתֵי. Hanc multi appellant *bamŏthe:* sed quomodo ו in nostro exemplo, utpote impurum et immutabile, corripi possit in Chateph-Kamez, equidem non video, pluralis enim צִפֳּרִים, ad quem provocant, non est a צִפּוֹר, sed a fem. צִפֹּרֶת. Rectius igitur alii בָּמֳתֵי efferunt *bomŏthe* et singularem statuunt בֹּמֶת (formae בֹּשֶׁת), ita ut ־ֶת in Plurali servatum sit coll. שְׁקָתוֹת, דְּלָתוֹת (*Lehrgeb.* 528), et בָּמֳתֵי (formae אָהֳלֵי) dictum pro בָּמְתֵי. Equidem spreta hac Masorethorum crisi ubique בָּמוֹתֵי et בָּמְתֵי legendum esse suspicor.

בָּמוֹת (excelsa, sacella) Num. XXI, 19 et plenius בָּמוֹת בַּעַל (sacella Baalis) XXII, 41. Jos. XIII, 17 N. pr. loci in finibus Moabitarum, prope Arnonem fluvium, a sacellis in monte exstructis nomen habens. Sunt, qui eodem referant Jes. XV, 2, sed ibi appellative reddendum.

בּוּן c. derivatis v. בִּין.

בּוּנָה (prudentia) N. pr. viri in stemmate Judae 1 Par. II, 25.

בּוּנִי v. בָּנִי rad. בָּנָה.

בּוּס fut. יָבוּס *conculcare*, veluti rem neglectam et despectam Prov. XXVII, 7: *qui satur est, melpedibus conculcat* (v. בּוּז, בָּזָה), it. *pedibus comminuere*, hostes i.e. penitus subigere, cf. רָדָה. Jes. XIV, 25. LXIII, 6. Ps. XLIV, 6. LX, 14. Part. בּוֹסִים Zach. X, 5: *et erunt instar heroum, qui hostes proculcant in bello sicut* (בְּ pro כְּ) *lutum platearum.*

Pil. בּוֹסֵס *pedibus calcavit* locum terramve sanctam Jer. XII, 10. Jes. LXIII, 18. Adiunctam habet polluendi profanandique potestatem, cf. καταπατεῖν τὸ ἁγίασμα i. q. βεβηλοῦν 1 Macc. III, 45. 51. IV, 60. Apoc. XI, 2 de gentilibus: τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν πατήσουσι. Cf. רָמַס.

Hoph. part. מוּבָס *conculcatum* (de cadavere) Jes. XIV, 19.

Hithpal. הִתְבּוֹסֵס (non reflex. sed pass.) *ad conculcandum proiectus est*, de filia recens nata Ezech. XVI, 6. 22: מִתְבּוֹסֶסֶת בְּדָמַיִךְ הָיִית *ad conculcandum proiecta eras cum sanguine tuo.* Cf. הִתְרַפֵּס. Scheidius in diss. Lugd. 973 interpretatur *humectatam, se volutantem*, coll. بَسَّ humectavit et miscuit, impr. polentam, et Vers. Alex. πεφυρμένη. Sed illud praeferre et sententia iubet, et usus radicis hebraeae.

יְבוּס (locus conculcatus, ut area, formae יְקוּם, יְחוּר, quae derivatio saltem probabilior videtur quam a rad. deperdita יָבַס, يَبِسَ i. q. יָבֵשׁ siccus fuit) *Jebus*, Hierosolymorum priscum nomen, Canaanitarum tempore usitatum Iudd. XIX, 10. 11. 1 Par. XI, 4. Nom. gent. est יְבוּסִי, הַיְבוּסִי *Jebusaeus* et collect. *Jebusaei*, gens cananaea, quae illam urbem cum montibus vicinis (Num. XIII, 30. Jos. XI, 3) incolebat, a Davide demum devicta (2 Sam. V, 6 sq. cf. Iudd. I, 21. III, 5), non prorsus expulsa, a Salomone praestandis angariis vexata (1 Reg. IX, 20), Esrae adhuc aetate superstes (Esr. IX, 1). In gentium cananaearum indice plerumque postremum locum occupat (Gen. XV, 20. Jos. III, 10) et Hevitas proxime excipit (Exod. III, 8. 17. XXIII, 23. XXXIII, 2. XXXIV, 11. Deut. VII, 1. XX, 17. Jos. IX, 1. XII, 8. XXIV, 11. 1 Reg. IX, 20). Idem nomen gentilit. aliquoties de ipsa urbe ponitur (pro עִיר הַיְבוּסִי Iudd. XIX, 11) Jos. XV, 8. XVIII, 16 impr. 28, etiam poët. de Hierosolymis Zach. IX, 7, ut כַּשְׂדִּים de Chaldaea. Cf. etiam Gen. XV, 19. 20, ubi *Jebusaei, Amoritae* cet. pro regionibus eorum ponuntur.

מְבוּסָה f. *conculcatio*. Jes. XVIII, 2. 7: גּוֹי קַו־קָו וּמְבוּסָה *populus robustissimus et omnia conculcans.* Aethiopes intelliguntur, cf. Comment. ad h. l. XXII, 5: יוֹם מְהוּמָה וּמְבוּסָה וּמְבוּכָה *dies commotionis et conculcationis et perturbationis* i. e. dies publicae calamitatis, quo omnia inter se permixta hostibus praebebuntur conculcanda.

תְּבוּסָה f. *conculcatio, interitus.* 2 Par. XXII, 7.

בּוּעַ rad. inusit., quae cum vicinis בָּעַט, בָּעָה et נָבַע exsiliendi potestatem habet, varie postea, tum ad aquam *scaturientem* et *ebullientem*, tum ad ulcera *propullulantia pustulas*que in cute orientes translatam. V. chald. בּוּעַ exsiliit, exsultavit (prae gaudio), בְּעָא ebullivit Ps. XLV, 2 Targ., בַּעְבַּע id. Jes. LXIV, 2 (hebr. בָּעָה), בַּעְבּוּעַ bulla aquae, בּוּעָה tumor, ulcus, pustula Talm.; syr. ܒܥܒܘܥܐ pustulae B. B., ܒܥܒܘܥܐ gurges aquarum, ܒܥܒܘܥܐ gurgites Ferr. 791, arab. بَاغَ med. Waw et Je et بَغَّ efferbuit sanguis, بَغَى intumuit sanieque sorduit ulcus, بُغْبُغٌ puteus plenus, scaturigo, cf. נָבַע, نبع scaturivit, it. ܢܒܥ scaturivit, ܡܒܘܥܐ gurgites aquae. Inde

אֲבַעְבֻּעֹת f. pl. (cum Aleph prosthetico) *pustulae* Exod. IX, 9. 10. Targ. אֲבַעְבּוּעִין. LXX. A. S. φλυκτίδες. Vulg. *vesicae.*

בּוּץ rad. inusit. congruens cum arab. بَاصَ med. Je superavit albedine II. album fecit. IX. et XI. albi coloris fuit, unde أَبْيَضُ albus, candidus, cf. etiam باص med. Waw sincero et nitido colore fuit. Inde

בּוּץ m. *byssus* et *pannus byssinus* i. e. bombycinus, isque candidus, subtilissimus et pretiosissimus, quo vestiebantur reges (1 Par. XXV, 27), sacerdotes (2 Par. V, 12), et beatissimi quique (Esth. I, 7. VIII, 15). Vocabulum est originis aramaeae, et spec. propterea de bysso Syrorum usurpatur (Ez. XXVII, 16), quae distingui videtur ab Aegyptiorum bysso שֵׁשׁ dicta (ibid. comm. 7): alibi non differt a שֵׁשׁ et pro eo frequentatur in sequiore Hebraismo 1 Par. IV, 21. 2 Par. III, 14 coll. Exod. XXVI, 31. (Sic syr. ܒܘܨܐ in V. et N. T. pro hebr. שֵׁשׁ et gr. *βύσσος*, et chald. בּוּץ in Targg. pro שֵׁשׁ Gen. XLI, 42, et פִּשְׁתָּה Jes. XLII, 3. XLIII, 17. Arabes hac significatione habent بَزّ byssus). Vestes Hebraeorum byssinas *candidas* fuisse, tum ex etymo certo colligi potest (cf. שֵׁשׁ), tum ex Apoc. XIX, 8. 14 (*ἐνδεδυμένοι βύσσινον λευκὸν καθαρὸν*), ubi vestis byssina candida et splendida innocentiam sanctorum significat. Nihilominus non temere reiiciendus Pausanias (5, 5), qui byssum Hebraeorum flavam esse tradit (*ἡ δὲ βύσσος ἡ ἐν τῇ Ἠλείᾳ λεπτότητος μὲν ἕνεκα οὐκ ἀποδεῖ τῆς Ἑβραίων, ἔστι δὲ οὐχ ὁμοίως ξανθή*): gossypium enim flavum tum in Guinea et India (Gossypium religiosum), tum in hodierna Graecia nascitur: pannis vero byssinis candor haud dubie arte conciliabatur, pariter atque lino apud nos. V. J. R. Forster de bysso antiquorum liber singularis. Lond. 1776. Celsii Hierob. 2, 167 sq. J. H. Voss ad Virg. Ge. 2, 120 (qui *vestes* etiam byssinas flavas fuisse suspicatur, cf. Celsius p. 177). J. E. Faber ad Harmari observatt. 2, 382 sq. (qui spec. Gossypium herbaceum intelligit in Syria frequens, diversum a gossypio arboreo, cuius nomen שֵׁשׁ fuisse suspicatur).

בֵּיצָה f. *ovum*, ab albedine dictum, arab. بَيْضَةٌ, syr. ܒܝܥܬܐ. In Sing. non legitur. Plur. בֵּיצִים c. adj. fem. בֵּיצִים עֲזֻבוֹת *ova derelicta* Jes. X, 14. Legitur de ovis aviculae Deut. XXII, 6, struthionis Iob. XXXIX, 14, viperae Jes. LIX, 5.

בּוּק i. q. בָּקַק *evacuavit*. (Melit. *buk* بوق cavum quid, canna, arundo, *bawwak* evacuavit, excavavit).

בּוּקָה f. *vacuitas, evacuatio* i. e. vastatio, depopulatio (cf. בָּקַק). Semel legitur Nah. II, 11: בּוּקָה וּמְבוּקָה de vastatione maxima, ut שְׁמָמָה וּמְשַׁמָּה, שׁוֹאָה וּמְשׁוֹאָה a. radd. שׁוֹא, שָׁמֵם. Cf. בָּקַק comm. 3. Michaelis (Suppl. 161), confert بَاقَ contigit alicui malum [Hamas. 334], unde بَائِقَة calamitas: verum evacuandi significatio satis certa est ex syn. בָּלַק, cui et h. l. iungitur, et in loco parallelo Jes. XXIV, 1.

מְבוּקָה f. id. ibid. v. בּוּקָה.

בּוּר i. q. בָּרַר *exploravit*, semel legitur Eccles. IX, 1, ubi Inf. לָבוּר *ad explorandum* (cf. III, 18 לְבָרָם). Possit quidem forma בּוּר anomala videri pro בֹּר a בָּרַר (cf. *Lehrgeb.* 369), sed etiam Arabes utrumque verbum hoc significatu frequentant, بَرَّ et بَارَ pro بَوَرَ.

בּוֹר fovea v. rad. בָּאַר.

בֹּר i. q. בַּר v. rad. בָּרַר.

בּוֹשׁ praet. בּוֹשׁ, בֹּשְׁתִּי, part. plur. בּוֹשִׁים fut. יֵבוֹשׁ (pro יֵבוֹשׁ, ut chald. יֵחוּל, יְבוּז, *Lehrgeb.* 403) 1) *erubescere, pudere, pudore affici*. (Respondet syr. chald. בְּהַת, ܒܗܬ, sam. ࠁࠄࠕ. ࠁࠄࠕ, it. arab. بَهِتَ, بُهِتَ et بُهِتَ attonitus, mente turbatus fuit, obstupuit, obmutuit. Sur. 2, 260, بُهْتٌ stupor. Vide vicinum יָבֵשׁ no. II.). Esr. VIII, 22: בֹּשְׁתִּי לִשְׁאוֹל *puduit me petere*. IX, 6. Semel c. verbo fin. Iob. XIX, 3: לֹא־תֵבֹשׁוּ תַּהְכְּרוּ־לִי *sine pudore me obtunditis*. Sequitur מִן rei, cuius nos pudet Ezech. XXXVI, 32 (coll. XLIII, 10. 11). Erubescere solet, cui cedendum est aliis: unde tribuitur soli, qui splendore superatur Jes. XXIV, 23 (cl. XXX, 26). — 2) *pudefieri, spe et exspectatione excidere*, quod cum pudore et rubore coniunctum est. Jer. XIV, 3: *Primores eorum aquatum mittunt tenuiores ... hi vero aquam non inveniunt, redeunt vasis inanibus* בֹּשׁוּ וְהָכְלְמוּ וְחָפוּ רֹאשָׁם *ob spem delusam pudefacti caput operiunt*. Iob. VI, 20. Tribuitur hostibus, inimicis et impiis post irritos conatus in fugam conversis Ps. VI, 11. XXV, 3. XXXI, 18. XXXV, 4. LXX, 3. LXXI, 13, idololatris spe in idolis posita delusis Jes. XLII, 17. XLV, 16, prophetis falsis Mich. III, 7, hominibus inexspectata calamitate oppressis Jer. IX, 16. 19. XV, 9. XX, 11. L, 12. Ps. XXXVII, 19, agricolae spe messis destituto Jer. XIV, 4 cf. Jes. XIX, 9 et הוֹבִישׁ. Contra *non pudefactum iri* dicuntur, quicunque fiduciam in Deo posuerunt. Ps. XXII, 6: בְּךָ בָטְחוּ וְלֹא בוֹשׁוּ *tibi fidebant, neque erubuerunt* i. e. neque spes eos fefellit. XXV, 2. 3. XXXI, 2. 18. LXXI, 1. Jer. XVII, 18. (Syr. ܒܗܬܬܐ *pudor* dicitur de conatu inani Barhebr. 66. 73. 123. 342, ܒܗܬ pudefactus, de eo qui re infecta ab aliquo conatu desistit ib. 65. 420, cf. Mayer p. 168). Sequ. מִן rei, quae spem fefellit. Jerem. II, 36: גַּם מִמִּצְרַיִם תֵּבוֹשִׁי כַּאֲשֶׁר בֹּשְׁתְּ מֵאַשּׁוּר *etiam*

Aegyptus spem tuam fallet, sicut fefellit Assyria. XII, 13. XLVIII, 13. Jes. I, 29. XX, 5. Hos. IV, 19. X, 6: יֵבוֹשׁ מֵעֲצָתוֹ *pudefiet propter consilium suum* sc. irritum futurum. — Ps. LXIX, 7: אַל־יֵבֹשׁוּ בִי קֹוֶיךָ *ne pudefiant per me sperantes in te* sc. ubi me, pium Dei cultorem, ab eo derelictum videbunt. — 3) Transfertur ad *animum* quocunque modo *laborantem, perturbatum, confusum* (cf. arab. بهت). Jer. XLIX, 25. Sic impr. in formula עַד בּוֹשׁ. Iudd. III, 25: *exspectabant* עַד בּוֹשׁ *usque dum animo perturbarentur.* 2 Reg. II, 17: *precibus fatigabant eum* Elisaeum עַד בּוֹשׁ *usque dum perturbaretur,* ἄπορος fieret. Bene de Wette: *bis er verlegen ward.* VIII, 11: *vultu immoto adspiciebat eum* (Hasaelem Elisaeus) עַד בּוֹשׁ *usque dum perturbaretur.* Chald. ubique עַד סַגִּי. Cf. Muntinghe in Diss. Lugdd. 1155 sq. — 4) Semel dici videtur de re, quae aliorum spem in se positam fallit (cf. בֹּשֶׁת). Hos. XIII, 15: יֵבוֹשׁ מְקוֹרוֹ *pudefaciet fons eius* (cf. Jer. XIV, 3) i. e. exarescet. Par. יֶחֱרַב. Probabilius vero יֵבוֹשׁ h. l. idem valet quod יִיבַשׁ, nisi cum 18 codd. Kenn. legendum est יבשׁ (יָבַשׁ) cf. יָבֵשׁ no. II. — Vocabulum est sermoni poëtico familiare, in pedestri raro (v. no. 1. 3), in Pentateucho nunquam obvium. Iungitur saepe synonymis חָפֵר, נִכְלַם Jes. XLV, 16, חָתַת Jes. XXIII, 4, נִבְהַל Ps. VI, 11, opp. שָׂמַח Jes. LXV, 13. LXVI, 5. LXX. αἰσχύνεσθαι, Vulg. *pudefieri, confundi.*

Pil. בֹּשֵׁשׁ *cunctatus est,* sequ. gerundio Exod. XXXII, 1. Iudd. V, 28. Pr. moratus est exspectationem alicuius, pudefecit exspectantem (cf. עַד בּוֹשׁ Iudd. III, 25), frustra exspectare sivit. J. D. Michaëlis (Suppl. 164) moram mavult a stupore dictam sive a quiete, coll. ܫܘܒܐ quod pro *quiete* occurrat ap. Assem. b. or. 1, 260. Hoc vero vocabulum perquam incertae auctoritatis est, videantque eruditi sitne l. c. scribendum ܫܘܒܐ *quies, tranquillitas.*

Hiph. הֵבִישׁ 2 pers. הֲבִישׁוֹתָ 1) *pudefecit* aliquem, impr. propter irritos conatus. Hinc de Deo: conatus irritos fieri iussit. Ps. XIV, 6. XLIV, 8. CXIX, 31. 116: אַל־תְּבִישֵׁנִי מִשִּׂבְרִי *ne spe excidere me sinas.* — 2) *ignominia affecit.* Prov. XXIX, 15: נַעַר מְשֻׁלָּח מֵבִישׁ אִמּוֹ *puer sibi relictus ignominiam parit matri suae.* — 3) intrans. *pudenda fecit, turpiter egit* (cf. הֵרַע, הֵיטִיב). Part. מֵבִישׁ turpis, inhonestus, nequam. Prov. X, 5: אֹגֵר בַּקַּיִץ בֵּן מַשְׂכִּיל נִרְדָּם בַּקָּצִיר בֵּן מֵבִישׁ *colligit aestate intelligens, stertit messis tempore homo nequam.* Ut h. l. ita XIV, 35. XVII, 2 opponitur מַשְׂכִּיל. Nequitia enim stultitiam quoque complectitur, ut alibi stultitiae vocabula (נְבָלָה, כְּסִיל) ad nequitiam referuntur. Fem. מְבִישָׁה Prov. XII, 4, opp. אֵשֶׁת חַיִל. Semel additur syn. מַחְפִּיר XIX, 26, unde colligitur, hunc usum participii Hiphil vere a pudoris significatione proficisci, neque a vicina radice בָּאַשׁ, ܒܐܫ, unde Hiph. ܐܒܐܫ, repetitum esse. Vide tamen בָּאַשׁ Hiph. no. 3.

Not. Aliam formam coniugationis Hiphil, הוֹבִישׁ, habes sub rad. יָבֵשׁ.

Hithpal. *erubuit, puduit eum* Gen. II, 25. Pedestris sermonis fuisse videtur, cf. ad הִתְאַבֵּל, הִתְאַנַּף.

בּוּשָׁה f. *pudor* Ps. LXXXIX, 45. Ezech. VII, 18. Obad. 10. Mich. VII, 10.

בָּשְׁנָה f. id. Hos. X, 6. De nominibus in נָה, נָא exeuntibus v. אַשְׁרְנָא rad. אָשַׁר.

בֹּשֶׁת cum Suff. בָּשְׁתִּי, בָּשְׁתָּם f. 1) *pudor, rubor.* Saepe additur פָּנִים Jer. VII, 19. Dan. IX, 7. 8. Ps. XLIV, 16. Esr. IX, 7. 2 Par. XXXII, 21. עָטָה, לָבַשׁ בֹּשֶׁת induere pudorem, pudore contegi Iob. VIII, 22. Ps. XXXV, 26. CIX, 29. Dicitur etiam בּוֹשׁ בֹּשֶׁת Jes. XLII, 17. — 2) *ignominia, conditio vilis et ignominiosa.* Jes. LIV, 4. LXI, 7. Hab. II, 10: יָעַצְתָּ בֹּשֶׁת לְבֵיתֶךָ *consiliis tuis ignominiam parasti domui tuae.* Mich. I, 11: עֶרְיָה בֹשֶׁת *in nuditate et ignominia.* (Alii nuda pudendis, qs. בֹּשֶׁת idem sit quod מְבֻשִׁים). Jer. XX, 18. Syn. חֶרְפָּה, כְּלִמָּה. — 3) *idolum,* ita dictum, quia spem cultorum fallit, eosque pudore et ignominia afficit (cf. Jes. XLII, 17. XLIV, 9. 11. XLV, 16). Male alii idolum ita dictum volunt, quia *mutum* sit (v. بهت), vel idolum *obscoenum* intelligunt (ut Zornius in bibl. antiqu. exeget. p. 732), vel denique peregrina vocabula arcessunt, ut pers. پشت *poscht* patronus, protector, بت *pot* idolum (v. Wahl *Magazin* 2, 105). Caeterum cf. nomina propria אִישׁ־בֹּשֶׁת, יְרֻבַּעַל.

מְבֻשִׁים m. pl. *pudenda,* de pudendis viri Deut. XXV, 11. (Ita chald. בֵּית בַּהֲתְּתָא locus pudoris l. c. et 2 Sam. X, 4. Num. XXV, 8, aeth. ኀፍረት፡ a rad. ኀፍረ፡ i. q. חָפֵר, arab. يَبِسَ a יָבַשׁ no. II. i. q. בּוֹשׁ, turc. ادب يرى *edeb jeri* verecundiae locus). Cod. Sam. magis verecunde ponit בשר.

בּוּת chald. *pernoctavit* Dan. VI, 19. In Targg. saepe pro לִין. Syr. ܒܬ id. et: commoratus est, mansit, ܒܘܬܐ diversorium, hospitium, sam. Aph. ࠀࠁࠉࠕ, arab. بَاتَ med. Je, aethiop. ቤየተ፡ et contr. ቤተ፡ pernoctavit, permansit, melit. *bejjet* (بيّت) habitavit, incoluit, nidificavit (de ave).

בַּיִת constr. בֵּית, cum He parag. בַּיְתָה Gen. XIX, 10, constr. בֵּיתָה v. c. בֵּיתָה יוֹסֵף XLIII, 19. Plur. בָּתִּים *bottim* c. Suff. בָּתֵּיהֶם, בָּתֵּיכֶם, בָּתֵּינוּ, pro בְּתָתִים a sing. deperdito בֵּתָה coll. syr. ܒܝܬܐ, plur. ܒܬܐ *Lehrgeb.* 604 (male enim nonnulli בָּתִּים dictum volunt pro בְּנָתִים a rad. בָּנָה, aut legendum ducunt *bättim*, decepti lineola Metheg) m. (de loco Prov. II, 18 v. s. שׁוּחַ) 1) *domus, domicilium,* a pernoctando et commorando dictum. (Arab.

בַּיִת, syr. ܒܰܝܬܳܐ, aethiop. ቤት:). בֵּית אֲרָזִים domus cedrina 2 Sam. VII, 2. בֶּן־הַבַּיִת filius domus Gen. XV, 3. Eccl. II, 7 et יְלִיד בַּיִת Gen. XVII, 12. 27. Jer. II, 14 est *verna*, servus *in domo natus*, eamque ob causam certioris fidei, LXX. οἰκογενής, opp. servo aere coemto מִקְנַת כֶּסֶף. (Samaritanis Moses vocatur בר בית אלה servus Dei familiaris Carm. sam. I, 12, melit. *dajjar* est servus familiaris, a *dâr* domus). אֲשֶׁר עַל הַבַּיִת apud privatos homines est οἰκόνομος, dispensator, servus rei familiari reliquisque servis praefectus Gen. XLIII, 16. XLIV, 1 cf. XXXIX, 4. (Syr. ܪܰܒ ܒܰܝܬܳܐ et uno verbo ܪܰܒܰܝܬܳܐ, cf. זְקַן בֵּיתוֹ Gen. XXIV, 2), sed v. infra no. 3. בָּתֵּי חֹמֶר *domus luteae* Iob. IV, 19 appellantur corpora humana, utpote fragilia et caduca (cf. 2 Cor. V, 1 ibique intpp.). בֵּ׳ הַסֹּהַר, בֵּ׳ הַכֶּלֶא, בֵּ׳ הַבּוֹר, בֵּית הָאֲסֻרִים varia sunt *carceris* nomina, v. sub his vcc. בֵּית הַכֵּלִים armamentarium Jes. XXXIX, 2. בֵּית הָאוֹצָר aerarium, thesauri Dan. I, 2. *Domus Dei* semel de universo mundo Ps. XXXVI, 9. — In Accus. eoque constr. בֵּית saepe pro בְּבֵית *in domo* alicuius Gen. XXIV, 23. XXXVIII, 11. Num. XXX, 11, alibi *in domum* alicuius; הַבַּיְתָה domum Gen. XXIV, 32. 2 Sam. XIII, 7.

2) *tentorium* (Arab. بيت, pers. خانه idem valent). Gen. XXVII, 15. XXXIII, 17. De tentoriis Astartae sacris 2 Reg. XXIII, 7, cf. בָּמָה no. 3. 4. (Hebraei interpretes non male יריעות aulaea). בֵּית הָאֱלֹהִים, יְהוָה de tabernaculo foederis Exod. XXIII, 19. Jos. VI, 24. Iudd. XVIII, 31. 1 Sam. I, 7. 24. III, 15. 2 Sam. XII, 20. Ps. V, 8. Eodem pertinent בָּתֵּי הַבָּמוֹת v. בָּמָה no. 3.

3) *domus regia, palatium, arx*, plenius בֵּית הַמֶּלֶךְ 2 Sam. XI, 2. 9. 1 Reg. IX, 1. 10. XIV, 26. XV, 18, et בֵּית הַמַּלְכוּת Esth. I, 9, κατ᾽ ἐξοχὴν הַבַּיִת, unde אֲשֶׁר עַל הַבַּיִת praefectus palatii, amicorum regiorum unus, cui clavis arcis regiae demandata erat (Jes. XXII, 22), quique universae rei familiari regis praeerat (nostratium fere *maréchal du palais, Hofmarschall,* Turcarum *Bostandschi Baschi*, quod munus saltem re, quanquam non nomine congruit, Persarum *Nasir*) 1 Reg. IV, 6. XVIII, 3. 2 Reg. X, 5. XV, 5. XIX, 2. Jes. XXII, 15. XXXVI, 3 (cf. Dan. II, 49), in sequiore Hebraismo רַב הַבַּיִת Esth. I, 8 (v. no. 1.), cf. Gen. XLV, 8. בֵּית דָּוִד regia Davidis Jes. XXII, 22. בֵּית פַּרְעֹה arx Pharaonis Gen. XII, 15. (In Anglia et Dania arces regiae κατ᾽ ἐξοχὴν *domus* vocantur, ut *Carltonhouse, Buckinghamhouse, Axelhuus* de arce Hauniensi, opp. Axelstad de Hauniae urbe). בֵּית אֱלֹהִים coeleste Dei palatium (ex opinione Jacobi) Gen. XXVIII, 17.

4) *Domus dei* i. q. *aedes, templum.* Usurpatur de templis idolorum (rabb. בית עבודה זרה) Jes. XXXVII, 38. XLIV, 13. Iudd. IX, 27. XVII, 5, v. c. בֵּית דָּגוֹן 1 Sam. V, 2. 5. XXXI, 10, בֵּית הַבַּעַל 2 Reg. X, 23 sq. (cf. no. 2.), et de templo Jehovae Hierosolymitano בֵּית אֱלֹהִים, בֵּית יְהוָה dicto 1 Reg. VI, 5. 37. VII, 12. Jes. LXVI, 1 et sexcenties (cf. no. 2). Ita etiam בֵּית־אֵל Zach. VII, 2 (coll. comm. 3). (Arab. بيت الله et البيت Cor. 2, 119 de templo Meccano; aeth. ቤት: de aede sacra). Usurpatur

5) *de parte domus, conclavi, oeco.* בֵּית מִשְׁתֵּה הַיַּיִן coenaculum, conclave potorium Esth. VII, 8 (cf. Dan. V, 10), בֵּית הַנָּשִׁים gynaeconitis, الحرم Esth. II, 3. 9. 13. 14. (Ita gr. οἶκος Od. 1, 356 cl. 362. 19, 514 et ap. Alex. pro hebr. לִשְׁכָּה Jer. XXXV, 4. 10, it. δόμος, δῶμα; aeth. ቤት: conclave, cubiculum, melit. *dâr* domus it. oecus, atrium, *Saal:* arab. بيت الما inferior pars domus, *Hausflur*). — Domus vocatur

6) *sepulcrum*, maxime sumptuosius. Jes. XIV, 18: *cuncti gentium reges cum honore iacent* אִישׁ בְּבֵיתוֹ *singuli in sepulcris suis.* (Cf. מִשְׁכָּן Jes. XXII, 16. Arab. البيت in Kamuso praeter alia explicatur القبر sepulcrum, praetereaque Arabes منزل et مثوى domicilium de sepulcro usurpant, v. Schult. ad Iob. III, 14 et in Animadverss. ad Jes. XXII, 16). Plenius idem vocatur בֵּית עוֹלָם *domus aeterna* Eccl. XII, 5. (Ita in inscr. altera phoen. melit. lin. 1. חדרבתעלמקבר i. e. חֲדַר בֵּית עוֹלָם קֶבֶר *conclave domus aeternae* est *sepulcrum*, cf. *domus aeterna* in inscr. sepulcralibus ap. Gruter. p. 790. 903. 913, et quod Diod. 1, 51 Aegyptios hominum vivorum domicilia deversoria [καταλύσεις], mortuorum sepulcra ἀϊδίους οἴκους vocari tradit. Syr. ܒܶܝܬ ܡܺܝܬܶܐ, aethiop. ቤት: ሙታን: domus mortuorum i. q. sepulcrum).

7) *habitaculum, mansio, locus* cuiuscunque generis, a) hominum, Iob. XVII, 13: אִם־אֲקַוֶּה שְׁאוֹל בֵּיתִי *immo exspecto orcum, domum meam*, cf. XXX, 23. (Ita Arabes de orco دار الخلد domus aeterna Cor. 41, 28, بيت الادم domus generis humani, Schult. ad l. c. gr. Ἀΐδαο δόμος). — b) bestiarum. Iob. XXXIX, 6: *cui* (onagro) *desertum dedi domum* s. mansionem. Ps. LXXXIV, 4: *passer quoque invenit domum.* CIV, 17 (cf. Virg. Ge. 2, 209: *antiquasque domos avium*, gr. οἶκος, δόμος de bestiarum mansionibus, melit. *bejtae* lustrum ferarum, nidus avium, formicarum, latibulum cuniculorum cet.). Sic בֵּית עַכָּבִישׁ *domus araneae* Iob. VIII, 14 de texto eius, arab. بيت العنكبوت Cor. 29, 40, بيت الخدرنق Elnawab. no. 190; *domus tineae* Iob. XXVII, 18. — c) *receptaculum, locus, spatium rerum inanimatarum.* בָּתֵּי הַנֶּפֶשׁ olfactoriola Jes. III, 20. בָּתִּים לַבַּדִּים, לַבְּרִיחִים receptacula vectium Exod. XXVI, 29. XXXVI, 34. XXXVII, 14. XXXVIII, 5. (LXX. θῆκαι, quod Aethiops reddit ቤት: Lud. 249. 591). 1 Reg. XVIII, 32: *fecitque fossam* כְּבֵית סָאתַיִם זֶרַע *ad spatium duorum satorum seminis.* בֵּית אֲבָנִים locus lapidosus (in terra) Iob. VIII, 17. Nehem. II, 3: הָעִיר בֵּית קִבְרוֹת אֲבֹתַי *urbs, in qua sepulcra patrum meorum.* Ezech. XLI, 9: בֵּית צְלָעוֹת אֲשֶׁר לַבַּיִת *spatium conclavium templi lateralium.* (Saepissime ita apud Aramaeos et Rabbinos, ut בית רגל calceus, בית יד chirotheca, בית הכוחל stibii vasculum, ܒܶܝܬ ܒܶܣܡܳܐ thuribulum, ܒܶܝܬ ܢܽܘܪܳܐ

olivetum cet. cf. Lexx., impr. Buxtorf. 302. Arab. بيت الجوهر capsula gemmarum, aethiop. ቤተ ፡ ሰይፍ ፡ domus gladii i. e. vagina) Prov. VIII, 2: בֵּית נְתִיבוֹת, syr. ܒܝܬ ܫܒ̈ܝܠܐ locus, ubi plures viae concurrunt, bivium triviumve. (LXX. Vulg. Chald. reddunt in medio viarum, ut בֵּית sit *inter*, v. no. 8). בֵּית הַיַּיִן v. sub יַיִן.

8) *interior pars, quod intus, intra est* (Opp. חוּץ extra, foras). בַּיְתָה Exod. XXVIII, 26, מִבַּיִת Gen. VI, 14. Exod. XXV, 11. XXXVII, 2 et מִבַּיְתָה 1 Reg. VI, 15 intus, intrinsecus (LXX ἔσωθεν). Opp. מִחוּץ. בֵּית לְ Ezech. I, 27, מִבַּיִת לְ 1 Reg. VI, 16, לְמִבֵּית לְ Num. XVIII, 7 intra (spatium quoddam). אֶל־מִבֵּית לְ intra, c. accus. 2 Reg. XI, 15. Cf. אֶל־ no. 13. (Ab hoc significatu ducitur chald. בֵּי *in*, unde supra derivavimus בְּ praefixum Hebraeorum).

9) *Domus alicuius* translate dicitur pro *hominibus in ea versantibus*, *familia* (cf. arab. أَهْل i. e. uxore cum liberis cunctisque domesticis Gen. VII, 1. XII, 17. XXXV, 2. XXXVI, 6. XLII, 19. XLV, 11. 18. Prov. XXXI, 15. Ita *domus regis* de aulicis Jes. XXII, 18. בֵּית פַּרְעֹה i. q. עַבְדֵי פַרְעֹה Gen. L, 4. (Cf. ܒܝܬ ܟܕܪܠܥܡܪ Ephr. Syr. I, 61 de servis Kedorlaomeri). Hinc

10) *ex familia alicuius oriundi*, *nepotes*, *posteri*, *genus* et *prosapia* eius, saepissime i. q. בָּנִים, vel potius בְּנֵי בָנִים. Gen. XVIII, 19: *hunc enim scio mandaturum* אֶת־בָּנָיו וְאֶת־בֵּיתוֹ אַחֲרָיו *filiis suis familiaeque post ipsum* i. e. nepotibus posterisque. 1 Par. X, 6. Ita בֵּית לֵוִי i. q. בְּנֵי לֵוִי Exod. II, 1, בֵּית יוֹסֵף Jos. XVII, 17. XVIII, 5, בֵּית יִשְׂרָאֵל Lev. XVII, 3. 8. XXII, 18, בֵּית יְהוּדָה 1 Reg. XII, 21 et sexcenties. Jes. VIII, 14: שְׁנֵי בָתֵּי יִשְׂרָאֵל *utraque gens Israëlitica* videl. Juda et Israël. (LXX. saepe *υἱοί*). Ita etiam בֵּית דָּוִד gens davidica 1 Sam. XX, 16. 1 Reg. XII, 16. 20. 26. XIII, 2. Jes. VII, 2. 13 (οἶκος Δαβίδ Luc. I, 27), בֵּית שָׁאוּל 2 Sam. III, 1. 6, בֵּית אַהֲרֹן Ps. CXVIII, 3. De universis populis v. c. בֵּית תֹּגַרְמָה filii Thogarma i. e. Armeni Ezech. XXVII, 14. (Sam. בית אדם de universo genere humano Carm. sam. 1, 19). Pariter atque בְּנֵי translate usurpatur, ut בֵּית מִלְחַמְתִּי i. q. בְּנֵי מִלְחַמְתִּי adversarii, hostes mei 2 Par. XXXV, 21, בֵּית מְרִי gens contumax Ezech. II, 5 et saepe, cf. Hab. III, 13, בֵּית מְרֵעִים Jes. XXXI, 2, et contra בֵּית יְהוָה filii, familia Dei i. q. Israël Num. XII, 7. Jer. XII, 7. Hos. VIII, 1. IX, 8. 15, ut οἶκος θεοῦ 1 Tim. III, 15. Hebr. III, 6. In aliis quibusdam formulis figura *domus* servata est. Ruth IV, 11 de Lea et Rahela: בָּנוּ אֶת־בֵּית יִשְׂרָאֵל *aedificarunt domum Israëlis* i. e. gentem israeliticam condiderunt. בָּנָה בַיִת לְ domum aedificavit alicui, pro prolem, sobolem ei dedit, de leviro (i. q. הֵקִים שֵׁם לְ) Deut. XXV, 9; de Deo 1 Sam. II, 35. XXV, 28. 2 Sam. VII, 27. 1 Reg. XI, 38. Idem valet עָשָׂה בַיִת לְ 2 Sam. VII, 11. 1 Reg. II, 24 (cf. infra no. 12).

11) בֵּית אָב pr. *domus paterna* Gen. XXIV, 23, dein: familia paterna XXXI, 30. XLVI, 31: *dixit Josephus fratribus suis patrisque familiae*. In censibus Hebraeorum singulae *tribus* (מַטּוֹת, שְׁבָטִים) dividebantur in *familias* (מִשְׁפָּחוֹת), familiae in *domos paternas*, בֵּית הָאָבוֹת (LXX. οἶκοι πατριῶν). Hac enim significatione in Plur. pro בָּתֵּי אָב frequentaut בֵּית אָבוֹת, quae Pluralis formandi ratio in nominibus compositis apud Syros usitatior est v. c. ܒܥܠܕܒܒ̈ܐ inimici, v. Hoffmann. gramm. syr. p. 254. Num. I, 2: *numerate filios Israëlis* לְמִשְׁפְּחֹתָם לְבֵית אֲבֹתָם *secundum familias suas domosque paternas*. 18. 20. 22. 24. 26 sq. II, 2 sq. Domibus paternis praeerant רָאשֵׁי בֵית אֲבֹתָם Exod. VI, 14, רָאשִׁים לְבֵית אֲבוֹתָם 1 Par. V, 24, plerumque per ellipsin רָאשֵׁי הָאָבוֹת 1 Par. VIII, 6. XXVI, 32. Num. XXXI, 26. Jos. XIV, 1, vel שָׂרֵי הָאָבוֹת 1 Par. XXIX, 6, נְשִׂיאֵי הָאָבוֹת 2 Par. V, 2 principes domuum, patriarchae (LXX. non raro πατριάρχαι. Per eandem ellipsin Syri ܪܫ ܐܒܗ̈ܬܐ patriarcha).

12) *Domus* praeterea transfertur ad *res*, *opes*, quae in ea asservantur, *totamque rem familiarem*. Esth. VIII, 1: בֵּית הָמָן, LXX. ὅσα ὑπάρχει Ἀμάν, cf. comm. 2. 7. Gen. XV, 2: וּבֶן־מֶשֶׁק־בֵּיתִי הוּא דַּמֶּשֶׂק אֱלִיעֶזֶר *et possessor opum mearum* erit *Damascenus Elieser* (v. sub מֶשֶׁק). Exod. I, 21: וַיַּעַשׂ לָהֶם בָּתִּים *et paravit iis* Deus *opes*, cf. Prov. XIV, 1. XXIV, 3. 27. (Ita gr. *οἰκία* Mt. XII, 29. XXIII, 14, οἶκος Od. 2, 237. 4, 318. 7, 314. Valcken. ad Herod. 7, 224. (Arab. بنى بيتا رفيعا domum altam exstruxit alicui, pro nobilem eum reddidit, v. Schult. ad Iob. XV, 28).

Saepissime בֵּית praemittitur nominibus geographicis *urbium* et vicorum, modo necessario, modo ita ut etiam omitti queat (vide litt. e. h. i. l. u. v. z. cc. ee. kk. pp.); creberrime, ut videtur, in serioris aetatis scriptoribus, (vide e. h. l. cc.). (Ita ܒܝܬ apud Syros, ubi etiam nominibus regionum praeponitur, v. Asseman. 3, 2, 730 et Mich. Suppl. pag. 174, et بيت apud Arabes v. c. بيت الراس, quod nonnunquam decurtatur in با, maxime apud Nestorianos v. Asseman. l. c., in ب, ut بيسان pro بيت سان, بيجبرين pro بيت جبرين, et ب, vide supra not. ad בְּ pag. 175. Adde Bebeten, Besimoth, Begabar ap. Reland. h. vv.). In plerisque exemplis בֵּית reddendum *habitatio*, *mansio*, *locus* v. c. בֵּית שְׁאָן habitatio quietis (cf. supra no. 7), et respondet germ. *hausen* in *Nordhausen*, *Mühlhausen*: alibi urbs ab arce templove nomen invenisse videtur, ut בֵּית־אֵל, בֵּית מִלּוֹא, בֵּית דָּגוֹן. Cf. nomina exeuntia in *burg*, *kirch*. En plenam nominum ita compositorum enumerationem:

a) בֵּית אָוֶן (domus peccati, aut commoditatis, coll. arab. أون) oppidum tribus Benjamin, prope Ai ab oriente urbis Bethel (Jos. VII, 2), ab occidente oppidi Michmas (1 Sam. XIII, 5 cll. XIV, 23), cum deserto cognomine in orientalibus eiusdem tribus finibus sito (Jos. XVIII, 12). Talmudici (Gem. Hieros. Ab. sara 43, 3) hoc oppidum confuderunt cum urbe vicina *Beth-el* (de qua litt. b),

quae aliquoties a prophetis per contemtum vocatur בֵּית אָוֶן (v. אָוֶן p. 51), sed Eusebius et Hieron. (v. *Βηθαῦν*, Bethaim) utramque recte distinxerunt.

b) בֵּית אֵל (domus Dei), urbs antiquissima et regia (Jos. XII, 16) Cananaeorum, olim et Josuae adhuc temporibus לוּז dicta (Jos. XVIII, 13 et cf. לוּז), quanquam semel (XVI, 2) a scriptore accuratius loquente utrumque nomen distinguitur, ita nimirum, ut *Bethel* montem sacrum sacrariique locum, *Lus* ipsam urbem designet. In septentrionali parte tribus Benjamin (Jos. l. l. c. c. et XVIII, 22) duodecimo ab Hierosolymis lapide (v. Euseb. v. *Βαιθήλ*), ea sita erat in monte (1 Sam. XIII, 2. Jos. XVI, 1, unde Bethelam *ascenditur* Gen. XXXV, 1. Iudd. I, 22. 1 Sam. X, 3. Hos. IV, 15), qui montanis Ephraim accensetur (Iudd. IV, 5). In sacro hoc monte tabernaculum foederis sedem habuerat (Iudd. XX, 18. 26. 27. XXI, 2. 1 Sam. X, 3), et, postquam Ephraimitis cesserat, Jeroboamus ibi vitulorum cultum instituit (1 Reg. XII, 28 sq.) a Josia demum abrogatum (2 Reg. XXIII, 15). Cf. v. בֵּית אָוֶן et אָוֶן. Ab his sanctuariis haec urbs *domus Dei* nomen facile sortiri potuit: exstant tamen de huius nominis origine aliae, eaeque variae et discrepantes, traditiones Gen. XXVIII, 10 sq. XXXV, 1 sq. 9 sq., quas diiudicavit de Wette *Kritik d. israël. Geschichte* I, 124. Nom. gent. est בֵּית הָאֱלִי 1 Reg. XVI, 34.

c) בֵּית הָאֵצֶל (domus radicis firmae i. e. sedis fixae, بيت الاصل) oppidum Judaeae, vel (quod vult Ephraemus ad h. l.) Samariae, nonnisi Mich. I, 11 commemoratum, cuius etymo modo indicato alluditur his verbis: מִסְפַּד בֵּית הָאֵצֶל יִקַּח מִכֶּם עֶמְדָּתוֹ *luctus Beth-Esel vobis aufert domicilium eius* (ibi ponendum) i. e. propter luctum publicum sedem figere non potestis in hac urbe, licet ipsa a sede fixa nomen habeat. Videant eruditi, sitne haec locum difficilem interpretandi ratio praeferenda his, quas ingressi sunt J. H. Michaelis, Justi aliique, ex quibus ille reddit *domus viciniae* et voci צֵל *umbra* alludi suspicatur, hic *domus deversorii*, quod utique aptissimum esset, modo probare possit, أَصَلَ *vesperi venit* etiam *divertendi* vim habuisse.

d) בֵּית אַרְבֵאל (domus insidiarum Dei), urbs, in qua Salmanassar post pugnam ibi commissam saeviisse dicitur Hos. X, 14. Intelligenda videntur *Ἄρβηλα* Galilaeorum (1 Macc. IX, 2), inter Sepphorin et Tiberiada (Jos. Arch. 12, 11 §. 1. 14, 15 §. 4, de vita sua §. 60) 9 milliaribus a Legeone (Euseb. h. v.) sita, apud Talmudicos aliquoties sub forma ארבל commemorata (Lightfoot Opp. 2, 231. Pococke ad Hos. l. c.); et significari videtur prior illa Salmanassaris invasio (2 Reg. XVII, 3). Exstat etiam urbs cognominis Assyriae, Darii clade nobilitata (v. Cellar. not. orb. ant. 2, 770. Schult. ind. geogr. v. Arbela), quam vero, utpote in assyriaci imperii sinu sitam, paulo ante Hoseae tempora ab illo rege expugnatam esse minus probabile est.

e) בֵּית בַּעַל מְעוֹן Jos. XIII, 17, alibi בַּעַל מְעוֹן Num. XXXII, 38 (ubi cod. Sam. מון) 1 Par. V, 8. Ezech. XXV, 9 et בֵּית מְעוֹן (locus habitationis) Jer. XLVIII, 23 oppidum tribui Ruben assignatum, quod vero mox in Moabitarum potestatem cessit. Ruinas eius ab austro Hesbonis commemorant Seetzenius et Burckhardtus (itin. in Syr. p. 624. vers. germ.), ab illo *Maein*, ab hoc *Myûn* ميعون appellatas. Alia urbs cognominis Tiberiadi vicina erat (v. Lightfoot Opp. 2, 226). Idem nomen videtur בְּעֹן (pro מְעוֹן Num. XXXII, 3).

f) בֵּית בִּרְאִי (urbs creationis meae) oppidum Simeonitarum 1 Par. IV, 31. Nescio tamen an corruptum sit hoc nomen ex בֵּית לְבָאוֹת (mansio leaenarum), quod exstat in loco parallelo Jos. XIX, 6 cll. לְבָאוֹת XV, 32.

g) בֵּית בָּרָה Iudd. VII, 24 locus ad Jordanem, prob. pro בֵּית עֲבָרָה (domus transitus), cf. *Βηθαβαρά* quod Joh. I, 28 in codd. multis exstat et ab Origene receptum est. V. Reland. 626. 32.

h) בֵּית גָּדֵר (domus septi) oppidum tribus Judae 1 Par. II, 51 i. q. גֶּדֶר, גְּדֵרָה, quae vide.

i) בֵּית הַגִּלְגָּל Neh. XII, 29 i. q. גִּלְגָּל, quod vide, s. גַּלְגַּל.

k) בֵּית גָּמוּל (domus retributionis) oppidum Moabitarum Jer. XLVIII, 23.

l) בֵּית דִּבְלָתַיִם Jer. XLVIII, 22 et דִּבְלָתַיִם Num. XXXIII, 46 (duae caricae, aut cll. دُبْلَة duae calamitates, duae buccellae) oppidum Moabitarum. Hieron. v. Jassa: *et usque hodie ostenditur inter Medabam et Deblatai.*

m) בֵּית דָּגוֹן *α)* oppidum tribus Judae Jos. XV, 41. *β)* aliud in tribu Ascher Jos. XIX, 27, utrumque, ut videtur, ita dictum ab aede Dagonis. Prius idem videtur quod Caphardagon, vicus teste Eusebio Jamniam inter et Diospolin situs: *Βηθδαγών* autem 1 Macc. X, 83 de aede Dagonis Asdoditica interpretandum videtur.

n) בֵּית הָרָם Jos. XIII, 27 urbs Gaditarum, quae Num. XXXII, 36 בֵּית הָרָן scribitur. Hieron. *Betharam, civitas tribus Gad iuxta Jordanem, quae a Syris dicitur Bethramtha et ab Herode in honorem Augusti Livias cognominata est.* Ita in Gem. Hieros. Schebiith fol. 38, 4 בית הרם explicatur בית רמתה, et רָמְתָה nihil aliud esse videtur ac forma syrissans pro הָרָם (quod fortasse compositum putaverunt ex רָם excelsum et ה art.), quum הָרָם et הָרָן potius adiective *montanum* (ab הַר et syllabis ־ָם et ־ָן) significare videantur. Josephus Ant. 18, 2 §. 1: *Βηθαραμφθᾶ δὲ, πόλις ἦν καὶ αὐτὴ, τείχει περιλαβὼν, Ἰουλιάδα ἀπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἀγορεύει τῆς γυναικός*, eandemque alibi Iuliada appellat (ib. 18, 4 §. 6. 20, 8 §. 4): sed Liviadis nomen idem non ignorat (ib. 14, 1 §. 4 ubi Arabiae oppidis illud annumerat) et utrumque permutatur, ut alibi Iuliae et Liviae nomina. De situ eius v. quae disputavit Cellar. notit. II, 652.

o) בֵּית חָגְלָה (domus perdicis) oppidum tribus Benjamin in limite eius australi, atque in confiniis Judae situm Jos. XV, 6. XVIII, 19. 21. Hieron. v. *Area Atad* memorat vicum *Bethagla* tribus milliaribus ab Hierichunte, duobus a Jordane dissitum, quem pro nostro habemus

cum Relando (p. 633). Quae Hieronymus habet s. v. Bethagla, huc non pertinent.

p) בֵּית חָנָן (domus gratiae) oppidum, quoad ex adiunctis urbibus colligitur, tribus Judae vel Dan 1 Reg. IV, 9.

q) בֵּית חֹרוֹן (locus cavitatis, fortasse *viae cavae* et *angustae*, v. infra) duo oppida tribus Ephraim, quorum alterum, *superius* dictum (עֶלְיוֹן m. ut congruat sexui vocis בַּיִת) Levitisque datum in septentrionali eius tribus parte (Jos. XVI, 5. XXI, 22), alterum *inferius* (תַּחְתּוֹן) in limite Benjaminitarum situm erat (Jos. XVI, 3. XVIII, 13). Utrumque condidisse dicitur Scheera, Ephraimi filia 1 Par. VII, 24, inferius (1 Reg. IX, 17, sec. 2 Par. VIII, 5 utrumque) vel restituisse vel munivisse (בָּנָה) Salomo. Bis (Jos. X, 10. 11. 2 Par. XXV, 13) Beth-horon κατ' ἐξοχὴν memoratur, et ap. Josuam certe oppidum *inferius* intelligendum. Huic vicinus erat descensus angustissimus (מוֹרַד בֵּית חֹרוֹן Jos. l. c., cf. Lightfoot Opp. 2, 184, ἀνάβασις, κατάβασις Βαιθωρῶν 1 Macc. III, 16. 24), multis exercituum cladibus nobilitatus (Jos. Macc. l. l. c. c. Jos. bell. jud. 2, 19): idque ipsum ubique in libris Maccabaeorum et apud Josephum intelligendum est (v. Reland 633). Eusebii utrique oppido eundem situm assignantis errorem (v. Bethoron) dudum taxarunt Bonfrerius ad Euseb. et Clericus ad Jos. X, 10. XVI, 5. Bene omnia se habent in mappis Londinensibus no. 13.

r) בֵּית הַיְשִׁימוֹת (domus desertorum) oppidum tribus Ruben ad Jordanem non longe a mari salso (Num. XXXIII, 49. Jos. XII, 3. XIII, 20), quod postea Moabitis cessit Ezech. XXV, 9. Eusebius v. *Βηθασιμοὺθ* id confundit cum יְשִׁימוֹן q. v.

s) בֵּית כַּר (domus agnorum, aut pascui) 1 Sam. VII, 11 fort. praesidium Philistaeorum in finibus tribus Judae. Josephus (Ant. 6, 2 §. 2) *μέχρι Κοῤῥαίων*, sed cod. Vat. *Βεθχώῤου*, Samb. *Βεθχόρου*.

t) בֵּית הַכֶּרֶם (domus vineae) Jer. VI, 1. Neh. III, 14 oppidum Judae, teste Hieronymo ad Jer. l. c. in monte inter Hierosolyma et Thekoam. Vallis Beth-kerem aliquoties memoratur in Talmude (v. Lightfoot Opp. 2, 210).

u) בֵּית לְבָאוֹת v. supra litt. f.

v) בֵּית לְעַפְרָה v. עַפְרָה rad. עָפַר.

w) בֵּית לֶחֶם (domus panis) m. (Mich. V, 1) *a)* oppidum tribus Judae (v. Jos. XV, 60 LXX), plenius בֵּית לֶחֶם יְהוּדָה dictum Iud. XVII, 7. 9. XIX, 1. 2. 18. Ruth I, 1. 2. 1 Sam. XVII, 12, item בֵּית לֶחֶם אֶפְרָתָה Mich. V, 1. Ephrata enim (v. p. 141) non solum antiquius eius oppidi nomen fuit (v. Gen. XXXV, 19: אֶפְרָתָה הִוא בֵּית לָחֶם. XLVIII, 7), sed regionem etiam circumiacentem designasse videtur. Eusebius: *Ἐφραθά, χώρα Βηθλεὲμ τῆς πόλεως Δαβίδ.* Sedes erat gentis davidicae (v. Ruth l. c. 1 Sam. XVII, 12) nostrique Servatoris incunabula vidit, quam ob causam بيت لحم, sex circiter milliaribus anglicis ab Hierosolymis distans, hodieque celebratur et sanctuariis abundat (v. Maundrelli, Pocockii, Clarkii aliorumque itineraria et Reland. p. 642). Nom. gent. est בֵּית הַלַּחְמִי 1 Sam. XVI, 1. 18. XVII, 58. 2 Sam. XXI, 19 (de quo loco v. supra p. 100 v. אֶלְחָנָן). *β)* oppidum Sebulonitarum Jos. XIX, 15.

x) בֵּית מִלּוֹא v. מִלּוֹא rad. מָלֵא.

y) בֵּית מָעוֹן v. litt. e.

z) בֵּית מַעֲכָה (domus Maachae) oppidum in radicibus Hermonis 2 Sam. XX, 14, cf. מַעֲכָה et אָבֵל בֵּית מַעֲכָה p. 14. 15.

aa) בֵּית הַמֶּרְחָק (domus remotionis) locus, fort. villa ad torrentem Kedron 2 Sam. XV, 17.

bb) בֵּית הַמַּרְכָּבוֹת (domus curruum) oppidum Simeonitarum Jos. XIX, 5. 1 Par. IV, 31.

cc) בֵּית נִמְרָה (domus aquae limpidae et salubris, cf. نمير, نمر talis aqua, نمر IV. talem aquam invenit) Num. XXXII, 36. Jos. XIII, 27, et נִמְרָה Num. XXXII, 3 oppidum tribus Gad, in Talmude et in Targ. Hieros. Num. l. c. בית נמרין dictum, *Βηθναβρὶς* tempore Eusebii, qui 5 milliaribus illud a Liviade septentrionem versus collocat. Ruinas eius etiamnum *Nemrin* dictas, rivo cognomini in Jordanem se exoneranti vicinas memorant Seetzenius et Burckhardtus (itin. Syriae 661). Aquae, quae oppido nomen dedere, vocantur מֵי נִמְרִים Jes. XV, 6. Jer. XLVIII, 34 (*Nahr Nimrin* Seetz.).

dd) בֵּית עֶדֶן (domus amoenitatis) urbs, eaque regia Syriae in monte Libano sita (Amos I, 5), Graecis *Παράδεισος* dicta (Steph. Byz. h. v. Ptolem. 5, 15). Christianorum aevo sedes archiepiscopi facta est, Gabriel Sionita atque Amira de litteris syriacis meritissimi ibi lucem viderunt, et etiamnum vicus *Eden* ab itineratoribus memoratur (v. le Quien Or. christ. 3, 92. Amirae gr. chald. p. 59. la Roque voyage p. 195 al.).

ee) בֵּית עַזְמָוֶת Neh. VII, 28 et simpl. עַזְמָוֶת ib. XII, 29. Esr. II, 24 vicus tribus Iudae vel Benjamin. V. עַזְמָוֶת n. pr. viri.

ff) בֵּית הָעֵמֶק (domus vallis) oppidum Asseritarum Jos. XIX, 27.

gg) בֵּית עֲנוֹת (domus responsionis, fort. echus) oppidum tribus Judae Jos. XV, 59.

hh) בֵּית עֲנָת (id.) oppidum Naphtalitarum. Jos. XIX, 38. Iudd. I, 33. Eusebius: *Βηθαναθά, φυλῆς Νεφθαλείμ. καὶ ἔστι κώμη Βαταναία ἀπὸ ιε' σημείων Καισαρείας* (Diocaesaream i. e. Sepphorin intelligere videtur), *ἐν ᾗ λέγεται εἶναι λουτρὰ ἰάσιμα. κεῖται δὲ καὶ ἀνωτέρω Ἀναία.*

ii) בֵּית עֵקֶד הָרֹעִים (sec. Simon. domus ligationis pastorum i. e. ubi pastores oves ad tonsuram ligare solebant, malim fere: domus praedii pastorum, cll. عقد pagus, praedium) locus prope Samariam 2 Reg. X, 12 et omisso הָרֹעִים V. 14. Eusebius: *Βαιθακάθ ... κώμη ἀπέχουσα τῆς Λεγεῶνος σημείοις ιε', ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ.*

kk) בֵּית עֲרָבָה c. art. בֵּית הָעֲרָבָה (domus deserti) oppidum in confiniis tribuum Judae et Benjamin Jos. XV, 6. XVIII, 22, semel omisso בֵּית Jos. XVIII, 18.

ll) בֵּית פֶּלֶט (domus evasionis) opp. in australi parte tribus Judae Jos. XV, 27. Neh. XI, 26.

mm) בֵּית פְּעוֹר (templum [Baal] Peoris, v. בַּעַל פְּעוֹר)

urbs Moabitarum, Rubenitis assignata, cultu Baalpeoris famosa Deut. III, 29. XXXIV, 6. Jos. XIII, 20. Teste Eusebio e regione Hierichuntis 6 mill. supra Liviadem sita erat.

nn) בֵּית פַּצֵּץ (d. dispersionis) opp. tribus Issaschar Jos. XIX, 21.

oo) בֵּית צוּר (domus rupis) urbs in montanis Judae, teste Eusebio in vicesimo lapide ab Aelia euntibus Hebronem (quod enim 2 Macc. XI, 5 quinque tantum stadiis ab Hierosolymis abfuisse dicitur, errore nititur) Jos. XV, 58. Neh. III, 16. 1 Par. II, 45, a Rehabeamo munita 2 Par. XI, 7, et magis etiam a Maccabaeis (1 Macc. XIV, 33), qui Idumaeis hoc munimentum opponebant (1 Macc. IV, 61. 2 Macc. XIII, 19). Si cui mirum videatur, eam locis laudatis in finibus Idumaeae poni et semel adeo Idumaeae urbem vocari, is perpendat, Idumaeae fines illis temporibus valde promotos in centrum ferme Iudaeae penetrasse. Cf. Reland. p. 659.

pp) בֵּית רְחֹב (domus s. regio plateae) Iudd. XVIII, 28. 2 Sam. X, 6, alibi רְחֹב (nisi forte *Beth Rechob* regionem denotat, *Rechob* urbem), urbs Asseritarum asyli iure gaudens in finibus Palaestinae borealibus (Num. XIII, 21) ibique in convallibus Libani sita haud procul a fontibus Jordanis (Jos. XIX, 28. 30. XXI, 31. Iud. I, 31). Syriae pars vicina appellatur אֲרַם בֵּית רְחֹב 2 Sam. X, 6 אֲרַם רְחֹב ib. comm. 8. Auctor Paralipomenôn quidem (1 Par. XIX, 6) pro eo dat אֲרַם נַהֲרַיִם, huic vero vocabuli obscurioris interpretamento non plus fidei tribuendum est, quam eiusdem generis apud hunc scriptorem multis.

qq) בֵּית שְׁאָן (domus quietis) Jos. XVII, 11. 16. Iudd. I, 27. contr. בֵּית שַׁן 1 Sam. XXXI, 10. 12, et בֵּית שַׁן 2 Sam. XXI, 12 urbs Manassitarum, quae vero diu Cananaeis et Philistaeis parebat (Iudd. et Sam. l. l. c. c.), cis Jordanem sita, postea Scythopolis dicta (LXX Iud. I, 27: *Βαιθσάν, ἥ ἐστι Σκυθῶν πόλις*. Joseph. Arch. 12, 8 §. 5 *μέγα πεδίον, οὗ κεῖται κατὰ πρόσωπον πόλις Βεθσάνη, καλουμένη πρὸς Ἑλλήνων Σκυθόπολις*, cf. 1 Macc. V, 52 et 2 Macc. XII, 29), idque auctore Syncello p. 214, quia a Scythis incursantibus (Herod. 1, 105) occupata sit, probabilius ex coniectura Relandi (p. 992 sq.) tanquam urbs primaria regionis Succoth (עֵמֶק סֻכּוֹת Ps. LX, 8 cf. Hieron. ad Gen. XXXIII, 17) pr. *Συκοθόπολις*, dein *Σκυθόπολις*. Apud Talmudistas Rabbinosque appellatur ביסן, apud Arabes hodieque بيسان, et ruinae eius non contemnendae, in quibus recentior Arabum vicus exstructus est, in loco editiore haud procul a frequentissimo Jordanis vado visuntur. V. Reland. l. c. Lightfoot Opp. 2, 216. le Quien Oriens christ. 3, 682. Abulfedae Syria p. 85. Schult. ind. ad v. Salad. v. Baisana, Seetzen. ap. Zachium 18, 423, Burckhardt itin. Syr. p. 343, Vers. germ. p. 592 et 595, cf. 1058.

rr) בֵּית הַשִּׁטָּה (domus acaciae) oppidum ad Jordanem inter Bethsan et Abel-mecholam situm Iudd. VII, 22.

ss) בֵּית שֶׁמֶשׁ (domus l. templum solis) *α)* urbs Levitarum (Jos. XXI, 16. 1 Par. VI, 44), in limitibus tribuum Judae et Dan ac Philistaeae (Jos. XV, 10. 1 Sam. VI, 12 sq. 2 Par. XXVIII, 18), magna et incolis frequens (1 Sam. VI, 19 cf. tamen Vers. syr. et arab.) 1 Reg. IV, 9. 2 Reg. XIV, 11. Constr. c. plur. 1 Sam. VI, 13, quia cives urbis intelligendi sunt. Nom. gent. בֵּית הַשִּׁמְשִׁי ibid. comm. 14. 18. Eusebius oppidum ponit in decimo lapide ab Eleutheropoli in via, quae Nicopolin ducit. Fortasse idem est עִיר שֶׁמֶשׁ, quod Jos. XIX, 41 Levitis tribuitur. *β)* urbs Naphtalitarum Jos. XIX, 38. Iudd. I, 33. *γ)* urbs tribus Issaschar Jos. XIX, 22. *δ)* i. q. אֹן Heliopolis Aegypti Jer. XLIII, 13, cf. p. 52.

tt) בֵּית תַּפּוּחַ (domus pomorum) oppidum tribus Judae. Jos. XV, 53.

* * *

In uno nomine בֵּית decurtatum est in בְּ (vide p. 175 et 193 B.).

uu) בְּעֶשְׁתְּרָה (pro בֵּית עַשְׁתְּרָה domus Astartes) oppidum Levitarum, in tribu Manassis, trans Jordanem situm Jos. XXI, 27, in loco parallelo 1 Par. VI, 56 עַשְׁתָּרוֹת (Astartae) dictum.

בַּיִת st. emphat. בַּיְתָא, בַּיְתָה, constr. בֵּית c. Suff. בַּיְתֵהּ plur. בָּתִּין chald. m. i. q. hebr. *domus* Dan. II, 5. בֵּית מַלְכָּא Esr. VI, 4, בֵּית מַלְכוּ Dan. IV, 27 domus regia, palatium. בֵּית אֱלָהָא domus Dei, templum Esr. V, 2 sq., etiam simpl. בַּיְתָא ibid. comm. 3. 9. 11. בֵּית גִּנְזַיָּא דִּי מַלְכָּא aerarium regium Esr. V, 17. VII, 20 (arab. بيت المال). בֵּית סִפְרַיָּא Esr. VI, 1 promtuarium librorum, tabularium (pers. دار نوشت v. Ouseley Travels 2, 344. 410. 542). בֵּית מִשְׁתְּיָא coenaculum Dan. V, 10.

בִּיתָן m. constr. בִּיתַן *palatium* Esth. I, 5. VII, 7. 8.

בָּזָא rad. *ἅπαξ λεγομένη* prob. i. q. בָּזַז (cf. רָצָא et רוּץ currere, ܡܠܠ i. q. ܡܠܠ locutus est) *diripuit.* Jes. XVIII, 2: *populus fortis et conculcans* אֲשֶׁר בָּזְאוּ נְהָרִים אַרְצוֹ *cuius regionem flumina diripiunt*, egregia metaphora, q. d. dilacerant, disrumpunt, direptam secum auferunt. Significatur interior Aethiopia fluminum copia et rapiditate insignis. Cf. גָּרַף Iudd. V, 21. Ita Aqu. Symm. Theod. Chald. Saad. Abulwalid. suffragantibus 4 codd., qui בזזו scribunt. Hartmannus (*lingu. Einleit.* p. 78) בָּזָא idem esse suspicatur, quod chald. בְּזַע i. e. fidit, prorupit (de fontibus), in Targg. pro hebr. בָּקַע. Plura vide in Comment. ad h. l.

בָּזָה i. q. בּוּז *sprevit, contemsit, vilipendit.* (Chald. בְּזָה, syr. et zab. ܒܙܐ id. Primaria potestas videtur *pedibus conculcavit*, et בּוּז, si quid video, idem proprie valebat quod בּוּס, quod ipsum ad contemtum refertur, cf. Prov. XXVII, 7. Ita ז et ס alternant etiam in בָּזָה et ܒܣܐ. Vicinae radices arab. sunt بس Conj.

I. II. contemsit, بَذَّ despexit, invisum habuit, v. Scheid. spec. Dschauharii p. 12. 14, et بَزَّ extulit se superbius, subiugavit, dominatus est, quae cuncta sunt a conculcando, cf. רָדָה). Constr. plerumque c. Accus. Num. XV, 31. Ps. XXII, 25. CII, 18. Ezech. XVII, 16. 19 cet., rarius cum לְ 2 Sam. VI, 16. 1 Par. XV, 29 et עַל Neh. II, 19 (cf. chald. בְּזָה עַל Prov. XIII, 13 Targ. et בְּסַר עַל, quo Targumistae nostram radicem plerumque interpretantur). Opp. כִּבֵּד 1 Sam. II, 30. Prov. XIX, 16: בּוֹזֵה דְרָכָיו qui vilipendit (i. e. negligit) suam vivendi rationem. Est. III, 6: וַיִּבֶז בְּעֵינָיו לִשְׁלֹחַ יָד et parum ei erat, manum admovere. Ps. LXXIII, 20: sicut somnium evanescit sopore discusso אֲדֹנָי בָּעִיר צַלְמָם תִּבְזֶה ita, Domine, suscitando impios umbram eorum vilipendes i. e. vanas eorum opes umbrae somnioque similes dissipabis. Cf. de Wette ad h. l.

Niph. part. נִבְזֶה contemtus Jes. LIII, 3. Ps. XV, 4. Dan. XI, 21. Mal. I, 7. 12. II, 9.

Hiph. i. q. Kal Est. I, 17 (syr. ܐܰܒܣܺܝ id.)

בּוֹזֵה adj. verbale formae intransitivae (et passivae) *contemtus*. Jes. XLIX, 7: בְּזֹה־נֶפֶשׁ *contemtus ab hominibus*. Parall. מְתָעֵב גּוֹי. Idem est בְּזוּי עָם Ps. XX, 7, cf. Jer. XLIX, 15. Recte Aben Esra: בזה נפש שם התאר. Kimchio בְּזֹה est Infinitivus nominascens, coll. קְנֹה Prov. XVI, 16.

בִּזָּיוֹן m. nom. abstr. *contemtus* Est. I, 18. Cf. talmud. בזיונא Sota fol. 8, 1.

בִּזְיוֹתְיָה (contemtus Jehovae) N. oppidi in meridionali tribus Iudae parte. Jos. XV, 28.

נְמִבְזָה 1 Sam. XV, 9 *contemtum, vile* i. q. נִבְזָה. LXX. ἠτιμωμένον. Vulg. *vile*. Monstrum hoc vocabuli simili exemplo caret, et e duabus lectionibus נִבְזָה et מְבוּזָה conflatum videtur (cf. *Lehrgeb.* 462. 63). Schroederus quidem (instit. ling. hebr. 95) aliique Belgiae Philologi (v. diss. Lugdd. 752) in eo invenisse sibi videntur vestigium coniugationis *Miphel:* sed hoc Grammaticorum commentum nititur exemplo مسكن pauperem esse (a سكن), eoque aliter explicando (v. מִסְכֵּן). E codd. nulla enotatur scripturae varietas.

בָּזַז pl. בָּזְזוּ, בַּזּוֹנוּ Deut. II, 35, semel בּזֹונוּ (cod. Sam. בוזנו), inf. בֹּז, fut. יָבֹז *diripuit, praedam egit, praedatus est, spoliavit.* (Arab. بَزَّ Conj. I. VIII. id. Hamas. 422. Abulf. Ann. 1, 378. 384. بَزٌّ et بِزَّةٌ arma, Caab b. Z. 50; aram. בְּזַז, rarius בַּז, ܒܙ fut. ܢܒܘܙ, ܒܙܬܐ, ܒܶܙܬܳܐ, ܒܶܙܬܳܐ praeda. Primaria potestas esse videtur in *dispergendo*, cf. vicinas radd. בָּזָא, בָּזַק, בָּזַר. Inde chald. בַּזְבֵּז dilapidavit, dissipavit, a quo vulgo ducitur נִבְזְבָּה donum largius, sed vide sub h. v.). Constr. a) absol. Num. XXXI, 53: אַנְשֵׁי הַצָּבָא בָּזְזוּ אִישׁ לוֹ *milites praedas egerant, singuli sibi.* 1 Sam. XIV, 36: נָבֹזָה בָהֶם *praedam agamus inter eos.* b) c. accus. praedae: *praedatus est* aliquid, *rapuit, raptumque asportavit.* Deut. II, 35: רַק הַבְּהֵמָה בָּזַזְנוּ לָנוּ *tantummodo pecus praedati sumus nobis.* Gen. XXXIV, 29. Num. XXXI, 9. Deut. III, 7. Jos. VIII, 27. XI, 14. Ps. CIX, 11. Ezech. XXVI, 12. בָּזַז בַּז rapuit praedam Jes. X, 6. XXXIII, 23. Num. XXXI, 32, בָּזַז שָׁלָל id. 2 Par. XXVIII, 8. c) *spoliavit* urbem, homines, regionem. Gen. XXXIV, 27: וַיָּבֹזּוּ הָעִיר *et spoliaverunt urbem.* Ezech. XXXIX, 10: בָּזְזוּ אֶת־בֹּזְזֵיהֶם *spoliabunt, qui ipsos spoliarunt.* 2 Reg. VII, 16. 2 Par. XIV, 13. Jes. XLII, 22.

Niph. נָבֹז pl. נָבֹזּוּ inf. et fut. יִבּוֹז, הִבּוֹז *spoliatus est*, pass. Kal. litt. c. Amos III, 11. Jes. XXIV, 3.

Pu. id. Jer. L, 37.

בַּז c. Suff. בִּזָּהּ Ezech. XXIX, 19 m. *praeda*. Usurpatur de hominibus bestiisque bello abductis (alibi שְׁבִי, מַלְקוֹחַ), item de opibus ab hoste direptis. Num. XIV, 3: נָשֵׁינוּ וְטַפֵּנוּ יִהְיוּ לָבַז (ut) *mulieres et parvuli nostri in praedam abducantur.* Jer. XV, 13. XLIX, 32. בָּזַז בַּז v. supra. Creberrimae sunt formulae הָיָה לָבַז in praedam fieri, abduci Num. XIV, 31. Deut. I, 39. Jes. XLII, 22, nonnunquam addito Dativo Ezech. XXVI, 5. XXXIV, 28, נָתַן לָבַז in praedam dare Jer. XVII, 3. Ezech. XXV, 7 Keri, cf. supra v. בַּז.

בִּזָּה id., sed nonnisi in sequiore Hebraismo (coll. aram. ܒܶܙܬܳܐ, ܒܙܬܐ) 2 Par. XIV, 13. XXVIII, 14. Esr. IX, 7. Neh. III, 36. Est. IX, 10 sq. Dan. XI, 24. 33. Saepe iungitur Synonymis שְׁבִי et שָׁלָל.

בִּזְּתָא n. pr. eunuchi in aula Xerxis. Est. I, 10. Si aramaeum esset vc., valeret *praedam* (ܒܶܙܬܳܐ), sed melius cum Bohlenio habebis pro persico بسته *beste* ligatus sc. membro, i. q. spado.

בָּזַק rad. inusit. quae *spargendi* vim habebat, eamque varie translatam. Syr. et talmud. ܒܙܩ est: sparsit, dispersit (v. Kimchi et Buxtorf. h. v.). Arab. بزق in Kamuso (p. 1249 Calc.) explicatur 1) spuit i. q. بسق; 2) seminavit i. q. بذر; et 3) ortus est (sol), pr. radios sparsit. In hac radiandi coruscandique potestate vicinum videtur radici בָּרַק (de ז et ר inter se permutatis v. ז): unde ἅπαξ λεγόμ.

בָּזָק m. Ezech. I, 14 i. q. בָּרָק *fulgur, fulgetrum.* Ita omnes Verss. vett., it. Abulwalides et Kimchius, quorum posterior spargendi significationem primariam ponit (לשון פזור).

בֶּזֶק (fulgur, vel agnus, coll. ܒܙܩܐ) n. pr. urbis, cui imperabat Adoni-besek Iud. I, 4 sq. 1 Sam. XI, 8. Eusebius: *καὶ νῦν εἰσι κῶμαι δύο Βεζέκ, πλησίον ἀλλήλων, Νέας πόλεως ἀπέχουσαι σημείοις ιζ΄ κατιόντων ἐπὶ Σκυθόπολιν.* Hebraeorum nonnulli 1 Sam. l. c. appellative interpretantur, cf. Boch. Hieroz. 1, 424.

בָּזַר *sparsit, dispersit, dissipavit* i. q. פָּזַר. Dan. XI, 24. (Arab. بزر Conj. II. seminavit, sed frequentius est بذر seminavit Conj. II. dispersit Cor. 17, 28. 29, بَذْر semen. Talmudici habent בְּזַר sparsit, et בִּזְרָא semen, et Nasoraei ܒܙܪܐ fruges, ܒܙܪܐ semen, granum, quanquam magis frequentant בְּדַר q. v.).

Pi. dispersit, in fugam coniecit (hostes) Ps. LXVIII, 31.

בָּחַל I) i. q. בָּעַל בְּ *fastidivit* (syr. ܒܚܠ nauseans, stomachi fastidio laborans, Ferr. p. 784). Seq. בְּ, particula Zach. XI, 8: נַפְשָׁם בָּחֲלָה בִי *anima eorum fastidiverat me.* Chald. קָצַת בְּפוּלְחָנִי fastidiverat cultum meum. Abulw. בחלה בי أي خرمت وضجرت i. e. nauseavit et fastidivit.

II) i. q. arab. بخل *avarus fuit* Cor. 3, 175, unde بُخْل avaritia, بَاخِل avarus. Inde *Pu.* Prov. XX, 21 in Chethibh: נַחֲלָה מְבֻחֶלֶת *opes avaritia partae.* Vide Schult. animadvv. ad h. l. Vett. Versiones Keri מבהלת vertendo expresserunt.

בָּחַן fut. יִבְחַן 1) *exploravit, examinavit,* maxime metalla, quorum bonitas puritasque igne probatur (ut syn. צָרַף) Jer. IX, 6. Zach. XIII, 9. Ps. LXVI, 10, unde metaph. Iob. XXIII, 10: בְּחָנַנִי כַּזָּהָב אֵצֵא *examinet me, instar auri prodibo,* et neglecta primaria potestate Iob. XII, 11: הֲלֹא אֹזֶן מִלִּין תִּבְחָן *en! auris examinat verba.* XXXIV, 3. Saepissime usurpatur a) de Deo hominum pectora explorante. Ps. VII, 10: בֹּחֵן לִבּוֹת וּכְלָיוֹת *corda renesque examinas.* XVII, 3. Jer. XI, 20. XII, 3. XVII, 10. Prov. XVII, 3. Ps. LXXXI, 8, impr. calamitates iis immittendo Iob. VII, 18. b) de hominibus Deum tentantibus (i. q. נִסָּה) i. e. incredulis, de vi et potentia eius diffidentibus Mal. III, 10. 15. Ps. XCV, 9.

2) *speculatus est* i. q. צָפָה, unde בַּחַן, בָּחִין specula. (Chald. בְּחַן, syr. ܒܚܢ examinavit. Arabes hoc significatu habent محن Conj. I. VIII., Har. 2, 95. 6, 2 Schult. مِحْنَة res, qua tentamur, calamitas. Cf. ב p. 171. Eadem radix etiam terendi et atterendi potestatem habet, quae primaria esse videtur, ita ut exploratio dicta sit a terendo, vel ad coticulam vel inter digitos. Ita بلى trivit, attrivit, et exploravit; מְלַל chald. trivit, zab. examinavit. Cf. Schult. ad Har. l. c. et Iob. VII, 18. Lorsbach *Museum f. oriental. Literatur* 1, 31).

Niph. exploratus, probatus est. Gen. XLII, 15. 16. Iob. XXXIV, 36.

Pu. בֹּחַן id. Ezech. XXI, 18: כִּי בֹחַן *nam probatio facta est,* cf. Schnurrerus ad h. l. LXX. ὅτι δεδικαίωται. Symm. Hexapl. aliique בֹּחַן pro nomine accipiunt: *probatio* sc. facta est.

בַּחַן m. *specula* (v. rad. no. 2) Jes. XXXII, 14: עֹפֶל וָבַחַן *collis* (Ophel) *et specula* in eo. Intelligi videtur turris in colle Ophel exstructa, de qua Nehem. III, 26. 27.

בַּחִין Jes. XXIII, 13 Cheth. v. בַּחוּן.

בָּחוֹן m. adj. verbale i. q. בֹּחֵן (*Lehrgeb.* §. 120, no. 3) *explorator* (metallorum) Jer. VI, 27. LXX. δοκιμαστής. Hieron. probator. Syr. ܒܚܘܢܐ.

בַּחוּן (c. Dag. forti implicito) m. *specula, turris* urbi obsidendae exstructa. Jes. XXIII, 13 Keri. Targ. חֲזוָתָא. Kimchi: מגדלים. Jarchi: בורפרייץ i. e. gall. *pourpris.*

בֹּחַן m. *probatio.* Jes. XXVIII, 16: אֶבֶן בֹּחַן *lapis probatus* i. e. firmitatis exploratae, ut aedificio tuto substerni possit. Male Schult. ad Har. 2, 95 lapidem Lydium intelligit.

בָּחַר fut. יִבְחַר 1) *elegit, delegit.* (Chald. בְּחַר, sam. ࠁࠇࠓ id. Respondet arab. مخر VIII. selegit meliores, delectum habuit, meliorem cepit rei partem, مُخْرَة, مَخْرَة res selecta, quod eligitur. De syr. ܒܚܪ v. ad no. 3). Iob. IX, 14. XV, 5. XXIX, 25. Saepe c. dat. commodi בָּחַר לוֹ elegit sibi. Gen. XIII, 11: וַיִּבְחַר לוֹ לוֹט אֵת כָּל־כִּכַּר הַיַּרְדֵּן *et elegit sibi Lot omnem planitiem Jordanis.* Exod. XVII, 9: בְּחַר לָנוּ אֲנָשִׁים *elige nobis viros.* Jos. XXIV, 15. 2 Sam. XXIV, 12. 1 Reg. XVIII, 25. Id, quod eligitur, ponitur in Accus. (v. exempla laudata), et crebrius etiam praevio בְּ. Deut. VII, 6: בְּךָ בָּחַר יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לִהְיוֹת וגו׳ *te elegit Jehova, deus tuus, ut sis* cet. XIV, 2. XVIII, 5. XXI, 5. Num. XVI, 5. XVII, 20. 1 Sam. X, 24. XVI, 8. 9 cet., semel sequ. אֶל

Iob. XXXVI, 21: כִּי עַל־זֶה בָּחַרְתָּ מֵעֹנִי *hoc enim* sc. scelus *elegisti prae miseria* i. e. praetulisti miseriae. Similiter c. c. מִן praeferendi potestate Ps. LXXXIV, 11. — Part. בָּחוּר pl. constr. בְּחוּרֵי 1 Sam. XXVI, 2. 2 Sam. X, 9. a) *delectus, electus.* Iudd. XX, 15: שְׁבַע מֵאוֹת אִישׁ בָּחוּר *septingenti viri delecti.* 2 Sam. VI, 1: אֶת־כָּל־בָּחוּר בְּיִשְׂרָאֵל *omnes delectos inter Israëlitas.* Iudd. XIV, 7. 1 Sam. XXIV, 3. b) *praestans, eximius, formosus.* Cant. V, 15: *figura eius Libano similis,* בָּחוּר כָּאֲרָזִים *praestans* est i. e. formosus, procerus *instar cedrorum.* Cf. etiam 1 Sam. IX, 2 et arab. بَخُور procerus.

2) *dilexit* aliquem, *delectatus est* aliqua re (utrumque a deligendo), *concupivit.* Constr. c. acc. Gen. VI, 2: *et duxerunt mulieres,* מִכֹּל אֲשֶׁר בָּחָרוּ *ex omnibus, quibus delectabantur,* quascunque diligebant. Jes. I, 29. 2 Sam. XV, 15: כְּכֹל אֲשֶׁר־יִבְחַר אֲדֹנִי *secundum omne quod placebit domino meo.* Prov. I, 29. III, 31; sequ. בְּ Jes. XIV, 1: *miserebitur Jehova Jacobi* וּבָחַר עוֹד בְּיִשְׂרָאֵל *et in posterum etiam diliget Israëlem.* Zach. I, 17. III, 2; et לְ 1 Sam. XX, 30 (ubi tamen complures codd. dant vulgare בְּ). Semel in constructione praegnante accedit עַל pers. 2 Sam. XIX, 39: כֹּל אֲשֶׁר־תִּבְחַר עָלַי אֶעֱשֶׂה־לָּךְ *quaecunque cupies mihique* (ad faciendum) *impones, faciam tibi.*

3) *examinavit, exploravit,* quod facere solemus, ante quam eligimus. (Cf. syr. ܒܚܪ et chald. בְּחַר i. q. hebr. בָּחַן, et lat. *probare,* quo de re exploranda et adprobanda utuntur). Jes. XLVIII, 10: בְּחַרְתִּיךָ בְּכוּר עֹנִי *exploravi te in fornace miseriae* (cf. בָּחַן no. 1). Syr. et Chald. verbum hebraeum retinent, Saad. وابليك *ut probem te.* In uno cod. per interpretamentum בחנתיך. Iob. XXXIV, 4: מִשְׁפָּט נִבְחֲרָה־לָּנוּ *quod rectum sit, agite examinemus.* Parall. נֵדְעָה. Huc pertinet etiam locus vexatissimus 2 Par. XXXIV, 6 Chethibh, ubi de Josia, Palaestinam ab idolorum sacris purgante: *et in urbibus Manassis, Ephraimi, Simeonis et Naphtalis* בָּחַר בָּתֵּיהֶם סָבִיב *diligenter exploravit et inquisivit domus eorum* (idololatrarum vel sacerdotum, comm. 6) *circumquaque.* 7. *Et destruxit altaria et Astartes simulacra* cet. בחר h. l. idem valet quod פָּקַד (cf. Ps. XVII, 3, ubi iunguntur פָּקַד et בָּחַן): *diligenter inquisivit* maxime animadvertendi puniendique consilio. Habemus Chaldaismum huius libri usui eximie accommodatum, et sententia non est, regem domus etiam idololatrarum diruisse, sed instrumenta tantum cultus prohibiti. (Varii varie locum tentarunt. CAPPELLUS in Crit. s. III, 5 s. 4 בחר explicat *incendit* cl. بخر, sed hoc valet *suffivit, adolevit* (pr. odores fecit) non generatim *incendit.* Idem coniicit חרב *vastavit,* et similiter Mestingh in diss. Lugdd. p. 890 suspicatur בחר h. l. idem esse quod חרב coll. بكر fidit, laceravit, quod utrumque longius petitum, neque opus est, cum Hubigantio scribere בער, quanquam haec reliquis coniecturis praeferenda fuerit).

Niph. 1) *eligendus* i. e. praestans *fuit.* Jerem. VIII, 3: נִבְחַר מָוֶת מֵחַיִּים *praestat mors vitae.* Part. נִבְחָר *praestans.* כֶּסֶף נִבְחָר argentum praestans Prov. X, 20. VIII, 10. 19. Sequ. מִן praestantior. Prov. XVI, 16: קְנוֹת בִּינָה נִבְחָר מִכָּסֶף *prudentia praeditum esse, praestantius est argento.* XXII, 1. 2) Sequ. לְ *eligi ab aliquo, placere alicui.* Prov. XXI, 3: נִבְחָר לַיהוָה מִזָּבַח *magis placet Jehovae, quam sacrificia.*

Pu. electus est, nonnisi Eccles. IX, 4 Chethibh: כִּי מִי אֲשֶׁר יְבֻחַר *quis enim est, qui electus sit* i. e. moriendi sorte exemtus. Keri יְחֻבַּר, quod minus aptum est.

בָּחוּר plur. בַּחוּרִים, בַּחוּרֵי (formae קָטוֹל c. Dag. forti impl., ut distinguatur a בְּחוּרִים) m. *iuvenis,* dictus a praestantia formae (v. supra part. בָּחוּר no. 2): nisi forte hanc significationem repetitam putas a verbo vicino בָּכַר no. 3, unde arab. بِكْر virgo. Iudd. XIV, 10. 1 Sam. VIII, 16. Iuvenem notat maturae aetatis, sed caelibem Ruth. III, 10. Jes. LXII, 5, quare saepissime iungitur בְּתוּלָה Deut. XXXII, 25: גַּם־בָּחוּר גַּם־בְּתוּלָה Ezech. IX, 6. Ps. CXLVIII, 11. Thren. I, 18. II, 21 cet. Spec. *iuvenes* dicuntur de *pube bellica,* Jes. IX, 16. XXXI, 8. Jer. XVIII, 21. XLIX, 26. LI, 3. Am. IV, 10. Ps. LXXVIII, 31. 63. 2 Reg. VIII, 12. (Cf. יַלְדוּת et שֶׂכֶל).

בַּחֻרִים (vicus *iuvenum*) oppidulum Benjaminitarum 2 Sam. III, 16. XVI, 5. XVII, 18. XIX, 17. 1 Reg. II, 8. Teste Josepho (Arch. 7, 9 §. 7) hic vicus haud longe ab Hierosolymis aberat. Io. Simonis (Onomast. 376) inde derivat Nom. gent. בַּחֲרוּמִי 1 Par. XI, 33, quod litteris transpositis scribitur בַּרְחֻמִי 2 Sam. XXIII, 31, nec sine veri specie.

בְּחֻרִים (formae זְקֻנִים) m. pl. Num. XI, 28 et **בְּחוּרוֹת** Eccles. XI, 9. XII, 1 *iuventus.*

בָּחִיר m. adj. verb. *electus, ἐκλεκτός.* Nonnisi in formula בְּחִיר יְהוָה a Deo electus, de Saulo rege 2 Sam. XXI, 6, de Mose Ps. CVI, 23, de populo Israëlitico Jes. XLIII, 20. XLV, 4 (parall. עֶבֶד יְהוָה), de piis prophetisque Jes. XLII, 1 (sec. alios de Messia). Plur. de piis Jes. LXV, 9. 15. 22. Ps. CV, 43. Par. עַם יְהוָה, עַבְדֵי יְהוָה.

יִבְחָר (fort. ellipt. quem *diligit* Deus) n. pr. filii Davidis 2 Sam. V, 15. 1 Par. III, 6. XIV, 5.

מִבְחָר m. 1) *electio,* hinc *lectissimum, praestantissimum, optimum* quodque. Nonnisi in st. constr. מִבְחַר Gen. XXIII, 6: בְּמִבְחַר קְבָרֵינוּ *in optimo sepulcrorum nostrorum.* Exod. XV, 4: מִבְחַר שָׁלִשָׁיו *lectissimi tribunorum eius.* Jes. XXII, 7: מִבְחַר עֲמָקַיִךְ *lectissimae valles tuae.* XXXVII, 24: מִבְחַר בְּרוֹשָׁיו *lectissimae abietes eius.* Jer. XXII, 7. Ezech. XXIII, 7. XXIV, 4. XXXI, 16: מִבְחַר וְטוֹב לְבָנוֹן *lectissimum et optimum Libani,* i. e. arbores eius pulcherrimae. (Genitivus לְבָנוֹן h. l. pendet a duobus Nominativis, quorum etiam prior in st. constr. est). Inverso ordine legitur Dan. XI, 15: עַם

מִבְחָרָיו *populus eius lectissimus.* — 2) n. pr. herois Davidis 1 Par. XI, 38.

מִבְחוֹר m. id. 2 Reg. XIX, 23: מִבְחוֹר בְּרֹשָׁיו *selectae abietes eius*, et inverso ordine III, 19: כָּל־עִיר מִבְחוֹר *omnis urbs selecta.*

בָּטָא et בָּטָה *pronuntiavit* (v. talmud.), spec. *temere, non considerate, effutivit.* Part. Prov. XII, 18: יֵשׁ בּוֹטֶה כְּמַדְקְרוֹת חָרֶב *inconsiderate loquens est instar gladii fodientis.*

Pi. id. Levit. V, 4: נֶפֶשׁ כִּי תִשָּׁבַע לְבַטֵּא בִשְׂפָתַיִם *si quis iuravit effutiendo labiis* i. e. temere et inconsiderate. Ps. CVI, 33: וַיְבַטֵּא בִּשְׂפָתָיו *et inconsiderate loquebatur* (Moses, coll. Num. XX, 10 sq.). Quod utroque loco additur בִּשְׂפָתַיִם, auget vim huius locutionis, v. שְׂפָתַיִם. (Frequentant vc. Talmudici, impr. de iureiurando temerario שְׁבוּעַת בִּטּוּי dicto, praetereaque Rabbini de qualibet pronuntiatione, ut singularum litterarum, vocum cet. Ignorant hanc rad. Arabes et male Michaëlis confert بَطُوَ tardus fuit, qs. incogitantia dicta sit a tarditate et mora: ab hac enim rectius lente cogitateque agendi potestatem derivaveris. Cognata rad. est בָּדָא, syr. ܒܛܐ effutivit, deliravit.

מִבְטָא m. *verba temere et inconsiderate pronuntiata* Num. XXX, 7. 9.

I. בָּטַח fut. יִבְטַח inf. בְּטֹחַ c. Suff. בִּטְחֵךְ Jer. XLVIII, 7 (qs. a בְּטַח) 1) *confisus est* alicui, *spem et fiduciam* in aliquo *collocavit.* (Chald. et sam. id. sed raro. Arab. بطح *prostravit resupinum*, coniecit in faciem, unde hebr. בָּטַח בְּ fort. pr. coniecit in aliquem curas suas, s. coniectus est in eum, cf. גָּלַל עַל Ps. XXII, 9). Constr. plerumque sequ. בְּ Prov. XI, 28: בּוֹטֵחַ בְּעָשְׁרוֹ *qui divitiis suis confidit.* Ps. XXVIII, 7: בוֹ בָטַח לִבִּי *ei* (Deo) *confidit animus meus.* Ps. XIII, 6. XXV, 2. XXVI, 1. Jer. XXXIX, 18. Zeph. III, 2 sq.; praeterea sequ. עַל 2 Reg. XVIII, 20. 21. 24. Ezech. XXXIII, 13. Hab. II, 18, et אֶל Ps. IV, 6. XXXI, 7. Iudd. XX, 36. 2 Reg. XVIII, 22. Nonnunquam accedit Dativus pleon. Jer. VII, 4: אַל־תִּבְטְחוּ לָכֶם אֶל־דִּבְרֵי הַשֶּׁקֶר *ne spem vestram collocetis in verbis mendacibus.* Comm. 8. 2 Reg. XVIII, 21. (cf. Jes. XXXVI, 6, ubi לְךָ omittitur). Jes. XXXVI, 9. Raro absol. ponitur Iob. VI, 20. Ubi ita legitur, plerumque valet 2) *securus fuit, nihil sibi timuit.* Iudd. XVIII, 7. 10. 27. Jer. XII, 5. Iob. XL, 23: יִבְטַח כִּי־יָגִיחַ יַרְדֵּן אֶל־פִּיהוּ *nihil timet, etsi Jordanes ad os eius erumpat.* Prov. XI, 15: שֹׂנֵא תֹקְעִים בּוֹטֵחַ *qui odit sponsiones, securus vivit*, huic non est timendum. Opp. רַע יֵרוֹעַ. Nonnunquam a) in bonam partem dicitur de securitate piorum, quae oritur ex spe in Deo collocata. Jes. XII, 2: *ecce Jehova auxilium meum* אֶבְטַח וְלֹא אֶפְחָד propterea *securus sum et sine timore.* Prov. XXVIII, 1. Iob. XI, 18. b) in malam partem: de hominibus, qui omnem spem et fiduciam in rebus mundanis ponentes Deum poenasque divinas non metuunt. Jes. XXXII, 9: בָּנוֹת בֹּטְחוֹת *filiae* i. e. mulieres *securae.* Parall. נָשִׁים שַׁאֲנַנּוֹת. Comm. 10. 11. Prov. XIV, 16. Cf. שַׁאֲנָן, שָׁלֵו, שָׁלַה. — Part. בָּטוּחַ *confisus*, cum significatione activa. Jes. XXVI, 3: כִּי בְךָ בָּטוּחַ *nam tibi confisus* est. Ps. CXII, 7. De Participii pass. signif. activa v. *Lehrgeb.* 309.

Hiph. fut. apoc. יַבְטַח 1) *confidere iussit, ad confidendum persuasit*, sequ. אֶל־ et עַל. Jes. XXXVI, 15: אַל־יַבְטַח אֶתְכֶם חִזְקִיָּהוּ אֶל־יְהוָה *ne persuadeat vobis Hiskias, ut Jehovae fidatis.* 2 Reg. XVIII, 30. Jerem. XXVIII, 15. XXIX, 31. 2) absol. *securum fecit.* Ps. XXII, 10: מַבְטִיחִי עַל־שְׁדֵי אִמִּי *securum me fecisti ad matris meae ubera* i. e. te curam assiduam gerente tutus et securus ex uberibus matris pependi.

II. בָּטַח transp. i. q. טָבַח, طبخ *coxit, maturuit*, unde אֲבַטִּיחַ.

בֶּטַח m. 1) *fiducia*, et adv. *fidenter, confidenti animo* Gen. XXXIV, 25. 2) *securitas* Jes. XXXII, 17. Alibi semper לָבֶטַח et בֶּטַח adv. *secure* a) sine periculo et metu, *tuto.* Sic in formula creberrima, שָׁכַן, יָשַׁב בֶּטַח habitavit tuto Deut. XII, 10. XXXIII, 28. 1 Sam. XII, 11. Prov. I, 33, it. שָׁכַן, יָשַׁב לָבֶטַח Levit. XXV, 18. 19. XXVI, 5. Deut. XXXIII, 12. 1 Reg. V, 5. Jer. XXIII, 6. Ezech. XXVIII, 26. XXXIV, 28. XXXVIII, 8. cf. Prov. X, 9: הוֹלֵךְ בַּתֹּם יֵלֶךְ בֶּטַח *integre vivens tuto vivit.* b) sine metu, *secure.* Mich. II, 8: *vestibus spoliant* עֹבְרִים בֶּטַח *secure transeuntes.* Ezech. XXX, 9: *ut terreant Aethiopes secure* degentes. Iudd. XVIII, 7. Nonnunquam de nimis securo, incauto Iudd. VIII, 11: וְהַמַּחֲנֶה הָיָה בֶטַח *et exercitus securus erat.* Jer. XLIX, 31, vel rebus secundis nimis confidente Jes. XLVII, 8. — 3) N. pr. oppidi Syriae aere divitis, in finibus Hadadeseris siti 2 Sam. VIII, 8, quod in loco parallelo 1 Par. XVIII, 8 טִבְחַת scribitur. Utra scriptio genuina sit, definiri nequit, cum aliud eius oppidi vestigium non exstet. De situ quodammodo iudicari potest e vicino בֵּרוֹתָה q. v. (rad. בָּאֵר). Male HASAEUS (reg. Dav. et Salom. p. 263) et FABER ad Harm. observatt. 2, p. 210 Tapsacum (תִּפְסַח) ad Euphratem intelligunt.

בִּטְחָה f. *fiducia* Jes. XXX, 15.

בִּטָּחוֹן m. *fiducia* Jes. XXXVI, 4, *spes* Eccles. IX, 4.

בַּטֻּחוֹת f. pl. Iob. XII, 6 pr. *securitates* i. e. tranquillitas secura. Male Michaël. in Suppl. *valles*, coll. arab. بِطَاحٌ.

אֲבַטִּחִים pl. Num. XI, 5 (13 codd. iudd. אֲבַטִּיחִים, 4 samaritt. בטחים) *melones*, fructus in Aegypto etiamnum celebrati, plerumque virides, sapore dulces. Distinguuntur a cucumeribus (קִשֻּׁאִים) et melopeponibus (Mischn. Terumoth 8, §. 6. Maaser. 1, §. 4). Arab. بَطِّيخَة collect. بَطِّيخ Abdoll. p. 52. 54. Rhaz. de var. 56. Abulf. Ann. 2, 65, unde hispan. *budiecas* (iam a Kimchio opportune laudatum) et gall. *pastéques* it. transp. طَبِّيخ et طِبِّيخ Kam. In etymo definiendo frustra desudarunt Grammatici: nobis non dubium, primariam formam esse طَبِّيخ eamque a طبخ coxit, maturuit derivandam esse, ut syn. gr. πέπων a πέπτω coquo. De melonum variis generibus, maxime indico et aegyptiaco v. Ol. Celsius de melonibus Aegyptiis Lugd. Bat. 1726. Eiusd. Hierobot. 1, 356 sq. Salmasii homon. hyles iatricae c. 35. Forskalii Flora p. 167. Hasselquist itin. p. 528 sq.

מִבְטָח constr. מִבְטַח cum Suff. מִבְטַחִי (c. Dag. f. implicito pro מִבְטָחִי) et מִבְטֶחָה, מִבְטַחָם Prov. XXI, 22. Jer. XLVIII, 13 1) *fiducia, spes certa et firma*. Prov. XXV, 19: מִבְטָח בּוֹגֵד *spes in perfido collocata*. XXII, 19. Transfertur ad personam vel rem, in qua fiduciam ponimus. Ps. XL, 5: אַשְׁרֵי־הַגֶּבֶר אֲשֶׁר־שָׂם יְהוָה מִבְטַחוֹ *felicem virum, qui Deum fecit fiduciam suam* i. e. qui in Deo spem firmam collocat. LXV, 6. LXXI, 5. Iob. VIII, 14. XXXI, 24. Jer. XVII, 7. Plur. Jer. II, 37. — 2) *securitas*. Iob. XVIII, 14: יִנָּתֵק מֵאָהֳלוֹ מִבְטַחוֹ *evelletur e tentorio eius securitas eius* i. e. ipse nimium securus. Al. מִבְטַחוֹ per appositionem iungunt praecedenti אָהֳלוֹ et reddunt: *evelletur e tentorio eius, securitate eius* i. e. e tentorio securo eius. Plur. Jes. XXXII, 18.

בָּטֵל *cessavit, feriatus est, requievit a labore* Eccles. XII, 3. (Cf. infra chald. Syr. ܒܛܠ cessavit, Ethp. vacavit rei, ܒܛܠܢܐ otium, feriae, zab. et sam. id. Arab. بَطَلَ et aethiop. ባጠለ: inanis, vanus fuit, rarius: cessavit Schult. Mon. vett. Arab. p. 63, unde بَطَّال otiosus, iners, melit. *batal* vacare, inanem esse, *btâla* feriae, dies festus).

בְּטֵל chald. id. Esr. IV, 24. In Targg. saepe pro hebr. שָׁבַת.

Pa. cessare iussit, inhibuit, impedivit Esr. IV, 21. 23. V, 5. VI, 8.

בָּטַן rad. inusit., cuius primaria vis fuisse videtur *vacuum, inanem, cavum esse* i. q. بطل, unde בֶּטֶן, بَطْن venter, cf. graeca κενεών, λαγών, κοιλία itidem ab inanitate dicta. Significationes, quibus hoc verbum in linguis cognatis celebratur, omnes a *ventre* et *intimo rei* ductae et propterea secundariae sunt, ut ܒܛܢ concepit, genuit, بَطَنَ percussit in ventre, intimus fuit. Conj. VIII. peperit.

בֶּטֶן f. (Ps. XLIV, 26. Prov. XIII, 25, cf. arab. رَحِم, quod eiusdem sexus est, adeoque بَطْن occurrit c. fem. constructum, v. hist. Josephi lign. 16, cf. de Sacy gramm. II, pag. 264) c. Suff. בִּטְנִי 1) *venter*. (De etymo vide rad. Praeter arabicum بَطْن cf. etiam melit. *botan*, *boton* venter, uterus, foetus, it. بَدَن corpus, maxime cadaver, et aeth. በድን: cadaver, impr. humanum). Dicitur de ventre exteriore, tum hominum Cant. VII, 3, tum bestiarum Iob. XL, 16: plerumque vero de interiore, tum quatenus cibo repletur Prov. XIII, 25. XVIII, 20. Iob. XX, 20. Eccl. XI, 5. Ezech. III, 3, tum quatenus foetus ibi concipitur et formatur. Hinc

2) *uterus*. Gen. XXV, 23. 24. מִן־הַבֶּטֶן Iudd. XIII, 5. 7, מִנִּי בָטֶן Jes. XLVI, 3, מִבֶּטֶן Jes. XLVIII, 8. XLIX, 1. Ps. LVIII, 4 et plenius מִבֶּטֶן אִמִּי Ps. XXII, 10. Iudd. XVI, 17 inde ab utero, et hyperbol. pro a teneris Iob. XXXI, 18 וּמִבֶּטֶן אִמִּי אַנְחֶנָּה *et a teneris ei* (viduae) *ducem me praebui*. פְּרִי בֶטֶן soboles, proles Gen. XXX, 2. Deut. VII, 13. XXVIII, 4. 11. 18. 53. Ps. CXXXII, 11. Jes. XIII, 18. Mich. VI, 7, ubique de prole iam nata, non de foetu (nisi eo referre placet Jes. l. c.), etiam sequ. genit. patris (Mich. l. c.). De uno filio dicitur בַּר בִּטְנִי filius uteri mei Prov. XXXI, 2, בֶּן־בִּטְנָהּ filius uteri eius Jes. XLIX, 15, ubi suffixum refertur ad matrem; sed Iob. III, 10 בִּטְנִי *uterus meus* est *uterus matris meae*, in quo mater me gestavit, et בְּנֵי בִטְנִי Iob. XIX, 17 non intelligendi videntur *Iobi filii* (hi enim perierant I, 19 cf. XXIX, 5), sed prob. fratres uterini, in eodem utero a matre gestati (cf. Ps. LXIX, 9). LXX. υἱοὶ παλλακίδων μου. Al. nepotes intelligunt. (Arab. بَطْن de foetu et sobole iam nata).

3) *intima pars rei* i. q. קֶרֶב. (Arab. بَطْن medium et intimum rei, opp. ظهر, بَاطِن internus, بَطَنَ interiorem partem ingressus est). בֶּטֶן שְׁאוֹל intimum orci Jon. II, 3. Impr. de imo pectore hominis. Iob. XV, 35: בִּטְנָם תָּכִין מִרְמָה *pectus eorum parat fraudem*. Prov. XXII, 18: כִּי תִשְׁמְרֵם בְּבִטְנֶךָ *ubi servas ea* (verba sapientum) *in pectore tuo*. Iob. XXXII, 18: הֱצִיקַתְנִי רוּחַ בִּטְנִי *urget me pectoris mei impetus*, cf. XV, 2. חַדְרֵי בָטֶן ima pectoris penetralia Prov. XVIII, 8. XX, 27. 30. XXVI, 22. Hab. III, 16: וַתִּרְגַּז בִּטְנִי *et contremuerunt intima mea*. Cf. κοιλία Sir. LI, 21. Ioh. VII, 38.

4) *protuberantia columnarum* ventri similis. 1 Reg. VII, 20.

5) n. pr. oppidi Ascheritarum (fort. vallis, i. q. بَطْن κοιλάς) Jos. XIX, 25. Eusebius: Βατναί, φυλῆς Ἀσήρ, καὶ νῦν καλεῖται κώμη Βεβετὲν (בֵּי בֶטֶן cf. p. 175 A) ἀπὸ ὀγδόου σημείου Πτολεμαΐδος εἰς ἀνατολήν.

בָּטְנִים pl. Gen. XLIII, 11 *pistacia*, nucum oblongarum species, nucleum habentium subviridem saporis gratissimi. Nomen habere possunt a forma ab una parte plana, ab altera *ventriosa*. Proveniunt ex arbore terebintho simillima (Pistacia vera Linn.), quae in Syria frequens nascitur (Plin. H. N. 13, 10. Dioscor. 1, 17). Sing. בטנא legitur etiam Mischn. Schebiith 7 §. 5, ubi Bartenorae glossa est פאסתאק. Reliquae linguae cognatae hoc vc. ignorant, sed ܒܛܡܬܐ, בוטמא, بُطْم valent *terebinthum*, (Pistacia terebinthus Linn.) v. Avic. ap. Cast. et fort. etiam nonnunquam pistaciam comprehendebant, a Graecis quoque passim cum illa confusam (Theophr. hist. pl. 4, 5). Hoc ipso vocabulo certe usi sunt Onk. Syr. Saad., neque credibile est, eos terebinthi fructus intellexisse ciceri similes et esu parum idoneos. Recte Sam. [Samaritan], Arabs Erp. et Abusaides مستق i. q. فستق, LXX. Vulg. τερέβινθον, terebinthum reddunt. V. Bocharti Geogr. s. 2, 1, 10. Celsii Hierob. 1, 24 sq. cl. Mich. Suppl. p. 171. De forma huius vc. anomala cf. *Lehrgeb.* §. 133, not. 17.

בְּטֹנִים (pistaciae) n. pr. oppidi Gaditarum Jos. XIII, 26.

בִּי v. rad. בָּעָה.

בִּין praet. בַּנְתָּ Ps. CXXXIX, 2 et בִּין Dan. X, 1, בִּינֹתִי Dan. IX, 2, inf. imp. בִּין, fut. יָבִין, apoc. et conv. יָבֵן, וַיָּבֶן (v. Not. ad Hiph.) pr. i. q. arab. بَانَ med. Je, *distitit, segregata et distincta fuit* res a re (cf. בֵּין, בֵּין), unde metaph. Conj. I. V. X. *facile discernenda, distincta, manifesta fuit* res, Conj. X. etiam: manifestum habuit, *scivit, cognovit,* cf. aethiop. ብይነ: perspicuus, clarus fuit it. intellexit, melit. *bejjen* distinxit, discrevit. Videndi nimirum et intelligendi significatio saepius repeti solet a discernendi potestate, cf. 1 Reg. III, 9 it. κρίνω, *cerno*, germ. *merken* coll. *Marke*, درى discriminavit, scivit, בָּצַר dissecuit et بصر vidit, בָּקַר vidit et بقر fidit, ܦܪܫ discrevit, prudens, sagax fuit. Hebraei in verbo ipso nonnisi has significationes agnoscunt: 1) *animadvertere* a) oculis i. q. *videre*. Constr. c. acc. Prov. VII, 7: אָבִינָה בַבָּנִים נַעַר חֲסַר־לֵב *animadverti inter filios adolescentulum stultum*, c. בְּ Neh. XIII, 7, לְ Iob. IX, 11. XXIII, 8. b) auribus i. q. *audire*, auribus percipere. Iob. XXIII, 5. Prov. XXIX, 19: כִּי יָבִין וְאֵין מַעֲנֶה *audit enim* (servus verba), *neque tamen curat ea*. c) tactu i. q. *sentire*. Metaph. de rebus inanimatis. Ps. LVIII, 10: בְּטֶרֶם יָבִינוּ סִּירֹתֵיכֶם אָטָד *antequam ollae vestrae spinas* (i. e. ardorem ex spinis succensis) *persentiscent*.

2) Alibi significatur consilium et propositum quoddam, *animum advertit* ad aliquid, *attendit*. Constr. c. Acc. Dan. X, 1: בִּין אֶת־הַדָּבָר *animum advertit ad effatum*. Ps. V, 2. XCIV, 7. Deut. XXXII, 7. Prov. XXIII, 1; c. בְּ (quod sequiori Hebraismo proprium esse videtur, v. supra no. 1). Esr. VIII, 15: וָאָבִינָה בָעָם וּבַכֹּהֲנִים *animum adverti ad populum et ad sacerdotes*. Dan. IX, 2. 23; c. אֶל Ps. XXVIII, 5, לְ LXXIII, 17. Iob. XIV, 21. Deut. XXXII, 29. Jes. XXXII, 4, עַל Dan. XI, 30. 37, absol. Ps. XCIV, 7.

3) *intellexit*. Dan. XII, 8: שָׁמַעְתִּי וְלֹא אָבִין *audivi* quidem, *sed non intellexi*. Jes. VI, 9. Sequ. כִּי 1 Sam. III, 8: וַיָּבֶן עֵלִי כִּי יְהוָה קֹרֵא לַנָּעַר *et intellexit Eli, Jehovam fuisse, qui puerum vocaret*. 2 Sam. XII, 19. Jes. XLIII, 10.

4) *compertum habuit, scivit, novit*, c. acc. Ps. XIX, 13: שְׁגִיאוֹת מִי יָבִין *errata* sua *quis novit?* Iob. XXXVIII, 20. Prov. II, 5. 9, sequ. לְ Ps. CXXXIX, 2: בַּנְתָּה לְרֵעִי מֵרָחוֹק *novisti cogitationes meas e longinquo*. בִּין מִשְׁפָּט scire, quid ius sit Iob. XXXII, 9. Prov. XXVIII, 5, בִּין דַּעַת Prov. XXIX, 7 (cf. יָדַע בִּינָה).

5) absol. *sapere, prudentem esse*. Iob. XLII, 3: הִגַּדְתִּי וְלֹא אָבִין *locutus sum, nec sapiebam* i. e. insipienter. XVIII, 2: *sapiatis, postea loquamini*. Hos. IV, 14. Ps. XLIX, 21. Part. pl. בָּנִים sapientes, prudentes Jer. XLIX, 7.

Niph. נָבוֹן 1 pers. נְבֻנוֹתִי (Jes. X, 13) *intelligens, prudens fuit* Jes. l. c. Part. adj. נָבוֹן intelligens (LXX plerumque συνετός), rerum peritus. Saepissime iungitur voci חָכָם Gen. XLI, 33. 39. Deut. I, 13. IV, 6. Jes. V, 21, opp. stultitiae vocabulis Prov. X, 13. XIV, 33. XV, 14 cet. נְבוֹן דָּבָר sermonis peritus, eloquens 1 Sam. XVI, 18. נְבוֹן לַחַשׁ artium magicarum peritus Jes. III, 3.

Pil. בּוֹנֵן i. q. Kal no. 2. Deut. XXXII, 10: יְסֹבְבֶנְהוּ יְבוֹנְנֵהוּ *circumdedit* et *curavit eum*. Syr. dilexit eum.

Hiph. הֵבִין inf. הָבִין imp. הָבֵן fut. יָבִין (v. not.) part. מֵבִין significationes habet partim sibi proprias et causativas (no. 1 — 3), partim intransitivas et cum prima conj. communes (no. 4 — 7) 1) causat. Kal no. 3. *declaravit, explicavit*. Dan. VIII, 16: הָבֵן לְהַלָּז אֶת־הַמַּרְאֶה *explica huic visionem*. Comm. 27: וְאֵין מֵבִין *et nemo explicabat*. Neh. VIII, 8: וַיָּבִינוּ בַּמִּקְרָא *et explicabant* scripturam *inter legendum*. — 2) causat. signif. 4. *docuit, instruxit*, c. c. acc. pers. Neh. VIII, 9: הַמְּבִינִים אֶת־הָעָם *docentes populum*. Ps. CXIX, 34. 73. 130. Jes. XL, 14, accedente etiam acc. rei Ps. CXIX, 27: דֶּרֶךְ פִּקּוּדֶיךָ הֲבִינֵנִי *viam praeceptorum tuorum doce me*. Prov. VIII, 5. Alibi c. acc. rei et dat. pers. Iob. VI, 24. Dan. XI, 33, et c. acc. pers. et dat. rei. Neh. VIII, 7. Etiam de iis, quae divinitus patefiunt hominibus Dan. X, 14. — 3) causat. sign. 5. *intelligentem reddidit* Iob.

XXXII, 8. — 4) i. q. Kal no. 1. percepit, velut rumorem Jes. XXVIII, 19. — 5) i. q. Kal no. 2. *animum advertit ad* aliquid, c. c. בְּ Dan. IX, 23. X, 11. Neh. VIII, 12, אֶל Ps. XXXIII, 15, et absol. Dan. VIII, 5. 17: הָבֵן בֶּן־אָדָם *attende, fili hominis.* X, 12. — 6) i. q. Kal no. 3. *discrevit, intellexit.* 1 Reg. III, 9: לְהָבִין בֵּין טוֹב לְרָע *ut discernat inter bonum et malum.* — 7) i. q. Kal no. 4. *scivit, novit.* Iob. XXVIII, 23: אֱלֹהִים הֵבִין דַּרְכָּהּ *Deus novit viam eius.* Mich. IV, 12. הָבִין דַּעַת Dan. I, 4. Prov. I, 2. Saepe: *peritus fuit rei*, c. c. בְּ Dan. I, 17: דָּנִיֵּאל הֵבִין בְּכָל־חָזוֹן וַחֲלֹמוֹת *Daniel peritus erat varii generis visionum somniorumque.* 2 Par. XXVI, 5. XXXIV, 12, c. acc. Dan. VIII, 23: מֵבִין חִידוֹת *malarum artium peritus.* Prov. I, 6. Absol. Jes. XXIX, 16, impr. de litterarum sacrarum peritia 1 Par. XXVII, 32. Esr. VIII, 16. — 8) i. q. Kal no. 5. *sapuit.* Jes. LVII, 1. Part. מֵבִין Prov. VIII, 9. XVII, 10. 24. XXVIII, 7. 11.

Not. In locis no. 4—6 laudatis ubique exstant Praett. Inff. Impp. et Participia, quae sola ad hanc coniugationem tuto referri possunt. Formas Futuri יָבֵן, יָבִין cet. primae coniug. annumeravimus, et nonnulla tantum exempla reperiuntur, quae vim causativam habeant (Jes. XXVIII, 9. XL, 14. Iob. XXXII, 8).

Hithpal. הִתְבּוֹנֵן 1) i. q. Kal no. 1. *percepit*, impr. auribus. Iob. XXVI, 14: רַעַם גְּבוּרֹתָו מִי יִתְבּוֹנָן *tonitru roboris eius quis percepit?* Jes. LII, 15. — 2) *animum advertit, attendit, contemplatus est.* (Syr. ܐܬܒܩܝ, chald. אִתְבּוֹנֵן, אִתְבַּיַּן consideravit, intellexit). Constr. absol. Jer. II, 10. IX, 16. Iob. XI, 11: *videt* Deus *peccatum* וְלֹא יִתְבּוֹנָן *etsi animum non attendat;* c. acc. Iob. XXXVII, 14: הִתְבּוֹנֵן נִפְלְאוֹת אֵל *contemplare miracula Dei.* Ps. CXIX, 95; c. אֶל 1 Reg. III, 21. Jes. XIV, 16; עַל Iob. XXXI, 1: מָה אֶתְבּוֹנֵן עַל בְּתוּלָה *cur oculos coniicerem in virgines?* Ps. XXXVII, 10; עַד Iob. XXXII, 12. XXXVIII, 18; בְּ Jer. XXX, 24. Iob. XXX, 20: עָמַדְתִּי וַתִּתְבֹּנֶן בִּי *adsto, neque animum advertis ad me.* (Negandi particula e priore hemistichio repetenda est). Nonnunquam obiectum omittitur. Jes. I, 3: עַמִּי לֹא הִתְבּוֹנָן *populus meus non attendit* dominum suum. Iob. XXIII, 15. — 3) *sapuit* Ps. CXIX, 100. 104.

בַּיִן pr. i. q. arab. بَيْنٌ et بَوْنٌ *intervallum, spatium interiectum* (v. Dual.). Legitur nonnisi in statu constr. et sequ. Suffixis (v. not.) ibique abit in Praepos. 1) *inter* (arab. بَيْنَ, aeth. በበይነ: በበይናት: inter, pro in intervallo). בֵּין אַחִים inter fratres Prov. VI, 19. בֵּין שִׂיחִים inter frutices Iob. XXX, 7. Spec. a) בֵּין עֵינַיִם *inter oculos* dicitur pro *fronte* (v. עַיִן); בֵּין רַגְלַיִם de pudendis (v. infra מִבֵּין); בֵּין שָׁדַיִם de sinu mulieris Hos. II, 4, בֵּין יָדַיִם fort. de toto corpore anteriore. Zach. XIII, 6: *quid plagae illae* בֵּין יָדֶיךָ *inter manus tuas*, i. e. in corpore tuo, maxime in facie. Sic בֵּיד et arab. بين يدين valet i. q. לִפְנֵי (v. יָד). Jarchi: *intra brachia tua* i. e. in humeris. Al. *in* manibus. — b) Ubi duae res personaeve sigillatim memorantur, quas inter aliquid invenitur (Gen. XVI, 14), fit (Joël II, 17) aut locum habet (v. c. bellum Jes. II, 4, pax foedusque Gen. IX, 16), quaeque vel separantur vel distinguuntur (v. בָּדַל) et diiudicantur (Deut. XVII, 8. Ezech. XXXIV, 17), haec praepositio plerumque repetitur: בֵּין — וּבֵין Gen. XXVI, 28. Exod. XI, 7. Jos. XXII, 25 cet. paulo rarius בֵּין — לְ (vide not.) Gen. I, 7. Lev. XX, 25. Deut. XVII, 8. Ezech. XXXIV, 17, semel בֵּין — לְבֵין Jes. LIX, 2, בֵּין — וְלְ Joël II, 17. — c) Complura verba *videndi, intelligendi, docendi* sequ. בֵּין — וּבֵין vel בֵּין — לְ significant: videre, intelligere, docere, quid intersit *inter et inter.* Mal. III, 18: וּרְאִיתֶם בֵּין צַדִּיק לְרָשָׁע *videbitis, quid intersit inter iustum et impium*, cf. יָדַע בֵּין — לְ 2 Sam. XIX, 36. Jon. IV, 11, הָבִין בֵּין — לְ 1 Reg. III, 9, הוֹרָה בֵּין — לְ Ezech. XLIV, 23 (cf. arab. عرف بين). — Not. Primaria et nominalis huius particulae potestas maxime conspicua est in consecutione בֵּין — לְ, siquidem בֵּין מַיִם לָמָיִם pr. valet: *intervallum* aquarum *usque ad* aquas, deinde: quod interiectum est inter aquas et aquas.

2) *intra.* Iob. XXIV, 11: בֵּין שׁוּרֹתָם *intra muros eorum.* Prov. XXVI, 13: בֵּין הָרְחֹבוֹת *intra plateas* i. q. in plateis, cf. Zach. XIII, 6, de quo loco supra ad I, a. De tempore Neh. V, 18: *intra decem dies* (arab. بين ذلك et بينما interea dum). Nonnunquam

3) בֵּין — לְ et בֵּין — וּבֵין disiunctive valent *sive, sive.* 2 Par. XIV, 10: אֵין עִמְּךָ לַעְזוֹר בֵּין רַב לְאֵין כֹּחַ *tibi perinde est, sive forti opituleris, sive debili.* Pr. apud te, Deus, in opitulando nullum discrimen est inter fortem et debilem. Originem huius loquendi rationis intelligis etiam ex Levit. XXVII, 12: *et aestimabit eam* (pecudem) *sacerdos* בֵּין טוֹב וּבֵין רָע *sive bona est, sive mala* pr. diiudicando inter bonam et malam. LXX. εἴτε καλὴ, εἴτε σαπρά. 2 Sam. XIX, 36. (Ita ap. Rabbinos בין — בין sive, sive, tam, quam Buxt. 297, et arab. بين — و partim, partim v. Tim. 1, 612).

Not. Cum Suff. hae formae usitatae sunt: בֵּינִי, בֵּינְךָ, in Pausa בֵּינֶךָ, בֵּינוֹ, reliquae derivantur a Plur. בֵּינִים, בֵּינֵי (v. Gen. I, 6. Deut. XVII, 8 Pseudojon., zab. ܒܝܢܝ syr. ܒܝܢܝܐ), velut בֵּינֵינוּ, בֵּינֵיכֶם (semel בֵּנֵיכֶם Jos. XXII, 25), בֵּינָיו, בֵּינֵיהֶם nonnisi Jos. III, 4. VIII, 11. Cum Suff. 1 et 3 pers. Plur. dicitur etiam בֵּינוֹתֵינוּ Gen. XXVI, 28. Iud. XI, 10, et בֵּינוֹתָם Gen. XLII, 23. 2 Sam. XXI, 7 a Plur. fem. בֵּינוֹת, qui semel sine Aff. exstat Ezech. X, 7 (cf. chald. בֵּינַת saepe in Targ. Provv. et rabbin. בינות, syr. ܒܝܢܬ, aeth. በበይናት: melit. *bejnyt*).

Componitur c. aliis praepositt. a) אֶל־בֵּין *inter* c. acc. Ezech. XXXI, 10. 14, et אֶל־בֵּינוֹת X, 2. — b) עַל־בֵּין *usque inter* Ezech. XIX, 11. — c) מִבֵּין (arab. من بين Cor. 54, 25) pr. *ex eo quod inter, ex* spatio *inter* duas res interiecto, *e medio*, vel accuratius germ. *zwischen* (etwas) *weg, zwischen hervor*, gall. *d'entre.* Zach. VI, 1: *duo currus exeuntes* מִבֵּין שְׁנֵי הֶהָרִים *e medio duorum montium.* Ps. CIV, 12: *edunt vocem* מִבֵּין עֳפָאיִם

e mediis frondibus. Ezech. XXXVII, 21. Num. VII, 89. XVII, 2. Zach. IX, 7. Jer. XLVIII, 45: מִבֵּין סִיחוֹן ellipt. pro *e medio* regno *Sihonis*. מִבֵּין רַגְלַיִם verecunde dicitur pro *e vulva, ex utero* matris. Deut. XXVIII, 57: *secundinae*, הַיּוֹצֵאת מִבֵּין רַגְלֶיהָ *quae prodierant ex utero eius* (cf. Il. 19, 110: ὅς κεν ἐπ' ἤματι τῷδε πέσῃ μετὰ ποσσὶ γυναικός), et translate pro *a semine, stirpe, sobole eius*. Gen. XLIX, 10: *non recedet .... sceptrum* מִבֵּין רַגְלָיו *a sobole eius*. Idem valet quod מִפְּרִי בִטְנוֹ, מִמֵּעָיו, מִזַּרְעוֹ. LXX. ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ (cf. XLVI, 26). Onk. מִבְּנֵי בְנוֹהִי. Pseudojon. מִזַּרְעֵיהּ. (Alii, sceptrum hastamve ducis *inter pedes* eius quiescere observantes, מִבֵּין רַגְלָיו nihil aliud esse volunt atque מִלְּפָנָיו. Atque Ernestius quidem in Opusc. phil. crit. p. 193 sq. in hanc sententiam confert locutionem graecam ἐκ ποδῶν ἀπέρχεσθαι, ἐκ τῶν ποδῶν ἀποχωρεῖν, et lat. *abducere a legatorum pedibus* Cic. pro Deiot. 1 §. 2; sed huius non plane eadem est ratio, quandoquidem ἐκ ποδῶν *a pedibus* ubique significat, rem personamve alteri *impedimento*, ἐμποδίζοντα fuisse. Cod. Sam. dat מִבֵּין דִּגְלָיו *e mediis vexillis* i. e. *turmis eius*, quam sententiam etiam e vulgari scriptura elicueris, modo רַגְלָיו derivabis a רַגְלִי pedes, miles. E recentioribus cf. Fesselii adv. s. 2, 6, Michaëlis, Ilgenius, Rosenm. ad h. l.). Ubi duae res memorantur, e quarum *medio* aliquid exit, repetitur מִבֵּין — וּמִבֵּין 2 Reg. XVI, 14, cf. Ezech. XLVII, 18: *et terminus orientalis* egreditur מִבֵּין חַוְרָן וּמִבֵּין דַּמֶּשֶׂק *medius inter Hauranitin et Damascum*. — d) מִבֵּינוֹת לְ *inter, intra* i. q. בֵּינוֹת Ezech. X, 2. 6. 7. — בְּבֵין Jes. XLIV, 4 est pro כְּבֵין v. בְּ no. 14.

Dual. בֵּנַיִם *spatium inter duas acies medium* (cf. מִבֵּין), τὰ μεταίχμια Eurip. Phoen. 1285 (ubi Schol. ὁ τόπος ὁ μεταξὺ τοῦ πολέμου, ἔνθα ἦν τὸ μονομάχιον), unde אִישׁ הַבֵּנַיִם 1 Sam. XVII, 4. 23 *intercessor*, μεσίτης de Goliatho, certamine singulari litem diremturo. LXX. ἀνὴρ δυνατός, neque aliter Syr. Arabs, Vulg. ridicule: *spurius*, cuius rei rationem reddere frustra conatur Grotius. Recte Aqu. ὁ μεσάζων, et ipse Alex. comm. 23 Cod. Vat. ὁ μεσαῖος, quae scriptura restituenda pro vulgari μεσσαῖος, Αμεσσαῖος (vid. varietatem lectionis ap. Holmesium). Cf. Fischer de verss. gr. V. T. p. 59 sq. — (Chald. dual. בֵּינָתַיִם interim, pr. intervallum inter duo tempora).

בֵּין chald. *inter*. Dan. VII, 5. C. Suff. בֵּינֵיהוֹן Dan. VII, 8 Chethibh.

בִּינָה f. 1) *intellectus*. Jes. XXXIII, 19: *populus linguae peregrinae* אֵין בִּינָה *quam non intelligis*. De intellectu visionis Dan. VIII, 15. IX, 22. X, 1. — 2) *intelligentia (Einsicht, Verstand), prudentia*. Prov. IV, 5. 7. VIII, 14. IX, 6. 10. XVI, 16. Iob. XXVIII, 12. 20. Iungitur synonymis חָכְמָה Prov. l. l. c. c. Jes. XI, 2. Deut. IV, 6, שֵׂכֶל 1 Par. XXII, 12. 2 Par. II, 11. יָדַע בִּינָה intelligens fuit vel factus est Iob. XXXVIII, 4. Prov. IV, 1. Jes. XXIX, 24. Plur. עַם בִּינוֹת populus intelligens Jes. XXVII, 11. LXX. σύνεσις, φρόνησις. — 3) spec. *peritia* artis vel disciplinae cuiusdam. 2 Par. II, 12: אִישׁ חָכָם יוֹדֵעַ בִּינָה *vir peritus et intelligens* (cf. lat. *intelligentia* spec. pro artium peritia, de artibus iudicandi facultate, *Kennerschaft*). 1 Par. XII, 32: יֹדְעֵי בִינָה לָעִתִּים *temporis rationum periti* (cf. Esth. I, 13).

בִּינָה f. chald. id. Dan. II, 21. (In Targg. בִּינָא, it. בִּינְתָא, בִּיוּנָא, syr. ܒܘܝܢܐ).

יָבִין (intelligens, prudens) N. pr. duorum regum canaaniticorum urbis Hazor, quorum alter a Josua fusus est (Jos. XI, 1 sq.), alter post viginti annorum imperium in Israëlitas a Debora cum Baraco perdomitus (Iud. IV, 2 sq. Ps. LXXXIII, 10).

מבון pl. מבונים 2 Par. XXXV, 3 Chethibh. Reddunt *intelligentias* i. e. intelligentes, sed linguae usus flagitat id quod in margine legitur: מְבִינִים.

תָּבוּן m. *intelligentia* i. q. תְּבוּנָה. Hos. XIII, 2: *fecerunt idola* בִּתְבוּנָם *pro intelligentia sua* i. e. pro lubitu suo. Vett. intpp. ad sui similitudinem, qs. תָּבוּן sit i. q. תְּמוּנָה, idque etiam Kimchio placet.

תְּבוּנָה f. 1) i. q. בִּינָה no. 2 *intelligentia (Einsicht, Verstand)*. Iungitur synn. חָכְמָה Prov. XXI, 30. 1 Reg. VII, 14, דַּעַת Prov. II, 6, עֵצָה Iob. XII, 13, et tribuitur tum hominibus, tum Deo creatori Prov. III, 19. Ps. CXXXVI, 5. Jes. XL, 28. Jer. X, 12. אִישׁ תְּבוּנָה vir intelligens Prov. XV, 21. XVII, 27. Nonnunquam in Plur. ut nostr. *Einsichten*. Ps. LXXVIII, 72. Jes. XL, 14. אִישׁ תְּבוּנוֹת Prov. XI, 12, חֲסַר תְּבוּנוֹת XXVIII, 16. Fort. etiam *sermones intelligentes* Ps. X IX, 4. Iob. XXXII, 11: אָזִין עַד־תְּבוּנוֹתֵיכֶם *animum attendi ad sermones vestros intelligentes* (nisi h. l. conferendum arab. بَيَان argumentum, demonstratio, declaratio, facundia). Spec. 2) est artium *peritia* Exod. XXXVI, 1. Cf. בִּינָה no. 3.

תובנה (fort. תּוּבָנָה) Iob. XXVI, 12 Chethibh i. q. תְּבוּנָה in Keri. Nescio tamen an illa scriptura, utpote grammaticis rationibus minus conveniens, vitiosa sit, textuique restituendum quod nunc in margine legitur.

בֵּיצָה *ovum* v. בּוּץ.

בִּיר v. rad. בָּאַר p. 176.

בִּירָה f. sequioris Hebraismi vox 1) *arx, castellum, regia*. (Vide infra chald. et syr. Modo semiticum est vocabulum, ortum esse potest ex אֲבִירָה fortis, munita, vel, quod aliis placet, גְּבִירָה, a rad. aeth. ነበረ፡ sedit, unde መንበር፡ solium, tribunal, et مِنْبَر solium, tribunal, metropolis, qs. sedes regia. Fortasse tamen persicae illud originis est, cf. pers. بارو *baru* arx, murus, castellum,

sanscr. *bura, buri, pur* id. et graecum βᾶρις ap. Alex., Josephum, aliosque V. T. graecos interpretes, quod posterius tamen Hieron. ad Ps. XLV, 10 et Schol. ad Alex. Ps. CXXI, 7 ab hebraeo et syro בִּירָה, ܒܝܪܬܐ derivant. V. Lexx. ad LXX. intpp. et Steph. thes. ling. gr. 1, 2 p. 212 Lond.). Creberrime dicitur שׁוּשַׁן הַבִּירָה *Susan regia*, neque tantum de arce regia, Memnonia dicta (Herod. 5, 53) Neh. I, 1. Esth. I, 2. II, 3. 8. III, 15. Dan. VIII, 2, sed etiam de tota urbe adiacente Esth. I, 5. II, 5. VIII, 14. IX, 6. 11. 12 (cf. Esr. VI, 2), quae alibi accuratius הָעִיר שׁוּשַׁן vocatur (Esth. III, 15. VIII, 15). Ubi de Hierosolymis agitur, intelligitur *arx templi* (Neh. II, 8: הַבִּירָה אֲשֶׁר לַבַּיִת, cf. VII, 2: שַׂר הַבִּירָה), in septentrionali eius parte, ac teste quidem Josepho (Arch. 15, 11 §. 4) ab Hasmonaeis exstructa, postea ab Herode magis etiam munita et arx *Antonia* dicta. Antiquiores tamen eius origines fuisse, e Nehemiae l. l. c. c. recte colligitur. — 2) *templum*, de templo Hierosolymitano 1 Par. XXIX, 1. 19.

בִּירָה chald. f. emphat. בִּירְתָא id. *arx, regia*, Esr. VI, 2 de Egbatanis. (Syr. ܒܝܪܬܐ).

בִּירָנִית f. bis in Plur. בִּירָנִיּוֹת *arces, castella*. 2 Par. XVII, 12. XXVII, 4. Cf. de natura huius terminationis *Lehrgeb.* 516 not. In Targg. בִּירָנְיָתָא, בִּירָנְוָתָא saepe pro hebraeo אַרְמְנוֹת palatia.

בָּכָא rad. inusit. i. q. בָּכָה *flevit, lacrimavit*. Arab. بكا *parum lactis dedit* camela, pr. roravit, guttatim fudit lac. Vide Scheid. spec. Dschauhar. p. 29.

בָּכָא 1) *fletus, ploratio*, arab. بُكَاءٌ, بكاء. עֵמֶק הַבָּכָא *vallis fletus* s. eiulationis, *Jammerthal*, n. pr. vallis in Palaestina quamcunque ob rationem ita vocatae, eiusque probabiliter tristis et sterilis. (LXX κοιλὰς τοῦ κλαυθμῶνος. Vulg. vallis lacrimarum. Targ. vallis Gehennae sc. ubi flent et dentibus frendunt). Etymo eius alluditur Ps. LXXXIV, 7: עֹבְרֵי בְּעֵמֶק הַבָּכָא מַעְיָן יְשִׁיתוּהוּ *transeuntes vallem eiulationis hanc fontibus irriguam reddunt* peregrinatores sacri, cf. similes huius generis allusiones Micha cap. 1. Eiusdem nominis vallem, وادى البكا, vallis fletus dictam, in vicinia montis Sinai, memorat Burckhardtus (itin. Syriae p. 767 ed. germ.). Nonnulli interpretes *vallem fletus* de quavis valle luctuosa intelligunt: sed certam quandam vallem significari, et עֵמֶק הַבָּכָא nominis proprii naturam induisse, arguit articulus nomini recto praefixus (*Lehrgeb.* §. 166, 3 a). Contra statuere possis, vallem nostram (aeque ac Sinaiticam illam) proprie ab arboribus *Baca* dictis nomen habuisse, et nihilominus h. l. primariae *flendi* significationi allusum esse (v. no. 2), quasi germanice dixeris: *und zögen sie durch die Thränenweiden, sie verbreiteten Freude und Seegen darin.*

2) Plur. בְּכָאִים 2 Sam. V, 23. 24. 1 Par. XIV, 13. 14, *arbor* quaedam a *lacrimando* dicta. Vix dubium est, auctore Celsio (Hierobot. 1, 335—340) arborem intelligi بَكَاءٌ dictam, balsamiferae similem, fructu tamen maiore et rotundiore foliisque longioribus dignoscendam, ex quibus resectis *lacrima alba*, calida et acris destillat, quamque, pariter atque balsamiferam, non prope Meccam tantum, sed etiam in Judaea antiquitus provenisse, probabile est. Aqu. ap. Sam. et LXX in Par., Vulg. utrobique *pyros* reddunt, Hebraei interpretes *iuniperos*, Targg. *arbores* in universum. Sed illud praestat.

בָּכָה fut. יִבְכֶּה convers. וַיֵּבְךְּ *flevit*. (Ita in omnibus linguis dialectisque cognatis, ut chald. syr. sam. nasor. arab. aethiop. melit.). Usurpatur tam de puero vagiente Exod. II, 6, quam de viro lacrimas fundente Gen. XLIII, 31. 2 Sam. XIX, 2, saepissime de populo in publicis calamitatibus lamentante Num. XI, 10. XXV, 6. 2 Sam XV, 23. Jes. XXX, 19, spec. de poenitentibus, supplicantibus et publico luctu Esr. X, 1. Zach. VII, 3 (coll. 5). Iudd. XX, 26. Constr. c. acc. et valet *deflevit, luxit* aliquem, maxime mortuum. Gen. XXIII, 2. XXXVII, 35. L, 3. Lev. X, 6. Deut. XXI, 13, it. sequ. עַל personae vel rei, quam deploramus, lugemus Thren. I, 16. Iudd. XI, 37: אֶבְכֶּה עַל־בְּתוּלַי *deplorabo aetatem meam virgineam* sc. tam mature devovendam; sequ. אֶל 2 Sam. I, 24. Ezech. XXVII, 31 et לְ Jer. XXII, 10. Iob. XXX, 25. — בָּכָה sequ. עַל praeterea valet: lamentatus est *adversus* aliquem, *lamentando adiit* eum Num. XI, 13. Iudd. XIV, 16; et flevit *super* aliquo i. e. in amplexu eius, lacrimis eum rigans. Gen. XLV, 15: *osculatus est fratres suos* וַיֵּבְךְּ עֲלֵיהֶם *et lacrimis eos rigavit*. L, 1.

Pi. deflevit, luxit mortuum Jer. XXXI, 15. Ezech. VIII, 14.

בֶּכֶה m. *fletus* Esr. X, 1.

בְּכִי in Pausa בֶּכִי, c. Suff. בִּכְיִי m. 1) id. (Syr. ܒܟܝܐ) Gen. XLV, 2. Jes. XV, 3. XXII, 4 cet. Spec. de luctu Deut. XXXIV, 8. בָּכָה בְכִי גָדוֹל eiulatum magnum edidit 2 Sam. XIII, 36. Jes. XXXVIII, 3. בְּכִי תַמְרוּרִים fletus acerbissimus Jer. XXXI, 15. — 2) *stillatio, lacrimatio* aquae in metallifodinis Iob. XXVIII, 11. Ita *flere* pro *rorare, stillare* ap. Lucret. 1, 350, δάκρυον *lacrima* de guttis, quae ex plantis emanant (cf. דִּמְעָה). Cf. בָּכָא et بير بكى puteus flens i. e. rorans, tenui aqua praeditus (Schult. ad h. l.).

בֹּכִים (flentes) n. pr. loci prope Gilgal. Iudd. II, 1. 5.

בָּכוּת f. *fletus, luctus*. Gen. XXXV, 8: אַלּוֹן בָּכוּת *quercus luctus*. Cod. Sam. [Samaritan], cf. L, 4.

בְּכִית f. id. Gen. L, 4.

בָּכַר rad. in Kal inusit. pr. *maturus, tempestivus fuit, mature et tempestive* aliquid *fecit*, ita quidem ut reliquos praeverteret, *primus fuit, venit, fecit* aliquid. Refertur 1) ad diem, inde بَكَرَ mane surrexit, mane aliquid fecit, med. E. properavit, بُكْرٌ et بُكْرَةٌ matutinum tempus, بُكْرَةً, بَكَرًا mane, cf. vicinum בֹּקֶר; 2) ad annum eiusque proventum: בִּכּוּרִים primitiae, בִּכּוּרָה ficus praecox, بَكُورٌ f. بَكِيرَةٌ palma praecox, omnis fructus praecox, بَاكُورَةٌ fructus praecox (v. Har. p. 8 de Sacy), بَاكُورٌ et مُبَكِّرٌ prima pluvia, syr. ܐܒܟܪ proventum acceleravit arbor, بكر VIII. primos fructus accepit et dedit. 3) ad tempus vitae, maxime partum, בְּכוֹר primogenitus, بِكْرٌ et بِكْرَةٌ virgo, femina primipara, בֶּכֶר, بَكْرٌ camelus iuvencus.

Pi. 1) *fructus praecoces tulit* arbor. Ezech. XLVII, 12, cf. Kal no. 2. 2) *primogenitum fecit, primogeniturae ius dedit* alicui. Deut. XXI, 16.

Pu. natu maximus, primogenitus fuit Lev. XXVII, 26.

Hiph. part. מַבְכִּירָה *primipara.* Jer. IV, 31.

בֶּכֶר *camelus iuvencus*, isque tamen clitellis ferendis idoneus (cf. עַיִר et עֵגֶל). Plur. constr. בִּכְרֵי Jes. LX, 6. Respondet arab. بَكْرٌ camelus iuvenis, quod Grammatici idem valere observant, quod الفتى adolescens in homine. Vide Firuzab., Damirium et Abuabidam ap. Bochart. Hieroz. 1, p. 82 sq. Adde Schol. ad Caab ben Zoheir 32, et Susenium ad Amru Moall. 19; ubi verba, quibus Arabes varias camelorum aetates significant, comparantur cum verbis, quibus hominum aetates designantur. De camelo iam clitellario, sed ob aetatis vigorem veloce frenique impatiente arabico بَكْرٌ utitur poëta ap. Abulf. Ann. 1, 398, quo loco dubitationibus a Ven. Rosenmüller. in nota ad Boch. l. c. motis satisfactum erit (cf. eundem ad Jerem. II, 23). Addimus verba Abulwalidis: בֶּכֶר, בִּכְרָה البكر من الابل بفتح البا عند العرب هو الفتى والانثى بكرة وقد جعل غيرى בכרי מדין مثل בכר הגמל واعتقد الها فيه زايدة وهذا ما لا ارتضيه *haec verba aequivalent arab.* بكر, *quod prima fathata apud Arabes camelum iuvenem designat, in fem.* بكرة. *Sunt, qui coll. Gen. XXXI,* 34 ב *praefixum esse statuunt, quod equidem non probo.* (Saadiam significare videtur, qui בִּכְרֵי מִדְיָן Jes. l. c. reddit باقتاب *in sellis camelorum*, quae et Aben Esrae est sententia). Minus accurate Vulg. *dromedarii*, Chald. הוגין id. coll. arab. هجين camelus albus et praestans. Non enim species, sed aetas cameli significatur.

בֶּכֶר (appell. i. q. בֶּכֶר camelus iuvencus, vel *iuvenis* coll. بِكْر virgo) n. pr. 1) filii Ephraimi Num. XXVI, 35. Nom. gent. est בַּכְרִי ibid. 2) filii Benjamini. Gen. XLVI, 21. 1 Par. VII, 6.

בִּכְרָה f. *camela iuvenca*, eaque coitus appetens Jer. II, 23. V. בֶּכֶר. Jud. b. K. interpretatur: بكرة خفيفة وهي فصيلة من النوق. *Oi γ'* et Vulg. dromedarium feminam intelligunt.

בִּכְרִי (*iuvenilis* vel *virgineus*, cf. بِكْر virgo) n. pr. Benjaminitae cuiusdam 2 Sam. XX, 1.

בִּכּוּר, nonnisi in Plur. בִּכּוּרִים, בִּכֻּרִים *primitiae* fructuum frugumque, primi fructus ex agro arboribusque suscepti. Num. XIII, 20: הַיָּמִים יְמֵי בִּכּוּרֵי עֲנָבִים *tempus erat uvarum primum maturescentium.* (Cod. Sam. בכורות v. בִּכּוּרָה no. 1). Maxime de primitiis Deo offerendis Levit. II, 14. XXIII, 17. Nehem. X, 36. Nonnunquam additur רֵאשִׁית. Exod. XXIII, 19: רֵאשִׁית בִּכּוּרֵי אַדְמָתְךָ תָּבִיא בֵּית יְהוָֹה *primitias fructuum, qui primum maturuerunt, offeres in aede Domini.* XXXIV, 26. Ezech. XLIV, 30. לֶחֶם הַבִּכּוּרִים panis e frugum primitiis coctus Lev. XXIII, 20. 2 Reg. IV, 42. יוֹם הַבִּכּוּרִים dies primitiarum, de festo pentecostes Num. XXVIII, 26, cf. Exod. XXIII, 16. XXXIV, 22. (Melit. *bekir* primae uvae, syr. ܒܟܘܪܐ praecox).

בִּכּוּרָה f. *ficus praecox*, et propterea in deliciis habita Mich. VII, 1. Hos. IX, 10. Jes. XXVIII, 4. Solent enim nonnunquam favente solo solisque calore ficus iam circa solstitium aestivum maturescere, cum vulgo messis earum mense demum Augusto sit. (In Mauritania hodie بوكر *búkor* teste Hoest *Beschr. v. Marokos* 304, باكورة *boccôre* teste Shaw in Travels p. 144. 342. I, 293 Vers. gall., hispan. *Albacora*).

בִּכֻּרָה id. Plur. תְּאֵנֵי הַבִּכֻּרוֹת Jer. XXIV, 2.

בְּכוֹר m. 1) *primogenitus.* (Arab. بِكْر primi partus proles, sive mascula sive femella, de hominibus et brutis, aeth. በኵር፡ primogenitus, በከረ፡ primum partum edidit, melit. *bykri*, syr. ܒܘܟܪܐ, sam. ࠁࠊࠅࠓ id.). Dicitur tam de hominibus Gen. XXV, 13. XXXV, 23, quam de brutis Exod. XI, 5. XII, 29. XIII, 15. Apud illos refertur ad filios patris natu maximos, matrisque nulla ratio habetur, ita ut ex. gr. Jacobo, qui e quatuor uxoribus sobolem susceperat, unus modo tribuatur primogenitus (Gen. XLIX, 3). Sequitur genitivus tam

fratrum (בְּכוֹר בָּנֶיךָ primogenitus inter filios tuos Exod. XXII, 28. XXXIV, 20), quam patris, ut בְּכוֹר יִשְׂרָאֵל primogenitus Israëlis Num. I, 20. Opp. הַצָּעִיר natu minimus Gen. XLIII, 33. Deut. XXXIII, 17 in laudibus Josephi: בְּכוֹר שׁוֹרוֹ הָדָר לוֹ *quod ad primogenitum bovis eius* attinet, *huic gloria* (cf. בְּכוֹר שׁוֹר Deut. XV, 19. XVIII, 17). Intelligendus est Josua e tribu Ephraimi oriundus. Exod. IV, 22: בְּנִי בְכוֹרִי יִשְׂרָאֵל *filius meus natu maximus est Israël* i. e. prae caeteris carus. — Cum filius natu maximus variis modis reliquis anteferretur (v. בְּכוֹרָה no. 2), בְּכוֹר 2) metaph. dicitur de *qualibet re* in suo genere *praecipua et primaria.* Ita Iob. XVIII, 13: בְּכוֹר מָוֶת *mortis* filius *primogenitus* i. e. recte observante R. Levi: הגדול שבחליים הממיתים *maximus inter morbos letiferos.* Morbus enim ex Hebraismo apte *filius mortis* poterat vocari, tanquam praecursor eius et satelles, ut apud Arabes بنات المنية *filiae fati s. mortis* non de sagittis tantum dicitur, sed etiam de *febribus mortiferis:* morbus autem atrocissimus figurate primogenitus fratrum appellatur. (Alii *mortem horrendam* interpretantur, qs. בְּכוֹר מָוֶת dictum sit pro בְּכוֹר מוֹתִים: Grotius *putredinem* intelligit, ut quae mortem proxime subsequatur). Jes. XIV, 30: בְּכוֹרֵי דַלִּים *primogeniti tenuium* i. e. pauperum, pauperrimi q. d. praecipui inter filios pauperum i. e. inter pauperes (cf. בֵּן). Vide LXX et Targ. Sine metaphora interpretari possis: primogeniti miserae huius aetatis, v. Comment. ad h. l. — In fem. de filia natu maxima celebratur בְּכִירָה q. v.

בְּכֹרָה, בְּכוֹרָה f. 1) adj. *primogenita, primogenitum.* Plur. בְּכֹרוֹת *primi partus proles,* de hominibus Neh. X, 37, de foetu bestiarum Gen. IV, 4. Deut. XII, 6. 17. XIV, 23. — 2) *primogenitura.* Gen. XLIII, 33. Opp. צְעִירָה. מִשְׁפַּט הַבְּכֹרָה ius primogeniturae s. natu maximorum. Deut. XXI, 17. De eodem ellipt. dicitur בְּכוֹרָה Gen. XXV, 31. 34. XXVII, 36. (Syr. ܒܘܟܪܘܬܐ id.).

בְּכוֹרַת (primi partus proles, formae אֲחֻזַּת, אֵילַת) n. pr. viri e maioribus Sauli. 1 Sam. IX, 1.

בָּכִיר i. q. בְּכוֹר Gen. XLIII, 33 cod. Sam. Forma est ad Samaritanismum deflectens, v. בְּכוֹר no. 1. Hinc

בְּכִירָה adj. fem. *primogenita* Gen. XIX, 31. XXIX, 26. 1 Sam. XIV, 49. Respondet masc. בְּכוֹר, cf. arab. بَكُور f. بَكِيرَة palma praecox, fructus quilibet praecox.

בְּכֹרַת (sec. Simon. i. q. בכר הוא *primogenitus* est *ille*) n. pr. viri ex posteris Sauli 1 Par. VIII, 38. IX, 44.

בַּל chald. *cor* v. rad. בָּלָה.

בֵּל *Belus* v. rad. בָּעַל.

בְּלָא chald. v. בָּלָה.

בַּלְאֲדָן v. rad. בָּעַל.

בָּלַג in Kal inusit. arab. بَلَج *nituit, fulsit* aurora. V. *risit, hilaris fuit,* a vultu nitido, Har. 5 p. 106 Schult. de Sacy ad Har. VII, p. 71. ابلج الوجه vultu hilaris, v. Schult. Origg. hebr. lib. 1. cap. 1, ubi etiam Rabbinorum veterumque interpretum de hac radice sententiae, eaeque valde ambiguae, examinantur.

Hiph. 1) *effulgere s. subito oriri iussit.* Amos V, 9: הַמַּבְלִיג שֹׁד עַל־עָז *effulgere s. subito oriri iubens vastationem super potentes* i. e. subito iis immittens. Metaphora petita est ab aurora subito et velociter se diffundente, cf. Joel II, 2. (Aqu. Hieron. ὁ μειδιῶν, *qui subridet,* ex usu loquendi Arabum et fortasse etiam Hebraeorum. Chald. et Kimchi: *corroborans vastatorem in robustum,* hanc enim corroborandi potestatem radici nostrae tribuunt Rabbini, coniectura ex exemplis no. 2 ducta. Coccejus, Hottingerus al. adhibent arab. بلغ Conj. IV. pervenire iussit, adduxit, sed hoc respondet hebraeo בָּלַע). — 2) intrans. *exhilaratus est.* Ps. XXXIX, 14: הָשַׁע מִמֶּנִּי וְאַבְלִיגָה *vultum tuum iratum averte a me, ut exhilarer* i. e. recreem me. Bene LXX. ἄνες μοι, ἵνα ἀναψύξω. Abulw. خفّ عنّى حتّى اتقوى قليلا *leva me, ut corroborer paulisper.* Iob. IX, 27. X, 20.

בִּלְגָּה (ortus aurorae, exhilaratio) n. pr. sacerdotis cum Serubabele ex exilio reducis Neh. XII, 5. 18. 1 Par. XXIV, 14, quod Neh. X, 9 בִּלְגַּי scribitur.

מַבְלִיגִית f. *exhilaratio, recreatio a dolore.* Jer. VIII, 18. Forma huius nominis, exemplo plane simili carens et propterea a librariis sollicitata (v. lect. variet.) proprie denominativa est a part. Hiph. מַבְלִיג, ut אַכְזְרִיּוּת ab אַכְזָרִי. Cf. *Lehrgeb.* p. 514, ubi hoc exemplum addi potest.

בָּלַד rad. inusit. Arab. بَلَدَ substitit, firmiter haesit in loco suo, pugnavit pro eo.

בִּלְדַּד n. pr. *Bildadus,* Suchaeus, Iobi amicus et in disputando adversarius secundus. Iob. II, 11. VIII, 1. XVIII, 1. XXV, 1. Appellative sec. Ilgenium (de natura Iobi cet. p. 216) strenuus propugnator, qui de loco cedere non vult.

בָּלָה rad. in Kal inusit., cui vicina est בָּהַל (cf. קָלָה et קָהַל). Probabiliter ea *trepidandi* et *timiditatis* potestatem habebat, a qua haud procul abest arab. بَلَهَ

imbecillus, verecundus (pr. timidus), stultus fuit, أَبْلَهُ insipiens, socors. (Cf. בָּאַת et בָּהָה).

Pi. בִּלַּהּ part. plur. מְבַלְּהִים *terruit, absterruit, animum alicuius perculit fregitque* Esr. IV, 4 Chethibh. In Keri est מבהלים, quod idem valet, v. בָּהַל. (Syr. ܒܠܗ quadril. terruit, ܒܘܠܗܐ stupor, ecstasis, zab. id. v. Norberg. Lexid. p. 19, melit. *belleh* obstupefecit, animum confudit, *t'belleh* obstupuit, cf. etiam aeth. ՈለሐՆ: velox).

בַּלָּהָה f. in Sing. semel Jes. XVII, 14, saepius in Plur. בַּלָּהוֹת constr. בַּלְהוֹת 1) *terror, terrores*. Iob. XVIII, 11. XXIV, 17. XXVII, 20. XVIII, 14: תַּצְעִידֵהוּ לְמֶלֶךְ בַּלָּהוֹת *persequentur eum instar regis* s. ducis bellici *terrores*. לְ h. l. comparationi inservit, ut XXXIX, 16 (19), cf. XV, 24: תִּתְקְפֵהוּ כְּמֶלֶךְ עָתִיד לַכִּידוֹר, et XXVII, 20: תַּשִּׂיגֵהוּ כַמַּיִם בַּלָּהוֹת. Male vulgo sec. Chald. *deduces eum* s. deducetur *ad regem terrorum* (מֶלֶךְ רגושתא) i. e. inferni regem, cuius personae autem in Hebraismo certa vestigia desunt. — 2) *subita pernicies* cf. בֶּהָלָה no. 2. Ps. LXXIII, 19: תַּמּוּ מִן־בַּלָּהוֹת *subita pernicie pereunt*. Ezech. XXVI, 21: בַּלָּהוֹת אֶתְּנֵךְ וְאֵינֵךְ. LXX. ἀπώλειάν σε δώσω, καὶ οὐχ ὑπάρξεις ἔτι. Vulg. *in nihilum redigam te*. XXVII, 36. XXVIII, 19. In sing. Jes. XVII, 14.

בִּלְהָה (fort. verecundia, imbecillitas v. בָּלַהּ in Kal) n. pr. f. 1) serva Rahelis, Jacobi pellex, ex qua Danum et Naphtalium suscepit. Gen. XXX, 3 sq. XXXV, 22. 2) oppidum Simeonitarum 1 Paralip. IV, 29, alibi בָּלָה scriptum (Jos. XIX, 3), nec non בַּעֲלָה, v. Relandi Palaest. p. 609.

בִּלְהָן (fort. verecundus) n. pr. 1) viri ex posteris Seïri Gen. XXXVI, 27. 1 Par. I, 42. 2) viri in stemmate Benjaminitarum 1 Par. VII, 10.

בָּלָה fut. יִבְלֶה 1) *usu et vetustate attritus est*, de vestibus calceisque Jos. IX, 13. Neh. IX, 21, et in constructione praegnante בָּלְתָה מֵעָלֶיךָ attrita et dilacerata a me decidit (vestis) Deut. VIII, 4. XXIX, 4. (Arab. بَلَا pr. trivit, inde exploravit, tentavit, quod fit inter digitos vel ad lapidem Lydium terendo, cf. בָּחַן, med. Kesr. بَلِىَ usu attrita est, veteravit vestis. Conj. II. attrivit. Syr. ܒܠܐ, chald. בְּלָא, sam. ࠁࠋࠀ i. q. hebr.). V. בָּלֶה, בְּלוֹאִים. Transfertur ad terram coelosque vestis veterascentis ad instar perituros Jes. L, 9. LI, 6. Ps. CII, 27.

2) de hominibus usurpatum *marcuit, absumtus, confectus est*, ut morbo, senio, curis. Iob. XIII, 28: וְהוּא כְּרָקָב יִבְלֶה *et hic* (δεικτικῶς pro *ego*) *instar putredinis* (vel *cariei*) *marcet*. Gen. XVIII, 12 de Sara: אַחֲרֵי בְלֹתִי *postquam senio confecta sum*. Ps. XXXII, 3: בָּלוּ עֲצָמַי *marcebant* s. contabescebant *ossa mea*. (Cf. بَالَى curavit, pr. curis attritus, confectus est, بِلْى curis confectus, بَال cor, animus, a curis dictus [v. בַּל]. دود البلى vermis consumens vit. Tim. 2, 508 Mang. تبلى عظام consumuntur ossa sc. putredine v. poët. ap. J. W. Schroeder ad Ps. X p. 72. Aeth. ՈለՐ: senuit, consenuit, ՊՒԶ: vetus, vetustus).

3) *ad nihilum redactus est*, unde בַּל, בְּלִי, בִּלְתִּי nihil, non.

Pi. 1) *attrivit*, deinde *absumsit, consumsit*. Thren. III, 4: בִּלָּה בְשָׂרִי וְעוֹרִי *attrivit carnem cutemque meam*. Ps. XLIX, 15. Jes. LXV, 22: מַעֲשֵׂה יְדֵיהֶם יְבַלּוּ בְחִירָי *opus manuum suarum consument electi mei* i. e. labore partis ipsi fruentur. Refertur ad tempus, ut lat. *tempus terere, vitam terere*, τρίβειν βίον. Iob. XXI, 13: יְבַלּוּ בַטּוֹב יְמֵיהֶם *in felicitate vitam terunt* s. traducunt (Complures codd. יְכַלּוּ *consumunt*, ad finem perducunt, ut contra Iob. XXXVI, 11 pro יְכַלּוּ 69 libri mss. et editi dant יְבַלּוּ. Cf. etiam variet. lect. Jes. X, 25). — 2) *afflixit, vexavit* 1 Par. XVII, 9. (Arab. بلى Cor. 68, 17. IV. Exod. V, 22. Num. XI, 11 Saad. pro hebr. הֵרַע, VIII. in calamitatem incidit Cor. 2, 118. 4, 5, بَلَاء et بَلِيَّة aerumna, afflictio, calamitas). Cf. chald. בַּלֵּא.

בְּלָא i. q. hebr. et saepe in Targg. *Pa. attrivit* pro *afflixit, vexavit* Dan. VII, 25. Cf. hebr. Pi. no. 2.

בַּל 1) *nihilum, nihil* (v. Kal no. 3). Ps. XVII, 3: *explora me* בַּל תִּמְצָא *nihil* mali *invenies*. Al. *non invenies* sc. mali quidquam. — 2) *non* i. q. לֹא, sed poët. Iungitur praet. Ps. X, 11. XXI, 3 et futuro Ps. X, 4. 6. XLIX, 13. Prov. X, 30. Jes. XXVI, 14 cet. — 3) *nondum* pro *vix* Jes. XL, 24 (cf. 2 Reg. XX, 4). — 4) *ne* i. q. אַל, sed tantum in sermone poët. Sequ. fut. Ps. X, 18. LXXVIII, 44. XCIII, 1. Jes. XIV, 21 cet.

בָּל chald. m. *cor* Dan. VI, 15: עַל דָּנִיֵּאל שָׂם בָּל לְשֵׁיזָבוּתֵהּ *proposuit sibi, servare Danielem*. In Targg. hoc vc. non invenitur, sed Syri frequentant ܒܠ cor, animus, mens, Arabes بَال. Et hoc quidem dictum est pro بَالٍ a Conj. III. curare, *cura*, hinc animus, qui curis agitatur. De Sacy ad Har. 9, p. 81: البال هو الذى يبالى به اى يهتم له والبال القلب ايضا. Vide rad. no. 2.

אֲבָל (comp. ex בַּל et א prosthetico) 1) pr. adv. negandi simulque affirmandi contrarium: *immo, immo*

vero. (Arab. بَلْ quin immo Cor. 2, 110. 11, 29. 75, 5). 1 Reg. I, 43: *immo vero Salomonem Davides regem creavit,* minime laetum nuntium affero, sed contra id quod noluimus evenit. Est etiam asseverantis post dubia alicuius Gen. XVII, 19: *immo vero Sara uxor tua pariet tibi filium* i. e. nihil tibi est dubitandum, certo enim, quod dixi, eventum habebit; et in vulgari linguae usu affirmantis ab initio sermonis: *profecto, certo* Gen. XLII, 21. 2 Sam. XIV, 5. 2 Reg. IV, 14. LXX. *ναί.* Chald. בְּקוּשְׁטָא. (Arab. بَلَى immo vero Cor. 2, 75. de Sacy gramm. p. 378).

2) in sequiore Hebraismo adversative: *sed, at vero* 2 Par. I, 4. XIX, 3. XXXIII, 17. Dan. X, 7. 21. Esr. X, 13. LXX. *ἀλλ' ἤ, πλήν.* Cf. אַךְ, אָכֵן, אוּלָם, כִּי, in quibus itidem asseverandi et adversandi vis coniuncta est. (Arab. بَلْ sed Cor. 2, 82).

בָּלֶה adj. f. בָּלָה *usu et vetustate attritus,* de vestibus, saccis, utribus, calceis Jos. IX, 4. 5. Translate de muliere moecha: בָּלָה נִאֻפִים *adulteriis detrita, effoeta.* Ezech. XXIII, 43.

בְּלוֹ chald. tributi quaedam species, prob. in res consumendas imposita, nostr. *Consumtionssteuer, Accise.* Esr. IV, 13. 20. VII, 24. Iunguntur vocc. הֲלָךְ vectigal, et מִנְדָּה fort. tributum ex domibus fundisque (*Grundsteuer*). Rabbini et Vers. hebr. *exactionem capitum* intelligunt, כסף הגלגלת.

בְּלוֹא nonnisi in plur. constr. בְּלוֹאֵי Jer. XXXVIII, 12 et contr. בְּלֵי ibid. comm. 11. *vestium detritarum panni laceri.* Syr. ܒܠܘܐ, chald. בְּלָאִין id. ibid. Talmud. בְּלָיָתָא vestis detrita, J. b. K. باليات.

בְּלִי 1) subst. *consumtio, interitus.* Jes. XXXVIII, 17 (cf. arab. بِلَى consumtio, abolitio vit. Tim. 2, 508 Mang.).

2) adv. negandi i. q. לֹא. Iungitur verbis et nominibus. Gen. XXXI, 20. 2 Sam. I, 21. Hos. VII, 8. VIII, 7. Jes. XIV, 6. XXXII, 10. Iob. XLI, 18. Ps. XIX, 4.

3) pro בִּבְלִי *sine,* nonnisi in sermone poet. Iob. VIII, 11: בְּלִי מָיִם *sine aquis.* XXIV, 10. XXXI, 39. XXXIII, 9. XXXIV, 6. Ps. LIX, 5. Arcte iungitur sequenti nomini, pariter atque לֹא Iob. XXX, 8: בְּנֵי בְלִי־שֵׁם *filii nomine* i. e. honore *carentis* i. e. hominis inhonesti, infamis.

Cum Praep. a) בִּבְלִי i. q. בְּלֹא *sine.* בִּבְלִי דַעַת imprudenter Deut. IV, 42. XIX, 4. Jos. XX, 3. (Vers. Sam. ࠁࠋࠀࠌࠃࠏ). Inopinato Iob. XXXV, 16. XXXVI, 12. Cf. בְּלִי no. 2.

b) לִבְלִי id. Iob. XXXVIII, 41; לִבְלִי־אֹכֶל *sine cibo.* XLI, 25. Jes. V, 14.

c) מִבְּלִי *a) eo quod non, quia non* (cf. מִן propter). Sequ. infin. Deut. IX, 28: מִבְּלִי יְכֹלֶת יְהוָה *quia non poterat Jehova.* Jes. V, 13: מִבְּלִי דָעַת *quia non sapit.* Sequ. participio *quia nemo.* Thren. I, 4: *viae Sionis lugent,* מִבְּלִי בָּאֵי מוֹעֵד *quia nemo venit ad festum.* Nonnunquam pleon. מִבְּלִי אֵין. 2 Reg. I, 3: הֲמִבְּלִי אֵין אֱלֹהִים בְּיִשְׂרָאֵל *an eo quod non sit deus in Israële?* Vers. 6. 16. Exod. XIV, 11. (Syr. ܡܢ ܕܠܐ et ܡܢ ܕܠܐ, *eo quod non* 2 Reg. l. c., *sine* Schaaf. Lex. Sam. ࠌࠁࠋࠉ id.). *β) ita ut non.* Iob. XVIII, 15: תִּשְׁכּוֹן בְּאָהֳלוֹ מִבְּלִי לוֹ *habitat* (terror) *in tentorio eius, ita ut non* amplius *eius* sit i. e. terror occupat tentorium eius, et impium inde demovet. Deut. XXVIII, 55. Sequ. part. *ita ut nemo.* מִבְּלִי יֹשֵׁב ita ut nemo habitet. Jer. II, 15. IX, 10. 11, cf. Ezech. XIV, 15. Zeph. III, 6. Iob. IV, 20. Sequ. אֲשֶׁר (ut fiat Coniunctio) et pleon. לֹא Eccl. III, 11: מִבְּלִי אֲשֶׁר לֹא־יִמְצָא הָאָדָם *ne inveniat homo.* Cf. syr. ܡܢ ܕܠܐ ܐܝܬ 2 Reg. I, 3 Pesch. *γ) sine* idque pro *quia non est* (cf. litt. *a*) Iob. XXIV, 7. 8. Hos. IV, 6. Ezech. XXXIV, 5, et *cum non sit, ubi non est* Job. VI, 6. XXXI, 19.

d) עַד בְּלִי *usque dum non est, quamdiu* Ps. LXXII, 7. Mal. III, 10: *et effundam vobis benedictionem* עַד בְּלִי דָי *usque dum* mihi *non satis* suppetit s. quamdiu habebo, quod effundam i. e. semper, quandoquidem Deo nunquam benedicendi copia deerit. Cf. עַד־בִּלְתִּי.

e) עַל־בְּלִי *eo quod non,* sequ. Praet. Gen. XXXI, 20.

בְּלִימָה comp. ex בְּלִי et מָה i. q. לא מאומה *non quidquam, nihil.* Iob. XXVI, 7. Ita certe LXX. Vulg. Syr. Chald., neque audiendi videntur interpp. hebraei, qui בְּלִימָה frenum, fibulam interpretantur, a rad. בָּלַם.

בְּלִיַּעַל (comp. ex בְּלִי *non, sine* et יַעַל commodum, utilitas, coll. הוֹעִיל utilis fuit, et arab. وَعْل et وَعِل i. q. شريف nobilis, princeps; neque vero auctore Fischero in proluss. de verss. gr. p. 93 a בְּלִי et עוֹל iugum, qs. iugi impatientia, contumacia) pr. *inutilitas, ignobilitas; quod inutile, nullius frugis est* (cf. arab. غير طايل inutilis, nullius frugis, vilis, Hamas. 500 Schult., vit. Tim. 2, 116). Inde 1) *nequitia, vilitas.* אִישׁ בְּלִיַּעַל homo nequam 1 Sam. XXV, 25. XXX, 22. 2 Sam. XX, 1. Prov. XVI, 27. אָדָם בְּלִיַּעַל Prov. VI, 12 et בֶּן־בְּלִיַּעַל 1 Sam. XXV, 17 id. Plur. saepe בְּנֵי בְלִיַּעַל 1 Sam. II, 12. X, 27, et אַנְשֵׁי בְנֵי בְלִיַּעַל, אֲנָשִׁים בְּנֵי בְלִיַּעַל Deut. XIII, 14. Iudd. XIX, 22. XX, 13. 1 Reg. XXI, 10. 13. בַּת בְּלִיַּעַל mulier nequam 1 Sam. I, 16. עֵד בְּלִיַּעַל testis improbus Prov. XIX, 28. דְּבַר בְּלִיַּעַל res abiecta, turpis Ps. XLI, 9. CI, 3, cf. Deut. XV, 9: פֶּן יִהְיֶה דָבָר עִם לְבָבְךָ בְלִיַּעַל *ne oboriatur in animo tuo cogitatio vilis.* E vett. Verss. LXX plerumque reddunt *παράνομος, λοιμός,* semel *ἀσεβής* Iudd. XX, 13, abstr. *ἀνόμημα, ἀνομία, ἀποστασία.* Aqu. *ἀποστασία, ἀποστάτης.* Targ. רַשִׁיעַיָּא, בַּר רַשִׁיעָא, syr. ܥܘܠܐ, Saad. كافر impius.

2) *pernicies, exitium.* Nah. I, 11: יֹעֵץ בְּלִיַּעַל *qui*

Propr. ... ...

perniciem meditabatur. Ps. XVIII, 5: נַחֲלֵי בְלִיַּעַל יְבַעֲתוּנִי *torrentes exitii perterrebant me*. Metaphora a fluctibus petita sacris scriptoribus satis familiaris. (LXX reddunt χείμαῤῥοι ἀνομίας, hostesque impios torrentium instar irruentes intelligunt. E recentioribus J. D. Michaëlis ad Lowthum de sacra poësi p. 204, eiusque sequaces בְּלִיַּעַל h. l. *infernum* interpretantur, qs. minime altum, et orco ad exemplum Graecorum et Aegyptiorum torrentes tribui putant: aliique, ut Ammon in *Paulus Memorabilien* 4, 200 sq., Tartari adeo principem in hoc vc. invenire sibi visi sunt. Sed neutrum vel necessarium est vel ex usu linguae probari potest).

3) Ellipt. pro אִישׁ בְּלִיַּעַל *homo nequam* (v. no. 1) 2 Sam. XXIII, 6. Iob. XXXIV, 18, *vastator, exitium parans* (v. no. 2). Nah. II, 1.

Not. E tertia hac significatione vulgo explicant *diaboli* nomen Βελίαρ, 2 Cor. VI, 15 et praeterea in patribus apostolicis, libris Sibyllinis et Pseudepigraphis V. T. creberrime obvium, quasi idem valeat, quod ὁ πονηρός. Et potest sane Βελίαρ qualicunque modo ex Βελίαλ corruptum esse. Syrorum tamen Lexicographi *Beliar aëris dominum* (v. Ephes. II, 2 ibique intpp.) interpretantur. Verba eorum apponere lubet, partim ut inde corrigatur Castellus, qui ܒܠܝܐܪ *daemonem sylvaticum* reddit, partim ut expendant N. T. interpretes, sitne haec ratio vulgari aequiparanda. *Bar Bahlûl:* ܒܠܝܐܪ ܗܘ ܣܛܢܐ شيطان ܒܠܝܐܪ ܐܘ غول ܘܐܡܪܝܢ ܐ̈ܢܫܐ غولة ܗܘ ܒܠܝܐܪ ܗܘ ܣܛܢܐ ܒܠܝܐܪ (l. ܒܠܝܐܪ) ܘܡܦܫܩܝܢ ܡܪܐ ܐܐܪ ܘܐܬܐ ܡܢ ܐܐܪ i. e. בליאר *est Satanas*. בליאר *sec. nonnullos daemon, al. daemonissa. Sergius observat, Satanam ita vocari quia dominus aëris sit et veniat ex aëre. Alii interpretantur: dominus aëris*. In alio Lexico anon. Oxon. hoc nomen diserte scribitur ܒܠܝܪ et explicatur غول *daemon*. Castellus haec minus diligenter legens, nomen ex suopte ingenio interpretatus est, qs. compositum sit ex בַּל יַעַר. In V. T. בְּלִיַּעַל nunquam de Satana usurpari, nunc satis constat inter interpretes (cf. Michaëlis Suppll. p. 1119).

בִּלְעֲדֵי c. Suff. בִּלְעָדַי, בִּלְעָדֶיךָ (comp. ex בַּל non, et עַד, עֲדֵי usque ad) 1) pr. *non usque ad, nihil ad*, declinantis deprecantisque particula. Gen. XIV, 24: בִּלְעָדַי רַק אֲשֶׁר אָכְלוּ הַנְּעָרִים *nihil ad me* sc. perveniat, nihil mihi vindico, *tantum quod comederunt pueri* rel. XLI, 16: בִּלְעָדָי אֱלֹהִים יַעֲנֶה אֶת־שְׁלוֹם פַּרְעֹה *non ego, Deus respondebit de salute Pharaonis*. Somnii exponendi gloriam a se declinat Josephus, solique Deo revelanti vindicat. — 2) *sine*. Gen. XLI, 44: *sine te* i. e. te inscio et invito *nemo tollet manum suam*. — 3) *praeter*. Jes. XLV, 6. Ellipt. pro בִּלְעֲדֵי אֲשֶׁר praeter id quod. Iob. XXXIV, 32: בִּלְעֲדֵי אֶחֱזֶה אַתָּה הֹרֵנִי (si quae peccavi) *praeter ea quae video* scio, *tu* haec *indica mihi*. (Syr. ܒܠܥܕ, ܡܢ ܒܠܥܕ, c. Suff. ܒܠܥܕܘܗܝ sine, praeter, ap. Aethiopes respondet እንበለ: *embala* comp. ex *bala* et እም: i. q. מִן, aut እመ: *dum*, quo tempore).

בִּלְעֲדֵי id. Ubique praef. מִן: מִבַּלְעֲדֵי 1) *sine*. Jes. XXXVI, 10: *num sine Deo* i. e. Deo invito nec annuente *ascendi in hanc terram?* Jer. XLIV, 19. Cf. בִּלְעֲדֵי no. 2. — 2) *praeter*. Ps. XVIII, 32: *quis est deus, praeter Jehovam?* Num. V, 20. Jos. XXII, 19. Jes. XLIII, 11. XLIV, 6. 8. XLV, 21.

בִּלְעָם (comp. ex בַּל et עָם non-populus, fort. i. q. peregrinus, sec. Jo. Simon. בֶּלַע עָם absorptio populi) n. pr. 1) Bileami pseudoprophetae, quem ex Mesopotamia arcessitum Moabitae, ut diras Israëli imprecaretur, conduxerant. Num. XXII — XXIV. Deut. XXIII, 5. 6. Jos. XIII, 22. XXIV, 9. Mich. VI, 5. LXX. Βαλαάμ. Rabbinorum et Muhammedanorum de eo fabulas v. in Fabricii cod. apocr. V. T. 1, 807 sq. d'Herbelot. bibl. orient. v. *Balaam*. — 2) oppidi tribus Manasse, trans Jordanem siti 1 Par. VI, 55, alibi יִבְלְעָם (יִבְלְעָם) dicti Jos. XVII, 11. Iud. I, 27. 2 Reg. IX, 27.

בָּלֶת vel **בֶּלֶת** nomen inusit. (formae בֹּשֶׁת a בּוֹשׁ, קֶרֶת a קִרְיָה, *Lehrgeb.* 567) pr. *nihilum, redactio ad nihilum* i. q. בַּל, בְּלִי, neque cum aliis derivandum a rad. بَلَت resectus, separatus fuit, recessit. Inde cum Jod paragogico, status constructi indice,

בִּלְתִּי 1) adv. negandi i. q. לֹא 1 Sam. XX, 26.

2) Praep. pro בְּלֹא (בִּבְלִי) *sine*! Jes. XIV, 6, *praeter* (ubi antecessit negatio) Gen. XXI, 26. Exod. XXII, 19. Num. XI, 6. XXXII, 12. Cum Suff. בִּלְתִּי praeter me Hos. XIII, 4, בִּלְתֶּךָ praeter te 1 Sam. II, 2.

3) Conj. pro בִּלְתִּי אֲשֶׁר *praeterquam quod*. Dan. XI, 18: *et finem faciet iniuriis eius dux quidam* בִּלְתִּי חֶרְפָּתוֹ יָשִׁיב לוֹ *praeterquam quod iniurias ei reddet* i. e. non solum par pari referet, sed etiam semel iniuriis eius finem imponet. Jes. X, 4: בִּלְתִּי כָרַע תַּחַת אַסִּיר וְתַחַת הֲרוּגִים יִפֹּלוּ *praeterquam quod inter vinctos incedent incurvati, in medio interfectorum trucidabuntur* i. e. non solum captivi abducentur, sed etiam bello peribunt; *nisi quod* Gen. XLIII, 3: *faciem meam non videbitis* בִּלְתִּי אֲחִיכֶם אִתְּכֶם *nisi quod frater vester vobiscum sit*. Plenius dicitur בִּלְתִּי אִם *nisi quod* Amos III, 3. 4, et simpl. *nisi* Iud. VII, 14. Gen. XLVII, 18.

Componitur cum praepositt. a) לְבִלְתִּי sequ. Inf. pr. *quod non*. Iudd. VIII, 1: *quare hoc fecisti nobis*, לְבִלְתִּי קְרֹאת לָנוּ *quod non vocasti nos*. Utuntur autem Hebraei hac particula ubicunque Gerundium (לִקְטֹל) negative exprimendum est (לְבִלְתִּי קְטֹל). Latine reddi potest *ita ut non* (quominus) Exod. VIII, 25. IX, 17. Deut. XVII, 12.

20. Iudd. II, 23, ex. gr. post verba resistendi Jer. XVI, 12, obliviscendi Deut. VIII, 11, impediendi Num. IX, 7. XXXII, 9. 1 Reg. XV, 17. 2 Reg. XXIII, 10. Ezech. XIII, 22; *ne* Gen. XXXVIII, 9. Exod. XX, 17; et Accusativo cum Infinitivo, veluti post verba iubendi Gen. III, 11. Lev. XVIII, 30. 2 Reg. XVII, 15, consentiendi 2 Reg. XII, 9. Semel pleon. exstat לְבִלְתִּי לְ 2 Reg. XXIII, 10, et ter לְבִלְתִּי sequ. verbo finito pro לְבִלְתִּי אֲשֶׁר Jerem. XXIII, 14, לְבִלְתִּי שָׁבוּ *ita ut non* (quo minus) *redeant*. XXVII, 18. Ezech. XIII, 3: *vae prophetis, qui sectantur phantasias suas* וּלְבִלְתִּי רָאוּ *et ita ut nihil videant*, licet nihil videant a Deo ipsis oblatum.

b) מִבִּלְתִּי *quod non, quia non*, sequ. Inf. Num. XIV, 16, nomine verbali Ezech. XVI, 28: מִבִּלְתִּי שָׂבְעָתֵךְ *eo quod non satiaris*.

c) עַד בִּלְתִּי *usque dum non, donec non*, sequ. Praet. Num. XXI, 35: עַד בִּלְתִּי הִשְׁאִיר־לוֹ שָׂרִיד *donec neminem relinqueret superstitem*. Vide eandem formulam Deut. III, 3. Jos. VIII, 22. X, 33. 2 Reg. X, 11; it. *quamdiu* Iob. XIV, 12: עַד בִּלְתִּי שָׁמַיִם לֹא יָקִיצוּ *quamdiu coeli exsistent* (i. e. in aeternum), *non expergiscentur*. Cf. supra עַד בְּלִי.

יִבְלְעָם v. בִּלְעָם.

תַּבְלִית f. *consumtio (Aufreibung), internecio* Jes. X, 25, cf. בְּלִי no. 1. Nonnulli codd. et editt. exhibent תַּכְלִית, quod e vulgari quidem linguae usu *finem, perfectionem* notat, sed etiam *consumtionis* vim habere possit, quippe quae celebratur in Pi. כִּלָּה. Vulgaris tamen scriptura, quam tuentur etiam Vulg. Saad. Targ., praeferenda est. Cf. lectionis varietatem ad Iob. XXI, 13. XXXVI, 11.

בָּלַל (Gen. XI, 9) 1 pers. בַּלּוֹתִי (Ps. XCII, 11)

1) *perfudit*. (Arab. بَلَّ rigavit, affuso humore madefecit, melit. *bell* id., cf. بَالَ minxit, وبل, יָבַל effudit se aqua, et cum Phe chald. פּוּל, פַּלְפֵּל conspersit, ܦܠܦܠ conspersit, maxime sanguine, inquinavit, cruentavit cf. חָבַל). Part. pass. בָּלוּל בַּשֶּׁמֶן oleo perfusus, de oblationibus Levit. II, 4. 5. VII, 10. 12. 14. Num. VII, 13. 19. 25. 31. 37. 43. VIII, 8. XXVIII, 5 sq. cet. (LXX. πεφυραμένος, ἀναπεποιημένος ἐν ἐλαίῳ i. e. oleo permixtus et subactus, cf. no. 2. Sed vide Ps. XCII, 11. Recte Vulg. *oleo conspersus*, Syr. ܦܝܠ, Chald. פְּתִילָא, Sam. [Samaritan], Saad. ملتوت, quae idem valent). Intrans. *perfusus est*. Ps. XCII, 11: בַּלֹּתִי בְּשֶׁמֶן רַעֲנָן *oleo recente perfusus sum*. Ex derivatis v. שִׁבֹּלֶת et תַּבְלוּל.

2) *confudit* (gr. συγχέω), maxime sermonem. Gen. XI, 7: הָבָה נֵרְדָה וְנָבְלָה שָׁם שְׂפָתָם *age, descendamus et confundamus ibi labium* i. e. sermonem eorum, quod protinus explicatur: *ne alter alterum intelligat*. נָבְלָה pro נָבֹלָּה, vid. *Lehrgeb.* p. 372. Vers. 9. Cf. בִּלְבֵּל. (Syr. ܒܠܒܠ sec. Bar Bahl. i. q. شوّش commiscuit, confudit, ܡܒܠܒܠ i. q. مخلط confusus, ܒܘܠܒܠܐ i. q. تشويش, اختلاط permistio, confusio, cf. Cod. Nasor. 1, 192 it. concubitus, μίξις, ܒܘܠܒܠܐ confusio. Arab. بلبل confusus fuit, de sermone, it. agitavit [v. de Sacy ad Har. p. 81. 82], تبلبل الالسن confusio linguarum Abulf. Ann. 1, 66. Kamûs p. 1401. Conj. II. balbutivit Avic. Melit. *balbal* temere locutus est, psittaci instar pr. confuse, quod nemo intelligat, *tbalbil* loquacitas, it. *belbel* agitavit, ventilavit).

3) *maculavit, inquinavit* (cf. פִּלְפֵּל, ܦܠܦܠ ad Kal memorata). Ita in derivatis חָבֵל, תַּבְלוּל, ubi plura dedimus. (Cf. בָּלַס miscuit et maculavit).

4) denom. a בְּלִיל *farraginem, pabulum praebuit* iumentis. Iud. XIX, 21: וַיָּבָל לַחֲמוֹרִים Vulg. *et pabulum asinis praebuit*. Ita etiam Syr. et Arabs, sed male LXX: καὶ τόπον ἐποίησε τοῖς ὄνοις. (Sic ab arab. حشيش foenum ducitur verbum حشّ foenum praebuit equo).

Hithpo. immiscuit se, sequ. בְּ Hos. VII, 8: אֶפְרַיִם בָּעַמִּים הוּא יִתְבּוֹלָל *Ephraim immiscet se gentibus* i. e. cum iis consuescit, foedera cum iis iungit (cf. comm. 11).

Not. Vocabulum וַנָּבֶל Jes. LXIV, 5 (modo sanae sunt vocales) formam habet a בָּלַל, sed significationem a נָבֵל. Valet enim: *marcuimus, flaccidi sumus*. Kimchius וַנָּבֶל ἀνομάλως dictum esse vult pro וַנַּבֵּל (Hiph.) vel וַנִּבַּל (Niph.). Nobis illud (וַנִּבֹּל) in textu reponendum videtur.

בָּבֶל (confusio, v. infra) c. He parag. בָּבֶלָה (Milél) 2 Reg. XX, 12. XXIV, 15 f. *Babylon*, antiquissima et celeberrima Babyloniae metropolis, sub gr. lat. 32°, 32′ forma quadrata in utraque Euphratis ripa exstructa, admirabili moenium latericiorum proceritate et crassitudine, artis regiae splendore, imprimis autem turre Beli late per orbem celebrata nobilis (v. Herod. 1, 178. 183. Diod. 2, 7 sq. Strabo 16, 1 §. 6), cuius ruinae non contemnendae etiamnum in vicinia urbis Hellae (حلّة) supersunt, recentiori demum memoria doctius et accuratius descriptae (v. J. Cl. Rich Memoir on the ruins of Babylon, ed. 3. London 1818. Frederick in Bombay-Transactions Vol. I. no. 9, Ker Porter Travels T. 2, p 283-407) et illustratae (Heeren *histor. Werke* T. 11, 158 sq. Rosenmüller *bibl. Alterthumskunde* 2, 7 sq. cf. etiam Encycl. germ. v. Babylon). Antiquissimis temporibus ad imperium Nimrodi ea pertinuisse dicitur (Gen. X, 10): florente imperio assyriaco Babyloniae provinciae erat metropolis, cuius praefecti s. satrapae (שָׂרֵי בָבֶל 2 Par. XXXII, 31) regiis honoribus ornati ditionis assyriacae erant (v. 2 Reg. XVII, 24. XX, 12 sq. 2 Par. XXXIII, 11. Mich. IV, 10 et quae disputavimus ad Jes. X, 8 et XXXIX,

1), mox vero Assyriae iugo excusso et Ninive eversa Asiae principatum sibi ipsis vindicabant.

Nomen hebraeum בָּבֶל usurpatur 1) de ipsa urbe. Jes. XIII, 19. XXI, 9. XLVIII, 20 cet. Incolae vocantur בְּנֵי בָבֶל Ezech. XXIII, 15. 17 et distinguuntur a Chaldaeis, totius provinciae incolis ibid. comm. 23: בְּנֵי בָבֶל וְכָל־כַּשְׂדִּים *Babylonii omnesque Chaldaei*. Cf. בַּבְלָי. — 2) de Babylonia provincia (i. q. שִׁנְעָר), et imperio Babylonico. Ps. CXXXVII, 1: עַל נַהֲרוֹת בָּבֶל שָׁם יָשַׁבְנוּ *ad flumina Babyloniae, ibi sedebamus*. מֶלֶךְ בָּבֶל rex Babyloniae, de Nebucadnezare 2 Reg. XXIV, 1 et sexcenties, Evilmerodacho 2 Reg. XXV, 27. — 3) Postquam everso hoc regno imperium ad Persarum reges transierat, etiam hi *reges Babyloniae* vocantur, ut Cyrus Esr. V, 13, Artaxerxes Neh. XIII, 6. Cf. אַשּׁוּר no. 3.

Etymon huius nominis Gen. XI, 9 propositum a בָּלַל, ut בָּבֶל sit i. q. בַּלְבֵּל confusio, linguae hebraeae et syriacae rationibus plane accommodatum est. In utraque enim lingua, sed longe frequentius in syriaca, derivata verborum ע״ע formae סבסב alteram litteram abiectam vocali longa compensant. Vide טוֹטָפָה pro טַפְטֶפֶת a טוּף, גֻּלְגֹּלֶת, ܓܓܘܠܬܐ cranium a גָּלַל, צֶלְצְלִים, ܨܢܨܠܐ cymbala a צָלַל cf. *Lehrgeb.* 134 et 869. Nominatim a verbo בלל Syri ducunt ܒܠܒܠ confusio sermonis, balbutitio, cf. rad. no. 2. Aliud etymon significant Steph. Byz. et Etym. M. v. *Βαβυλών*, urbis nomen a Belo conditore derivantes, idque Eichhornius (*Biblioth. d. bibl. Litt.* 3, 1001) ita declarat, ut בבל ex باب بل *porta* i. e. aula *Beli* contractum esse suspicetur. Cum arabice بابل scribatur (Cor. 2, 66, Abulfeda ap. Rosenm. l. c. 2, 60), et با in nominibus urbium idem significet quod بيت ,ب (v. not. ad ב p. 175 et בַּיִת p. 193), possis etiam *domum Beli* interpretari.

בָּבֶל in contextu *chald.* id. f. (Dan. IV, 27) a) de urbe Dan. II, 12. IV, 26. 27. b) de Babylonia provincia מְדִינַת בָּבֶל Dan. II, 49. III, 1.

בַּבְלָי chald. Plur. emphat. בַּבְלָיֵא Babylonii, Babylonis urbis (non Babyloniae provinciae) incolae Esr. IV, 9. Cf. Ezech. XXIII, 23.

בְּלִיל m. pr. mixtum, spec. *farrago, pabulum* ex pluribus frugum generibus, ut farre, hordeo, viciis, aliisque leguminibus constans (cf. Varro de R. R. 1, 31. Plin. 18, 15 s. 41. Colum. 2, 11), quae cuncta inter se *permixta* serebantur. Iob. VI, 5. XXIV, 6. Grana intelligenda esse, ex Jes. XXX, 24 colligitur. (Respondet syr. ܒܠܝܠܐ quod Ferrar. p. 499 reddit ervum, Novar. 129 حُلْبَة foenum graecum. Uterque pabulum intelligit, sed nescio an rectius farraginem reddidisset). Male nonnulli, ut J. E. Faber (ad Harmar. 1, 410) pabulum interpretantur *recens* et *viride*, coll. بَلَّة graminis et virentis pabuli humor, pr. quod *madefactum* est. Hoc enim vc. non plantarum succum (ut putat Faber), sed roris guttas gramini adhaerescentes denotat; v. Har. Cons. 15, 145 Sacy (ubi dubito an بَلَّة legendum sit pro بِلَّة, propter homoeoteleuton غُلَّة), cf. ibid. p. 415.

שַׁבְּלוּל (a conj. syrizante Schaphel, formae שַׁקְמוּל) m. *limax*, maxime nudus, ab *humiditate* et *humectando* dictus (v. rad. no. 1), ut gr. *λείμαξ* a *λείβω*, unde etiam *λιβάς, λειμών, λίμνη*. Legitur semel in V. T. Ps. LVIII, 9, ubi de impiis: *contabescant illi* .... כְּמוֹ שַׁבְּלוּל תֶּמֶס יַהֲלֹךְ *sicut limax*, qui *liquefaciendo* s. *contabescendo abit* i. e. qui saliva emissa viam humectans, quo longius procedit, eo magis se dissolvit, tandem contabescit et moritur. Recte Chaldaeus: הֵיךְ זָחִיל תִּיבְלָלָא דְמָאִיס אוֹרְחֵיהּ *sicut vermis limax, qui humectat viam suam*, et Schol. ad Gem. Moëd katon 1 fol. 6 B: כלומר שיוצאת חוץ מנרתיקו רירות נופלת ממנו עד שהוא נימוק ומת q. d. *ex testa eius salivam exire ex ipso defluentem, donec contabescat et moriatur*. Est Hyperbole in hac locutione (neque enim re vera illud unquam eveniet), sed eandem multoque maiorem habes in tritissima phrasi עֵינַי תֵּרַדְנָה דִּמְעָה, عيني وردت البكا oculus meus totus abit in lacrimas (v. יָרַד) et in multis aliis (v. הָלַךְ no. 5). Limacis significatu vc. nostrum praeterea legitur Gem. Sabb. 8 fol. 77 b. ברא שבלול לכתית *creavit limacem tumoribus* sc. sanandis; solebant enim limaces tumoribus, maxime hydropicis, imponere veterum medici, et ריר של שבלול de humore limacis alibi in Talmude legi, ex Tanch. Hieros. glossa intelligo. Vide quae docte disputavit Bochartus in Hieroz. 2, 646, quibus consentiunt etiam Abulwalides et Tanchum. Nihil bonae frugis dant vett. Verss., nimirum *ceram* LXX. Theod. Syr., *fetum secundinum* Symm., *vermem* Aqu. Hieron.

תֶּבֶל (formae מֶסֶם a תֶּמֶס, cf. מֶמֶר a מָרַר et *Lehrgeb.* 502. 503) m. *inquinatio, contaminatio* foeda, nefanda. Levit. XVIII, 23 post legem de Sodomia: תֶּבֶל הוּא *foeda haec est contaminatio*. Ibid. XX, 12 de incestu cum nuru commisso: תֶּבֶל עָשׂוּ *foedum scelus commiserunt*. LXX. *μυσαρόν*. Syr. ܛܘܠܫܐ, ܛܢܦܘܬܐ. Chald. retinet תִּבְלָא, quo vc. Jon. etiam utitur Jes. X, 25. De inquinandi maculandique significatu iam monuimus in rad. no. 4. Is tamen latius patet, et maxime de coitu turpi celebratur. Ita בַּלְבֵּל profanavit, de incestu dictum Gen. XLIX, 4 Jon., ܒܠܒܠܘܬܐ de concubitu turpi Cod. Nasor. 2, 60, بَلَّ improbus (potius: profanus) fuit, adulterium commisit, أَبَلّ improbus (profanus), بِلّ res communis iuris, unde حِلّ وَبِلّ cuiusvis arbitrio permissum. Cf. חלל, חָלִיל profanum. Male J. D. Michaëlis (Suppl. 2362) תֶּבֶל ducit ab arab. تَبَلَ aegrum reddidit, mente privavit amor, et interpretatur amoris insaniam. Illa enim radix arabica

turpitudinis notione, quam flagitat contextus, prorsus caret, et vulgaris derivatio (quod latuit Michaëlem) analogiae grammaticae, ut vidimus, prorsus congruit.

תְּבַלֻּל vel (sec. 20 codd.) תְּבַלּוּל (formae תְּאַשּׁוּר, تَقَبُّل) pr. *conspersus, maculatus* (v. rad. no. 2), aut *humectatus* (v. rad. no. 1). De vitio oculi legitur Levit. XXI, 20: תְּבַלֻּל בְּעֵינוֹ. Vulg. *albuginem habens in oculo.* Vers. gr. in Hexapl. λεύκωμα (cf. Tob. II, 9. III, 17. VI, 8 ubi pro graeco λεύκωμα intp. hebr. posuit תבלול). Gr. Venet. λελευκώμενος (l. λελευκωμένος) ἐν ὄμμασιν αὐτοῦ. Saad. وَكْتٌ *punctum candidum in nigro oculi.* Arabs Erp. كتيب في عينه, Syr. ܡܫܘܦܪܐ ܗܘ ܒܥܝܢܗ. Abulwalid: איזהו قالوا الحدقة سواد في يكون بياض هو תבלל לובן הפוסק את חסירה ויכנס בשחור *est album in nigredine oculi. In Gemara* (Bechoroth fol. 31) תבלל *explicatur: album quod iridem transit et intrat in pupillam.* Hi omnes conspersionem s. maculas oculi intelligunt. Ab *humectando* autem vc. nostrum derivarunt Gr. anom. reddens ὑπόχυσις, et tres Chaldaei: חִלִּין, חִלְזוֹן, חִלְזוֹנָה i. e. *limax* h. l. translate *lippitudo* oculi cochleae instar salivantis, quae posterior ratio commendatur analogia nominis שַׁבְּלוּל, תִּיבְלְלָא limax. — LXX. πτίλλος τοὺς ὀφθαλμοὺς *depalpebratus oculis*, quod cum lippitudine coniunctum est.

בָּלַם *constrinxit, clausit* spec. os iumenti capistro. Ps. XXXII, 9: *ne sitis instar equorum et mulorum ....* בְּמֶתֶג וָרֶסֶן לִבְלוֹם *qui freno et capistro constringendi coërcendi sunt.* (Syr. ܒܠܡ clausit capistro Ferr. Ethpe. clausum est os alicuius, obmutuit Barhebr. p. 319, cf. אָלַם. ܒܠܡܐ capistrum, nasor. ܒܠܝܡܐ constrictus, contortus. Chald. בְּלִים mutus, balbutiens Jes. XXXII, 4. XXXV, 6 Targ. Fortasse conferendum etiam arab. وَلْمٌ vinculum, compes).

בְּלִימָה quod huc refertur a nonnullis, v. supra p. 209.

בָּלַס denom. a بَلَسٌ, ባለስ: ficus (in lingua aeth. etiam sycomorus Ps. LXXVIII vel LXXVII, 47) *ficos* (et *sycomoros*) *coluit, collegit* vel *comedit*, cf. συκάζειν et ἀποσυκάζειν ficus colligere et edere, ἐρινάζειν et ὀλυνθάζειν caprificare, θριάζειν et ἀποθριάζειν ficorum folia colligere. Amos VII, 14: בּוֹלֵס שִׁקְמִים, quod docte Alex. κνίζων συκάμινα. Vulg. *vellicans sycamina.* Vellicatio enim ad sycaminorum culturam pertinet. Theophr. hist. pl. 4, 2: πέττειν οὐ δύναται ἂν μὴ ἐπικνισθῇ· ἀλλ' ἔχοντες ὄνυχας σιδηροῦς ἐπικνίζουσιν ἃ δ' ἂν ἐπικνισθῇ, τεταρταῖα πέττεται. Plin. H. N. 13, 7 §. 14. Ita Bochartus in Hieroz. I, 384 sq. Ludolf. Comment. ad hist. aeth. p. 204. Warnekros in Repert. 11, 258. Aliter interpretes hebraei, ut Abulw. Kimchius, R. Tanchum, qui duas explicandi rationes proponunt. Una est, ut בלס sit i. q. בָּלַשׁ *quaesivit, perscrutatus est*, et בּוֹלֵס שִׁקְמִים *perscrutans sycomoros* (Aqu. ἐρευνῶν συκομόρους), ficos ibi quaesiturus i. e. tenuiter vivens, vel, ut vult Abulw. فاشّ جميزا اى نافض الجميز يريد ان له بقر وجميز وهو يهش ورق جميزه على بقره لتاكله *excutiens sycomoros. Sententia enim est, ei fuisse boves et sycomoros eumque decussisse folia sycomororum et pabulum praebuisse bovibus suis.* Altera est, ut בָּלַס sit i. q. talmud. בָּלַס miscuit, quam ita explicat R. Tanch. يخلط ورق جميز مع التبن او غيره ليطعمه البقر *miscet folia sycomori cum stramine aut alia huius generis re, ut pabulum praebeat bovibus.* Sed folia sycomori armentorum pabulum fuisse, aliunde non constat. E vett. Symm. χαρακῶν συκαμίνους, *pedamentis fulciens sycomoros* (fort. χαράσσων incidens). Chald. *sycomoros habens.* Syr. *sycomoros colligens.*

בָּלַע fut. יִבְלַע 1) *deglutivit, devoravit.* (Arab. بَلِعَ et quadril. بَلْعَمَ id., بَلْعٌ et هُبْلَاعٌ helluo, vorax, melit. *bala*ᶜ deglutivit, *belly*ᶜ helluo, aethiop. በልዐ: edit, comedit: chald. et sam. בְּלַע, ‎ࠁࠋࠏ i. q. hebr. syr. sed crebrius: vicit, v. Niph. no. 2. Vicinae radd. sunt לוּעַ, ܠܥܣ aliaeque multae a litteris לע ordientia, quas vide s. rad. לָעַם). Dicitur de hominibus avide comedentibus Jes. XXVIII, 4. Hos. VIII, 7, de bestiis Exod. VII, 12. Jon. II, 1: *et misit Jehova piscem magnum,* לִבְלֹעַ אֶת־יוֹנָה וַיְהִי יוֹנָה בִּמְעֵי הַדָּג שְׁלֹשָׁה יָמִים וּשְׁלֹשָׁה לֵילוֹת *qui deglutiret Jonam, et erat Jonas in visceribus piscis per triduum et tres noctes.* (Ridicule nonnemo recentiori memoria coll. arab. بلغ pervenit: *qui accederet ad Jonam, et versabatur Jonas super ventre eius* cet.). Jer. LI, 34. Gen. XLI, 7. 24. Proverbialis est locutio Iob. VII, 19: *non dimittis me* עַד־בִּלְעִי רֻקִּי *dum deglutiam salivam meam* i. e. ne respirandi quidem locum mihi relinquis, ne brevissimum quidem momentum, quo recreer, mihi concedis. (Ita Arabes أَبْلِعْنِي ريقى *deglutiam sine salivam meam* i. e. sec. Kam. امهلنى مقدار ما ابلعه *concede mihi tantum morae, ut eam deglutiam.* Har. 15 p. 142 Sacy de homine ab itinere fesso ابلعنى ريقى فقد اتعبنى طريقى deglutiam sinas salivam meam, nam confecit me iter meum. „Item ad Cons. X Teblebius adducit „specimen acris et promtae responsionis, in aliquo, qui „quum socium de multis interrogasset, ab eoque tandem „rogaretur ابلعنى ريقى reposuerit قد ابلعتك دجلة وفرات „vel Tigrem et Euphratem glutias licet." A. Schult. ad l. c.

Similiter Persae dicunt آخور *absorptio salivae* de mora). Cf. Pi. no. 1.

2) Metaph. a) pro *absumsit, perdidit*, ita tamen ut vorandi figura servata sit. Ita rapax dicitur *opes* aliorum *devorare* Iob. XX, 18 (cf. devoratam pecuniam evomere Cic. Pis. 37), rex victor populos deglutiisse et evomere instar draconis (Jer. LI, 34). Prov. I, 12: *devorabimus eos, sicut orcus viventes* i. e. absumemus, interficiemus eos. Ps. CXXIV, 3: *nisi Jehova nobiscum fuisset, vivos nos devorassent.* Cf. אכל no. 1, g. — b) Tribuitur inanimatis, ut voragini terrae Num. XVI, 30 sq. XXVI, 10. Deut. XI, 6. Ps. CVI, 17, maris Ps. LXIX, 16. cf. Exod. XV, 12. (Arab. بلوعة et مبلع foramen profundius, vorago, melit. *belly*ᶜ*a* vorago, gurges).

Niph. pass. Pi. no. 2. *perditus est* Hos. VIII, 8. Specialiter utuntur de ebriis. Jes. XXVIII, 7: נִבְלְעוּ מִן הַיַּיִן *perditi sunt vino* i. e. vino oppressi, fracti, victi. Cf. עָבַר ,רוּן ,הָלַם. Syrus linguae suae beneficio retinuit ܐܬܒܠܥܘ ܡܢ ܚܡܪܐ, Arabes in eadem phrasi utuntur verbo بلغ, videl. بلغ منه النبيذ pr. vinum pervenit ad eum i. e. cepit, superavit eum.

Pi. 1) i. q. Kal *deglutivit.* Semel ellipt. Num. IV, 20: וְלֹא יָבֹאוּ לִרְאוֹת כְּבַלַּע אֶת־הַקֹּדֶשׁ *neque veniant ad videndum sanctum, dum deglutitur* sc. saliva i. e. ne unicum quidem temporis momentum. Cf. quae modo observavimus ad Kal no. 1. Egregie LXX. ἐξάπινα. (Simillimam ellipsin habent Syri, qui ܡܦܩ ܥܝܢܐ *complosionem palpebrarum* dicunt pro temporis momento, ut nos *Augenblick* Ephr. Opp. 1, 9, item ellipt. ܒܡܦܩ ܥܝܢܐ Barhebr. 221 lin. 1. cf. Iob. XXVII, 19). Onk. Syr. Saad. כבלע reddunt: *dum abscondunt (sanctum).* Sed abscondendi significatio sine idonea ratione sumitur. Metaph. בִּלַּע אָוֶן devoravit scelus i. e. totum se replevit sceleribus Prov. XIX, 28 (cf. שָׁתָה Iob. XV, 16).

2) *perdidit* i. q. הֶאֱבִיד ,אִבַּד ,הִשְׁחִית ,שִׁחֵת. Refertur ad homines populosque et valet a) *miserum reddidit, pessundedit, exitium ei paravit*, Iob. II, 3. X, 8. Jes. XLIX, 19. Hab. I, 13; b) *delevit, exstirpavit, e medio sustulit.* Ps. XXI, 10. XXXV, 25. Sequ. מִן Iob. VIII, 18: אִם יְבַלְּעֶנּוּ מִמְּקֹמוֹ *ubi exstirpatus erit e loco suo* impius sub arboris figura descriptus. Refertur etiam c) ad regiones et idem est quod *vastavit.* 2 Sam. XX, 19. 20. Thren. II, 8: לֹא־הֵשִׁיב יָדוֹ מִבַּלֵּעַ *manum non remittit a vastando.* Denique d) ad varias res, ut perdidit i. e. dilapidavit opes Prov. XXI, 20; perdidit i. e. irritum fecit consilium Jes. XIX, 3, cf. Ps. LV, 10; viam alicuius i. e. effecit, ut in exitium rueret Jes. III, 12 (cf. Ps. I, 6). Jes. XXV, 7: וּבִלַּע בָּהָר הַזֶּה פְּנֵי הַלּוֹט הַלּוֹט עַל־כָּל־הָעַמִּים *et removebit in illo monte velum obvelans omnes populos* i. e. omnis tristitia mutabitur in laetitiam. Vers. 8: בִּלַּע הַמָּוֶת לָנֶצַח *tollet mortem in perpetuum.* Eccl. X, 12. (Eodem modo transfertur chald. סַלְּעַם deglutivit, et gr. καταπίνω 2 Cor. II, 7. V, 4).

Pu. pass. Pi. no. 2. *perditus est, periit.* Jes. IX, 15. Iob. XXXVII, 20. Sequ. לְ 2 Sam. XVII, 16: פֶּן יְבֻלַּע לַמֶּלֶךְ וּלְכָל־הָעָם אֲשֶׁר אִתּוֹ *ne pereat rex et omnis populus, quem secum habet.* Pr. ne exitium paretur regi cet.

Hithpa. id. de sapientia Ps. CVII, 27.

בֶּלַע m. c. Suff. בִּלְעִי 1) *devoratio, res devorata* Jer. LI, 44. — 2) *exitium* Ps. LII, 6. — 3) N. pr. urbis in littore australi maris mortui, etiam צֹעַר (parva) dictae, in magno illius regionis excidio deprecante Loto servatae. Gen. XIV, 2. 8. XIX, 20 sq. Hieron. ad Jes. XV: „appellatur Bala i. e. absorpta tradentibus Hebraeis, quod tertio terrae motu prostrata sit." Eusebius v. *Βαλὰ* testatur, eam suo tempore habitatam fuisse et praesidio militum Romanorum munitam. 4) N. pr. nonnullorum virorum a) regis Edomitarum Gen. XXXVI, 32. 1 Par. I, 43 b) filii Benjamini Gen. XLVI, 21. c) viri in stemmate Rubenitarum 1 Par. V, 8.

בַּלְעִי nom. gent. a בֶּלַע no. 4, b. Num. XXVI, 38.

בִּלְעֲדֵי v. rad. בָּלָה.

בִּלְעָם v. sub rad. בָּלָה.

בָּלַק *vacuum, inanem, desertum reddidit.* Iungitur synonymo בָּקַק. Jes. XXIV, 1: *ecce Jehova* בּוֹקֵק הָאָרֶץ וּבוֹלְקָהּ *vacuam reddidit terram et inanem.* LXX. ἐρημώσει αὐτήν. Jarchi: החריבה. Syr. *aperit eam.* Primariam hanc *aperiendi* vim offert Arabismus, in quo observante iam Jos. Kimchio بَلَقَ I. IV. est *aperuit: lagenae* vero *apertio* et *effusio* transfertur ad inanitatem, haec ad vastationis notionem (cf. synn. בֹּהוּ ,בָּקַק ,רִיק), quam Arabes habent in forma بَلُوقَة desertum, solitudo, et in quadril. بَلْقَعَ (cf. دَرِقَ et دَرَعَ fugit) inculta et inhabitata fuit regio, بَلْقَع terra vacua et inhabitata, v. Schult. ad Har. Cons. 5, p. 140. Syri primariam inanitatis notionem ad paupertatem et miseriam retulerunt, quam designant voce ܒܠܩܘܬܐ (Ferr. p. 788). De Jes. loco paulo plura in Comment.

Pu. part. f. מְבֻלָּקָה *vacua* i. e. deserta *facta* Nah. II, 11.

בָּלָק (inanis, vacuus) n. pr. regis Moabitarum, Mosis aequalis Num. XXII, 2 sq. Jos. XXIV, 9. Iudd. XI, 25. Mich. VI, 5.

בלש rad. inusit. Chald. quaesivit, perquisivit.

בִּלְשָׁן n. pr. viri principis cum Scrubabele ex exilio reducis. Esr. II, 2. Neh. VII, 7.

בֵּלְשַׁאצַּר v. rad. בָּעַל.

בָּלַת rad. spuria, unde nonnulli derivarunt בִּלְתִּי q. v. sub rad. בָּלָה.

בִּמְהָל n. pr. v. מָהַל.

בְּמוֹ v. מוֹ.

בָּנָה inf. absol. בָּנֹה, constr. בְּנוֹת, cum Suff. בְּנֹתְכֶם Jos. XXII, 16, semel irregulariter בְּנוֹתֵךְ pro בְּנֹתֵךְ (v. Lehrgeb. 463), fut. יִבְנֶה, cum Waw conv. וַיִּבֶן et sexies וָאֶבְנֶה, וַיִּבְנֶה 1) *aedificavit, exstruxit*, veluti domum, templum, urbem, moenia, munimenta Ez. IV, 2, altare Gen. VIII, 20, sacella Jer. VII, 31, tabulata navis Ez. XXVII, 5; semel, ut videtur, de aedium fundatione 1 Reg. VI, 1, ubi וַיִּבֶן in loco parallelo 2 Par. III, 1 non male declaratur וַיָּחֶל לִבְנוֹת. (Arab. بنا, syr. chald. nasor. et sam. ܒܢܐ, בְּנָא, ࠁࠍࠀ id. Soli Aethiopes hoc significatu aliis verbis utuntur, ሐነጸ: ነደቀ:). Materia, ex qua aliquid exstruitur, ponitur plerumque in Acc. 1 Reg. XVIII, 32: וַיִּבְנֶה אֶת־הָאֲבָנִים מִזְבֵּחַ *et exstruxit hos lapides in aram* i. e. ex iis exstruxit aram. (Cf. Lehrgeb. p. 813). Exod. XX, 22. Deut. XXVII, 6. 1 Reg. XV, 22. Jes. IX, 9. Ez. XXVII, 5, rarius praevio בְּ 1 Reg. XV, 22 fin. Constr. praeterea a) c. accus. loci, qui aedificando tegitur et completur (germ. *etwas bebauen*). 1 Reg. XVI, 24: וַיִּבֶן אֶת־הָהָר *et aedificiis complevit hunc montem* i. e. urbem in eo condidit, *eique urbi nomen dedit a possessore montis*. VI, 15: וַיִּבֶן אֶת־קִירוֹת הַבַּיִת מִבַּיְתָה בְּצַלְעוֹת אֲרָזִים *parietes domus intus texit tabulis cedrinis*. b) c. acc. pers. et valet: *domum alicui aedificavit* i. e. sedem stabilem ei dedit, et translate res eius prosperas esse iussit (cf. בַּיִת no. 12). Jer. XXIV, 6: *eos reducam in hanc terram* וּבְנִיתִים וְלֹא אֶהֱרֹס וּנְטַעְתִּים וְלֹא אֶתּוֹשׁ *eosque exstruam neque diruam, plantabo neque evellam* i. e. sedem fixam iis concedam et res eorum prosperas esse iubebo. XXXI, 4. XXXIII, 7. XLII, 10. Ps. XXVIII, 5. — Jer. I, 10: *ecce praefeci te hodie populis* לִנְתוֹשׁ וְלִנְתוֹץ .. לִבְנוֹת וְלִנְטוֹעַ *ad amoliendum et evellendum .. ad aedificandum et plantandum* i. e. ut populis vel excidium vel instaurationem annuncies. Prophetae enim id facere dicuntur, quod futurum praenunciant. (Arab. بنا c. acc. pers. beneficiis et favore prosecutus est aliquem). c) seq. בְּ pro: in aedificanda aliqua re occupatum esse, *an etwas bauen*. Neh. IV, 4. 11. Zach. VI, 15. Cf. בְּ 2, d. d) seq. עַל pro: obstruxit. Thren. III, 5: בָּנָה עָלַי *obstruxit me* (Deus) i. e. viam undique praeclusit, ut egredi nequeam, cf. גָּדַר comm. 7. 9, et הֵסַךְ Iob. III, 23.

2) *restituit, instauravit* (domum urbemque vastatam). Amos IX, 14: וּבָנוּ עָרִים נְשַׁמּוֹת *restituent urbes vastatas*. Ps. CXXII, 3: יְרוּשָׁלַםִ הַבְּנוּיָה *o Hierosolyma restituta!* CXLVII, 2. Jos. VI, 26. 1 Reg. XVI, 34. 2 Reg. XIV, 22. Cf. בָּנָה חֳרָבוֹת s. v. חָרְבָּה. (De syr. ܒܢܐ v. Chron. Edess. ad annum 660). Nonnunquam *urbem exstruere* et *restituere* ad moenia potissimum referri videtur, pro *munire*. 1 Reg. XV, 17. 2 Par. XI, 6 sq.

3) Interdum translate *finxit, struxit, statuit, stabilivit*. Gen. II, 22: וַיִּבֶן יְהוָה אֱלֹהִים אֶת־הַצֵּלָע ... לְאִשָּׁה *struxitque Jehova Deus e costa — mulierem*. Ps. LXXXIX, 5: בָּנִיתִי לְדֹר וָדוֹר כִּסְאֲךָ *solium tuum stabiliam in aeternum*, cf. comm. 3: עוֹלָם חֶסֶד יִבָּנֶה *in aeternum stabilita est benignitas tua*.

4) בָּנָה בַיִת לְ *domum alicui aedificavit* idem valet quod prolem et sobolem ei dedit (v. בַּיִת no. 10, et Niph. no. 3). Domus enim ex solenni Orientis metaphora ad familiam liberosque transfertur, et qui liberis procreandis operam dat, is domum aedificare dicitur. Inde בֵּן *filius* dictus est ab aedificando i. e. procreando, et apud Arabes بنا على Conj. I et VIII verecunde dicitur de sponso ad sponsam coniugemque ingrediente, بانى (exstruens) de sponso. Lepide hanc metaphoram persecutus est poëta comicus (Plaut. Mostell. 1, 2, 37): *nunc etiam volo dicere, ut homines aedium esse similes arbitremini. Primum dum parentes fabri liberum sunt, et fundamentum substruunt liberorum, extollunt, parant sedulo in firmitatem ... sibique aut materiae ne parcunt* cet.

Niph. 1) pass. Kal no. 1. *aedificatus est* Num. XIII, 22. Deut. XIII, 17, c. acc. materiae 1 Reg. VI, 7. Homines *aedificari* dicuntur, ubi sede stabili rebusque prosperis augentur. (Vide Kal no. 1, b). Jer. XII, 16: נִבְנוּ בְּתוֹךְ עַמִּי. Mal. III, 15. Iob. XXII, 23. De alia metaphora v. no. 3. — 2) pass. Kal no. 2. *instauratus est* Jes. XLIV, 28. Iob. XII, 14. — 3) *Aedificari* dicitur *mulier*, si domus eius aedificatur (cf. Kal 1, b) i. e. si sobole augetur (v. Kal no. 4). Gen. XVI, 2: אוּלַי אִבָּנֶה מִמֶּנָּה *fortasse aedificabor per illam* i. e. huius ancillae ope liberos habebo, siquidem hera ancillae suae liberos ex marito ipsa permittente susceptos suos habere solebat. Bene Saad. لعلى يبتى يُبنى منها. Arabs Erp. ad verbum: ابتنى منها. XXX, 3.

בְּנָא c. Suff. בְּנָהִי Esr. V, 11 gerund. לְמִבְנֵא Esr. V, 2. 17, לְמִבְנְיָה V, 9, לִבְנֵא V, 3. 13 i. q. hebr. *aedificavit*. Nonnunquam de urbe iam exstructa: *aedificiis auxit* et *magis ornavit*. Dan. IV, 27: *haec est Babylon illa magna, quam aedificavi, ut esset sedes regni*.

Ithpe. pass. Esr. IV, 13. 21. Constr. c. acc. materiae Esr. V, 8: וְהוּא מִתְבְּנֵא אֶבֶן גְּלָל *idque* (templum) *exstruitur lapidibus magnis*.

בֵּן (pro בֶּנֶה) st. constr. בֶּן־ (cum Praefixis בְּ, כְּ, לְ et aliquoties praeterea Gen. XVII, 17. Est. II, 5. Neh. VI, 18 sine Makkeph) raro בִּן (Prov. XXX, 1. Deut. XXV, 2. Jon. IV, 10 et ubicunque sequitur n. pr. נוּן),

semel בֵּן Gen. XLIX, 22 (cf. tamen no. 14), בְּנִי (sicut אֲבִי, cf. aliud huius formae vestigium in n. pr. בְּנִינוּ) ibid. comm. 11, et בְּנוֹ Num. XXIV, 3. 15 (quae utraque forma segolata est), Plur. בָּנִים (qs. a sing. בֵּן) constr. בְּנֵי

1) *filius*. De etymo v. rad. no. 4. (Arab. اِبْنٌ, et, ubi duobus nominibus propriis interiectum est, abiecto Elif, ut صَاعِدُ بْنُ أَحْمَد, Plur. بَنُونَ, constr. بنو, بنى; in monumentis phoen. saepissime בן; in linguis aramaeis vero בַּר, ܒܪܐ, a בְּרָא procreavit, ita tamen ut Pluralis בְּנִין, בְּנֵי, ܒܢܝܐ ad Hebraismum propius accedat. Aethiopes hac significatione utuntur vc. ወልድ፡ In cod. Nasar. habes denom. ܒܢܐ liberos procreavit). *Filius matris* dicitur pro fratre uterino (v. אֵם), in Plur. *filii matris* (v. ibid.) et *filii patris* (Gen. XLIX, 8 cf. Amru Moall. 70) poët. pro fratribus. In acerbissimis conviciis est, si quis parentum *vilium improborumve filius* vocatur (1 Sam. XX, 30: בֶּן־נַעֲוַת הַמַּרְדּוּת *o fili matris perversae et contumacis!* Iob. XXX, 8: *filii impii et infamis*. Jes. LVII, 3, cf. quae ibi ex usu Arabum observavimus in Comment. Adde Rosenm. *Morgenland* ad 1 Sam. l. c.): quemadmodum contra *filium nobilium* vel *sapientum* vocari, summi honoris est significatio (v. Eccles. X, 17. Jes. XIX, 11. Ps. LXXII, 1 et quae disputavimus ad Jes. l. c. Adde Carm. Sam. V, 6). Vides, quanta fuerit Hebraeorum erga parentes pietas, quantique fecerint maiorum nobilitatem: unde etiam repetendum est, quod viri in aliqua dignitate constituti sed ignobili genere orti, contemtim omisso proprio nomine *patris* istius *ignobilis filii* appellantur, ut Davides *filius Isai*, Saulus *filius Kischi*. V. 1 Sam. X, 11. XX, 27. 30. 31. XXII, 7. 8. Jes. VII, 4. 5. 6. 9. VIII, 6 et notam nostram ad VII, 4. — Poëtici sermonis est, si *filii Graecorum* dr. pro Graecis Joël IV, 6 sicut hom. υἷες Ἀχαιῶν, *filii Aethiopum* Amos IX, 7 pro Aethiopibus, cf. בְּנֵי יַלְדֵי נָכְרִים Jes. II, 6 de peregrinis, בְּנֵי אֶבְיוֹן de pauperibus Ps. LXXII, 4 et gr. δυστήνων παῖδες Il. φ, 151. Ubique autem hac locutione similis patris filiique conditio significatur.

2) Plur. בָּנִים nonnunquam utriusque generis *liberos* complectitur Gen. III, 16. XXI, 7. XXX, 1. XXXI, 17. XXXII, 12. Deut. IV, 10. Jes. XLIX, 15. LXVI, 8 (unde LXX saepe: τέκνα, παιδία), quanquam crebrius plene dicitur בָּנִים וּבָנוֹת Gen. V, 4. 7. 10. 13. XI, 11 sq. In Sing. communis generis vestigium habes in בֶּן־זָכָר (rectius בֵּן זָכָר) *filius masculus* Jer. XX, 15, cf. υἱὸς ἄῤῥην Apoc. XII, 5.

3) *puer, iuvenis*, παῖς, Cant. II, 3: כֵּן דּוֹדִי בֵּין הַבָּנִים *ita dilectus meus inter iuvenes*. Prov. X, 5: בֵּן מַבִישׁ, בֵּן מַשְׂכִּיל *filius prudens*, *vilis* pro homine prudente, vili, ratione habita parentum l. praeceptorum (v. no. 7).

4) *nepos*. Gen. XXIX, 5 Labanus vocatur בֶּן־נָחוֹר i. e. *nepos* Nahori: patrem enim habuit Bethuelem. Sic Esr. V, 1 Zacharias propheta vocatur בַּר־עִדּוֹא, cum tamen Iddonem avum haberet (Zach. I, 1). (Ita saepe in nummis cuficis بن de nepotibus et posteris legitur, v. Castiglione Monete cufiche del Museo di Milano p. 36). Plur. Gen. XXXII, 1 (XXXI, 55). XXXI, 28, quanquam plerumque, et ubi maior est sermonis accuratio, *nepotes* dicuntur בְּנֵי בָנִים. Exod. XXXIV, 7: *punit patrum peccatum* עַל־בָּנִים וְעַל־בְּנֵי בָנִים עַל־שִׁלֵּשִׁים וְעַל־רִבֵּעִים *in filiis et nepotibus, pronepotibus et abnepotibus*. Prov. XIII, 22. XVII, 6. Deut. VI, 2. Jer. XXVII, 7.

5) Plur. בָּנִים saepissime: *posteri, progenies* (cf. in Sing. υἱὸς Matth. I, 1. 20). Hinc בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Israëlitae, בְּנֵי יְהוּדָה Judaei, בְּנֵי לֵוִי Levitae, בְּנֵי עַמּוֹן Ammonitae, בְּנֵי חֵת Hethitae, בְּנֵי יִשְׁמָעֵאל Ismaelitae, et sic in plurimis populorum tribuumque nominibus, quatenus illa a quodam gentis auctore, etsi nonnunquam ficto (v. c. בְּנֵי עֵבֶר Gen. X, 21), derivantur. (Ita apud Arabes بنو هلال, بنو تميم, quanquam apud hos filiorum nomen non solum gentis auctori, sed etiam duci vel nunc vel olim celebri praeponitur, v. Volneji itin. Syriae I, p. 306, quod utrum etiam in Hebraeos cadat, in medio relinquo). Eodem sensu dicitur בֵּית יְהוּדָה, בֵּית יִשְׂרָאֵל (v. בַּיִת no. 10), item אִישׁ מִבֵּית יִשׂ׳ (1, h): de singulis viris אִישׁ מִבְּנֵי יִשׂ׳, vel אִישׁ יִשְׂרְאֵלִי, vel יִשׂ׳ אִישׁ יִשְׂרָאֵל, nunquam בֶּן־יִשְׂרָאֵל. Nomen filii

6) tribuitur *subiecto*, regi dominoque qs. patri obsequium praestanti. 2 Reg. XVI, 7: *misitque Ahasus legatos ad Tiglat-Pileserum, Assyriae regem, qui dicerent:* עַבְדְּךָ וּבִנְךָ אָנִי *en me servum filiumque tuum*. Cf. אָב no. 7. de domino. Hinc metaph. *filius mortis* est morti destinatus et qs. in dominium traditus. 1 Sam. XX, 31. 2 Sam. XII, 5. Ps. LXXIX, 11. CII, 21; *filius plagarum* i. q. plagis damnatus. Deut. XXV, 2 (LXX. non satis apte ἄξιος πληγῶν). Cf. υἱὸς γεέννης Mt. XXIII, 15, τῆς ἀπωλείας Joh. XVII, 12. Filius vocatur

7) *alumnus*, qui filii instar educatur Exod. II, 10, cf. Act. VII, 21, et *discipulus*, quatenus doctores parentum cultu et observantia prosequi *patris*que nomine ornare solebant (v. אָב no. 4. adde 1 Sam. X, 12. 1 Cor. IV, 15). Hinc בְּנֵי הַנְּבִיאִים *filii prophetarum* pro *discipulis prophetarum* ipsorumque prophetarum collegiis 1 Reg. XX, 35. 2 Reg. II, 3. 5. 7. IV, 38 cet. cf. Amos VII, 14. (Sic ap. Persas *filii magorum* de magorum discipulis, v. Hyde de rel. vett. Persarum p. 372, et gr. ἰατρῶν υἱοί, ῥητόρων υἱοί, παῖδες μουσικῶν, φιλοσόφων pro ἰατροί, μουσικοί cet., quibus locutionibus cunctis tamen significatur, in his disciplinis filium plerumque patrem doctorem habuisse, easque certis ordinibus proprias fuisse. Caeterum filii nomen pro *discipulo* frequentant etiam N. T. scriptores, Syri, Arabes, Aethiopes, Sinae, v. τέκνον 1 Tim. I, 2. 18. Philem. 10, υἱοὶ τοῦ πονηροῦ Mt. XIII, 38, syr. ܒܪ ܗܪܣܝܣ haereseos cuiusdam assecla, ut ܒܢܝ ܒܪܕܝܨܢ filii i. e. asseclae Bardesanis Ephr. 2, p. 557 B. 490 E.; arab. ولد discipulus Ibn Zeid. p. 3 et من ميلاد المسيح de genere Messiae, pro homine Christiano v. Paulus *Sammlung v. Reisen* 7, 49; ወልድ፡ de cuiusdam religionis et sectae sodalibus, Ludolf

p. 414, cf. 501, Sin. *fù-tseù* patris filius i. e. doctoris discipulus, vir doctus et simpl. *tseù* id., item *foë-già* domus i. e. familia, secta Foistarum, *ĭ-già* domus i. e. familia medicinae, medici). Eodem pertinet, quod in Proverbiis poëta didacticus lectorem *filium* compellare solet (v. אָב no. 4).

8) κατ' ἐξοχήν de *regis filio*, regni herede Jes. IX, 5, cf. בֶּן־מֶלֶךְ Ps. LXXII, 1, et quodammodo ὁ υἱός de filio Dei usurpatum Joh. VIII, 35.

9) Sequ. genit. *loci* notat *hominem in eo natum*, qs. eius *loci alumnum*, velut *filii Zionis*, Zionitae Ps. CXLIX, 2, *filii Babylonis* Ez. XXIII, 15. 17, *Memphidis* Jer. II, 16, *Assyriae* Ez. XVI, 28, *Orientis* i. e. Arabes (v. קֶדֶם), *Aradi* Ez. XXVII, 11, *filii provinciae* Esr. II, 1, *filii terrae exterae* Gen. XVII, 12, *filius domus* i. e. verna (v. בַּיִת), *filius uteri* ex eodem utero prognatus (v. בֶּטֶן). (Syr. ܒܢܝ ܨܘܪ Tyrii, ܒܢܝ ܐܡܝ populares mei Barhebr. 404. Cf. Volneji itin. l. l.). Quae enim in loco et tempore fiunt, ipsi loco et tempori tribui solent (v. Jes. III, 26. VIII, 23. XIV, 9. Thren. I, 4. Iob. III, 3. Prov. XXVII, 1), et regiones urbesve qs. patres singulorum civium cogitantur (v. אֵם), quemadmodum populi patres, unde etiam dr. בְּנֵי עַמִּי *filii populi mei* i. e. populares mei (v. עַם) et בְּנֵי הָעָם de plebe Jer. XVII, 19. XXVI, 23. — De brutis usurpatur Deut. XXXII, 14: *arietes, filii Basan.* Transfertur etiam ad res, quae in aliquo loco continentur, veluti *filii pharetrae* de sagittis Thren. III, 13, *filius areae meae* pro populo frumenti instar in area misere conculcato Jes. XXI, 10.

10) Sequ. genit. *temporis* personam remve designat vel eo tempore natam ortamque, vel huius temporis alumnam i. e. quae hoc temporis spatium transegit. Sic *filius senectutis eius* i. e. in senectute eius genitus Gen. XXXVII, 3, *filius iuventutis* a patre iuvene genitus Ps. CXXVII, 4, *filii orbitatis* matre orba i. e. in exilio nati Jes. XLIX, 20; *filius quingentorum annorum*, quingentos annos natus Gen. V, 32, *filius nonaginta annorum* Gen. XVII, 1 cet. (arab. ابن خمسة عشر filius quindecim sc. annorum, بنت ثمانين octoginta annos nata Ibn Doreid 231, syr. ܒܪ ܬܠܬܝܢ ܫܢܝܢ Barhebr. p. 231), *agnus* בֶּן־שְׁנָתוֹ *anniculus* Exod. XII, 5. Lev. XXIII, 12. Num. VII, 15. Jon. IV, 10 de ricino: שֶׁבִּן־לַיְלָה הָיָה וּבִן־לַיְלָה אָבָד *qui una nocte ortus, una nocte periit.* (Cf. syr. ܒܪ ܝܘܡܗ eodem die, pr. eiusdem diei spatio Deut. XXIV, 15. Prov. XII, 16 Pesch., ܒܪ ܫܥܬܗ eadem hora, statim). — *Filius aurorae* poët. dr. lucifer qs. aurora prognatus Jes. XIV, 12.

11) Sequ. genitivo virtutem, vitium, vitaeve conditionem significante hominem notat illius virtutis vitiive qs. alumnum, iis imbutum, vel in tali conditione adultum, velut בֶּן־חַיִל *filius roboris,* heros, bellator (v. חַיִל), בֶּן־בְּלִיַּעַל filius nequitiae, homo nequam, בֶּן־עַוְלָה id., בְּנֵי שַׁחַץ filii superbiae poët. de feris, בֶּן־עֳנִי i. q. עָנִי miser Prov. XXXI, 5, *filius possessionis* i. e. possessor, heres Gen. XV, 2, *filii sponsionis* i. e. obsides 2 Reg. XIV, 14 cf. υἱὸς τῆς ἀπειθείας Ephes. II, 2, τέκνα ὑπακοῆς 1 Petr. I, 14. — In aliis huius generis locutionibus figuratis et poëticis, quae in aliis etiam linguis cognatis frequentantur (v. Gol. v. ابن, Castellus et Buxtorf. v. בַּר, Jones de poësi asiat. p. 128 sq.), *filius* alicuius rei vocatur, qui ei similis est, veluti *filii fulguris* de avibus fulguris aemulis Iob. V, 7; vel ex ea pendet, veluti *filii arcus* de sagittis Iob. XLI, 20 (cf. Schult. ad h. l.), *filii ursae coelestis* de tribus stellis in cauda eius (pr. feretri coelestis pedissequis, v. עַיִשׁ); vel quacunque necessitudine cum ea coniunctus est, ut *filii olei* oleo delibuti, uncti Zach. IV, 14, *filius olei* s. *pinguedinis*, pinguis, fertilis cet. Cf. אָב no. 7, אִישׁ, בַּעַל.

12) *Filii Dei* nomen varie accipitur in V. T. Tribuitur a) *angelis*, qui Gen. VI, 2 sq. Iob. I, 6. II, 1. בְּנֵי הָאֱלֹהִים, ibid. XXXVIII, 7 omisso art. poët. בְּנֵי אֱלֹהִים, Ps. XXIX, 1. LXXXIX, 7 בְּנֵי אֵלִים vocantur, sive tanquam Dei milites et pedissequi (v. צָבָא), sive, quod praefero, propter maiorem divinae naturae similitudinem, quanquam corpus iis tribuitur Gen. l. c. (LXX. in Gen. et Iob. ἄγγελοι τοῦ θεοῦ, quanquam in Gen. multi codd. ad verbum υἱοί. Cf. Josephi Archaeol. 1, 4 §. 1. Philo de Gigantibus T. 1. p. 262 ed. Mang. Chald. Iob. כִּתֵּי מַלְאֲכַיָּא *agmina angelorum.* In Genesi contra Onk. Symm. Saad. Arabs Erp. Sam. reddunt *filii magnatum,* cf. pag. 96 A, et e recentioribus alii *pios* Sethi posteros intelligunt, alii denique, ut Ilgenius, Caïni posteros propter artium inventionem gloriabundos: quae omnia ad anthropomorphismum vitandum excogitata, neque tamen contextui usuique biblico congrua sunt). — b) *regibus* (neque Hebraeis tantum, sed etiam exteris Ps. LXXXIX, 28), utpote Dei in terra vicariis, divino spiritu edoctis et adiutis (1 Sam. X, 6. 9. XI, 6. XVI, 13. 14. Jes. XI, 1. 2), propterea que a Graecorum quoque poëtis Διογενεῖς βασιλῆες dictis, quanquam ex antiquissimis Graecorum regibus non pauci genus suum re vera a Iove ducebant (v. Ilgen. de notione tituli filii Dei, in Paulus *Memorabilien* 7 p. 119 sq. §. 3). Ps. II, 7: *Deus dixit mihi: tu filius meus, ego hodie te genui* i. e. regem constitui (cf. Jer. II, 27). LXXXII, 6: *ego pronuntio: dii vos* (o reges!), *et filii Altissimi vos omnes.* 7: *Sed aeque ac vulgus moriemini* cet. Ps. LXXXIX, 28 Deus de Davide: *et primogenitum eum faciam, summum inter reges terrae.* 2 Sam. VII, 14. (Apud Sinas etiamnum imperator *tiān-tseù* i. e. coeli filius appellatur). *Dei filii* vocantur denique c) homines Deum tanquam patrem pie colentes, et filiorum instar dilecti (Ps. LXXIII, 15. Prov. XIV, 26), a quibus propterea maior quaedam sanctitas exspectatur (Deut. XIV, 1). In hanc sententiam tribuitur Israëlitis, quanquam filiis interdum ingratis (Jes. I, 2. XXX, 1. 9. XLIII, 6. Hos. II, 1. Jer. III, 14. 19), et *Israël* in Sing. *Dei filius* vocatur Hos. XI, 1. Ps. LXXX, 16), isque primogenitus et dilectus (Exod. IV,

22. 23), quo eodem nomine etiam Ephraimus compellatur (Jer. XXXI, 20). — Filii nomen Hebraei usurpant

13) de *fetu bestiarum*, ut עֵגֶל בֶּן־בָּקָר vitulus, filius boum Lev. IX, 2, בְּנֵי־צֹאן filii ovium, agni Ps. CXIV, 4, בְּנֵי אֲתֹנוֹ filius asinae eius i. q. עַיִר Gen. XLIX, 11, *muli* בְּנֵי הָרַמָּכִים *filii equarum* Esth. VIII, 10, *filii columbae* i. e. pulli columbini Levit. XII, 6, *filii corvi* Ps. CXLVII, 9, *filii aquilae* Prov. XXX, 17 cet. Apud Syros ܒܢܬܐ *filia* adeo de ovis usurpatur Luc. XI, 12. Plur. Deut. XXII, 6. Jes. X, 14. LIX, 5 Pesch. et in lingua arabica vulgari ova gallinae اولاد الدجاج filii gallinae vocantur (Dombay gramm. mauro-arab. p. 59), quem loquendi usum adhibere possis *filiis struthionis* Iob. XXXIX, 16 (coll. comm. 14); videntur tamen *filii* i. e. pulli struthionis comm. 16 distingui ab ovis comm. 14.

14) Arboris *filius* poët. dici videtur pro *surculo, propagine* (cf. יוֹנֵק, יוֹנֶקֶת et quae ibi laudavimus), quanquam haec significatio non prorsus certa est et indubitata. Unum exemplum, idque altero certius, est Gen. XLIX, 22: בֵּן פֹּרָת יוֹסֵף בֵּן פֹּרָת עֲלֵי עָיִן *filius* (arboris) *fructiferae est Josephus, filius fructiferae iuxta fontem* i. e. surculus laete succrescens. בֵּן (fortasse rectius pronuntiandum בֶּן־) enim videtur in statu constructo poni, et פֹּרָת idem valet quod פֹּרִיָּה Jes. XVII, 6 *fructifera* sc. arbor. Alii בֵּן פֹּרָת reddunt: (arboris) *filius fructifer*, ut Saad. et Abusaïdes: غصن مثمر ramus fructifer, et observant בֵּן hac significatione cum feminino construi, quod ab usu eius ad rem inanimem translato videri possit repetendum. Sed videant eruditi, fueritne dicendum בַּת פֹּרָת filia fructifera. Alii denique, nec male, *filium* (ovis) *fertilis* reddunt, et tam Ephraimi, quam Rahelae nominibus alludi existimant, quo probato *surculi* significatio plane locum non haberet. Alterum exemplum est Ps. LXXX, 16, ubi Kimchius aliique בֵּן *ramum* interpretantur, sed Israëlem, Dei *filium* (no. 12, litt. c) potius intelligendum esse, arguit comm. 18.

15) N. pr. Levitae 1 Par. XV, 18.

בֶּן־אוֹנִי (filius doloris mei) n. pr. Benjamino a matre impositum Gen. XXXV, 18.

בֶּן־הֲדַד (*filius* s. cultor *Hadadi* s. *Adodi*, summi Syrorum numinis, teste Macrob. Saturnal. 1, 23 *Solis*, teste Philone Byblio ap. Euseb. praep. evang. 10, 38 et Plinio 37, 11 regis Deorum, cf. הֲדַדְעֶזֶר) n. pr. trium regum Syriae Damascenae, quorum primus bellum gessit cum Baësa, Samariae rege, 1 Reg. XV, 20 sq. et 2 Par. XVI, 2 sq. narratum: alter, Ahabi aequalis, Samaria bis oppugnata aliisque bellis vario Marte gestis patre famosior factus est (1 Reg. XX, 1 sq. 2 Reg. VI, 24 sq. VIII, 7): tertius, Hasaëlis filius, rebus infeliciter gestis provincias a maioribus partas amisit omnes (2 Reg. XIII). *Palatia Benhadadi* i. e. Damascena Jer. XLIX, 27. Amos I, 4.

בֶּן־חַיִל (fortis, bellator) n. pr. praefecti regis Josaphat 2 Par. XVII, 7.

בֶּן־חָנָן (filius benigni cf. בֵּן no. 1) n. pr. viri ex tribu Judae 1 Par. IV, 20.

בֶּן־יָמִין (filius dexterae i. e. felicitatis, v. infra בִּנְיָמִין) N. pr. quod gerunt 1) vir Benjaminita 1 Par. VII, 10. 2) vir Esrae aequalis Esr. X, 32. Neh. III, 23. Ubi Benjaminus patriarcha intelligitur, hoc vc. semper (excepto uno exemplo 1 Sam. IX, 1 Chethibh) iunctim scribitur, v. בִּנְיָמִין.

בֶּן־יְמִינִי *Benjaminita* v. בִּנְיָמִין.

בִּנּוּי (aedificium) N. pr. post exilium frequens 1) viri, cuius familia Serubabelem sequebatur Neh. VII, 15, cf. Esr. II, 10, ubi pro eo בָּנִי scribitur. 2) duorum virorum e plebe Esrae aequalium, Esr. X, 30. 38. 3) viri Levitae Esr. VIII, 33. 4) filii Henadad, Levitae, Nehemiae aequalis Neh. III, 24. X, 10. XII, 8.

בָּנוֹת filiae, v. בַּת.

בְּנֵי־בְרַק (vicus filiorum Berak l. fulguris) N. pr. oppidi tribus Dan. Jos. XIX, 45. Euseb. Βαρακαί, φυλῆς Δάν, εἰς ἔτι νῦν περὶ τὴν Ἄζωτον. νῦν κώμη Βαρβά (Hieron. Bareca).

בְּנֵי יַעֲקָן v. בְּאֵרוֹת ב׳ י׳.

בָּנִי (aedificatus) n. pr. 1) vir Gadita, ex heroibus Davidis 2 Sam. XXIII, 36. 2) Levita, filius Schemer 1 Par. VI, 31. 3) pater Imri, Perezita Judaeus 1 Par. IX, 4 Keri. 5) alius Levita, filius Hasabjae, pater Rechumi, Nehemiae aequalis Neh. III, 17. IX, 4. 5. X, 14. XI, 22. 5) v. בִּנּוּי no. 1. 6) nonnulli alii Esrae aequales Esr. X, 29. 34. 38. Neh. VIII, 7. X, 15.

בֻּנִּי n. pr. (aedificatus, verbale Pualicum) duorum Levitarum Neh. IX, 4. X, 16. Ab his diversus est בּוּנִּי Neh. XI, 15.

בְּנָיָה n. pr. (quem *Jehova aedificavit* i. e. cui stabilem sedem dedit, quem fortunavit, v. rad. no. 1, b), quod gerit 1) vir Simeonita 1 Par. IV, 36. 2) Levita ex posteris Asaphi 2 Par. XX, 14. 3) nonnulli Esrae aequales Esr. X, 25. 30. 35. 43. 4) alii, etiam בְּנָיָהוּ dicti, v. sequens nomen no. 3. 5.

בְּנָיָהוּ n. pr. (i. q. בְּנָיָה), quod gerunt 1) sacerdos Davidicae aetatis 1 Par. XV, 24. XVI, 5. 2) pater Jojadae, amici regii Davidis 1 Par. XXVII, 34. 3) filius Jojadae, praefectus praetorii Davidis 2 Sam. VIII, 18. XXIII, 20. 22. 1 Par. XXVII, 5, etiam בְּנָיָה dictus 2 Sam. XX, 23. 4) Levita Davidis coaevus 1 Par. XV, 18. 20. XVI, 5. 5) heros Davidis 2 Sam. XXIII, 30, etiam בְּנָיָה dictus 1 Par. XI, 31. XXVII, 14. 6) Levita Hiskiae coaevus 2 Par. XXXI, 13. 7) pater Pelatjae Ez. XI, 1. 13.

בִּנְיָה f. *aedificium* Ez. XLI, 13. (Arab. بِنْيَةٌ). Cf. בִּנְיָן.

בִּנְיָמִין (filius dexterae i. e. felicitatis q. d. Felix v. Gen. XXXV, 18. coll. يُمْن felicitas, يَامِن felix, fortunatus; aliis filius roboris, aliis, ut Aben Esrae, Clerico, quod minus etiam ferendum, *filius dierum* i. e. senectutis, per Chaldaismum pro בִּנְיָמִים, quod quidem interpretamentum Cod. Sam. ubique in textum recepit, v. Comment. nostr. de Pent. Sam. p. 32) n. pr. *Benjamini* patriarchae, filii Jacobi natu minimi et Rahelae, quae filio enixo animam efflavit. Auctor factus est tribus cognominis (בְּנֵי בִנְיָמִן Num. I, 36, מַטֵּה ב׳ Jos. XXI, 4. 17 et simpl. בִּנְיָמִין m. Iud. XX, 39. 40), cuius regio (אֶרֶץ בִּנְיָמִין Jer. I, 1. XVII, 26. XXXII, 8) in media fere terra cisjordanensi sita describitur Jos. XVIII, 21 sq. Bellica quaedam huius tribus indoles significatur Gen. XLIX, 27, de fertilitate regionis v. Jos. Archaeol. V, 1 §. 22. Decem tribubus a familia Davidis desciscentibus, soli Benjaminitae cum Judaeis Judae regnum constituebant. שַׁעַר בִּנְיָמִין est porta Hierosolymorum in septentrionali moeniorum parte (Jer. XXXVII, 13. XXXVIII, 7. Zach. XIV, 10) prob. eadem quae alibi *porta Ephraimi* dicitur (p. 141 A., cf. Faber's Archaeologie p. 533). LXX. Βενιαμίν. Caeterum hoc vc., ubicunque patriarcham designat, iunctim scribitur (v. בֶּן־יָמִין); divisim vero scribunt Nom. gent. בֶּן־יְמִינִי (cf. *Lehrgeb.* 515) 1 Sam. IX, 21. Ps. VII, 1 *Benjaminita*, c. Art. בֶּן־הַיְמִינִי (ut בֵּית הַשִּׁמְשִׁי) Iudd. III, 15. 2 Sam. XVI, 11. XIX, 17. 1 Reg. II, 8, Plur. בְּנֵי יְמִינִי Iudd. XIX, 16. 1 Sam. XXII, 7. Ellipt. dicitur אִישׁ יְמִינִי pro אִישׁ בֶּן־יְמִינִי 1 Sam. IX, 1. 2 Sam. XX, 1. Est. II, 5 et אֶרֶץ יְמִינִי 1 Sam. IX, 4 (ut arab. بَكْرِيّ Becrensis pro Abubecrita, ab ابو بكر). LXX. fere ubique (cf. tamen 1 Sam. XX, 7 Vat. Iud. XIX, 16) hunc idiotismum, ut videtur, ignorantes: υἱοὶ Ἰεμινί, Vulg. *filii Jemini*, unde Luth. *Söhne Jemini*, sed veram interpretationem dudum viderunt Targ. et Syrus cum Arabe.

בִּנְיָן m. 1) *aedificium* Ez. XLI, 12. 2) *murus* Ez. XL, 5: רֹחַב הַבִּנְיָן sec. Jarchium עובי החומה *crassitudo muri* s. substructionis. (Syr. ܒܶܢܝܳܢܳܐ aedificium, arab. بُنْيَان id. Cor. 16, 28. Har. 4 p. 48 Schult. et murus, fundamentum i. q. حائط).

בִּנְיָן chald. i. q. hebr. no. 1. Esr. V, 4.

בְּנִינוּ (filius noster, a forma segolata בְּנִי Gen. XLIX, 11) N. pr. Levitae Neh. X, 14.

בַּת (contr. ex בַּנְתְּ pro בְּנֶת cf. *Lehrgeb.* 569. 570) constr. plerumque בַּת־ c. Suff. בִּתִּי (a בִּנְתְּ) Plur. בָּנוֹת contr. בְּנוֹת (qs. a sing. בָּנָה cf. בָּנִים filii) 1) *filia*. (Arab. بِنْتٌ, plur. بَنَاتٌ; syr. ܒܰܪܬܳܐ plur. ܒܢܳܬܳܐ, chald. בַּת et בְּרַתָּא constr. בְּרַת c. Suff. בְּרַתֵּהּ, Plur. בְּנָת. Aethiopes ወለት፡ frequentant in una locutione metaph. ወለት፡ ዐይን፡ i. e. بنت العين pupilla, alibi filiam designant vc. ወለት፡) בְּנוֹת הָאָדָם *filiae hominum*, mulieres humanae opp. filiis Dei Gen. VI, 2. 4. Cant. VII, 2: בַּת־נָדִיב *o filia* (patris) *nobilis;* blanda compellatio puellae (v. בֵּן no. 1). Ipsa regina compellatur בַּת Ps. XLV, 11, cuius rei causam alibi exposuimus (v. אָב no. 4). — 2) *puella, adolescentula, mulier* (cf. בֵּן no. 3). Gen. XXX, 13. Cant. II, 2. VI, 9. Iudd. XII, 9. Jes. XXXII, 9. LXX. bis γυνή. (Ita gr. θυγάτηρ, aeth. ወለት፡ gall. *fille*). Poet. בַּת הַנָּשִׁים *filia mulierum* pro puella, iuvencula Dan. XI, 17. — 3) *neptis, ex progenie alicuius oriunda.* Sic בְּנוֹת יִשְׂרָאֵל mulieres Hebraeae Iudd. XI, 40. 2 Sam. I, 24, בְּנוֹת כְּנַעַן mulieres impr. puellae Canaaniticae Gen. XXVIII, 8, בְּנוֹת חֵת Gen. XXVII, 46, בְּנוֹת מוֹאָב Num. XXV, 1, et cum nomine populi: בְּנוֹת הַפְּלִשְׁתִּים 2 Sam. I, 20, הַכְּנַעֲנִי Gen. XXIV, 3, בְּנוֹת עַמִּי populares meae Ez. XIII, 17. Non aliter accipiendum בְּנוֹת מוֹאָב Jes. XVI, 2, ubi male nonnulli *vicos* Moabi intelligunt (v. infra no. 8), et בְּנוֹת יְהוּדָה Ps. XLVIII, 12, ubi itidem *oppida* Judae interpretantur. Oppida enim minora urbem circumiacentia *urbis,* non *regionis* filiae appellantur. In verbis Psaltae *filiae Judae* i. e. mulieres Judaeae opponuntur *Zioni* i. e. *filiis Zion,* viris Zionitis, et utrumque ex lege parallelismi designat Zionis reliquaeque Judaeae utriusque sexus incolas. Cf. Jes. IV, 4, ubi in eandem sententiam iunguntur *Hierosolyma* i. e. filii Hierosolymorum et *filiae Zionis* pro cunctis et utriusque sexus incolis. — 4) *alumna, filia adoptiva* Esth. II, 7. 15. — 5) *discipula, cultrix* Malach. II, 11: בַּת־אֵל נֵכָר *cultrix dei peregrini.* — 6) Sequ. genit. loci, impr. urbis, regionis notat feminam ibi natam et degentem, spec. iuvenilis aetatis, ut בְּנוֹת יְרוּשָׁלַיִם Cant. I, 5. II, 7. III, 5. V, 8. 16, θυγατέρες Ἱερουσαλήμ Luc. XXIII, 28, בְּנוֹת צִיּוֹן Jes. III, 16. 17. IV, 4. Cant. III, 11, בְּנוֹת עִירִי Threu. III, 51, בְּנוֹת הָאָרֶץ Gen. XXXIV, 1. E singulari autem linguae Hebraeae et Syriacae idiomate בַּת *filia,* pariter atque alia feminina (v. *Lehrgeb.* 477), a poëtis collective usurpatur pro בָּנִים *filii* (cf. בַּת גְּדוּד Mich. IV, 14 pro בְּנֵי גְדוּד 2 Par. XXV, 13) et *filia urbis* aut *regionis* aut *populi* poët. dicitur pro *incolis civibus*que eius. Ita בַּת־צֹר pro בְּנֵי צֹר *Tyrii* Ps. XLV, 13, בַּת יְרוּשָׁלַיִם Jes. XXXVII, 22, בַּת־צִיּוֹן Jes. X, 32 Keri. XVI, 1. LII, 2. Jer. IV, 31, בַּת־אֱדוֹם Threu. IV, 22, בַּת־מִצְרַיִם Jer. XLVI, 11. 19. 24, בַּת־תַּרְשִׁישׁ Jes. XXIII, 10, בַּת־עַמִּי i. q. בְּנֵי עַמִּי populares mei Jes. XXII, 4. Jer. IV, 11. IX, 6. (Non aliter apud Syros ܒܰܪܬ ܐܰܒܪܳܗܳܡ *filia Abrahami* Ephr. 2, 123, *filia Jacobi* ib. 3, 216 dr. pro filiis A. et J. i. e. Hebraeis, *filia Hebraeorum* et *Syrorum* i. e. gentilium 3, 224; et apud Arabes, v. c. تغلب ابنة وايل *Taglebitae, filia* i. e. filii *Wajel,* Amru Moall. p. 7

Koseg.). Hinc orta προσωποποιΐα Hebraeorum poëtis familiarissima, qua civium universitatem sub figura mulieris exhibent (Jes. XXIII, 12 sq. XLVII, 1 sq. LIV, 1 sq. Thren. I, 1 sq. cf. vit. Tim. 1, p. 230 Mang.) *filiam*que terrae *virginem* nuncupant, velut בְּתוּלַת בַּת־צִידוֹן i. e. *virgo filia Sidonis* (status constructus enim ibi est pro appositione) Jes. XXIII, 12, ב׳ בַּת־בָּבֶל ib. XLVII, 1, ב׳ בַּת־יְהוּדָה Thren. I, 15, ב׳ בַּת־מִצְרַיִם Jer. XLVI, 11, ב׳ בַּת־עַמִּי Jer. XIV, 17. Caeterum cum populorum nomina saepe transferantur ad regiones et contra (*Lehrg.* p. 469), locutio nostra cives proprie designans a poëtis etiam de urbe et regione ipsa usurpatur. Ita בַּת־צִיּוֹן de ipsa urbe Jes. I, 8. X, 32. Thren. II, 8. 18, בַּת־בָּבֶל Ps. CXXXVII, 8, adeoque dicitur יוֹשֶׁבֶת בַּת־בָּבֶל *habitatrix* i. e. habitatores, cives *filiae Babylonis* i. e. ipsius urbis Zach. II, 11. Jer. XLVI, 19. XLVIII, 18. — 7) Sequ. genit. temporis valet feminam, quae hanc aetatem transegit, בַּת־תִּשְׁעִים שָׁנָה nonaginta annos nata Gen. XVII, 17. Cf. בֵּן no. 10. — 8) Figurate *filia* alicuius rei vocatur quodcunque ex ea pendet, ad eam pertinet, vel eâ imbutum est. Cf. בֵּן no. 11. Sic *filiae urbis* vocantur vici minores in ditione urbis siti et ex ea pendentes, v. c. עֶקְרוֹן וּבְנוֹתֶיהָ Ekron et vici circumiacentes Jos. XV, 45 cf. Num. XXI, 25. 32. XXXII, 42. Jos. XVII, 11. Iudd. XI, 26. 1 Par. VII, 28. 29. VIII, 12. XVIII, 1. 2 Par. XIII, 19. Neh. XI, 25 sq. Ez. XXVI, 6. בַּת־עַיִן filia oculi i. e. pupilla (v. אִישׁוֹן). בַּת־אֲשֻׁרִים (ebur) filia cedrorum i. e. cedro inclusum Ez. XXVII, 6. בְּנוֹת הַשִּׁיר filiae cantus i. e. cantatrices, al. oscines Eccles. XII, 4. בַּת־בְּלִיַּעַל mulier nequam 1 Sam. I, 16. — 9) Ad *brutos* transfertur in una locutione בַּת־יַעֲנָה, بنت النعامة, filia struthionis feminae, de struthione (v. יַעֲנָה). Cf. בֵּן no. 13. — 10) *Ramum* arboris intelligunt in uno exemplo Gen. XLIX, 22: בָּנוֹת צָעֲדָה עֲלֵי שׁוּר *filiae* i. e. rami arboris fructiferae (בֵּן פֹּרָת cf. בֵּן no. 14) *ascendunt super murum* sc. luxuriantes. De enallage numeri v. *Lehrgeb.* 714. Saad. عُرُوق *radices* fort. rami. Nescio tamen, sitne potius cum Ilgenio ad h. l. legendum בְּנוֹת צְעָדָה עֲלֵי שׁוּר *filiae ascensionis* i. e. ferae, montium incolae (coll. arab. بنات صعدة) *in insidiis* cubant (*liegen auf der Lauer*).

בַּת־רַבִּים (filia multorum) videtur portae Hesboniticae n. pr. esse Cant. VII, 5.

בַּת־שֶׁבַע (filia iurisiurandi, שֶׁבַע pro שְׁבוּעָה cl. Gen. XXVI, 33. 34, vel filia septem sc. annorum, septennis, cf. בֵּן no. 10) n. pr. uxoris Uriae, quae a Davide vitiata, postea occiso marito in matrimonium ducta est eique Salomonem filium peperit. 2 Sam. XI. XII. 1 Reg. I, 15 sq.

בַּת־שׁוּעַ i. q. בַּת־שֶׁבַע Beth in Waw mutato 1 Par. III, 5.

בִּתְיָה (filia i. e. cultrix Jehovae) n. pr. feminae 1 Par. IV, 18.

יַבְנֶה (quam *aedificari iussit* sc. Deus) *Jabne*, urbs Philistaeis ab Usia erepta, Joppae vicina 2 Par. XXVI, 6, cf. Jos. XV, 46, ubi mentio eius fit in optimis codd. graecis, Ἰεμναΐ, Ἰεμναί, Ἰαμναί scribentibus. Corrupta enim Cod. Vat. scriptura Γεμνά. Saepius commemoratur in libris Apocryphis, apud scriptores profanos patresque ecclesiae, ibique dicitur Ἰαμνία, Ἰάμνεια 1 Macc. IV, 15. V, 58. 2 Macc. XII, 8. Strabo 16, 2. Steph. Byz. h. v. cf. Reland. 822), in Talmude propter academiam ibi eversis Hierosolymis ortam (Lightfoot Opp. 2, 181), et apud Arabes, quibus يبنا scribitur (vit. Salad. p. 72. 109. 202), quod nomen etiamnum vico in antiqui oppidi loco sito inhaeret.

יַבְנְאֵל (quam *aedificari iussit Deus*) 1) nomen oppidi tribus Judae Jos. XV, 11 et 2) alius cognominis in finibus Naphtali Jos. XIX, 33.

יִבְנְיָה (quem *Jehova aedificabit* i. e. fortunabit) n. pr. viri Benjaminitae 1 Par. IX, 8.

יִבְנִיָּה (id.) n. pr. alius viri ex eadem tribu, ibid.

מִבְנֶה n. pr. *aedificium* Ez. XL, 2.

מְבֻנַּי (aedificatus) 2 Sam. XXIII, 27 n. pr. herois Davidis, prob. vitiose scriptum pro סִבְּכַי q. v.

תַּבְנִית f. 1) *structura*, *aedificandi modus*. Ps. CXLIV, 12: *sicut columnae angulares pulchre elaboratae* תַּבְנִית הֵיכָל *more palatiorum*, cf. מַעֲשֶׂה no. 2. — 2) *exemplar*, *typus* (Modell), *ad cuius normam aliquid aedificatur*. Exod. XXV, 9. 40. 2 Reg. XVI, 10. 1 Par. XXVIII, 11. 12. 19. — 3) *imago*, *simulacrum* rei Deut. IV, 16—18. Ez. VIII, 10. Ps. CVI, 20. Jes. XLIV, 13. Jos. XXII, 28. it. *species*. Ez. VIII, 3: וַיִּשְׁלַח תַּבְנִית יָד *et extendit* quod *manus speciem* habebat, *etwas, wie eine Hand*. X, 8. Cf. דְּמוּת, מַרְאֶה.

בָּנַט rad. inusit. in linguis semiticis, cui texendi vel constringendi vim ex coniectura tribuit Eichhornius ad Sim. Lex. coll. arab. بَنْط sec. Kam. p. 928 i. q. نَسَجَ textor, de cuius origine autem nihil certius constat.

אַבְנֵט (pro בֶּנֶט c. Aleph prosthet.) c. Suff. אַבְנֵטְךָ, Pl. אַבְנֵטִים m. *balteus* vel *cingulum*, quale gestabant a) sacerdotes, impr. sacerdos maximus, plerumque variegatum (Exod. XXVIII, 4. XXXIX, 29), uno expiationis die linteum (Lev. XVI, 4); 2) praefectus palatii Jes. XXII, 21. Josephus (Arch. 3, 7 §. 2) in descri-

ptione tunicae sacerdotalis ita: ὃν ἐπιζώννυνται κατὰ στῆθος, ὀλίγον τῆς μασχάλης ὑπεράνω τὴν ζώνην περιάγοντες, πλατεῖαν μὲν ὡς εἰς τέσσαρας δακτύλους, διακένως δ' ὑφασμένην ὥςτε λεβηρίδα δοκεῖν ὄφεως .... καὶ λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν τῆς ἑλίξεως κατὰ στέρνον καὶ περιελθοῦσα πάλιν δεῖται, καὶ κέχυται μὲν πολλὴ μέχρι καὶ τῶν σφυρῶν, ἕως οὗ μηδὲν ὁ ἱερεὺς ἐνεργεῖ· πρὸς γὰρ εὐπρέπειαν οὕτως ἔχει τοῖς ὁρῶσι καλῶς. ὅταν δὲ σπουδάζειν περὶ τὰς θυσίας δέῃ καὶ διακονεῖν, ὅπως μὴ κινουμένης ἐμποδίζηται πρὸς τὸ ἔργον, ἀναβαλλόμενος ἐπὶ τὸ λαιὸν ὠμοφορεῖ. Μωϋσῆς μὲν οὖν Ἀβανὴθ αὐτὴν ἐκάλεσεν· ἡμεῖς δέ, παρὰ Βαβυλωνίων μεμαθηκότες, ἐμίαν αὐτὴν καλοῦμεν [quo eodem vc. הֶמְיָן, ܗܡܝܢܐ, ࠀࠄࠌࠉࠍ utuntur Onk. Syr. Sam.]. Origo vc. hebraei, ut aliorum non paucorum, e lingua persica repetenda videtur, in qua بند *band* (germ. *Band*, sanskr. *bendha*) *vinculum* quodcunque, spec. quoque *cingulum* notat (Cast. Lex. pers. 144); nec dubitandum, quin ex eodem fonte manaverit talmud. אֲפוּנְדָּה, פּוּנְדָּא cingulum.

בְּנַס chald. *iratus, indignatus est* Dan. II, 12, cf. Esth. II, 21. IV, 17 Targ. it. part. בָּנִיס indignabundus Prov. XXV, 23, et בְּנָסָא ira Iob. XVI, 10.

בָּנַע rad. inus. in linguis semiticis, cuius vestigium tamen superesse videtur in n. pr. viri Benjaminitae

בִּנְעָא (sec. Jo. Simonis i. q. נִבְעָה scaturigo) 1 Par. IX, 43 et בִּנְעָה ibid. VIII, 37.

בְּסוֹדְיָה n. pr. v. rad. יָסַד.

בֵּסַי n. pr. viri judaei cum Serubabele ex exilio reducis Esr. II, 49. Neh. VII, 52. Bohlenius (symb. p. 26) confert simile nomen בֵּצַי et ad utrumque pers. باز falco, gladius, lucidus.

בָּסַס rad. falso a nonnullis adoptata, v. בּוּס Hithp.

בָּסַר rad. Hebraeis inusit. Arab. بَسَرَ intempestive aliquid fecit, spec. inivit admissarius camelam ante libidinem, nudavit vulnus nondum sanatum, it. austerius contraxit vultum, quod posterius secundarium videtur et denom. a بُسْر dactyli immaturi, iam adulti. Ita enim vultum contrahunt (*machen ein sauer Gesicht*), qui immaturos fructus gustarunt. Inde

בֶּסֶר c. Suff. בִּסְרוֹ Iob. XV, 33, et

בֹּסֶר m. collect. *uvae immaturae et acidae*, Jes. XVIII, 5. Jer. XXXI, 29. 30. Ez. XVIII, 2. Differt a בְּאֻשִׁים labruscis, q. v. LXX. ὄμφαξ. Legitur בוסר etiam Mischn. Schebiith 4 §. 8. Gittin 3 §. 8. (Chald. בּוּסְרָא Iob. l. c. Targ. Syr. ܒܣܪܐ uvae acidae Iob. Jer. Ez. l. l. c. c. et Prov. X, 26 pro hebr. חֹמֶץ. Singularem ܒܣܪܬܐ exhibet Ferrar. p. 88).

בָּעַד rad. Hebraeis inusit. Arab. بَعُدَ distitit, abfuit IV. removit. Aethiop. pr. alius, diversus fuit, hinc Praet. A. trans. በወጠ፡ immutavit, commutavit, ተበወጠ፡ alius factus est, ባዕድ፡ et ባዕድ፡ alius, alienus. Apud Hebraeos notasse videtur: *extra* aliquam rem (opp. intra rem), *in vicinia* eius, *iuxta* eam fuit. Hinc

בְּעַד et **בַּעַד** (cf. no. 2.) c. Suff. בַּעֲדִי et (citra analogiam) בַּעֲדֵנִי Ps. CXXXIX, 11, בַּעֲדוֹ, בַּעַדְךָ in Pausa בַּעֲדֶךָ, בַּעֲדוֹ, בַּעֲדֵנוּ et semel בַּעֲדֵינוּ Amos IX, 10 (ubi tamen multi codd. defective scribunt), בַּעַדְכֶם, בַּעֲדָם pr. Subst. sed ex linguae usu Praep. *viciniam* quamcunque designans 1) *iuxta, prope.* 1 Sam. IV, 18: בְּעַד יַד הַשַּׁעַר *iuxta latus portae*, et metaph. *propter* (cf. אֶל no. 11). Prov. VI, 26: בְּעַד אִשָּׁה זוֹנָה עַד־כִּכַּר לָחֶם *propter meretricem* (venit) *ad frustum panis*. R. Levi: בַּעֲבוּר. Alii sententia non diversa: per meretricem. — 2) *pone, post* (Arab. بَعْدُ, بَعْدَ post, de tempore). Gen. VII, 16: וַיִּסְגֹּר יְהוָה בַּעֲדוֹ *et clausit Jehova post eum*. Iudd. III, 22. IX, 51. Jes. XXVI, 20. Amos. IX, 10: לֹא תַגִּישׁ וְתַקְדִּים בַּעֲדֵינוּ הָרָעָה *non appropinquabit nobis et invadet nos a tergo calamitas*. 2 Sam. XX, 21: בְּעַד הַחוֹמָה prob. pro מִבַּעַד הַחוֹמָה inde a tergo muri. מִבַּעַד לְ idem valet quod בְּעַד (ut מִתַּחַת לְ i. q. תַּחַת) pone, post. Cant. IV, 1: *oculi tui* instar *columbarum* oculis מִבַּעַד לְצַמָּתֵךְ *pone velum tuum*, comm. 3. VI, 7. — 3) *circa*. Ps. CXXXIX, 11: וְלַיְלָה אוֹר בַּעֲדֵנִי *nox* est *lumen circa me*. Iob. I, 10. III, 23. Thren. III, 7: גָּדַר בַּעֲדִי *obstruxisti viam circa me*, ut egredi nequeam. Iungitur hac significatione a) verbis claudendi, veluti סָגַר בְּעַד פ׳ clausit aliquid (pr. circumclusit) 1 Sam. I, 6, עָצַר בְּעַד Gen. XX, 18, חָתַם בְּעַד sigillo clausit Iob. IX, 7, cf. Ion. II, 6, b) verbo protegendi, הֵגֵן בְּעַד pr. munivit circa aliquem, munimento circumdedit Ps. III, 4. Zach. XII, 8. — 4) *inter* (duas res), maxime de transitu i. q. *per*. Joël. II, 8. 2 Reg. I, 2. בְּעַד הַחַלּוֹן per fenestram, cum verbo veniendi Joël II, 9, prospiciendi Gen. XXVI, 8. Iudd. V, 28. — Metaph. 5) *pro* (a commutandi potestate, v. aethiop.) 1 Sam. VII, 9. 2 Sam. XX, 21, v. c. deprecatus est (v. הִתְפַּלֵּל), expiavit (v. כִּפֶּר), oraculum consuluit (Jer. XXI, 2. Jes. VIII, 19), iudicem corrupit (Iob. VI, 22) *pro* aliquo. Jer. XI, 14: בְּעַד רָעָתָם pro calamitate eorum sc. avertenda. (Praeferenda tamen videtur 23 Codd. et vett. Verss. scriptura בְּעֵת רָעָתָם cf. II, 28. XI, 12).

הָיָה בְּעַד פ׳ commutari in aliquam rem Jes. XXXII, 14. Iob. II, 4: עוֹר בְּעַד עוֹר *cutis pro cute* (v. עוֹר).

בָּעָה fut. יִבְעֶה pl. cum Nun parag. תִּבְעָיוּן Jes. XXI, 12 imp. בְּעָיוּ ibid. 1) pr. *tumefecit, tumentem et ebullientem fecit aquam.* Jes. LXIV, 1: מַיִם תִּבְעֶה אֵשׁ sicut *ignis aquam efficit ebullientem.* (Respondet arab. بَغَا de vulnere intumescente, chald. בְּעָא ebullivit, בְּעַר לִבָּא Prov. XXI, 4 Targ. De vicinis radd. נָבַע, בּוּעַ cet., quae cunctae tumendi ebulliendique vim varie translatam habent, v. s. בּוּעַ). A tumore et fervore Arabes ducunt metaphoricam exorbitandi, modumque transgrediendi (Cor. 42, 26. 49, 9), praeterea cum fervore quodam cupiendi appetendique potestatem (Cor. 55, 20. 6, 164. 7, 43. Conj. VIII. Cor. 24, 33, بُغْيَة res expetita, desiderata, cf. ζητέω, quod nonnulli ducunt a simpl. ζέω), atque ita apud Hebraeos: 2) *quaesivit, petiit, interrogavit.* (Aram. בְּעָא, ܒܥܐ). De hominibus prophetam consulentibus Jes. XXI, 12 (bis).

Niph. 1) pass. Kal no. 1. *tumefactus est, tumuit,* proptereaque *prominuit.* Jes. XXX, 13: כְּפֶרֶץ נֹפֵל נִבְעֶה בְּחוֹמָה נִשְׂגָּבָה *ut pars fissa* muri *ruinam parans, prominens in alto muro.* 2) pass. Kal no. 2. *quaesitus, perquisitus est* Obad. 6.

בְּעָא Dan. II, 16. 49 fut. יִבְעֵא, inf. מִבְעֵא chald. 1) *quaesivit,* c. acc. (in Targg. saepe pro hebr. בִּקֵּשׁ) Dan. II, 13. VI, 5. 2) *rogavit, petiit* ab aliquo, sequ. מִן Dan. II, 16. 23. 49, קֳדָם VI, 12 et מִן קֳדָם II, 18. (Sic in Targg. pro הִתְחַנֵּן). בְּעָא בָעוּ petiit petitionem. Dan. VI, 8, בָּעֵא בָעוּתֵהּ precationem suam fecit, ibid. comm. 14.

בָּעוּ f. chald. *petitio, precatio* Dan. VI, 8. 14.

בְּעִי m. *preces, precatio.* Iob. XXX, 24: אַךְ לֹא־בְעִי יִשְׁלַח־יָד *sane nil* valent *preces,* ubi Deus *manum extendit.* Etenim בּ in voce בְּעִי radicale esse censemus cum R. Levi, Rosenmüll. al., alterumque hemistichium, in quo nostro בְּעִי respondet שׁוּעַ, interpretamur: *neque in exitio eius* (i. e. ab eo sc. Deo immisso) *iis clamor* sc. quidquam prodest: quamquam sunt, qui בְּ servile esse existimantes reddant: *modo in tumulum ne extendat manum suam,* vel *modo in hanc ruinam* (Iobi corpus intelligunt) *manum suam ne immittat.*

בִּי (pro anteced. בְּעִי, ut בֵּל pro בְּעֵל, syr. ܒܓܠ pro ܒܥܓܠ cito 2 Sam. XVII, 21 Pesch., chald. טוּנָא pro טוּעֲנָא onus, sam. ࠈࠍ pro ࠈࠏࠍ onustus, ࠃࠌࠏࠉࠍ pro ࠃࠌࠉࠍ lacrimae Carm. sam. 3, 4) *precatio, rogatio,* ex linguae usu in Accus. particula obsecrandi, vel potius veniam petendi, ubique sequ. אֲדֹנִי, בִּי אֲדֹנִי, pr. *cum petitione, rogatione* s. *rogando, petendo* sc. te adeo, te adimus q. d. *pace tua,* nostr. *bitte! mit Erlaubniss.* Gen. XLIV, 18: בִּי אֲדֹנִי יְדַבֶּר־נָא עַבְדְּךָ דָבָר בְּאָזְנֵי אֲדֹנִי *obsecro, domine, liceat servo tuo, uno verbulo te alloqui.* Exod. IV, 10. 13. Num. XII, 11. Jos. VII, 8. Iudd. VI, 13. 15. XIII, 8. 1 Sam. I, 26. 1 Reg. III, 17. 26, etiam ubi plures loquuntur Gen. XLIII, 20: וַיֹּאמְרוּ בִּי אֲדֹנִי יָרֹד יָרַדְנוּ וגו׳ *et dixerunt: obsecramus, domine, descendimus* cet. E vett. intpp. LXX. in Pent. egregie δέομαι et δεόμεθα (Gen. XLIII, 20), Vulg. *obsecro, oramus. Syr.* ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟ *peto abs te,* in Plur. ܒܥܝܢ Gen. XLIII, 20, eiusque vestigia premens Arabs in libris historicis اطلب اليك *rogo te.* Sed magis etiam locutio hebraea illustratur interpretationibus utriusque Targumistae בְּבָעוּ, Samaritani ࠁࠏࠅ, semel ࠁࠁࠏࠅ Num. XII, 11, Syri ܒܒܥܘ Iud. XIII, 8 et Arabis Erpeniani بطلبة (cum quo facit etiam Josuae interpres c. VII, 8) *cum rogatione, rogando,* quae cunctae hebraeo בִּי ad amussin respondent et etymon a nobis propositum mirifice confirmant. Non male etiam R. Salomo b. Melech: לשון בעיא ותחנונים הוא בלשון ארמי בייא בייא *est vox precantis et rogantis, cui respondet in lingua aramaea* (talmudica) בייא. Hoc enim ipsum, quod fere respondet hebraeo אָנָּא, ex בְּעָיָא ortum videtur (v. Buxtorf. Lex. 294). — Plurimi, quibus praeiverunt LXX in libris historicis, Aqu. Theod. Exod. IV, 13 et Gr. Venet. *ἐν ἐμοί, εἰς ἐμέ* reddentes, בִּי ex Praefixo בְּ et Suffixo ־ִי compositum esse existimant et ellipsin varie explent. Aben Esra: *in me* sc. statuas quidquid velis, vel coll. 1 Sam. XXV, 24 בִּי הֶעָוֹן *in me* sit poena iniquitatis; Jahnius (introd. in V. T. T. 1. p. 287): *per me* sc. obsecro te, collato Arabum usu, qui *per* se ipsos, *per* amicos (بى, بك, به) *iurare* solent (cf. בְּ no. 10, c); alii, quod minus displicet, plenam locutionem existimant רְאֵה בִּי, רְצֵה בִּי vel, quod reliquis praestat, שְׁמַע בִּי. Cunctis autem his coniecturis obstat, quod hac precandi particula etiam plures loquentes utuntur (Gen. XLIII, 20). Ex iis, qui בִּי ad nomen verbumve revocant, memoratu digni Koerberus (in Lex. part.) et Jo. Simonis, qui בִּי dictum putant pro הָבִיא, הָבֵי *adfer* i. e. admitte, concede, collato precandi formula بوا الله تلك, quam Castellus laudat e Giggeio (1, 410). At 1) aphaeresis litterae ה in Hiphil a Grammaticis sine exemplo statuitur (*Lehrgeb.* 409); 2) locutio arabica, quae accuratius laudanda fuisset بوّك الله et بيّاك الله salvum te faciat Deus, incertae originis est, modo autem ad radicem بيا pertinet, pr. valet mansione firma te donet Deus. Fuerunt denique, qui conferrent admirandi particulam a Judaeis hodiernis et in nonnullis Germaniae provinciis frequentatam: *mein!* Sed haec dicta videtur pro *mein Gott!* et cum nostra non multum habet similitudinis.

בָּעַז rad. inusit. Arab. بغز alacer, agilis fuit.

בֹּעַז (alacritas) N. pr. *Boas.* Ita vocatur 1) vir Bethlehemita, Ruthae propinquus et postea maritus. Ruth II, 1 sq. 1 Par. II, 11. LXX *Βοόζ* et ita Matth. I, 5. 2) una e duabus columnis ante Salomonis templum constitutis vel ab architecti, vel, si forte *ἀνάθημα* fuit, a datoris nomine ita appellata. 1 Reg. VII, 21. 2 Par. III, 17.

בָּעַט fut. יִבְעַט 1) *calcavit, conculcavit.* (Chald. Pe. et Pa. id. בְּעוּט calcatio, syr. ܒܥܛܐ conculcatio, saltatio). Metaph. *contemsit, neglexit* (cf. Prov. XXVII, 7 et quae notavimus ad בָּזָה). 1 Sam. II, 29: לָמָּה תִבְעֲטוּ בְּזִבְחִי וּבְמִנְחָתִי אֲשֶׁר צִוִּיתִי *quare neglexistis sacrificia et ferta mea, quae institui?* LXX. *ἐπέβλεψας* i. e. *despexisti.* Paulo diversa ratione Vulg. quare *calce abiecistis* victimam meam et munera mea? ad quam sententiam cf. Num. XIV, 9 Jon.: בְּפִקּוּדַיָּא דַיָי לָא תִבְעֲטוּן *contra praecepta Dei ne recalcitretis* pro hebr. תִּמְרֹדוּ et talmud. בעטא ביה recalcitrabat contra eum i. e. neglexit eum, Erubhin fol. 54, 1. — 2) *calcitravit, recalcitravit,* pr. de iumento lasciviente et refractario, dein translate de hominum erga Deum contumacia. (Chald. id. Deut. XXXII, 15. Hos. IV, 16 Targ. פרה בעטנית vacca recalcitrans. Talm. Babyl. Mez. fol. 80, 1, cf. syn. בְּעַט calcavit Pa. calcitravit. Syr. ܒܥܛ Pe. et Pa. Deut. l. c. et gr. *λακτίζειν* Act. IX, 5. XXVI, 14.) Deut. l. c. וַיִּשְׁמַן יְשֻׁרוּן וַיִּבְעָט *pinguefactus Israël recalcitrabat.* Conf. similes imagines a iumento refractario petitas Jes. X, 27. Hos. IV, 16.

בָּעַל fut. יִבְעַל 1) *dominatus est, possedit* (cf. בָּעַל. Aethiop. በዐለ: multum possedit, dives fuit. ባዕል: dives, ብዕል: divitiae.) Jes. XXVI, 13: בְּעָלוּנוּ אֲדֹנִים זוּלָתֶךָ *domini praeter te possederunt nos,* sequ. לְ 1 Par. IV, 22, sec. nonnullos sequ. בְּ Jer. III, 14. XXXI, 32, sed vide no. 3.

2) *uxorem duxit* cf. אָדוֹן de marito Gen. XVIII, 12 et ملك dominatus est, it. uxorem duxit. (Arab. بَعَلَ, syr. ܒܥܠ id.) Deut. XXI, 13. XXIV, 1. Mal. II, 11. Jes. LXII, 5 (ubi vide Comment. nostrum). Part. act. בֹּעֲלַיִךְ in Plur. maiest. maritus tuus Jes. LIV, 5. Part. בְּעוּלָה Jes. LIV, 1 et בְּעֻלַת בַּעַל nupta, quae viro nupsit Gen. XX, 3. Deut. XXII, 22. Metaph. de terra orba, nunc incolis denuo repleta Jes. LXII, 4.

3) בָּעַל בְּ prob. *fastidivit, reiecit.* Jer. III, 14: שׁוּבוּ בָנִים שׁוֹבָבִים ... כִּי אָנֹכִי בָּעַלְתִּי בָכֶם *convertimini, filii contumaces, ... nam ego vos reieci.* XXXI, 32: וְאָנֹכִי בָּעַלְתִּי בָם *cum illi irritum facerent foedus meum egoque eos reiicerem.* Favet orationis series, maxime in posteriore exemplo, favetque vett. interpretum auctoritas cum usu Arabum. LXX cap. XXXI: *κἀγὼ ἠμέλησα αὐτῶν* (cf. Hebr. VIII, 9). Syrus ܘܐܦ ܐܢܐ ܫܛܬ ܐܢܘܢ *egoque reieci eos.* Abulw. ואנכי בעלתי בם برمت بامرهم وصفت بهم ...... مجانس للفظ العرب الذى هو بعل الرجل بامره اى ضاق به بشانه i. e. *verba Jer. XXXI, 32 reddenda: fastidivi res eorum et reieci eos.* .... *Cognatam locutionem habent Arabes, nimirum* بعل الرجل بامره *taeduit virum negotii sui.* Cf. Jos. Kimchium aliosque in docta de h. l. disputatione ap. Pocock. ad port. Mosis p. 5—10. Kamûs p. 1397: وبَعَلَ كمَنَعَ بُعُولَةً صار بَعْلًا كاستبعل وعليه أَبَى ..... وبَعِلَ بامره بُعُولَةً كفرح دَهِشَ وفَرِقَ فبَرِمَ i. e. بَعَلَ *fut. A. inf.* بُعُولَةٌ *valet maritum fieri, et ita Conj. X, sequ.* على *noluit, fastidivit* [Schult. ad Prov. p. 474 أَبَى potitus est rei, in eamque superbius se gessit] .... *med. E fut. A sequ.* ب *perculsus fuit, timuit, et fastidivit.* Fatendum quidem, etiam cap. XXXI (nam de cap. III. res certa est) vulgarem significationem a Dav. Kimchio et J. D. Michaële defensam ferri posse, modo interpretaris *cum tamen* (וְאָנֹכִי) *dominus eorum essem,* et verborum dominii cum בְּ constructionem nil difficultatis habere (v. בְּ no. 11): sed sententia dura est, et, quod apud me plurimum valet, fastidiendi significatio a primaria verbi nostri potestate non ita aliena est, ut in ea admittenda adeo difficilem te praebeas. Sunt enim alia etiam verba, in quibus subiugandi, eminendi, dominandique vis ad *deorsum spectandi, despiciendi, contemnendi*que significationem translata est (v. ابس subiugavit, sequ. ب despexit; أَبَى pro أَوْفَى eminuit Conj. II despexit; ذَأَمَ subegit it. repulit, contemsit; خبق V. altus fuit, Conj. I. pone se contemsit): neque opus est cum Abulwalide hanc fastidiendi potestatem a vicino בָּחַל בְּ Zach. XI, 8 vel cum Michaële (Suppl. 193) a بغل segnis, tardus fuit repetere. Multo minus etiam cum Cappello (Crit. s. p. 61) pro בעלתי repones גָּעַלְתִּי *repudiavi.*

Niph. uxorem fieri Prov. XXX, 23, metaph. de terra antea viduata Jes. LXII, 4.

בַּעַל c. Suff. בַּעְלִי, בַּעְלָהּ, Plur. בְּעָלִים, constr. בַּעֲלֵי, c. Suff. 3 sing. בְּעָלָיו Exod. XXI, 29. 34. 36. XXII, 10—14. Prov. I, 19. III, 27. XVI, 22. XVII, 8. Eccles. V, 12. VIII, 8. Jes. I, 3, בְּעָלֶיהָ Iob. XXXI, 39. Eccles. V, 12. VII, 12 nunquam non singulariter (ut אֲדֹנָיו dominus eius, cf. *Lehrgeb.* 663), sed c. Suff. 3 Plur. בַּעֲלֵיהֶן Esth. I, 17. 20 pluraliter 1) *dominus, possessor.* (De forma contracta בַּל v. infra. Aram. בְּעֵל, בַּעַל, ܒܥܠܐ id. Arab. بَعْلٌ dominus, sed observante Dschauhario nonnisi in Arabiae feli-

cis idiomate, cum alibi maritum notet, atque ita aeth. ባዕል: Cf. etiam sanskr. *pàla* dominus). Dicitur de domino et possessore domus Exod. XXII, 7. Iudd. XIX, 22, agri Iob. XXXI, 39, foveae Exod. XXI, 34, divitiarum Eccles. V, 12, bovis Exod. XXI, 28. Jes. I, 3, pecuniae mutuo datae i. e. creditore Deut. XV, 2 (aeth. ባዕለ: ዕዳ:) cet. בַּעֲלֵי גוֹיִם *domini populorum* Jes. XVI, 8 dicuntur Assyrii, populorum victores, scc. alios horum principes. De patre familias Levit. XXI, 4: לֹא יִטַּמָּא בַּעַל בְּעַמָּיו לְהֵחַלּוֹ *ne polluat se* sacerdos *paterfamilias* in funere *familiae suae, ita ut profanetur.* (Onk. et Arabs uterque reddunt: *ne polluat se princeps in populo suo.* Sed non principibus, sed sacerdotibus, ibi leges dantur. Vulg. Syr. *non contaminabitur in principe populi sui*, qs. legeretur בְּבַעַל עַמָּיו. Rectius Jonath. בַּעַל de sacerdote *marito* interpretatur, sed עַמָּיו ad solam uxorem referri non potest, cf. comm. 1).

2) *maritus* (arab. syr. chald. id. cf. صاحبة ancilla, coniux). Exod. XXI, 22. 2 Sam. XI, 26. Prov. XII, 4. XXXI, 11. 23. 28. Esth. I, 17. 20. בַּעַל אִשָּׁה uxorem habens Exod. XXI, 3. בַּעַל נְעוּרִים maritus, cui iuveni nupsit coniux Joel I, 8, κουρίδιος πόσις Il. 5, 414. Od. 11, 429.

3) *Domini urbis* dicuntur cives, incolae eius. בַּעֲלֵי יְרִיחוֹ Jos. XXIV, 11, בַּעֲלֵי שְׁכֶם Iudd. IX, 2 sq. בַּעֲלֵי הַגִּבְעָה ib. XX, 5. בַּעֲלֵי יָבֵשׁ גִּלְעָד 2 Sam. XXI, 12, qui iidem 2 Sam. II, 4. 5 אַנְשֵׁי י׳ ג׳ vocantur. LXX. ap. Jos. κατοικοῦντες, in lib. Iudd. ἄνδρες. Vulg. *viri.* Targg. *habitatores.* Male recentiorum nonnulli *principes, optimates* interpretantur, in hunc errorem fortasse inducti verbis Iudd. IX, 51: כֹּל הָאֲנָשִׁים וְהַנָּשִׁים וְכֹל בַּעֲלֵי הָעִיר ubi etiam Alex. interpres reddit πάντες οἱ ἡγούμενοι τῆς πόλεως. Sed recte Clericus: *omnes viri et mulieres universique oppidani*, hoc enim posterius prius illud denuo comprehendit. Cf. אִישׁ no. 1, g, בֵּן no. 9. et syn. Arabum صاحب v. c. اصحاب مدين cives Midianitae Cor. 9, 71.

4) *Dominus* s. possessor rei saepe vocatur, qui *ea praeditus est* et *pollet*, solentque Hebraei hunc in modum Adiectiva circumloqui (v. אִישׁ no. 1, k. אָב no. 7, cf. arab. ذو, صاحب, syr. ܡܪܐ), veluti אַיִל בַּעַל הַקְּרָנַיִם aries bicornis Dan. VIII, 6. 20 (cf. اسكندر ذو القرنين Alexander bicornis), בַּעַל כְּנָפַיִם alatus, poët. de volucre Eccles. X, 20 (cf. أولو أجنحة Cor. 35, 1), אִישׁ בַּעַל שֵׂעָר vir hirsutus 2 Reg. I, 8, מוֹרַג בַּעַל פִּיפִיּוֹת tribula duplicis aciei Jes. XLI, 15, בַּעֲלֵי חִצִּים sagittarii Gen. XLIX, 23, בַּעַל הַחֲלֹמוֹת somniator, qui somnia habet Gen. XXXVII, 19, בַּעַל דְּבָרִים qui causas forenses habet Exod. XXIV, 14, cf. Jes. L, 8, *domini foederis, iurisiurandi mei*, foedere mecum coniuncti Gen. XIV, 13. Neh. VI, 18, בַּעַל הַלָּשׁוֹן dominus linguae, incantator Eccl. X, 11, בַּעַל נֶפֶשׁ avidus Prov. XXIII, 2 cf. XXIX, 22. — Prov. XVI, 22: מְקוֹר חַיִּים שֵׂכֶל בְּעָלָיו *fons felicitatis* est *prudentia domino suo* i. e. huic qui ea praeditus est. I, 19. XVII, 8. Eccl. VIII, 8: לֹא יְמַלֵּט רֶשַׁע אֶת־בְּעָלָיו *scelus non servat dominum suum* i. e. scelestum. VII, 12. Prov. III, 27: אַל־תִּמְנַע־טוֹב מִבְּעָלָיו *ne cohibeas beneficium a domino eius*, ab eo, cui debetur, ad quem pertinet i. e. ab egeno.

5) הַבַּעַל c. Praef. לַבַּעַל, בַּבַּעַל, *Baal* i. e. *Dominus* κατ' ἐξοχήν vocatur idolum Phoenicum, maxime Tyriorum, domesticum atque primarium, etiam ab Hebraeis, imprimis Samariae, una cum Astarte (v. אֲשֵׁרָה, עַשְׁתֹּרֶת) magna cum religione cultum. Iudd. VI, 25 sq. 2 Reg. X, 18 sq. Inde בֵּית הַבַּעַל templum Baalis 1 Reg. XVI, 32. 2 Reg. X, 21. נְבִיאֵי הַבַּעַל prophetae Baalis 1 Reg. XVIII, 22. 25, עֹבְדֵי הַבַּעַל cultores Baalis 2 Reg. X, 19. 22, שְׁאָר הַבַּעַל reliquiae cultus Baalis Zeph. I, 4, נִשְׁבַּע בַּבַּעַל per Baalem iurare Jer. XII, 16. Plur. הַבְּעָלִים statuae Baalis, sicut הָאֲשֵׁרִים, הָעַשְׁתָּרוֹת statuae Astartes, Iud. II, 11. III, 7. VIII, 33. X, 10. 1 Sam. VII, 4. XII, 10 cet. Huius numinis a Phoenicibus et Poenis studiose culti praeter alios testes habemus nomina propria hominum Phoenicum, ut אֶתְבַּעַל (q. v.), *Abibal* (אֲבִיבַעַל), *Jerombalus* (יְרֻבַּעַל), et Poenorum, veluti *Hannibal* (in inscriptt. חַנִּבַעַל gratia Baalis), *Hasdrubal* (עֲזְרוּבַעַל auxilium Baalis), *Muthumballes* (מְתוּבַעַל vir Baalis) cet. Apud Babylonios idem numen more aramaeo בֵּל *Belus* dicebatur (v. infra) pro בַּעַל, apud Palmyrenos pro varietate pronuntiationis בַּעַל = בעל in n. pr. ירחבעל Ἰαριβόλος Inscr. IV, בֵּל = בל in n. pr. נכיבל Inscr. X, עברבל Inscr. III, ירועבל ibid. lin. 5, מלכבל cet., adeoque בול pro בעול (v. n. pr. עגלבול Ἀγλιβῶλος Inscr. Palmyr. rom. Philos. Transact. T. 48 tab. 30, 1, זבדבול al.). Apud ipsos Tyrios plenum eius nomen fuisse videtur מְלְקַרְת בַּעַל צֹר (Inscr. Melit. bilingu. in Philos. Transact. T. 54 pl. lin. 1) *Malkereth* (i. e. rex urbis, pro מֶלֶךְ קֶרֶת) *dominus Tyri*: a Graecis propter nescio quam emblematum similitudinem idem constanter (v. inscr. laudatam) Hercules, Hercules Tyrius vocatur. Vid. quae de cultu eius uberius exposuimus in Encyclopaedia germ. T. VIII. p. 397 sq. s. v. *Baal, Bel, Belus.* Cum Phoenicum, Babyloniorum, plurimorumque Asiae occidentalis populorum numina sidera fuisse satis constet, hoc etiam Tyriorum tutelare numen in siderum, maxime planetarum, numero quaerendum esse, consentiunt omnes, multique sub Baalis Belique nomine ipsum Solem cultum esse pro certo habent. Sed non hunc (qui proprio suo nomine בעל שמש, בַּעַל חַמָּן, בַּעַל שָׁמַיִם, nonnunquam etiam שֶׁמֶשׁ vocatur Inscr. Palmyr. II), sed *Jovem stellam*, utpote Fortunae praesidem et datorem, hoc nomine intelligi, alibi compluribus argumentis demonstrare conati sumus (v. Comment. ad Jes. T. II. p. 335 sq. et uberius in Encyclop. l. l. pag. 398 sq.), neque invenimus, qui ea refellerit. Provocatum quidem nuper (in Ephemerid. Heidelb. 1826 p. 453) ad verba 2 Reg. XXIII, 5: אֶת־הַמְקַטְּרִים לַבַּעַל לַשֶּׁמֶשׁ וְלַיָּרֵחַ, quibus Baalem Solemque h. l. per appositionem iunctos idem numen esse efficiatur: sed haec ipsa verba contrariae potius sententiae favere videntur. Neque magis valet, quod numen tanta cum religione cultum non posse non summum coeli sidus fuisse opponunt. Minime enim ex eo, quod Baal nonnullarum civitatum

numen tutelare et primarium erat, necessario consequitur, eum in universo hoc fabularum systemate deum primarium fuisse. Nonne apud ipsos Christianos haud paucis in locis Sanctorum tutelarium cultus tam effusus fuit et immodicus, ut paene oblitterata videretur Dei triunius memoria? — Caeterum Baal a singulis quibusdam civitatibus eius cultui deditis certis epithetis et attributis ornabatur, qualia sunt: a) בַּעַל בְּרִית foederum praeses et tutor, a Sichemitis cultus Iudd. VIII, 33. IX, 4 cf. 46 q. d. *Ζεὺς ὅρκιος*, vel Deus fidius: facessat enim Bocharti (geogr. s. col. 775) deum Beryti interpretantis *παρερμηνεία*. b) בַּעַל זְבוּב a Philistaeis Ecronensibus cultus, tanquam muscarum averruncus, aeque ac *Ζεὺς Ἀπόμυιος* Eleensium (Pausan. 5, 14 §. 2), et Myiagrus deus Romanorum (Solin. Polyhist. c. 1. cf. Salmas. Exercitatt. Plin. p. 12 sq.) 2 Reg. I, 2, cf. Clericus ad h. l. c) בַּעַל פְּעֹר Moabitarum, v. פְּעֹר.

6) Quatenus בַּעַל possessorem rei notat, transfertur etiam ad *locum, qui aliquid habet* i. e. *in quo aliquid est et invenitur*, et idem valet quod בֵּית no. 7. Hac significatione usurpatur in nominibus propriis urbium, in quibus etiam nonnunquam commutatur cum בית (litt. i. k.): male enim nonnulli omnes urbes, a בַּעַל ordientes a Baalis cultu ita dictas esse statuunt. Huc pertinent

a) בַּעַל 1 Par. IV, 33, quae urbs eadem creditur ac בַּעֲלַת בְּאֵר (puteum habens) in confiniis Simeonitarum Jos. XIX, 8. Fortasse etiam non diversa est בַּעֲלָה no. 2, b.

b) בַּעַל גָּד (locus Gadi i. e. dei Fortunae, a cultu huius numinis dictus) oppidum in valle Libani et speciatim quidem in radicibus Hermonis situm, in confiniis terrae Cananaeae septentrionalibus (Jos. XI, 17. XII, 7), in australibus autem montis Libani (Jos. XIII, 5): neque tamen cis Jordanem, ut forte collegeris ex Jos. XII, 7, siquidem verba בְּעֵבֶר הַיַּרְדֵּן יָמָּה ibi ad universum terrae expugnatae ambitum, non ad huius urbis situm, referuntur. Ex his autem abunde apparet, urbem בַּעַל־גָּד minime ibi quaeri posse, ubi nunc notissimae ruinae urbis Baalbec (بعلبک) s. Heliopoleos veterum, quae *Ikenii* est sententia (diss. de Baal-Hamon et Baalgad in eiusd. dissertatt. philol. theol. Hagae 1749 editis no. 15) a J. D. Michaële (Supplemm. p. 196), Rosenmüllero (*bibl. Alterthumskunde* 2, p. 280) aliisque adprobata: sed potius circa fontes et ad ortum Jordanis, ut recte observant Clericus ad Jos. XI, 17 et Bonfrerius ad Euseb. onomast. v. Baalgad. Cf. Reland. p. 610. Baal-bec enim s. Heliopolis in septentrionali parte montanorum Libani sita est, quousque et ultra Damascum Josuae arma penetrasse nec memoriae proditur, nec probabile est, cum maxima pars Libani expugnanda fuisset. Contra idem locus designari videtur, qui בַּעַל חֶרְמוֹן 1 Par. V, 23, הַר בַּעַל חֶרְמוֹן Iudd. III, 3 vocatur, sive Iudd. l. c. montem ipsum ita dictum censebis, sive, quod praetulerim, montis partem ab urbe vicina ita cognominatam (mons Baal Hermonis). — Quod Michaëlis l. c. coniicit, apud arabicum Josuae interpretem XII, 7 pro بعلبک legendum esse بعلبک, errore nititur, quandoquidem ibi scribitur بعليد pro بعلجاد.

c) בַּעַל הָמוֹן (locus multitudinis i. e. hominibus frequens, nisi mavis cum Mich. Suppl. p. 201 aliisque idem esse quod בַּעַל אָמוֹן Jovi Ammoni sacer) oppidum, in cuius vicinia Salomo vineam habebat Cant. VIII, 11. Ikenius (in dissert. laud.), quem sequitur Michaëlis (Suppl. p. 202), hoc alterum quoddam Baalbecae (v. בַּעַל גָּד) nomen esse volebat: argumentis tamen parum validis usus. Contra e verbis Judith VIII, 3 (*ἐν τῷ ἀγρῷ τῷ ἀναμέσον Δωθαΐμ καὶ Βελαμῶν*, Alex. *Βαλαμῶν*) collegeris, Baal Hamon in ipsa terra sancta, et spec. quidem in Samaria quaerendam esse.

d) בַּעַל חָצוֹר (villam habens) oppidum vicusve iuxta tribum Ephraim (עִם אֶפְרָיִם Euseb. *ἐχομένη Ἐφραΐμ*) 2 Sam. XIII, 23, fortasse i. q. חָצוֹר Neh. XI, 33 in tribu Benjamin. In quibusdam mappis male ea in ipsa tribu Ephraimitica collocatur.

e) בַּעַל חֶרְמוֹן v. בַּעַל גָּד.

f) בַּעַל מְעוֹן (locus habitationis) v. בֵּית בַּעַל מְעוֹן p. 194.

g) בַּעַל פְּרָצִים (locus stragium) locus vicusve in vicinia vallis Rephaïm, ubi a Davide caesi sunt Philistaei 2 Sam. V, 20. 1 Par. XIV, 11. Cf. Jes. XXVIII, 21, ubi mons Perazim memoratur.

h) בַּעַל צְפוֹן oppidum Aegypti in vicinia maris rubri Exod. XIV, 2. 9. Num. XXXIII, 7. Quod ad etymon attinet, redde *locus Typhonis* vel *Typhoni sacer*, quale nomen situi huius urbis in locis incultis Nilum inter et mare rubrum, quae Typhonis s. cacodaemonis Aegyptiorum sedes putabantur, egregie congruit. Vide quae disputavit Creuzer in Commentatt. Herodoteis 1, §. 22. Symbol. 1, 317 sq. Forster in Epp. ad Mich. p. 28. Atque hic quidem *Baal Zephon* eandem censet urbem fuisse, quae Graecis *Heroopolis*, in qua Typhon secundum fabulas Aegyptiorum fulmine percussus fertur, suffragante Michaëli (Suppl. 206): mihi tamen situs locorum non satis convenire videtur. De Rabbinorum fabulis v. Carpzov. apparatus antiqu. p. 496. Selden. de Dis Syris 1, 3.

i) בַּעַל שָׁלִשָׁה 2 Reg. IV, 42 nomen oppidi, probabiliter in regione שָׁלִשָׁה siti, montanis Ephraim vicina (1 Sam. IX, 4). LXX scribunt Cod. Rom. *Βαιθαρισά* (quod corruptum ex בית שלשה), Eusebius *Βαιθαρισάθ* (Hieron. Bethsalisa), hac addita observatione: *ἐν ὁρίοις Διοσπόλεως ἀπὸ σημείων ιέ τοῖς πρὸς βοῤῥᾶν ἐν τῇ Θαμνιτικῇ*.

k) בַּעַל תָּמָר (locus palmarum), locus, ubi Israëlitae pugnarunt contra Benjaminitas. Iud. XX, 33. Eusebius: *Βααλθαμάρ, πλησίον Γαβαά .... καὶ καλεῖται ἐν τοῖς τόποις εἰς ἔτι Βησθαμάρ* (Hier. Bethamar).

l) בַּעֲלֵי יְהוּדָה (cives Judae) 2 Sam. VI, 2 nomen urbis, quae alibi בַּעֲלָה (civitas) et Kirjath-Jearim vocatur, cf. 1 Par. XIII, 6, v. בַּעֲלָה no. 2, a.

7) N. pr. duorum virorum, alterius in stemmate Ruben 1 Par. V, 5, alterius ex maioribus Sauli ib. VIII, 30. IX, 36.

בַּעַל חָנָן (dominus benigni s. benignitatis) N. pr. 1) regis Idumaeorum Gen. XXXVI, 38. 1 Par. I, 49. 2) praefecti regii tempore Davidis 1 Par. XXVII, 28.

בְּעֵל chald. i. q. hebr. בַּעַל dominus. De בְּעֵל טְעֵם v. טְעֵם. Ex hac forma contrahitur בֵּל, de quo paulo inferius.

בַּעֲלָה f. 1) *domina.* בַּעֲלַת הַבָּיִת 1 Reg. XVII, 17. Metaph. *aliqua re praedita, pollens,* בַּעֲלַת־אוֹב daemonem fatidicum habens (v. אוֹב), בַּעֲלַת כְּשָׁפִים praestigiatrix Nah. III, 4.

2) collect. *civitas* i. q. בְּעָלִים cives (v. בַּעַל no. 3), sicut בַּת filia no. 6 pro בָּנִים. Sic interpretor inscriptionem nonnullorum nummorum Gaditanorum בעלת הגדר *civitas Gadium,* pro qua in aliis legitur מבעל הגדר i. e. vel מִבַּעַל הַגָּדֵר *a civibus Gaditanis* vel (formae מִדְבָּר) *civitas Gadium.* Ita intelligendum etiam N. pr. duarum urbium, quarum altera a) in septentrionali parte tribus Judae sita (Jos. XV, 9. 1 Par. XIII, 6) etiam בַּעֲלֵי יְהוּדָה (cives Judae, v. בַּעַל no. 6, 1), קִרְיַת יְעָרִים (q. v.) et קִרְיַת־בַּעַל dicta est et monti *Baala* (Jos. XV, 11) in eadem regione, sed mari propius sito nomen dedisse videtur: b) altera in eiusdem tribus regione australi sita erat Jos. XV, 29, et eadem videtur, quae alibi בָּלָה Jos. XIX, 3 et בִּלְהָה 1 Par. IV, 29 dicta Simeonitis tribuitur. Cf. etiam בַּעַל no. 6, a.

בְּעָלוֹת (civitates, v. בַּעֲלָה no. 2) N. pr. oppidi in tribus Judae parte meridionali Jos. XV, 24, diversi a בַּעֲלָה comm. 9. 29. Huc referunt etiam בְּעָלוֹת 1 Reg. IV, 16, sed בְּ ibi potius Praefixum videtur, cf. eiusd. cap. comm. 9.

בְּעֶלְיָדָע (quem *Dominus novit* curatque, cf. יְהוֹיָדָע) n. pr. filii Davidis 1 Par. XIV, 7, qui 2 Sam. V, 16 אֶלְיָדָע (Deus novit) vocatur.

בְּעַלְיָה (cui Jehova imperat) N. pr. unius ex heroibus Davidis 1 Par. XII, 5.

בַּעֲלָת (civitas i. q. בַּעֲלָה no. 2, ad formam זִמְרָת, עֶזְרָת) oppidum tribus Dan Jos. XIX, 44, a Salomone renovatum vel munitum 1 Reg. IX, 18. 2 Par. VIII, 6. Hoc enim a Salomone renovatum idem esse, quod illud Daniticum, tum ex urbibus 1 Reg. et 2 Par. ante illud memoratis colligitur, tum a Josepho diserte agnoscitur Archaeol. 8, 6 §. 1, ubi urbem *Βαλέθ* (al. *Βαλάθ*) a Salomone conditam Gazarae Philistaeorum vicinam esse tradit. Quem Josephi locum, quanquam a se laudatum, si totum legisset J. D. Michaëlis, vix et ne vix quidem Baalbecae s. Heliopoli suae hoc quoque tertium nomen affinxisset (Supplemm. p. 199). Cf. בַּעַל־הָמוֹן, בַּעַל־גָּד. Non multum enim momenti habet, quod 1 Reg. l. c. Baalatham excipit Tadmor in deserto, et minus etiam, quod hodierni Orientales Heliopolin a Salomone exstructam esse tradunt.

בַּעֲלַת־בְּאֵר v. בַּעַל no. 6, a.

* * *

בֵּל (contr. ex בְּעֵל i. q. בַּעַל, cf. בְּעִיר s. rad. בָּעָה) *Belus,* numen domesticum idque primarium Babyloniorum, in celeberrima turri Babylonica, cuius ruinae برس نمرود dictae etiamnum supersunt, cultum. Jes. XLVI, 1. Jer. L, 2. LI, 44, cf. Apocr. *Βὴλ καὶ Δράκων* inscriptum, alibi libro Danielis annexum. Scriptores graeci romanique (Diod. Sic. 2, 8. 9. Plin. 37, 10. Cic. de nat. deor. 3, 16, ubi India de Assyria s. Babylonia interpretanda est) cum Iove eum comparant, neque tamen pater Deorum intelligendus est, quem ignorabant Orientales, sed, quae est peculiaris theologiae Babylonicae e stellarum cultu unice pendentis indoles, *stella Jovis* (Cic. de nat. deor. 2, 20), quam tanquam agathodaemonem, omnis fortunae et felicitatis auctorem et vindicem ab Arabibus propterea السعد الاكبر *Fortuna maior* dictam, una cum Veneris stella (v. אֲשֵׁרָה, עַשְׁתֹּרֶת) summo cultu prosequebantur Semitae. Cf. גָּד, מְנִי, et quae laudavimus v. בַּעַל no. 5. Hodieque apud Nasoraeos haec stella ܒܠ vocatur (v. Norberg. Lex. p. 28. 29). Assidui huius cultus praeter alios testes habemus nomina propria hominum Babyloniorum cum *Beli* nomine compositorum, veluti *Belesys,* *Belibus* et quae statim sequuntur.

בַּלְאֲדָן (contr. ex בַּעַלְאֲדָן s. more hebraeo enuntiatum בַּעַל אָדוֹן cui *Belus dominus* est, Beli cultor) N. pr. patris regis Merodach-Baladan. 2 Reg. XX, 12.

בֵּלְטְשַׁאצַּר (Beli princeps i. e. princeps, cui Belus favet, cf. יִשְׂרָאֵל, שָׂרָה; comp. ex בֵּל, *tscha* quae terminatio vocabulis addita in lingua Zendica nota genitivi est, et *zar* = *sar* princeps) *Beltsazar,* nomen assyriobabylonicum Danieli in Nebucadnezaris aula datum. Dan. I, 7. II, 26. IV, 5. 6. 15. 16. X, 1.

בֵּלְשַׁאצַּר Dan. V, 1. 2. 9. 22. 29. 30. VIII, 1 et **בֵּלְאשַׁצַּר** VII, 1. *Belsazar,* nomen ultimi Chaldaeorum regis, ab Herodoto (1, 188) *Λαβύνητος*, a Beroso (ap. Jos. c. Apion. 1, 20) *Ναβόννηδος* (quae forma magis genuina videtur, cf. נְבוֹ) dicti. Ab Alex. ac Theod. et hoc nomen et antecedens efferuntur *Βαλτάσαρ*, atque ita quoque Bar. I, 11. 12.

בְּעָלִים v. s. rad. עָלַם.

בָּעַן rad. in linguis semiticis inusit., a qua derivari videntur duo sequentia nomina propria; nisi ea forte explicanda sunt: *in afflictione* l. humilitate sc. natus pro בַּעֲנוּת.

בַּעֲנָא 1) praefectus Salomonis 1 Reg. IV, 12. 2) alius eodem munere functus comm. 16. 3) pater Zadoki, Nehemiae coaevi. Neh. III, 4.

בַּעֲנָה 1) praefectus militum Sauli 2 Sam. IV, 2. 2) pater Helebi, herois Davidici 2 Sam. XXIII, 29. 1 Par. XI, 30. 3) praefectus populi tempore Serubabelis Esr. II, 2. Neh. VII, 7. X, 28.

בְּעוֹן v. בֵּית בַּעַל מְעוֹן p. 194, litt. e.

בָּעַר fut. יִבְעַר 1) pr. *absumsit, depavit*, v. Pi. Hiph. no. 1 et בְּעִיר pecus, a depascendo dictum. (Syr. ܒܥܰܪ racemavit, spicilegium fecit, ܒܥܳܪܳܐ spicilegium).

2) Spec. *igne consumsit* (cf. אָכַל no. 2), *combussit*. (Chald. בְּעַר arsit Pa. accendit. בְּעוֹר, בִּיעוּר, בְּעוּר taeda, sam. ࠁࠏࠓ id.) Ps. LXXXIII, 15: כְּאֵשׁ תִּבְעַר יָעַר *sicut ignis silvam comburit*, plerumque sequ. בְּ Iob. I, 16: *ignis Dei de coelo decidit* וַתִּבְעַר בַּצֹּאן וּבַנְּעָרִים *et absumsit gregem et pueros*. Num. XI, 3. Ps. CVI, 18. Jes. XLII, 25. Jer. XLIV, 6. Thren. II, 3, it. accendit Jes. XXX, 33. Alibi est intransitivum et notat a) *igne absumtus est*. Exod. III, 3: מַדּוּעַ לֹא יִבְעַר הַסְּנֶה *quare igne non absumitur rubus*. Jes. I, 31. IX, 17. Iud. XV, 14. b) *arsit*. Exod. III, 2: *et ecce rubus ardebat igne*. De igne ardente (non gliscente, vel in fomite latente, cf. Gen. XXII, 6) Jer. XX, 9, pice ardente Jes. XXXIV, 9, carbonibus Ez. I, 13, de face Jes. LXII, 1, monte ardente Deut. IV, 11. V, 20, translate de ira, maxime Dei Jes. XXX, 27. Ps. LXXIX, 5. LXXXIX, 47. Jer. IV, 4. VII, 20. XXI, 12. Ps. XXXIX, 4: בַּהֲגִיגִי תִבְעַר אֵשׁ *in meditatione mea exarsit ignis* i. e. ira. (Arab. بَعَرَ, non بَعِرَ, quod habent Golius et Castellus, in Kamuso p. 465 explicatur غضبة فى الله تعالى ira, de Deo summo). c) *accensus est*. Hos. VII, 4: *sicut furnus* בֹּעֵרָה מֵאֹפֶה *accensus a pistore*. Alibi neutr. *exarsit*. Ps. XVIII, 9: גֶּחָלִים בָּעֲרוּ מִמֶּנּוּ *carbones exardescebant ab eo* i. e. carbones ardentes procedebant e vicinia eius. Metaph. de ira exardescente Ps. II, 12: כִּי יִבְעַר כִּמְעַט אַפּוֹ *nam brevi exardescet ira eius*. Esth. I, 12.

3) denom. a בְּעִיר *brutus fuit*. Jer. X, 8. Part. בּוֹעֲרִים homines *bruti* Ps. XCIV, 8, *feroces* Ez. XXI, 36.

Niph. brutus factus est. Jer. X, 14. 21. LI, 17. Jes. XIX, 11: עֵצָה נִבְעָרָה *brutum factum est consilium*. (Syr. ܐܶܬܒܥܰܪ ferus factus est, ferociit, stulte fecit B. B., ܡܒܰܥܪܳܢܳܐ ferus, efferatus 2 Tim. III, 3, ܡܒܰܥܪܳܢܽܘܬܳܐ immanitas).

Pi. בִּעֵר inf. בַּעֵר c. Suff. בַּעֲרָם 2 Par. IV, 20, fut. יְבַעֵר 1) *depavit* agrum, vineam Jes. III, 14. V, 5, sequ. בְּ Exod. XXII, 4 (5). — 2) i. q. Kal no. 2. *accendit*, velut ignem Exod. XXXV, 3. Jer. VII, 18. Ez. XXI, 4, lignum Lev. VI, 5 (10), lucernas 2 Par. IV, 20. XIII, 11, tela ardentia Jes. L, 11, it. *cremavit, combussit*, veluti lignum Neh. X, 35. Jes. XLIV, 15: וְהָיָה לְאָדָם לְבָעֵר *erit* i. e. inserviet (lignum) *hominibus ad comburendum*. XL, 16: וּלְבָנוֹן אֵין דֵּי בָּעֵר *et Libanus non sufficeret combustioni* i. e. non satis ligni suppeditaret ad sacrificia. בִּעֵר אֵשׁ בְּ ignem admovit rei. Ez. XXXIX, 9. 10. — 3) *sustulit, removit, exterminavit*. 1 Reg. XXII, 47: *et reliquias scortorum* בִּעֵר מִן־הָאָרֶץ *removit e terra*. Deut. XXVI, 13. 14. 2 Sam. IV, 11. 2 Reg. XXIII, 24. 2 Par. XIX, 3. Formula solennis Deuteronomii, ubicunque iubetur supplicium, haec est: בִּעַרְתָּ הָרָע מִקִּרְבֶּךָ tolles hoc scelus e medio vestro Deut. XIII, 6. XVII, 7. XIX, 19. XXI, 21. XXII, 21. 24. XXIV, 7, vel מִיִּשְׂרָאֵל XVII, 12. XXII, 22, cf. Iudd. XX, 13. (De locutionibus synonymis Exodi, Levitici et Numerorum, veluti נִכְרְתָה הַנֶּפֶשׁ הַהִוא מֵעַמֶּיהָ cet. v. rad. כָּרַת) Jes. VI, 13: *etsi sexta pars remanebit in terra* וְשָׁבָה וְהָיְתָה לְבָעֵר *haec iterum exterminabitur*. Num. XXIV, 22: יִהְיֶה לְבָעֵר קָיִן *exterminabuntur Kenitae*. Jes. IV, 4: *ubi abluerit Deus sordes filiarum Zionis* . . . בְּרוּחַ מִשְׁפָּט וּבְרוּחַ בָּעֵר *spiritu iudicii et spiritu exterminandi* i. e. iudicando et impios exterminando spiritu suo s. vi sua divina. Constr. etiam sequ. אַחֲרֵי, quatenus exterminans et expellens aliquem eum sequitur a tergo et persequitur. 1 Reg. XIV, 10: וּבִעַרְתִּי אַחֲרֵי בֵית־יָרָבְעָם כַּאֲשֶׁר יְבַעֵר הַגָּלָל *et exterminabo domum Jarobeami, quemadmodum eiiciunt stercus*. XXI, 21.

Pu. accensus est, de fornace Jer. XXXVI, 22.

Hiph. 1) *depavit* i. q. Pi. no. 1 Exod. XXII, 4 (5). — 2) i. q. Pi. no. 2. *accendit* Exod. XXII, 5 (6). it. *combussit, cremavit* c. acc. Ez. V, 2. Iudd. XV, 5. Additur בָּאֵשׁ 2 Par. XXVIII, 3, בֶּעָשָׁן Nah. II, 14. הִבְעִיר אֵשׁ בְּ ignem admovit alicui rei Iudd. XV, 5 init. — 3) i. q. Pi. no. 3. removit, exterminavit, sequ. אַחֲרֵי 1 Reg. XVI, 3.

בַּעַר m. pr. stupiditas, sed ubique concr. *stupidus, brutus* instar pecoris, de hominibus Ps. XLIX, 11. LXXIII, 22. XCII, 7. Prov. XII, 1. XXX, 2. Cf. rad. no. 3. et Niph.

בַּעֲרָא (stulta) N. pr. mulieris 1 Par. VIII, 8, quod comm. 9 scribitur חֹדֶשׁ, vitio manifesto, sed aegre sanando.

בְּעֵרָה f. *incendium*, spec. frugum in agro Exod. XXII, 5. Cf. rad. no. 2.

בְּעוֹר (fax, lampas, ut in lingua chald.) N. pr. 1) patris Bileami Num. XXII, 5. XXIV, 3. XXXI, 8. Deut. XXIII, 5. Jos. XIII, 22. XXIV, 9. Mich. VI, 5. LXX. Βεώρ, Βαιώρ. Quod idem nomen 2 Petr. II, 15 Βοσόρ scribitur, id ex antiquo quodam errore vel corruptela in vulgus recepta explicandum (cf. נוּן LXX. Ναυή, חֲבַקּוּק Ἀμβακούμ), vel, quod C. B. Michaëli placet (de paronomasia s. §. 30) e permutatione litterarum ע et צ: minime cum Schleusnero sub h. v. e nescio quo more Graecorum. 2) patris Belae, regis Idumaeorum Gen. XXXVI, 32. 1 Par. I, 43.

בְּעִיר m. *pecus*, a depascendo dictum (v. rad. no. 1. Cf. אָרָה no. 2). Usurpatur in Singulari collective, sicut lat. *pecus*, *pecoris*, de omnis generis pecudibus, Exod. XXII, 4. Num. XX, 4. 8. 11. Ps. LXXVIII, 48, spec. de iumentis Gen. XLV, 17. (Chald. id. ibid. Syr. ܒܥܝܪܐ pro hebr. בְּהֵמוֹת Gen. I, 24. Ps. L. 10, et gr. κτήνη Act. XXIII, 24. 1 Cor. XV, 39. Utpote collectiva haec vox sec. Amiram p. 95 terminatione quidem Singularia imitatur, semper tamen duobus punctis, pluralis numeri nota, munita est. Arab. بَعِيرٌ spec. de camelis, asinis, aliisque iumentis onerariis usurpatur Cor. 12, 65, et secus atque in lingua hebraea et syra Plur. admittit. Aeth. ብዑራይ: bos adultus et arator, ብዑራዊ: ὑποζύγιον, iumentum.)

תַּבְעֵרָה (incendium) n. pr. loci in deserto Sinaitico Num. XI, 3. Deut. IX, 22.

בַּעֲשֵׂיָה v. rad. עָשָׂה.

בעשׁ rad. inusit. Chald. et Sam. בְּעֵשׁ, ࠁࠏࠔ i. q. בָּאַשׁ malus fuit, displicuit.

בַּעְשָׁא N. pr. *Baësa*, filius Ahiae, praefectus militum Nadabi, filii Jerobeam, Israelitarum regis, qui postea interfecto rege suo imperium capessivit, et per 24 annos administravit. 1 Reg. XV, 16 sq. XVI. 2 Par. XVI, 1 sq. Jer. XLI, 9.

בָּעַת vel בָּעֵת rad. in Kal inusit. Syr. ܒܥܬ timuit, horruit, formidavit, ܒܥܬܘܬܐ timor, horror.

Pi. בִּעֵת fut. יְבַעֵת 1) *terruit*, *perterruit*, nonnisi in sermone poëtico. Ps. XVIII, 5: נַחֲלֵי בְלִיַּעַל יְבַעֲתוּנִי *torrentes perniciei terrebant me.* Iob. III, 5. VI, 4. VII, 14. IX, 34. XIII, 11. 21. XV, 24. XVIII, 11. XXXIII, 7. Jes. XXI, 4. — 2) *subito invasit* aliquem. 1 Sam. XVI, 14: בִּעֲתַתּוּ רוּחַ רָעָה מֵאֵת יְהוָֹה *subito invasit eum spiritus malus a Deo missus*, comm. 15. (Arab. بَغَتَ de improviso accidit, supervenit, c. acc. III. inopinantem adortus est, oppressit, بَغْتٌ et بَغْتَةٌ res inopinata et subito accidens Cor. VI, 31. VII, 93. 186, بَغْتَةً subito).

Niph. *territus*, *perterritus est* Dan, VIII, 17, sequ. מִפְּנֵי 1 Par. XXI, 30. Est. VII, 6.

בְּעָתָה f. *terror* Jer. VIII, 15. XIV, 19.

בִּעוּתִים m. pl. *terrores*. Ps. LXXXVIII, 17. בִּעוּתֵי אֱלוֹהַּ terrores a Deo immissi Iob. VI, 4.

בֵּצַי (probab. i. q. בֵּסַי q. v.) N. pr. viri Esr. II, 17. Neh. VII, 23. X, 19.

בצל rad. inusit. Arab. بَصَلَ nudavit, spec. detrahendo corticem, aeth. ተበጸለ: flagellis laceratus qs. decorticatus est, cf. hebr. פָּצַל. Inde

בָּצָל nonnisi pl. בְּצָלִים *cepae*. Num. XI, 5. LXX. κρόμμυα. Non raro ita in Talmude, v. Buxtorf 337, cf. פיצוליא Talm. Hieros. Jom tobh cap. 4 init. Syr. ܒܨܠܐ, aeth. በጸል: id. Num. l. c., arab. بَصَلٌ de variis bulborum generibus, v. Avic. ap. Castell. col. 408. Meidan. prov. no. 3761. 4514. 5009, melit. *basal* id. *râs baslia* caput nudum, cepae simile. Cf. quadrilitt. חֲבַצֶּלֶת, et Celsii Hierob. 2, 83 sq.

בְּצַלְאֵל N. pr. v. צֵל rad. צָלַל.

בַּצְלוּת (nudatio) n. pr. viri Esr. II, 52, quod Neh. VII, 54 scribitur בַּצְלִית.

בָּצַע fut. יִבְצַע 1) *scidit*, *discidit*, *fregit*, *comminuit*, *vulneravit*. (Chald. בְּצַע scidit, dividit, ut panem, בִּצּוּעַ frustum, syr. ܒܨܥ fregit, arab. بضع secuit, ut venam, diffidit, amputavit, بِضْعٌ, بَضْعَةٌ pars, frustum Meidan. Schult. p. 10, بَاضِعٌ gladius resecans. Cf. radd. huic finitimas פָּצַע vulneravit et בָּזַע scidit, diffidit, dilaceravit). Amos IX, 1: *percute columnarum capitula* וּבְצַעַם בְּרֹאשׁ כֻּלָּם *et comminue eos* ut frusta decidant *in caput omnium illorum*. בְּצַעַם pro בַּצְּעֵם. Intrans. *vulneratus est*. Joel II, 8 de locustis: *ruunt per medios enses strictos* לֹא יִבְצָעוּ *neque vulnerantur*. Bene Abulw. et R. Tanchum لا ينجرحون. Kimchius: לא יוזקון *non laeduntur*. (LXX. οὐ μὴ συντελεσθῶσι cf. Pi. no. 3).

2) *diripuit*, *rapuit*. Proprie de hostibus diripientibus Hab. II, 9: הוֹי בֹּצֵעַ בֶּצַע רָע לְבֵיתוֹ *vae rapienti rapinam*, *perniciosam domui suae*. Ps. X, 3. Iob. XXVII, 8: *quaenam spes est impio* כִּי יִבְצָע *ubi rapuit*, *si Deus extrahit* vel *postulat animam eius*? (Ita certe Chald. Syr. Hieron. Schultens in Comment. Rosenm. Alii, ut ipse Schultens in Origg. p. 221 coll. Pi. no. 1. si Deus *resecat* vitae filum). Deinde formula בָּצַע בֶּצַע *rapinam rapuit* transfertur ad privatos homines iniqui lucri studiosos, aliosque exspoliantes. Part. בֹּצֵעַ בָּצַע Prov. I, 19. XV, 27. Jer. VI, 13. VIII, 10. Inf. Ez. XXII, 27. Cf. גָּזַל et quae observat A. Schult. Opp. min. p. 61: „*Spoliari* [immo *spoliare*] stylo Arabum est *lucrari*, *divitias reportare*. Sic

غنم est *praedari, spoliare;* id in Abulph. hist. Dyn. est *lucrum, divitias acquirere* honesto modo. Ita inquit p. 434: التجار وصلوا الينا وقد اعدناهم الى ما منهم سالمين غانمين *mercatores, qui ad nos venerant, remisimus in patriam incolumes et praedam reportantes* i. e. *lucrum, divitias.* Sic مغنمة *praeda* saepe de lucro aut divitiis usurpatur, et غنيمة est *omne id quod potitur aliquis,* ما تظفر به من ملك غيرك ولم يكن لك *quae potitus fueris ex aliena possessione, quaeque antea non habueris.* Eundem usum in verbo خبس observare est, quod in genere per غنم *potiri* exponitur, et خباسة spolia per مغنم lucrum et اختبس VIII. est *potiri.*" (Ad hanc significationem conferri quidem potest arab. بَضَعَ per Zad scriptum *collegit, comportavit:* nihilominus duae radices بضع et بصع haud dubie inter se cognatae sunt, et diripiendi significatus pendet e discindendi et diffringendi potestate. Ita explicandum arab. أَبْصَع per Zad, omnes, universi ab abscindendo, et contra lucri significatio in بضع III. in sortem lucro exponendam aliquid constituit, بِضَاعَة pars opum, quae mercaturae impenditur lucroque exponitur. Caeterum hae significationes cunctae secundariae sunt, cum lingua hebraea magis primarias habeat et primigenias).

Pi. בִּצַּע fut. יְבַצַּע 1) *resecuit.* Jes. XXXVIII, 12: מִדַּלָּה יְבַצְּעֵנִי *a peniculamento abscindit me* (Deus). Metaphora petita est a textore, qui telam absolutam a peniculamento abscindit, et transfertur ad Deum vitae filum abscindentem. Brevius Iob. VI, 9: *utinam sublata manu me abscinderet.* — 2) i. q. Kal no. 2. *diripuit, fraudavit* aliquem Ez. XXII, 12. — 3) *perfecit, absolvit* v. c. templum Zach. IV, 9. Dicitur quoque de Deo, qui opus suum i. e. iudicia impiorumque supplicia exsequitur Jes. X, 12, promissum implet Thren. II, 17. LXX. συντελεῖν Thren. l. c. Jer. VI, 13. Ez. XXII, 12. 13 et alibi. (Arab. أَبْصَع omnes usque ad finem).

בֶּצַע in Pausa בָּצַע, c. Suff. בִּצְעֲךָ m. 1) *rapina, praeda* (v. rad. no. 2), pr. de hostibus Iud. V, 19: בֶּצַע כֶּסֶף לֹא לָקָחוּ *nihil argenti iis in praedam cessit.* R. Tanchum (in Schnurreri dissert. p. 74) *frustum* argenti intelligit, coll. بضعة, בִּצּוּעַ, sed vulgaris praedae significatio et certior est et contextui accommodatior. De praeda Babylonis Jer. LI, 13, Zionis victricis Mich. IV, 13. Transfertur ad regum optimatumque populum spoliantium rapinas Jer. XXII, 17. Ez. XXII, 13, et inde 2) ad quodcunque *lucrum iniquum,* sive largitionibus (1 Sam. VIII, 3. Jes. XXXIII, 15), sive aliis fraudibus (Jes. LVII, 17) partum. Exod. XVIII, 21: אַנְשֵׁי אֱמֶת שֹׂנְאֵי בָצַע *viri fideles, lucri iniqui inimici.* Prov. XXVIII, 16. Vide בֹּצֵעַ בָּצַע. Notat adeo 3) *lucrum quodvis* (v. בָּצַע no. 2 ibique A. Schult. observationem) Jes. LVI, 11. Ez. XXXIII, 31. מַה־בֶּצַע *quid* inde *lucri?* Gen. XXXVII, 26. Iob. XXII, 3. Ps. XXX, 10.

בָּצַץ rad. inusit. Arab. بَضَّ paulatim fluxit et emanavit aqua, Meidan. Prov. ed. H. A. Schult. p. 136. بَضِيضَة, بَضَاضَة, بَضَض aqua pauca et exilis. Hinc

בֹּץ m. *coenum, lutum.* Jer. XXXVIII, 22: הָטְבְּעוּ בַבֹּץ רַגְלֶךָ *in lutum demersi sunt pedes tui,* locutio proverbialis pro calamitatibus immersus es.

בִּצָּה f. *palus.* Iob. VIII, 11. XL, 21. Plur. c. Suff. בִּצְאֹתָיו ex scriptura parum emendata Ez. XLVII, 11 pro בִּצּוֹתָיו. (In Targ. id. ibid. Talmud. ביצה massa lutea).

בֹּצֵץ N. pr. rupis prope Gibeam 1 Sam. XIV, 4. Appellativa significatio videtur *splendens,* a بَصَّ splenduit, micuit.

בָּצֵק *intumuit,* hinc de pede discalceato *callo obductus est.* Deut. VIII, 4: *vestes vestrae non attritae* וְרַגְלְךָ לֹא בָצֵקָה *nec pes tuus callo obductus per hos quadraginta annos.* Neh. IX, 21. Optime LXX in Deut. ἐτυλώθησαν i. e. callo obducti sunt. Hesych. ἐτυλώθη, ἐπαχύνθη, ἐτραυματίσθη. Reliqui e contextu coniecturam facientes vel reddunt: *attriti, subtriti sunt,* ut Vulg., Alex. ap. Neh. (διεῤῥάγησαν), et Vers. sam. (ᗰᑭᑕᑭᗩᗅ), quod Castellus col. 286 quidem ex consueta vocabuli hebraei significatione reddit: *intumuerunt,* sed rectius *fissi sunt,* coll. chald. בְּדָקָא), vel *nudati, discalceati sunt,* ut Onk. Syr. uterque Arabs. *Intumescendi* significatum, quem recentiorum plerique adoptarunt, ex antiquioribus huic radici tribuit Jarchius, et inde *massam farinaceam* (בָּצֵק) derivat, utpote fermentando intumescentem. Favet huic coniecturae etymologicae arab. بُصْقَة (v. בָּצְקַת) vicus urbis elatior: neque tamen dissimulandum, בָּצֵק de massa dictum esse nondum fermentata (v. infra). Plane diversa est Kimchii ratio, qui verba laudata interpretatur: *pes tuus luto conspersus non est* idque a *massae farinaceae* notione ducit: sententia non contemnenda, modo *conspergendi* notionem ipsi radici tribuisset (coll. syr. ܒܨܩ conspersit, et arab. بصق, بزق, بسق spuit), et ab ea demum massae s. farinae aqua mixtae significatum duxisset. Similiter Gr. Venet. ὁ τε πούς σου οὐ πεφύρᾳται.

בָּצֵק m. *massa farinacea* (vel ab intumescendo, vel a conspergendo dicta, v. rad.), ex qua panes (Exod. XII, 34. 39) aut placentae parandae (2 Sam. XIII, 8. Jer. VII, 18), aqua mixta et subacta, sed nondum fermentata

(Exod. l. c. Hos. VII, 4). LXX. σταῖς i. e. farina aqua mixta et subacta.

בָּצְקַת (vicus elatior, arab. بُصْقَة) n. pr. urbis in planitie tribus Judae Jos. XV, 39. 2 Reg. XXII, 1. Josepho (Archaeol. 10, 4 §. 1) vocatur Βοσκέθ al. Βοσκεθί.

בָּצַר 1) *abscidit, amputavit.* (Chald. בְּצַר et sam. בצר diminuit, aliquoties in Targg. pro hebr. גָּרַע. Syr. Pa. diminuit. Ethpa. diminutus est. Pe. defecit, ܒܨܝܪ diminutus, parvus, humilis. Arab. بصر secundariam habet videndi, perspiciendi et intelligendi vim, quae a findendo et discernendo ducta est, v. בִּין p. 202). Plerumque refertur ad uvas et vindemiam et valet *vindemiavit* uvas c. acc. Lev. XXV, 5. 11, vineam Deut. XXIV, 21. Iudd. IX, 27. Part. בּוֹצֵר *vinitor* Jer. VI, 9, Plur. בּוֹצְרִים *vinitores* metaph. de hostibus cladem parantibus Jer. XLIX, 9. Obad. 5 (cf. Apoc. XIV, 18, et arab. قتوف الحتوف vindemiae mortium v. Tim. 1, 250. Mang.), qui alibi etiam messoribus et lignatoribus comparantur (Jes. X, 34. XVII, 5. Joël IV, 13. Apoc. XIV, 15. 16). Cf. בָּצִיר. Metaph. Ps. LXXVI, 13: יִבְצֹר רוּחַ נְגִידִים *abscindit* q. d. frangit *superbiam principum.*

2) *cohibuit, arcuit* (v. Niph. et בִּצָּרֹת), *inaccessum fecit,* cf. مَنَعَ prohibuit, arcuit, مَنُعَ inaccessus fuit. Ita Part. pass. בָּצוּר *inaccessus,* de moenibus altissimis Deut. XXVIII, 52. Jes. II, 15. Jer. XV, 20. Ez. XXI, 25, de silva inaccessa Zach. XI, 2 Keri, de urbibus munitissimis Num. XIII, 28. Deut. III, 5. Jos. XIV, 12. 2 Sam. XX, 6. Jes. XXV, 2. XXVII, 10. 2 Reg. XVIII, 13. XIX, 25 cet. Deut. I, 28: עָרִים גְּדֹלֹת וּבְצוּרֹת בַּשָּׁמָיִם *urbes magnae et ad coelum usque munitae.* Metaph. Jer. XXXIII, 3: גְּדֹלוֹת וּבְצֻרוֹת לֹא יְדַעְתָּם *magna et intellectu ardua,* quae *non noveras.* Cf. Pi. et e derivatis מִבְצָר, בִּצָּרוֹן, בָּצְרָה.

3) *excidit,* de metallis, v. בֶּצֶר.

Niph. pass. Kal no. 2. *cohibitus, arduus, inaccessus fuit* alicui, sequ. מִן. Gen. XI, 6: לֹא יִבָּצֵר מֵהֶם כֹּל אֲשֶׁר יָזְמוּ לַעֲשׂוֹת *haud nimis arduum ipsis erit, quodcunque consilium capient.* Iob. XLII, 2.

Pi. causat. Kal no. 2. *inaccessum reddidit* munimentum Jer. LI, 53, it. simpliciter munivit, murum resarcivit Jes. XXII, 10.

בָּצִיר m. 1) *vindemia,* v. rad. no. 1. LXX. τρυγητός. Lev. XXVI, 5. Jes. XXIV, 13. XXXII, 10. Jer. XLVIII, 32. Mich. VII, 1. Proverbialiter Iudd. VIII, 2: *nonne racematio Ephraimi potior est vindemiâ Abieseris?* i. e. nonne id quod vos Ephraimitae in persequenda victoria mea praestitistis praestantius est ipsa mea victoria. Abieser enim e Gideonis, cuius haec sunt verba, maioribus fuit. De vindemiae cum clade comparatione vide rad. no. 1.

2) *adj. inaccessus, altus* i. q. בָּצוּר v. rad. no. 2. Zach. XI, 2 Cheth.

בְּצַר Iob. XXXVI, 19 i. q. בֶּצֶר, q. v.

בֶּצֶר m. 1) *auri argentique metallum,* idque rude, quale ex fodinis *exciditur* effoditurque, ab *excidendo* vel *frangendo* (Ps. LXXVI, 13) dictum, ut arab. تِبْر aurum argentumve nativum, anteaquam ignem malleumve expertum sit, تِبْرَة talis auri particula, a تبر i. q. שָׁבַר II. fregit, VIII. resectus, abruptus est, cf. germ. *brechen,* quae vox est metallurgorum de metallis excidendis propria. Iob. XXII, 24: שִׁית עַל־עָפָר בָּצֶר *in pulverem coniice pretiosa metalla.* Parall. aurum Ophiri. Plur. Comm. 25: וְהָיָה שַׁדַּי בְּצָרֶיךָ *et omnipotens tibi erit instar metallorum.* Parall. כֶּסֶף תּוֹעָפוֹת. Adde בְּצַר in Pausa בָּצֶר Iob. XXXVI, 19, quod idem valet. Optimam hanc vocabuli obscuri explicationem a Kimchio aliisque neglectam dudum proposuit Abulw., cuius haec sunt verba: שית על עפר בצר هو التبر اعنى الذهب والفضة الا ان هذا اللفظة ولا تسمى بها العرب الذهب فالفضة الا قبل عملهما فقط يوقعونها ايضا على الجواهر المعدنية قبل عملها وجمعه והיה שדי בצריך i. e. בֶּצֶר Iob. XXII, 24 *idem valet quod* تِبْر *i. e. aurum et argentum. Arabes autem hoc vc. ista metalla designant antequam* (igne malleove) *subacta sunt. Ponunt idem de gemmis, quae ex fodina prodierunt et artem nondum expertae sunt. Pluralis exstat Comm.* 25. Similiter A. Schult. ad h. l. auri argentique glebam explicat. Plerique interpretes coniecturis indulgent utcunque ex orationis serie ductis. Kimchius *aurum* interpretatur; Michaëlis (Suppl. p. 208) *aurum spectatissimum* (a بصر, cui metalla spectandi i. e. explorandi vim tribuit cl. Jer. VI, 27. LXX), malim certe inaccessum i. e. *pretiosum* coll. סָגוּר; Syr. et Aben Esra: *argentum,* quod ita nuper explicuit Umbreitius ad Iob. l. c., ut proprie valeat metallum micans, a بصر vidit, *blicken, blinken.* Sed micandi significatus ab hac radice plane alienus est, et videndi vis non a micando, sed a discernendo ducta est.

2) N. pr. (munimentum l. metallum) a) oppidi Levitarum in planitie tribus Ruben, quod asyli iure gaudebat. Deut. IV, 43. Jos. XX, 8. XXI, 36. LXX. Βοσόρ. Vulg. *Bosor.* Eusebius h. v. id cum Bostra Arabiae i. e. בָּצְרָה confudit. Si Gemarae fides (Maccoth fol. 9, 2), e regione Hebronis sita erat. b) viri Aseritae 1 Par. VII, 37.

בָּצְרָה f. 1) *septum, ovile,* a coercendo dictum, v. rad. no. 2, cf. מִכְלָא a כָּלָא. Chald. בְּצוּרְתָא septum, conclave. Mich. II, 12: כְּצֹאן בָּצְרָה *sicut grex in ovili.* Parall. דֹּבֶר. Vulg. *ovile.* Chald. חוּטְרָא *septum.* (LXX. Syr. ἐν θλίψει, *in afflictione,* pro בַּצָּרָה). Bochartus (Hieroz. 1, p. 534) *gregem Bosrae* reddit, utpote urbis

gregibus abundantis (Jes. XXXIV, 6), sed illud praeferre iubet membrorum parallelismus. — 2) locus munitus i. q. מִבְצָר, inde N. pr. *Bozrae*, urbis primariae Idumaeorum Jes. XXXIV, 6. LXIII, 1. Jer. XLIX, 13. 22. Amos I, 12 cf. Gen. XXXVI, 33. Quum vix dubium sit, hanc eandem esse atque *Βόστϱαν, Bostram Arabiae* Romanorum, Arabumque بُصْرَى, Auranitidis metropolin (v. Abulf. Syria ed. Köhl. p. 99 et additt.), observatu dignum, eam non in antiqua et propria Idumaeorum regione, quae Petram s. Selam metropolin habebat, sed in Auranitide sitam fuisse, quousque Idumaeos imperii sui fines promovisse probabile est (cf. Thren. IV, 21). Semel (Jer. XLVIII, 24) בָּצְרָה Moabitis tribuitur, aliamque propterea urbem cognominem in ditione Moabitarum statuunt Bochartus (Hieroz. l. c.) et Relandus (p. 661): quod tamen minus necessarium existimo, quum idem oppidum modo in Moabitarum, modo in Idumaeorum potestate fuisse possit. Teste Eusebio ab Adrais 24 milliaribus Romanis abfuit, quod cum hodiernae Bozrae situ bene congruit. De historia eius tempore Romanorum veterumque Christianorum v. Relandus l. c. et Comment. nostr. ad Jes. XXXIV, 7, de situ et ruderibus eius Burckhardti itin. p. 364—388 ed. germ. et *von Richter Wallfahrten im Morgenlande* p. 181.

בִּצָּרוֹן m. *locus munitus, munimentum.* Zach. IX, 12.

בַּצֹּרֶת f. *cohibitio* sc. pluviae, *siccitas* Jer. XVII, 8, cf. עָצַר Deut. XI, 17. LXX. *ἀβϱοχία*. Plur. בַּצָּרוֹת (cf. *Lehrgeb.* p. 600) Jer. XIV, 1. Male autem huc refertur בַּצָּרָה Ps. IX, 10. X, 1, cuius ב servile est. (Chald. בַּצּוֹרְתָא ,בְּצוֹרְתָא id. ex. c. Hos. II, 5 pro hebr. צָמָא).

מִבְצָר Plur. מִבְצָרִים, semel מִבְצָרוֹת (Dan. XI, 15) m. 1) *munimentum, munitio.* Jes. XXV, 12: מִבְצַר מִשְׂגַּב חוֹמֹתֶיךָ *alta munitio moenium tuorum*, it. pro *urbe munita.* Jes. XVII, 3: נִשְׁבַּת מִבְצָר מֵאֶפְרַיִם *cessabit munitio in Ephraim* i. e. Samaria. Amos V, 9. Hab. I, 10. מִבְצַר צֹר Jos. XIX, 29 et עִיר מִבְצַר צֹר 2 Sam. XXIV, 7 munitio Tyri dicitur de Palaetyro (v. ad Jes. XXIII, 7). Plur. *munitiones, urbes munitae* i. q. עָרִים בְּצֻרוֹת, sed frequentius in libris poëticis Num. XIII, 19. Jer. XLVIII, 18. Thren. II, 2. 5. Hos. X, 14. Mich. V, 10. Nah. III, 12. 14 cet. מִבְצְרֵי מָעֻזִּים Dan. XI, 39 munimenta firma, quod alii de templis munitis intelligunt. Eodem significatu frequentatur עִיר מִבְצָר urbs munita 1 Sam. VI, 18. 2 Reg. III, 19. X, 2. Ps. CVIII, 11, Plur. עָרֵי הַמִּבְצָר ,עָרֵי מִבְצָר Num. XXXII, 36. Jos. XIX, 35. Jer. IV, 5. VIII, 14. XXXIV, 7 cet. Semel utrumque vocabulum in Plur. ponitur, עָרֵי מִבְצָרֶיךָ Jer. V, 17, et semel nonnisi posterius, ut בֵּית אָבוֹת pro בֵּית־אָב (v. בַּיִת no. 11, p. 193) Dan. XI, 15: וְלָכַד עִיר מִבְצָרוֹת *et capit urbes munitas.* Vulg. *urbes munitissimas.* Ita etiam Theod. et Syr. favente historia Antiochi Magni, de quo h. l. agitur, v. Hieron. — Metaph. Jer. VI, 27: בָּחוֹן נְתַתִּיךָ בְעַמִּי מִבְצָר *exploratorem te posui in populo meo* et *munimentum* i. e. ab hostium violentia tutum, cf. I, 18. quo loco inspecto intelliges, quam inania sint Criticorum vc. מִבְצָר sollicitantium conamina.

2) N. pr. principis Idumaeorum. Gen. XXXVI, 42.

בָּקַע fut. יִבְקַע inf. c. Suff. בִּקְעָם (a בְּקֹעַ) Amos I, 13. 2 Par. XXXII, 1. 1) *fidit, diffidit, dissecuit*, ut mare (de Deo) Exod. XIV, 16. Ps. LXXVIII, 13. Jes. LXIII, 12. Neh. IX, 11, ligna Eccl. X, 9, ventres mulierum gravidarum ad fetum exstirpandum Amos I, 13, dissecuit i. e. vulneravit humerum Ez. XXIX, 7. Ps. CXLI, 7: כְּמוֹ פֹלֵחַ וּבֹקֵעַ בָּאָרֶץ נִפְזְרוּ עֲצָמֵינוּ *sicut arans et findens* (ligna) *in terra*, ita *ossa nostra dispersa sunt*, i. e. instar glebarum et ligni fragminum. Chald. Syr. utrumque Verbum, פלח et בקע, ad arationem referunt, alii utrumque ad lignorum fissionem. (Chald. בְּקַע id. sed raro. Syri habent ܦܩܥ scissus est, Pa. rupit, unde ܦܩܥܬܐ i. q. בִּקְעָה planities: Arabes unicum huius significationis vestigium in بُقْعَةٌ i. q. בִּקְעָה. Sed بكع II. est: secuit in partes). — 2) Urbem *findere* s. *aperire sibi* dicitur, qui eam *expugnat.* 2 Par. XXXII, 1: וַיֹּאמֶר לְבִקְעָם אֵלָיו *easque* urbes *expugnare cogitabat.* XXI, 17. (Arab. فتح aperuit, expugnavit urbem). — 3) Generatim est *fidit* et *aperuit* rem clausam, ut, quod inclusum erat, liberetur et *prorumperet.* Jes. XLVIII, 21: *fidit rupem, manarunt aquae.* Iudd. XV, 19. Hinc constr. adeo c. acc. rei prodeuntis. Ps. LXXIV, 15: בָּקַעְתָּ מַעְיָן וָנָחַל *prorumpere iubes fontes et torrentes.* Cf. Niph., Pi. no. 3 et graecas locutiones *ῥήγνυσι δάκϱυα* lacrimas prorumpere iubet, *χῶϱος ῥήγνυσι πηγάς* regio emittit fontes, v. Passow. Lex. v. *ῥήγνυμι* 1, litt. c. — Spec. 4) ova *findere* dicitur avis, ubi his incubans pullos *excludit.* Jes. XXXIV, 15 de serpente: וַתְּמַלֵּט וּבָקְעָה וְדָגְרָה ova *parit, findit*, pullosque exclusos *fovet.* Potest בָּקְעָה etiam ad pullos, non ad ova referri, et verti: pullos *excludit*, cf. Niph. Jes. LIX, 5. — 5) Sequ. בְּ *irrupit* in aliquid. 2 Sam. XXIII, 16: וַיִּבְקְעוּ שְׁלֹשֶׁת הַגִּבֹּרִים בְּמַחֲנֵה פְלִשְׁתִּים *et irruperunt tres isti heroes in castra Philistaeorum.* 1 Par. XI, 18.

Niph. 1) pass. Kal no. 1. *fissus est, fidit* et *aperuit se*, de terra Num. XVI, 31. Zach. XIV, 4, it. *ruptus, disruptus est* de utribus novis Iob. XXXII, 19, de nube XXVI, 8, de hominibus e rupe praecipitatis et disruptis 2 Par. XXV, 12. — 2) pass. Kal no. 2 *aperiri* i. e. *expugnari*, de urbe 2 Reg. XXV, 4. Jer. LII, 7. Ez. XXX, 16. — 3) pass. Kal no. 3 *aperiri*, de fontibus Gen. VII, 11. Sed transfertur etiam ad aquam prorumpentem. Jes. XXXV, 6: כִּי נִבְקְעוּ בַמִּדְבָּר מַיִם *nam aperiuntur s. prorumpunt aquae in deserto.* Prov. III, 20, et ad lucem Jes. LVIII, 8: אָז יִבָּקַע כַּשַּׁחַר אוֹרֶךָ *tunc prodibit instar aurorae lux tua.* (Cf. syn. פָּטַר, فطر, شقّ, in quibus findendi vis translata est ad rem prorumpentem, ut dentem, florem, adde no. 4. Imprimis

autem aurora apud Arabes *findere* dicitur i. e. prorumpere, oriri, فلق الصبح fidit aurora i. e. orta est, صبح صادع aurora findens i. e. oriens, eademque poët. شقّ, فتق, فلق et فرق vocatur, quae vc. cuncta *fissionem* notant. Cf. ad rad. בָּקַר). — 4) pass. Kal no. 4 *excludi*, ex ovo *prodire*, de fetu viperae Jes. LIX, 5. — 5) Quum res valide concussae findantur et dehiscant, hyperbolice usurpatur de terra concussa et contremente. 1 Reg. I, 40: וַתִּבָּקַע הָאָרֶץ בְּקוֹלָם *et concussa est* s. contremuit, fremuit *terra clamoribus eorum, die Erde dröhnte*. Habent etiam Syri et Melitenses in verbo ܦܩܥ et *fakka*ͨ strependi et tonandi vim, unde ܦܩܥܐ fragor, sed eius diversa est ratio: dicitur enim proprie de crepitu et strepitu, qui rumpendo fit (*krachen, platzen*).

Pi. בִּקַּע fut. יְבַקַּע, יְבַקֵּעַ 1) i. q. Kal no. 1. *fidit*, ut ligna Gen. XXII, 3. 1 Sam. VI, 14, rupem Ps. LXXVIII, 15, *diffidit*, *dissecuit* ventrem gravidarum 2 Reg. VIII, 12. XV, 16. — 2) *discerpsit*, *dilaceravit*, more ferarum i. q. טָרַף. Hos. XIII, 8. 2 Reg. II, 24. — 3) i. q. Kal no. 3. *aperuit*, *prorumpere iussit* rivos e rupe Iob. XXVIII, 10, torrentes Hab. III, 9, ventum Ez. XIII, 11. 13. — 4) i. q. Kal no. 4. ovis incubuit et pullos exclusit Jes. LIX, 5.

Pu. בֻּקַּע 1) *findi, fissum esse*, de utribus Jos. IX, 4, *diffindi*, de ventre gravidae Hos. XIV, 1. — 2) i. q. Niph. no. 2. expugnari, de urbe Ez. XXVI, 10.

Hiph. 1) i. q. Kal no. 2. *aperuit sibi* urbem i. e. eam expugnavit. Jes. VII, 6: *oppugnemus eam* וְנַבְקִעֶנָּה אֵלֵינוּ *eamque aperiamus nobis*. — 2) Sequ. אֶל *perrupit ad* aliquem cf. Kal no. 5. 2 Reg. III, 26: *secum cepit septingentos viros gladiis armatos*, לְהַבְקִיעַ אֶל־מֶלֶךְ אֱדוֹם *ut perrumperent* penetrarent *usque ad regem Edomi*.

Hoph. הָבְקַע pass. Hiph. no. 1. Jer. XXXIX, 2.

Hithpa. *findi*, *diffindi*, de utribus Jos. IX, 13, de vallibus Mich. I, 4.

בֶּקַע m. pars dimidia, a findendo dicta (cf. شقّ dimidium, res bifariam fissa, a شقّ fidit), nonnisi spec. *dimidius siclus*. Gen. XXIV, 22. Exod. XXXVIII, 26. LXX. δραχμή, siclus enim saepe redditur δίδραχμον.

בִּקְעָה pl. בְּקָעוֹת f. *vallis* (q. d. montium fissio et separatio) opp. montibus Deut. VIII, 7. XI, 11. Ps. CIV, 8, collibus Jes. XLI, 18, locis salebrosis et montanis Jes. XL, 4. Saepius autem *planities*, *campus late patens* (LXX. πεδίον) v. c. is, in quo Babylon sita erat Gen. XI, 2, cf. Ez. III, 23. XXXVII, 1. 2. בִּקְעַת הַלְּבָנוֹן vallis Libani, de planitie ad radices Hermonis et Antilibani atque ortum Jordanis Jos. XI, 17. XII, 7, neque vero de valle Libanum inter et Antilibanum, Coelesyria Strabonis, *Ard el Bekâa* ارض البقاع (terra convallium) Arabum (Abulfedae Syria ed. Köhler p. 20. 155. Burckhardti itin. p. 79. 80. ed. germ.), ut volebat Ikenius (dissertatt. p. 237). Quae vallis si modo commemorata est in S. S., significatur fortasse nomine בִּקְעַת־אָוֶן Amos I, 5 (cf. אָוֶן p. 52). Aliae regiones ab urbibus vicinis appellatae sunt, ut בִּקְעַת מְגִדּוֹן 2 Par. XXXV, 22. Zach. XII, 11, ב׳ אוֹנוֹ Neh. VI, 2, ב׳ יְרֵחוֹ Deut. XXXIV, 3, ב׳ מִצְפָּה Jos. XI, 8. (Chald. בִּקְעָא, בִּקְעֲתָא id. syr. ܦܩܥܬܐ, arab. بقيع, بقعة et بقعة Cor. 28, 30. Plur. بقاع, melit. *bokky*ͨ*a* vallis, regio, campus).

בִּקְעָא chald. id. Dan. III, 1.

בְּקִיעַ m. tantum in Plur. בְּקִיעִים *fissurae*, *rimae*, domus ruinosae Amos VI, 11, urbis Jes. XXII, 9.

בָּקַק 1) *effudit*, *evacuavit* pr. vas, v. בַּקְבּוּק. (Arab. بقبق act. بقبقة onomatopoët. dicitur de sono lagenae effusae, ut pers. غلغل *gulgul*, it. de aqua fervente et ebulliente Meidan. 519. Ibn Hedschâs ap. Gol. ad Alferg. p. 38. idemque valet cognatum بعبع, cf. בּוּז et בּוּק. Latius patet huius radicis usus apud Melitenses, apud quos *bakkak* et *bakbak* est: ebulliit aqua, posterius etiam murmuravit v. c. columba, cf. lat. bombus, *bekbek* potitavit, *bekbŷk* bibax, *bokka* bulla aquae, *bakbŷka*, *bebbŷka* lagena. Aethiop. ሰቀወ: IV. aperuit). Translate a) *populatus est*, *incolis nudavit* terram Jes. XXIV, 1, *spoliavit*, *exinanivit* incolas. Nah. II, 3: כִּי בְקָקוּם בֹּקְקִים *nam spoliatores spoliarunt eos*. Targ. בָּזוּנִין בָּזְזִין. b) Jer. XIX, 7: בַּקֹּתִי אֶת־עֲצַת יְהוּדָה *evacuabo* s. *effundam consilium Judae* i. e. cum consilii inopem reddam. Cf. Niph. Jes. XIX, 3. — 2) intrans. *effundi*, late *fundi*, de arbore patula. Hos. X, 1: גֶּפֶן בּוֹקֵק *vitis* late *fusa*, patula. LXX. ἄμπελος εὐκληματοῦσα. Vulg. frondosa. Minus apte Symm. ὑλομανοῦσα i. e. silvescens (cf. Virg. Ge. 2, 370: ramos compesce *fluentes*). Arab. بقّ dicitur de muliere fecunda, quae multam prolem peperit, it. de coelo, multum pluviae fundente.

Niph. נָבַק inf. הִבּוֹק fut. יִבּוֹק 1) pass. Kal no. 1, a. Jes. XXIV, 3. 2) pass. no. 1, b. Jes. XIX, 3: נָבְקָה רוּחַ מִצְרַיִם בְּקִרְבּוֹ *effundetur spiritus* i. e. ingenium *Aegypti e medio eius* i. e. ingenio, prudentia plane orbabitur. נָבְקָה dicitur pro נָבֵקָּה. Lehrgeb. 372.

Po. בּוֹקֵק i. q. Kal 1, a, *populatus est* Jer. LI, 2.

בַּקְבּוּק m. 1) *lagena*, ita dicta a sono, quam edit inter evacuandum (v. rad.). 1 Reg. XIV, 3. Jer. XIX, 1. 10. (Syr. ܩܘܩܒܐ et gr. βόμβυλος, βομβύλη itidem a sono dicta sunt. Cf. supra melit. *bakbŷka*). 2) N. pr. viri Esr. II, 51. Neh. VII, 53.

בַּקְבֻּקְיָה (effusio i. e. populatio Jehovae) N. pr. viri Levitae Neh. XI, 17. XII, 9. 25.

בֻּקִּי (exinanitio i. e. vastatio mea) N. pr. 1) phylarchae Danitarum. Num. XXXIV, 22. 2) viri Levitae 1 Par. V, 31. VI, 36. Esr. VII, 4.

בֻּקִּיָּהוּ (*exinanitio* i. e. vastatio a *Jehova* immissa) N. pr. Levitae, filii Heman. 1 Par. XXV, 4. 13.

יַבֹּק (sec. Jo. Simon. Onomast. p. 315 effusio, per Chaldaismum pro יַבְלֹק, derivat. fut. Kal; quanquam huic nomini ita alluditur, qs. dictum sit pro וַיֵּאָבֵק, v. אָבַק) *Jabbok,* nomen torrentis transiordanici monti Gilead vicini (Gen. XXXII, 23), in septentrionali Ammonitarum termino (Num. XXI, 24. Deut. III, 16 cf. Relandum p. 104) in Jordanem se exoncrantis. Vide praeter loca laudata Deut. II, 37. Jos. XII, 2. Iudd. XI, 13. 22. In cod. Sam. Gen. et Deut. l. l. c. c. cum Art. legitur היבק. Josepho Ἰοβάκχος vocatur a chald. יוּבְקָא Gen. XXXII, 2. Cant. IV, 2 Targ. Euseb. Ἰαβόη (lege Ἰαβόκ) .... ῥεῖ δὲ μεταξὺ Ἀμμάν, τουτέστι Φιλαδελφίας καὶ Γερασῶν καὶ κατερχόμενος συμμίγνυται τῷ Ἰορδάνῃ. Hodie hic torrens medius fere inter maria galilaeum et mortuum *Serka* dicitur (زرقا caerulea) et regionum Moerad et el-Belka terminus est. V. *Seetzen* in v. Zach monatl. Correspondenz XVIII p. 428. *Burckhardt* itin. p. 598 ed. germ. ibique notam nostram, in qua Pocockii aliorumque hunc torrentem cum Hieromiace (Arabum يرموك) confundentium errorem refellimus.

* * *

בַּקְבַּקַּר (fort. i. q. בַּקְבֻּק הַר vastatio montis, sec. alios a rad. בָּקַר, inquisivit ad formam יְפֵיפִיָּה Ps. XLV, 3) N. pr. Levitae 1 Par. IX, 15.

בָּקַר in Kal inusit. pr. i. q. arab. بقر *fidit, aperuit.* Findendi autem aperiendique notio in hac radice bene observante Jo. Simoni relata est 1) ad *arationem* (cf. גָּדוּד, פָּתַח, חָרַשׁ, arab. فلح), unde בָּקָר armentum qs. aramentum, boves. 2) ad eruptionem et *ortum lucis* v. בָּקַע Kal et Niph. no. 3. „Sic Arab. صاح fidit; Conj. VIII illuxit, splenduit, بزل fidit Conj. VIII aperuit se, erupit, شق fidit, it. prodiit, erupit, فتق fidit, it. germinavit, effulsit, apparuit, شرق fidit, it. ortus fuit, et فجر, فلق, فصع spec. de eruptione et emicatione aurorae dicuntur, cum alias habeant sensum findendi." Simonis Arc. form. p. 296. Inde בֹּקֶר lux oriens, mane. Occurrat forsitan aliquis, vc. בֹּקֶר adoptasse significationem cognatae radicis בָּכַר q. v., sed nihil impedit, quominus etiam huic findendi et primum prorumpendi vim tanquam primariam tribuas, a qua primogeniturae et primitiarum significatus facillime ducuntur. 3) ad vim *quaerendi, inquirendi* (syr. ܒܩܰܪ inquisivit, investigavit, ܒܘܩܳܪܳܐ et ܒܘܩܳܪܳܐ inquisitio, exploratio), item *inspiciendi* et *animadvertendi.* Cf. בִּין p. 202 et infra rad. שָׁחַר. Adde חָפַר no. I. fodit, exploravit; بحر fidit et ܒܚܰܪ investigavit, exploravit, فتر scidit, exploravit, et germ. *grübeln, ergrübeln.*

Pi. בִּקֵּר idem fere quod בָּקַר 1) *diligenter inspexit, animum advertit ad* aliquid, sequ. לְ Levit. XIII, 36, בֵּין—לְ (cf. בִּין 1, b) XXVII, 33. Sequ. בְּ cum voluptate adspexit (cf. בְּ 10, a). Ps. XXVII, 4: לְבַקֵּר בְּהֵיכָלוֹ *ut delecter adspectu palatii eius.* Parall. לַחֲזוֹת בְּנֹעַם יְהוָה. 2) *providit, curae habuit* c. acc. Ez. XXXIV, 11. 12. Cf. בִּקֹּרֶת. 3) *animo contemplatus est, circumspexit, cogitavit.* 2 Reg. XVI, 15 (19): *quod autem ad aeneum altare attinet* יִהְיֶה לִּי לְבַקֵּר *de eo ulterius circumspiciam* s. mecum deliberabo. Vulg. paratum erit ad voluntatem meam. Prov. XX, 25: *periculosum est homini, effutire vota* וְאַחַר נְדָרִים לְבַקֵּר *et post vota nuncupata demum reputare,* utrum iis persolvendis par sis. 4) *animadvertit in* aliquem, *punivit* eum, cf. בִּקֹּרֶת.

בְּקַר chald. *Pe.* inusit.

Pa. בַּקַּר Plur. בַּקַּרוּ fut. יְבַקַּר inf. בַּקָּרָה *quaesivit, inquisivit, investigavit* Esr. IV, 15. 19. VI, 1, sequ. עַל Esr. VII, 14. In Targg. saepius pro פָּקַד.

Ithpa. pass. Esr. V, 17.

בָּקָר comm. (m. Exod. XXI, 37. Num. VII, 3. 17. XXXI, 44. f. Iob. I, 14) 1) *bos,* sive mas, sive femina, ab *arando* dictus (v. rad. no. 1), ut armentum teste Varrone de L. L. 4, 19 qs. aramentum, et arab. بَقَرٌ sec. Damirium, quia تشق الارض بالحراثة terram aratro proscindit (v. Bocharti Hieroz. 1, 280), minus bene sec. Michaëlem (Suppl. 213) ab inspectione et cura pastoris coll. Ez. XXXIV, 11. 12. In Plur. nonnisi ter legitur Amos VI, 12. Neh. X, 37. 2 Par. IV, 3. In reliquis exemplis ubique 2) collect. *boves, boum gregem, armenta* notat. LXX. βόες, βουκόλια. (Arab. بَقَرٌ id., est enim observantibus Grammaticis اسم جنس يقع على الذكر والانثى nomen generis cadens in marem et femellam, et differt a nomine unitatis بَقَرَةٌ, quod idem est atque hebr. שׁוֹר bos unus. Syr. ܒܰܩܪܳܐ armentum, pr. de bovibus, sed ampliore significatu etiam de aliis gregibus, v. c. porcorum Luc. VIII, 32, similiter chald. בַּקְרֵי תוֹרִין armenta boum Jes. VII, 25. Cf. בּוֹקֵר). צֹאן וּבָקָר armenta et (ovium caprarumque) greges. Gen. XII, 16. XIII, 5. XX, 14, בָּקָר וְצֹאן Num. XXII, 40. Lev. III, 1: *si offert ex armentis* (מִן הַבָּקָר) *sive marem, sive femellam.* Deut. XXXII, 14: חֶמְאַת בָּקָר *lac bovinum.* 2 Sam. XVII, 29: *casei bovini.* Iungitur a) numeralibus et opponitur voci שׁוֹר *unum bovem* significanti (cf.

שֶׂה et צאן, it. arab. شاة ovis et غنم oves, جَمَل camelus, إِبِل cameli). Exod. XXI, 37 (XXII, 1): *si quis furatur bovem unum* (שׁוֹר) .... חֲמִשָּׁה בָקָר יְשַׁלֵּם תַּחַת הַשּׁוֹר *quinque boves reddat pro uno.* Num. VII, 3: שְׁנֵי עָשָׂר בָּקָר, comm. 17: בָּקָר שְׁנַיִם. 23. 29. 1 Reg. V, 3: עֲשָׂרָה בָקָר בְּרִאִים *decem boves pingues.* b) verbis et adiectivis pluralibus 2 Sam. VI, 6: כִּי שָׁמְטוּ הַבָּקָר *nam ferociebant boves.* 1 Reg. V, 3, eoque feminino, si *boves feminae, vaccae* intelliguntur. Iob. I, 14: הַבָּקָר הָיוּ חֹרְשׁוֹת *boves feminae arabant.* Gen. XXXIII, 13: וְהַצֹּאן וְהַבָּקָר עָלוֹת עָלָי *et oves bovesque lactantes mecum habeo.* Ubicunque aetas sexusque boum accuratius definienda sunt, aliis vocabulis utuntur Hebraei, ut עֵגֶל, עֶגְלָה; פַּר, פָּרָה, his vero addere solent: בֶּן-בָּקָר filius boum, ut עֵגֶל בֶּן-בָּקָר vitulus, filius boum i. e. vitulus bovinus Lev. IX, 2, פַּר בֶּן-בָּקָר iuvencus Exod. XXIX, 1. Lev. IV, 3. 14. Num. XXIX, 2. 8 cet., cf. עֶגְלַת בָּקָר Jes. VII, 21 et simpl. בֶּן-בָּקָר Gen. XVIII, 7. 8 de vitulo. Ita in Plur. 1 Sam. XIV, 32: צֹאן וּבָקָר וּבְנֵי בָקָר *oves et boves et vituli.* Jer. XXXI, 12: בְּנֵי צֹאן וּבָקָר *agni et vituli.* De bubus arte factis 1 Reg. VII, 29. 2 Par. IV, 3. Hinc ducitur denom.

בּוֹקֵר pr. *bubulcus* (ut syr. et chald. ܒܩܪܐ, בַּקָּרָא), sed ampliore significatu etiam de *opilione.* Amos VII, 14 coll. I, 1 et infra s. v. נֹקֵד. Aeque late patere usum syriaci ܒܩܪܐ paulo superius observavimus. Syr. ܪܥܝܐ pastor. Vulg. *armentarius,* quod etiam de pastore pecuario accipi potest (Virg. Ge. 3, 344). LXX. *αἰπόλος.*

בֹּקֶר plur. בְּקָרִים 1) *mane, prima lux, tempus matutinum,* dictum ab ortu lucis, v. rad. no. 2. (Arab. بُكْرَة, إِبْكَار, بَكَر id., بَاكِر matutinus, cf. rad. בָּכַר no. 1). מֵעֶרֶב עַד-בֹּקֶר a vespera ad primam lucem Exod. XXVII, 21. לִפְנוֹת בֹּקֶר ad lucem, πρὸς ἕω ib. XIV, 27. Iudd. XIX, 26. אוֹר בֹּקֶר lux matutina 2 Sam. XXIII, 4. עֲנַן בֹּקֶר nubes matutina Hos. VI, 4. XIII, 3. In Accus. adv. mane (ut arab. بُكْرًا) Ps. V, 4 ibique in posteriore hemistichio. Frequentius est בַּבֹּקֶר mane Gen. XIX, 27. XX, 8. XXI, 14. XXII, 3 cet., et in sermone poët. לַבֹּקֶר Ps. XXX, 6. LIX, 17. Jer. XXI, 12. Amos IV, 4. בַּבֹּקֶר בַּבֹּקֶר singulis matutinis Exod. XVI, 21. XXX, 7. XXXVI, 3. Levit. VI, 5. 1 Par. XXIII, 30. Jes. XXVIII, 19. Ez. XLVI, 13—15. Zeph. III, 5, nonnunquam etiam, ubi latine *quotidie, in dies* dixeris. 2 Sam. XIII, 4: מַדּוּעַ אַתָּה כָּכָה דַּל בֶּן-הַמֶּלֶךְ בַּבֹּקֶר בַּבֹּקֶר *quare tu ita macrescis in dies, fili regis?* Propria tamen significatio non omnino periit, siquidem Amnon post quamvis noctem insomnem amico suo magis emacuisse videbatur. Jes. L, 4. Idem valet לַבֹּקֶר לַבֹּקֶר 1 Par. IX, 27, לַבְּקָרִים Ps. LXXIII, 14. CI, 8. Jes. XXXIII, 2. Thren. III, 23, לַבְּקָרִים Iob. VII, 18. — לַבֹּקֶר alibi etiam dr. pro ad lucem usque Deut. XVI, 4. Ps. CXXX, 6 i. q. עַד-בֹּקֶר. — Metaph. Iob. XI, 17: (nunc) *tenebris obrutus* כַּבֹּקֶר תִּהְיֶה *sicut mane eris* i. e. prospera lux tibi surget.

2) Spec. *crastina lux.* Exod. XXIX, 34. Lev. XIX, 13. XXII, 30. Num. IX, 12. Iudd. VI, 31: אֲשֶׁר יָרִיב לוֹ יוּמַת עַד-הַבֹּקֶר *qui causam eius egerit, morietur ante lucem crastinam.* Egregie Vulg. antequam lux crastina veniat. LXX. ἕως πρωΐ. Targ. *spatium ei dabitur usque ad auroram.* Syr. ܩܕܡ ܨܦܪܐ *ante auroram* sc. crastinam, quod Arabs reddit إِلَى غَد ad diem crastinum. Male Clericus et qui eum sequuntur: hoc ipso mane. Cf. 2 Reg. X, 8. Prov. VII, 18.

3) *dies crastinus* i. q. מָחָר (cf. quae observavimus ad vc. אֶמֶשׁ p. 123, no. 1) et adv. *cras.* Exod. XVI, 7. Num. XVI, 5 (coll. comm. 16). Idem valet בַּבֹּקֶר 1 Sam. XIX, 2.

4) בֹּקֶר in Accus. adv. *mox* (pr. crastina luce, aut tempestive, mature, ut gr. πρωΐ mane, mox) Ps. V, 4 (in hemistichio priore). XC, 14. CXLIII, 8, לַבֹּקֶר Ps. XLIX, 15.

בַּקָּרָה (cum Kamez impuro, pr. Inf. aram. in Paël) f. *cura* Ez. XXXIV, 12, cf. rad. Pi. no. 2.

בִּקֹּרֶת f. *animadversio, punitio, castigatio* v. rad. Pi. no. 4. Lev. XIX, 20: בִּקֹּרֶת תִּהְיֶה *punitio fiat,* locum habeat. Male Saadias, Aben Esra, Kimchius, quorum auctoritatem sequitur Bochartus (Hieroz. T. 1. p. 281), id pro denominativo vc. בָּקָר habentes explicant מלקות ברצוע של בקר *flagellatio, quae fit nervo bovino.* LXX. ἐπισκοπή. Saad. *castigata sit.*

בָּקַשׁ rad. in Kal inusit.

Pi. בִּקֵּשׁ 1) *quaesivit.* (Carent radice his litteris scripta Syri et Arabes. Respondent tamen nasor. ܒܩܫ quaesivit, arab. بحث, chald. בְּחַשׁ inquisivit, scrutatus est, et primariam vim habent Syri in ܐܬܒܚܫ circumivit, circumdedit, ܒܘܚܫܐ attrectatio, cf. חָפַשׂ. Quaerendi enim significatus a circumeundo et palpando ductus videtur). Construitur absol. 2 Reg. II, 17, c. Acc. pers. et rei Gen. XXXVII, 15. 16. 1 Sam. X, 14. Cant. III, 1. 2. V, 6. Neh. XII, 27. Jes. XLI, 17 cet.; sequ. לְ Iob. X, 6: כִּי תְבַקֵּשׁ לַעֲוֹנִי *ut de peccato meo quaeras* s. in peccatum meum curiosius inquiras; et gerundio, ubi tamen locutio elliptica est Gen. XLIII, 30: וַיְבַקֵּשׁ לִבְכּוֹת *quaerebat* locum *flendi,* quaerebat, ubi fleret. Opp. מָצָא Cant. l. c. Eccles. III, 6. Additur nonnunquam Dativus commodi לוֹ 1 Sam. XXVIII, 7. Thren. I, 19, quo adiecto etiam deligendi vim habet *(sich etwas aussuchen)* 1 Sam. XIII, 14.

Jes. XL, 20, cf. Ez. XXII, 30. Tribuitur etiam sapienti causas rerum indaganti Eccl. VII, 28. 29 et universe refertur ad studium sapientiae Prov. XIV, 6. XVIII, 15. Spec. a) *quaesivit faciem regis* i. e. regem adiit, adire cupivit 1 Reg. X, 24, maxime petendi ergo Prov. XXIX, 26. b) *quaesivit faciem Dei* pr. Deum adiit precibus, eum invocavit, veneratus est, coluit. 2 Sam. XII, 16. 1 Par. XVI, 10. 2 Par. VII, 14. XI, 16. Ps. XXIV, 6. XXVII, 8. CV, 4. Hos. V, 15 (arab. ارادَ وجه الله Cor. 6, 52), it. Deum adiit oraculum petens 2 Sam. XXI, 1. c) Haud diversa est formula בִּקֵּשׁ אֶת־יְהֹוָה *quaesivit Deum*, adiit eum precibus, auxilium eius imploravit Exod. XXXIII, 7. 2 Par. XX, 4. Opp. מָצָא אֶת־יְהֹוָה invenit Deum i. e. exauditus est, Deum propitium habuit. Deut. IV, 29: בִּקַּשְׁתֶּם מִשָּׁם אֶת־יְהֹוָה אֱלֹהֶיךָ וּמָצָאתָ *quaeretis illinc Jehovam, deum vestrum, et invenietis eum* i. e. auxilium eius implorabitis et impetrabitis. Jes. LXV, 1: נִמְצֵאתִי לְלֹא בִקְשֻׁנִי *invenior a non quaerentibus me*, i. e. propitius sum populo, qui me non coluit. Deinde *Deum coluit* Jer. XXIX, 13. Hos. III, 5. VII, 10. Zeph. I, 6. II, 3 (init.) cet. מְבַקְשֵׁי יְהֹוָה Dei cultores 1 Par. XVI, 9. Ps. XL, 17. LXIX, 7. CV, 3. Jes. LI, 1. Cf. דָּרַשׁ.

2) *appetiit, sectatus est, captavit*, v. c. sacerdotium Num. XVI, 10, mendacia Ps. IV, 3, seditionem Prov. XVII, 11, iustitiam Zeph. II, 3, amorem Prov. XVII, 9, salutem Ez. VII, 25. Raro sequ. לְ Prov. XVIII, 1. Impr. notentur formulae: a) בִּקֵּשׁ נֶפֶשׁ פ׳ vitae alicuius insidiatus est Exod. IV, 19. 1 Sam. XX, 1. XXII, 23. XXIII, 15. 2 Sam. IV, 8. XVI, 11. Ps. LIV, 5. LXXXVI, 14. Jer. XLIV, 30. XXXVIII, 16 cet. Additur לְשׁוֹאָה in perniciem Ps. LXIII, 10. Semel in bonam partem: operam dedit vitae alicuius servandae Prov. XXIX, 10 (cf. דָּרַשׁ לְנֶפֶשׁ Ps. CXLII, 5). b) בִּקֵּשׁ רָעַת פ׳ *malum, interitum* alicuius *sectatus est*, intendit. Num. XXXV, 23. 1 Sam. XXIV, 10. Ps. LXXI, 13. 24. Esth. IX, 2, בִּקֵּשׁ רָעָה אֶל id. 1 Sam. XXV, 26. Opp. בִּקֵּשׁ טוֹבָה לְ Neh. II, 10. Ps. CXXII, 9. c) Sequ. Gerundio: aliquid *facere studuit*, v. c. 1 Sam. XIX, 2: מְבַקֵּשׁ שָׁאוּל אָבִי לַהֲמִיתֶךָ *Saulus pater meus te occidere studet*. Exod. II, 15. IV, 24. Sic studuit ferire 1 Sam. XIX, 10, transire XIV, 4, invenire Eccl. XII, 10 cf. 1 Sam. XIX, 2. XXIII, 10. 1 Reg. XI, 22. Est. VI, 2. Semel poët. omisso לְ Jer. XXVI, 21.

3) *poposcit, postulavit*. Neh. V, 18: לֶחֶם הַפֶּחָה לֹא בִקַּשְׁתִּי *victum praefecto debitum non postulavi*. Jer. XLV, 5: תְּבַקֶּשׁ לְךָ גְדֹלוֹת *postulas tibi magna*. Sequ. מִן Neh. V, 12. Ps. CIV, 21. Ez. VII, 26, מִיַּד פ׳ Gen. XXXI, 39. XLIII, 9. Jes. I, 12: מִי בִקֵּשׁ זֹאת מִיֶּדְכֶם *quis poscit hoc a vobis?* Speciatim dici solet בִּקֵּשׁ דָּם פ׳ מִיַּד פ׳ postulavit s. repetiit sanguinem alicuius ab aliquo i. e. caedis in aliquem commissae poenam ab aliquo repetiit. 2 Sam. IV, 11: הֲלֹא אֲבַקֵּשׁ אֶת־דָּמוֹ מִיֶּדְכֶם *nonne caedis commissae poenam a vobis repetam?* Ez. III, 18. 20. XXXIII, 8. Omisso etiam דָּם verbum בִּקֵּשׁ poenarum repetendarum, ulciscendique significatum habet (cf. גָּאַל). 1 Sam. XX, 16: וּבִקֵּשׁ יְהֹוָה מִיַּד אֹיְבֵי דָוִד *et si Jehova poenas repetit ab hostibus Davidis*. Jos. XXII, 23: יְהֹוָה הוּא יְבַקֵּשׁ *Jehova poenas repetat*.

4) *rogavit, petiit* sequ. מִן pers. Esr. VIII, 21. Dan. I, 8, et acc. rei Est. II, 15, it. sequ. עַל precatus est s. deprecatus est pro aliquo l. aliqua re. Est. IV, 8: וּלְבַקֵּשׁ מִלְּפָנָיו עַל עַמָּהּ *ut intercederet apud eum pro populo suo*. VII, 7: וְהָמָן עָמַד לְבַקֵּשׁ עַל־נַפְשׁוֹ מֵאֶסְתֵּר *et surrexit Hamanus, ut pro vita sua rogaret apud Estheram*. Esr. VIII, 23. Neh. II, 4.

5) *interrogavit, quaesivit ex* aliquo, sequ. מִן Dan. I, 20.

Pu. quaesitus est Ez. XXVI, 21. Jer. L, 20. Esth. II, 23.

בַּקָּשָׁה (cum Kamez impuro) *petitio*. Esth. V, 3. 7. 8. IX, 12. Esr. VII, 6.

בָּרָא fut. יִבְרָא 1) pr. *cecidit, secuit, secando effinxit*, v. Pi., in qua coniugatione saepius primaria significatio servata est, *Lehrgeb.* 242. (Congruit arab. بَرَأَ fut. I, inf. بَرْي praecidit, praesecuit, asciavit polivitque, veluti sagittam, arcum, calamum, ungues, مِبْرَاة ascia, dolabra, scalpellum, بُرَايَة pars decidua ligni asciati. V. Schult. ad Hamas. p. 384. ad Harir. 6, p. 224. 225. Scheid. in diss. Lugd. p. 972, cf. hebr. בָּרָה). A fingendo (v. Pi. no. 2) ea pendet significatio, quae sola in Kal usitata est, nimirum

2) *creavit, produxit* cf. خَلَقَ laevigavit, polivit, dein finxit, produxit, creavit, it. germ. *schaffen*, dan. *skabe*, quod eiusdem stirpis est atque *schaben*, belg. *schaeven* asciare, v. Adelung. Lex. 3, 1392. (Arab. بَرَأَ id. بَارِئ creator Sur. 2, 51, بَرِيَّة res creata Abulf. Ann. 1, 18. Dschauhar. spec. ed. Scheid. p. 14. Syr. chald. et sam. ܒܪܐ, ܒܪܐ, בְּרָא id. ܒܪܝܬܐ, בִּרְיָא, ࠁࠓࠉࠀ creatura, ܒܪܘܝܐ, ܒܪܘܝܐ, בָּרֵי creator). Utuntur hoc verbo de creatione coeli et terrae Gen. I, 1. Jes. XL, 26. XLV, 18, finium terrae Jes. XL, 28, venti Amos IV, 13, hominum Gen. I, 27. V, 1. 2. VI, 7. Deut. IV, 32. Jes. XLV, 12. Ps. LXXXIX, 48. Mal. II, 10, spec. Israëlis Jes. XLIII, 1. 15, bestiarum Gen. I, 21, lucis et tenebrarum Jes. XLV, 7 cet. Adde haec exempla. Ps. LI, 12: לֵב טָהוֹר בְּרָא לִי אֱלֹהִים *cor mundum crea in me, Deus!* Jes. XLV, 7: עֹשֶׂה שָׁלוֹם וּבוֹרֵא רָע *qui fecit salutem, et creat malum*. Jer. XXXI, 22: בָּרָא יְהֹוָה חֲדָשָׁה בָּאָרֶץ *Deus creavit novum quiddam in terra, mulier tuetur virum* (cf. Num. XVI, 30). Cum duob. accusatt. Jes. LXV, 18: הִנְנִי בוֹרֵא אֶת־יְרוּשָׁלַםִ גִּילָה *ecce Hierosolyma faciam exultationem* i. e. exultabunda. IV, 5. XLVIII, 7. בּוֹרְאֶיךָ (in Plur. maiest., sed

sec. multos codd. בּוֹרְאֶךָ) creator tuus Eccles. XII, 1. Iungitur verbis יָצַר Jes. XLIII, 7. XLV, 18, et עָשָׂה Jes. XLI, 20. XLV, 7. 12, utpote synonymis et cum posteriore non raro permutatur. Gen. I, 26: וַיֹּאמֶר אֱלֹהִים נַעֲשֶׂה אָדָם. Comm. 27: וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת־הָאָדָם. II, 4. Esse tamen discrimen quoddam inter בָּרָא et עָשָׂה vel e verbis Gen. II, 3: אֲשֶׁר בָּרָא אֱלֹהִים לַעֲשׂוֹת recte colligas. Haec enim verba, quae multos interpretes, etiam Hebraeos (v. Mercerum) vexarunt, recte explicuit L. de Dieu ad h. l. collatis locutionibus הִגְדִּיל לַעֲשׂוֹת, הֵרַע לַעֲשׂוֹת cet. nimirum *produxit faciendo* i. e. fecit novi quiddam producendo. Cf. Jer. XXXI, 22 et בְּרִיאָה. LXX. modo **ποιέω** reddunt, modo **κτίζω**.

Not. In trita illa interpretum et Theologorum disputatione de creatione ex nihilo, a nonnullis ad nostrum etiam vocabulum provocatum est, quasi vel ex etymo et propria significatione eius colligi possit, non creationem ex nihilo, sed aeternae materiae conformationem in primo Geneseos capite doceri. Sed ex modo dictis abunde apparebit, huius verbi usum in Kal a significatione primaria prorsus diversum esse, idque magis de nova rei productione (v. Gen. II, 3), quam de conformatione et elaboratione materiae usurpatum esse. Primo autem Geneseos commate primam mundi eiusque rudis et indigesti creationem ex nihilo, reliqua primi capitis parte molis recens creatae elaborationem et dispositionem exponi, id rerum in tota hac sectione nexus satis perspicue docet. Ita etiam Rabbini (Aben Esra ad Gen. I, 1: *plerique statuunt* שהבריאה להוצוא יש מאין *creationem esse productionem rei ex nihilo*), et N. T. scriptores Hebr. XI, 3. Rom. IV, 17, coll. 2 Macc. VII, 28, quum contra libri sapientiae scriptor (XI, 17) graeca dogmata secutus aeternam materiam statuat. Vide de hac quaestione Mos. Maim. in More Nebochim 3, 13. Moshem. diss. de creatione mundi ex nihilo Cudworthii Syst. subiuncta p. 950 sq. Beausobre hist. de Manichée et du Manichéisme T. 2. lib. 5. cap. 4.

3) *genuit*, unde nomen בַּר filius, v. Niph. no. 2. Ita chald. אִתְבְּרָא genitus est Iob. III, 3 Targ. pro hebr. הֹרָה. J. D. Michaëli (Suppl. 214) haec totius verbi primaria vis esse videtur.

4) *comedit, saginavit se*, a secando dictum, v. בָּרָה no. 2. Inde in Hiph. saginavit, adj. בָּרִיא pinguis. Huic significatui finitimae radices sunt وَرَأَ cibo repletus est, ورى et وَرِيَ pinguis fuit, وَرِيٌّ pinguis, adiposus cf. de permutatione litterarum ב et ו p. 171; item مَرُؤَ, מָרָא bene profecit cibus, מְרִיא i. q. בָּרִיא saginatus, pinguis. Chald. מְרָא saginavit.

Niph. 1) *creari*, de mundo et hominibus Gen. II, 4. V, 2. Ps. CXLVIII, 5, *fieri* (i. q. נַעֲשָׂה) de miraculis Exod. XXXIV, 10, de rebus recens gestis Jes. XLVIII, 7. — 2) pass. Kal no. 3. *nasci*. Ez. XXI, 35 (30): בִּמְקוֹם אֲשֶׁר נִבְרֵאת *in loco, quo natus es.* XXVIII, 13: בְּיוֹם הִבָּרַאֲךָ *die, quo natus es.* Ps. CIV, 30: תְּשַׁלַּח רוּחֲךָ יִבָּרֵאוּן *mittis spiritum tuum et renascuntur.* Ps. CII, 19.

Pi. בֵּרֵא 1) *cecidit* a) gladio. Ez. XXIII, 47: *et populus eas lapidibus obruat* וּבָרֵא אוֹתְהֶן בְּחַרְבוֹתָם *et caedat eas gladiis suis.* LXX. **κατακεντήσουσιν**. Vulg. *confodiantur.* Chald. יִבְזְעוּן. Bene Kimchius: עניינו וכרת ודמהו אדני אבי ז"ל ללשון הערב שאומר לכריתה אלברי. b) silvam securi. Jos. XVII, 15: *si populus tibi multus est, ascende in silvam* וּבֵרֵאתָ לְךָ שָׁם *ibique succide tibi spatia*, ut bene Vulg. Comm. 18: *sed mons tibi cedat* כִּי יַעַר הוּא וּבֵרֵאתוֹ *quanquam ibi silva est, caedes eam.* Vulg. transibis ad montem et succides tibi. E vett. interpretibus alii mundandi significatum expresserunt a verbo cognato בָּרַר repetitum (LXX. **ἐκκαθάρισον, ἐκκαθαριεῖς**. Arabs فَتُنَقِّيه, نَقّ), alii eligendi coll. בָּרָה 1 Sam. XVII, 8 (Syr. ܓܒܘ ܠܟܘܢ ܓܒܪܐ Kimchi: ענינם ברירה ובחירה), alii denique parandi vim adoptarunt a בָּרָא (Chald. תַּתְקֵין לָךְ תַּמָּן אֲתַר ibi parabis tibi locum). — 2) *finxit, effinxit* i. q. יָצַר. Ez. XXI, 24 (19): *fac tibi* i. e. in tabula finge et exara (coll. IV, 1. 2) *duas vias, quibus venire possit gladius regis Babylonici* .... וְיָד בָּרֵא בְּרֹאשׁ דֶּרֶךְ עִיר בָּרֵא *et locum effinge, in bivio urbis finge eum.* (Syr. et Chald. ut ap. Jos. eligendi et parandi vim expresserunt, neque aliter LXX. cod. Alex. **χεῖρα ἑτοιμάσουσιν** et Symm. Hex. **διατάξεις**. Vulg. capiet coniecturam, coniiciet).

Hiph. causat. Kal no. 4 *pinguem fecit, saginavit.* 1 Sam. II, 29.

בַּר m. cum Suff. בְּרִי *filius*, a gignendo dictus (v. rad. no. 3). Vocabulum in lingua chaldaea usitatissimum apud Hebraeos sermoni poëtico proprium. Bis legitur Prov. XXXI, 2: מַה־בְּרִי וּמַה־בַּר־בִּטְנִי וּמֶה בַּר־נְדָרָי *quid, mi fili, quid, mi fili uterine, votis meis expetite!* Ps. II, 12: נַשְּׁקוּ בַר *osculate filium* sc. Jehovae i. e. regem. Cf. comm. 7, et quae observavimus s. v. בֵּן no. 12. Adde quod apud Indos etiam *Suta* filius (sc. deorum) de rege dicitur teste Paul. a Barthol. in Vjacar. 301. Ita e vett. Syr. ܢܫܩܘ ܒܪܐ, Aben Esra, neque aliter e recentioribus Aug. Pfeifferus in dubiis vexatis p. 557, Doederlein, de Wette al., quibus nos accedere non dubitamus. Alii, ut Kimchius, Ilgenius (de notione tituli filii Dei §. 5), Rosenm., בַּר h. l. puri electique significatione accipiunt (v. בַּר s. rad. בָּרַר), regemque *electi* (בְּחִיר יְהוָה) *puri*ve nomine salutari volunt, idemque etymon sequuntur Aqu. Symm., licet adverbialiter reddant **ἐκλεκτῶς, καθαρῶς**. Parum apte LXX. **δράξασθε παιδείας**, Vulg. *apprehendite disciplinam*, Targ. קַבִּילוּ אוּלְפָנָא, quod Koehlerus (in Repert. 3 p. 10. 11) bene illustravit coll. arab. بِرّ obedientia, pietas impr. erga Deum.

בַּר m. chald. cum Suff. בְּרֵהּ Dan. V, 22. Plur. בְּנִין (ad analogiam linguae hebraeae cf. בֵּן no. 1. p. 216) constr. בְּנֵי cum Suff. בְּנוֹהִי, בְּנֵיהוֹן 1) *filius* Dan. V, 22. VI, 25. Esr. V, 2. VI, 10. VII, 23. — 2) *nepos* Esr. V, 1,

cf. בַּר no. 4. — 3) Plur. *posteri*, unde בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Israelitae Esr. VI, 16. — 4) Metaph. בְּנֵי גָלוּתָא *filii exilii* i. e. in exilio degentes, v. גָּלוּתָא. *Filius sexaginta duorum annorum*, tot annos natus Dan. VI, 1. — 5) בַּר־אֱלָהִין *filius deorum* i. q. deorum immortalium unus Dan. III, 25. Opp. בַּר אֱנָשׁ filius hominis, mortali natus Dan. VII, 13 (cf. s. v. אֱנָשׁ p. 128) Plur. בְּנֵי אֲנָשָׁא filii hominis s. hominum, mortales Dan. II, 38. V, 21. Cf. בֶּן־אָדָם p. 25. Ex chald. בַּר אֱנָשׁ et syr. ܒܪܢܫܐ ortum est vc. arab. بَرْنَسَاءٌ et بَرْنَاسَاءٌ homo et plerumque coll. genus humanum, quod etiam contrahitur in بَرْسَاءٌ, بَرَاسَاءٌ, بَرْشَاءٌ, maxime in formula من اى براسا هو e quibus hominibus est? quae eadem enuntiatur من اى برنسا هو. Cf. Golius col. 255. 265, qui tamen veram contractioris huius vc. originem haud vidisse videtur.

בָּרִיא adj. f. בְּרִיאָה *pinguis* v. rad. no. 4. (Talmud. et Sam. ࠁࠓࠉࠀ id. et apud Talmud. etiam sanus, integer, fortis, בריאה et בריאות pinguedo, sanitas). Dicitur de hominibus Iudd. III, 17. Dan. I, 15, corpore humano Ps. LXXIII, 4, de vaccis Gen. XLI, 2. 4. 18. 20, aristis ib. comm. 5. 7 (pinguedo enim frumento quoque tribuitur, v. חֵלֶב), cibo Hab. I, 16. Fem. הַבְּרִיאָה coll. pecus *pingue* Zach. XI, 16. Ez. XXXIV, 3. LXX. saepe reddunt ἐκλεκτός, cf. בָּרָה et בָּרַר no. 3.

בְּרִיאָה f. *res creata, a Deo producta*, spec. nova, inaudita. Num. XVI, 30 de insolita Korachitarum poena: אִם בְּרִיאָה יִבְרָא יְהוָה וּפָצְתָה הָאֲדָמָה אֶת־פִּיהָ *si inauditi quid fecerit Jehova, et terra aperuerit os suum .... tunc cognoscetis* cet. Vulg. *si autem rem novam fecerit dominus*. Cf. Jer. XXXI, 22, quo loco cum nostro collato facile carebis J. D. Michaëlis בְּדִיאָה (a بدأ incepit, novum quid excogitavit) legentis coniectura (Suppl. p. 149). Cod. Sam. ࠁࠓࠉࠀࠄ, quae forma Aramaismum sapit, conf. chald. בְּרִיָּה et בְּרִיָא creatio, et ࠁࠓࠉࠀࠄ hoc ipso loco in Vers. sam.

בְּרָאיָה (quem *Jehova creavit*) N. pr. viri in stemmate Benjaminitarum 1 Par. VIII, 21.

בִּרְאִי, בִּרְא v. בֵּית־בִּרְאִי p. 194.

* * *

בְּרֹאדַךְ v. מְרֹאדַךְ.

בָּרַד pr. sparsit, ut aram. בְּדַר, ܒܕܪ, hinc *sparsit grandinem, grandinavit*. Semel legitur Jes. XXXII, 19. (Aeth. በረድ: syr. ܒܪܕܐ grando. Arab. بَرَدَ friguit, grandinavit, بَرْدٌ frigus, بَرَدٌ grando Cor. 24, 43, Melit. *bard* frigus, *byred* frigidus. Frigoris autem significatio secundaria et a grandine ducta esse videtur).

בָּרָד m. *grando*. Exod. IX, 18 sq. X, 5 sq. Ps. XVIII, 13. 14. LXXVIII, 47. 48. CV, 32. CXLVIII, 8. Hagg. II, 17. זֶרֶם בָּרָד imber s. tempestas cum grandine Jes. XXVIII, 2. אַבְנֵי בָרָד lapides grandinis, de ipsa grandine, v. אֶבֶן. אוֹצְרוֹת בָּרָד coelestia grandinis receptacula Iob. XXXVIII, 22. Aliquoties adhibetur in descriptione poenarum divinitus immissarum Jes. XXVIII, 17. XXX, 30. XXXII, 19.

בֶּרֶד (grando) N. pr. 1) loci in deserto Schur Gen. XVI, 14 cf. Vers. 7. Onk. חַגְרָא, quo eodem comm. 7 pro שׁוּר utitur. Syr. ܓܕܪ. Saad. يرد (l. برد). 2) viri Ephraimitae 1 Par. VII, 20.

בָּרֹד pl. בְּרֻדִּים adj. *maculis* maxime albis *sparsus, maculosus*, de hircis Gen. XXXI, 10. 12 (i. q. טְלֻאִים XXX, 35. 39), de equis Zach. VI, 3. 6. „Sic Lat. sparsas albo pelles dixit Virg. Ecl. 2, 41, spargere coloribus Aen. 7, 191, maculis spargere Tac. Germ. 17 §. 4, et gr. πάσσω, διαπάσσω praeter spargendi significationem etiam variegandi sensum habet, unde χρυσόπαστος auro sparsus i. e. variegatus." Simonis. LXX. in Gen. ῥαντός, ap. Zach. ποικίλος. Differt a נָקֹד, cui iungitur Gen. l. c., quodque minora puncta designat. (Arab. بُرْدٌ et بُرْدَةٌ vestis variegata, versicolor qs. grandinata it. ala locustae Har. 4 p. 46 Schult. In Kamuso p. 343 explicatur ثَوْبٌ مُخَطَّطٌ vestis variegata, et مُبَرَّدٌ redditur مولع بسواد وبياض nigro et albo variegatus. Speciatim de pecudibus usurpant transpositum ربد Conj. II. nigro alboque colore distincta fuit ovis V. nubibus distinctum fuit coelum (pr. maculosum fuit) IX. XI. pulvereo colore fuit pullus struthionis, أَرْبَدُ nigra rubrisque punctis conspersa capra. Cf. Bocharti Hieroz. 1, 110. 479. Syr. ܒܪܘܕܐ versicolor Gen. l. c. et 1 Reg. XXII, 10 de vestibus regiis, sec. Lexicographos spec. albo et rubro distinctus, ܒܪܘܕܐ pardus a maculis dictus, alibi ܦܪܕܐ, ܦܪܕܘܣ, ita ut vix dubites, quin etiam graecum et latinum πάρδος, *pardus* ex hoc fonte fluxerit. Vid. Ferrar. p. 510. 795).

בָּרָה fut. יִבְרֶה 1) i. q. vicinum בָּרָא *cecidit, secuit*, cf. arab. بَرَا ult. Waw praesecuit, praecidit, et בָּרָא no. 1. Inde בְּרִית foedus, ab hostiis dissectis dictum. — 2) *comedit* i. q. בָּרָא no. 4, a secando dictum, ut גָּזַר

no. 3, adde نهش concidit carnem, it. comedit, voravit فقم celeriter secuit, et voravit, خصم secuit, amputavit, manducavit, سرط deglutivit cf. سُرَاطِي acutus gladius, فأس securi cecidit, comedit, قرقر secuit, mandit frenum equus. Ter legitur 2 Sam. XII, 17. XIII, 6. 10. בָּרָה לֶחֶם l. c. XII, 17 idem est quod אָכַל לֶחֶם v. אָכַל no. 1, c. — 3) *elegit,* quae significatio itidem a secando separandoque pendet et usitatior est in verbo cognato בָּרַר (v. no. 3). 1 Sam. XVII, 8: בְּרוּ לָכֶם אִישׁ *eligite vobis virum.* (Contulimus olim برا ult. Waw, cui distinguendi et separandi vim tribuit ad Giggeium provocans Castellus col. 432: apud illum vero p. 244 recte scribitur بَرِيءٌ مِن separatus, divulsus fuit a re, vel accuratius: liber, immunis fuit ab ea. Vid. Dschauh. spec. ed. Scheid. p. 14).

Pi. inf. בָּרוֹת i. q. Kal no. 2. Thren. IV, 10.

Hiph. comedendum dedit, causat. Kal no. 2. sequ. duobus accus. 2 Sam. III, 35. XIII, 5.

בָּרוּת f. *cibus.* Ps. LXIX, 22.

בָּרִי f. בְּרִיָּה adj. 1) *pinguis* i. q. בָּרִיא, cf. rad. no. 2. Ez. XXXIV, 20: שֶׂה בְרִיָּה *ovis pinguis,* cf. comm. 3. Caeterum, quum eiusmodi forma segolata in adiectivo valde suspecta sit, placet J. D. Michaëlis בְּרִיָּה (a בָּרִי i. q. בָּרִיא, ut נָקִי, נְקִיָּה) scribentis coniectura (Suppll. 217). 3 codd. Kennic. exhibent בְּרִיאָה. — 2) In verbis Iob. XXXVII, 11: אַף בְּרִי יַטְרִיחַ עָב haud pauci interpretes, ut Clericus, Hottingerus, Rosenm. duce Chaldaeo et Rabbinis בְּרִי interpretantur *puritatem,* spec. coeli *serenitatem* (Targ. בְּרִירוּתָא, quod de coelo sereno ponitur Prov. XVI, 15. LXXIII, 13), totumque dictum vertunt: *etiam serenitas dispellit nubem. Puritatis* enim notionem non solum Hebraei habent in rad. cognata בָּרַר, sed etiam Arabes in بَرِيءٌ purus, liber, immunis fuit: magis tamen placet alia illorum verborum interpretatio infra (v. טָרַח) proponenda, qua בְּרִי ex בְּ et רִי (a רָוָה) compositum esse sumitur.

בְּרִי v. בְּאֵרִי rad. בָּאַר.

בְּרִית f. (Plur. בריתות apud Talmudicos) 1) *foedus,* dictum a secando (v. rad. no. 1), siquidem in solennioribus foederibus sanciendis per hostias dissectas transire solebant (v. rad. כָּרַת). Dicitur de foedere inter populos iuncto Jos. IX, 6 sq. Iud. II, 2 et sexcenties, inter privatos et amicos v. c. Davidem et Jonathanem 1 Sam. XVIII, 3. XXIII, 18, de foedere matrimonii, unde אֵשֶׁת בְּרִיתֶךָ mulier foedere tecum iuncta Mal. II, 14. Metaph. adeo de foedere cum inanimatis. Iob. V, 23: כִּי עִם־אַבְנֵי הַשָּׂדֶה בְרִיתֶךָ *nam cum lapidibus campi foedus habebis* i. e. lapides arva tua non obtegent et sterilia reddent (cf. 2 Reg. III, 19. Jes. V, 2, it. Jes. XXVIII, 15). בַּעֲלֵי בְרִית פ׳ Gen. XIV, 13 et אַנְשֵׁי בְרִית פ׳ Obad. 7 foedere cum aliquo iuncti. נְגִיד בְּרִית princeps foedere iunctus Dan. XI, 22. אֵל בְּרִית Iudd. IX, 46 i. q. בַּעַל בְּרִית comm. 4 deus foederis (v. בַּעַל no. 5, a). בְּרִית אַחִים foedus fraternum Amos I, 9. בְּרִית שָׁלוֹם foedus pacis et salutis Ez. XXXIV, 25. XXXVII, 26. Jes. LIV, 10. De foedere constituendo et sanciendo utuntur verbis כָּרַת (ubi uberius de hac formula egimus), הֵקִים, נָתַן Gen. XVII, 2. Num. XXV, 12, שׂוּם 2 Sam. XXIII, 5, בּוֹא בְ 2 Par. XV, 12, עָבַר בְּ Deut. XXIX, 11, de eodem servando שָׁמַר Ps. LXXVIII, 10, נֶאֱמַן בְּ ib. comm. 37, de violatione eius הֵפֵר Jes. XXIV, 5, חִלֵּל Ps. LXXXIX, 30, עָזַב Dan. XI, 30, שִׁקֵּר בְּ Ps. XLIV, 18, עָבַר Jos. VII, 15, de abolitione כִּפֵּר Jes. XXVIII, 18. *Foedus alicuius* est foedus cum aliquo sancitum. Lev. XXVI, 45: בְּרִית רִאשֹׁנִים *foedus cum maioribus sancitum.* Deut. IV, 31: בְּרִית אֲבֹתֶיךָ *foedus cum patribus tuis,* it. בְּרִית יְהוָה foedus cum Jehova iunctum Deut. IV, 23. XXIX, 24 cet., semel cum duobus genitivis Lev. XXVI, 42: וְזָכַרְתִּי אֶת־בְּרִיתִי יַעֲקוֹב וְאַף אֶת־בְּרִיתִי יִצְחָק וְאַף אֶת־בְּרִיתִי אַבְרָהָם *memor ero foederis mei cum Jacobo, Isaaco, Abrahamo initi.* Spec. et creberrime usurpatur de foedere pactoque Deum inter et Abrahamum iuncto (Gen. XV. XVII), in cuius memoriam et testimonium circumcisio instituta est (Gen. XVII, 10 sq.), postea a Mose confirmato (Exod. XXIV, 7. 8. XXXIV, 27. Deut. V, 2), post exilium intercedentibus prophetis (Jes. XLII, 6. XLIX, 8) et Messia (Mal. III, 1) renovando et emendando (cf. Jer. XXXI, 33): quo foedere Jehova populo stabilem atque perpetuam terrae sanctae possessionem (Gen. XV, 18—21. XVII, 19) cum potentia et gloria aliis gentibus longe superiore pollicitus erat (Deut. XXVI, 17 sq. cf. quae observavimus ad rad. אָמַר Hiph.), populus invicem Jehovae, se eum solum reveriturum et legem eius religiose servaturum esse spoponderat. *Sanguis* victimarum, quo sparso foedus sanciebatur, vocatur דַּם הַבְּרִית Exod. XXIV, 8. Zach. IX, 11, unde Matth. XXVI, 28 sanguis Jesu Christi, quo novum foedus sancitum est, αἷμα τῆς καινῆς διαθήκης cf. Marc. XIV, 24. Hebr. XIII, 20, *terra* autem populo ex foedere promissa et data appellatur אֶרֶץ הַבְּרִית Ez. XXX, 5 (v. LXX. Hieron. cf. γῆ τῆς ἐπαγγελίας Hebr. X, 9), ipseque populus בְּרִית קֹדֶשׁ (populus) sancti foederis Dan. XI, 28. 30. מַלְאַךְ הַבְּרִית nuncius, μεσίτης (novi) foederis i. e. Messias. Mal. III, 1.

2) Alibi saepe est *conditio* huius *foederis,* nimirum a) promissum Dei Jes. LIX, 21, et saepius b) *praecepta* Dei *ab Israële servanda* i. e. *lex divina* i. q. תּוֹרָה. Hinc לֻחוֹת הַבְּרִית tabulae legis Deut. IX, 9. 15. אֲרוֹן הַבְּרִית et אֲרוֹן בְּרִית יְהוָה arca in qua lex s. tabulae legis servabantur (v. אָרוֹן). דִּבְרֵי הַבְּרִית verba legis Jer. XI, 2—8. XXXIV, 18. Exod. XXXIV, 28: דִּבְרֵי הַבְּרִית עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים *praecepta legis, decem praecepta.* סֵפֶר הַבְּרִית liber legis, de decem praeceptis aliisque legi-

bus antiquissimis Exod. XXIV, 7, de universa legum collectione regnante Josia reperta 2 Reg. XXIII, 2. 21. 2 Par. XXXIV, 30. — Exod. XXXI, 16: *observabunt Israëlitae sabbatum* ..... בְּרִית עוֹלָם tanquam *legem aeternam.* Num. XVIII, 19: *omnia donaria Israëlitarum tibi assigno* ..... לְחָק עוֹלָם בְּרִית מֶלַח עוֹלָם הוּא *in statutum aeternum, foedus salis aeternum hoc* sit i. e. lex sanctissima (v. מֶלַח). Michaëlis: lex de salario. בְּרִית הַלֵּוִי lex Levitarum Mal. II, 8. Iungitur saepe vcc. חֹק, חֻקָּה, עֵדוּת Num. l. c. Ps. XXV, 10.

3) Aliquoties ellipt. i. q. מַלְאַךְ בְּרִית *nuncius,* praeco, interpres et *μεσίτης* novi *foederis,* s. novae legis et religionis, de servo Dei Jes. XLII, 6. XLIX, 8. cf. Mal. II, 8. Parall. אוֹר גּוֹיִם.

4) i. q. אוֹת בְּרִית *signum foederis,* de circumcisione. Gen. XVII, 10: זֹאת בְּרִיתִי, comm. 13: הָיְתָה בְרִיתִי בִּבְשַׂרְכֶם, plenius comm. 11: וְהָיָה לְאוֹת בְּרִית בֵּינִי וּבֵינֵיכֶם. (Duo foedera i. e. signa foederis, alterum sabbati, alterum circumcisionis, agnoscunt Samaritani coll. Exod. XXXI, 16. Vide Anecdd. Orient. 1, p. 46).

בָּרַז rad. inusit. Chald. et Talmud. fixit, transfixit, transfodit, בִּרְזָא foramen, vulnus pungendo inflictum.

בִּרְזוֹת (foramina, vulnera) 1 Par. VII, 31 Chethibh, vel **בִּרְזָיִת** (fem. a בִּרְזִי i. q. בִּרְזִי fort. vulnerata s. perforata i. q. נְקֵבָה, cf. בִּרְזוֹן foramina pudendorum) n. pr. probabiliter mulieris.

בַּרְזֶל m. *ferrum,* a transfigendo et pungendo dictum, ל in fine ad quadrilitterum formandum adiecto, cf. כַּרְמֶל a כֶּרֶם, كرم, v. *Lehrgeb.* p. 865 litt. *β.* (Chald. בַּרְזֶל et פַּרְזֶל, Sam. [Samaritan], quod enim in Polyglottis legitur [Samaritan] Deut. XIX, 5 et [Samaritan] Gen. IV, 22 librariorum operarumve vitiis niti videtur, syr. ܦܪܙܠܐ). Gen. IV, 22. Ez. XXVII, 12. 19 cet. כּוּר בַּרְזֶל fornax ferro liquando, translate de servitute aegyptiaca Deut. IV, 20. רֶכֶב בַּרְזֶל currus ferrei i. e. ferro muniti Jos. XVII, 16. 18. Iudd. I, 19. IV, 3. 13. De coelo clauso terraque sterili futura Deut. XXVIII, 23: *eruntque coeli tui supra te aes* (i. e. pluviam nunquam demittent) *et terra infra te ferrum* (plantas non emittet). Lev. XXVI, 19. Saepe adhibetur ad duritiem et firmitatem adumbrandam, veluti שֵׁבֶט בַּרְזֶל sceptrum ferreum, figurate pro imperio duro Ps. II, 9, עֹל בַּרְזֶל iugum ferreum i. e. durum, haud facile frangendum Deut. XXVIII, 48, בְּרִיחֵי בַרְזֶל vectes ferrei i. e. firmissimi Jes. XLV, 2. Ps. CVII, 16 cf. Deut. XXXIII, 25. Jes. XLVIII, 4: גִּיד בַּרְזֶל עָרְפֶּךָ *nervus ferreus* est *cervix tua,* de pertinacia populi. Alibi *aes et ferrum,* utpote viliora metalla, opponuntur auro argentoque et transferuntur ad vilitatem hominum. Jer. VI, 28 cll. 29. 30. Ez. XXII, 18. — 2) *instrumentum ferreum* Deut. XXVII, 5. Jos. VIII, 31. 2 Reg. VI, 5. Jes. X, 34, telum ferreum Iob. XLI, 19, plene כְּלִי בַרְזֶל Num. XXXV, 16. 1 Reg. VI, 7. — 3) *vinculum ferreum* Ps. CV, 18. CVII, 10, plene כֶּבֶל בַּרְזֶל CXLIX, 8.

בַּרְזִלַּי (ferreus, nisi conferre mavis talmud. בַּרְזִלָּא bubulcus, בַּרְזִילִין principes) N. pr. 1) viri Gileaditae, hospitio et liberalitate erga Davidem exulem nobilis 2 Sam. XVII, 27. XIX, 32—39. 1 Reg. II, 7. — 2) alius viri cognominis Esr. II, 61. Neh. VII, 63.

בָּרַח fut. יִבְרַח 1) *transiit, pertransiit.* Exod. XXXVI, 33: *et fecit vectem medianum* לִבְרֹחַ בְּתוֹךְ הַקְּרָשִׁים מִן־הַקָּצֶה אֶל־הַקָּצֶה *qui transiret per medios asseres ab uno extremo ad alterum.* Cf. Hiph. no. 1. et בְּרִיחַ vectis, repagulum. Inde 2) *fugit, aufugit,* resp. germ. *durchgehn,* elabi, evadere. (Arab. برج recessit, discessit e loco suo, abiit in terram incultam, *entweichen,* بَارِحَةٌ nox hesterna a praetereundo dicta, ابن بريح dorcas, a fugiendo cf. Cant. VIII, 14). Construitur absol. Gen. XXXI, 22. 27. 1 Sam. XIX, 18. 2 Sam. XIII, 37. 38, cum acc. loci, quo fugis 1 Sam. XXVII, 4. 1 Reg. XI, 40 it. praevio לְ Neh. XIII, 10, אֶל Num. XXIV, 11, cum מִן loci, ex quo fugis 1 Sam. XX, 1. 2 Sam. XIX, 10. Is, quem l. coram quo aliquis fugit, constr. plerumque cum מִפְּנֵי Gen. XVI, 8. XXXV, 1. 7. 1 Reg. II, 7. 2 Par. X, 2, מִלִּפְנֵי Jon. I, 3, מִן Jes. XLVIII, 20. Iob. XX, 24, it. מִיַּד (e manu i. e. potestate eius) Iob. XXVII, 22, מֵאֵת (pr. e vicinia) 1 Reg. XI, 23. בָּרַח אַחֲרֵי פ׳ dr. de fugiente, qui alium fugientem sequitur 1 Sam. XXII, 20. Non differt a נוּס fugere, cui iungitur per pleonasmum Iudd. IX, 21: וַיָּנָס יוֹתָם וַיִּבְרַח וַיֵּלֶךְ בְּאֵרָה, differt autem a הִמָּלֵט elabi. 1 Sam. XIX, 12: וַיֵּלֶךְ וַיִּבְרַח וַיִּמָּלֵט *abiit, aufugit et elapsus est.* Imperativo nonnunquam additur Dativus commodi: בְּרַח לְךָ germ. *mache dich fort, rette dich,* Gen. XXVII, 43. Num. XXIV, 11. Amos VII, 12 conf. gall. *s'enfuir.* Transfertur etiam ad tempus fugax. Iob. IX, 25. XIV, 2.

Not. Fugiendi significatio Michaëli (Suppl. 219) uni loco Exod. XIV, 5 inepta videtur, eique explicando adhibet arab. برج *obvertit sinistrum latus,* unde etiam fugiendi potestatem derivat (coll. terga vertere): commode tamen populus, quem post triduum rediturum speraverat Pharao, qui contra Arabiam ingredi parabat, dici poterat aufugisse: neque opus est durissima illa interpretatione.

Hiph. 1) i. q. Kal no. 1. Exod. XXVI, 28. 2) *in fugam coniecit, fugavit* 1 Par. VIII, 13. XII, 15. Iob. XLI, 20, it. *expulit, abegit* Neh. XIII, 28: וָאַבְרִיחֵהוּ מֵעָלָי *eumque a me abegi,* utpote mihi molestum e civitate

eieci. Prov. XIX, 26: מְשַׁדֶּד־אָב יַבְרִיחַ אֵם *qui vim infert patri matremque expellit* sc. e domo.

בָּרִחַ Jes. XXVII, 1. Iob. XXVI, 13 (ubi tamen multi codd. בריח) Plur. בָּרִיחִים Jes. XLIII, 14 (pro בָּרִחַ, formae צַדִּיק) 1) qui in fugam se dedit, *fugitivus* Jes. XLIII, 14 it. *fugax*, epitheton serpentis tum proprii Jes. XXVII, 1, tum coelestis Iob. l. c. LXX. ap. Jes. ὄφις φεύγων, ap. Iob. δράκων ἀποστάτης, ibique Syrus ܚܘܝܐ ܥܪܘܩܐ *serpens qui fugit*. Alii interpretes (coll. בְּרִיחַ repagulum) serpentem rectum s. protensum reddunt (Vulg. serpens vectis. Aqu. ap. Jes. ὄφις μοχλός. Symm. ὄφις συγκλείων), crocodilum fortasse intelligentes; sed serpentem flexuosum contextus in utroque loco requirit. Non magis placent *serpens infaustus* coll. arab. برح obvertit latus corporis sinistrum a dextra transiens ad sinistram, de dorcade et ave, quod mali augurii erat (Schult. in animadverss. ad h. l.), et ap. Iob. *serpens sinister* i. e. borealis (Mich. Suppl. 219), quae posterior interpretatio Jesaiae verbis plane inepta est, neque ex verbo illo arabico recte colligitur. — 2) N. pr. viri 1 Par. III, 22.

בְּרִיחַ Plur. בְּרִיחִים m. 1) *lignum transversum, vectis*, quo ab uno latere ad alterum per annulos traiecto singuli in tentorio sacro asseres coniungebantur. Dictum est a transeundo, ut lat. *transtrum*, qs. transitrum, v. Fest. h. v. Exod. XXVI, 26 sq. XXXV, 11. XXXVI, 31 sq. XXXIX, 33. XL, 18. Num. III, 36. IV, 31. — 2) *repagulum, vectis* portae claudendae Iud. XVI, 3. Neh. III, 3 sq. cet. Memorantur partim lignea Nah. III, 13, partim aenea 1 Reg. IV, 13 et ferrea Ps. CVII, 16 et Jes. XLV, 2. Saepe iungitur בְּרִיחַ וּדְלָתַיִם repagulum et fores Ez. XXXVIII, 11. Iob. XXXVIII, 10, et דְּלָתַיִם וּבְרִיחַ Deut. III, 5. 1 Sam. XXIII, 7. 2 Par. VIII, 5, etiam metaph. Iob. l. c. (mari) *dedi repagula et fores. Terrae repagula* sunt vectes portae, qua in penetralia terrae i. e. in orcum descendimus i. q. בַּדֵּי שְׁאוֹל Iob. XVII, 16. Ita Jon. II, 7: הָאָרֶץ בְּרִחֶיהָ בַעֲדִי *terrae repagula pone me* sunt. — 3) Metaph. *vectis* dici potest pro *principe*, quatenus tuendae civitati operam dat (v. בַּד Hos. XI, 6 et supra p. 179). Jes. XV, 5: בְּרִיחֶיהָ עַד צֹעַר *principes eius* fugiunt *Zoarum usque*. Hieron. vectes eius. Nescio tamen an iusto durior sit ellipsis verbi fugiendi, praesertim quum fugae antea nulla mentio sit: quare cum Chald. Saad. Kimchio בריחיה *fugitivos* reddere malim, sive בָּרִיחֶיהָ scribere placet, sive בָּרִחֶיהָ derivare a בָּרִחַ cum Kamez puro (formae עָשִׁיר).

מִבְרָח m. pr. *fuga*, deinde concr. *fugitivus*. Plur. Ez. XVII, 21.

בָּרַךְ fut. יִבְרַךְ 1) *in genua procubuit*. (Arab. برك id. de camelo Schult. imp. Joct. p. 124, elephanto p. 90, homine p. 128. vit. Tim. 2, p. 908 Mang. Aeth. ብረከ: genua flexit, ኣስተብረከ: in genua procubuit, de femina pariente Lud. Lex. 234 et hist. aeth. 1, 14 §. 38, melit. *byrek* procubuit in genua, genu flexit, ut feminae inter salutandum, cameli ut onerentur, gallinae in coitu, hinc *berrek* coivit volucris. Syr. ܒܪܟ et chald. בְּרַךְ id. v. infra. ܒܘܪܟܐ genuflexio. Ap. Talmud. transfertur adeo ad plantas, nimirum vitem, cuius propagines deorsum flexi et qs. genu flectentes in terram deprimuntur et teguntur, ut radices agant. Talis propago vocatur בריכה, vitem ita propagare הבריך. Cf. γόνυ Her. 3, 89, lat. *geniculum*). Bis ita legitur de hominibus deum invocaturis. 2 Par. VI, 13 de Salomone וַיִּבְרַךְ עַל־בִּרְכָּיו *et procubuit in genua sua*. (Cf. Dan. VI, 11). Ps. XCV, 6: *venite* .... נִבְרְכָה לִפְנֵי יְהוָה עֹשֵׂנוּ *ut in genua procumbamus coram Jehova, creatore nostro*. Vide Hiph. et בֶּרֶךְ genu. Idem fere valet quod כָּרַע, cui iungitur Ps. l. c. — 2) *Deum invocavit, fausta apprecatus est, benedixit* (quo latinitatis ecclesiasticae vc. in hac radice tractanda etiam nobis uti liceat). Longe frequentissimae sunt hae significationes in Pi., in Kal frequentatur tantum Part. pass. בָּרוּךְ *laudatus, benedictus* (LXX. εὐλογημένος, εὐλογητός), de cuius usu una cum Piël agetur; formae enim בָּרוּךְ (inf. absol. pro בָּרֵךְ, formae קַנּוֹא, יִסּוֹר) Jos. XXIV, 10, בָּרְכוּ Gen. XXVIII, 6. 1 Sam. XIII, 10. 2 Sam. VIII, 10. 1 Par. XVIII, 10 rectius ad Piel referuntur, licet a nonnullis editoribus passim Metheg omissum sit. De significationum serie v. infra notam.

Niph. reflex. i. q. Hithpa. *benedixit sibi*. Gen. XII, 3. XVIII, 18. XXVIII, 14. Vide Hithpa.

Pi. בֵּרַךְ inf. et imp. בָּרֵךְ, fut. יְבָרֵךְ, c. Waw convers. וַיְבָרֶךְ, cum acc. dist. וַיְבָרַךְ 1) Deum *invocavit, laudavit, celebravit, veneratus est*, quod fit genubus flexis, v. 2 Par. VI, 13. Ps. XCV, 6. Dan. VI, 11 cet. (Arab. برك conj. V. laudavit. VI. venerabundo animo laudatus est Deus Cor. 23, 14. Melit. *byrek* laudavit, Deum invocavit). Constr. sequ. accus. (ut γονυπετεῖν τινα Matth. XVII, 14 pro παρακαλεῖν, ἱκετεύειν), raro praevio לְ 1 Par. XXIX, 20. — Ps. XVI, 7: אֲבָרֵךְ אֶת־יְהוָה אֲשֶׁר יְעָצָנִי *laudabo Jehovam, qui consuluit mihi*. CIV, 1: בָּרְכִי נַפְשִׁי אֶת־יְהוָה *lauda, anima mea, Jehovam*. XXVI, 12. XXXIV, 2. LXIII, 5. LXVI, 8. CIII, 1. 2. CIV, 35. Iudd. V, 2. Deut. VIII, 10. Part. pass. בָּרוּךְ יְהוָה, בָּרוּךְ אֱלֹהִים *laudatus* sit *Jehova, Deus* Exod. XVIII, 10. 1 Sam. XXV, 32. 39. 2 Sam. XVIII, 28. 1 Reg. I, 48. VIII, 15. Ps. XXVIII, 6. XXXI, 22. XLI, 14. LXVI, 20. LXXII, 18. LXXXIX, 53 cet. Iob. II, 9: בָּרֵךְ אֱלֹהִים וָמֻת *lauda Deum et morere* i. e. quantumvis Deum laudabis et celebrabis, tamen tibi mox moriendum est, vana igitur tua erga Deum pietas. Verba sunt mulieris impiae. De hoc duorum Imperativorum usu v. Jes. VIII, 9. (Al. exsecrare Deum et morere, coll. בֵּרֵךְ no. 5. Syr. ܒܪܟ ܠܐܠܗܐ. Saad. ms. كفر الله ومت, Gekatilia ms.

سبّ الله وان هلكت exsecrare Deum, quamvis tibi moriendum sit. Al. valedicas Deo, cf. no. 5). Plenius dicitur בֵּרַךְ שֵׁם יְהוָֹה invocavit nomen Jehovae Ps. XCVI, 2. C, 4. CXLV, 1. Neh. IX, 5, et בֵּרַךְ בְּשֵׁם יְהוָֹה (ut קָרָא ,הִזְכִּיר בְּשֵׁם יְיָ) Deut. X, 8. XXI, 5. 1 Paralip. XXIII, 13. Semel de invocatione idolorum Jes. LXVI, 3: מְבָרֵךְ אָוֶן *invocat idola*, adeoque de propria laude. Ps. XLIX, 19: כִּי נַפְשׁוֹ בְּחַיָּיו יְבָרֵךְ *etsi, dum vivit, se laudat* i. e. gloriatur, se magnum praedicat.

2) *fausta* alicui *adprecatus est* numine invocato (בְּשֵׁם יְהוָֹה Ps. CXXIX, 8. 1 Par. XVI, 2), *benedixit alicui*. (Arab. برك Conj. III. maxime sequ. على, aeth. ባረከ: id. ተባረከ: et ብሩክ: benedictus. Syr. ܒܪܟ). Gen. XXVII, 27: *Et benedixit ei* (Jacobo Isaacus) *et dixit* ..... 28. *praebeat tibi Deus rorem coeli et fertilissima terrae.* Num. VI, 23: *ita benedicetis Israëlitis, dicendo*: 24. *benedicat tibi Deus et custodiat te.* 25. *splendeat tibi facies eius, et propitius sit tibi* cet. Ps. CXXIX, 8: בֵּרַכְנוּ אֶתְכֶם בְּשֵׁם יְהוָֹה *fausta vobis adprecamur per Dei numen.* Dicitur de piis votis et precibus, quas pronuntiat concipitque parens moribundus Gen. XXVII, 4. 7. 10. XLVIII, 9, sacerdos pro populo Lev. IX, 22. 23. Num. VI, 23. 1 Sam. II, 20. 2 Par. XXX, 27, propheta Num. XXIII, 11. XXIV, 1. Deut. XXXIII, 1, Salomo templum inauguraturus 1 Reg. VIII, 14. 55, populus pro populo Deut. XXVII, 12 (sequ. לְ Neh. XI, 2), ministri pro rege eiusque successore 1 Reg. I, 47 cet. Exod. XII, 32 Pharao ad Israëlitas sacrorum peragendorum veniam petentes: *ite* וּבֵרַכְתֶּם גַּם־אֹתִי *et mihi quoque fausta adprecamini.* Transfertur poet. ad inanimata. Iob. XXXI, 20: *nisi benedixerunt mihi lumbi eius* videl. antea nudi, a me vestiti. Semel dr. de consecratione sacrificii 1 Sam. IX, 13. בֵּרַךְ בְּרָכָה bona vota concepit Deut. XXXIII, 1. Gen. XXVII, 41. Opp. קִלֵּל maledixit, infausta adprecatus est Prov. XXX, 11, אָרַר Gen. XII, 3.

3) *benedixit, bene precatus est* Deus homini aliisque rebus creatis. (Arab. بَارَكَ benedixit Deus homini, prosperavit eum Cor. 17, 1, sequ. ل 21, 71, في 7, 133, على 37, 113). Dicitur de Deo bene precandi formulam pronuntiante Gen. I, 22. 28. IX, 1, saepius autem de eventu divini favoris, pro *prosperavit, fortunavit.* Gen. XII, 2: וַאֲבָרֶכְךָ וַאֲגַדְּלָה שְׁמֶךָ *benedicam tibi magnumque faciam nomen tuum.* Comm. 3. XVII, 16. XXII, 17. XXIV, 1. XXX, 27. Deut. I, 11. 2 Sam. VI, 12. Ps. V, 13. XXVI, 12. Jes. XIX, 25. Iob. XLII, 12 cet. Constr. c. duobus accus., altero personae, altero beneficii, quo quis a numine ornatur Deut. XII, 7. XV, 14, alibi sequ. בְּ rei Gen. XXIV, 1. Ps. XXIX, 11. Ubi homines alicui bene precantur, celebratur formula: בָּרוּךְ אַתָּה לַיהוָֹה benedictus sis a Jehova 1 Sam. XV, 13, בָּרוּךְ הוּא לַיהוָֹה Ruth II, 20, cf. בָּרוּךְ אַבְרָם לְאֵל עֶלְיוֹן Gen. XIV, 19, בָּרוּךְ בְּנִי לַיהוָֹה Iudd. XVII, 2 (arab. بارك الله لك, بارك الله). Ita saepius in gratiis agendis (1 Sam. XXIII, 21. XXVI, 25. 2 Sam. II, 5), in salutando (1 Sam. XV, 13. Ruth III, 10), etiam omisso לַיהוָֹה (1 Sam. XXV, 33. XXVI, 25 cf. Deut. VII, 14. XXVIII, 3 sq. XXXIII, 24), בָּרוּךְ יְהוָֹה benedictus a Deo Gen. XXIV, 31. XXVI, 29. Num. XXIV, 9. — Deus dicitur etiam *benedicere* rebus inanimatis, ut feliciter cedant, faustaque incrementa capiant. Exod. XXIII, 25. Iob. I, 10. Ps. LXV, 11. CXXXII, 15. Prov. III, 33. Gen. II, 3: וַיְבָרֶךְ אֱלֹהִים אֶת־יוֹם הַשְּׁבִיעִי וַיְקַדֵּשׁ אֹתוֹ *et benedixit Deus diem septimum, eumque sanctum pronuntiavit,* ubi posteriore verbo prius bene explicatur.

4) *salutavit* aliquem, quatenus hoc fit salutem adprecando (1 Sam. XV, 13, cf. εἰρήνη ὑμῖν, السلام عليك): nonnunquam enim salutatio sola interrogatione de salute alterius conficitur (שָׁאַל לְשָׁלוֹם לְ, v. שָׁלוֹם). Prov. XXVII, 14: מְבָרֵךְ רֵעֵהוּ בְּקוֹל גָּדוֹל בַּבֹּקֶר הַשְׁכֵּים קְלָלָה תֵּחָשֶׁב לוֹ qui *salutat alterum mane alta voce, is maledixisse putandus est;* nihil enim fidendum homini, qui falsam amicitiae speciem prae se fert. 2 Reg. IV, 29: *si quem invenis,* לֹא תְבָרְכֶנּוּ וְכִי־יְבָרֶכְךָ וגו׳ *noli eum salutare, et si salutat te, noli ei respondere.* 1 Sam. XXV, 14 (coll. comm. 6). 1 Par. XVI, 43. Dicitur de adveniente Gen. XLVII, 7. 2 Sam. VI, 20, de discedente et valedicente Gen. XLVII, 10. 1 Reg. VIII, 66, item de praesentibus, qui salvere iubent advenientem 1 Sam. XIII, 10, et discedentem bonis votis prosequuntur Gen. XXIV, 60. Jos. XXII, 6. 7. 2 Sam. XIII, 25. XIX, 40. (Syr. ܐܬܒܪܟ id. Assem. bibl. orient. T. 1, 44 lin. 16).

5) Accipitur etiam in malam partem et valet *exsecratus est* i. e. numine invocato exitium alicui imprecatus est, cf. Iob. XXXI, 30. (Est hoc verbum e vocabulis mediis, et plane respondet arab. ابترك quod et benedicendi et exsecrandi vim habet, v. Ibn Beithar ap. Hotting. in smegm. orient. p. 73. Sic بهل Conj. VIII. supplicavit et male precatus est, melit. *byrek* i. e. بارك benedixit et maledixit, diris devovit, exsecratus est, Vassalli p. 49. 89. 463 it. *salla* i. e. صَلَّى bene precatus et exsecratus est ibid. p. 591. Aeth. ባረከ: benedixit et maledixit, teste Gregorio ap. Ludolf. p. 235. Adde verbum germ. *flehen* precari, quod plane eiusdem originis est atque hebr. בֵּרַךְ et pr. plicationem, supplicationem notat, *sich schmiegen und biegen,* apud antiquiores *vlegen,* in diall. *flojen,* formaque non admodum mutata abit in *fluchen, flöken,* exsecrari). Proprie refertur ad homines, transfertur tamen ad maledicta verbaque impia in Deum coniecta. 1 Reg. XXI, 10: בֵּרַכְתָּ אֱלֹהִים וָמֶלֶךְ *exsecratus es Deum regemque.* Chald. גַּדֵּפְתָּא. Syr. ܓܕܦ *conviciatus est.* Ps. X, 3: בֹּצֵעַ בֵּרֵךְ נִאֵץ יְהוָֹה *rapax maledicit et illudit Deo.* Iob. I, 5: *ne forte peccaverint filii mei* וּבֵרְכוּ אֱלֹהִים בִּלְבָבָם. Vulg. *et maledixerint Deo in cordibus suis.* Targ. וְאַרְגִּיזוּ קֳדָם יְהוָֹה. Syr. ܘܓܕܦܘ ܥܠ ܐܠܗܐ. Comm. 11. II, 5.

Nonnullos eodem referre verba II, 9 supra (no. 1) observavimus. Alii, ut Schultensius ad Iob. l. c., quibus exsecrandi potestas in hoc vc. non satis certa videbatur, a valedicendo (v. no. 4) derivant abnegandi vim, eamque his exemplis adhibent, coll. gr. χαίρειν ἐᾶν, χαίρειν φράζειν τινά. Sed illud praeferre iubent et verba 1 Reg. XXI, 20, et linguarum a nobis comparatarum analogia. — LXX nunquam non reddunt εὐλογέω.

Pu. בֹּרַךְ part. מְבֹרָךְ 1) pass. Pi. no. 1. *laudatus est* Deus. Iob. I, 21: יְהִי שֵׁם יְהוָֹה מְבֹרָךְ *laudatum sit nomen Dei.* Ps. CXIII, 2. — 2) pass. Pi. no. 3. *benedictus* i. e. *prosperatus est* a Deo, sequ. מִן rei. Deut. XXXIII, 13: מְבֹרֶכֶת יְהוָֹה אַרְצוֹ מִמֶּגֶד שָׁמַיִם וגו׳ *a Jehova prosperata sit terra eius muneribus coeli* cet. Cf. בָּרוּךְ יְיָ i. e. בָּרוּךְ לַיהוָֹה. Praepositioni מִן vero h. l. eadem vis inest, quae alibi post verba copiae (Exod. XVI, 32). Ps. XXXVII, 22. Sine diserta numinis mentione Iudd. V, 24. Ps. CXII, 2. 4. 2 Sam. VII, 29. Prov. XX, 21. XXII, 9.

Hiph. הִבְרִיךְ causat. Kal no. 1. *genua flectere iussit* camelos, ut quiescerent et biberent Gen. XXIV, 11. (Arab. أَبْرَكَ id. Schult. ad Hamas. p. 436. Conj. VIII. in pectus procubuit camelus, aeth. አብረከ: syr. ܐܒܪܟ i. q. hebr. Gen. l. c.). Vide בְּרֵכָה, it. אַבְרֵךְ p. 19.

Hithpa. הִתְבָּרֵךְ reflex. Pi. no. 2. *benedixit sibi.* Deut. XXIX, 18. Constr. praevio בְּ a) eius, quem benedicendo nobis invocamus (cf. קָרָא בְ, בֵּרַךְ בְּשֵׁם יְיָ, נִשְׁבַּע בְּ) i. e. dei, quem colimus. Jes. LXV, 16: הַמִּתְבָּרֵךְ בָּאָרֶץ יִתְבָּרֵךְ בֵּאלֹהֵי אָמֵן *benedicens sibi in terra, sibi benedicet per deum verum.* Sequitur: *et iurans in terra iurabit per deum verum.* Eodem modo intelligenda verba Jer. IV, 2: וְנִשְׁבַּעְתָּ חַי־יְהוָֹה בֶּאֱמֶת בְּמִשְׁפָּט וּבִצְדָקָה וְהִתְבָּרְכוּ בוֹ גּוֹיִם וּבוֹ יִתְהַלָּלוּ *et iurabis per Deum animo sincero et per eum sibi benedicent gentes et de eo gloriabuntur.* Sententia est, et Israëlem et gentiles (nisi forte גּוֹיִם idem valet quod עַמִּים tribus) unum deum culturos esse. Iunguntur h. l. נִשְׁבַּע et הִתְבָּרֵךְ, ut ap. Jes. l. c., et הִתְהַלֵּל בַּיהוָֹה gloriari de Deo, in Psalmis saepe obvium. (Alii duce Chaldaeo בוֹ pro בְּךָ dictum existimant et ad Israëlem referunt, hac sententia: *et si iurabis per Deum animo sincero, per te sibi benedicent gentes et gloriabuntur in te* i. e. si tibi fuerint aggregati). Constr. b) sequ. בְּ eius, cuius felicitatem et salutem nobis adprecamur, cf. Gen. XLVIII, 20, ubi Jacobus Ephraimo et Manassi benedicens: *per nomen tuum benedicant Israëlitae dicentes:* יְשִׂמְךָ אֱלֹהִים כְּאֶפְרַיִם וְכִמְנַשֶּׁה *faciat te Deus ut Ephraimum et Manassem.* Ps. LXXII, 17 de rege in hoc carmine celebrato: יִתְבָּרְכוּ בוֹ כָּל־גּוֹיִם יְאַשְּׁרוּהוּ *benedicent sibi per illum omnes populi eumque felicem praedicabunt.* Non aliter explicanda fuerit formula in Genesi paucis mutatis quinquies obvia: וְהִתְבָּרְכוּ בְזַרְעֲךָ כֹּל גּוֹיֵי הָאָרֶץ *bene precabuntur sibi per posteros tuos* (Abrami) *omnes gentes terrae* i. e. sibi Israëlis sortem adprecabuntur. XXII, 18. XXVI, 4 cf. XXVIII, 14, ubi pro Hithpa. legitur Niphal, et XII, 3. XVIII, 18, ubi pro בְזַרְעֲךָ praeterea exstat בְּךָ, בוֹ. Ita Jarchius, Clericus al. Plerique, quos olim secuti sumus, hanc formulam cum LXX. Chald. (cf. Gal. III, 8) passive interpretantur: *et prosperabuntur omnes terrae gentes per eum, per posteros eius,* siquidem ab illis ad veram Dei notitiam et cultum adducentur. Vide Jahn Archaeol. II, §. 263 not. Sed reliquorum exemplorum, in quibus הִתְבָּרֵךְ בְּ, בֵּרַךְ בְּ legitur, analogia priori sententiae favere videtur.

Not. In variis huius verbi significationibus digerendis in varias sententias abierunt interpretes. Ac Io. Buxtorfius quidem, Io. Simonis al. a genuflectendo ducunt salutandi et valedicendi vim, hinc per meton. bene precandi, quod in salutando fieri solet. J. D. Michaëlis contra (Suppl. p. 223) „Piel בֵּרַךְ, inquit, suspicor proprie esse *in genua procumbere iussit* significatumque benedicendi, omnibus communem linguis orientalibus, inde accepisse, quod in solenniore benedictione genua flecteret is, cui benedicebatur. Translatum deinde ad omnes omnino benedictiones.“ At neque is, ad quem provocat Michaëlis, benedicendi ritus usquam memoratur in V. T. (cf. Gen. XXVII, 26 sq. 38 sq. XLVIII, 12), neque hoc pacto reliquae significationes (no. 1. 4. 5) expediri possunt. Ut veram sententiam, quam supra proposuisse mihi videor, tibi persuadeas, id modo tenendum est, hominem benedicentem et exsecrantem nunquam non sive fausta sive infausta *ab Deo* expetere et imprecari, quod ubi solenniore ritu fit, aeque ac Dei laudatio (no. 1), cum genuflexione et adoratione coniunctum est. Illud tantum improprie dictum est, quod etiam Deo benedicenti tribuitur (no. 3).

בְּרַךְ chald. 1) i. q. hebr. no. 1. *in genua procidit,* ad cultum Deo praestandum. Part. Dan. VI, 11: בָּרֵךְ עַל־בִּרְכוֹהִי, cf. 2 Par. VI, 13 et Matth. XVII, 14. XXVII, 29 Pesch. 2) *benedixit.* Part. pass. בְּרִיךְ i. q. hebr. בָּרוּךְ Dan. III, 28.

Pa. בָּרֵךְ (pro vulgari בָּרֵךְ, in Targg. בָּרִיךְ, בְּרִיךְ) *laudavit, veneratus est* Deum, sequ. לְ Dan. II, 19. IV, 31. Part. pass. מְבָרַךְ i. q. מְבֹרָךְ Dan. II, 20.

בֶּרֶךְ *genu.* In Sing. semel legitur Jes. XLV, 23. (Syr. ܒܘܪܟܐ, ܒܘܪܟܐ, aeth. ብርክ: id. Chald. בְּרֵךְ, sed frequentius transp. אַרְכּוּבָא, melit. *r'kobba*).

Dual. בִּרְכַּיִם constr. בִּרְכֵּי *genua*; non solum de duobus, sed adeo de omnibus. כָּל־בִּרְכַּיִם cuncta genua Ez. VII, 17. XXI, 12. מַיִם בִּרְכָּיִם aquae ad genua pertingentes Ez. XLVII, 4. *Vacillare* dicuntur *genua* hominis infirmi, languidi Ps. CIX, 24. Jes. XXXV, 3, eiusque qui animum despondit Iob. IV, 4. *In genibus* (עַל בִּרְכַּיִם) recipiuntur pueri recens nati a parentibus altoribusve Gen. XXX, 3. L, 23. Iob. III, 12, ibidem pueri foventur a parentibus Jes. LXVI, 12. כָּרַע עַל בִּרְכָּיִם in genua procidit, v. כָּרַע.

בְּרֵךְ chald. id. Dan. VI, 11, alibi אַרְכֻּבָּא v. rad. רְכַב.

בְּרָכָה semel בְּרָכָה Gen. XXVII, 38 constr. בִּרְכַּת, plur. בְּרָכוֹת constr. בִּרְכוֹת f. 1) *benedictio, adprecatio boni.* Legitur de benedictione patris moribundi Gen. XXVII, 12 sq. XXXIII, 11, miseri Iob. XXIX, 13, in pios legis observatores pronuntiata Deut. XI, 26 sq. בִּרְכַּת יְשָׁרִים faustae preces hominum proborum Prov. XI, 11. Opp. קְלָלָה Gen. Deut. l. l. c. c. (Syr. ܒܘܪܟܬܐ id.).

2) בִּרְכַּת יְהוָה *benedictio, favor Dei,* quem omnis generis prosperitas et faustissima quaeque sequuntur. Gen. XXXIX, 5: וַיְהִי בִּרְכַּת יְהוָה בְּכָל־אֲשֶׁר יֶשׁ־לוֹ בַּבַּיִת וּבַשָּׂדֶה *Deique favor prospiciebat omnibus, quae domi rurique habebat.* Pro בְּ ponitur quoque עַל Ps. III, 9. Jes. XLIV, 3, אֶל Ps. CXXIX, 8. Prov. X, 22: בִּרְכַּת יְהוָה הִיא תַעֲשִׁיר *favor Dei divitem facit.* Deut. XXXIII, 23. Ps. XXIV, 5. Dicitur etiam בְּרָכָה simpliciter Jes. XIX, 24. Joel II, 14, nonnunquam sequ. Genit. eius, cui numen benedixit. Gen. XXVIII, 4: בִּרְכַּת אַבְרָהָם *benedictio* qua benedixit *Abrahamum.* XLIX, 26: בִּרְכֹת הוֹרַי עַד Dei *benedictiones* quibus benedixit *montibus aeternis.* — Exod. XXXII, 29: וְלָתֵת עֲלֵיכֶם הַיּוֹם בְּרָכָה *ut vobis paretis hodie* singularem Dei *benedictionem* s. favorem. Prov. XXIV, 25: בִּרְכַּת טוֹב *benedictio boni* i. e. bona. Plur. בְּרָכוֹת *benedictiones* sc. Dei Prov. X, 6. XXVIII, 2, sed saepius *beneficia, munera* divinitus missa, qualia sunt larga soboles, agrorum fertilitas, omnium rerum copia et ubertas. Ps. LXXXIV, 7. Gen. XLIX, 25: בִּרְכֹת שָׁמַיִם מֵעָל *munera coeli desuper, munera maris infra cubantis, munera uberum et uteri.* Cf. Jes. LXV, 8: *noli eam* (uvam) *corrumpere,* כִּי בְרָכָה בּוֹ *nam munus divinum ei inest.* Ez. XXXIV, 26: גִּשְׁמֵי בְרָכָה *pluviae salutares.* (Arab. بَرَكَة abundantia, felicitas. Cor. 7, 94).

3) Abstr. pro concr. de homine Dei beneficio eximio fortunato et felice. Gen. XII, 2: וֶהְיֵה בְּרָכָה. Ps. XXI, 7: תְּשִׁיתֵהוּ בְרָכוֹת לָעַד *eum fortunatissimum reddis in aeternum.* Collect. Zach. VIII, 13: וִהְיִיתֶם בְּרָכָה

4) *munus, donum,* quo favorem bonamque voluntatem significamus (cf. no. 2), quodque additis bonis votis offerre solemus. Gen. XXXIII, 11. Iudd. I, 15. 1 Sam. XXV, 27. XXX, 26. 2 Reg. V, 15. נֶפֶשׁ בְּרָכָה *anima munifica* i. e. homo munificus. Prov. XI, 25. (Syr. ܒܘܪܟܬܐ id. v. Michaëlis ad Castell. Lex. et in Suppl. Aeth. በረከት፡ medio aevo *benedictio,* maxime de muneribus a pontificibus ad reges missis, quae benedictionibus etiam prosequi solebant. V. du Cange Lex. med. et inf. latinitatis II, 1110).

5) i. q. שָׁלוֹם *pax.* 2 Reg. XVIII, 31: עֲשׂוּ אִתִּי בְרָכָה *facite mecum pacem.* Jes. XXXVI, 16. Bene Chald. עֲבִידוּ עִמִּי שְׁלָמָא. Saad. صالحوني.

6) N. pr. a) vallis in deserto prope Tekoam 2 Par. XX, 26. b) viri ex heroibus Davidis 1 Par. XII, 3.

בְּרֵכָה constr. בְּרֵכַת f. *stagnum, piscina,* pr. talis, ad quam cameli potaturi procumbunt, v. הִבְרִיךְ. (Arab. بِرْكَة crater fontis et simile aquae receptaculum, maxime stagnantis. Abdoll. 135. 137. Nieb. descr. Arab. p. 156. Hispan. *alberca*). 2 Sam. II, 13. IV, 12. 1 Reg. XXII, 38. Cant. VII, 5. Pleon. בְּרֵכַת מַיִם Nah. II, 9. Eccles. II, 6. Duae eiusmodi piscinae erant ab occidente Hierosolymorum, ex stagnantibus fontis Siloae aquis ortae. Altera fonti ad radices Sionis ebullienti propior, *piscina superior* (הַבְּרֵכָה הָעֶלְיוֹנָה 2 Reg. XVIII, 17. Jes. VII, 3. XXXVI, 2), *piscina vetus* (הַבְּרֵכָה הַיְשָׁנָה Jes. XXII, 11), *piscina Siloae* (בְּרֵכַת הַשֶּׁלַח Neh. III, 15), et *piscina regis* vel *Salomonis* (בְּרֵכַת הַמֶּלֶךְ Neh. II, 14, κολυμβήθρα Σολομῶνος Jos. bell. jud. 5, 4 §. 2) dicebatur, utpote hortos regios irrigans (Neh. III, 15): altera *inferior* dicta (הַבְּרֵכָה הַתַּחְתּוֹנָה Jes. XXII, 9) rigandae inferiori urbi destinata erat. LXX. κρήνη, κολυμβήθρα, quod posterius arabicus prophetarum interpres vicissim reddit البِرْكَة.

בָּרוּךְ (benedictus) N. pr. *Baruchus,* quod gessit 1) amicus, comes et amanuensis Jeremiae prophetae, cui huius nominis liber apocryphus tribuitur. Jer. XXXII, 12-16. XXXVI, 4 sq. XLIII, 3-6. XLV, 1. 2. 2) filius Sabai, Nehemiae aequalis Neh. III, 20. X, 7, 3) eiusque coaevus, filius Chol-Hose. Neh. XI, 5.

בַּרַכְאֵל (cui *benedixit Deus,* בָּרַךְ fort. pro بارك, al. codd. בָּרַכְאֵל) N. pr. *Barachel,* pater Elihui. Iob. XXXII, 2. 6.

בֶּרֶכְיָה (cui *benedicet Jehova,* pro יְבָרֶכְיָה, vel, cui benedixit Jehova, pro בֵּרַכְיָה) N. pr. *Barachias,* LXX Βαραχίας, quod gessit 1) filius Serubabelis 1 Par. III, 20. 2) filius Assae, Levita ib. IX, 16. XV, 23. 3) vir Judaeus, Neh. III, 4. 30. VI, 18. 4) cf. בֶּרֶכְיָהוּ no. 1.

בֶּרֶכְיָהוּ (id.) N. pr. *Barachias.* His litteris scriptum hoc nomen proprium tribuitur 1) patri Zachariae prophetae Zach. I, 7, comm. 1. tamen בֶּרֶכְיָה. 2) patri Asaphi. 1 Par. VI, 24. XV, 17. 3) viro principi Ephraimitarum tempore Ahasi 2 Par. XXVIII, 12.

אַבְרֵךְ v. pag. 19.

יְבֶרֶכְיָהוּ (cui *benedicet Jehova*) N. pr. patris Zachariae, viri pii, Jesaiae aequalis Jes. VIII, 2. Cf. זְכַרְיָה.

בָּרַם rad. Hebraeis inusit. Arab. برم II. torquendo vertit, ut fusum in nendo, IV. contorsit in unum (fila), metaph. قضا مبرم fatum contortum vit. Tim. 1, 416, it. firmavit, stabilivit negotium (verba enim torquendi et ligandi

ad firmitatem referuntur, v. חִיל, חול), مبرم fusus, بريم funiculus contortus bicolor, مبرم filum versicolor, e duobus diversi coloris filis contortum, et vestis ex eiusmodi filis, vel ex eiusmodi stamine et subtegmine contexta. Ex his plane perspicuum est, quid sint

בְּרוֹמִים m. pl. Ez. XXVII, 24, nimirum eius generis *vestes polymitae*. Nil bonae frugis obtulerunt vett. intpp., sed verum viderunt Kimchii pater et filius. Et huius quidem haec sunt verba: מין ממיני הבגדים החמודות ברקמה או יהיה שם כולל לבגדים הנכבדים וכן פירשו אאזל והביא ראיה מלשון הערב שאומר לבגדים הנאים מברומה. In alia omnia abit Michaëlis ad illum locum.

בְּרַם chald. adv. 1) affirmandi ut אֲכֵן, כֵּן, a הֲכֵין (cf. بَرَّم firmavit, stabilivit): *profecto, sane.* (Sic in Targg. pro אָמְנָם Ps. LVIII, 2. Iob. IX, 2. Syr. ܒܪܡ profecto, sane, sam. ࠐࠓࠌ id. Gen. III, 2). — In quattuor exemplis ap. Dan. et Esram 2) ponitur adversative: *at, verum,* Dan. II, 28. IV, 12. V, 17. Esr. V, 13. Cf. אֲבָל no. 2. (Sic in Targg. pro אַךְ, אוּלָם Gen. VII, 23. Iob. XXXIII, 1, syr. ܒܪܡ, sam. ࠐࠓࠌ Gen. XXIII, 13 et ࠐࠓࠌ IX, 4. XXVII, 30 cet.).

בַּרְנֵעַ N. pr., tantum in nomine deserti קָדֵשׁ בַּרְנֵעַ, quod Jo. Simonis compositum censet ex בַּר desertum et נֵעַ vagatio, a נוּעַ. V. קָדֵשׁ.

בָּרַע rad. inusit. Arab. برع excelluit. Conj. V. ultro donavit, تبرع donum spontaneum, munus, تبرعا sponte.

בֶּרַע (donum) n. pr. regis Sodomae Gen. XIV, 2.

בְּרִיעָה (donum, aut: in malo, v. ad no. 1) N. pr. 1) filii Ephraimi. 1 Par. VII, 23: *et vocavit nomen eius Beria,* כִּי בְרָעָה הָיְתָה בְּבֵיתוֹ *quia tanquam munus obtigerat domui eius.* Ita certe Michaëlis Suppll. 224, sed rectius, ut videtur, *quia calamitas obtigerat domui eius,* בְּרָעָה pro רָעָה cum Beth, quod dicunt essentiae (pag. 175 A), coll. comm. 22. 23. LXX. ὅτι ἐν κακοῖς ἐγένετο ἐν οἴκῳ μου. Vulg. eo quod in malis domus eius ortus esset. — 2) filius Asseri Gen. XLVI, 17. 1 Par. VII, 30. — 3) phylarcha Benjaminitarum 1 Par. VIII, 13. — 4) Levita, filius Simei 1 Par. XXIII, 10.

בְּרִיעִי patron. a בְּרִיעָה no. 2. Num. XXVI, 44.

בְּרָעָה sec. Mich. donum, v. בְּרִיעָה no. 1.

בָּרַק imp. בְּרוֹק *fulguravit,* de Deo. In verbo semel legitur Ps. CXLIV, 6. (Arab. بَرَقَ, melit. *berrak* id et fulsit, syr. ܒܪܩ id. Aeth. በረቀ: fulsit, አብረቀ: fulminavit, et praemisso ዐ quadril. ዐብረቀ: fulsit ignis, pellucidus fuit).

בָּרָק m. 1) *fulgur.* (Syr. arab. ܒܪܩܐ, بَرْق id. Habent etiam Chaldaei et Samaritani). Dan. X, 6. Collect. fulgura Ps. CXLIV, 6. 2 Sam. XXII, 15. Ez. I, 13. Plur. בְּרָקִים Iob. XXXVIII, 35. Ps. XVIII, 15. LXXVII, 19. XCVII, 4. CXXXV, 7. Exod. XIX, 16. Nah. II, 5. Jer. X, 13. LI, 16. In sing. saepe transfertur ad fulgorem gladii. Ez. XXI, 15: לְמַעַן הֱיֵה לָהּ בָּרָק מֹרָטָּה *ut fulgeat, acuitur.* Comm. 33: לְטֶבַח מְרוּטָה לְהָכִיל לְמַעַן בָּרָק *ad mactationem acuitur, ad vorandum, ut fulgeat.* Comm. 20. Deut. XXXII, 41: בְּרַק חַרְבִּי *fulgur gladii mei* i. e. gladius meus coruscans. Nah. III, 3. Hab. III, 11. Dilutius Zach. IX, 14, cf. Hamas. p. 430. Hinc 2) poët. ipse gladius coruscans. Iob. XX, 25. (Arab. بَرَق fulsit gladius, et بَارِق fulgurans, fulgens i. e. gladius vit. Tim. I, 594). — 3) N. pr. ducis Israëlitarum, qui instigante et iuvante Debora celebrem de Canaanitis victoriam reportavit. Iudd. IV, 6 sq. V, 1. 12. 15. Cf. בָּרָק. Dictus est *fulmen,* quod etiam Romani de strenuis ducibus frequentant (Cic. pro Balb. 15), ut apud Poenos Hamilcar *Barcas* (ברקא).

בְּרַק, vide בְּנֵי בְרַק p. 218.

בָּרֶקֶת f. Exod. XXVIII, 17 et בָּרְקַת (*Lehrgeb.* p. 467) Ez. XXVIII, 13 gemmae species, a fulgendo dicta. Targ. Hieros. et Jon. retinent בַּרְקְתָא, Onk. בָּרְקָן, LXX vero, Vulg. et Josephus *smaragdum* reddunt, idque prolixius vindicavit Braunius de vest. sacerdott. p. 517 sq., qui etiam gr. μάραγδος a vc. nostro hebraeo derivatum censet.

בַּרְקָנִים m. plur. i. q. מוֹרִגִּים *tribulae* s. instrumenta, quibus in triturando uti solent, facta ex tabula lignea crassiore infra ferro vel lapidibus *pyritis,* quibus Palaestina abundat, munita et asperata, ut comminuantur frumenta. Ducendum videtur hoc nomen a deperdito בַּרְקָן fulgurans, quod *pyriten* notasse suspicor (coll. بُرْقة terra lapidosa Taraph. 1., fortasse pr. pyritis abundans, qualis est magna Palaestinae et Arabiae pars, v. Legh in Mac-Michael Travels p. 202), unde בַּרְקָנִי tribula pyritis munita, Plur. בַּרְקָנִים. Bis legitur Iudd. VIII, 7. 16. LXX. Βαρκηνίμ, sed nonnulli codd. c. Symm. τριβόλοι i. e. spinae, itemque *tribulae* s. triturandi instrumenta, quae a spinarum similitudine dicta sunt (cf. LXX. 2 Sam. XII, 31). Vulg. *tribuli.* Syr. ܦܘܛܢܐ *spinae,*

quod Arabs reddit حَسَك, vocabulo iterum ambiguo, siquidem et spinam significat, et tribulam, ut colligo ex verbo حَسَكَ pabulum minutum et concisum edit iumentum. — Qui בַּרְקָנִים h.l. *spinas* interpretantur, tribularum mentionem omitti vel in verbo דוש (comm. 7) latere censent, sed ex etymo ista significatio probari nequit, nisi forte *tribulum* apud Hebraeos a *tribulae* similitudine dictum putabis, quod minus probabile. Quae enim arte facta sunt, saepissime mutuantur nomina rerum a natura progenitarum, raro contra.

בַּרְקוֹס n. pr. viri Esr. II, 53. Neh. VII, 55. Quadril. بُرقش est: coloribus pinxit.

בָּרַר praet. בָּרוֹתִי Ez. XX, 38 inf. cum Suff. בָּרָם (ad formam שַׁךְ a שָׁכַךְ) radix similis significationis, atque בָּרָא, בָּרָה, 1) *separavit, seiunxit.* Ez. l. c. בָּרוֹתִי מִכֶּם הַמֹּרְדִים *separabo a vobis contumaces.* (Arab. بَرَّ Conj. VIII. stetit separatus a sociis suis, v. Kamûs p. 460).

2) *selegit, elegit* (cf. בָּרָה no. 3). Part. pass. *selectus, electus.* LXX. ἐκλεκτός. 1 Par. IX, 22: כֻּלָּם הַבְּרוּרִים לְשֹׁעֲרִים *omnes electi*, ut *ianitores* essent. VII, 40. XVI, 41. (Cf. הִבְדִּיל לְ). Neh. V, 18: צֹאן שֵׁשׁ בְּרֻרוֹת *sex oves selectae.*

3) *separavit* et *removit* impura, *purgavit* a) sagittam ab aerugine, *polivit, cuspidavit, acuit* eam. Jes. XLIX, 2: חֵץ בָּרוּר *sagitta polita* et acuta. Vide Hiph. (Arab. برا praesecuit, cuspidavit telum, v. Scheid. in Diss. Lugdd. p. 972). b) Transfertur ad sermones moresque puros et integros. Part. pass. Zeph. III, 9: שָׂפָה בְרוּרָה *labium purum.* Adv. Iob. XXXIII, 3: וְדַעַת שְׂפָתַי בָּרוּר מִלֵּלוּ *et, quod scio, labia mea pure* i. e. vere, infucate (*ohne Falsch*) *eloquentur.* Ps. XIX, 9: מִצְוַת יְהוָה בָּרָה *mandatum Jehovae est purum* i. e. verax, iustum. Cf. Niph. Pi. Hithpa. (Arab. بَرَّ med. E iustus, verax fuit, velut in iureiurando, pium se gessit Cor. 60, 8, بَرّ verax, iustus, pius erga parentes, liberos, Deum Cor. 19, 14. 52, 27. Har. 26, p. 272 Sacy. بِرّ pietas, iustitia, innocentia. Similem notionem habes in بَرِئَ liber, immunis, innoxius fuit, بَرِيء innoxius, immunis, cf. sam. ברר Ithpe. purum se exhibuit, ברר purus; melit. *barra* liberum, immunem reddidit, excepit. Syr. ܒܪܐ purus, mundus, simplex, ܒܪܝܘܬܐ puritas. Aeth. ብሩር: argentum, a purgando dictum).

4) *exploravit, indagavit,* quod fit discernendo, cf. בָּקַר no. 3. Eccl. III, 18: *ego mecum cogito de filiis hominum* לְבָרָם הָאֱלֹהִים וְלִרְאוֹת שְׁהֶם בְּהֵמָה הֵמָּה *Deus explorat eos et videt, quod brutis similes sunt.* לְבָרָם et לִרְאוֹת accipi possunt pro futt. יְבָרֵם et יִרְאֶה; potest etiam suppleri e comm. 17: *iudicabit* Deus *explorando eos* cet. Respondet Inf. לָבוּר Eccl. IX, 1, v. בּוּר. (Arab. إِسْتَبَرَّ scrutatus est veritatem Deut. XIII, 14 Saad., quanquam hoc a veritatis studio ductum est. It. بَارَ med. Waw, exploravit, ut admissarius camelam, num foeta sit. VIII. experimento cognovit.

5) *inanis fuit,* v. בַּר adj. no. 3, chald. בַּר.

Niph. נָבַר reflex. *purgavit se,* ad munus aliquod sacrum obeundum. Jes. LII, 11. Part. נָבָר *purus* i. e. integer, pius. Ps. XVIII, 27. 2 Sam. XXII, 27.

Pi. purgavit. Dan. XI, 35: *et ex piis nonnulli peribunt,* לִצְרוֹף בָּהֶם וּלְבָרֵר *ut explorentur et purgentur.*

Hiph. purgavit sagittam i. e. acuit Jer. LI, 11 (vide Kal no. 3, a), frumentum in area Jer. IV, 11.

Hithpa. purgavit se sc. a sordibus idololatriae et peccati, *emendavit se* Dan. XII, 10 (cf. XI, 35.) — 2) *veracem, pium, benignum se gessit,* de Deo, vide ad Kal no. 3, b, et adde بَرَّ med. E accepit, gratam habuit peregrinationem sanctam. Ps. XVIII, 27: עִם נָבָר תִּתְבָּרָר *erga pium pium te geris.* De forma תִּתְבָּר v. ind. analyt.

בַּר f. בָּרָה adj. 1) *electus, dilectus.* Cant. VI, 9: בָּרָה הִיא לְיוֹלַדְתָּהּ *matri suae dilectissima,* matris deliciae. Parall. אַחַת unica. — 2) *purus.* In laudibus puellae Cant. VI, 10: *pulchra, instar lunae* בָּרָה כַּחַמָּה *pura* nitida *instar solis.* Metaph. de moribus. בַּר לֵבָב qui *puri cordis* est. Ps. XIV, 4. LXXIII, 1. Vide Kal no. 3, b. — 3) *inanis,* de horreo Prov. XIV, 4. (Aethiop. በርበረ: spoliavit, pr. exinanivit, cf. נָקָה Niph.).

בַּר Amos V, 11. VIII, 6. Ps. LXXII, 16, alibi **בָּר** subst. m. 1) *frumentum,* pr. *purgatum* a palea (cf. Jer. IV, 11), quale in horreo asservatur et venditur Gen. XLI, 35. 49. XLII, 3. 25. XLV, 23. Prov. XI, 26. Joel II, 24. Jer. XXIII, 28, semel de frugibus arva ornantibus Ps. LXV, 14 (Arab. بُرّ triticum, v. Niebuhrii Arabia p. 295, quo tamen Saad. utitur pro hebr. בַּר Gen. XLI. XLII.). — 2) *campus, rus.* Semel in libris hebraeis Iob. XXXIX, 4, saepius in capitibus chaldaeis. Vide quae protinus sequuntur.

בַּר chald. ubique emphat. בָּרָא m. *campus, rus.* חֵיוַת בָּרָא bestiae campi Dan. II, 38. IV, 18. 22. 29, דִּתְאָה דִּי בָרָא gramen campi IV, 20. Ita in Targ. Jon. pro שָׂדֶה Gen. IV, 8, arab. بَرّ, بَرِّيَّة campus, desertum, syr. ܒܪܐ id. Ducta videtur haec significatio ab inanitate (v.

rad. no. 5), siquidem rus designatur liberum, apertum et tum arboribus tum pagis vacuum.

בֹּר m. 1) *puritas.* Plerumque additur יָדַיִם 2 Sam. XXII, 21. Ps. XVIII, 21. 25, vel כַּפַּיִם Iob. IX, 30. XXII, 30 et *manuum puritas* figurate innocentiam designat. Semel בֹּר simpl. eadem sententia dr. 2 Sam. XXII, 25. — 2) *quod purgandi vim habet, lixivium, sal lixivii* i. q. בֹּרִית, q. v. Iob. IX, 30: וַהֲזִכּוֹתִי בְּבֹר כַּפָּי *et si lixivio purgarem manus meas.* Sale enim lixivii veteres adfuso inter lavandum oleo pro sapone utebantur. Idem sal alcalinum vel chrysocollam (utrumque uno verbo comprehendunt Orientales, vid. Lexx. s. v. v. بورق, بورد Borax, Salmas. homon. hyles iatricae p. 222. 223) praeterea metallurgi adhibebant fundendis metallis, ut citius liquescerent. Jes. I, 25: וְאֶצְרֹף כַּבֹּר סִגָיִךְ *eliquabo tanquam chrysocollâ scorias tuas.* Cf. J. D. Michaëlis de nitro Hebraeorum §. 3. 4. Chald. כְּבוֹרִיתָא. Kimchi בֹּר interpretatur: דבר שמבררים בו כסף או זהב מסגים. Hinc

בֹּרִית f. pr. *res purgatoria, res purgandi vim habens* (a בֹּר cum terminatione adj. fem. ־ִית), *smegma* spec. *sal lixivii*, maxime vegetabile (minerale enim נֶתֶר vocatur), e cineribus nonnullarum plantarum salsuginosarum et saponariarum (arab. اشنان القصرين, اُشْنَان, اِشْنَان Uschnàn fullonum, قلى, بلس, Salsola Kali, Anabasis L. al.) factum, quo interdum in paniculos constipato et affuso oleo pro sapone utebantur. Vide בֹּר no 2. Jer. II, 22: *etsi lavas te nitro* (בַּנֶּתֶר) וְתַרְבִּי לָךְ בֹּרִית *multumque smegmatis adhibes.* Eodem utebantur in purgandis metallis. Malach. III, 2: *erit instar ignis aurifabri et smegmatis fullonum.* Cf. vers. 3. Hodie optimi huius generis cineres in provincia Hauran s. Auranitide conficiuntur (v. Gol. v. اشنان, Burckhardt itin. Syriae p. 608). Uberius de his plantis, eorum usu variisque nominibus disputarunt Bochartus Hieroz. II, p. 43 sq. Celsius Hierob. I, 449 sq. Chr. B. Michaëlis epist. ad Fr. Hoffmannum de herba Borith. Halae 1728. 4. J. D. Michaëlis in Comment. de nitro Hebraeorum in Commentatt. Soc. Gott. per annos 1758—62 oblatis (Bremae 1763. 4.) no. 7. cf. eiusd. Suppl. p. 229. J. Beckmann *Beyträge zur Geschichte der Erfindungen* IV, p. 10 sq. Rauwolfii itin. p. 34.

בַּרְבֻּרִים aves, quae *saginatae* (אֲבוּסִים) Salomonis mensae apponebantur. 1 Reg. V, 3 (IV, 23). LXX. ἐκλεκτοί, Compl. ὄρνιθες ἐκλεκτοί. *Aves* intelligunt Chald. Syr. (cum Arabe) Vulg., Kimchius *gallos* saginatos s. *capones.* Malo *anseres*, qui saginati apud veteres in deliciis habebantur, dictos a pennarum plumarumque *puritate* et candore (v. בָּרַר no. 3). Suspicor autem, idem hoc nomen in linguis cognatis etiam *cygnum* comprehendisse. Reperitur enim in Vers. sam. ברבירה (pr. anserinus) Lev. XI, 17 pro hebraeo יַנְשׁוּף inter aves impuras, et syr. ܒܪܒܘܪܐ ap. Castell. redditur „albo colore flos, it. diversicolor (?), variantem habens cantum ..... al. cygnus." Copiose de hoc nomine egit Bochart. in Hieroz. II, 127—135, qui *animalia lectissima* universim intelligit. *Animalia campestria* (a chald. בַּר) interpretatur Michaëlis (Suppl. 226), sed haec non saginantur.

בָּרַשׁ rad. inusit., quam idem valuisse suspicor quod arab. برت nimirum *secuit, incidit* (cf. בְּרוֹשׁ, בְּרוֹת, בְּרָת, (بروتا), unde Arabes habent بُرْتٌ securis, it. saccharum durum securi discidendum, بُرْتٌ i. q. قطع incisio, بُرْتَةٌ ingenium acre et penetrans. Kamûs p. 184. 185.

בְּרוֹשׁ plur. בְּרוֹשִׁים m. 1) *cupressus*, arbor procera (Jes. LV, 13) et fructifera (Hos. XIV, 9), una cum cedro cui saepissime iungitur, summum Libani decus (Jes. XIV, 8. XXXVII, 24. LX, 13. Zach. XI, 2 coll. comm. 1), ciconiis nidum praebens (Ps. CIV, 17), cuius lignum, aeque ac cedrinum, templi Hierosolymitani tabulationibus (1 Reg. V, 22. 24. VI, 15. 34. 2 Par. II, 7. III, 5), navium tabulatis (Ez. XXVII, 5), item hastis (Nah. II, 4) et instrumentis musicis inde conficiendis (2 Sam. VI, 5) adhibebatur, semel per Syriasmum בְּרוֹת dicta (Cant. I, 17). *Cupressum* intelligere et res ipsa iubet, et veterum interpp. auctoritas, quanquam hoc nomen fortasse alias quoque similes arbores e pinorum genere comprehendebat. Cupressi enim lignum putredini et cariei minime obnoxium, in templis, palatiis et navibus exornandis tanti faciebant veteres, ut uni cedro posthaberetur (Theophr. hist. pl. V, 8. Virg. Ge. II, 443. Plin. H. N. XIII, 8 g. Athen. V, p. 207. Casaub.): eodemque Salomonem in templo exornando una cum cedro usum esse, tradunt Josephus aliique scriptores (Archaeol. VIII, 2 §. 7. Eupol. et Alex. Polyhist. ap. Euseb. praep. IX, 30). Etsi vett. intpp. sibi non satis constent nec ubique satis certae sint interpretationis, plurimi tamen *cupressum* reddiderunt. Sunt autem illi paullo accuratius, quam a Celsio (Hierob. I, p. 74) factum, excutiendi. a) Non multum lucis praebent, qui שׁ in ת mutato vc. hebraeum retinuerunt, ut Syr. reddens ܒܪܘܬܐ 2 Sam. VI, 5 (ubi Arabs البراية asser). Jes. XIV, 8. LV, 13. LX, 13, Saad. ap. Jes. بروتا, et Targg. בְּרָתִין 2 Par. II, 8. III, 5, בְּרָאתֵי Ps. CIV, 17, et בִּירָן, בְּרָוָן 1 Reg. l. l. c. c. Jes. XLI, 19. LX, 13. Ez. Hos. Probabile tamen, *cupressum* intelligi, fortasse et cupressum creticam s. herbam Sabinam comprehendi. Invenitur enim البروتا 2 Par. XXV, 18 pro syr. ܚܘܚܐ et hebr. חוֹחַ rubus, ibique male a Castello col. 451 redditur *abies*, cf. Plin. 13, 17 s. 39: *petunt igitur in Elymaeos arborem bratum* (ita Mss., non *brutam*, coll. βραθύ), *cupresso fusae similem, exalbidis ramis, iucundi odoris accensam* cet. b) *Cupressum* habent LXX 2 Reg. XIX, 23. Jes. XXXVII, 24. XLI, 19. LV, 13. LX, 13. Cant. I,

17, quod ubique ab Arabe redditur شربين, ex quo *Scherbinum* cupressum notasse intelligimus. Hoc eodem vc. ܦܘܣܩܐ autem pro בְּרוֹשׁ utitur Syrus interpres 2 Reg. Ps. Zach. l. l. c. c., quod in libris Regum ab Arabe redditur السرو cupressus. c) *Pinum* (πεύκη, πεύκινος, πίτυς) dant LXX. 1 Reg. Ez. XXXI, 8, et alicubi Syrus reddens ܩܘܢܘܒܪܐ 2 Par. II, 8. III, 5, ܥܘܢܘܒܪܐ Hos. XIV, 9 (illud certe 1 Par. l. c. ab Arabe redditur صنوبر pinus); d) *cedrum* LXX. Ez. XXVII, 5. 2 Par. III, 5, iidem alibi e) *iuniperum* 2 Par. II, 8. Hos. l. c. et Syr. ܕܪܘܡܐ Ez. XXVII, 5. XXXI, 8, f) *abietem* denique Vulg. ubique. Harum tamen arborum nulla, praeter cupressum, V. T. locis supra citatis accommodata est. Cf. Faber Archaeologie p. 370. Sprengel *Gesch. d. Pflanzenkunde* I, p. 22. — Quod ad etymon attinet, *cupressum* בְּרוֹשׁ et בְּרוֹת dictam suspicor ab asseribus tabulisque inde caesis, quam caedendi vim radici בָּרַשׁ, برت supra tribuendam putavimus. Chaldaei hoc nomen בְּרָת, in Plurali בְּרָתִין, בֵּירָוָן efferentes, litteram ת in eo pro servili habuerunt, qua sententia adoptata בְּרוֹת, בְּרָת, ܒܪܘܬܐ, بروتا ad radicem בָּרָא, quae itidem *caedendi secandique* vim habet, revocanda sint. Cum haec arbor in Syria et monte Libano domestica sit, haud improbabile fuerit, nomen eius in lingua aramaea ortum ܒܪܘܬܐ, בְּרָת pl. בְּרָתִין re vera a radice בְּרָא ductum esse, postea vero, cum in linguam hebraeam reciperetur, litteram ת pro harum dialectorum mutua ratione in sibilantem ש, servilem in radicalem, abiisse. Originem aramaeam manifesto prodit arab. بروتا, in quo status adeo emphaticus servatus est, et 2 Sam. VI, 5 syriacum ܒܪܘܬܐ ab Arabe interprete redditur البراية asseres, ramentum (a برا). Notat

2) *quod e ligno cupressino factum est,* a) *lancea* Nah. II, 4, cf. gr. μελία (fraxinus), ἐλάτη Hesiod. sc. Herc. 188 (pinus) de lanceis fraxineis et pineis, *abies* de hasta abiegna Aen. XI, 667, شَبِيج fraxinus et hasta fraxinea Schult. ad mon. Arab. p. 22. b) *instrumentum musicum.* 2 Sam. VI, 5: *Davides autem omnesque Israëlitae cecinerunt* בְּכֹל עֲצֵי בְרוֹשִׁים *varii generis instrumentis cupressinis.* Quum tamen instrumenta, quae deinceps recensentur, minime omnia lignea esse possint, nescio an cum Dathio ex loco parallelo 1 Par. XIII, 8 corrigendum sit בְּכָל־עֹז וּבְשִׁירִים *omnibus viribus et cum canticis.*

בִּרְשַׁע (i. q. بَرْشَاع vir longus, crassus) N. pr. regis Gomorrhae. Gen. XIV, 2.

בָּרַת rad. inusit., quae *secandi, caedendi* vim habuisse videtur, v. בָּרַשׁ. Inde derivari potest

בְּרוֹת Plur. בְּרוֹתִים m. *cupressus* i. q. בְּרוֹשׁ, forma ad Aramaismum proclivi Cant. I, 17, nisi hoc voc. ad rad. בָּרָא, בָּרַת revocare mavis. Vide quae uberius disputavimus s. v. בְּרוֹשׁ no. 1.

בָּשַׂם rad. inusit. Chald. בְּסַם, syr. ܒܣܡ suavis, iucundus, hilaris fuit, Pa. ܒܣܡ delectavit, Ethpa. laetatus est, ܒܣܝܡܐ suavis, mitis cet. Rarior apud hos est *suaveolendi* potestas (ܒܣܡ Aph. bene oluit, chald. בַּסֵּם, בְּסִים aromatibus condivit), quae sola in huius radicis derivatis apud Hebraeos reperitur. Cf. בָּאַשׁ.

בָּשָׂם vel **בֹּשֶׂם** (cum Kamez impuro) m. *balsamum, planta balsamifera,* in Judaeae hortis olim (Jos. Arch. XIV, 4 §. 1. XV, 4 §. 2. Tac. hist. V, 6. Plin. H. N. XII, 25 s. 54) frequens et etiamnum Tiberiade culta (vide Burckhardt. itin. Syriae p. 562. 63 et 1057 ed. germ.). Semel legitur Cant. V, 1: אָרִיתִי מוֹרִי עִם־בְּשָׂמִי *decerpsi myrrham meam cum balsamo meo.* (Arab. بَشَام frutex odoratus, qui formam arboris balsamiferae refert, prope Meccam crescens Gol. e Dschauh. v. poët. ap. Schult. ad Prov. 222. Reiske ad Taraph. p. 76 et ad Abulf. 3, 220. Inserto Lam inde formatum est quadril. بلسام Imp. Joct. p. 58 et بلسان arbor balsamifera Abdoll. p. 13).

בֶּשֶׂם Exod. XXX, 23 et **בֹּשֶׂם** m. 1) *odor suavis,* maxime quem aromata spargunt. (Aram. ܒܣܡܐ, בּוּסְמָא aroma, unguentum, ܒܣܡܐ aromatarius.) Jes. III, 24: תַּחַת בֹּשֶׂם מַק יִהְיֶה *pro suavi odore* aromatum et unguentorum *erit foetor* ulcerum et vulnerum. קִנְּמָן־בֶּשֶׂם cinnamomum odoratum Exod. l. c. קְנֵה־בֹשֶׂם canna odorata. Cant. IV, 16 de horto aromatibus abundante: יִזְּלוּ בְשָׂמָיו *diffluant odores eius.* — 2) *aroma.* 1 Reg. X, 10. 2 Par. IX, 9. Exod. XXXV, 28. Ez. XXVII, 22: בְּרֹאשׁ כָּל־בֹּשֶׂם *aromate praestantissimo.* Plur. בְּשָׂמִים aromata. Exod. XXV, 6. XXXV, 8. XXX, 23. 1 Reg. X, 2. 10. 25. 2 Reg. XX, 13. 2 Par. IX, 1. 9. 24. Jes. XXXIX, 2. Est. II, 12. Cant. IV, 10: רָאשֵׁי בְשָׂמִים comm. 14. הָרֵי בְשָׂמִים montes aromatum feraces VIII, 14. 1 Paral. IX, 30: רֹקְחֵי הַמִּרְקַחַת לַבְּשָׂמִים *parantes unguenta ex aromatibus.* — 3) fort. i. q. בָּשָׂם spec. frutex balsamum ferens. Cant. V, 13. VI, 2: עֲרוּגוֹת הַבֹּשֶׂם *areolae balsami.*

בָּשְׂמַת (suave olens) *Basemath,* n. pr. muliebre. Ita appellatur 1) Esavi uxor altera, Elonis Chittaei filia Gen. XXVI, 34, tertia erat מָחֲלַת, Ismaëlis filia, soror Nebajothi XXVIII, 9. In stemmate autem Esavitarum Gen. XXXVI horum nominum alia est ratio, sive traditionis diversitati, sive librariis id tribues. Etenim Elonis filia vocatur *Ada* (עָדָה) comm. 2, *Basmathae* autem

Ismaël pater tribuitur Comm. 3. 4. 13, quae inter se conciliaturus Cod. Sam. cap. 36 pro בָּשְׂמַת scribit מחלת. LXX. Βασεμάθ. Alex. Μασεμμάθ. — 2) filia Salomonis 1 Reg. IV, 15.

יִבְשָׂם (iucundus, suave olens) N. pr. viri 1 Par. VII, 2.

מִבְשָׂם (odor suavis) N. pr. 1) filii Ismaëlis Gen. XXV, 13. 2) filii Simeonis 1 Par. IV, 25, cf. Schulthessii de hoc nomine coniecturam (*Paradies* p. 76).

בָּשַׂר rad. in Kal inusit. Arab. بَشِرَ laetus, hilaris fuit, maxime nuncio laeto accepto, med. A. et Conj. II laeto nuntio exhilaravit c. acc. p. et ب rei, بِشَارَةٌ rei laetae annunciatio, melit. *basschar*, *b'schâra* id. Primaria tamen radicis potestas in *pulchritudine* esse videtur, unde بَشِيرٌ pulcher, formosus, de hominibus et brutis, بَشَارَةٌ pulchritudo, elegantia formae, siquidem facies laetitia et hilaritate pulchrior fit (v. טוֹב bonus, pulcher, laetus), ut contra tetrici et stomachantis facies deformatur. A pulchritudine certe derivari potest بَشَرٌ, بَشَرَةٌ cutis hominis externa et בָּשָׂר caro, in qua cernitur hominis pulchritudo.

Pi. בִּשַּׂר fut. יְבַשֵּׂר 1) *laeto nuntio exhilaravit* aliquem, *laetum nuncium attulit*, *nunciavit* (laeta) alicui, c. acc. pers. 2 Sam. XVIII, 19: אָרוּצָה־נָּא וַאֲבַשְּׂרָה אֶת־הַמֶּלֶךְ כִּי וגו׳ *pace vestra ego curram regique nunciabo, Jehovam eum liberasse ab hostibus eius.* Ps. LXVIII, 12: הַמְבַשְּׂרוֹת צָבָא רָב (mulieres) victoriam *nunciantes exercitui magno.* 1 Sam. XXXI, 9. 1 Par. X, 9. Jes. XL, 9. LXI, 1. Jer. XX, 15. Absol. 2 Sam. IV, 10: הָיָה כִמְבַשֵּׂר בְּעֵינָיו *laetum nuncium se attulisse putabat.* I, 20: אַל־תְּבַשְּׂרוּ בְּחוּצֹת אַשְׁקְלוֹן *nolite* haec *annunciare in plateis Ascalonis.* Part. מְבַשֵּׂר rei laetae nuncius Jes. XL, 9. XLI, 27. LII, 7. Nah. II, 1. Frequentatur hoc verbum praecipue de nuncio pacis Jes. LII, 7, victoriae 1 Sam. XXXI, 9. Ps. LXVIII, 12, hostium deletorum Nah. II, 1. Sequitur etiam Accusativus rei nunciatae. 1 Par. XVI, 23: בַּשְּׂרוּ מִיּוֹם אֶל־יוֹם יְשׁוּעָתוֹ *nunciate quotidie salutem eius.* Jes. LX, 6: תְּהִלֹּת יְהוָה יְבַשֵּׂרוּ *laudes Jehovae nunciabunt.* Ps. XL, 10. (De usu Arabum vide ad Kal. Syri litteris transpositis ܣܒܪ id.) — 2) Rarius dicitur de quovis nuntio 2 Sam. XVIII, 20. 26, adeoque ingrato 1 Sam. IV, 17, quare bis plene dicitur בִּשַּׂר טוֹב 1 Reg. I, 42. Jes. LII, 7. (Ita etiam ap. Arabes, velut Cor. 45, 8. 51, 28). LXX ubique reddunt εὐαγγελίζω, —λίζομαι, semel παρακαλέω Jes. XLI, 27.

Hithpa. laetum nuntium accepit. 2 Sam. XVIII, 31. (Arab. Conj. I. med. E et Conj. IV. VIII. X).

בָּשָׂר semel in Plur. בְּשָׂרִים Prov. XIV, 30 m. 1) *caro.* De etymo v. rad. (Syr. ܒܣܪܐ, ܒܣܪ, zab. ܒܣܪܐ et ܒܣܪܐ id., chald. בִּסְרָא et בְּשָׂרָא; arab. بَشَرٌ et بَشَرَةٌ cutem exteriorem denotat et metaph. genus humanum, quae significatio a carne ducta est, vulgo pro carne frequentant لَحْمٌ). Dicitur a) de carne corporis vivi, tum hominum, tum bestiarum. בְּרִיא בָשָׂר carne pinguis Gen. XLI, 2, רַק בָּשָׂר carne macer XLI, 19, cf. Iob. XXXIII, 21. 25. בָּשָׂר חַי caro viva Lev. XIII, 15. 16. לֵב בָּשָׂר cor carneum i. e. molle, facilius flectendum, opp. cordi lapideo. Ez. XI, 19. XXXVI, 26. עוֹר וּבָשָׂר cutis et caro Iob. X, 11, עוֹר הַבָּשָׂר cutis carnis, carni inhaerens Lev. XIII, 3. 38. 43. Semel pro ipsa cute accipi videtur (cl. arab. بَشَرَةٌ), Ps. CII, 6 in describenda macie maxima: דָּבְקָה עַצְמִי לִבְשָׂרִי *cohaeret os meum cuti meae.* Kimchi: ר״ל לעורי. (Arabes idem fere exprimunt verbo لَصِبَ i. e. inhaesit vaginae gladius, et cohaesit cutis carni prae macie, quod etiam لصب الجلد dr.). Alii carnis significatum retinent redduntque: caro quasi soluta ex ossibus pendet; sed invito usu verbi דָּבַק. b) de carne pecudum, quae comeditur. Exod. XVI, 12. Lev. VII, 19. Num. XI, 4. 13. *Comedere carnem et bibere vinum* epulantium est Jes. XXII, 13 cf. Prov. XXIII, 20, eoque abstinent ieiunantes Dan. X, 3. Prius illud etiam gladio tribuitur Deut. XXXII, 42. Iob. XXXI, 31 in laude hospitalitatis: מִי יִתֵּן מִבְּשָׂרוֹ לֹא נִשְׂבָּע *ubi est, qui carne eius* (i. e. dapibus eius) *satiatus non sit?*

2) *caro* pro *universo corpore*, quod plenius exprimitur *caro et os* Iob. II, 5. (Aeth. ሥጋ: caro et corpus). Spec. corpus nudum. 2 Reg. VI, 30: *viditque populus* (cum rex vestes discidisset) וְהִנֵּה הַשַּׂק עַל־בְּשָׂרוֹ מִבָּיִת *et ecce vestem lugubrem gerebat intus in corpore nudo.* Carni tribuitur anima (נֶפֶשׁ), eaque in sanguine sedem habens (נֶפֶשׁ הַבָּשָׂר Lev. XVII, 11. Deut. XII, 15), item animus (רוּחַ Iob. XII, 10): alibi carni opponitur נֶפֶשׁ, ut Jes. X, 18: מִנֶּפֶשׁ וְעַד בָּשָׂר. Iob. XIV, 22, לֵב, כָּבוֹד Ps. XVI, 9. Prov. XIV, 30: חַיֵּי בְשָׂרִים לֵב מַרְפֵּא *salus corporis est cor tranquillum.* IV, 22. Ps. LXXXIV, 3. Eccl. XII, 12: יְגִעַת בָּשָׂר *defatigatio corporis.* Nonnunquam adiunctam habet notionem debilitatis et proclivitatis in peccata sec. illud ap. Mt. XXVI, 41: τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. Eccl. V, 5: אַל־תִּתֵּן אֶת־פִּיךָ לַחֲטִיא אֶת־בְּשָׂרֶךָ *noli concedere ori tuo, ut peccati ream faciat carnem tuam*, nimirum vovendo aliquid, quod per carnis imbecillitatem aut cupiditatum vehementiam servare non possis. II, 3. Inde

3) *caro* saepe dicitur de *cunctis animantibus.* כָּל־בָּשָׂר cuncta animantia Gen. VI, 13. 17. 19. VII, 15. 16. 21. VIII, 17. IX, 11 sq. Levit. XVII, 14 sq. Num. XVIII, 15, spec. omnes homines, universum genus humanum Gen. VI, 12. Ps. LXV, 3. CXLV, 21. Jes.

XL, 5. 6. XLIX, 26. LXVI, 23. Joel III, 1. Ez. XXI, 4. 9. 10. Saepissime opponitur numini vique divinae (הָרוּחַ, רוּחַ אֱלֹהִים) et adiunctam habet debilitatis et fragilitatis notionem. Gen. VI, 3: *non in aeternum immanebit spiritus meus hominibus propter peccatum eorum,* הוּא בָשָׂר *caro sunto,* mortales et μινυνθάδιοι. Iob. X, 4: הַעֵינֵי בָשָׂר לָךְ *num oculi mortales tibi?* i. e. hebetes, non perspicaces. Jes. XXXI, 3: *Aegyptii homines sunt, non dii,* סוּסֵיהֶם בָּשָׂר וְלֹא רוּחַ *equi eorum carnei, non vi divina praediti.* Ps. LVI, 5. LXXVIII, 39. Jer. XVII, 5, cf. 2 Cor. X, 4. (In N. T. ita σὰρξ καὶ αἷμα opp. numini spirituique divino Mt. XVI, 17. Gal. I, 16, neque aliter ܒܣܪܐ ܘܕܡܐ in cod. Nasaraeo 1, p. 14. Apud Arabes بَشَر saepe de genere humano, opp. angelis, unde أبو البشر de Adamo Cor. 64, 6. 74, 25. Har. 4, p. 62 Schult.).

4) עַצְמִי וּבְשָׂרִי *os meum et caro mea* frequentatur de homine consanguineo, sanguine nobiscum coniuncto. Gen. XXIX, 14. Iudd. IX, 2. 2 Sam. V, 1. XIX, 13. 14, cf. Gen. II, 23, ubi Adamus de Eva: זֹאת הַפַּעַם עֶצֶם מֵעֲצָמַי וּבָשָׂר מִבְּשָׂרִי *haec tandem os de ossibus meis et caro de carne mea.* Dr. etiam simpl. בָּשָׂר. Gen. XXXVII, 27: כִּי אָחִינוּ בְשָׂרֵנוּ הוּא, de quovis alio homine, qs. fratre nostro. Jes. LVIII, 7. (Arabes habent لَحِيم consanguineus, لُحْمَة consanguinitas, utrumque a لَحْم caro, Sinae *ngò-ssin, ngò-gân, ngò-fei* cor meum, iecur meum, pulmones mei, dicunt de filiis). Cf. שְׁאֵר. — Denique

5) *caro* verecunde dr. pro *pudendis* viri, plenius בְּשַׂר עֶרְוָה caro nuditatis (Exod. XXVIII, 42). Gen. XVII, 11 sq. Lev. XV, 2. 3. 7. 19. Ez. XVI, 26. XXIII, 20. XLIV, 7. 9. Critici Samaritani eodem euphemismo usi sunt pro מְבֻשִׁים Deut. XXV, 11. Cf. talmud. גְּוִיָּה et gr. σῶμα de pudendis.

בְּשׂוֹר, ubique c. art. הַבְּשׂוֹר n. pr. torrentis (non vallis, ut recentiores quidam volebant, LXX. χειμάῤῥους) prope Gazam in mare mediterraneum se exonerantis. 1 Sam. XXX, 9. 10. 21. In mappis biblicis Londinensibus, in quibus hic rivus *Qa di Gaza* vocatur, adnotatum video, alveum eius prope mare triginta circiter ulnas latum esse. Quod ad appellativum eius significatum attinet, נַחַל הַבְּשׂוֹר reddi possit *fausti nuncii* rivus, praestabit tamen coll. بَسَرَ V. frigidus fuit, et بَسْر aqua frigida, rivum *aquae frigidae* interpretari.

בְּשׂוֹרָה et **בְּשֹׂרָה** f. 1) *laetus nuncius* 2 Sam. XVIII, 22. 25, semel additur טוֹבָה comm. 27. 2) *laeti nuncii praemium,* et gr. εὐαγγέλιον. 2 Sam. IV, 10. LXX. εὐαγγέλιον, εὐαγγέλια.

בָּשַׁל *coctus est* 1) igne, Ez. XXIV, 5: בָּשְׁלוּ עֲצָמֶיהָ בְּתוֹכָהּ *coquantur ossa eius in illa* (olla). 2) solis ardore, i. e. *maturuit* messis. Joël IV, 13 al. III, 18. (Syr. ܒܫܠ, chald. בְּשַׁל, aeth. ብስለ: coctus est, maturuit, v. Gen. XL, 20 Pesch. Jes. XVII, 3 Vers. aeth. ܒܘܫܠܐ maturitas, quae vox abest a Lexx. syris, Ephr. Syr. T. II, p. 59 F. et racemus maturescens p. 401. Eodem modo coquendi et maturescendi vim in aliis etiam verbis coniunctam habes, ut in arab. طَبَخَ, unde transp. אֲבַטִּיחִים pepones, chald. שְׁלַק, pers. پختن et پختن *bukhten* et *pukhten,* quod vicinum est germ. *backen,* gr. πέπτω, πέσσω, lat. coquitur uva, vindemia Varr. R. R. 1, 54. Virg. Ge. 2, 522. Mart. 10, 62: tostamque fervens Iulius coquit messem, nostr. *die Traube kocht*).

Pi. causat. Kal no. 1 *coxit,* impr. carnem Exod. XVI, 23. XXIX, 31. Num. XI, 8. Deut. XVI, 7 cet. Exod. XXIII, 19: לֹא־תְבַשֵּׁל גְּדִי בַּחֲלֵב אִמּוֹ *ne coquas hoedum in lacte matris eius.* Thren. IV, 10: *manus mulierum misericordium coxerunt natos suos.* Etiam de aliis cibis et ferculis, quae coquendo parantur 2 Reg. IV, 38. VI, 29. Part. מְבַשֵּׁל coquus. Ez. XLVI, 24. — *Pu.* pass. Pi. Exod. XII, 9. Lev. VI, 21. 1 Sam. II, 15.

Hiph. i. q. Kal no. 2. *maturuit,* de uvis. Gen. XL, 10.

בָּשֵׁל m. Exod. XII, 9 et **בְּשֵׁלָה** f. Num. VI, 19 *coctum, coctile.*

מְבַשְּׁלוֹת pr. Part. Pi. *foci* vel *culinae.* Ez. XLVI, 23. LXX. μαγειρεῖα. Vulg. *culinae.*

בִּשְׁלָם n. pr. v. rad. שָׁלַם.

בָּשַׁן rad. Hebraeis inusit. Arab. بَثْنَة solum planum et molle, arena mollis, unde البَثَنِيَّة triticum optimum, a solo molli, nisi potius basaniticum intelligendum est.

בָּשָׁן in pedestri oratione ubique et nonnunquam etiam poët. (Deut. XXXIII, 22. Jer. L, 19. XXII, 20) cum Art. הַבָּשָׁן n. pr. *Basanitis,* regionis transjordanensis pars septentrionalis, montibus Hermonis (1 Par. V, 23) a septentrione, Jabboco et montanis Gileadi ab austro inclusa, ab oriente Salcham usque patens (Deut. III, 10. 13. Jos. XII, 4. XIII, 11. 12. 30. XVII, 1. 5), Ogo, Amoritarum regi, ab Israëlitis erepta et cum parte Gileaditidis dimidiae tribui Manassis data (Num. XXI, 33. XXXII, 33. Deut. I, 4. III, 1), quercetis (Jes. II, 13. Ez. XXVII, 6. Zach. XI, 2), pascuis opimis pecudumque ubertate (unde *arietes, tauri, vaccae Basanitidis* proverbio fere celebrantur Deut. XXXII, 14. Ps. XXII, 13. Amos IV, 1. Ez. XXXIX, 18) nobilissima, sed feris etiam infe-

ג

Gimel (גִּימֶל), tertia alphabeti littera, ubi numeri nota est, i. q. *tres.* Nomen eius forma tantum diversum videtur a גָּמָל *camelus*, eiusque figura in monumentis Phoenicijs (𐤂, ר), in nummis Maccabaeorum, et in alphabeto aethiopico (ገ) cameli collum utcunque referre videtur. Graeci hanc litteram a Phoenicibus acceptam capite ad dexteram converso pinxerunt Γ.

Pronuntiationem eius eandem fuisse, quam habet Γ, et G Latinorum et Germanorum, nemo dubitat: sed non minus certum est, etiam arabicum ج litterae nostrae respondens olim non aliter esse prolatum, quemadmodum etiamnum in Aegypto et in lingua aethiopica sine sibilo effertur (vid. Herbin developpemens pag. 7. Ludolf. pag. 634): statim enim videbimus, ج Arabum aeque ac Hebraeorum, cum litteris palatinis, adeoque gutturali غ, neque vero cum sibilantibus, commutari. Hodierna litterae ج pronuntiatio non magis antiqua et genuina videtur quam Maroccanorum et nonnullarum tribuum nomadicarum (v. Burckhardti itin. Syriae p. 64), qui ق molliter sicut *g*, ك ut *tsch* (كلب *tschelb*) enuntiant; et (ut adposite monebat Volnejus in litteris ad nos datis) rusticorum Galliae, qui *tschetschun* efferunt pro *quelqu'un*, ut contra Picardi *kien* pro *chien*.

Quod ad permutationem eius attinet, *Gimel* transit 1) in litteras *palatinas*, nominatim a) in כ, ut גָּדִישׁ, كُدْسٌ, جُدْسٌ, كَدِيسٌ acervus mergitum, גָּפְרִית, ܟܒܪܝܬܐ, كِبْرِيتٌ sulphur, גּוּמָץ chald. קוּמְצָא, כּוּמְצָא fovea, גָּנַן, جَنَّ et كَنَّ texit, protexit, גָּנַז et כָּנַס, كَنَزَ collegit, coacervavit, כָּחַד, جَحَدَ denegavit, in media radice סָגַר et סָכַר clausit, זְכוּכִית, ܙܓܘܓܝܬܐ vitrum, רָגַל et רָכַל cursitavit, מָגֵן et مَكَّنَ in potestatem tradidit, in radicis exitu סוּג Cant. VII, 3 et סוּךְ sepivit, נָסַךְ (unde מַסֵּכָה textum) et نَسَجَ texuit. Alia quaedam exempla ex Arabismo dedit A. Schult. in Opp. min. p. 15. b) in ק, גָּבִיעַ, قَبِيعَةٌ calix florum, מִגְבָּעָה, pileus sacerdotum cf. כּוֹבַע et קֹבַע galea, גִּיד nervus coll. قَيْدٌ ligamentum, גָּדַד, قَدَّ et جَدَّ secuit, in media radice שָׁגַד, שָׁקֵד, ܫܓܕܐ amygdalus, in fine eius הֵצִיג et הֵצִיק posuit cet. Cf. Bocharti Hieroz. II, p. 888. Hezel instit. interpr. p. 79, Michaëlis arab. Gramm. p. 91, nonnunquam etiam c) in *Jod*, ut גָּאָה syr. ܓܐܐ decoravit, ܓܐܝܐ decorus et ܝܐܝܐ pulcher, decorus, talmud. יוהרים gemmae i. q. arab. جواهر, يهودى pers. جهودى Judaeus, إِبَّلٌ et إِجَّلٌ cervus.

Rarius transit 2) in *gutturales*, nominatim a) ע, ע, maxime غ, גָּרָה arab. غَرِيَ Conj. II. IV excitavit inimicitias, גּוּמָץ fovea cf. غُمْضٌ terra depressa, غَمَسَ demersit, submersit, גָּבַע, גָּבַב, נָבַע, נָבַע scaturivit, מוּג i. q. ماع med. Je liquefieri, adde ex lingua arabica جَادِفٌ et غَادِفٌ remex, جراف et غراف mensurae genus, دجن et دغن nubilosus fuit, جلبة et غلبة clamor, جرجر et غرغر murmuravit, quare non erat, quod de hac permutatione admittenda dubitaret Michaëlis in Suppll. p. 242. Propter similem harum litterarum pronuntiationem Rabbini quoque arabica scribentes littera ג utuntur pro غ, eadem cum apice גׄ pro ج, et Arabs Erp. multa verba proprie غ habentia scribit per ج et contra, ut جوى pro غوى erravit cet. Nonnunquam etiam b) in ח, ut אֶפְרֹחַ, ܦܪܘܓܐ pullus avium, אָח fornax cf. أَجَّ flagravit, חָרִיץ, ܓܪܝܨܐ frustum, segmentum panis, casei, גָּמָל camelus cf. حمل portavit.

גָּאָה fut. יִגְאֶה radix cum omnibus derivatis orationi poëticae propria 1) *extulit se, crevit*, de aqua surgente Ez. XLVII, 5, de planta accrescente Iob. VIII, 11. — Iob. X, 16: וְיִגְאֶה כַּשַּׁחַל תְּצוּדֵנִי *et si extolleret se* (caput meum), *sicut leo venareris me.* Alii, ut Aben Esra, Mercerus, Rosenm. יִגְאֶה referunt ad afflictionem (עָנְיִי comm. 15) et reddunt: *et crescit* sc. afflictio. Aben Esra יתגבר. 2) Metaph. *elatus, magnificus fuit*, de Deo. Exod. XV, 1. 21. In derivatis praeterea refertur ad *decus* (v. גָּאוֹן no. 1) et ad *superbiam fastum*que v. גַּאֲוָה et גָּאוֹן no. 3. (In lingua syriaca haec radix, ut multa verba Hebraeorum poëtica, frequentissima est. Pa. ܓܐܐ decoravit, magnificum fecit. Ethpa. iactavit se, ܓܐܝܐ, ܓܐܝܐ decorus, magnificus, superbus. Cognata radix est יָאָה. Admodum incerta huius radicis et significationis vestigia exstant in Arabismo. Quod enim radici جأى tumendi notionem vindicare conatus est J. W. Schroederus ad Ps. X, p. 19, in eo non multos adsentientes habebit: magis ferendum fuerit, quod Schult. ad Iob p. 222 sq. et Lette in diss. Lugdd. p. 676 conferunt غبى erexit in altum, unde غَايَةٌ vexillum).

גֵּא adj. pro גֵּאֶה m. *superbus, fastuosus.* Jes. XVI, 6. (Syr. ܓܐܐ, ܓܐܝܐ decorus, superbus, f. ܓܐܝܬܐ).

גֵּאֶה adj. 1) *elatus, altus.* Jes. II, 12: עַל כָּל־גֵּאֶה וָרָם *super omne, quod elatum et altum est.* Iob. XL,

11. 12: רְאֵה כָל־גֵּאֶה וְהַשְׁפִּילֵהוּ *aspice omne altum, et deprime illud.*

2) *superbus, fastuosus* Jer. XLVIII, 29. Plur. גֵּאִים superbi, saepe adiuncta impietatis notione, quemadmodum alibi mansuetudo et animus demissus pietatem comprehendit (v. עָנָו). Ps. XCIV, 2. CXL, 6. Prov. XV, 25. XVI, 19. Bene LXX in Ps. ὑπερήφανοι, in Prov. ὑβρισταί.

גַּאֲוָה f. *superbia, fastus* Prov. VIII, 13.

גַּאֲוָה f. 1) i. q. גָּאוֹן no. 1. *decus.* Iob. XLI, 7: גַּאֲוָה אֲפִיקֵי מָגִנִּים *decus* eius (Leviathanis) sunt *scuta robusta.* (Aqu. Hieron., quos sequitur Bochartus in Hieroz. II, p. 781 גאוה *corpus, tergum* reddunt, quasi idem sit quod גֵּוָה, גֵּו: languide de mea sententia). Deut. XXXIII, 29: וַאֲשֶׁר־חֶרֶב גַּאֲוָתֶךָ *et qui* est *gladius decoris tui*, te decorans, ornans. — 2) *magnificentia, excellentia, maiestas* Dei. Deut. XXXIII, 26. Ps. LXVIII, 35. — 3) *superbia, fastus.* Ps. LXXIII, 6: לָכֵן עֲנָקַתְמוֹ גַאֲוָה *propterea fastus vestit collum eorum*, i. e. fastu elati sunt. Collum autem resupinum est sedes superbiae. Ps. XXXI, 24: עֹשֵׂה גַאֲוָה *insolenter agens.* Prov. XIV, 3: *in ore stulti* חֹטֶר גַּאֲוָה est *virga fastuosa.* Ita vocatur lingua stultorum cum fastu et insolentia alios verberans. Cf. שׁוֹט, et Jes. XI, 3. — Jes. IX, 8. XIII, 3. 11. XVI, 6. XXV, 11. Ps. X, 2. XXXI, 19. XXXVI, 12. Jer. XLVIII, 29. Zeph. III, 11 (de h. l. vide s. עַלִּיז). LXX saepe ὕβρις. De mari Ps. XLVI, 4: *contremiscunt montes prae superbia eius.*

גָּאוֹן constr. גְּאוֹן, semel plur. גְּאוֹנִים Ez. XVI, 56 1) *decus, splendor.* Jes. IV, 2: *illo die . . . fructus terrae erit* לְגָאוֹן וּלְתִפְאֶרֶת לִפְלֵיטַת יִשְׂרָאֵל *decori et ornamento reliquiis Israëlis.* LX, 15: *faciam te* גְּאוֹן עוֹלָם *decus perpetuum.* XIV, 11: *descendit in orcum splendor tuus.* XIII, 19: תִּפְאֶרֶת גְּאוֹן כַּשְׂדִּים *splendidum decus Chaldaeorum*, de Babylone urbe. Ez. VII, 20. XXXII, 12. Ps. XLVII, 5: גְּאוֹן יַעֲקֹב *decus Jacobi* i. e. terra sancta it. numen ipsum Amos VIII, 7. גְּאוֹן הַיַּרְדֵּן decus Jordanis poët. dicitur de ripa eius viridi et umbrosa salicibus, tamariscis et canna pulchre vestita, ubi leones inter arundines latitabant, Jer. XII, 5. XLIX, 19. L, 44. Zach. XI, 3, cf. Hieron. ad Zach. l. c. Relandi Palaestina p. 274. Thevenoti itin. p. 263. J. E. Faber (ad Harmari Observatt. II p. 140) aliique *vallem Jordanis* interpretantur, coll. גַּיְא, pl. גֵּאָיוֹת, sed explicationem supra propositam unice veram esse, arguit Zach. XI, 3, ubi in altero hemistichio pro גְּאוֹן legitur אַדֶּרֶת. Cf. Schnurrerus ad Jer. XII, 5.

2) *splendor, maiestas Dei* Exod. XV, 7. Jes. II, 10. 19. 21. XXIV, 14: בִּגְאוֹן יְיָ צָהֲלוּ *maiestatem Dei cum iubilo celebrant.* Iob. XXXVII, 4: קוֹל גְּאוֹנוֹ *vox sublimis eius*, tonitru. XL, 10: עֲדֵה־נָא גָאוֹן וָגֹבַהּ *orna te, quaeso, splendore et magnificentia.* Mich. V, 3.

3) i. q. גַּאֲוָה no. 3. *superbia, fastus.* Prov. XVI, 18: לִפְנֵי שֶׁבֶר גָּאוֹן *ruinam antecedit fastus.* גְּאוֹן עֻזְּכֶם superbia vestra proterva Lev. XXVI, 19. Ez. XXX, 6. 18. XXXIII, 28 cf. VII, 24. XXIV, 21. גְּאוֹן יַעֲקֹב fastus Jacobi Amos VI, 8. Nah. II, 3. (V. eadem verba in aliam sententiam accepta no. 1). Prov. VIII, 13. Iob. XXXV, 12. Jes. XIII, 11. XVI, 6. XXIII, 9. Jer. XIII, 9. Ps. LIX, 13. Tribuitur etiam fluctibus Iob. XXXVIII, 11. Cf. גֵּאוּת.

גֵּאוּת st. constr. גֵּאוּת Ps. LXXXIX, 10. Jes. XXVI, 10 (plena enim forma foret גֵּיאוּת, transp. pro גְּאֵיוּת, גֵּאוּת, v. quae notavimus ad subst. אֱלָה, et cf. syr. ܓܐܝܘܬܐ decus, superbia) f. 1) *elatio, res elata.* Jes. IX, 17: גֵּאוּת עָשָׁן *columna fumi.* — 2) *decus, splendor.* Jes. XXVIII, 1. 3: עֲטֶרֶת גֵּאוּת *corona splendida.* Impr. maiestas, magnificentia Dei. Jes. XXVI, 10. Ps. XCIII, 1. Concr. Jes. XII, 5: כִּי גֵאוּת עָשָׂה *nam splendida patravit.* — 3) *superbia, fastus.* Tribuitur hominibus Ps. XVII, 10; mari LXXXIX, 10 (cf. Iob. XXXVIII, 11).

גְּאוּאֵל (pro גֵּאוּת אֵל splendor Dei) n. pr. viri e numero exploratorum terrae sanctae Num. XIII, 15.

גַּאֲיוֹן adj. *superbus, fastuosus* Ps. CXXIII, 4 Chethibh, quod quin his vocalibus muniendum sit, vix dubium est. Scriptura marginalis גְּאֵי יוֹנִים, quae cum Kimchio explicanda est: *superbi inter oppressores* i. e. oppressores superbi, illi minime aequiparanda est.

גֵּאָיוֹת *valles* v. rad. גַּיְא.

גֵּוָה f. contr. pro גַּאֲוָה 1) *elatio.* Iob. XXII, 29: כִּי הִשְׁפִּילוּ וַתֹּאמֶר גֵּוָה *ubi submisse agunt homines, iubes elationem* i. e. modestos, mansuetos homines attollis. Ita nimirum interpretanda censeo haec verba, quae vulgo vertuntur: *quum humiliatae fuerint viae tuae* (comm. 28), *dices, elatio*, i. e. mox senties conditionem tuam ex ima factam opimam. — 2) *superbia, fastus.* Jer. XIII, 17, cum notione impietatis et sceleris Iob. XXXIII, 17.

גֵּוָה chald. *superbia* Dan. IV, 34, cf. גֵּיוָא, גֵּיוְתָא, Ez. XXVIII, 13. Jes. XIII, 17 Targ. Alibi in Targg. frequentatur גֵּיוְתָנוּתָא superbia, ab Adj. גֵּיוְתָן superbus.

I. גָּאַל fut. יִגְאַל 1) *redemit* a) agrum fundumque venditum, quod et venditori et consanguineo proximo licebat. Lev. XXV, 25. Ruth IV, 4. 6. b) rem Deo consecratam vel sacerdotibus debitam, velut decimam Lev. XXVII, 13. 15. 19. 20. 31. c) servum Lev. XXV, 48. 49. Part. גֹּאֵל redemtor (agri) Lev. XXV, 26. Creberrime de Deo homines et spec. Israëlem redimente, velut ex servitute Aegypti Exod. VI, 6. XV, 13. Ps. LXXIV, 2. LXXVII, 16, ex exilio Babylonico Jes. XLIII, 1. XLIV, 22. XLVIII, 20. XLIX, 7. LII, 9. LIX, 20. LXIII, 9

cet. e manu hostium Ps. CVII, 2, ex quocunque periculo Gen. XLVIII, 16. Constr. absol. et sequ. מִן Gen. l. c. Ps. LXXII, 14. CIII, 4, מִיַּד Ps. CVI, 10. CVII, 2. Jer. XXXI, 11. Hinc frequentissimae sunt locutiones: אָמַר יְהוָה גֹּאֲלֵךְ Jes. LIV, 8, נְאֻם יְהוָה וְגֹאֲלֵךְ קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל XLI, 14, cf. XLIII, 14. XLIV, 24. XLVIII, 17. XLIX, 26. LIV, 5. LX, 16. — Part. pass. גְּאוּלִים, גְּאוּלֵי יְהוָה a Deo redemti Jes. XXXV, 9. LI, 10. LXII, 12. Ps. CVII, 2. Thren. III, 58: גָּאַלְתָּ חַיָּי *redime vitam meam* qs. e manu mortis, i. e. serva eam. Cf. Ps. CIII, 4. Iob. XIX, 25: אֲנִי יָדַעְתִּי גֹּאֲלִי חָי *ego scio,* quod *redemtor meus vivit.* Deus ipse me ex his calamitatibus vindicabit. — Iob. III, 5 in diris, quas vir infelix diei natali imprecatur: יִגְאָלֻהוּ חֹשֶׁךְ וְצַלְמָוֶת *tenebrae et caligo eum* sibi *vindicent* i. e. recuperent, denuo occupent. Sententia est: tenebrae illae quae olim coelum terrasque tenuerunt (Gen. I, 2), postea luci imperii sui partem cesserunt, nunc antiquo quasi iure huius certe diei dominium sibi vindicent, eumque caligine obvolvant. Bene Symm. ἀντιποιήσαιτο αὐτῆς. Theod. ἀγχιστευσάτω αὐτήν. LXX. ἐκλάβοι αὐτήν. Reliqui intpp. ut Targ. Aqu. Hieron., quos recentiorum plerique sequuntur, nosque ipsi olim secuti sumus, reddunt coll. גָּאַל no. II *inquinent, contaminent.* Illud vero et magis placet et certius videtur, quum גאל = געל in Kal non legatur, et significationem potius intransitivam habuisse videatur. — LXX. ῥύω, λυτρόω.

2) *sanguinem* repetiit i. e. *vindicavit, caedis factae poenas* ab aliquo *repetiit.* Legitur nonnisi in Part. גֹּאֵל הַדָּם vindex sanguinis. Num. XXXV, 19 sq. Deut. XIX, 6. 12. Jos. XX, 3. 2 Sam. XIV, 11, et omisso הַדָּם Num. XXXV, 12. Vide de vindicta sanguinis Niebuhrii Arabia p. 32 sq. Michaëlis *mos. Recht* II, §. 134 et Hoffmannum in Encyclopaed. germ. T. XI v. *Blutrache.*

3) Quandoquidem et redimendi ius (no. 1, a. c) et caedis vindicandae officium (no. 2) proximi consanguinei erat, גֹּאֵל *consanguineum, propinquum* denotat. Num. V, 8. Lev. XXV, 25: גֹּאֲלוֹ הַקָּרֹב אֵלָיו *qui ei genere proximus est.* Ruth III, 12: גֹּאֵל קָרוֹב מִמֶּנִּי. Cum art. הַגֹּאֵל proximus consanguineus Ruth IV, 1. 6. 8 cf. III, 9. 12. Qui hunc proxime excipit, vocatur מִגֹּאֵל Ruth II, 20: קָרוֹב לָנוּ הָאִישׁ מִגֹּאֲלֵנוּ הוּא *nobis cognatus est hic vir, post Goëlem proximus est,* cf. IV, 4, ubi Boas Goëli: אָנֹכִי אַחֲרֶיךָ. (Ad hunc usum praeposit. מִן cf. syr. ܡܢܐܬܡܠ nudius-tertius, a ܐܬܡܠ heri). Plur. גֹּאֲלִים cognati 1 Reg. XVI, 11. (Ita hebraeo שְׁאֵר i. e. *consanguineus* respondet arab. ثَائِر vindex sanguinis, et وَلِيّ tum amicum notat et propinquum Cor. 3, 27, tum tutorem et vindicem sanguinis Cor. 2, 101. 27, 50, in quibus vocautem significationum ordo a propinquitate proficiscitur). LXX. in exemplis no. 2. 3: ἀγχιστεύων, ἀγχιστεύς, semel συγγενεῖς 1 Reg. XVI, 11.

4) Siquidem ex lege mosaica genere proximi praeterea erat, viri sine liberis defuncti viduam ducere (v. יָבַם, יָבָם), verbum גָּאַל etiam ad hoc propinquitatis ius et officium transfertur, ibique est denom. a גֹּאֵל. Vide Ruth III, 13, ubi Boas: אִם־יִגְאָלֵךְ טוֹב יִגְאָל וְאִם־לֹא יַחְפֹּץ לְגָאֳלֵךְ וּגְאַלְתִּיךְ אָנֹכִי *si propinquitatis iure te ducere vult, ducat: sed si non vult, ego te ducam.* Cf. Tob. III, 17.

Niph. pass. Kal no. 1. *redimi* a) de agro fundoque Lev. XXV, 30. b) de rebus consecratis et sacerdoti debitis Lev. XXVII, 20. 27. 28. 33, c) de servo Lev. XXV, 54. Reflex. *se ipsum redimere* ib. comm. 49.

Carent hac radice, saltem hac vel simili significatione, linguae cognatae, praeter samaritanam, in qua *vindex sanguinis* vocatur ࠂࠀࠅࠋ i. e. גָּאוּל, quae forma apud Samaritanos participialis est et activa (Cellar. gramm. sam. p. 87), minime vero, ut volebat Michaëlis (Suppll. p. 243) passiva, ut גאול (quod falso pronuntiabat גָּאוּל) valeat *vindicatus* s. *pollutus.* Ut nihilominus significationes eius cum reliquarum linguarum usu et verbo גָּאַל no. II. concilientur, varias, easque nugatorias coniecturas excogitarunt Etymologi. Ac Michaelis quidem l. c. גָּאַל suspicatur idem esse quod passivum גָּאוּל, מְגֹאָל *pollutus* (v. no. II), quia caede commissa sanguine cognati ante sumtam vindictam polluti et infames habiti sint: sed unicum huius coniecturae per se non admodum probabilis adminiculum (sam. גאול) quam validum sit, nunc cummaxime vidimus. Magis etiam arbitrarie Storrius (Observatt. ad anal. et synt. ling. hebr. p. 42) גָּאַל statuit idem valere quod جال *obivit, oberravit,* hinc de eadem nomadum caterva fuit, una vixit, propinquitate iunctus fuit (e quibus significationibus nonnisi prima locum habet): nec meliora dant Schult. ad Iob. III, 5. Wahlius in Promtuar. suo II, p. 106. Paulus ad Jes. XLI, 14.

II. גָּאַל, seqnioris Hebraismi verbum, in Kal inusit. *pollutus, impurus fuit* i. q. chald. גְּאַל (unde גִּיעוּלָה sordes Jes. IV, 4 Targ.), גְּעַל, Ithpe. אִתְגְּעַל pollutus est, impr. peccatis Jes. I, 6, Part. מְגַעַל pro מִתְגְּעַל i. q. טָמֵא VI, 5. XXVIII, 8 Targ. Cf. hebr. גָּעַל fastidivit. E contextu hebraeo ad hunc significatum referunt Iob. III, 5, sed vide גָּאַל no. I, 1 fin.

Pi. גֵּאַל *polluit, inquinavit.* Mal. I, 7: בַּמֶּה גֵאַלְנוּךָ *qua re polluimus te* i. e. altare tuum?

Pu. 1) *pollutus est.* Part. מְגֹאָל *pollutus, impurus* de cibo Mal. I, 7. 12. 2) *impurus declaratus* i. e. a sacro ministerio *remotus est* sacerdos. Esr. II, 62: וַיְגֹאֲלוּ מִן־הַכְּהֻנָּה *remoti sunt a sacerdotio.* Neh. VII, 64. (Hanc vim habet Syrorum ܓܠ abiecit, reiecit, Ettha. ܐܬܓܠ seiunctus, abiectus, reiectus est. Cf. גָּעַל Hiph.).

Niph. נִגְאַל Zeph. III, 1 et נְגֹאֲלוּ Jes. LIX, 3. Thren. IV, 14 (quae forma Passivo Conj. VII. Arabum إنْفَعَلَ similis est) *pollutus, inquinatus est,* ut sanguine Jes. Thren. ll. c. c., peccatis Zeph. l. c.

Hiph. inquinavit, ut vestem sanguine Jes. LXIII, 3. Forma אֶגְאָלְתִּי pro הִגְאַלְתִּי Syriasmum imitatur.

Hithpa. polluit se, cibis immundis Dan. I, 8. Inde

גֹּאַל Plur. constr. גָּאֳלֵי *inquinationes*, Neh. XIII, 29.

גְּאוּלִים m. pl. (ad formam חֲנוּטִים, קִדּוּמִים, עֲשׁוּקִים) *redemtiones*, *redemtio*. Jes. LXIII, 4: יוֹם גְּאוּלַי *annus redemtionis meae* i. e. quo populum meum redimam. Ita LXX. Vulg. Syr. Vulgo: *annus redemtorum meorum*.

גְּאֻלָּה f. 1) *redemtio*, ut agri fundique venditi Lev. XXV, 24. Ruth IV, 6. Inde a) ius redemtionis, plenius מִשְׁפַּט הַגְּאֻלָּה Jer. XXXII, 7 cf. 8 (v. בְּכוֹרָה i. q. מִשְׁפַּט הַבְּכוֹרָה). Lev. XXV, 29: יָמִים תִּהְיֶה גְאֻלָּתוֹ *per anni spatium habeat redimendi ius*. Comm. 31. 48. גְּאֻלַּת עוֹלָם ius redimendi in perpetuum Lev. XXV, 32. b) sequ. Genit. ager fundusque ab aliquo propinquitatis iure redimendus. Ruth IV, 6: גְּאַל לְךָ אַתָּה אֶת־גְּאֻלָּתִי *redime tu, quod ego redimere debebam*. c) pretium redemtionis. Lev. XXV, 26. 51. 52. — 2) *cognatio*, *propinquitas* (v. rad. I, 3). Ez. XI, 15: אַנְשֵׁי גְאֻלָּתֶךָ *propinqui tui*. — *Liberationis* significatu hoc nomen legitur in siclis Simeonis anni primi, quorum haec est inscriptio: שנת אחת לגאלת ישראל *anno primo liberationis Israëlis*, et in nummis anni quarti: שנת ארבע לגאלת ציון, v. F. P. Bayer de nummis hebraeo-samaritanis p. 171.

יִגְאָל (quem *redimet* Deus) n. pr. 1) unius ex exploratoribus terrae sanctae Num. XIII, 7. 2) viri in stemmate Davidis 1 Par. III, 22. 3) unius ex heroibus Davidis 2 Sam. XXIII, 36.

גָּבָא rad. Hebraeis inusitata, respondens arab. جَبَا ult. Waw et Je congregavit spec. aquam in aquarium, it. collegit tributum, أَجْبَا IV. congregavit, collegit, جَابِيَةٌ aquarium magnum Cor. 34, 13, جِبًا, جِبَاوَةٌ aqua in aquario collecta, melit. *gybjae* cisterna, cf. aethiop. ገብአ: abiit, rediit, unde ተጋብአ: congregatus est, convenerunt inter se, collectus est (de tributo), አስተጋብአ: collegit, ጉቡእ: congregatus, ጉባኤ: congregatio, synodus; syr. ܓܒܐ et chald. גְּבָא collegit, tributum exegit, ܓܒܝܬܐ collectio 1 Cor. XVI, 2. Hinc

גֶּבֶא m. 1) *vas aquarium*, *cisterna*. Jes. XXX, 14. Vulg. fovea. Syr. ܓܒܐ. Targ. פְּצִיר aquae fossa. — 2) *palus*, *piscina*. Ez. XLVII, 11. Vulg. *palustria*. Targ. פְּצִירִין.

גָּבַב radix Hebraeis inusit. Quoad ex derivatis colligitur, 1) *curvatus est* instar *gibbi*, dorsi, fornicis, unde גַּב gibbus, dorsum, umbo cet. (Chald. גַּבְּבָא collis Ps. LXVIII, 16, גַּבֵּב tributum exegit, nostr. *Steuern erheben*, zab. ܓܒܒ incurvatus est, more gibbi, opp. statui recto et extenso, ܓܒܐ, ܓܒܝܐ, ܓܒܝܐ, ܓܒܐ de dorso testudinis, superficie aquae, cf. *νῶτα θαλάσσης*. Similem potestatem Arabes et Syri habent in verbo cavo, ut جُوبٌ et مِجْوَبٌ Kamûs p. 60 umbo, clypeus, ܓܘܒܐ concameratio, جَيْبٌ sinus, ut indusii vestisque Har. 1, 32 Schult. Cor. 27, 12. Taraph. 48. 51. Praeterea verba huic finitima sunt גַּג, גֵּו dorsum, גּוּפָה corpus, כָּפַף, كَفَّ curvavit, incurvavit).

2) *secuit*, *fodit* i. q. גּוּב et יָגַב. (Arab. جَبَّ secuit, exsecuit, cf. جَابَ med. Waw et Je id. Conj. VIII. puteum fodit). Unde chald. גֻּב puteus.

גַּב c. Suff. גַּבִּי, plur. גַּבִּים et גַּבּוֹת (v. no. 5. 6) pr. *gibbus, res in gibbi arcusve figuram incurvata*, 1) *dorsum* animalium Ez. X, 12, et hominum Ps. CXXIX, 3: עַל גַּבִּי חָרְשׁוּ חֹרְשִׁים *super dorsum meum arabant aratores* i. e. verberibus dorsum proscindebant, ut solum aratro. — 2) *dorsum clypei*, *umbo* (cf. arab. جُوبٌ clypeus, et gall. *bouclier* a *boucle*). Iob. XV, 26 proverbio dicitur: יָרוּץ אֵלָיו ... בַּעֲבִי גַּבֵּי מָגִנָּיו *irruit in eum ... densis clypeorum dorsis*. Metaphora petita est a militibus qui scutis arcte et testudinis more iunctis impetum facere solent. „In proverbium abivit formula قلب له ظهر المجن *obvertit ei dorsum clypei* pro *contumacissimum se gessit adversarium*. Extat in Hamasa, ubi Tauriz. ad verba poëtae *quum amicus me sinistris impetit suspicionibus, obverto ei dorsum clypei* haec dedit هذا مثل واصله ان المقاتل يكون ظهر مجنه الى اعدائه واستعمل ولا مجن هناك *est adagium, cuius origo ex eo, quod pugnator dorsum clypei hostibus obvertat: dein usurpatur etiamsi nullus adsit clypeus*. Hinc pulchre Abulphar. hist. dyn. 395. الدهر قلب له ظهر المجن *fortuna ei dorsum clypei obvertit*. Adde Har. Cons. 23 [p. 231 de Sacy] de *Fortuna* sive دنيا vita mundana كم مردي بغرورها حتى بدا متمردا قلبت له ظهر المجن واولغت فيه المدى *Quot inflatos eius pallacia, ita ut in Deum rebellarent: obverso excepit dorso clypei: iisque cultros adegit!* [ad verbum: Quot elati vanitatibus eius sc. fortunae, donec appareant rebelles: illa ei obvertit dorsum clypei et in eum inserit hastarum cuspides]." Schult. ad Iob. l. c. Cf. Cons. 40, 454 Sacy et Hamâs. Schult. p. 582. — Hinc 3) *propugnaculum*, *arx*. Iob. XIII, 12: גַּבֵּי חֹמֶר גַּבֵּיכֶם *arces luteae arces vestrae*. Intelliguntur argumenta debilia et infirma, quibus adversarii se defendant (cf. Jes. XLI, 21). Ita arab. ظهر dorsum pro propugnaculo. Hist. Tim. p. 14 Gol. (43 Mang.): لتكون

لتكن لنا ظهرا وملاذا *ut sis nobis dorsum* i. e. propugnaculum *et refugium.* Har. Cons. 9 p. 85 Sacy: ليشتدّ ظهره عند الخصام *ut corroboretur dorsum eius in litigando* i. e. validum praesidium habeat. — 4) *domus fornicata, fornix* spec. de lupanari, cella camerata, in qua meretrices prostabant, ut lat. *fornix* Juven. 3, 156. 11, 171. Hor. sat. 1, 2, 30. Ez. XVI, 24. 31. 39. LXX. οἴκημα πορνικόν, πορνεῖον. Quum in ruderibus veterum aedificiorum Aegypti et Persepoleos domuum concameratarum certa vestigia desiderentur, fuerunt, qui etiam Hebraeos tales habuisse negarent (Goguet de origg. legg. cet. T. III, p. 65. Jahnii Arch. 1, 2 p. 208): sed Babylonios certe fornicibus usos esse, testis est Strabo (XVI p. 758. Casaub.), easque Hebraeis non ignotas fuisse, tum ex nostro vocabulo tum ex syn. אֲגֻדָּה eorumque etymo colligi potest. — 5) *orbis, curvatura* rotarum. Plur. גַּבִּים 1 Reg. VII, 33, גַּבֹּת Ez. I, 18. — 6) *supercilium* qs. arcus oculi. Plur. גַּבֹּת Lev. XIV, 9. Arab. جُبَّة sec. Kamûs p. 52 i. e. حجاج العين os oculum circumdans, in cuius superiore parte supercilia nascuntur. — 7) *dorsum* i. e. superficies *altaris.* Ez. XLIII, 13. LXX. τὸ ὕψος τοῦ θυσιαστηρίου. Ita gr. νῶτος de superficie maris, terrae cet. Idem valet גַּג הַמִּזְבֵּחַ Exod. XXX, 3. XXXVII, 26, ut dubitare possis, sitne ita legendum. De dorso tamen s. superficie plana suggestus lapidibus strati legitur γαββαθᾶ i. e. גַּבְּתָא ap. Joh. XIX, 13, quod Schleusnerus etiam in recentissima Lexici editione derivat a „גָּבַהּ elevari, excelsum esse," quod verbum ignorant linguae semiticae.

גַּב chald. i. q. hebr. *dorsum,* Plur. *dorsa* pro sing. ut gr. τὰ νῶτα, it. de lateribus (ut syr. ܓܒܐ latus). Dorsi enim significatio, ut gr. νῶτος, arab. ظَهْر et hebr. פָּנִים facies, ad quamlibet superficiem translata est. Dan. VII, 6 Chethibh: eaque bestia *quattuor alas habebat* עַל גַּבַּהּ *super dorso eius.* Keri גַּבַּהּ. LXX. ἐπάνω αὐτῆς. Theod. ὑπεράνω αὐτῆς. Vulg. super se. In Targg. עַל גַּב, עַל גַּבֵּי *super dorsum, dorsa* (cf. τὰ νῶτα) i. e. *superficiem* praepositionis loco utuntur pro *super, supra* (עַל פְּנֵי), it. גַּב, גַּבֵּי pro עִם, אֵת *apud* (עַל פְּנֵי), ap. Rabbinos pro *super, de,* et in Versione syriaca ܠܘܬ ܓܒ est *super, apud, prope* coll. ܓܒܐ latus. Quum hoc vc. apud Syros litteram Nun habeat, et arabico جَنْب *latus* manifesto respondeat, illud olim ad radicem גָּבַב referebam. Videtur tamen Nun potius ex littera geminata ortum esse, ita ut جنب גנב radix secundaria sit.

גֵּבִים 2 Reg. XXV, 12 Chethibh, v. rad. גוב.

גֵּבִים asseres, cisternae v. גוב.

גֵּבִים locustae v. rad. גָּבָה.

גֹּב chald. st. emphat. גֻּבָּא *fovea,* de fovea in Persiae metropoli, in qua rex leones alebat Dan. VI, 8 sq. Cf. Bertholdtus ad comm. 8. In Targg. legitur pro hebr. בּוֹר Gen. XXXVII, 29. Prov. V, 15. Syr. ܓܘܒܐ, ܓܘܒܐ, zab. ܓܘܒܐ, sam. ࠂࠅࠁࠀ, ࠂࠁࠀ id., it. carcer Barhebr. 178, arab. جُبّ fovea, cisterna Cor. 12, 10. Tim. 1 p. 158 idemque valet جُوَّة. Aeth. ጉብ፡ fovea, lustrum leonis, sepulcrum.

גֹּב et גּוֹב (fovea, cisterna) n. pr. loci aliunde non cogniti, ad quem Davides proelium cum Philistaeis commisit. 2 Sam. XXI, 18. 19. In loco parallelo 1 Par. XX, 4 pro eo legitur גֶּזֶר (quod oppidum saepius obvium est), adeoque Alex. interpres scriptura mutata duo oppida notiora exhibuit, comm. 18 Γέθ (i. e. גַּת), comm. 19 Νώβ (נֹב).

גַּבַּי (i. q. syr. ܓܒܝܐ tributi exactor) n. pr. viri Neh. XI, 8.

גִּבְּתוֹן (ex inusit. גָּבָה i. q. chald. גִּבְּתָא collis et terminatione augmentativa וֹן) n. pr. urbis Philistaeorum in regione tribus Dan. Jos. XIX, 44. XXI, 23. 1 Reg. XV, 27. Ab Euseb. h. v. vocatur Γαβαθὼν τῶν Ἀλλοφύλων.

גָּבָה rad. Hebraeis inusit. i. q. arab. جَبَأَ *egressus fuit e terra,* ut serpens e latibulo, inde جَاب pro جَابِي locustae, ita dictae quod natae prorepunt ex terra cf. aeth. አንበጣ፡ locusta maxima, a نبط emersit ex aqua, cf. Plin. XI, 29 s. 35: hae pariunt, in terram demisso spinae caule, ova condensa autumni tempore. Ea durant hieme sub terra. Subsequente anno exitu veris emittunt parvas .... sicco vere maior proventus. Arist. hist. anim. V, 28 et Bocharti Hieroz. II p. 443. Inde in V. T.

גֵּב (pro גֵּבֶה) *locusta.* Plur. גֵּבִים Jes. XXXIII, 4. LXX. ἀκρίδες.

גּוֹב Nah. III, 17 id. Plur. (aut Collect.) גֹּבַי et גֹּבָי (pro גּוֹבִים *Lehrgeb.* p. 523) Amos VII, 1. Nah. III, 17: גּוֹב גֹּבַי *locusta locustarum,* de magna earum copia. Chald. גּוֹבָא Exod. XIV, 10 pro אַרְבֶּה, it. גּוֹבָא, גּוֹבַי, גּוֹבָאי et in Plur. גּוֹבָאֵי Ps. CV, 34. E posteriore hoc exemplo colligere possis, hebr. גֹּבַי potius pro singulari collectivo habendum esse, et ־ַי radicale esse coll. جَاب pro جَابِي, neque repugnabo, si quis hoc praetulerit: ap. Nah. tamen גּוֹב גֹּבַי ita iunguntur, ut alibi Singularis et Pluralis, neque tanta est linguae chaldaeae auctoritas. Michaëlis (Supplemm. 249) locustas intelligit, ubi primo e terra prorepserunt, invitis verbis Nah. l. c. ac repugnante vett. intpp. linguarumque cognatarum auctoritate. LXX. ἀκρίδες.

גַּב asser, v. גוב.

גֵּבִים n. pr. v. גוב.

גָּבַהּ 3 praet. f. semel גָּבְהָא pro גָּבְהָה Ez. XXXI, 5, inf. גֹּבַהּ, semel גָּבְהָה Zeph. III, 11, fut. יִגְבַּהּ, 3 plur. fem. irregulariter תִּגְבְּהֶינָה Ez. XVI, 50 1) *altus fuit*, de arbore Ez. XIX, 11. XXXI, 5. 10, de coelis Ps. CIII, 11, de nubibus Iob. XXXV, 5; de viro procero 1 Sam. X, 23 (cf. Jes. LV, 9): וַיִּגְבַּהּ מִכָּל־הָעָם *et Saulus eminebat super omnem populum.* — 2) *elatus, exaltatus* ad maiorem dignitatis gloriaeque gradum sublatus *est.* Jes. LII, 13 de servo Dei: *ecce prosperabit servus meus,* יָרוּם וְנִשָּׂא וְגָבַהּ מְאֹד *extolletur, sublimis erit et valde elatus.* V, 16. Iob. XXXVI, 7. — 3) גָּבַהּ לֵב a) in bonam partem: *animum sumsit.* 2 Par. XVII, 6: וַיִּגְבַּהּ לִבּוֹ בְּדַרְכֵי יְהוָֹה *et animum sumsit in viis Domini.* b) in malam partem: *extulit se cor eius ad fastum et superbiam, superbus fuit.* Ps. CXXXI, 1: לֹא־גָבַהּ לִבִּי *haud superbum est cor meum.* Prov. XVIII, 12. 2 Par. XXVI, 16. XXXII, 25. Ez. XXVIII, 2. 17. Hinc ad ipsum hominem transfertur et valet 4) *superbus, fastuosus fuit.* Jes. III, 16: יַעַן כִּי גָבְהוּ בְּנוֹת צִיּוֹן *quia fastuosae sunt filiae Zionis.* Jer. XIII, 15. Ez. XVI, 50. Zeph. III, 11.

Hiph. הִגְבִּיהַּ 1) *altum fecit, exaltavit* 2 Par. XXXIII, 14. Ez. XVII, 24. XXI, 31. Prov. XVII, 19: מַגְבִּיהַּ פִּתְחוֹ *qui altiorem facit portam suam.* Jer. XLIX, 16: כִּי־תַגְבִּיהַּ כַּנֶּשֶׁר קִנֶּךָ *etsi nidum exaltas instar aquilae* i. e. arces tuas in summis rupibus exstruis, cf. Obad. 4, ubi omittitur קִנֶּךָ ex proximo hemistichio repetendum. — 2) Ubi sequuntur alia verba in infinitivo vel gerundio posita, adverbio exprimendo inservit (cf. הִשְׂכִּיל, הֶעְמִיק). Ps. CXIII, 5: הַמַּגְבִּיהִי לָשָׁבֶת *qui alte sedet.* Iob. V, 7: יַגְבִּיהוּ עוּף *alte volant.* Omisso עוּף id. Iob. XXXIX, 27 (30): אִם־עַל־פִּיךָ יַגְבִּיהַּ נָשֶׁר *numquid te iubente alte volat aquila?* Cum verbo finito Jes. VII, 11.

Reperitur haec radix altitudinis significatu in sola lingua chaldaea, sed raro; Arabes habent جَبْهَةٌ frons, أَجْبَهُ alta fronte praeditus et جَبَّا IV. i. q. اشرف eminuit, nobilis fuit. Admodum vicinum tamen sam. 𐡂𐡁𐡇 altus fuit, chald. גְּבִיחַ statura longus, hebr. גִּבֵּחַ altae frontis vir (v. litt. ה): et praeterea *alti elati*que potestas est in verbis גָּבַע, גָּבַן, גָּבַב.

גָּבֵהַּ i. q. גָּבֹהַּ adj. *altus*, nonnisi in st. constr. גְּבַהּ עֵינַיִם Ps. CI, 5, גְּבַהּ לֵב Prov. XVI, 5, גְּבַהּ רוּחַ Eccl. VII, 8 de superbo.

גָּבֹהַּ, raro גָּבוֹהַּ Ps. CXXXVIII, 6 (quanquam Codd. fluctuant) adj. constr. גְּבֹהַּ 1 Sam. XVI, 7 (cf. גְּבַהּ) f. גְּבֹהָה 1) *altus*, de arbore Ez. XVII, 24, turri Jes. II, 15, monte Gen. VII, 19. Jes. XXX, 25. XL, 9. LVII, 7, colle 1 Reg. XIV, 23, porta Jer. LI, 58, moenibus Deut. III, 5, cornu Dan. VIII, 3, de statura hominis 1 Sam. IX, 2. Ez. XLI, 22: שָׁלוֹשׁ אַמּוֹת גָּבֹהַּ *tres ulnas altum.* Eccles. XII, 5 de senibus: גַּם מִגָּבֹהַּ יִירָאוּ *etiam quod altum est timent.* Cavent sibi a montibus, turribus etc. conscendendis, quum deficiant vires et difficulter spirent. Transfertur ad viros *potentes*, in magno dignitatis gradu constitutos. Eccles. V, 7: כִּי גָבֹהַּ מֵעַל גָּבֹהַּ שֹׁמֵר וּגְבֹהִים עֲלֵיהֶם *nam potenti potens invigilat, et utroque alii potentiores* sunt. Subst. *altum* i. q. *altitudo, proceritas.* גְּבֹהַּ קוֹמָתוֹ proceritas staturae eius 1 Sam. XVI, 7. — 2) *superbus, fastuosus.* Jes. V, 15: עֵינֵי גְבֹהִים *oculi superborum*, de ipsis superbis. 1 Sam. II, 3: אַל־תַּרְבּוּ תְדַבְּרוּ גְּבֹהָה גְבֹהָה *ne iactetis verba superba.*

גֹּבַהּ m. c. Suff. גָּבְהוֹ 1) *altitudo*, arborum, aedificiorum cet. Ez. I, 18. XL, 42. 1 Sam. XVII, 4. 2 Par. III, 4. Amos II, 9. Iob. XXII, 12: הֲלֹא־אֱלוֹהַּ גֹּבַהּ שָׁמָיִם *nonne Deus in excelsis coeli?* Plur. constr. Job. XI, 8: גָּבְהֵי שָׁמַיִם מַה־תִּפְעָל *excelsa coeli* sunt ista divinae sapientiae penetralia, *quid facies?* — 2) *maiestas, magnificentia* Iob. XL, 10. — 3) *superbia, fastus* Jer. XLVIII, 29, plenius גֹּבַהּ לֵב 2 Paralip. XXVI, 16, גֹּבַהּ רוּחַ Prov. XVI, 18, et גֹּבַהּ אַף Ps. X, 4. Haec posterior locutio in Arabismo usitatissima est, et haud pauca sunt verba, quibus *nasum elatum* et *superbiam*, nonnunquam etiam in bonam partem *nobilitatem* significant. Huius generis sunt شمخ انفه et بانفه elato nasu i. e. superbus fuit, Abulph. dyn. 76, تشامخ انفه superbia hist. Tim. 48. Har. Cons. VI, 184 Schult. ماجد اشمخ gloria superba Ispah.; idem est زمخ بانفه teste Dschauhario i. q. تكبّر; خرطم سمى الانف arrogans, fastuosus; Conj. III nasum extulit prae superbia et ira Har. 40, p. 457 Sacy, نخران alto naso praeditus et superbus, شمّ العرانين de viris principibus Caab ben Zoheir v. 54, ibique Lettium. Exstat etiam proverbium de homine magniloquo nihil praestante (Gol. Adag. p. 125. Har. Cons. 47 p. 556) انف في السما واست في الما, nasus in coelo, et nates in aqua. Partem horum exemplorum jam collegerat Schultens in Opp. min. p. 182. Adde etiam sinicum *bi-teû-gâo* naso altus i. e. superbus.

גַּבְהוּת f. *superbia* Jes. II, 11. 17.

יָגְבְּהָה (quae exaltabitur, verbale fut. Hoph. fem. cf. יָקְטָן, יָגְלָה, et in fem. יָשֵׁת) n. pr. oppidi in tribu Gad. Num. XXXII, 35. Iudd. VIII, 11.

גָּבַח rad. inusit. sed admodum vicina praecedenti גָּבַהּ *altus fuit*, spec. de statura et fronte, cf. chald. גְּבִיחַ nimis altae staturae homo Lev. XXI, 20 Targ. Hieros. opp. nano s. pumilioni, sam. 𐡂𐡁𐡇 altus fuit, quod adeo in Pentateuchum Hebraeo-Sam. irrepsit Gen. VII, 19.

Deut. III, 5. XXVIII, 52 pro hebr. גְּבֹהָה (v. Comment. de Pent. sam. p. 55), arab. أَجْبَهُ alta fronte praeditus, جَبْهَةٌ frons.

גִּבֵּחַ m. adj. *qui frontem habet nimis altam* (nomina enim formae קִטֵּל vitium corporis indicant), *anteriore capitis parte calvus*, *recalvus*. Lev. XIII, 41. LXX. ἀναφάλαντος. Syr. vc. hebraeum retinens ܓܒܚܐ Differt a קֵרֵחַ i. e. occipite calvus.

גַּבַּחַת f. *calvitium sincipitis* Lev. XIII, 42. 43. Transfertur ad *locum calvum et depilem* in *exteriore* et adversa vestium pannorumque *parte* Lev. XIII, 55. Opp. קָרַחַת calvitium occipitis et aversae pannorum partis. De locustarum calvitio (גַּבַּחַת) v. Boch. Hieroz. II, 456.

גָּבַל fut. יִגְבּוֹל 1) *terminavit*, de ipso termino. Jos. XVIII, 20: וְהַיַּרְדֵּן יִגְבּוֹל־אֹתוֹ *et Jordanes terminabit eum.*

2) *determinavit* c. acc. finium. Deut. XIX, 14: *ne transferas terminos vicini tui* אֲשֶׁר גָּבְלוּ רִאשֹׁנִים *quos determinarunt maiores.*

3) Sequ. בְּ *adiacuit* terrae, ei *conterminus fuit.* Zach. IX, 2: וְגַם־חֲמָת תִּגְבָּל־בָּהּ *et etiam Hamatham, quae ei* (Damasco) *contermina est.* Ita etiam Cod. Sam. Num. XXXIV, 6 הים הגדול יגבל LXX ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη ὁριεῖ, pro hebr. הַיָּם הַגָּדוֹל וּגְבוּל. Cf. Comment. de Pent. Sam. p. 42. — Terminandi significatu hanc radicem ignorant linguae cognatae; namque Syrorum et Arabum جبل, ܓܒܠ valet *finxit*, *formavit*, *creavit* cf. جَمُلَ elegans fuit. Omnes tamen significationes, si quid video, optime inter se cohaerent. Primariam vim fuisse suspicor *contorsit*, *plexuit* velut funem, unde جَبُلَ IV. difficilis fuit sermo poëtae (pr. perplexus), جِبْلٌ turba hominum, *Bande* (v. אֲגֻדָּה no. 3), cf. חָבַל torsit, חֶבֶל funis, restis, ܚܒܠ, כָּבַל ligavit, vinxit, حَبْلٌ funis, restis, ܓܒܠܘܬܐ „ornamenti genus BB." prob. opus tortile. A *contorquendo* dictum arbitror non solum גַּבְלֻת et מִגְבָּלֹת opus tortile, sed etiam גְּבוּל pr. funis, quo determinantur et mensurantur termini, dein *terminus* ipse, et ab hoc demum nomine derivo verbum גָּבַל determinavit, et arab. جَبَلٌ mons, siquidem montes cum fluviis nativos quasi regionum terminos constituunt, cf. ὅρος et ὄρος, arab. عَلَمٌ signum limitis it. mons. Sur. 42, 31. Schol. ad Har. II p. 54 Schult. it. *finis* dictus a *fune* (v. Gesn. Thes.), angl. *boundary* terminus pr. filum. Vide גָּבַל. Plectendi et nectendi significatui praeterea vicinum est talmud. גבל miscuit (v. LXX. Exod. XXVIII, 14), subegit massam, et syr. arab. formavit (e luto), finxit, v. supra.

Hiph. terminavit, terminis sepivit. Exod. XIX, 23: הַגְבֵּל אֶת־הָהָר *terminis cinge montem.* Comm. 12: וְהִגְבַּלְתָּ אֶת־הָעָם *et terminos constitue populo.*

גְּבַל (i. q. جَبَلٌ *mons* cl. Strabon. l. c., sec. Jo. Simon. *terminus* cf. Jos. l. c.) n. pr. urbis Phoenicum, Tripolin inter et Berytum non procul a mari in excelso loco sitae (Strab. XVI p. 755 Casaub. κεῖται δ' ἐφ' ὕψους τινὸς μικρὸν ἄπωθεν τῆς θαλάττης), cultu Adonidis nobilis (v. Strabo l. c.), civibus habitatae rei nauticae (Ez. XXVII, 9) et architecturae peritis (1 Reg. V, 32). A Graecis ea Βύβλος (cf. βλέφαρον, γλέφαρον; γλήχων, βλήχων) vocatur (v. Strab. Ptol. Steph. Byz.), raro Βίβλος (Zosim. I, 58. Ez. l. c. LXX.), ab Arabibus hodieque جَبْلَةُ et dimin. جُبَيْل, جُبَيْلَة i. e. parvus mons. V. Schult. ind. geogr. v. Sjibla, Hobeila, Abulf. Syria p. 94 Köhler, et e recentioribus le Quien Oriens christ. III, 91. 92. Pococke itin. II, 28 ed. germ. Burckhardt itin. Syriae I, 296 Vers. germ. v. Richter *Wallfahrten* p. 118. Nomen gentile est גִּבְלִי Plur. גִּבְלִים 1 Reg. V, 32. הָאָרֶץ הַגִּבְלִי regio Bybli Jos. XIII, 5 memoratur in ultimis terrae sanctae finibus, quae tamen nunquam hanc regionem complexa est. Caeterum non confundenda haec urbs cum alia cognomine prope Laodiceam, τὰ Γάβαλα Strabo XVI p. 516, arab. itidem جبلة dicta.

גְּבָל m. (montanum) *Gebalene*, n. pr. regionis montanae ab Idumaeis habitatae, a mari mortuo meridiem versus ad Petram usque patentis. Tractus magis australis Petram inter et sinum Aelaniten κατ' ἐξοχὴν שֵׂעִיר (hodie جبل الشراة) vocatur, ampliore tamen significatu hoc vc. alibi etiam Gebalenen, omnesque Idumaeae montes complectitur. Semel legitur in V. T. Ps. LXXXIII, 8. Sed idem nomen habes a) in Targ. Hieros., ubi טוּרָא דְגַבְלָא Deut. XXXIII, 2 pro hebr. שֵׂעִיר, et in Vers. sam., ubi ࠂࠁࠋࠄ pro שֵׂעִיר Gen. XXXIII, 14. 16. XXXVI, 8. 9; b) apud Arabum Geographos (v. Michaëlis Supplemm. p. 254) et hodiernos eius regionis incolas (vid. Burckhardt. itin. p. 674. 688 et quae ibi adnotavimus), quibus جبال *Dschebâl* tractum montanum mare mortuum inter et Wady Musam designat, ita quidem ut شراة, sicut diximus, modo distinguatur a Dschebala, modo eam complectatur; c) apud Graecos, quibus ea regio Γοβολῖτις (Jos. Arch. II, 1. §. 2. III, 2 §. 1) et saepius etiam Γάβαλα, Γέβαλα (Steph. Byz.), Γεβαληνή, Γαβαληνή (Euseb.), eiusque incolae Γαβαλῖται (Jos. Arch. IX, 9, §. 1) et Γεβαληνοί (Steph.) vocantur, ita quidem ut his nominibus potissimum de regione Petrae vicina utantur (v. Reland. Palaest. p. 82—84). Eodem denique pertinet d) *Syria Sobal* Judith III, 1 Vulg., cf. Guil. Tyrius in Actis Dei per Francos p. 781. 812. 834. Non igitur id nomen pro ficto venditare et scriptorem libri Judith propterea ignorantiae arguere debebat Eichhornius in introd. in libr. apocr. p. 305.

גְּבוּל c. Suff. גְּבֻלִי, גְּבוּלְךָ Plur. גְּבוּלִים m. 1) *terminus, limes*, agri et regionis, vc. saepe obvium. Deut. XIX, 14: לֹא תַסִּיג גְּבוּל רֵעֲךָ *ne transferas terminum vicini tui.* XXVII, 17. Prov. XXII, 28. Iudd. XI, 18: *nam Arnon* est *terminus Moabitarum.* גְּבוּל יָם, גְּבוּל נֶגֶב terminus occidentalis Num. XXXIV, 3. 6. De termino maris Ps. CIV, 9. De formula וּגְבוּל Num. XXXIV, 6. Deut. III, 16. 17 cet. v. infra s. Waw copulativo. — 2) *spatium finibus suis circumscriptum, fines, Gebiet.* Gen. X, 19: גְּבוּל הַכְּנַעֲנִי *fines Canaanitarum.* כָּל־גְּבוּל מִצְרַיִם totus ambitus Aegypti Exod. X, 14. 19. כָּל־גְּבוּל יִשְׂרָאֵל 1 Sam. XI, 3. 7, גְּבוּל בְּנֵי עַמּוֹן Num. XXI, 24, ג׳ בְּנֵי רְאוּבֵן Jos. XIII, 23, גְּבוּל סִיחוֹן Jos. XII, 5 cet. cet. Plur. *fines, territoria.* Jer. XV, 13. XVII, 3. Jes. LX, 18. 2 Reg. XV, 16. XVIII, 8. Ez. XXVII, 4: *in medio mari* sunt *fines tui* (Tyri). — 3) *margo* (altaris). Ez. XLIII, 13. 17. LXX hebraeum גבול quater reddunt ὅρος, qs. idem sit quod جَبَل Iudd. II, 9. 1 Reg. X, 2. Ps. LXXVII, 59. Ez. XI, 10. 11.

גְּבוּלָה f. *terminus, margo.* Jes. XXVIII, 25: וְכֻסֶּמֶת גְּבֻלָתוֹ *et far in margine eius* (agri). Plur. גְּבֻלוֹת termini, limites, velut agri Iob. XXIV, 2, regionum Num. XXXIV, 2. 12. Jos. XVIII, 20. XIX, 49. Ps. LXXIV, 17, populorum Deut. XXXII, 8. Jes. X, 13.

גַּבְלֻת f. *opus tortile*, instar funis plexum et tortum, v. quae disputavimus ad Kal. Exod. XXVIII, 22: *et facies pectorali* שַׁרְשֹׁת גַּבְלֻת מַעֲשֵׂה עֲבֹת זָהָב טָהוֹר *catenulas tortiles, opere plexili, ex auro puro.* Bene LXX. κροσσοὺς συμπεπλεγμένους. XXXIX, 15. De eadem re XXVIII, 14: *et duas catenulas ex auro puro* מִגְבָּלֹת תַּעֲשֶׂה אֹתָם מַעֲשֵׂה עֲבֹת *tortiles eas facias, opere plexili.* LXX. καταμεμιγμένα ἐν ἄνθεσι (quod non hariolantis esse dixerim c. Michaële in Supplemm. p. 250, sed verum etymon non ignorantis, quanquam ἐν ἄνθεσι redundat). Intelligendae, si quid video, catenulae ex auri filis ductilibus in funis formam plexae, *schnurenförmige Kettchen, Goldschnur*, et מַעֲשֵׂה עֲבֹת id accuratius declarat per ἐπεξήγησιν. — Praeter LXX vett. intpp. ex contextu utcunque coniecturam facientes a) vertunt: *aequaliter* determinatae i. e. eiusdem longitudinis. Chald. מְתַחְמָן definitae. Saad. معتدلتان Ar. Erp. سويات aequales. Sed aequalitatis in hac rad. nullum vestigium. — 2) Syr. Sam. *gemellae*, fort. coll. כפל duplicavit. E recentioribus Mich. *catenas grossiores* interpretatur coll. جَبِلَ corpore crassus grossusque, alii catenulas *in margine infixas*, alii *elegantes*, alii aliter. Sed catenarum fabricam hoc vc. describi, series orationis docet. Bene Abulwalides: ويجوز ... ويكون التقرير שרשרות מעשה גבלות *fortasse etiam explicandum qs. scriptum esset* שׁ׳ מַעֲשֵׂה גַּבְלוּת.

מִגְבָּלָה opus plexile, tortile, v. גַּבְלֻת.

גָּבַן rad. Hebraeis inusitata. Proprie notasse videtur *collegit se, contraxit se*, idem fere quod קָפָא. Id 1) dictum de corpore incurvato et gibberoso, opp. staturae longae et erectae (v. גִּבֵּן) it. de monte gibberoso (v. גַּבְנֻנִּים), de supercilio arcus instar curvato (syr. et chald. גְּבִינָא); dein 2) translatum ad corpus horrore percussum seque contrahens (*zusammenfahren*). Arab. جَبُنَ et جَبَنَ timidus, pusillanimis fuit, act. terruit, جَبَان pusillanimis, timidus; dicitur 3) de lacte, quod coit et coagulatur (nostr. *die Milch fährt zusammen, die Milch erschrickt*, pro *die Milch gerinnt*), unde גְּבִינָה lac coagulatum, caseus.

גִּבֵּן m. adj. *gibbosus* Lev. XXI, 20, v. rad. no. 1. Ita recte LXX. Vulg. Syr. Sam. Arabs uterque. Targ. Hieros. depilis in supercilio (a גְּבִינָא supercilium).

גְּבִינָה f. *lac coagulatum, caseus.* Iob. X, 10. Cf. rad. no. 3. Arab. جبن IV. coagulavit lac. V. coagulatum fuit, جُبْن, جُبُن melit. *gobon* caseus, جَابِن caseos vendens; aeth. ገብንት: caseus, chald. גְּבַן caseum fecit, גּוּבְנָא caseus, sam. ࠂࠁࠍࠄ Gen. XVIII, 8 pro hebr. חֶמְאָה, syr. ܓܒܶܢ coagulatum est lac Ps. CXIX, 70, ܓܘܒܢܐ (non ܓܒܢܐ, ut ap. Castell. ed. Mich. p. 131) plur. ܓܘܒܢܶܐ caseus Ferr. p. 97. Novar. p. 198.

גַּבְנֻנִּים m. plur. *cacumina* qs. gibbi *montis.* Ps. LXVIII, 16: הַר־גַּבְנֻנִּים הַר־בָּשָׁן *mons gibborum, Basanis* mons, et comm. 17 per appositionem הָרִים גַּבְנֻנִּים *montes*, qui *cacumina* sunt i. e. cacuminibus abundant. (Cf. talmud. גַּבְנוּנִית vertex, cacumen, syr. ܓܒܢܘܢܐ cacumen montis, supercilium, arab. جُبَانَة terra aspera et scabrosa (pr. gibberosa), coemeterium (a tumulis sepulcralibus ita dictum). Non male Symm. ὄρος ὑψηλότατον. Hieron. *mons excelsus*, sed accuratius Aqu. ὄρη ὠφρυωμένα i. e. montes clivosi (non superciliosi, ut volebat Mich. in Supplemm. 256) cf. ὀφρυόω Strabo VIII, p. 382 Casaub., ὀφρυόεις Herod. 5, 92. LXX. ὄρος τετυρωμένον (coll. גְּבִינָה caseus), fortasse *nive* ceu caseo *conspersus*, cf. τυρόω Athen. 5, 393 Schweigh., vel *glacie rigens*, si forte Hermon intelligendus sit.

גָּבַע verbum in linguis semiticis inusit., et forma et significatione verbis גָּבָה, גָּבַב (v. not. ad גָּבַה) finitimum, cuius propria vis, quoad ex derivatis colligitur, erat *instar gibbi montisve elatus est* (conf. arab. قبع gibbosus fuit), ita quidem ut modo altitudinis, modo formae

rotundae vis magis conspicua sit. Non probabilia dixerunt A. Schult. ad Prov. XXII, 23, qui huic radici *in rotundiorem formam complicandi* vim tribuit, et Jo. Simonis in Lex., qui *tegendi operiendi*que (v. מִגְבָּעָה) potestatem primariam fuisse censet.

גֶּבַע (collis i. q. גִּבְעָה) n. pr. urbis Levitarum in tribu Benjamin (Jos. XVIII, 24. XXI, 17. 1 Par. VI, 45), uno fere milliario geographico a Hierosolymis boream versus distantis, Josiae certe tempore in septentrionalibus imperii Judaici finibus sitae (2 Reg. XXIII, 8. Zach. XIV, 10, sed cf. Jes. X, 29). Plenius ea גֶּבַע בִּנְיָמִין vocatur Iud. XX, 10. 1 Sam. XIII, 16. 1 Reg. XV, 22. Praeter loca laudata etiam memoratur 2 Sam. V, 25 (ubi in loco parallelo 1 Par. XIV, 16 גִּבְעוֹן) 1 Par. VIII, 6. 2 Par. XVI, 6. Neh. VII, 30. XI, 31. XII, 29. LXX. *Γαβέ*, nonnunquam etiam appellative *βουνός* 1 Reg. XV, 22.

גִּבְעָא (collis) n. pr. viri in stemmate Judae 1 Par. II, 49, non urbis tribus Judae, quod vult Simonis in Onom. p. 163.

גִּבְעָה Plur. גְּבָעוֹת f. 1) *collis.* 2 Sam. II, 25. Jes. XXX, 25. XL, 12. XLI, 15. Cant. II, 8 cet. גִּבְעוֹת עוֹלָם colles antiqui, a mundo inde condito iidem atque hodie Gen. XLIX, 26. Deut. XXXIII, 15. Hab. III, 6, cf. Iob. XV, 7: לִפְנֵי גְבָעוֹת חוֹלָלְתָּ num *ante colles natus es?* Prov. VIII, 25. גִּבְעַת יְהוָה *collis Dei,* Zion Ez. XXXIV, 26 cf. Jes. XXXI, 4. In collibus tum Deo, tum imprimis idolis sacra facere solebant Hebraei (2 Reg. XVI, 4. Jes. LXV, 7. Hos. IV, 13, cf. בָּמָה no. 3. 4. p. 188) a prophetis propterea sexcenties obiurgati (cf. formulam עַל־כָּל־גִּבְעָה גְּבֹהָה 1 Reg. XIV, 23. 2 Reg. XVII, 10. Jer. II, 20, עַל־כָּל־גִּבְעָה רָמָה Ez. VI, 13. XX, 28. XXXIV, 6): qua re observata intelliges verba Jer. III, 23: לַשֶּׁקֶר מִגְּבָעוֹת הָמוֹן (מֵ)הָרִים *vanae ex collibus opes, vanae ex montibus* i. e. frustra exspectatur rerum affluentia ab idolis. Non pauci Palaestinae colles nominibus propriis insigniti erant, גִּבְעַת אַמָּה (collis ulnae l. metropoleos); גִּבְעַת גָּרֵב (collis leprosi l. Garebi), ג׳ הַחֲכִילָה, ג׳ הַמּוֹרֶה, de quibus v. suis locis. In aliis quibusdam nomm. propriis collis nomen translatum est

2) ad *oppidum in colle situm* (cf. *dunum* in antiquis Germaniae, Galliae et Britanniae urbibus in lingua celtica *collem* significans, veluti Augustodunum, Caesarodunum, Lugdunum cet.). In hunc censum veniunt a) גִּבְעַת בִּנְיָמִין 1 Sam. XIII, 2. 15. XIV, 16. 2 Sam. XXI, 6 et ג׳ בְּנֵי בִנְיָמִין 2 Sam. XXIII, 29 *Gibea Benjaminitarum,* etiam גִּבְעַת שָׁאוּל 1 Sam. XI, 4. XV, 34. Jes. X, 29, גִּבְעַת הָאֱלֹהִים 1 Sam. X, 5 cf. 10, *κατ᾽ ἐξοχὴν* הַגִּבְעָה Hos. V, 8. IX, 9. X, 9 et sine articulo גִּבְעַת 1 Sam. X, 26 cet. oppidum tribus Benjamin, in quo Saulus natus erat et postea rex habitabat (1 Sam. X, 10. 26. XXIII, 19. XXVI, 1), atroce civium flagitio infame (Iudd. XIX, 12 sq. XX, 4 sq. Hos. IX, 9. X, 9), caeterum, pariter atque Bethel, antiquis Palaestinae sanctuariis annumerandum (גִּבְעַת הָאֱלֹהִים 1 Sam. X, 5 cf. 2 Sam. XXI, 6) et propterea etiam a prophetarum colonia habitatum. Gebae (גֶּבַע) vicinum erat, et teste Josepho viginti (Arch. V, 2 §. 8) aut triginta (de bello iud. VI, 2 §. 1) stadiis ab Hierosolymis aberat septentrionem versus. Hieronymi tempore usque ad fundamentum diruta erat (ad Zeph. cap. I. et epitaph. Paulae). N. gent. est גִּבְעָתִי 1 Par. XII, 3. — b) גִּבְעַת פִּינְחָס (collis Pinehasi) in montanis Ephraimi Jos. XXIV, 33. Non collem tantum, sed etiam vicum fuisse testatur Eusebius v. *Γαβαάς: ..... καὶ εἰς ἔτι νῦν Γαβαθὰ κώμη, ὡς ἀπὸ ιβ´ σημείων Ἐλευθεροπόλεως. ἔνθα καὶ τὸ μνῆμα Ἀββακούμ ἐπιδείκνυται τοῦ προφήτου· ἦν δὲ φυλῆς Βενιαμείν.* Quae quidem ultima verba si ad Habacucum referuntur, non opus est cum Clerico ad Jos. l. c. reponas *ἦν δὲ καὶ φυλῆς Βενιαμείν.* c) גִּבְעָה oppidum tribus Judae Jos. XV, 57. — 1 Sam. VII, 1. 2 Sam. VI, 3. 4 appellative collis in urbe vel prope urbem Kirjath-jearim intelligendus videtur.

גִּבְעַת (collis) oppidum tribus Judae. Jos. XVIII, 28. „Eusebius v. *Γαβαθών* meminit Gabathae vici contra orientalem plagam Daromae, qui idem est ac hic.“ Reland. p. 810.

גִּבְעוֹן (*ad collem pertinens* i. e. in colle exstructum vel augment., ut שִׁבְתוֹן: *collis magnus* cf. 1 Reg. III, 4: כִּי הִיא הַבָּמָה הַגְּדוֹלָה) *Gibeon,* urbs magna Hevitarum (Jos. X, 2. XI, 19, quibus locis non obstat 2 Sam. XXI, 2 ubi Gibeonitae מִיֶּתֶר הָאֱמֹרִי vocantur: Amoritarum enim nomen generalius est et Hevitas complectitur), vicinarum quarundam metropolis et quasi regia (Jos. IX, 17), quam civibus post celebre strategema in deditionem acceptis (Jos. IX) vicinisque regibus debellatis (Jos. X, cf. Jes. XXVIII, 21) Josua tribui Benjamin assignabat (Jos. XVIII, 25. XXI, 17). Distinguenda est ab urbibus vicinis Geba (גֶּבַע) et Gibea (גִּבְעָה) et a septentrionali utriusque parte sita ab Hierosolymis L stadiis aberat (Jos. bell. iud. II, 19, §. 1, id enim intervallum rectius quam XL stadiorum, ut Arch. VII, 11 §. 7). Aeque ac Gibea, collis Gibeonis in locis Palaestinae sanctis erat, ibique Davide et Salomone regnantibus et ante templum conditum tabernaculum fuisse regemque Salomonem sacris operatum legimus (1 Reg. III, 4. 5. IX, 2. 1 Par. XVI, 39. XXI, 29. 2 Par. I, 3. 13). In vicinia memorantur aquae magnae (Jer. XLI, 12, cf. 2 Sam. II, 13) et desertum Gibeonis (2 Sam. II, 24). Auctor Paralipomenôn hanc urbem cum vicina Geba confudisse videtur (v. 1 Par. XIV, 16 cf. 2 Sam. V, 25). Ab Alex. et Josepho *Γαβαών* et *Γαβαώ* vocatur. Pocockius et Maundrellus in illis regionibus memorant vicum *Geb, Geeb* dictum in colle situm, quem aut Gibeonis, aut Gibeae, aut Gebae veteris locum occupare probabile est (v. Hamelsveld. geogr. bibl. III, p. 264). Nom. gent. est גִּבְעֹנִי, quod non de urbis tantum, sed etiam de totius reipublicae civibus usurpatur. 2 Sam. XXI, 1 sq. 1 Par. XII, 4.

גָּבִיעַ m. 1) *calix, scyphus* a forma rotunda dictus (v. rad.) Gen. XLIV, 2 sq. (LXX. *κόνδυ*) it. *crater*

vini Jer. XXXV, 5, distinguitur enim a כּוֹסוֹת i. e. cyathis, quibus vinum e cratere hauritur. 2) *calix florum.* Memoratur in ornamentis candelabri sacri. Exod. XXV, 31 sq. XXXVII, 17. 19. Cf. arab. قَبِيعَة calix florum, hebr. קֻבַּעַת calix, scyphus. Etiam pers. جام et arab. قدح utrumque notat, calicem florum et potatorium.

גִּבְעֹל quadrilitt. m. *calix, corolla florum (Blüthenknospe),* comp. ex גָּבִיעַ calix, et ܦܩܚܐ germen, flos, nisi ל in fine additicium est et sine significatu. Semel legitur de lino Exod. IX, 31: *nam triticum erat in arista* וְהַפִּשְׁתָּה (בּ)גִבְעֹל *et linum cum florum corollis.*

Praeterea frequentatur in Mischna de florum corollis in summis hyssopi caulibus in spicae fere speciem provenientibus (v. supra p. 57 B. fin. et p. 58 A). Praecipua quaedam exempla cum glossis adscribere placet, quippe quae usum biblicum mirifice illustrant, ex quibusque apparebit, vulgarem Kimchii et Buxtorfii גִּבְעֹל *culmum* explicantium sententiam a vero alienam esse. Para c. 11 §. 7 ubi de aqua lustratoria hyssopi caule spargenda agitur: *non spargendum est,* inquiunt, ולא בחמרות בירנקות *ramis tenellis nec si seminis capsulae adsunt* ...... אלו הן היונקות גבעלין שלא גמלו *rami tenelli autem sunt florum corollae s. spicae, quae nondum perfectae sunt.* Bart. גבעלין הוא הפרח קודם שיפתח כל עוד שתוח מקובץ בכיס *Gib'olin: ita vocatur flos nondum apertus, dum adhuc involutus est marsupio.* Ibid. §. 9: מצות אזוב שלשה קלחים ובהם שלשה גבעלין *praeceptum de hyssopo est, ut tres adhibeantur caules, in quibus tres florum spicae.* Ibid. c. 12, §. 2: *immergat* אפילו ראשי גבעלין *licet extremitates spicae sint.* Tanch. Hieros. in Morschid ad h. l. النوار قبل ان يفتح الازرار بتعبيس النبات بالنوار قبل تفتيحه يسمى גבעל *flos, antequam aperitur globulus, dum occultatur germen, ante apertionem vocatur Gib'ol.* רָאשֵׁי גבעלין memorantur etiam §. 3 cf. Gem. Joma fol. 34 A. Quintum locum addit Tanch. l. c. שלשה עלין בגבעל אחד eumque explicat *tria folia una serie* (صف واحد) pr. quae in spicae formam concreverunt.

Hanc, quam Mischnae loca flagitant, *germinis florisque* significatum, longe plurimi quoque ex veteribus interpretibus agnoverunt, de quibus, partim hucusque ineditis, partim intellectu difficilibus et male descriptis et intellectis (ut a Michaële factum in Suppl. p. 260) singillatim agere placet. Abulw. ترجمة عندى مكتهل يقال اكتهل النبت اذا تعس بارطب *equidem explico* (linum) *adultum et florescens. Dicitur autem* אכתהל *si germen floris latet in involucro suo.* Provocat dein ad Para 11 §. 7 et pluribus persequitur, propter verba שלא גמלו florum corollas esse intelligendas, non semen maturum. Juda b. K. تفسيره تزدّر تكم في علافه واكمامه i. e. *gemmulas et florum folliculos habebat in capsulis et involucris suis,* وتقول المشنا בגבעלין. Locum indicare non possum. R. Parchon ג' פרח שלא הוציא הנץ שלו *germen, quod non eduxit florem suum.* Targ. Hieros. כִּתָּנָא הֲוָת גְּבַעוֹלִין וְאַפְּרַחַת נִצְּהָא *linum erat cum folliculis et evolvebat flores suos.* Pseudoj. כִּיתָּנָא עֲבַד פּוּקְלִין quod minime reddendum: *linum faciebat culmos,* sed *protulerat calices* (cf. ad ἅπαξ λεγομ. פוקלא syr. ܦܘܩܠܐ cidaris, et פְּקוּלָא gossypium, a globulis dictum; idem notasse videtur quod גָּבִיעַ, ܦܘܩܠܐ calix floris). Saad. et Arabs Erp. مُشَلِّف (non مشلف) i. e. *flores habens,* ut colligo ex talmud. שלופפים flores dactylorum, palmae florentes. Sam. ܢܐܐ (i. e. נָאֵץ part. act. a נוּץ, neque vero sec. Mich. a נאף adulteratus est) *florens, virens.* — *Seminis capsulas* intelligunt LXX. σπερματίζον. In incertis sunt Vulg. *et cum linum iam folliculos germinaret,* germinandi enim verbum magis convenit florum, quam seminis folliculis, et Syr., siquidem nonnisi hoc scimus, ܟܬܐ esse vc. de lino usitatum, sed minime quae huius plantae pars notetur (v. Mich. ad Cast. h. v.). Seminis autem nodiculi Exod. l. c. vel eam ob causam intelligi non possunt, quod quo tempore hordeum spicas protrudit i. e. in Aegypto exeunte Januario et ineunte Februario, linum floret, minime nodos habet maturos vel maturescentes.

מִגְבָּעָה f. *mitra* sacerdotum gregariorum, a rotunditate ita dicta. (Cf. כּוֹבַע et קוֹבַע cassis, galea, ܡܓܒܥܬܐ pileus, قبع caput obtexit, ቆብዕ፡ mitra sacerdotum et monachorum. Cognatum est גָּבִיעַ calix, cui similis est forma, sicut hodieque species pilei appellatur دَنِّيَّة a دَنّ seria vini sine pedamento). Exod. XXVIII, 40. XXIX, 9. XXXIX, 28. Lev. VIII, 13. Differt a מִצְנֶפֶת pileo summi sacerdotis, quod nomen tamen Josephus (Archaeol. 3, 7 §. 3) etiam vulgarium sacerdotum mitrae tribuit. Describitur ut mitra rotunda, non fastigiata (πῖλος ἄκωνος), e fascia lintea in orbem replicata et consuta in coronae formam adornata.

גָּבַר et גָּבֵר 2 Sam. I, 23 fut. יִגְבַּר *valuit, invaluit, praevaluit.* (Primariam potestatem habent Arabes in جبر Conj. I. VII. VIII. religavit rem fractam, consolidavit, unde الجبر Algebra pr. reductio partium ad integrum. Ligandi autem vis refertur ad robur et potentiam, unde تجبّر fortis, corroboratus fuit, syr. ܓܒܰܪ, ܐܬܓܰܒܰܪ fortem se praestitit. Apud Aethiopes ገብረ፡ laboravit, fecit, quod a vi et robore derivatum videtur. Cognata radix est כָּבַר, كبر). Constr. absol. de hoste praevalente et invalescente Jer. IX, 2. Thren. I, 16. Exod. XVII, 11, cf. 1 Sam. II, 9, de aquis invalescentibus Gen. VII, 18. 19. 20. 24, de opibus Iob. XXI, 7, de

gratia divina Ps. CIII, 11. CXVII, 2. Sequ. מִן praevaluit alicui, fortior fuit aliquo 2 Sam. I, 23. Ps. LXV, 4, it. sequ. עַל Gen. XLIX, 26 et בְּ pr. fortissimus fuit inter 1 Par. V, 2.

Pi. fortem, robustum fecit. Zach. X, 6. 12. Eccl. X, 10: חֲיָלִים יְגַבֵּר *vires intendit.*

Hiph. 1) *fortem, firmum fecit.* Dan. IX, 27: הִגְבִּיר בְּרִית לָרַבִּים *foedus firmum init cum multis.* 2) intrans. Ps. XII, 5: לִלְשֹׁנֵנוּ נַגְבִּיר *lingua nostra praevalemus,* cf. ad rem Jes. XXVIII, 15.

Hithpa. 1) *fortem se praebuit* (syr. ܐܬܓܒܪ), sequ. עַל Jes. XLII, 13. 2) *superbiit, ferociit,* ὑβρίζειν Iob. XXXVI, 9, sequ. אֶל contra aliquem. ib. XV, 25. Arab. تجبّر et تكبّر superbus, contumax in Deum fuit, جَبِر superbus, جبّار superbus, contumax, v. Schult. ad Iob. XXXVI, 9 in Opp. min. p. 75.

In Targg. et apud Syros frequentatur Plur. גִּבְרַיָּא, ܓܒܪ̈ܐ, apud Nasor. etiam in Sing. est ܓܒܪܐ

גְּבַר chald. i. q. גִּבּוֹר plur. constr. גִּבָּרֵי m. *heros, miles.* Dan. III, 20. — Legitur praeterea Esr. II, 20 tanquam oppidi nomen, sed vitiose, ut videtur, pro גִּבְעוֹן coll. Neh. VII, 25.

גֶּבֶר plur. גְּבָרִים (cum Suff. nusquam invenitur) m. 1) *vir,* a robore dictus, i. q. אִישׁ, vc. exceptis paucis exemplis (Deut. XXII, 5. 1 Par. XXIV, 4. XXVI, 12 cf. לַגְּבָרִים) nonnisi in libris poet. obvium, in lingua aramaea (גְּבַר, ܓܒܪܐ, ܓܒܪ) longe usitatissimum. Ps. XXXIV, 9: אַשְׁרֵי הַגֶּבֶר יֶחֱסֶה־בּוֹ *o beatum virum, qui ad eum confugit.* LII, 9. XCIV, 12 cet. לַגְּבָרִים, לַגְּבָרִים viritim Jos. VII, 14. 17. 1 Par. XXIII, 3. Spec. a) opp. feminae est nomen sexus i. q. *mas, masculus.* Deut. XXII, 5. Jer. XXX, 6. XXXI, 22. XLIII, 6. XLIV, 20. Prov. XXX, 19, adeoque de prole mascula recens nata dr. Iob. III, 2: *nox, quae dixit,* הֹרָה גָבֶר *conceptus est masculus.* Cf. אִישׁ 1, a. (Apud Rabbinos ita κατ' ἐξοχὴν vocatur *gallus*). — b) Opp. coniugi est *maritus.* Prov. VI, 34. — Nonnunquam c) *viri fortitudinem* designat. Jes. XXII, 17: *ecce Jehova proiiciet te* טַלְטֵלָה גָּבֶר *iactu virili* i. e. valido, vehementissimo. Iob. XXXVIII, 3: *accinge, ut vir, lumbos tuos.* XL, 7. Ps. LXXXVIII, 5: כְּגֶבֶר אֵין אֱיָל sicut *vir,* qui fortis esse debebat, *sine robore.* Cf. אִישׁ 1, d. — d) *homo* opp. numini, cf. אִישׁ 1, e. Iob. IV, 17. X, 5. XIV, 10. 14. XVI, 21. XXII, 2. XXXIII, 17. 29. XXXIV, 9. Prov. XX, 24. Ps. XXXVII, 23. Thren. III, 35. 39. Iob. XXXIV, 7: מִי גֶבֶר כְּאִיּוֹב *qui mortalis, sicut Iobus, qui bibat scelus, instar aquae?* LXX non raro ἄνθρωπος. — e) *miles* (cf. אִישׁ 1, l). Iudd. V, 30, cf. Jer. XLI, 16: גְּבָרִים אַנְשֵׁי מִלְחָמָה.

2) i. q. אִישׁ no. 4. *quilibet, quivis.* Joel II, 8: גֶּבֶר בִּמְסִלָּתוֹ יֵלֵכוּן *quivis in tramite suo pergit.* Thren. III, 39 (in hemist. altero).

3) N. pr. praefecti Salomonis 1 Reg. IV, 19 cf. 13.

גְּבַר i. q. גֶּבֶר *vir,* forma ad Chaldaismum inflexa Ps. XVIII, 26. In loco parallelo 2 Sam. XXII, 26 est גִּבּוֹר.

גְּבַר chald. id. *vir.* Dan. II, 25. V, 11. Plur. גֻּבְרִין, גֻּבְרַיָּא (qs. a גַּבְרָא) *viri* Dan. III, 8 sq. VI, 6 sq. cet.

גִּבֹּר, גִּבּוֹר adj. 1) *fortis, validus, strenuus.* Refertur a) ad fortitudinem venatoris Gen. X, 9: גִּבּוֹר צַיִד *venator strenuus;* b) plerumque ad *virtutem bellicam,* inde adj. *strenuus,* subst. *vir strenuus, heros.* 2 Sam. XVII, 10: *scit enim universus Israëlis populus* כִּי גִבּוֹר אָבִיךָ *heroem esse patrem tuum.* Ps. XXXIII, 16. XLV, 4 cet. מֶלֶךְ גִּבּוֹר rex strenuus (Alexander M.) Dan. XI, 3. אֵל גִּבּוֹר heros strenuus Jes. IX, 5. X, 21 cf. Ez. XXXII, 11. Ps. XIX, 6 de sole: כְּגִבּוֹר לָרוּץ אֹרַח *ut herois instar persequatur viam suam.* Gen. VI, 4: הֵמָּה הַגִּבֹּרִים אֲשֶׁר מֵעוֹלָם אַנְשֵׁי הַשֵּׁם *hi sunt heroes illi in antiquo orbe famosi.* 2 Sam. XXIII, 8. Prov. XXX, 30: לַיִשׁ גִּבּוֹר בַּבְּהֵמָה *leo est heros inter bestias.* Dicitur deinde in universum de bellatore. Ps. LXXVIII, 65. Jes. XIII, 3 cet. גִּבּוֹרֵי בָבֶל Jer. LI, 30, חִצֵּי גִבּוֹר sagittae militis Ps. CXX, 4. CXXVII, 4, חֶרֶב גִּבּוֹר gladius militis Zach. IX, 13. Plenius dicunt גִּבּוֹר חַיִל bellator strenuus Iudd. VI, 12. XI, 1. 1 Sam. IX, 1. 2 Reg. V, 1. 1 Par. XII, 28. 2 Par. XIII, 3. XVII, 16. 15, plur. גִּבּוֹרֵי חַיִל 2 Reg. XV, 20. XXIV, 14 et גִּבּוֹרֵי חֲיָלִים 1 Par. VII, 5. 11. 40. (De alia eiusdem locutionis significatione v. litt. c. d). Transfertur ad Deum in pugna victorem. Ps. XXIV, 8: יְהוָה עִזּוּז וְגִבּוֹר יְהוָה גִּבּוֹר מִלְחָמָה *Jehova est fortis et heros, Jehova est heros in bello.* CXXIV, 8. Deut. X, 17: הָאֵל הַגָּדֹל הַגִּבֹּר וְהַנּוֹרָא *Deus magnus, strenuus et timendus.* Jer. XXXII, 18. Neh. IX, 32. Irridentis est illud Jes. V, 22: הוֹי גִּבּוֹרִים לִשְׁתּוֹת יָיִן וְאַנְשֵׁי־חַיִל לִמְסֹךְ שֵׁכָר *vae his, qui heroes sunt in vino bibendo, qui strenui in miscendo temeto.* Cf. quae observavimus ad Jes. XXVIII, 1, et arab. كبير الندماء fortissimus compotatorum Har. 22, p. 220 Sacy. Refertur c) ad *strenuitatem* in negotiis peragendis. גִּבּוֹר חַיִל vir strenuus (*thätiger, tüchtiger Mann*) 1 Reg. XI, 28. Neh. XI, 14, d) ad *opes,* quibus aliquis pollet. גִּבּוֹר חַיִל opibus pollens (*vermögend*). Ruth II, 1. 1 Sam. IX, 1. 2 Reg. XV, 20. e) ad *potentiam,* et potens imperium in alios. Gen. X, 8 de Nimrodo: הוּא הֵחֵל לִהְיוֹת גִּבֹּר בָּאָרֶץ *hic coepit esse potens in terra.* (Al. gigas, tyrannus, no. 3). 1 Par. I, 10. Ps. CXII, 2. שָׂרֵי הַמֶּלֶךְ הַגִּבֹּרִים principes regis potentes Esr. VII, 28. Inde

2) *dux, praefectus militaris.* Jes. III, 2: גִּבּוֹר וְאִישׁ מִלְחָמָה *praefectus militum et miles,* cf. Ez. XXXIX, 20. Ita etiam intelligendi videntur, qui vocantur גִּבֹּרֵי דָוִד 2 Sam. XXIII, 8. 1 Reg. I, 8. 1 Par. XI, 26. XXIX, 24. Generatim de praefecto 1 Par. IX, 26: גִּבֹּרֵי הַשְּׁעָרִים *praefecti portitorum.* Raro est

3) in malam partem, *superbus, tyrannus* Ps. LII, 3, sicut arab. جَبَّار Cor. 11, 6. 19, 33. 50, 44. — LXX reddunt ἰσχυρός, δυνατός, μαχητής, πολεμιστής, sed sexies decies ex. c. Gen. VI, 4. X, 8. 9. Ps. XIX, 6. Jes. III, 2 cet. etiam γίγας, ex usu syro vc. ܓܢܒܪܐ.

גְּבוּרָה f. 1) *robur.* Eccl. IX, 16: טוֹבָה חָכְמָה מִגְּבוּרָה *sapientia praestat robore.* X, 17: *o beatam terram .... cuius principes iusto tempore edunt,* בִּגְבוּרָה וְלֹא בַשְּׁתִי *ad robur* i. e. ad corpus roborandum, *non ad potandum.* Plur. Ps. XC, 10: *vivimus septuaginta annos,* וְאִם בִּגְבוּרֹת שְׁמוֹנִים שָׁנָה *et si robore valemus, octoginta.* De Leviathane Iob. XLI, 4. Spec. 2) *fortitudo, virtus bellica.* אִישׁ גְּבוּרָה vir fortis Iudd. VIII, 21. Jes. XXXVI, 5: עֵצָה וּגְבוּרָה לַמִּלְחָמָה *consilium et virtus ad bellum gerendum.* Cf. XI, 2. XXVIII, 6. Jer. IX, 22. Tribuitur etiam equo Iob. XXXIX, 19: הֲתִתֵּן לַסּוּס גְּבוּרָה *tune equo dedisti virtutem?* Ps. CXLVII, 10, soli heroi simili (Ps. XIX, 6) Iudd. V, 31, semel transfertur ad animum fortem et intrepidum prophetae populi peccata castigantis Mich. III, 8. Nonnunquam *fortitudo* in concr. notat a) *fortia facta* 1 Reg. XV, 23: *et reliquae res ab Asa gestae* וְכָל־גְּבוּרָתוֹ וְכָל־אֲשֶׁר עָשָׂה *et fortia facta eius et quaecunque fecit* cet. XVI, 27. XXII, 46. 2 Reg. X, 34. XIV, 15. 28. XX, 20. b) i. q. גִּבּוֹרִים viri fortes, heroes. Jes. III, 25. — 3) *potentia* ut populi Jes. XXX, 15. Jer. XLIX, 35, impr. autem Dei Ps. XXI, 14. LIV, 3. LXVI, 7. LXXI, 18. LXXXIX, 14. Jes. XXXIII, 13. Jer. XVI, 21. 1 Par. XXIX, 11. 12. 2 Par. XX, 6. Iob. XII, 13: עִמּוֹ חָכְמָה וּגְבוּרָה. Plur. גְּבוּרוֹת יְהוָה fortia facta, facinora, miracula Dei. Deut. III, 24. Ps. CVI, 2. CXLV, 4. 12. CL, 2, neque aliter LXXI, 16, ubi nonnulli *laudes* reddunt (cf. בּוֹא p. 185 B). Iob. XXVI, 14: haec sunt *tenuis susurrus verbi, quod de eo audivimus* רַעַם גְּבוּרֹתָיו מִי יִתְבּוֹנָן *tonitru miraculorum eius quis unquam percipiet?* i. e. quis omnia Dei opera unquam intelliget animoque comprehendet. (Syr. ܓܒܘܪ̈ܬܐ in N. T. saepe pro δυνάμεις, τέρατα Act. II, 19. 22. 43. IV, 30. VII, 36 cet.). — 4) *victoria* Exod. XXXII, 18 cf. verbum cap. XVII, 11. — LXX. ἰσχύς, δυναστεία, δύναμις.

גְּבוּרָא emphat. גְּבוּרְתָא *potentia* Dei Dan. II, 20.

גְּבִיר m. *dominus,* a potentia dictus. Bis legitur Gen. XXVII, 29. 37.

גְּבִירָה f. *domina,* ubique de *regina* i. q. מַלְכָּה a) regis uxore 1 Reg. XI, 19. 2 Reg. X, 13. Jer. XIII, 18. XXIX, 2; b) regis matre 1 Reg. XV, 13: וַיְסִרֶהָ מִגְּבִירָה *et removit eam a dignitate reginae.* 2 Par. XV, 16.

גְּבֶרֶת c. Suff. גְּבִרְתִּי (a masc. גְּבִיר, pro גְּבִירֶת) f. *domina,* opp. ancillae Gen. XVI, 4. 8. 9. 2 Reg. V, 3. Ps. CXXIII, 2. Prov. XXX, 23. Jes. XXIV, 2. גְּבֶרֶת מַמְלָכוֹת regnorum domina Jes. XLVII, 5. 7.

גַּבְרִיאֵל (vir Dei pro גֶּבֶר אֵל cum Jod compaginis, ut in מַלְכִּי צֶדֶק, אֲדֹנִי צֶדֶק) *Gabriel,* summorum angelorum unus, quo secundum seriorum Judaeorum doctrinam Deus tanquam revelationis suae nuntio et interprete utitur Dan. VIII, 16. IX, 21 cf. Luc. I, 19. Muhammedani eum Spiritum sanctum et Muhammedis doctorem fuisse putant. Vide Cor. II, 91. Gagnier ad Abulf. Vit. Muhamm. p. 15. d'Herbelot bibl. orient. p. 365.

גָּבַשׁ rad. inusit., quae idem valuisse videtur atque جَبَسَ et جَمَسَ *congelavit, concrevit* frigore, unde אֶלְגָּבִישׁ, الْجِبْس congelatum, glacies, v. pag. 92 B. 93 A. Huic finitimum fuerit chald. גְּבַשׁ congregavit Prov. VI, 8 Targ., quod tamen non satis certae auctoritatis est. Inde

גָּבִישׁ pr. *glacies* (v. אֶלְגָּבִישׁ), dein translate de *crystallo,* glaciei simili et re vera pro glacie habito (Plin. H. N. 37, 2), quemadmodum etiam gr. κρύσταλλος et glaciem denotat et crystallum vitrumque, et aeth. አበነ፡ በረድ፡ *lapis grandinis* dr. pro *crystallo.* Lud. Lex. 354. Semel legitur Iob. XXVIII, 18. Chald. בִּירוּלִין, quod idem videtur quod arab. بلور non tantum *beryllos,* sed etiam *crystalla* notans. Judaeus quidam Mascatensis apud Niebuhrium (descr. Arabiae, praef. p. XLI) gemmam quandam viridem intelligere volebat, meram coniecturam secutus, probabiliora tamen dicens Abulwalide et R. Parchone, qui vestem pretiosam et polymitam reddunt.

מַגְבִּישׁ (congregans) n. pr. loci, sec. alios hominis Esr. II, 30.

גַּג constr. גַּג c. Suff. גַּגּוֹ, cum He parag. גַּגָּה Jos. II, 6. 1 Sam. IX, 26 plur. גַּגּוֹת m. 1) *tectum* domus, idque in Oriente planum Jos. II, 6. 8. Ps. CII, 8. 1 Sam. IX, 25. 26. Prov. XXI, 9 cet. De tecto turris Iudd. IX, 51, templi XVI, 27, portae 2 Sam. XVIII, 24. — 2) *superficies altaris* Exod. XXX, 3. XXXVII, 26. — Etymon latet. Derivavit quidem Eichhornius a جَحَّ *expandit,* sed haec radix spuria est et errori debetur Golii atque Castelli, جَحَّ scribentium pro جَخَّ expandit, quod ex Kamûso (p. 269 Calc. coll. p. 223) recte receperat Giggeius I, 597 et ex eo Willmetus. Quum omnium radicum, ad quas hoc nomen revocari potuisset, veluti אגג, נגג, יגג, גגג, nulla significationem habeat ei utcunque congruam, Jo. Simonis confugiebat ad أَوْج altitudo, sed hoc persicae originis vc. conferri nequit. Equidem suspicor, גגג idem fere valuisse, quod זָנַח, جَخَّ, unde جُخّ planities, plana superficies rei, cf. سَطْح tectum a سطح expandit. Exempla huius permutationis dedimus supra p. 252.

גִּדְבָּר chald. v. infra גִּזְבָּר.

גָּדַד fut. יָגֹד 1) *ursit, vehementius institit (eindrängen auf jem.)* i. q. גּוּד. Semel ita legitur Ps. XCIV, 21: יָגוֹדּוּ עַל־נֶפֶשׁ צַדִּיק *insistunt vitae iusti* i. e. irruunt contra eum. 53 codd. Kennicott defective scribunt יָגֹדּוּ. Inde derivatur גְּדוּד, cf. Hithpo. no. 1. (Arabes inde duxerunt significatum *studii valde intensi* et sedulitatis in جَدَّ Fut. I. et O nervos intendit, جِدّ studium intensum).

2) *incidit, secuit* qs. cultro penetravit in aliquam rem, cf. nostr. *eindrängen*, *eindringen*, v. Hithpo. no. 2. (Arab. جَدَّ putavit vitem, resecuit vestem textor, it. جَدَّ secuit, fregit, abrupit, cf. גָּזַז). A secando et definiendo descendit

3) *sortis* et *fortunae* significatio (cf. גָּזַר no. 2), unde hebr. גַּד, גָּד fortuna.

Hithpo. 1) pr. *condensare, coarctare se, sich zusammendrängen* i. e. magna copia in unum locum confluere. Jer. V, 7: וּבֵית זוֹנָה יִתְגּוֹדָדוּ *et in lupanari confluunt.* Jarch. יתקבצו גדודים turmatim se congregant. 2 codd. Rossiani יתגוררו, quod idem valet. Micha IV, 14: הִתְגֹּדְדִי בַת־גְּדוּד *congrega te, filia turmae!* sc. propter obsidionem instantem. — 2) *incidit se, incisiones sibi fecit* in cute, quod fiebat in luctu Jer. XVI, 6. XLI, 5. XLVII, 5, vel ad corpus quamcunque ob causam castigandum Deut. XIV, 1. 1 Reg. XVIII, 28.

גְּדַד chald. *cecidit, succidit* arborem. Imp. גֹּדּוּ Dan. II, 11. 20. Cf. hebr. no. 2.

גַּד m. 1) *fortuna* i. q. גָּד no. 2, cf. rad. no. 3. (Arab. جَدّ id. جُدَّ fortunatus, it. magnus, pinguis, dives fuit, جَدِيد fortunatus. Syr. ܓܕܐ fortuna, Ephr. Syr. III, p. 216, ܓܕܐ ܒܝܫܐ fortuna adversa Barhebr. p. 576. ܓܕܝܢܐ fortunatus, prosper, ܓܕܝܢܘܬܐ prosperitas.) Gen. XXX, 11 Chethibh: בְּגָד LXX. ἐν τύχῃ. Vulg. *feliciter* sc. hoc mihi accidit, vel (si votum est) accidat, Deus bene vertat. Jon. מזלא טבא *sidus faustum.* Keri: בָּא גָד, quod vertendo expresserunt Onk. Syr. — Male Sam. בסור גְּדוּד agmen, turma, i. q. גְּדוּד.

2) *Gadus* n. pr. a) filii Jacobi et Silpae pellicis, a bona fortuna nomen habentis (Gen. XXX, 11), quanquam Gen. XLIX, 19 alii eius significatui alluditur. Auctor erat tribus cognominis, cuius fines in montanis Gilead (Deut. III, 12. 16), Manassitas inter et Rubenitas, describuntur Jos. XIII, 24—28, cf. Num. XXXII, 34. 35. 36. Ez. XLVIII, 27. 28, et *R. Palmer* Bible Atlas no. 7. Tota regio vocatur אֶרֶץ גָּד 1 Sam. XIII, 7, incolae בְּנֵי גָד Num. XXXII, 1 sq. Jos. XXII, 11 sq. cet. מַטֵּה גָד Jos. XX, 8, הַגָּדִי collect. Gaditae Deut. III, 12. 16. IV, 43. Jos. XXII, 1. 9 cet. et simpl. גָּד Deut. XXVII, 13. דִּיבֹן גָּד Dibon Gaditarum Num. XXXIII, 45. 46. נַחַל הַגָּד torrens Gaditarum i. e. Jabbocus (minime Arnon) 2 Sam. XXIV, 5. — b) prophetae florentis tempore Davidis 1 Sam. XXII, 5. 2 Sam. XXIV, 11 sq. 1 Par. XXI, 9 sq.

גַּד m. 1) *coriandrum.* Bis memoratur זֶרַע גַּד semen coriandri, quod globuli modo rotundum est, piperis magnitudine et subalbicans, cuique l. c. Manna comparatur. Exod. XVI, 31. Num. XI, 7. LXX. Venet. Vulg. *κόριον, κορίανον, coriandrum*, Onk. גִּידָא, intpp. orientales reliqui כּוּסְבָּר, ܟܘܣܒܪܐ, كزبرة, quod coriandri nomen etiam in Mischna obvium est (Demai 1 §. 1. Cilaim 1 §. 2): excepto uno interprete Chald. sam. et, qui hunc sequitur, graeco-sam. qui ארזה קלף *oryzam decorticatam,* ὄρυζαν reddunt. Sed coriandrum intelligendum esse, suadet etiam usus Poenorum, de quibus Dioscorides (3, 64): *Αἰγύπτιοι ὄχιον, Ἄφροι* (i. e. Poeni) *Γοίδ.* Etymon latet: haud tamen improbabile, coriandri grana ita dicta esse utpote dissecta, striata et lineis distincta.

2) i. q. גָּד no. 1. *fortuna,* spec. *Fortunae numen* a Babyloniis et Judaeis apud hos exulantibus cultum, alibi Baal dictum (v. בַּל, בַּעַל), i. e. Jovis sidus in toto Oriente pro fortunae auctore habitum (السعد الاكبر bona fortuna maior). Tum in turri Babylonica, tum a Judaeis appositis lectisterniis colebatur Jes. LXV, 11. In altero hemistichio memoratur מְנִי prob. Veneris sidus, in Oriente bona fortuna minor dictum, v. s. hoc vc. Uberius de his religionibus disputavimus aliorumque de his numinibus sententias diiudicavimus in Comment. ad Jes. T. II. p. 283 sq. 335 sq. Adde ܒܝܬ ܓܕܐ templum Fortunae, memoratum in Act. Martyr. Orient. ed. Assem. T. II. p. 124. Utraque fortuna, maior et minor (non secunda et adversa) a Syro interprete Jes. l. c. in Plurali ܓܕܐ vocatur. Bene LXX *Τύχῃ.* Vulg. Fortuna. Juda b. K. النجم *sidus* sc. bonum. Cf. בַּעַל גָּד p. 225 A.

גִּדְגָּד, unde הֹר הַגִּדְגָּד (caverna Gidgadi, cod. Sam. הגדגדה) Num. XXXIII, 32 n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Sinaitico, haud procul ab Eziongeber sitae, quae Deut. X, 7 גֻּדְגֹּדָה vocatur. Quadril. גדגד habent soli Aethiopes in ገድገደ: pulsavit, ነጐ— tonuit, ነጐድጓድ: tonitru.

גְּדָה v. חֲצַר גַּדָּה.

גְּדוּד Plur. גְּדוּדִים, et semel גְּדוּדוֹת (no. 2 a) m. 1) *turma, agmen militum,* pr. agmen condensatum (v. גָּדַד Hithpo. 1), vel, quod malim, turma urgens, hostibus instans (v. גָּדַד no. 1), quo posito גְּדוּד non vim passivam habet, sed simpliciter abstractum est (formae גְּמוּל, גְּבוּל, זְבוּל) pro concreto positum. Possit etiam turma *incisio* dicta esse, a figura, ut lat. *acies.* Aliis

est agmen a reliquis resectum, gall. *detachement.* Dicitur maxime de Iovis armaturae agminibus, praedas agentibus. Gen. XLIX, 19: גָּד גְּדוּד יְגוּדֶנּוּ *Gado turmae instant.* Intelliguntur Arabum nomades Gaditis vicini. 2 Reg. V, 2: אֲרָם יָצְאוּ גְדוּדִים *Syri incursarunt praedas agentes.* 1 Sam. XXX, 8. 15. 23. 2 Sam. III, 22. 2 Reg. VI, 23. XIII, 20. 21. XXIV, 2 cet. שָׂרֵי גְדוּדִים 2 Sam. IV, 2, רָאשֵׁי הַגְּדוּד 1 Par. XII, 18. 21 praefecti turmarum. בְּנֵי הַגְּדוּד *filii* i. e. milites *turmae* 2 Par. XXV, 13, poët. בַּת גְּדוּד Mich. IV, 14. De turma praedonum Hos. VII, 1. 1 Reg. XI, 24, de acie et exercitu quocunque Ps. XVIII, 30. Iob. XXIX, 25. גְּדוּדֵי יְהוָֹה agmina Jehovae, de angelis Iob. XXV, 3, de agminibus malorum ab eo immissis XIX, 12. (Syr. ܓܘܕܐ turma, agmen militum Barhebr. 334. 420, ܓܘܕܝܢ ܓܘܕܝܢ turmatim. Schult. ad Ispah. p. 15 et Willmet. p. 157 conferunt etiam arab. جُنْد legio, exercitus, eiusque Nun more aramaeo insertum censent).

2) *incisio* a) cutis. Plur. גְּדוּדֹת Jer. XLVIII, 37. b) agri i. e. *sulcus* Ps. LXV, 11.

גָּדִי 1) patron. a גָּד *Gadita*, v. גָּד no. 2, a. — 2) n. pr. patris Menahemi, regis Israëlis 2 Reg. XV, 14. Appell. fortunatus.

גַּדִּי (fortunatus, a גַּד, גָּד, cum ־ִי formativo) n. pr. viri Num. XIII, 11.

גַּדִּיאֵל (fortuna Dei i. e. a Deo profecta) n. pr. viri Num. XIII, 10.

מְגִדּוֹן Zach. XII, 11, alibi מְגִדּוֹ (fort. locus turmarum) *Megiddo*, urbs Cananaeorum regia Jos. XII, 21, Manassitis habitata, quanquam in finibus Issaschar sita Jos. XVII, 11. Iudd. I, 27 cf. 1 Reg. IV, 12. 1 Par. VII, 29, a Salomone munita 1 Reg. IX, 15. In campo vicino (עֵמֶק מְגִדּוֹ 2 Par. XXXV, 22, בְּבִקְעַת מְגִדּוֹן Zach. l. c.) pugnis valde idoneo (Iudd. V, 19. 2 Reg. IX, 27) Josias a Pharaone fusus periit 2 Reg. XXIII, 29. 30. 2 Par. XXXV, 22. מֵי מְגִדּוֹ *aquae Megidduntis* Iudd. V, 19 i. e. rivus Kischon, huic urbi vicinus, minime sec. Michaëlem (Suppl. p. 339) aliosque palus Cendevia Plinii (V, 19). Vide quae contra hanc sententiam disputata sunt in Hollmanni comment. ad Iudd. l. c. LXX et Joseph. *Μαγεδδώ, Μαγεδδών.*

גָּדָה rad. inusit., quam *secandi, resecandi avellendi*que vim habuisse suspicor, ut vicinae גָּדַד, جَدَّ, جَذَّ; גָּדַם succidit; جدع, جذع, جزع et hebr. גָּדַע; جدف et جذف; גָּזַר et جزر; it. גָּזַז totondit, cf. quae observavimus *Lehrgeb.* p. 183. 184. Id modo falsum est, quod nonnulli etiam arabico جدا avellendi vim tribuunt. Inde

גָּדָה vel גִּדָּה nonnisi in plur. constr. גִּדוֹת *ripae* Euphratis Jes. VIII, 7, Jordanis Jos. III, 15. IV, 18, ita dictae, quia ab aquis avelluntur et diripiuntur. Vide בָּזָא, גָּרַף et חוֹף, حَافَّة littus a חָפַף detrivit, abluit, جَلْمَة ripa a جلم resecuit (unde etiam جَلَم hoedus), cf. ἀκτή, ἀγή ab ἄγνυμι frango, αἰγιαλός ab ἀγνύναι τὴν ἅλα, ῥηγμίν, ῥαχία a ῥήγνυμι. (Chald. גּוּדָא paries, maceria, it. ripa, qs. maceria maris. In dial. nasor. ܓܘܕܐ ܕܝܡܐ littus, ܓܘܕܝ ܝܡܐ littora maris. Arab. جُدّ littus, itidem a resecando dictum).

גְּדִי m. *hoedus,* a pabulo avellendo et carpendo dictus, ut جَذَعَة hoedus a جذع, גָּזַע, resecuit, جَلَم hoedus, grex a جَلَم resecuit, totondit, et lat. *capra* sec. Varronem qs. carpa a carpendo. Vide plura s. rad. אָרָה no. 1. (Arab. جَدْي hoedus, fem. جدية capella Lev. IV, 28 Ar. Erp., sed جَدَايَة est capreae catulus, aram. גַּדְיָא, ܓܕܝܐ hoedus). Gen. XXXVIII, 23. Exod. XXIII, 19. Deut. XIV, 21. Iud. XIV, 6. Jes. XI, 6, alibi plenius גְּדִי עִזִּים hoedus caprinus Gen. XXXVIII, 17. 20. Iudd. VI, 19. XIII, 15. 19. XV, 1. 1 Sam. XVI, 20, probabiliter quia id vc. etiam de similium bestiarum hoedulis usurpari poterat. Cf. צָפִיר, שָׂעִיר, et arab. جداية. Plur. גְּדָיִים 1 Sam. X, 3, גְּדָיֵי עִזִּים Gen. XXVII, 9. 16. Cf. Boch. Hieroz. 1, 631 sq. V. etiam n. pr. עֵין־גֶּדִי.

גִּדְיָה vel גִּדְיָה littus. Plur. גִּדְיוֹתָיו vel גְּדִיוֹתָיו 1 Par. XII, 15 Chethibh.

גְּדִיָּה f. *capella* (in sing. Mischna Menach. 13 §. 7). Plur. גְּדִיּוֹת Cant. I, 8.

גָּדַל et גָּדֵל (Iob. XXXI, 18) fut. יִגְדַּל 1) *adolevit, crevit, magnus factus est.* (Primaria huius rad. significatio est *contorquendi colligandi*que, ut in arab. جدل torsit, plexuit funem, chald. גְּדַל, syr. ܓܕܠ plexuit, unde hebr. גְּדִלִים fila contorta. Hacc partim translata est ad luctam, unde جَادَلَ litigavit, altercatus est, pr. luctatus est, مُجَادَلَة lucta, litigatio, aeth. ገደለ: luctatus est, contendit; studuit, partim ad *robur* et *vim,* ut alia verba ligandi et torquendi חוּל, חָבַל, כָּבַר, קָשַׁר, unde جَدْل robur Schol. ad Amrulk. V. 36 Lett. جَادَل adolescens robustior, adultior cameli pullus, quae posterior vis ad linguae hebraeae usum proxime accedit. Schult. de defect. §. 202 sq.). Gen.

XXI, 8: וַיִּגְדַּל הַיֶּלֶד וַיִּגָּמַל *et crevit puer et ablactatus est.* XXXVIII, 14: *videbat enim,* כִּי גָדַל שֵׁלָה *adolevisse Selam, seque ei in matrimonium datam non esse.* XXV, 27. Exod. II, 10. 11. Iudd. XIII, 24. 1 Reg. XII, 8. 10. Ez. XVI, 7. De cornu Dan. VIII, 10. Iob. XXXI, 18: גְּדֵלַנִי כְאָב *adolevit mihi* orphanus *sicut patri* i. e. apud me, me educante. Suffixum pro dativo habendum est, v. *Lehrgeb.* p. 729. — 2) *magnus fuit.* De hominibus usurpatum ubique refertur ad *opes* et *potentiam.* Gen. XXVI, 13 de Isaaco: *magis magisque crescebat* עַד כִּי־גָדַל מְאֹד *usque dum valde magnus factus est* i. e. opulentissimus. XXIV, 35. XLVIII, 19: *attamen frater eius natu minor eo maior* i. e. potentior *erit.* XLI, 40: *solio tantum te maior ero,* una regia dignitate te antecellam. 2 Sam. V, 10. 1 Reg. X, 23. Jer. V, 27. Eccl. II, 9. De Dei potentia 2 Sam. VII, 22. Ps. CIV, 1. Praeterea tribuitur variis rebus, ut clamori Gen. XIX, 13, luctui Zach. XII, 11, dolori Iob. II, 13, culpae Esr. IX, 6, peccato Thren. IV, 6, operibus Dei Ps. XCII, 6, robori divino Num. XIV, 17. — 3) *magni factus est.* 1 Sam. XXVI, 24: כַּאֲשֶׁר גָּדְלָה נַפְשְׁךָ הַיּוֹם הַזֶּה בְּעֵינַי כֵּן־תִּגְדַּל נַפְשִׁי בְּעֵינֵי יְהוָה *quemadmodum ego tuam hodie vitam magni feci* i. e. conservavi, *ita Jehova meae vitae parcet.* Eadem comm. 21 leguntur adhibito verbo יָקַר, cf. etiam Eccl. IX, 13. It. *laudibus celebratus est.* Ps. XXXV, 27: יִגְדַּל יְהוָה *laudatus sit Jehova.* XL, 17. LXX, 5. 2 Sam. VII, 26: יִגְדַּל שִׁמְךָ עַד־עוֹלָם *celebretur nomen tuum in aeternum.*

Pi. גִּדֵּל, in fine enunciationis גִּדֵּל (Jos. IV, 14. Est. III, 1 cf. Jes. XLIX, 21, *Lehrgeb.* §. 93 not. 1) 1) *fecit curavitque, ut aliquid cresceret et magnum fieret.* Itaque aluit, promisit capillum Num. VI, 5, eduxit plantas, arbores, de pluvia Jes. XLIV, 14. Ez. XXXI, 4. Jon. IV, 10 (cf. aram. רַבִּי, ܐܪܒܝ pro hebr. הִצְמִיחַ), educavit liberos 2 Reg. X, 6. Dan. I, 5. Jes. XLIX, 21. LI, 18. Iungitur synonymo רוֹמֵם Jes. I, 2. XXIII, 4. — 2) *magnum* i. e. *opulentum et potentem fecit,* opibus et potentia auxit. Jos. III, 7. IV, 14. Est. III, 1. V, 11. X, 2. 1 Par. XXIX, 25. Gen. XII, 2: אֲגַדְּלָה שְׁמֶךָ *magnum faciam nomen tuum.* — 3) *magni fecit.* Iob. VII, 17: *quid est homo* כִּי תְגַדְּלֶנּוּ *quod eum tanti facis?* Hinc *laudavit,* celebravit Ps. LXIX, 31, sequ. לְ XXXIV, 4. (Syn. רִבִּי laudavit, invocavit Deum).

Pu. pass. Pi. no. 1. *educatus est.* Part. Ps. CXLIV, 12.

Hiph. 1) *magnum fecit,* Gen. XIX, 19. Jes. IX, 2. XXVIII, 29. Amos VIII, 5. Ps. XVIII, 51. Eccl. I, 16. הִגְדִּיל לַעֲשׂוֹת praeclare egit, magna facinora patravit, de Deo Ps. CXXVI, 2. 3. Joel II, 21, et omisso לַעֲשׂוֹת 1 Sam. XII, 24: *videte* אֵת אֲשֶׁר־הִגְדִּל עִמָּכֶם *quam praeclare vobiscum egit,* cf. הֵרֵעַ, הֵיטִיב, et de eadem formula infra no. 3. Alius gerundii ellipsin habes 1 Sam. XX, 41: *flebat uterque* עַד־דָּוִד הִגְדִּיל sc. לִבְכּוֹת *donec Davides vehementissime ploraret.* — 2) altum fecit, hinc *sustulit* (cf. מִגְדָּל). Ps. XLI, 10: הִגְדִּיל עָלַי עָקֵב *tollit contra me calcem,* ut me feriat. — 3) הִגְדִּיל פֶּה Obad. 12, הִגְדִּיל בְּפֶה Ez. XXXV, 13 *fastuose, insolenter locutus est,* הִגְדִּיל לַעֲשׂוֹת *fastuose egit* Joël II, 20, et simpl. הִגְדִּיל id. Thren. I, 9. Zeph. II, 8. Dan. VIII, 4. 8. 11. 25, sequ. עַל contra aliquem Ps. XXXV, 26. XXXVIII, 17. LV, 13. Iob. XIX, 5. Jer. XLVIII, 26. 42. Zeph. II, 10. (Ita et alibi *magnitudo* refertur ad fastum et magnifica verba, cf. גָּבַר Hithpa. it. كَبُرَ et عَظُمَ magnus fuit V. extulit se, superbivit).

Hithpa. 1) *magnum, praeclarum se praebuit* i. q. הִגְדִּיל לַעֲשׂוֹת Hiph. no. 1. Ez. XXXVIII, 23. 2) *fastuose egit,* cf. Hiph. no. 3, sequ. עַל Jes. X, 15. Dan. XI, 36. 37.

גָּדֵל m. 1) part. vel adj. verbale *crescens, adolescens.* 1 Sam. II, 26: *et Samuel puer* הֹלֵךְ וְגָדֵל *magis magisque adolescebat.* Gen. XXVI, 13. 2 Par. XVII, 12. 2) *magnus.* Ez. XVI, 26: גִּדְלֵי בָשָׂר *bene vasati.*

גָּדִיל tantum in Plur. גְּדִלִים m. *fila intorta, opus tortile,* v. rad. no. 1. (Chald. גְּדִילָא filum, funis, גְּדִילוּתָא perplexitas, syr. ܓܕܝܠܐ cincinni plexi, zab. id. ܓܕܠܐ corolla, arab. جَدِيل habena e loris plexa Amrulk. 36 (al. 35) ibique Schol., idemque notare videtur ܡܓܕܠܐ Barhebr. 401, ubi Brunsius vertit ligaculum femoralium). Usurpatur 1) de peniculamentis (צִיצִת) ex lege in oris vestium faciendis. Deut. XXII, 12. 2) de *corollis pensilibus* (Festons) in capitulis columnarum. 1 Reg. VII, 17: גְּדִלִים מַעֲשֵׂה שַׁרְשְׁרוֹת *corollae instar catenarum pensiles.*

גָּדוֹל, raro defect. גָּדֹל Gen. I, 16, constr. גְּדוֹל, גְּדָל, ter in Keri — גְּדָל Ps. CXLV, 8. Nah. I, 3. Prov. XIX, 19. Plur. גְּדֹלִים, גְּדֹלֵי. 1) *magnus,* creberrimi usus vc. Opp. קָטֹן parvus Gen. XIX, 11. 1 Sam. V, 9. Dicitur de magnitudine molis et ambitus, velut הַנָּהָר הַגָּדוֹל fluvius magnus, de Euphrate Gen. XV, 18, הַיָּם הַגָּדוֹל mare magnum i. e. mediterraneum Num. XXXIV, 6; de numero et multitudine, ut גּוֹי גָדוֹל populus magnus Gen. XII, 2; de vehementia, v. c. de magno gaudio Neh. VIII, 12, luctu acerbo Gen. L, 10, de timore Jon. I, 10, de alta voce Gen. XXXIX, 14. Deut. V, 19 cf. μέγα βοᾶν; de gravitate rei, ut דָּבָר גָּדוֹל res gravis, quae alicuius momenti est Gen. XXXIX, 9. Eccl. IX, 13. 1 Sam. XX, 2. XXII, 15. cet. cet. Joël II, 11: גָּדוֹל יוֹם־יְהוָה וְנוֹרָא מְאֹד *gravis est ille Jehovae dies et admodum terribilis.* Qua re aliquis magnus sit s. excellat, nonnunquam addito genitivo exprimitur, גְּדֹל הָעֵצָה magnus consilio Jer. XXXII, 19, גְּדָל חָסֶד magnae benignitatis Ps. CXLV, 8, גְּ׳ כֹּחַ robore magnus Nah. I, 3. — Gen. XXIX, 7: עוֹד הַיּוֹם גָּדוֹל *adhuc magnus* i. e. multus *est dies,* cf. gall. *il fait encore grand jour,* germ. *es ist noch hoch am Tage.* LXX. ἔτι ἐστὶν ἡμέρα πολλή. Subst. גֹּדֶל זְרוֹעֲךָ magnitudo brachii tui. Exod. XV, 16. Plur. גְּדֻלּוֹת *magna*

facinora, praeclare facta, maxime de Dei miraculis Iob. V, 9. IX, 10. XXXVII, 5. Ps. CVI, 21 cf. 2 Reg. VIII, 4. — 2) *natu maior, maximus.* Gen. X, 21: אֲחִי יֶפֶת הַגָּדוֹל *Japheti frater natu maximus.* XXVII, 1: בְּנוֹ הַגָּדֹל *filius eius natu maximus.* Comm. 15. 42. XLIV, 12. 1 Sam. XVII, 13. 1 Reg. II, 22. Ez. XVI, 46. 61. XXIII, 4. — 3) *magnus* potentia, nobilitate, auctoritate, opibus, *potens, nobilis.* Exod. XI, 3: מֹשֶׁה גָּדוֹל מְאֹד בְּאֶרֶץ מִצְרַיִם *Moses magnae auctoritatis erat in Aegypto.* 2 Reg. V, 1: אִישׁ גָּדוֹל לִפְנֵי אֲדֹנָיו *vir, qui multum valebat apud dominum suum.* Lev. XIX, 15. 2 Sam. XIX, 33. 2 Reg. IV, 8. Iob. I, 3. Est. I, 20. IX, 4. מֶלֶךְ גָּדוֹל rex potens Eccl. IX, 14, de Deo Ps. XLVII, 3, cum Art. הַמֶּלֶךְ הַגָּדוֹל κατ' ἐξοχήν de rege Assyriae 2 Reg. XVIII, 19. 28 (v. מֶלֶךְ). הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל sacerdos magnus i. e. summus Hagg. I, 1. 12. 14. Zach. III, 1. 8. Plur. גְּדֹלִים proceres, optimates Prov. XVIII, 16. XXV, 6. גְּדֹלֵי הַמֶּלֶךְ Jon. III, 7, גְּדֹלֵי הָעִיר 2 Reg. X, 6. 11 proceres regis, urbis. Nah. III, 10. 1 Par. XVII, 8. LXX. δυνάστης, μεγιστᾶνες Jon. Nah. εὐγενής Iob. — 4) *superbus*, cf. Hithpa. no. 2. Ps. XII, 4: לָשׁוֹן מְדַבֶּרֶת גְּדֹלוֹת *lingua loquens superba* i. e. magniloqua, impia (cf. Dan. VII, 8. 11. 20. XI, 36. Apoc. XIII, 5, et gr. μέγα εἰπεῖν Od. 16, 243. 22, 288, μεγάλα εἰπεῖν Lobeck ad Soph. Aj. 384).

גְּדוּלָּה, גְּדוּלָה (discrepant autem libri in Dagesch sive ponendo sive omittendo, v. J. H. Michaëlis not. crit. ad 2 Sam. VII, 23. 1 Par. XVII, 19) et **גְּדֻלָּה** f. sequioris maxime Hebraismi vc. 1) pr. *magnitudo*, sed ubique concr. *magna* Dei *facinora* 2 Sam. VII, 23. 1 Par. XVII, 19: עָשִׂיתָ אֵת כָּל־הַגְּדוּלָּה הַזֹּאת *tu haec eximia fecisti.* Saepius iungitur נוֹרָאוֹת 2 Sam. l. c. 1 Par. XVII, 21. Ps. CXLV, 6. Plur. גְּדֻלּוֹת eximia, magna facinora 1 Par. XVII, 19. 21 et Ps. CXLV, 6 Chethibh. — 2) *magnificentia, maiestas* Dei Ps. CXLV, 3. 1 Par. XXIX, 11, regis Esth. I, 4. Ps. LXXI, 21, viri ex optimatibus Esth. X, 2. VI, 3: מַה־נַּעֲשָׂה יְקָר וּגְדוּלָּה לְמ׳ *quid praemii aut honoris consecutus est Mardochaeus?*

גֹּדֶל c. Suff. גָּדְלוֹ, semel גֻּדְלוֹ Ps. CL, 2 1) *magnitudo,* veluti arboris Ez. XXXI, 7, manus i. e. potentiae Ps. LXXXIX, 11, gratiae Num. XIV, 19. — 2) *magnificentia, maiestas,* velut regis Ez. XXXI, 2. 18, Dei Deut. III, 24. V, 21. IX, 26. XI, 2. XXXII, 3: הָבוּ גֹדֶל לֵאלֹהֵינוּ *date gloriam deo nostro.* — 3) גֹּדֶל לֵבָב superbia, insolentia Jes. IX, 8. X, 12.

גִּדֵּל (fort. *nimis magnus*, nimis magnae staturae, *gigas* ad formam adiectivorum, quae corporis vitia exprimunt, ut גִּבֵּחַ, קֵרֵחַ, פִּסֵּחַ cet.) n. pr. duorum virorum e colonia Serubabelis, quorum alter memoratur Esr. II, 47. Neh. VII, 49, alter Esr. II, 56. Neh. VII, 58.

גְּדַלְיָה (quem *Jehova educavit* vel *roboravit,* v. ad rad. no. 1) *Gedalias*, nom. propr. 1) filii Ahikam, quem Nebucadnezar deletis Hierosolymis Judaeae praefecit, Judaei autem mox trucidarunt 2 Reg. XXV, 22 sq. Jer. XL, 5 sq. XLI, 1 sq. XLIII, 6. Scribitur etiam גְּדַלְיָהוּ 2 Reg. XXV, 22. Jer. XXXIX, 14. — 2) filii Josuae, Esrae aequalis Esr. X, 18. — 3) avi Sophoniae prophetae. Zeph. I, 1.

גְּדַלְיָהוּ (id.) n. pr. 1) filii Paschur, ex optimatibus Jeremiae aequalibus Jer. XXXVIII, 1. 2) filii Jeduthun 1 Par. XXV, 3. 9. 3) v. גְּדַלְיָה no. 1.

גִּדַּלְתִּי n. pr. filii Heman 1 Par. XXV, 4. 29. Appell. *magnum faciam* fort. auxilium eius, cf. רוֹמַמְתִּי עֶזֶר quod nostrum nomen excipit l. c. comm. 4.

יִגְדַּלְיָהוּ (i. q. גְּדַלְיָה) n. pr. sacerdotis l. prophetae Jer. XXXV, 4.

מִגְדָּל plur. ־ים et ־ות m. 1) *turris,* ab altitudine dicta v. rad. Kal no. 1 impr. Dan. VIII, 10. (Arab. مِجْدَل syr. ܡܓܕܠܐ). Usurpant maxime de turribus urbium munitarum et castellorum Iudd. VIII, 9. IX, 46 sq. 2 Par. XIV, 6. XXVI, 9. 10. Jes. XXXIII, 18. Ez. XXVII, 11. Ps. XLVIII, 13, et de ipsis castellis 1 Par. XXVII, 25. Prov. XVIII, 10: מִגְדַּל עֹז שֵׁם־יְהוָה *castellum munitum est nomen Dei.* Ps. LXI, 4. Alibi de turribus speculatoriis 2 Reg. IX, 17. XVII, 9. XVIII, 8, de specula vineae ut gr. πύργος Jes. V, 2 cf. Mt. XXI, 33, de Beli templo Babylonico in formam turris aedificato Gen. XI, 4. 5. In moenibus Hierosolymitanis nominatim memorantur turris *Hananel* (חֲנַנְאֵל q. v.), turris *Meah* (מֵאָה) et *turris fornacium* Neh. III, 11. XII, 38, de quibus cf. Bachiene geogr. II, 1 p. 183 sq. Faber Archaeologie p. 294. Ubi fuerit *turris Davidis* Cant. IV, 4, quam nonnulli eandem putant atque *turrem Libani* VII, 5, non liquet. Metaph. *turres* dicuntur homines potentes et superbi Jes. XXX, 25. II, 15. — 2) *altum suggestum* Neh. VIII, 4. LXX. βῆμα. Vulg. *gradus.* Eadem res significari videtur, quae IX, 4 מַעֲלֶה dicitur. — 3) *lorica, cancelli,* quibus alligantur plantae balsamiferae. Cant. V, 13. — 4) In nonnullis nominibus propriis est *oppidum turre munitum.* In hunc censum veniunt:

a) מִגְדַּל־אֵל (turris Dei) urbs munita tribus Naphtali Jos. XIX, 38. Vix dubium est, quin eadem sit, quae in N. T. Μαγδαλά vocatur Mt. XV, 39, et in Talmude tanquam Rabbinorum sedes memoratur (Lightfoot Opp. II, 226 sq.). Eiusdem tanquam urbis munitae mentio est apud Josephum de vita sua §. 24, ubi tamen Havercampius dedit Γάμαλα. Hodieque in maris galilaei littore occidentali prope Tiberiadem exstat vicus مجدل dictus cum antiquae turris ruderibus. V. *Burckhardti* itin. p. 320, ed. germ. 559, ibique notam nostram, in qua Lightfooti hoc oppidum in regione transjordanensi collocantis opinionem refellimus, *Seetzen* in Zach *Corresp.* XVIII, p. 349, Buckingham al.

b) מִגְדַּל־גָּד (turris Gadi s. fortunae) oppidum tribus Judae Jos. XV, 37.

c) מִגְדַּל עֵדֶר (turris gregis) vicus in vicinia Bethlehemi Gen. XXXV, 21, unde Mich. IV, 8 pro Bethlehem et figurate pro stirpe regia Davidis.

מִגְדּוֹל, מִגְדֹּל n. pr. oppidi Aegypti inferioris Jer. XLIV, 1. XLVI, 14, eiusque in septentrionalibus totius Aegypti finibus siti, unde fines Aegypti ita describuntur: מִמִּגְדֹּל סְוֵנֵה Ez. XXIX, 10. XXX, 6. LXX. *Μαγδωλόν*. Eiusdem mentionem iniicit Herodotus (2, 159): *καὶ Σύροισι πεζῇ ὁ Νεκῶς συμβαλὼν ἐν Μαγδόλῳ ἐνίκησε*, et Itin. Anton. p. 171 duodecim illud milliaribus a Pelusio abesse traditur. Ruinarum ibi nullum vestigium comparet, eaeque cum magna parte littoris sub mari sepultae esse videntur, ubi nunc sinus *Râs el Moyeh*. Aliam eiusdem nominis urbem mari rubro admodum vicinam multi, ut Niebuhrius (descr. Arabiae p. 409), intelligunt Exod. XIV, 2. Num. XXXIII, 7 ubi tertia Israëlitarum statio ita describitur: וַיַּחֲנוּ לִפְנֵי פִּי־הַחִירֹת בֵּין מִגְדֹּל וּבֵין הַיָּם לִפְנֵי בַּעַל צְפֹן Num. l. c.: עַל־פִּי הַחִירֹת אֲשֶׁר עַל־פְּנֵי בַּעַל צְפוֹן וַיַּחֲנוּ לִפְנֵי מִגְדֹּל: at omnia, ni fallor sibi constabunt, si Israëlitarum stationem ab oriente urbis Pihahhiroth positam fuisse statuimus, ita ut Magdolum (urbem quamvis remotiorem at satis celebrem) spectaret. Coptice hoc nomen scribitur ⲘⲈϢⲦⲰⲖ, hodieque duo exstant oppida Aegypti inferioris مشتول dicta, quorum unum in insula Myecphori, quae vero, utpote ipsa incerta, ad geographiam biblicam illustrandam non multum faciunt (Champ. l'Egypte II, 69. 79). Si hebraeae originis est vox (quae sententia ferri potest, si vocabulum aegyptiacum translatum esse ponimus, cf. יָרַח no. 2), *turrem* valet, si aegyptiacae, reddi potest *copia collium* ⲘⲈϢⲐⲀⲖ, observante J. R. Forstero Epist. p. 29.

גָּדַע fut. יִגְדַּע *cecidit, succidit, amputavit.* (Arab. جدع amputavit manus, nasum, aures. II. succidit statuam Deut. VII, 5 pro hebr. גִּדַּע. أَجْدَع mutilatus. Vicina est radix גָּזַע, جذع et جزع). Usurpatur de caedendis arboribus (Jes. IX, 9) et transfertur, servata tamen figura, ad hominum caedem. Jes. X, 33. Iud. XXI, 6: נִגְדַּע הַיּוֹם שֵׁבֶט אֶחָד מִיִּשְׂרָאֵל *cecidimus hodie unam Israëlis stirpem.* Semel de barba lugentium abscissa Jes. XV, 2: כָּל־זָקָן גְּדוּעָה *omnis barba amputata* s. mutilata. In loco parallelo Jer. XLVIII, 37 legitur גְּרֻעָה *tonsa*, idque in octoginta ferme libris manu scriptis et impressis etiam ap. Jes. legitur: sed גְּדוּעָה, quod receperunt Hooghtius, Kennicottus, Jahnius al. et LXX tuentur cum Saadia (*κατατετμημένοι*, الجذوف) et res ipsa praeferre iubet. Barbae enim amputatio s. mutilatio lugentium habitui eximie accommodata est: Jeremias vero pro more suo pro vocabulo minus usitato aliud substituit in hac re proprium. Vide quae uberius disputavimus in Comment. ad h. l. cf. *Gesch. d. hebr. Sprache* p. 37 et supra v. אֲשִׁישׁ p. 166 B.

2) *fregit*, ex. gr. baculum Zach. XI, 10. 14. *Fregit* Deus *brachium* alicuius 1 Sam. II, 31, et *cornu* alicuius Thren. II, 3 (cf. Ps. LXXV, 11) figurate pro *fregit vires* eius. (Ita Arabes فتّ عضده et فتّ في عضده fregit brachium i. e. vires eius Abulph. dyn. p. 362, vit. Tim. 273. 321. Gol., opp. شدّ عضده roboravit brachium eius Cor. 28, 35; قطع الله يده abscindat Deus manum eius i. e. vires eius frangat Schult. ad Har. III p. 169, قصّ جناحه abscissa est ala eius, de debilitatis viribus vit. Tim. II, 310 Mang.). Cf. זְרוֹעַ.

Niph. caesus, succisus est Jes. XIV, 12. XXII, 25. Jer. L, 23, it. *fractus est*, de cornibus Jer. XLVIII, 25, cornibus altaris Amos III, 14, statuis Ez. VI, 6.

Pi. גִּדַּע 2 Par. XXXIV, 7 eum Acc. distinct. גִּדַּע ibid. comm. 4. *fregit, confregit*, ut vectes, repagula Jes. XLV, 2. Ps. CVII, 16, cornua Ps. LXXV, 11, idolorum statuas (אֲשֵׁרִים, חַמָּנִים) Deut. VII, 5. XII, 3. 2 Par. XXXI, 1. XXXIV, 4. 7.

Pu. caesa est arbor Jes. IX, 10.

גִּדְעֹם (succisio) n. pr. loci in tribu Benjamin, vel certe in vicinia eius Iud. XX, 45. LXX. Vat. *Γεδὰν*, in aliis vitiose *Γαλαάδ*.

גִּדְעוֹן (sec. Sim. i. q. גֶּזַע caudex, stolo, sec. Castell. col. 493, quod praefero, succisor i. e. miles fortis cf. Jes. X, 33) *Gideon*, n. pr. filii Joas, iudicis Israëlitarum, qui populum e servitute Midianitarum vindicabat. Iudd. VI, 11 sq. VII. VIII. A Baalis cultu a se exstirpato etiam יְרֻבַּעַל dictus est, q. v. LXX *Γεδεών*, atque ita Hebr. XI, 32.

גִּדְעֹנִי (id. formae יִדְעֹנִי) n. pr. viri Benjaminitae Num. I, 11. II, 22.

גָּדַף rad. in Kal inusit. Arab. جدف pr. i. q. جذف resecuit, amputavit (cf. supra ad גָּדַע). Dein translate *probrose dictis proscidit*, ut جدف et ܓܕܦ convicia pronuntiavit, maxime in Deum, ܓܕܦ et ܓܘܕܦܐ blasphemia, ܓܕܘܦܐ blasphemus. Ita

Pi. גִּדֵּף *conviciatus est* a) homines (v. גִּדּוּפִים), maxime b) Deum. 2 Reg. XIX, 6. 22. Jes. XXXVII, 6. 23. Ps. XLIV, 17. Non verbis tantum id fieri potest, sed etiam re, quandoquidem temere et consulto peccando Deo legique divinae illudimus. Num. XV, 30: *qui vero sciens malum fecerit* אֶת־יְהוָה הוּא מְגַדֵּף *is Jehovae illusit.* Ez. XX, 27: עוֹד זֹאת גִּדְּפוּ אוֹתִי אֲבוֹתֵיכֶם *etiam hac re mihi illuserunt maiores vestri.*

גִּדּוּפִים m. plur. Jes. XLIII, 28. Zeph. II, 8 et **גִּדּוּפוֹת** Jes. LI, 7 *convicia.*

גְּדוּפָה f. id. Ez. V, 15.

גָּדַר *murum struxit.* (Arab. جَدَرَ Conj. I. II. IV. id., vide de hoc significatu a Golio omisso Kamûs p. 481. lin. 2. 3). Part. גֹּדְרִים fabri murarii 2 Reg. XII, 13. גָּדַר פְּרָצִים rimas aedificii obstruxit s. sarcivit. Amos IX, 11. Jes. LVIII, 12. Saepe figurate a) גָּדַר גָּדֵר עַל muro circumducto munivit, tutum praestitit aliquem Ez. XIII, 5 cf. XXII, 30. Vide etiam סָבַב Deut. XXXII, 10. b) גָּדַר בְּעַד פ׳ obstruxit viam alicuius, ut egredi non posset Thren. III, 7. Iob. XIX, 8: אָרְחִי גָּדַר *viam meam obstruxit.* Thren. III, 9. Hos. II, 8.

גָּדֵר comm. (m. Ez. XLII, 7 f. Ps. LXII, 4) 1) *murus* Ez. XIII, 5. XXII, 30. Mich. VII, 11, *maceria* vineae Num. XXII, 24. Eccl. X, 8. Jes. V, 5. 2) *locus muro munitus* Esr. IX, 9. (Arab. جَدْرٌ ,جِدَارٌ paries, murus, جَدِيرٌ locus muro cinctus. Apud Phoenices גדר *locus muro munitus* erat n. pr. Gadium, nobilis Hispaniae urbis. Cf. s. v. בַּעֲלָה p. 226 et Bocharti Canaan p. 673).

גֶּדֶר 1) i. q. גדר *murus, maceria.* Bis legitur in st. constr. (cf. *Lehrgeb.* p. 565) Prov. XXIV, 31. Ez. XLII, 10. — 2) n. pr. urbis regiae Cananaeorum Jos. XII, 13, quae fortasse eadem est atque גְּדֵרָה.

גְּדֵרָה f. constr. גֶּדֶרֶת Ez. XLII, 12 plur. constr. גִּדְרוֹת, semel c. Suff. גְּדֵרֹתָיו Ps. LXXXIX, 41 (cum Zere impuro cll. جَدِيرَةٌ) 1) *murus* urbis Ps. l. c., frequentius *maceria* vineae Jer. XLIX, 3. Nah. III, 17, et i. q. arab. جَدِيرَةٌ caula s. mandra ovium i. e. stabulum in agris exstructum superne apertum, muris undique cinctum, plene גִּדְרוֹת צֹאן Num. XXXII, 16. 24. 36. 1 Sam. XXIV, 4. Zeph. II, 6. Ad rem cf. Hom. Od. 9, 185 de caula Polyphemi: περὶ δ' αὐλὴ Ὑψηλὴ δέδμητο κατωρυχέεσσι λίθοισι. Differt a sepe viva (מְשׂוּכָה) Jes. V, 5. — 2) *locus muro munitus*, inde c. Art. הַגְּדֵרָה n. pr. oppidi in planitie tribus Judae Jos. XV, 36 fort. eiusdem, quod alibi בֵּית גָּדֵר. N. gent. est גְּדֵרָתִי 1 Par. XII, 4.

גְּדֵרוֹת (caulae) Jos. XV, 41 et c. Art. הַגְּדֵרוֹת 2 Par. XXVIII, 18 itidem n. pr. oppidi in tribu Judae.

גְּדֵרֹתַיִם (duae caulae, cf. מִשְׁפְּתַיִם: solebant enim caulae bipartitae esse, propter diversam ovium aetatem) n. pr. oppidi in planitie tribus Judae Jos. XV, 36.

גְּדֵרִי n. gent. a בֵּית־גָּדֵר vel a גֶּדֶר q. v. 1 Par. XXVII, 28.

גְּדֹר (i. q. جِدَارٌ paries, murus) n. pr. 1) oppidi in montanis Judae. Jos. XV, 58. 2) viri Benjaminitae 1 Par. VIII, 31. IX, 37.

גָּדַשׁ rad. inusit. Chald. גְּדַשׁ coacervavit, cumulavit, cumulum addidit mensurae. Inde

גָּדִישׁ m. 1) *acervus mergitum in agro.* Exod. XXII, 5. Iudd. XV, 5. Iob. V, 26. (Syr. chald. ܓܕܝܫܐ, גְּדִישָׁא id. ibid. In lingua arabica hoc vc. minus usitatum fuisse videtur, et fort. Mauritanis peculiare. Eo utitur Arabs Erpenii ponens جدس ,جديس Plur. اجداس pro hebr. גָּדִישׁ Exod. XXII, 5, גַּל ,חֹמֶר Gen. XXXI, 46. Exod. VIII, 10. Num. XI, 32, in Kamuso p. 834 nomini جَدِيسٌ una tribuitur significatio قبيلة i. e. tribus, congregatio hominum. Magis usitatum erat كَدَسَ accumulavit, unde كَدِيسٌ et كُدْسٌ Iob. et Iudd. l. c. pro syr. ܓܕܝܫܐ, illudque posterius de acervo lapidum vit. Tim. II, 206 Mang., كُدَاسٌ ,كُدَاسَةٌ de acervo nivis).

2) *tumulus sepulcralis* Iob. XXI, 32. (Hanc significationem frequentant Arabes sub forma جَدَثٌ sepulcrum Marc. XV, 46 pro gr. μνημεῖον Plur. أَجْدَاثٌ sepulcra Cor. 36, 51, vit. Tim. II, 508 Mang., اجتدث paravit sibi sepulcrum).

גָּהָה pr. *repulit, removit* spec. ligaturam vulneris. Hos. V, 13: וְלֹא־יִגְהֶה מִכֶּם מָזוֹר *nec depellet a vobis* (Judaeis) *ligaturam* (rex Assyriae) i. e. vobis non medebitur. In altero hemistichio: לֹא יוּכַל לִרְפֹּא לָכֶם. LXX. οὐ μὴ διαπαύσῃ ἐξ ὑμῶν ὀδύνη. Hier. *non solvere poterit a vobis vinculum.* Chald. *neque quiescere faciet a vobis dolorem.* Syr. *non sanabit* (ܢܣܠܐ) *a vobis dolorem vestrum.* (Syri habent vim intransitivam ܓܗܐ recessit, fugit, sedatus est. Aph. requievit, liberavit. Ethpa. liberatus est ܡܬܓܗܝܢܘܬܐ fuga, exhilaratio, quies, Arabes جَهَّ repulit, جَهْجَهَ II. recessit, abstinuit, aethiop. ገሐሠ: retinuit, prohibuit). — Qui ligaturam vulneris removet, is vulneri medicatus est, quare non male Hebraei גֵּהָה explicuerunt רפא. Hinc

גֵּהָה f. *remotio ligaturae* i. e. *sanatio* vulneris. Prov. XVII, 22: לֵב שָׂמֵחַ יֵיטִיב גֵּהָה *cor laetum felicem dat sanationem, animus tristis exsiccat ossa.*

LXX. εὐεκτεῖν ποιεῖ, cf. XVI, 24. Chald. Syr. *bonum facit corpus* (גהה pro גו). Bene Jos. Kimchi ap. Davidem filium in Lex. ייטיב הרפואה כלומר כי יותר תועיל הרפואה כשהחולה יהיה לו לב שמח ומתעורר ומתחזק וירפא במהרה יותר ממי שיהיה לו עצב. Abulw. *vulnus* reddit, quod cum etymo vix conciliaveris: possit enim vulnus commode ab obligando dici, haud facile a ligatura remota. Reddit ille: يحسن الصحنة *bonum facit* i. e. sanat *vulnus*. Similiter Juda b. K. cap. 3, in quo verba hebraea recenset arabicis congrua: יחסן אלגאה אלסחנה, bene resarcit vulnus. — Michaëlis (Suppl. 272), cui iam praeiverat R. Parchon, גֵּהָה censet idem esse quod جِهَة a rad. وَجَهَ, יָגָה, nimirum *facies*, et interpretatur: *cor laetum bonum facit vultum* i. e. hilarem, sanguine rubentem, sanitatis indicem. Sed parallelismo non congruit haec sententia praeterea tautologiâ suâ molesta: *cor laetum laetum facit vultum*: ne dicam جِهَة non *faciem* notare ut وَجْه, sed *latus*, *plagam*. Jarchi גהה revocat ad rad. נָגַהּ et interpretatur נוגה splendor, quod minus etiam placet.

גֵּה. Semel legitur Ez. XLVII, 13: גֵּה גְבוּל, sed vitiose scriptum pro זֶה גְּבוּל. Respondet enim comm. 15: וְזֶה גְּבוּל, cf. etiam Jos. XVIII, 19. זה unanimiter expresserunt LXX. Vulg. Chald., idque legitur in 10 codd. Kennic. et 4 de Rossianis, modo in textu, modo in margine, modo a prima manu. Unus ex veteribus Syrus legit גה idque ܓܗܐ vertit, q. s. idem sit quod גיא, eandemque interpretationem offert 4 codd. scriptura גיא, duorum גי, trium גיה, duorum גא. Statuunt etiam Rabbini גה ibi dici pro גא, גי, eandemque scripturam retinens Mich. reddidit *plaga*, *latus* coll. جِهَة latus, plaga (coll. Prov. XVII, 22): nos tamen nulli dubitamus, quin mendum sit.

גָּהַר *inclinavit se, procubuit, procidit.* 2 Reg. IV, 34. 35 de Elisa puerum mortuum resuscitaturo: וַיִּגְהַר עָלָיו *et inclinavit se super illum.* 1 Reg. XVIII, 42: וַיִּגְהַר אַרְצָה *et humi procidit.* Hanc significationem, quam paene flagitat orationis series, in priore maxime loco, veteresque interpretes (exceptis Chald. et Arabe 2 Reg., ubi וַאֲלַהֵר لهث defatigavit se) unanimes expresserunt, Syri habent sub litteris ܓܗܪ maxime in Ethpe. (quo verbo etiam Syrus interpres utrobique usus est) unde ܡܬܓܗܪܐ inclinatus, procumbens; Chaldaei et Nasoraei (Norberg. Lexid. p. 28) cum ח, גְּחַן, quo illi utuntur in Targg. pro כָּרַע et הִשְׁתַּחֲוָה utiturque interpres 1 Reg. l. c., hi saepe adorandi verbo ܣܓܕ praemittunt (v. c. T. II. p. 50: ܓܗܢ ܐܢܐ ܘܣܓܕ ܐܢܐ ܠܗ procumbens eum adorabo. 1, 216: ܓܗܢ ܘܣܓܕ ܗܘܐ ܪܘܚܐ inclinans se et procumbens spiritus); Samaritani denique in ࠂࠄࠓ Gen. XXIV, 64 pro נפל procidit, descendit. Litterarum ר et ן inter se permutatarum exempla vide s. litt. Nun, nam in gutturalibus apud Aramaeos permutatis nemo haerebit. — In lingua arab. ipsum جهر valet *clamavit*, quod contextui repugnanti obtrudit Michaëlis in Suppl.: sine ulla enim idonea auctoritate Schindlerus in Pentagl. et Calasius in Concord. hebr. dant اجهر incubuit, incurvatus est, مجهور incurvatus. Ignorant certe hunc significatum et Dschauharius et Firuzabadius. Si quis linguae arabicae usum flagitet, is cum Mosero conferat جحل (vicinum chaldaeo גְּחַן) humi prostravit aliquem, neque alienum fuerit aeth. ተገሀረ: sedulo intentus fuit rei, pr. incubuit in rem.

גַּו tergum, chald. medium, v. rad. גָּוָה no. I.

גֵּו tergum, medium v. ibid.

גּוֹא chald. medium ibid.

גּוּב rad. semel tantum obvia idem fere valens quod גָּבַב no. 2. Quoad ex derivatis colligitur, 1) i. q. جاب med. Waw et Je: *fidit, secuit*, unde גב asser. — Inde 2) *fodit puteum*, ut arab. Conj. VIII. Vide גב no. 2. — 3) i. q. יָגַב *aravit*, agrum secuit aratro. Inde 2 Reg. XXV, 12 in Chethibh גבים, efferendum גֹּבִים in Keri. Litterae גבים etiam efferri possint גַּבִּים et coll. ܓܒܝܐ reddi *exactores* a גָּבָה collegit tributum, sed iunguntur כֹּרְמִים vinitores.

גֵּב m. 1) *asser* a secando dictus. Plur. גֵּבִים 1 Reg. VI, 9. Syr. ܓܒܝܬܐ id. — 2) *puteus*. Plur. גֵּבִים Jer. XIV, 3.

גֹּב et גּוֹב locusta v. גָּבָה.

גּוֹג *Gog*, n. pr. 1) principis terrae Magog (אֶרֶץ הַמָּגוֹג) Ez. XXXVIII, 2. 3. 14. 16. 18. XXXIX, 1. 11, item Rossorum, Moschorum et Tibarenorum, quem cum ingente vi copiarum et auxiliari Persarum, Aethiopum, Cimmeriorum et Armeniorum exercitu (Ez. XXXVIII, 5. 6) ex extremis septentrionibus (XXXVIII, 15. XXXIX, 2) post exilium (XXXVIII, 8. 12) terram sanctam invasurum, ibi vero periturum esse vaticinatur Ezechieles capp. XXXVIII et XXXIX. Vide מָגוֹג. Aliter Apoc. XX, 8 *Γὼγ* pariter atque Magog videtur regionis, non principis, nomen esse, ut apud Arabes ياجوج. — 2) viri Rubenitae 1 Par. V, 4. — 3) In cod. Sam. גוג legitur etiam

Num. XXIV, 7 pro אֲגַג. LXX. Γώγ. Voluit enim concinnator nomen in vulgus notum pro illo rariore substituere. — De etymo barbari huius nominis frustra anquiras. J. D. Michaëlis coniiciebat (Spicil. geogr. p. 35) *Gog* idem esse quod خاقان *Kak*, quod de Tatariae principibus frequentant: magis huc pertinuerit, quod refert Reineggsius (descr. Caucasi T. II. p. 79), in mediis fere Caucasi montibus habitare populum Thiulet dictum, qui montes suos *Gef* et *Ghog* (vocabulum in lingua Ossorum montem notans); altissimos autem maximeque boreales *Moghef* vel *Mughogh* (מָגוֹג) appellet.

מָגוֹג *Magog* n. pr. filii Japhet natu secundi, fratris Gomeri i. e. Cimmeriorum Gen. X, 2, item regionis populique cognominis magni et potentissimi (Ez. XXXVIII, 2. XXXIX, 6) in extremis boreae recessibus habitantis (XXXVIII, 15. XXXIX, 2), Gogo rege imperante aliquando terram sanctam invasuri magnaque clade accepta redituri (v. Ez. XXXVIII. XXXIX). Vix dubium est, quin eae fere gentes intelligantur, quas Graeci sub Scytharum nomine comprehendebant (v. Jos. Arch. I, 6 §. 1. Hieron. ad Ez. XXVIII, 2), quarumque ingens contra Aegyptum expeditio Ezechielis tempore suscepta (Herod. 1, 103—106) huic prophetae talis vaticinii ansam praebuisse videtur. Nonnulli propter nominis aliquam similitudinem speciatim Massagetas intelligi volunt.

Apud Arabum Geographos et historicos haud raro memoratur populus يَأْجُوجُ وَمَأْجُوجُ dictus, quem modo ab oriente maris Caspii, modo in Sinarum vicinia, adeoque in ipsa Sinarum regione ponunt (v. Assemani bibl. orient. T. III. P. II. pag. 16. 17. 20. Edrisi et Ibn el Wardi ap. Klaprothium in asiat. Magazin I, p. 138 et Hylandrum in specimine operis cosmographici Ibn el-Vardi Part. 20—22, Londini Gothorum 1803. 4. Abulf. in Büschings Magazin IV p. 275. d'Herbelot biblioth. orient. s. vocc. *Jagiouge* et *Magiouge*), et hodieque muri caucasii mare Caspium inter pontumque Euxinum a Persis contra barbarorum incursiones exstructi rudera سدّ ياجوج وماجوج vocantur (v. Bayerus de muro caucasio, in Actis Acad. Scientiar. Petropol. T. I. Ker Porter Travels II, 520. Ritters *Erdkunde* II, 834 sq.). Varia Arabum de hoc populo ab Alexandro muro aeneo incluso, hoc perrupto autem paulo ante iudicium extremum terram vastaturo et a Jesu vincendo cet. commenta dabunt Cor. 18, 94 ff. 21, 96, cf. d'Herbelot l. c. Knös chrest. syr. p. 66 sq. — De etymo, eoque valde obscuro supra (v. גּוֹג) pauca observavimus, quibus addendum, etiam imperium Sinicum apud Arabes simili modo چين وماچين vocari (v. Tim. T. 1, 580 Mang.): nec a veri specie alienum, syllabam *Ma* idem valere quod sanskr. *mah, maha* magnus. Praeter auctores laudatos cf. Bocharti Phaleg. III, 13. Michaëlis Suppl. p. 1471. Rosenmüller *bibl. Alterthumskunde* I, 240 sq. et ad Ez. XXXVIII, 1.

גּוּד i. q. גָּדַד no. 1. *instituit* alicui, *ursit*, *invasit* eum, Gen. XLIX, 19: גָּד גְּדוּד יְגוּדֶנּוּ וְהוּא יָגֻד עָקֵב *Gado instant turmae, isque instat extremo earum agmini.* Hab. III, 16.

גַּד v. גָּדַד.

I. גָּוָה et גָּוַב rad. inusitata, quoad ex derivatis colligitur, eiusdem fere potestatis atque גָּבַב *elatus fuit instar dorsi gibbive.* Derivata enim, quae partim analogiam verborum ע״ו, partim verborum ל״ה sequuntur (גֵּו, גֵּוָה; גַּו pro גַּוָה, גְּוִיָּה, גֵּוָה) tum *dorsi* (v. גַּב), tum *ventris* significatum habent, qui quidem posterior ad *medium* transfertur (cf. بَطْن venter, medium, internum, بَاطِن internus).

II. גָּוָה, גָּיָה et גָּיָא radd. itidem inusitatae, quae *confluendi* vim habuisse videntur ab aqua ad homines translatam, unde גּוֹי populus pr. confluxus hominum, גַּיְא, גַּי vallis ab aqua ibi confluente dicta. Vicina sunt arab. جوى sequ. ب et Conj. IV. ad aquam convocavit camelos, جَوّ vallis, regio plana, جُوِيّ aqua foetens pr. stagnans, it. جَاءَ venit, جَأْجَأَ camelos congregavit ad aquam, جِئَة, جِيئَة contr. جِيَة locus, ubi aqua confluit, vallis, regio depressa.

גַּו cum Suff. גֵּוִי m. *dorsum.* Occurrit in una locutione הִשְׁלִיךְ אַחֲרֵי גֵוֹו coniecit post tergum suum i. e. neglexit, contemsit, velut Deum 1 Reg. XIV, 9. Ez. XXIII, 35, legem divinam Neh. IX, 26. In eandem sententiam dr. הִשְׁלִיךְ אַחֲרָיו Ps. L, 17 et אַחֲרֵי גֵוּו Jes. XXXVIII, 17 de peccatis a Deo neglectis i. e. oblivioni traditis. (Eandem locutionem frequentant Arabes, apud quos dicitur نبذ ورا ظهره, جعل بظهره post tergum coniecit Cor. 2, 95. 3, 184. Har. 40 p. 123, 50 p. 200 Causs. et similiter جعل دبر اذنه post aurem coniecit Meidan. prov. 973. Har. 40 p. 444 de Sacy. Adde ظِهْرِيّ res post tergum coniecta. Scheidii diss. ad cant. Hisk. p. 224 sq.).

גַּו chald. constr. גּוֹ et cum Aleph parag. גּוֹא c. Suff. גַּוַּהּ, גַּוֵּהּ m. *medium*, v. rad. no. I. (Syr. ܓܘ id., et ܓܘ ܡܢ ܓܘ intus, intrinsecus, ܓܘܝܐ interior, arab. جَوّ interior pars domus, جَوًّا intus, opp. بَرًّا وجَوَّانِيّ internus). Inde a) בְּגוֹ; בְּגוֹא i. q. בְּתוֹךְ *in medio* et simpl. *in*. בְּגוֹ נוּרָא in igne Dan. III, 25. IV, 7. VII, 15.

בְּגַוַּהּ in ea Esr IV, 15. Ibid. VI, 2: כְּדְנָה כְּתִיב בְּגַוַּהּ דִּכְרוֹנָה *ita in eo* (volumine) *scriptus erat commentarius*, V, 7. Saepe ita in Targg. ut Gen. XLI, 48. Levit. XI, 33 cet. b) לְגוֹא *in medium* et simpl. *in* cum acc. Dan. III, 6. 11. 15. (Sam. ܓܘ *in* etiam cum ablat.). c) מִן־גּוֹא e medio Dan. III, 26.

גַּו, גֵּו (pro גֵּוָה, ad formam בֵּן pro בְּנֵה) st. constr. גֵּו c. Suff. גֵּוִי, גֵּוְךָ, m. 1) *dorsum*. Prov. X, 13: וְשֵׁבֶט לְגֵו חֲסַר־לֵב *et virga* decet *dorso stulti*. XIX, 29. XXVI, 3. Jes. L, 6. LI, 23. הִשְׁלַכְתָּ אַחֲרֵי גֵו Jes. XXXVIII, 17, v. ad גֵּו. — 2) *medium*. Iob. XXX, 5: מִן־גֵּו יְגֹרָשׁוּ *e medio* hominum *pelluntur*.

גּוֹא i. q. גַּו stat. constr. nominis גַּו, q. v.

גֵּוָה f. *corpus*. Iob. XX, 25. De גֵּוָה a גָּאָה derivato v. hanc rad. p. 253.

גְּוִיָּה f. 1) *corpus* (pr. venter, ut syr. ܓܘܝܐ, non ܓܘܐ, ut vitiose impressum est in Cast. Lex. syr. ed. Mich. Cf. germ. *Leib*). Ez. I, 11. 23. Dan. X, 6. Gen. XLVII, 18: *nihil restat* . . . בִּלְתִּי אִם־גְּוִיָּתֵנוּ וְאַדְמָתֵנוּ *quam corpus nostrum et ager noster*. Neh. IX, 37: עַל־גְּוִיֹּתֵינוּ מֹשְׁלִים וּבִבְהֶמְתֵּנוּ *corporibus nostris imperant et pecore nostro*. — 2) *corpus mortuum, cadaver*, tum hominum 1 Sam. XXXI, 10. 12. Ps. CX, 6. Nah. III, 3, tum bestiarum Iudd. XIV, 8. 9.

גּוֹי (a גָּוָה, sicut אוֹי ab אָוָה) cum Suff. 1 pers. semel גּוֹיִ Zeph. II, 9 Plur. גּוֹיִם, constr. גּוֹיֵי, aliquoties in Chethibh גּיִּים Ps. LXXIX, 10. Gen. XXV, 23 m. 1) *populus*, pr. hominum confluxus, a rad. גָּוָה no. II. Haud enim probabile etymon a Jo. Simoni propositum a جَاى retinuit, continuit, texit, coll. arab. جنان turba numerosa a גנן texit, طبن ingens multitudo item a tegendo. Vocabulum est generale et tum de gentibus in universum usurpatur, tum de Israëlitis. Ex posteriore hoc genere (de quo dubitare video nonnullos interpretes, ut de Wettium ad Ps. II, 1) haec habeas exempla. Jes. I, 4: הוֹי גּוֹי חֹטֵא *vae populo peccatori*, Gen. XXXV, 11: גּוֹי וּקְהַל גּוֹיִם יִהְיֶה מִמֶּךָּ *populus, immo multi populi egredientur ex te*. XII, 2: וְאֶעֶשְׂךָ לְגוֹי גָּדוֹל *faciam te populum magnum*. Jos. X, 13: עַד־יִקֹּם גּוֹי אֹיְבָיו *donec populus vindictam ceperit ab hostibus suis*. III, 17. IV, 1. Jes. IX, 2. XXVI, 2. Ps. XXXIII, 12: אַשְׁרֵי הַגּוֹי אֲשֶׁר יְהוָֹה אֱלֹהָיו *o beatum populum, qui Jehovam deum colit*. In altero hemistichio est הָעָם. Deut. XXXII, 28. Jes. XLIX, 7: מְתָעֵב גּוֹי *quem abominatur populus*. Plur. הֲמוֹן גּוֹיִם multi populi Gen. XVII, 4, שְׁנֵי גוֹיִם duo populi XXV, 23, גּוֹיִם גְּדֹלִים וַעֲצוּמִים populi magni et fortes Deut. IX, 1. — Gen. XX, 4: הֲגוֹי גַּם־צַדִּיק תַּהֲרֹג *numquid etiam iustos homines occidis?* In Plur. גּוֹיִם *populi* spec. dicitur de (reliquis) *gentibus praeter Israëlem* (cf. אָדָם no. 1, impr. Jer. XXXII, 20, it. אֲרָצוֹת p. 154 B). Neh. V, 8: *nos redemimus fratres nostros Judaeos* הַנִּמְכָּרִים לַגּוֹיִם *qui venditi fuerant gentibus exteris*, saepe adiuncta notione hostium et barbarorum Ps. II, 1. 8. IX, 6. 16. 20. 21. X, 16. LIX, 6. 9. LXXIX, 6. 10. CVI, 47 (cf. זָרִים) cet., vel profanorum, a vera religione alienorum i. e. *gentilium* (v. infra) Jer. XXXI, 10. Ez. XXIII, 30. XXX, 11. Ps. CXXXV, 15 cet. גְּלִיל הַגּוֹיִם *circulus gentilium* i. e. Galilaea gentium Jes. VIII, 23. אִיֵּי הַגּוֹיִם *insulae gentilium* (cf. אִי) Gen. X, 5: intelliguntur populi ad mare mediterraneum habitantes. Collect. גּוֹי pro גּוֹיִם Jes. XIV, 32. Nonnunquam opponitur עַם, הָעָם, quo de Israële libentius utuntur. Jes. XLII, 6: וְאֶתֶּנְךָ לִבְרִית עָם לְאוֹר גּוֹיִם *faciam te auctorem foederis cum populo, lucem* i. e. doctorem *gentium*, cf. comm. l. XLIX, 6. Deut. XXVI, 18: *Deus te spondere fecit, te populum ei peculiarem futurum* (עַם סְגֻלָּה) 19. (et promisit) *se cunctis gentibus superiorem te facturum esse* (עֶלְיוֹן עַל־כָּל־הַגּוֹיִם). Cf. de h. l. vexato s. v. אָמַר 121 A. XXXII, 43: הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ *ovate, gentes, populo eius* i. e. felicem eum praedicate. Inde rarissime invenitur sequ. Genit. et cum Suff. גּוֹי יְהוָֹה, גּוֹיִ (Zeph. II, 9): creberrime עַם יְהוָֹה, עַמִּי, עַמּוֹ. LXX satis constanter עַם reddunt λαός, גּוֹי ἔθνος. Vulg. *gens*, unde etiam in N. T. τὰ ἔθνη opponuntur τῷ λαῷ θεοῦ Ἰσραήλ Luc. II, 32, et ἐθνικός *gentilis* hominem notat a vera religione alienum (apud Judaeos recentiores etiam singulariter גוי, גויה de gentilibus et Christianis): decies tantum pro גּוֹי dederunt λαός, partim ubi Israëlis populus intelligitur Jos. III, 17. IV, 1. Jes. IX, 2. XXVI, 2, partim, ubi reliquae gentes Ez. XX, 41. XXXVI, 15. Contra etiam ἔθνος de gente iudaica legitur Act. X, 22. Luc. VII, 5.

2) Poët. transfertur ad animalium greges et agmina. Joël I, 6 de locustis: גּוֹי עָלָה עַל־אַרְצִי עָצוּם וְאֵין מִסְפָּר *ascendit populus contra terram meam, fortis neque numerandus*. Zeph. II, 14: כָּל־חַיְתוֹ־גוֹי *omnes bestiae gregis* i. e. gregales. Cf. עַם Prov. XXX, 25. 26, gr. ἔθνεα χηνῶν, γεράνων, μυιάων, μελισσάων, χοίρων Hom. Il. 2, 87. 458. 469. Od. 14, 73, lat. apium populi Colum. 9, 13, equorum gentes Virg. Ge. 4, 430, arab. أُمَّة, v. Boch. Hieroz. II, 468.

3) Aliquoties גּוֹיִם *gentiles* ad nominis proprii naturam proxime accedit. Jos. XII, 23: מֶלֶךְ גּוֹיִם לְגִלְגָּל *rex Gentilium ad Gilgalam*. Videntur ibi, quemadmodum in Galilaea, postea gentiles consedisse inter Hebraeos, κατ' ἐξοχὴν hoc nomine appellati, idque nomen a scriptore huic tempori tribui, quo omnes Palaestinae incolae gentiles erant. Plane incertum, ubi quaerendi sint גּוֹיִם Gen. XIV, 1 commemorati cum Kedorleomero bellum contra Sodomam gerentes. *Clericus* Galilaeae gentem intelligit (coll. גְּלִיל הַגּוֹיִם Jes. VIII, 23), quae Kedorlaomero parens in officio manserit eique ex foedere auxilium tulerit, qua sententia adoptata anachronismus statuendus est, quandoquidem gentiles in Galilaea habitantes vix poterant hoc nomine appellari, priusquam Hebraei ibi consederant. Collato Gen. X, 5 possis *occidentis populos* intelligere. Symm. βασιλεὺς

Σκυθῶν vertens, גוגים legisse videtur. Non male anonymus intp. *βασιλεὺς Παμφυλίας*.

גַּי et גַּיְא *vallis* v. rad. גֵּיא.

גּוּז 1) *transiit* i. q. arab. جاز med. Waw, sam. ࠏࠆࠀ et ࠅࠆࠀ transiit, praeteriit, aeth. ጓዘ: migravit, castra movit (unde ጓዝ: emigratio, Aethiopia qs emigrationis terra), syr. ܓܙ transiit, defecit, consumtus est. Ps. XC, 10: כִּי־גָז חִישׁ וַנָּעֻפָה *nam transit cito vita humana et avolamus*. Bene Chald. עָדוּ *transeunt* anni. LXX *ἐπῆλθε*, Vulg. *supervenit*. Syr. ܥܒܪ, satis recte, si vim verbi spectamus, quanquam a vera verborum sententia hi interpretes longe aberrarunt. Hebraei interpretes ex mera coniectura verbo גוז tribuunt vim excisionis (כריתה). — 2) causat. *transportavit, transvexit*. Num. XI, 31: *ventus exiit a Jehova* וַיָּגָז שַׂלְוִים מִן־הַיָּם *et transvexit coturnices a mari*. LXX *ἐξεπέρασεν*. Vulg. *detulit*. Optime Sam. eodem verbo usus ࠅࠉࠂࠆ. Male Hebraei interpretes vertunt *avulsit a mari*, qs. גוז sit i. q. גזז. De voce גּוֹזִי Ps. LXXI, 6 v. rad. גָּזָה.

גּוּחַ *prorumpere* v. גִּיחַ.

גּוּל *exultare* v. גִּיל.

גּוּן rad. inus. Syr. ܓܘܢܐ, ܓܘܢ, ܓܘܢܐ color, chald. גַּוַּן colore tinxit. Inde

גּוּנִי (coloribus pictus) n. propr. 1) filii Naphtali Gen. XLVI, 24. 1 Par. VII, 13, unde patron. eiusdem formae (pro גּוּנִיִּי) Num. XXVI, 48. 2) viri Gaditae 1 Par. V, 15.

גָּוַע inf. גְּוֹעַ et גָּוֹעַ Num. XVII, 28. XX, 3 fut. יִגְוַע *exspiravit, vitam efflavit* i. q. מֵת mortuus est Gen. VI, 17. VII, 21. Num. l. c. XVII, 27, maxime in sermone poët. Iob. III, 10. X, 18. XIII, 19. XIV, 10. XXVII, 5. XXIX, 18. XXXIV, 15. XXXVI, 12. Ps. LXXXVIII, 16. CIV, 29. Zach. XIII, 8. Thren. I, 19. Aliquoties additur מות Gen. XXV, 8: וַיִּגְוַע וַיָּמָת אַבְרָהָם *exspiravit Abrahamus et mortuus est*, comm. 17. XXXV, 29. LXX bis reddunt *τελευτάω*, bis *ἀποθνήσκω*, sexies *ἀπολείπω*, unde colligas, vim primariam esse in deficiendo, coll. arab. جاع esurivit, famelicus fuit, fame laboravit. Sam. ࠀࠕࠂࠅࠏ exspiravit.

גּוּף in Kal inusit. Arab. جاف cavus fuit. V. id. et in medio alicuius rei fuit delituitque, Conj. II. excavavit, it. *clausit* portam (pr. fecit, ut aliquid intus sit et delitescat). Syr. ܓܘܦ piscatus est (pr. pisces reti clausit) Ethpa. occlusus, obseratus est.

Hiph. clausit valvas. Neh. VII, 3. Ita etiam in Mischna, Sabim 3, 1 et in Kal, Moëd Katon 3, 1, מְגוּפָה operculum, הגפה clausio cet.

גּוּפָה f. *corpus*, *cadaver*, a cavitate dictum 1 Par. X, 12, pro גְּוִיָּה in loco parallelo 1 Sam. XXXI, 12. Arab. جَوْف cavum, venter, جِيفَة cadaver, unde ex usu secundario جاف med. Je foetuit cadaver. Rabbin. גּוּף corpus, persona, גּוּפָנִי corporalis.

גּוּר i. q. arab. جار pr. *deflectere a via*, ut סוּר, hinc divertere ad aliquem Schult. ad Har. IV, 15, et deinde in vulgari linguae hebraeae usu 1) *commorari* alicubi *tanquam peregrinum et hospitem*, *peregrinari*. Dicitur de singulis hominibus Gen. XII, 10. XIX, 9. XX, 1. Iudd. XVII, 7. XIX, 1. 16. Ruth I, 1. Jes. XXIII, 7, et de universis gentibus, ut Israëlitis in Aegypto peregrinantibus Exod. VI, 4. Ps. CV, 23, cf. Jer. XLII, 15. 17. 22. XLIII, 2. 5 cet. in exilio babylonico degentibus Esr. I, 4. Poët. de brutis. Jes. XI, 6: גָּר זְאֵב עִם־כֶּבֶשׂ hospitis instar *commoratur lupus apud agnum*. Sequitur בְּ terrae, in qua quis hospes commoratur Gen. XXI, 23. XXVI, 3. XLVII, 4. Lev. XX, 2. Jes. XVI, 4. Hospiti, apud quem commoramur, praemittitur עִם Gen. XXXII, 5, אֵת Exod. XII, 48. Lev. XIX, 33. Poët. constr. etiam c. accus. populi locique, in quo vel apud quem commoramur. Ps. CXX, 5: אוֹיָה־לִי כִּי גַרְתִּי מֶשֶׁךְ *vae mihi! quod apud Moschos habito*. Iud. V, 17: וְדָן לָמָּה יָגוּר אֳנִיּוֹת *et quare Danus ad naves habitat?* i. e. otiosus sedet in littore maris, navigationibus reique maritimae intentus, de publica salute vero parum sollicitus. (LXX *καὶ Δὰν εἰς τί παροικεῖ πλοίοις;* Vulg. *et Dan vacabat navibus*, neque aliter Kimchius, Luth., Lettius. J. D. Michaëlis et Schnurrerus vero: *cur verebatur naves?* ex signif. 3. Sed prius vel parallelismo verborum יָשַׁב et שָׁכַן commendatur). Iob. XIX, 15: גָּרֵי בֵיתִי *qui in domo mea versantur*. Intellige servos potissimum, in altero enim hemistichio *ancillae*. Hieron. inquilini domus meae. Alex. *γείτονες* ex usu Arabum et Aethiopum, quibus جار, ጎር: est vicinus, mecum cohabitans, جاوَر, ተጓረ: vicinus fuit, cf. שָׁכֵן. Exod. III, 22: גָּרַת בֵּיתָהּ *inquilina* vel sec. Vulg. *hospita eius*. LXX *σύσκηνος*. *Vicinam* intelligunt Saad. (جارت بيتها), J. b. Karisch (مجاورة بيتها) et Cod. Sam. cum Vers. sam. (גירת ביתה, cf. מגיר vicinus Exod. XII, 4, chald. מְגִיר, מָגַר, מַגּוֹר id.). Jes. XXXIII, 14: מִי יָגוּר לָנוּ אֵשׁ אוֹכֵלָה מִי־יָגוּר לָנוּ מוֹקְדֵי עוֹלָם *ecquis nostrum commoretur apud ignem edentem, quis cohabitet focis aeternis?* Vox est peccatorum in vicinia

stragium a Jehova in Assyrios immissarum (comm. 12. 13) sibi metuentium. Peculiaris locutio est גּוּר בְּאֹהֶל יְהוָה *commorari in tentorio Jehovae* i. e. frequentem adesse in templo, Dei qs. hospitem esse, et, quod cum eo coniunctum est, eius tutela et patrocinio uti. Ps. XV, 1. LXI, 5 cf. XXXIX, 13. Etiam c. acc. Ps. V, 5: לֹא יְגֻרְךָ רָע *non habitat tecum malus.* Parall. non favet Deus impietati. (Arab. جار Conj. III commoratus est in templo religionis ergo, Reiske ad Abulf. Ann. III, p. 320. Cor. 33, 60, it. in clientelam recepit, quia hospitis est, tueri peregrinum, Schult. ad Iob. p. 471. Lette ad Cant. Deb. p. 645, جار ٱللّٰه hospes s. cliens Dei, epith. Zamachscharii Grammatici ob diuturnam in urbe sancta commorationem. Abulf. l. c. III, 448). — Part. גָּר, quod distinguitur a nomine verbali גֵּר peregrinus, unde dicitur Lev. XVII, 12: הַגֵּר הַגָּר בְּתוֹכְכֶם *peregrinus habitans in medio vestro.* XVIII, 26. XIX, 34. — In impeditioribus locis est Iob. XXVIII, 4, ubi in descriptione metalli fodinae legitur: פָּרַץ נַחַל מֵעִם גָּר. Non male Rosenm. R. Levin secutus: *rumpit homo canalem ex eo, ubi habitat* i. e. inde a superficie terrae hominumque sede canales deorsum agit, aditumque sibi ad terrae penetralia parat, מֵעִם גָּר ellipt. pro מֵעִם אֲשֶׁר גָּר בּוֹ הָאָדָם. Verbum גּוּר dici posse de homine in terra qs. peregrinante, satis certum est (v. גֵּר et מָגוּר): maior difficultas fuerit in vc. נַחַל de puteo s. canali metallico deorsum acto usurpato. Propterea aliis magis placet interpretari: *prorumpit torrens a latere peregrini* pro *ab eo ubi peregrinatur* sc. fossor, ita ut intelligantur aquae e cuniculis subterraneis subito iuxta fossorem in terrae penetralibus peregrinantem erumpentes specusque metallicos inundantes. Schult. in Opp. min. p. 499 et Michaëlis in Supplemm. גָּר h. l. nomen esse volunt i. q. جَرّ *radix montis* a rad. جَرّ, גָּרַר, verbaque poëtae reddunt: *rumpunt alveum de pede montis.* Sed hac significatione adoptata otiatur part. עִם, nec satis apte dixeris מֵעִם שֹׁרֶשׁ הָהָר, pro מִשֹּׁרֶשׁ הָהָר.

2) *congregari.* Ps. LVI, 7: יָגוּרוּ יִצְפֹּנוּ *congregantur* et *delitescunt* i. e. gregatim in insidiis delitescunt. Symm. *συνήγοντο λάθρα.* Chald. יִכְנְשׁוּן Hieron. congregantur. Sequ. עַל et אֵת *contra* aliquem. LIX, 4: יָגוּרוּ עָלַי עַזִּים *congregantur contra me fortes.* Chald. יִתְכַּנְּשׁוּן. Jes. LIV, 15: הֵן גּוֹר יָגוּר אֶפֶס מֵאוֹתִי מִי־גָר אִתָּךְ עָלַיִךְ יִפּוֹל *si* quis *congregatur, minime a me* hoc iussum est, *qui contra te congregatur, ad te deficiet.* Targ. ut supra אִתְכַּנָּשָׁא יִתְכַּנְּשׁוּן, מִתְכַּנְּשִׁין. In Hithpal. Hos. VII, 14. Semel, ut videtur, transitive Ps. CXL, 3: יָגוּרוּ מִלְחָמוֹת *congregant bella,* quanquam etiam reddi possit: *congregant se ad bella.* Chald. מְגָרְגִין קְרָבַיָּא concitant bella, qs. legisset יְגָרוּ (a גָּרָה), neque hoc alienum fuerit, cf. יִתְגָּרֶה לַמִּלְחָמָה Dan. XI, 25. Caeterum hunc *congregandi* significatum, quem paulo cupidius disputans eliminatum vult Michaëlis in Suppl. 286, non solum flagitat locorum laudatorum contextus, sed 1) eundem expresserunt e vett. intpp. Chaldaeus, praeter l. l. c. c. etiam Jer. VI, 25. XX, 3. 10. Thren. II, 22, Aqu. Ps. XXXI, 14 ubi מגור reddit *συστροφή,* it. Symm. Ps. LVI, 7. Kimchi: ענין אסיפה וקבוץ; 2) *congregandi, conveniendi* vis re vera pendet ab habitando et cohabitando, et alibi quoque uterque significatus eodem verbo exprimitur, v. c. أوى habitavit, commoratus est i. q. גּוּר. Conj. V. congregatus est, in unum locum convenit; 3) eandem vim habes in verbis huic finitimis אָגַר et יָגַר; 4) ipsum جَارَ Conj. IV valet reposuit in promtuariis, unde מְגוּרָה promtuarium, horreum. Ipse Michaëlis cunctis locis laudatis non satis apte adhibet arab. جار على iniuste egit contra aliquem, verum haud dubie vidit Rosenm. ad Ps. LVI, 7.

3) *timere,* ut vicinum יָגֹר et وَجِرَ. Pendet hic significatus e *deflectendo:* timidus enim pavidusque alteri de via decedit et ab ea deflectit *(geht ihm aus dem Wege, tritt zurück).* Homini vel rei, quam timemus, praemittitur מִן Iob. XLI, 17, et מִפְּנֵי Num. XXII, 3. Deut. I, 17. IX, 19. XVIII, 22. 1 Sam. XVIII, 15, semel in accus. ponitur Deut. XXXII, 27, sec. nonnullos etiam Iud. V, 17. Is, cui timemus, ponitur praevio לְ. Hos. X, 5: לְעֶגְלוֹת בֵּית־אָוֶן יָגוּרוּ שְׁכַן שֹׁמְרוֹן *vitulis Beth-Aven timent Samariae incolae.* Iob. XIX, 29: גּוּרוּ לָכֶם מִפְּנֵי חֶרֶב *timete vobis a gladio.* De timore s. reverentia Dei Ps. XXII, 24. XXXIII, 8.

Hithpal. הִתְגּוֹרֵר 1) i. q. Kal no. 1 *commoratus est,* sequ. עִם apud aliquem 1 Reg. XVII, 20. 2) i. q. Kal no. 2. *congregavit se.* Hos. VII, 14: עַל־דָּגָן וְתִירוֹשׁ יִתְגּוֹרָרוּ יָסוּרוּ בִי *propter frumentum et mustum congregantur, a me deficiunt.* Intelligi possunt supplicationes in honorem idolorum ad impetrandam agrorum fertilitatem institutae. Chald. הֲווֹ כְּנִשִׁין. Syr. ex signific. no. 3. *de frumento et vino solliciti sunt* (ܡܬܟܦܠܝܢ). Pauci quidam codd. יתגודדו, LXX *κατετέμνοντο,* quod praefert Michaëlis de congregandi significatu, ut diximus, dubitans. — מִתְגּוֹרֵר Jer. XXX, 23 vide s. rad. גָּרַר. In lingua arabica deflectendi et exorbitandi notio primaria ad vitam moresque potissimum translata est, ut valeat *declinavit a recto, iniustus, impius fuit,* جَوْر iniustitia, impietas, tyrannis: in lingua syriaca et sam. ad fidem coniugi debitam, unde ܓܘܪ, ࠂࠅࠓ adulterium commisit, moechatus est, ܓܝܘܪܐ, ࠌࠂࠅࠓࠍ adulter.

גֵּר f. **גֵּרָה** inquilinus, v. rad. no. 1.

גֵּר m. *peregrinus, hospes, alienigena,* homo *extra patriam degens.* Gen. XV, 13: גֵּר יִהְיֶה זַרְעֲךָ בְּאֶרֶץ לֹא לָהֶם *peregrini erunt posteri tui in terra aliena.* Exod. II, 22. XVIII, 3. XXII, 20. XXIII, 9. Lev. XIX, 34 cet. Saepe iungitur syn. תּוֹשָׁב advena, accola (quae vcc. ita differre coniicit Mich. in Iure mos. II, §. 38 ut גֵּר vocetur, qui non sit agri proprii possessor, תּוֹשָׁב,

qui domo propria careat) Gen. XXIII, 4. Lev. XXV, 35. 47; opponitur אֶזְרָח indigena Exod. XII, 19. Lev. XXIV, 16. 22. Num. IX, 14. XV, 30. Jos. VIII, 33 et אָח popularis Deut. XXIV, 14. Multis autem locis Israëlitae admonentur, ne peregrinos, viduas, orphanos aliosque derelictos opprimant, ut contra iis opem auxiliumque ferant Exod. XXII, 20. XXIII, 9. Deut. XXIV, 17. XXVII, 19. Jer. VII, 6. Zach. VII, 10 cet. cf. Ps. CXLVI, 9. — Jes. V, 17 גָּרִים videntur pastores nomadesque peregrini cum gregibus in terra oberrantes, quales olim Hebraei fuerant in terra Cananaea, et Rechabitae erant Jeremiae tempore. — Quemadmodum vita humana peregrinationi (מְגוּרִים Gen. XLVII, 9) comparatur, ita singuli homines poët. *peregrini* vocantur in hac terra. Ps. XXXIX, 13: כִּי גֵר אָנֹכִי עִמָּךְ *nam peregrinus ego tecum* i. e. in terra tua. 1 Par. XXIX, 15. — Cum Suff. גֵּרְךָ, גֵּרוֹ peregrinus, hospes tuus, eius i. e. in patria (non in domo) tua, eius degens. Exod. XX, 10. Deut. V, 14. XXIV, 14. XXXI, 12. LXX πάροικος, προσήλυτος, bis γειώρας (chald. גִּיוֹרָא) Exod. XII, 19. Jes. XIV, 1, semel ξένος Iob. XXXI, 32. In linguis cognatis praeter גיורא conferatur ܓܝܘܪܐ, ገየረ: advena, proselytus, ܓܝܪ, ܓܝܘܪ, ገየረ: advena, proselytus fuit.

גִּיר i. q. גֵּר. Semel legitur 2 Par. II, 16.

גֵּרוּת f. *hospitium*, ubi peregrini divertunt. Jer. XLI, 17.

גּוֹר i. q. גּוּר *catulus leonis*. Plur. גֹּרֵי אֲרָיוֹת Jer. LI, 38, גֹּרוֹתָיו Nah. II, 13.

גּוּר plur. גּוּרִים m. 1) *catulus*, ita dictus sec. Bochartum (Hieroz. I, 714), quia catuli circa matrem *congregantur* (v. rad. no. 2), rectius fortasse sec. *Michaëlem*, quia adhuc in hospitio et sub tutela matris sunt. Dicitur spec. a) de *catulo leonis* Ez. XIX, 2. 3. 5. גּוּר אַרְיֵה Gen. XLIX, 9. Deut. XXXIII, 22. Nah. II, 12, plur. גּוּרֵי אֲרָיוֹת Jer. LI, 38. Intelligitur catulus matris adhuc ubera sugens, et distinguitur a כְּפִיר i. e. leone iuvene, qui a lacte depulsus sibimet victum quaerere incipit, v. Ez. et Nah. l. l. c. c. Interdum figurate de heroe iuvene Gen. Deut. l. c. Semel b) de catulo canis feri (תַּן) Thren. IV, 3. (Hebraei recentiores גּוּר etiam de catulo ursino et canino usurpant, Arabes جَرْو, جِرْو, جُرْو de catulo leonino et canino, v. Bochartum l. c. Melit. *geru* catulus, syr. ܓܘܪܐ, ܓܘܪܝܐ, ܓܪܝܐ). — 2) מַעֲלֵה־גוּר ascensus catuli s. catulorum, n. pr. loci prope Jibleam 2 Reg. IX, 27.

גּוּר בַּעַל (hospitium Baalis) n. pr. oppidi in Arabia, prob. a Baalis templo ita dicti 2 Par. XXVI, 7.

יָגוּר (*hospitium*, derivatum futuri) n. pr. oppidi tribus Judae Jos. XV, 21.

מָגוֹר m. *timor*, *formido*. Jes. XXXI, 9. Jer. XX, 4. Alibi semper in hac locutione: מָגוֹר מִסָּבִיב *formido undiquaque*. Jer. VI, 25. XX, 3. 10. XLVI, 5. XLIX, 29. Ps. XXXI, 14. Plur. מְגוּרִים (cf. *Lehrgeb.* p. 161, not. 2. 563, not. 5) Thren. II, 22.

מָגוּר m. 1) *peregrinatio*. Ubique in Plur. מְגוּרִים. Gen. XVII, 8: אֶרֶץ מְגֻרֶיךָ *terra, in qua peregrinaris*, nunc hospes es. XXVIII, 4. XXXVI, 7. XXXVII, 1. Exod. VI, 4. Aliquoties de vita humana, quatenus homo peregrini et hospitis instar brevius in ea commoratur, quam optet. Gen. XLVII, 9 Jacobus Pharaoni: *anni peregrinationis meae sunt centum et triginta, pauci et molesti fuerunt dies vitae meae*. Ps. CXIX, 54: בְּבֵית מְגוּרָי *in loco peregrinationis meae* i. e. in his terris. Ubique haec metaphora (cf. Ps. XXXIX, 13. 1 Par. XXIX, 15) ad vitae brevitatem refertur, nunquam ad id quod homo proprie melioris mundi civis in his terris nonnisi peregrinus sit et hospes. — 2) *habitaculum*. Ps. LV, 16. Iob. XVIII, 19.

מְגוֹרָה f. i. q. מָגוֹר *timor*. Prov. X, 24: מְגוֹרַת רָשָׁע *quodcunque timet impius*.

מְגוּרָה f. 1) *granarium*, *horreum* frumenti, a congregando colligendoque dictum, v. rad. no. 2, et מַמְּגֻרָה. — 2) *timor*, deinde *obiectum timoris*, *malum*, *calamitas*. Plur. Jes. LXVI, 4: מְגוּרֹתָם אָבִיא לָהֶם *quaecunque timent, iis immittam*. Ps. XXXIV, 5.

מַמְּגֻרָה, semel legitur in Plur. Joël I, 17: נָשַׁמּוּ אֹצָרוֹת נֶהֶרְסוּ מַמְּגֻרוֹת *desolata sunt horrea, granaria destructa*. Vix dubium, quin מַמְּגֻרָה idem sit quod מְגוּרָה, et מַ sequ. Dag. euphonico proprie praemissum videtur ad locum indicandum (horrei, granarii locus) sicut מַרְגְּלוֹת a רֶגֶל, מְרַאֲשׁוֹת a רֹאשׁ, ita tamen, ut מַמְּגֻרָה vi sua propria amissa non differat a מְגוּרָה, ut מַעְיָן pr. *locus fontis* saepe non differt ab עַיִן fons. R. Tanchum: حقّ جمعه أن يكون מגורות فزادوا على ميم المركبة اخرى فصارت ממגורות *Pluralis eius* (sc. מגורה) *esse debebat Meguroth, sed ad Mim formativum additum insuper aliud, sic ortum Mamguroth*. Minime ferendum, quod volunt Jos. Kimchi et Abarbenel, מַ dictum esse pro מִן praefixo, et vertendum *destructa* (quaedam) *ex granariis*, vel *destructa sunt* horrea *propter timorem* sc. hostium. Neque magis placet Michaëlis p. 287 מגורה et מַמְּגֻרָה derivans a مكر vendidit, ut proprie sint granaria dardanariorum frumentum vendentium: hoc enim verbum speciale est de pullo in matris utero emto venditoque. Vide etiam Pocockium ad h. l.

גֶּרֶשׁ, גּוּשׁ *gleba* terrae, pulveris. Semel in V. T. Iob. VII, 5 Keri לָבַשׁ בְּשָׂרִי רִמָּה וְגוּשׁ עָפָר, Chethibh

גּוּשׁ *vestiunt* i. e. tegunt *corpus meum vermes et glebae terrae.* Hoc posterius autem referendum ad cineritium aegroti cutem, asperum insuper et quasi squamosum, cui terrae glebae inspersae esse videbantur. Alex. *βώλακας γῆς.* Vulg. *sordes pulveris.* Targ. גַּרְגִּשְׁתָּא דְעַפְרָא i. e. *gleba pulveris*, ut habet Hieronymus. Talmudistae eodem vc. utuntur de *gleba massa*que *glebae simili* Mischn. Tehor. 3 §. 2: גוש של זיתים *massa cohaerens olivarum* sc. contusarum. Ibid. 5 §. 1: גוש מארץ טהורה וגוש מבית הפרס גוש מארץ טהורה וגוש מארץ העמים *gleba terrae purae et gleba agri immundi, gleba terrae purae et gleba ex terra gentium.* In Gemara אגושא de *pulvere ipso.* Schabb. fol. 15, 2 quinquies: גזור אגושא *damnatus ad pulverem* i. e. ut comburatur in cinerem. Laudat praeterea Buxtorf. pluralem in his verbis Gemarae עשאן גושין גושין *fecit nos glebas, glebas*, eundemque habes in alio loco a Kimchio laudato שנעקרו בגישידון, in quo est etiam forma גיש, ut in Chethibh. Abulwalides se olim cutem pulveris (كشاط التراب) reddidisse observat, nunc vero collatis exemplis talmudicis se eorum sententiam praeferre, qui ipsum *pulverem* intelligant. R. Tanchum interpretatur قطعة تراب متلبدة بعضها على بعض متجمعة جافة *gleba pulveris, quae concrevit cum alia, cum ea cohaeret et exsiccata est.* Aben Esrae etiam probabile, speciem pulveris intelligi (מין עפר) et duo synonyma coniungi, ut in אַדְמַת עָפָר Dan. XII, 2. A *pulveris* significatu satis certo et indubitato exstat praeterea denom. התגושש luctatus est pr. pulverem luctando excitavit (v. נֶאֱבַק) ap. Talmud. (v. Buxt.) et in Vers. Sam. Gen. XXXII, 25 26. ࠅࠉࠀࠂࠔ, ࠅࠉࠂࠔ pro hebr. הֵאָבֵק. Quum de usu loquendi huius vc. satis constet, de etymo non anxie quaerendum videtur. Haud contemnenda tamen Jo. Simonis coniectura, גוּשׁ et גִּישׁ dictum esse pro נְגוּשׁ, נְגִישׁ a rad. نَجِسَ impurus, spurcus fuit, unde نَجَاسَةٌ *sordes*, qua voce nostrum גּוּשׁ ap. Iobum exprimit Vulgatus. Plane non audiendus est Schult. ad Iob. l. c., qui coll. جاش aestuavit, efferbuit, *aestuationem pulveris* offert.

גִּזְבָּר *thesaurarius*, v. rad. גָּנַז.

גָּזָה pr. *secuit*, ut vicinum גָּזַז, spec. 1) *lapidem cecidit, caedendo effinxit*, unde גָּזִית. (Syr. ܓܙܳܐ amputavit, totondit, quod postea refertur ad sterilitatem, ܡܓܙܳܐ serra, ܡܓܙܽܘܬܳܐ falx dentata. Talmud. גזא totondit). — 2) metaph. *tribuit, pensavit*, quod a caedendo et secando ductum est, plane ut *ταμίας* a *τέμνειν.* Maxime, ut syn. גָּמַל, de beneficiis in aliquem collatis. Ps. LXXI, 6: מִמְּעֵי אִמִּי אַתָּה גוֹזִי *ab utero matris tu beneficiis me affecisti.* LXX *σκεπαστής.* Vulg. *protector.* Syr. *fiducia mea.* Targ. contra cum Rabbinis גּוֹזִי a גּוּז derivantibus idque, ut Num. XI, 31, transitive accipientibus: מַפְקִי *educens me*, coll. גֹּחִי Ps. XXII, 10 a גִּיחַ. Vide Schult. animadvv. ad h. l. (Arab. جَزَا retribuit, pensavit, جَزَآءٌ retributio, poena, praemium, cf. جَزَّأَ distribuit, partitus fuit, unde جُزْءٌ pars. In lingua aeth. hoc verbum ad dominium refertur, plane ut gr. *ταμίας* de duce et domino etiam dicitur. A verbo amh. ገዛ: dominatus est apud eos derivatur longe creberrimum እግዚእ: dominus. Apud Arabes جزا frequentius etiam valet *suffecit*, quod Mich. adhibet verbis Psalmi LXXI, eaque reddit: *tu mihi sufficiens fuisti*).

גָּזִית pr. *caesio, caesura* lapidum. Unde אַבְנֵי גָזִית 1 Reg. V, 31. 1 Par. XXII, 2. Ez. XL, 42 et simpl. גָּזִית lapides caesi, ni fallor, maxime quadrati. Jes. IX, 9: גָּזִית נִבְנֶה *lapides caesos exstruemus* i. e. domos ex lapidibus caesis, cf. Amos V, 11. 1 Reg. VI, 36: שְׁלֹשָׁה טוּרֵי גָזִית *tres ordines lapidum caesorum.* VII, 9. 11. 12. Exod. XX, 22. Thren. III, 9.

גִּזֹה (formae גִּלֹה, שִׁילֹה, fort. lapicidina) n. pr. loci aliunde non cogniti, a quo ducitur gentil. גִּזוֹנִי 1 Par. XI, 34 ut שִׁילֹנִי a שִׁילֹה, גִּילֹנִי a גִּלֹה.

גּוֹזָן (v. rad. גָּזָה, ut גִּלֹּן a גָּלָה, fort. lapicidina) *Gozan, Gauzanitis*, regio Mesopotamiae Assyriis parens (2 Reg. XIX, 12. Jes. XXXVII, 12), ad Chaboram fluvium (2 Reg. XVII, 6. XVIII, 11. 1 Par. V, 26) sita, in quam decem tribuum pars a Salmanassare deportata est. Verba enim 2 Reg. XVII, 6: *eosque habitare iussit* בַּחְלַח וּבְחָבוֹר נְהַר גּוֹזָן וְעָרֵי מָדָי *in Chalcitide et ad Chaboram, Gauzanitidis fluvium, et in urbibus Mediae*, optime illustrantur Mesopotamiae descriptione apud Ptolemaeum (V, 18), qui regionem Chaborae et Saocorae fluminibus interiacentem *Γαυζανῖτιν* appellat, ita ut Chaboras 2 Reg. l. c. aptissime Gauzanitidis fluvius vocetur. Hodieque haec provincia *Kauschan* vocatur. 1 Par. l. c. quidem, ubi verba ita se habent: וַיְבִיאֵם לַחְלַח וְחָבוֹר וְהָרָא וּנְהַר גּוֹזָן, *Chaboras* a *fluvio Gausanitidis* interiecto verbo וְהָרָא separatus est, et ab eo differre videtur: sed nihil dubito, quin hoc negligentiae rerumque geographicarum imperitiae tribuendum sit, quarum haud pauca in hoc scriptore vestigia reperiuntur: minime h. l. secus atque in libris Regum, *Chaboram*, Mediae montem, et *Gausaniam*, urbem mari caspio vicinam (Ptolem. 6, 2) intellexerim, quo inclinat Rosenm. (*bibl. Alterthumsk.* I, 296), cf. Ker Porter Travels (I, p. 267), ubi fluvium Gosan eundem esse coniicitur, qui hodie *Kissil-Osan*, vocatur. Bochartum (Phaleg III, 14), qui utrobique hanc, quam dixi, Gauzaniam intelligit, recte refellit Clericus ad 2 Reg. l. c. Cf. Mich. Suppl. p. 279.

גָּזַז inf. גֹּז Gen. XXXI, 19. 1 Sam. XXV, 2 et גְּזֹז Gen. XXXVIII, 13 fut. יָגֹז *totondit.* (Syr. et Chald.

ܓܙ, גז, Arab. جَزَّ id.). Refertur a) ad tonsuram ovium. Gen. XXXI, 19. XXXVIII, 13. Deut. XV, 19. Part. Plur. גֹּזְזִים ovium tonsores Jes. LIII, 7. 1 Sam. XXV, 7: שָׁמַעְתִּי כִּי גֹזְזִים לָךְ *accepi, te tonsores conduxisse.* Erat autem ovium tonsura, utpote messis pecuariorum, cum amicorum conviviis publicaque laetitia coniuncta. 2 Sam. XIII, 23. 24. Gen. XXXVIII, 12. Usurpatur b) de tondendis capillis, quod in luctu fieri solebat. Iob. I, 20. Jer. VII, 29. Mich. I, 16. c) de foeno secando (v. גֵּז no. 2). Arab. جَزَّ secuit, messuit fruges. Quorundam Rabbinorum, qui huic verbo vellendi notionem tribuunt praeeunte Chald. Jer. VII, 29, opinionem docte redarguerunt Bochartus in Hieroz. I, p. 480 sq. Schult. ad Iob. I, 20, cf. Mich. in Suppl. h. v. LXX ubique κείρειν. — וַיָּגָז Num. XI, 31 vide s. rad. גוז.

Niph. plur. נָגֹזּוּ tonderi, de hostibus i. e. caedi, exscindi. Nah. I, 12. Cf. eandem metaphoram Jes. VII, 20. Multi codd. נָגֹזּוּ, 4 Erfordd. נָגוֹזוּ (a גוז) *transierunt,* quod etiam Chaldaeus vertendo expressit, cf. Ps. XC, 10 et syr. ܓܙ transiit, consumtus est, defecit. Aph. consumsit, exstinxit.

גֵּז m. Plur. constr. גִּזֵּי 1) *lana* ovium *detonsa, vellus.* Deut. XVIII, 4: רֵאשִׁית גֵּז צֹאנְךָ *primitiae velleris ovium tuarum.* Iob. XXXI, 20. Cf. גִּזָּה. — 2) *pratum detonsum.* Ps. LXXII, 6. Amos VII, 1: גִּזֵּי הַמֶּלֶךְ *foenisecia regis.* Significari videntur primitiae foeni, quas fortasse exigebant Israëlitarum reges.

גִּזָּה f. i. q. גֵּז no. 1. *vellus* Iudd. VI, 39. 40. plenius גִּזַּת הַצֶּמֶר comm. 37. Arab. جِزَّةٌ vellus, unius ovis lana detonsa.

גָּזֵז (tonsor) n. pr. 1) filii Caleb 1 Par. II, 46. 2) filii Charan, nepotis Caleb. ibid.

I. גָּזַל fut. יִגְזֹל 1) pr. *detraxit,* ut cutem de carne. Mich. III, 2: גֹּזְלֵי עוֹרָם מֵעֲלֵיהֶם *qui cutem iis detrahunt* i. e. eos misere vexant (cf. arab. جَزِلَ laesum vulneratumque fuit iumentum, ita ut os prodeat, *geschunden seyn*). Inde

2) *rapuit, abripuit,* ut syr. transp. ܓܠܙ, nasor. ܓܙܠ Cod. Nasar. I, 38 a) vi aperta 2 Sam. XXIII, 21: וַיִּגְזֹל אֶת־הַחֲנִית מִיַּד הַמִּצְרִי *rapuit hastam e manu Aegyptii.* 1 Par. XI, 23. Iob. XXIV, 9: יִגְזְלוּ מִשֹּׁד יָתוֹם *rapiunt de matris ubere orphanum.* LXX ἥρπασαν ὀρφανοὺς ἀπὸ μαστοῦ. Gen. XXXI, 31: אָמַרְתִּי פֶּן־תִּגְזֹל אֶת־בְּנוֹתֶיךָ מֵעִמִּי *timebam, ne mihi eriperes filias tuas.* Deut. XXVIII, 31. De raptu mulierum Iudd. XXI, 23. Improprie Iob. XXIV, 19: צִיָּה גַם־חֹם יִגְזְלוּ מֵימֵי־שֶׁלֶג *siccitas et calor rapiunt aquas nivis* i. e. absorbent, bibunt. Saepius etiam usurpatur b) de eo, qui aliena bona qualicunque iniuria *ad se rapit, sibi vindicat (an sich reifsen).* Iob. XX, 19: בַּיִת גָּזַל וְלֹא יִבְנֵהוּ *domos sibi vindicavit, quas non exstruxerat.* Sic de gregibus XXIV, 2. Mal. I, 13, agris Mich. II, 2, puteis Gen. XXI, 25. Frequentatur maxime de beatiore, qui tenuiorum bona tum vi illata tum dolo sibi vindicat Lev. V, 23. Jer. XXI, 12. XXII, 3. Ez. XVIII, 12. 16. 18. XXII, 29. Ps. LXIX, 5. גָּזֵל מִשְׁפַּט פ׳ sibi vindicavit, quod alteri competit Jes. X, 2 coll. Eccl. V, 7.

3) c. acc. pers. *diripuit, spoliavit* aliquem a) proprie Iudd. IX, 25. Ps. XXXV, 10, b) fraude et iniuria i. q. עָשַׁק. Lev. XIX, 13. Prov. XXII, 22. XXVIII, 24. Part. pass. גָּזוּל Deut. XXVIII, 29.

Niph. pass. *raptus, abreptus est,* de somno Prov. IV, 16.

II. גָּזַל rad. inusit. i. q. arab. جزل *pipivit,* de columba. In Kamûso p. 1413 الجَزْلُ explicatur صَوْتُ الحَمَام *vox columbae.* Inde גּוֹזָל, جَوْزَلٌ.

גָּזֵל m. *rapina* et concr. *bona cum vi et iniuria parta.* Lev. V, 21. Ps. LXII, 11. Jes. LXI, 8. גְּזַל גָּזֵל Ez. XXII, 29. Sequ. Genit. bis legitur forma

גֵּזֶל (cf. *Lehrgeb.* p. 565) id. Ez. XVIII, 18: גֵּזֶל אָח *fratri ereptum.* Eccl. V, 7.

גְּזֵלָה constr. גְּזֵלַת (Jes. III, 14) id. גָּזַל גְּזֵלָה ad se rapuit bona aliena Ez. XVIII, 7. 12. 16. Lev. V, 23: וְהֵשִׁיב אֶת־הַגְּזֵלָה *et reddat iniuste parta.* Ez. XXXIII, 15. גְּזֵלַת הֶעָנִי bona pauperibus erepta Jes. III, 14.

גּוֹזָל m. *pullus* columbinus Gen. XV, 9, aquilinus Deut. XXXII, 11, uterque a pipiendo dictus (v. rad. no. II). Arab. جَوْزَلٌ pullus columbae aliarumque eius generis avium (v. Dam. ap. Boch. in Hieroz. II p. 7), syr. transp. ܙܘܓܠܐ Barhebr. p. 242, cf. etiam arab. زجل columbam emisit, et حَمَامُ الزَّاجِلِ, الزَّجَّال columba missilis Kamûs p. 1461 (nisi hoc est a proiiciendi significatu in rad. زجل). Poeni columbam dixere *gozol,* unde peristereon teste Apulejo (herbar. 65) Punice *azirgozol* (חציר גוזל).

גָּזַם rad. inusit. pr. *resecuit, amputavit,* ut arab. جَزَمَ et جَذَمَ (unde جَزْمٌ Dschesma, abscissio syllabae), cf. ܓܙܡ succidit, excidit, pro gr. ἐκκόπτειν Mt. III, 10. VII, 19. Luc. III, 9. XIII, 7. 9, גזם talmud. praecidit, amputavit ramos. In linguae hebraeae usu id translatum

ad *depascendi* et *devorandi* significatum, ut vicinum כָּסַם, כִּרְסֵם (cf. גָּזַר no. 3), unde

גָּזָם m. *locustae species*, a depascendo dicta, sicut חָסִיל. Joël I, 4. II, 25. Amos IV, 9. Targ. reddit זַחֲלָא locusta *repens* et impennis (v. Buxt. p. 661). Syr. ܓܙܡܐ, quod Syrorum Lexicographi (v. Hyde ad Peritsol itin. mundi p. 125) explicant *locustam impennem*, ܩܡܨܐ ܦܪܚܐ, cuius etymon tamen idem videtur atque vc. hebraei, nimirum a carpendo et vescendo (cf. אָרָה), coll. ሠሰሠ: discerpsit, مشط pectinavit, a carpendo utrumque. *Bruchus* autem s. locusta recens nata et impennis verbis Joël I, 4 eximie convenit, quandoquidem גָּזָם ibi inter locustas vastatrices primum locum occupat. LXX *κάμπη*, Vulg. *eruca*, quod defendunt Hasaeus in Bibl. Brem. 7, fasc. 5 et Mich. in Suppl., refellit Oedmannus (*verm. Sammlungen*) II, 6 p. 116. Tychsen (in Comm. de locustis p. 88) gryllum cristatum Linn. interpretatur ex auctoritate Abrahami Japhe, Judaei cuiusdam Saphetensis. V. Boch. Hieroz. II, 443 ibique Rosenm.

גַּזָּם (devorans) n. pr. viri Esr. II, 48. Neh. VII, 51.

גָּזַע rad. inusit. i. q. גָּדַע no. 1. cecidit arborem. Cf. جدع Conj. II succidit statuam Deut. VII, 5 Saad. pro hebr. גַּדַּע, et جزع L II. amputavit, VIII. cecidit ligna de arbore. Inde

גֶּזַע m. c. Suff. גִּזְעוֹ *truncus arboris caesae* Iob. XIV, 8, dein *quilibet arboris truncus* Jes. XI, 1, adeoque arboris recens plantatae et primas radices agentis. Jes. XL, 24. Cf. etiam Mischn. Baba bathra 5 §. 4: העולה מן הגזע שלו ומן השרשים של בעל הקרקע *quod provenit ex trunco* (arboris), *ad ipsum pertinet, et quod e radicibus, ad possessorem agri.* Arab. جِذْع truncus palmae. Cor. 19, 23. 20, 74 (68), Kamus p. 1001, syr. ܓܘܙܥܐ truncus, is tamen gracilis: legitur enim Jer. XLVIII, 17 pro hebr. מַקֵּל. Aqu. Symm. Theod. Jes. XI *κορμός*, minus accurate LXX Jes. XI, 1. XL, 24 *ῥίζα*.

גָּזַר fut. יִגְזֹר (v. no. 3) et יִגְזַר (no. 4) 1) *secuit, secando divisit*, ut infantem gladio 1 Reg. III, 25. 26, mare Ps. CXXXVI, 13: גֹּזֵר יַם־סוּף לִגְזָרִים *qui mare algosum in partes secuit.* (Arab. جَزَرَ resecuit palmam, mactavit, جَزَّار lanius. Syr. ܓܙܪ abscidit, circumcidit. Quod Michaëlis in Suppl. 291 observat ad Ps. l. c., جزر de aqua decrescente et de refluxu usurpari, ad illum locum certe non pertinet). — 2) *cecidit ligna* 2 Reg. VI, 4. Vide מַגְזֵרָה et גַּרְזֶן securis a vicino גָּרַז. — 3) *comedit, voravit*, a secando, v. בָּרָא no. 4 et quae observavimus ad בָּרָה no. 2. Sic Fut. O. Jes. IX, 19: וַיִּגְזֹר עַל־יָמִין וְרָעֵב וַיֹּאכַל עַל־שְׂמֹאול וְלֹא שָׂבֵעוּ *vorat dextrorsum et esurit, comedit sinistrorsum, nec satiatur.* Voratione autem h. l. belli caedes indicatur (cf. לָחַם). Arabes hunc significatum frequentant in radice vicina جزز, de qua Kamûs p. 699 جَزَّ أَكَلَ أَكْلًا وَحِيًّا وقتل ونحس وقطع . والجزوز الاكول جزز والسريع الاكل وكذا الانثى وقد جَزَّ كَكَرُم i. e. *valet comedit cibum celeriter, interfecit, mactavit, secuit, inde* جَزُوز *vorax, celeriter edens, etiam de femina, et hoc significatu etiam in verbo med. O.*, adde جَزَّاز bene comedens Maruph. et جَزَّاز vorax, de camela et gladio, et cf. sam. גריזים locustas a vorando dictas: exstant praeterea vestigia eius etiam s. جزر, ut جَزْر caro ferarum esca, جَزْر quod comeditur. — 4) *decrevit, constituit*, fut. A. Iob. XXII, 28. Saepe ita גְּזַר et ܓܙܪ apud Chaldaeos, Syros, Nasoraeos, cf. גְּזֵרָה. Verba enim caedendi et secandi referri solent ad decisionem et decretum iudicis, v. c. جزم secuit, decrevit, ܦܣܩ abscidit, amputavit it. indicavit, conclusit Barhebr. 84. Assem. Bibl. II, 72, constituit, decrevit Exod. XXI, 22. Dan. VI, 12, فرض secuit, definivit, sancivit. — 5) intrans. *defecit.* Hab. III, 17: גָּזַר מִמִּכְלָה צֹאן *deficit in caulis pecus.* LXX. ἐξέλιπεν πρόβατα. (Arab. جزر spec. de aqua decrescente).

Niph. 1) pass. no. 4 *decretum esse* Esth. II, 1. — 2) *segregari, secerni, excludi.* 2 Par. XXVI, 21: כִּי נִגְזַר מִבֵּית יְהוָה *nam exclusus est a domo Dei.* Jes. LIII, 8: כִּי נִגְזַר מֵאֶרֶץ חַיִּים *exclusus est a terra viventium*, cf. Iob. XVIII, 14 Targ. Ps. LXXXVIII, 6 de mortuis: וְהֵמָּה מִיָּדְךָ נִגְזָרוּ *hique exclusi sunt manu tua* i. e. praesidio tuo. Cf. גָּרַז. — 3) *absumtus est, periit.* Thren. III, 54. Cum dat. pleonast. Ez. XXXVII, 11: נִגְזַרְנוּ לָנוּ *perditi sumus.* (Arab. جَزَرَ sec. Kamûs i. q. هلاك calamitas, interitus).

גְּזַר chald. 1) i. q. hebr. no. 1. *secuit, abscidit*, v. Ithpe. — 2) i. q. hebr. no. 4. *decrevit, statuit* a) de iudice Ruth I, 1. III, 18. Eccl. VIII, 4 Targ. Cf. אֲדַרְגָּזְרִין; b) de fato. Part. plur. גָּזְרִין pr. *decernentes, definientes*, inde Chaldaeorum *Astrologi*, qui e siderum in hora natali dispositione variis computandi et hariolandi artibus (numeris Babyloniis Hor. Carm. I, 11, 2) singulorum hominum fatum definiebant. Dan. II, 27. IV, 4. V, 7. 11. Bene Gr. Venet. *ἀποτελεσταί*, minus docte LXX. Theod. *γαζαρηνοί*, Symm. *θύται.* Cf. chald. גְּזֵירָא decretum, apud Rabb. de decreto divino, fato, vi siderum in corpus humanum, גָּזְרוֹן ars apotelesmatica, de qua cf. Comment.

ad Jes. T. II. p. 349. Alii *haruspices* intelligunt a sectis victimarum extis dictos (cf. Ez. XXI, 26), alii *augures*, qui coelum lituo in suas regiones dividant (הֹבְרִים Jes. XLVII, 13); sed illud praestat.

Ithpe. abscissus est, 3 praet. fem. אִתְגְּזֶרֶת Dan. II, 45 et more hebraeo הִתְגְּזֶרֶת comm. 34.

גֶּזֶר 1) appell. nonnisi in plur. גְּזָרִים *segmenta* hostiarum Gen. XV, 17, *partes* maris discissi Ps. CXXXVI, 13. — 2) *Geser*, n. pr. urbis quondam regiae Cananitarum (Jos. X, 33. XII, 12), in occidentali Ephraimitarum termino sitae (Jos. XVI, 3) Levitisque assignatae (ibid. XXI, 21. 1 Par. VI, 52. VII, 28), quanquam veteres incolae non fuerant expulsi (Jos. XVI, 10. Iudd. I, 29). Ab Aegyptiis vastata, a Salomone vero restituta est (1 Reg. IX, 15—17). 2 Sam. V, 25. 1 Par. XIV, 16. XX, 4 (ubi in loco parallelo 2 Sam. XXI, 18 legitur גֹּב). LXX *Γαζέρ* et Euseb. h. v. *Γαζέρ .... καὶ νῦν καλεῖται Γαζάρα κώμη Νικοπόλεως ἀπέχουσα σημείοις δ' ἐν βορείοις*. 1 Macc. VII, 45 eadem vocatur *Γάζηρα*, et XIV, 34. 2 Macc. X, 32 *Γάζαρα*, apud Josephum (Arch. XIII, 6 §. 7), *ἡ Γάζαρα*, apud Strabonem XVI, p. 759 Casaub. *ἡ Γαδαρίς* (v. Casauboni notam p. 232), cf. Steph. Byz. v. *Γάδαρα* ibique intpp.

גְּזֵרָה f. (26 codd. גזירה) semel legitur Lev. XVI, 22: אֶל־אֶרֶץ גְּזֵרָה *in terram desertam*. Idem comm. 10. 21 et 22 fin. exprimitur הַמִּדְבָּרָה. LXX *εἰς γῆν ἄβατον*. Vulg. *in terram solitariam*. Terram *incultam, non habitatam* reddunt Targ. uterque cum Syro. Proprie notat *terram derosam, nudam, herba carentem* a comedendi significatu (v. rad. no. 3). Kamûs p. 699 post verba supra descripta: وأرض جرز وجرز وجرز وجرز وجرز ومجروزة لا تنبت أو أكل نباتها أو لم تصبها مطر ج أجراز ويقال أرض أجراز واجرزوا أمحلوا أرض جارزة يابسة غليظة يكتنفها رمل أو قاع i. e. *vocabula* جرز [Cor. 18, 7. 32, 27], جرز ,جرز ,جرز ,جرز ,مجروزة *tribuuntur terrae sterili, vel cuius herba derosa est, vel quae pluvia caret, in Plur. dicitur* أجراز *et* أرض أجراز. *Verbum* جرز *Conj. IV. sterilis fuit*, جارزة *dr. de terra sicca, aspera, quam arena tegit vel de planitie*. Adde syr. ܓܙܝܪܐ sterilis, et observa, alia quoque synonyma verbi גָּזַר resecandi vim habentia ad sterilitatem referri, veluti ܓܙܡ amputavit, totondit, part. pass. orbus, sterilis, ܓܕܡܐ ܓܕܡ ܓܕܡܬܐ arida, aqua carens. Michaëlis (Suppl. 292), cui ignota fuit sterilitatis in hac radice notio, *insulam deserti* qs. *oasin* intelligit coll. arab. الجزيرة insula. Potest autem l. c. pro adj. fem. haberi (a masc. גָּזֵר), aut pro nomine abstracto in Genitivo posito: quanquam prius praestat.

גְּזֵרָה constr. גְּזֵרַת chald. f. *decretum, sententia* Dei, angelorum Dan. IV, 14. 21. Saepius in Targg. Cf. rad. no. 4. et syr. ܓܙܝܪܬܐ, quod idem valet.

גִּזְרָה f. 1) *forma, figura* hominis, a secando et formando dicta, cf. קֶצֶב a קָצַב, et gall. *taille*. Thren. IV, 7: *rubebat corpus prae coraliis* סַפִּיר גִּזְרָתָם instar *sapphiri* splendebat *forma eorum* i. e. corpus, caro eorum. Syr. ܦܪܨܘܦܗܘܢ Chald. פַּרְצוּפֵיהוֹן. Respondet arab. جِرْز, quod in Kamuso declaratur الجسم وصدر الانسان او وسطه *corpus, pectus hominis aut medium eius*.

2) pars sanctuarii Hierosolymitani, quoad ex verbis parum perspicuis Ez. XLI, 12—15. XLII, 1. 10. 13 colligi potest, *area septum*ve in septentrionali templi parte, centum ulnas longum latumque cum peculiari aedificio (בִּנְיָן, בִּנְיָה), cellis (לְשָׁכוֹת) a latere cinctum. LXX *τὸ ἀπόλοιπον*. Aqu. ed. I cum Symm. *separatum*.

גִּזְרִי 1 Sam. XXVII, 8 Keri (Chethibh גרזי) n. pr. populi a Davide apud Philistaeos commorante una cum Gesuritis et Amalecitis debellati. Mihi probabile, hac marginali scriptura incolas urbis Gezer (גֶּזֶר) significari, qui Cananaeae originis erant (Jos. XVI, 10. Iudd. I, 29). De scriptura textus גרזי infra agetur. Hanc tuetur Vulg. *Gerzi*, illam LXX *Γεσιρί*, *Γεσσερί*, vitiose Syr. Arab. ܓܕܘܠ, جدول.

מַגְזֵרָה f. *securis* a secando dicta (v. rad. no. 2). Plur. בְּמַגְזְרוֹת הַבַּרְזֶל *securibus ferreis* 2 Sam. XII, 31. LXX *ὑποτομεῦσι σιδηροῖς*. Vulg. *cultris*. Sunt, qui *serras* intelligant coll. syr. ܡܓܙܪܐ, quod serram lignariam et lapidariam significat teste Ferrario p. 266, sed *serrarum* (מְגֵרוֹת) l. l. praeterea mentio iniicitur. Videtur etiam syr. ܡܓܙܪܐ, quod conferre malim, aeque atque hebraeum vocabulum, de instrumento caedente usurpatum fuisse: ponitur certe 1 Reg. VI, 7 pro hebr. גַּרְזֶן securis et ab Arabico interprete redditur مقطع.

גֵּיחֲזִי, גֵּחֲזִי n. pr., v. גַּי rad. גַּיְא.

גָּחַל rad. inusit. fortasse eiusdem potestatis atque arab. جحم (ל et מ inter se permutatis) accendit ignem, med. Damm. flagravit, unde جحيم ignis ingens et vehe-

menter ardens, Gehenna Cor. 37, 95. 56, 94. 57, 18 cet., nisi forte hoc vc. ipsum est hebr. גֵּי־הִנֹּם, arab. جهنّم Cor. 32, 13. 89, 24 liberius inflexum, et radix illa secundaria et denominativa. Inde

גַּחֶלֶת f. (Jes. XLVII, 14) c. Suff. גַּחַלְתִּי 2 Sam. XIV, 7, Plur. גֶּחָלִים, גַּחֲלֵי (fem. Ez. I, 13, ubi cum vett. intpp. iungenda sunt verba כְּגַחֲלֵי אֵשׁ בֹּעֲרוֹת) *pruna, carbo ardens* (div. a פֶּחָם carbo nigra Prov. XXVI, 21). Iob. XLI, 13. Prov. VI, 28. Jes. XLIV, 19. Ez. XXIV, 11. Plenius dicitur גַּחֲלֵי אֵשׁ Lev. XVI, 12. Ez. X, 2, גַּחֲלֵי אֵשׁ בֹּעֲרוֹת I, 13. Observandae nonnullae metaphorae et locutiones proverbiales. Dicunt a) *prunas* pro *fulguribus*. 2 Sam. XXII, 9: גֶּחָלִים בָּעֲרוּ מִמֶּנּוּ *prunae exardescebant ab eo* i. e. fulgura carbonum instar flagrantia procedebant ab eo. Comm. 13. Ps. XVIII, 9. 13. 14. Hinc de poenis a Deo immittendis Ps. CXL, 11: *excutiantur in eos prunae* i. e. fulgura. — b) *Prunae in capite* proverbialiter dicuntur de re admodum molesta, quae acerbissimis doloribus tormentisque aliquem afficit. Prov. XXV, 21: *si esurierit inimicus tuus, ciba eum, si sitiens est, praebe potum.* 22: כִּי גֶחָלִים אַתָּה חֹתֶה עַל־רֹאשׁוֹ *prunas enim coacervabis in caput eius,* i. e. gravissimis eum curis obrues eumque animi sui inimici tibique infensi pudebit, in quam sententiam his verbis etiam usus est Paulus Rom. XII, 20. Similiter Arabes *prunas cordis, ignem hepatis* figurate dicunt de curis ardentibus, deque animo aestuante et pudore suffuso (Har. V in fine: *abiit* وأودع قلبى جمر الغضا *et reliquit cordi meo prunas tamariscinas* i. e. curas diuturnas. Tamarisci enim prunae ignem diu servant. Cf. vit. Tim. I, p. 294. 96 ibique Mang.) it. *prunas manu recipere* de negotio valde molesto ib. II, 952, et *inter prunas et panes furni* de conditione molesta et periculosa Meidan. Prov. no. 478. His autem lectis non admodum haerebis in verbis Ps. CXX, 4, ubi lingua fallax et mendax tum *sagittis acutis* comparatur, tum *prunis genistae* (גַּחֲלֵי רְתָמִים). Significantur enim acerbissimi dolores et omnis generis molestiae, incommoda et pericula, quibus homines mendaces alios exponant. — c) *pruna*, quae una superest ad ignem servandum proverbio dicitur de unica spe gentis interiturae. 2 Sam. XIV, 7: וְכִבּוּ אֶת־גַּחַלְתִּי ut *exstinguerent prunam meam* i. e. spem unicam generis. Ita gr. ζώπυρον de spe generis ad paucos redacta, v. c. de iis, qui diluvio erepti erant Lucian. Tim. §. 3.

גָּחַם rad. inusit. arab. جَحَمَ flagravit (v. גחל), unde

גַּחַם n. pr. filii Nahor Gen. XXII, 24. Jo. Simonis interpretatur أَجْحَم oculos flagrantes habens.

גָּחַן rad. inusit. Chald. גְּחַן inclinavit, incurvavit se, syr. ܓܚܢ, sam. ࠂࠇࠍ (v. ad rad. גָּהַר). Inde

גָּחוֹן m. *venter* reptilium Lev. XI, 42, serpentum Gen. III, 14, ab incurvando dictus, cf. germ. *Bauch, bücken.* Simonis hoc vc. ducit a talm. גחה inclinavit se, arab. جحا II. id., ita ut Nun in fine servile sit, sed hoc radicale esse mihi persuadent nonnulla quadrilittera et composita, ut جَحْنَبار vir crassus, ventrosus, جُحْنُبار amplo ventre pumilio, جَحْنَب pumilio, جَحْنَش I et III. magnus fuit venter infantis Castell. p. 534. 535. Commenticium est, quod Schulzius dat ad Coccei Lex., arab. جَحْن venter.

גָּחַר rad. inusit. Arab. جحر abscondidit se, جُحْر latibulum. Inde

גַּחַר (latibulum) n. pr. viri Esr. II, 47. Neh. VII, 49.

גָּיָא rad. inusit. *confluxit* aqua, cf. גָּהָה no. II.

גַּיְא, semel גָּיא Zach. XIV, 4 et גֵּיא Jes. XL, 4, abiecto Aleph גַּי Jos. VIII, 11. Mich. I, 6. Deut. XXXIV, 6 constr. גֵּיא et גֵּי, Plur. proprie גֵּיאָוֹת 2 Reg. II, 16. Ez. VI, 3 Chethibh, quod his vocalibus appellandum est, sed saepius litteris transpositis גֵּאָיוֹת Ez. VII, 15. XXXII, 5. XXXVI, 4. 6 (cf. formam arab. جِيَاءَة), cum Suff. גֵּיאוֹתֶיךָ ib. XXXV, 8 comm. (m. Zach. XIV, 5, f. ibid. comm. 4) *vallis,* ab aqua ibi confluente dicta. 1 Sam. XVII, 3. 52. Deut. III, 29. IV, 46 cet. גֵּיא שְׁמָנִים vallis pinguis, fertilis Jes. XXVIII, 1. 4. שַׁעַר הַגַּיְא porta vallis, una ex portis Hierosolymorum in occidentali moenium parte 2 Par. XXVI, 9. Neh. II, 13. 15. III, 13. LXX plerumque reddunt φάραγξ, quinquies νάπη, quater κοιλάς. Differt a נַחַל, quod vallem notat torrente irriguam, item a בִּקְעָה et עֵמֶק, quibus campi et planities maiores indicantur (v. Relandi Palaest. 348 sq.), et propterea certis quibusdam vallibus constanter tribuitur, quemadmodum aliae נַחַל, בִּקְעָה, עֵמֶק nuncupantur. Hoc nostrum nomen gerunt a) גֵּי גֵיא בֶן־הִנֹּם, Jer. VII, 32. XIX, 2. 6. 2 Par. XXVIII, 3. Jos. XV, 8. XVIII, 16 it. גֵּי בְנֵי הִנֹּם 2 Reg. XXIII, 10 Chethibh, גֵּי הִנֹּם Neh. XI, 30. Jos. XV, 8 (*vallis filii Hinnom, filiorum Hinnom* et simpl. *Hinnom*) ab austro et oriente Hierosolymorum, per quam tendebat terminus australis Benjaminitarum, borealis Judaeorum (Jos. XV, 8. XVIII, 16), sacrificiis humanis Molocho oblatis famosum (2 Reg. Jer. l. l. c. c.), etiam תֹּפֶת dictum et κατ' ἐξοχὴν הַגַּיְא Jer. II, 23. LXX ἐν τῷ πολυανδρίῳ i. e. in loco sepulchrorum, talis enim erat vallis Hinnom. Abrogatis his sacris horrendis nomen huius

vallis varie contractum et inflexum (chald. גֵּהִנָּם, gr. in N. T. γέεννα, arab. جَهَنَّم) de inferno eiusque cruciatibus usurpari coepit, de mea quidem sententia, tanquam primaria idololatriae i. e. malorum daemonum sedes. — b) גֵּי חֲרָשִׁים et c. Art. גֵּי הַחֲרָשִׁים (*vallis fabricationum*) 1 Par. IV, 14. Neh. XI, 35 vallis, probabiliter cum vico s. colonia cognomine in finibus Judaeae a Joabo quodam (אֲבִי גֵי חֲרָשִׁים) condita. — c) גֵּי יִפְתַּח־אֵל (*vallis, quam aperuit Deus*) in septentrionalibus Sebulonitarum finibus Jos. XIX, 14. 27. — d) גֵּיא מֶלַח Ps. LX, 2. 2 Sam. VIII, 13. 1 Par. XVIII, 12, et cum Art. גֵּיא הַמֶּלַח 2 Reg. XIV, 7. 2 Par. XXV, 11 *vallis salis* mari mortuo vicina, pugnis cum Idumaeis commissis nobilis. — e) גֵּי הָעֹבְרִים *vallis transeuntium* Ez. XXXIX, 11 ab oriente maris galilaei (v. intpp. hebr. ad h. l.). — f) גֵּי הַצְּבֹעִים *vallis hyaenarum* in tribu Benjamin 1 Sam. XIII, 18, cum oppido cognomine Neh. XI, 34. — g) גֵּיא צְפָתָה *vallis Sephata* (cf. צְפַת pr. specula Iudd. I, 17) in planitie tribus Judae. 2 Par. XIV, 9. — h) גַּיְא c. Art. הַגַּיְא (vallis) locus in Pisga monte, e regione Beth Peor in terra Moabitarum, Israelitarum statio Num. XXI, 20. Deut. III, 29. IV, 46. Offenderunt nonnulli interpretes in mentione „vallis in monte sitae", sed quidni planities intelligi potest summo montis iugo subiecta, editior tamen campis in radicibus eius sitis? — De גֵּי חִזָּיוֹן valle visionis Jes. XXII, 1 v. s. חִזָּיוֹן.

גֵּיחֲזִי (vallis visionis) et גֵּחֲזִי *Gehasi*, n. pr. famuli Elisaei prophetae. 2 Reg. IV, 11 sq. V, 20 sq. VIII, 4. 5. LXX Γιεζί. Vulg. *Giezi*.

גִּיד rad. inusit. probabiliter i. q. arab. قَيَّدَ vinculis constrinxit (v. litt. ג, 1, b), unde قَيْدٌ compes, vinculum, lorum Abulf. Ann. III, 512. Hamas. Schult. p. 346, قِيَادٌ lorum, habena. Inde

גִּיד m. 1) *filum, lorum.* Jes. XLVIII, 4 de durae cervicis populo: גִּיד בַּרְזֶל עָרְפֶּךָ *filum ferreum* s. bacillus ferreus *est cervix tua.* — 2) *nervus, tendo* cf. pers. ﭘﻨﺪ vinculum, nervus. (Chald. גִּידָא, syr. ܓܝܕܐ id. Talmud. גַּיֵּד, syr. ܓܝܕ nervos dissecuit, amputavit i. q. עִקֵּר Barhebr. 220. Gen. XXXII, 33. Plur. Ez. XXXVII, 8. Iob. X, 11. XL, 17. Caeterum גִּיד possit etiam dictum esse pro אָגִיד a rad. אָגַד ligavit, vel pro נְגִיד a rad. נָגַד duxit, traxit, unde *filum:* magis tamen placet, peculiarem radicem גִּיד statuere.

גִּיחַ et גּוּחַ (Mich. IV, 10) fut. יָגִיחַ c. Waw conv. וַיָּגַח 1) *prorupit, erupit,* de flumine e fontibus erumpente Iob. XL, 23, de infante ex utero prodeunte ib. XXXVIII, 8, de milite ad pugnam prorumpente Ez. XXXII, 2. (Syr. ܓܚ erupit aqua, infans ex utero Iob. XXXVIII, 8. Ephr. T. I. p. 63, miles ad pugnam Barhebr. 333. Chald. id., impr. prorupit ad pugnam, v. Buxtorf. v. גּוּחַ. Syr. et nasor. ܓܘܚܐ terrae motus, strepitus ingens. Arab. جاح med. Waw, abrupit fluxus terrae partem, aethiop. ገሐ: apparuit aurora, pr. prorupit).

2) trans. *fecit, ut prorumperet, prodiret* infans, *produxit* eum ex utero. Ps. XXII, 10: כִּי־אַתָּה גֹחִי מִבָּטֶן *tu enim produxisti me ex utero.* גֹּחַ est rarior Participii forma, cf. *Lehrgeb.* 402. De matre: *parturivit, peperit.* Mich. IV, 10: חוּלִי וָגֹחִי בַּת־צִיּוֹן *contremisce, parturi, filia Zionis.*

Hiph. intrans. *prorupit* ex insidiis. Part. מֵגִיחַ Iudd. XX, 33.

גִּיחַ vel גּוּחַ chald. *Aph. prorupit* ventus, qs. ad pugnam. Dan. VII, 2. V. supra ad rad. no. 1.

גִּיחַ (eruptio sc. fontis) n. pr. loci prope Gibeonem. 2 Sam. II, 24.

גִּיחוֹן pr. *fluvius*, dictus ab *erumpendo* e fontibus coll. Iob. XL, 23. Congruit arab. جَيْحَان i. e. Pyramus, Ciliciae fluvius (Abulf. Ann. II, 44), et جَيْحُون, quod de Oxo Arabes usurpant (v. Jakutus ap. Golium) et Persae de aliis quoque fluviis, ut جيحون گنگ Ganges (v. Relandus de paradiso §. 17. Michaëlis Supplemm. p. 297 cf. Champollion l'Egypte I, 137, qui ΓΗΓΕΟΝ in codice etiam copto legit pro Dschihûn s. Oxo). Hebraeis est n. pr. 1) fontis cum rivo et piscinis prope Hierosolyma, alibi שִׁלֹּחַ dicti. 1 Reg. I, 33. 38 (ubi Chald. שִׁילוֹחַ). 2 Chron. XXXII, 30. XXXIII, 14. Cf. Lightfooti Opp. T. I. p. 189. — 2) secundi e quattuor paradisi fluviis, nimirum eius, qui terram כּוּשׁ (Aethiopiam) ambire dicitur Gen. II, 13. Sunt, qui Arabum in voce جيحون usum secuti, Oxum intelligant, et כּוּשׁ h. l. alia prorsus quam vulgari significatione accipi censeant (v. Michaëlis Supplemm. Wahls *Asien* p. 857), sed parum probabiliter, praesertim cum Arabum usus nequaquam in hoc uno flumine subsistat lateque pateat. *Nilum* contra intelligi, constans est veterum sententia. Ac LXX quidem interpretes Jer. II, 18 pro שִׁיחוֹר (i. e. Nilo) ponunt Γηών, et Siracides XXIV, 27 Γηών fluvium Nilo certe membrorum parallelismo iungit: ὁ ἐκφαίνων ὡς φῶς (hebraice haud dubie כָּאֹר pro כיאר ut Amos VIII, 8 i. e. sicut Nilus) παιδείαν, ὡς Γηὼν ἐν ἡμέραις τρυγητοῦ. Josephus Arch. I, 1 §. 3: Γηὼν δὲ, διὰ τῆς Αἰγύπτου ῥέων, δηλοῖ τὸν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἀναδιδόμενον (cf. aeth. prorupit aurora), ὃν δὲ Νεῖλον Ἕλληνες προσαγορεύουσι: eademque concors est Patrum sententia, quibus Muhammedani etiam assen-

tiuntur, Nilum in fluviis Paradisi recensentes (v. Sunnam in *Fundgruben d. Orients* I, 304). V. loca eorum laudata ap. Bonfrerium ad Gen. l. c. inprimis Epiphan. ancor. cap. 57 et Theophil. ad Autolyc. II, 24: *Géon, ambiens omnem terram Aethiopiae, quem in Aegypto apparere dicunt nomine Nili.* Ex huius igitur sententia (quae aliquod in loco Siracidae praesidium habet) *Gihon* Nilum, ut ita dicam, Nubiae et Aethiopiae notaret, diversum a *Jeor*, Nilo Aegypti. Similiter Schulthessius (*Paradies* p. 70), qui Gihonem S. S. Astaboram s. Tacazzen, Nili aethiopici brachium orientale esse affirmat: cuius sententiae et ego calculum adiicio, ita tamen ut alia etiam Nili brachia comprehendam, quandoquidem medium Nili brachium, Astapus, Abawi, Bahr el Azrak et κατ᾽ ἐξοχὴν *Nilus* dictum, verissime dici potest Aethiopiam ambire. Hac autem de Nilo aethiopico sententia probata eorum simul dubitationibus occurremus, qui Nilum in S. S. aliis vocabulis compluribus (שִׁיחוֹר, יְאֹר) appellari clamaverint. V. Ritter *Erdkunde* I, p. 516 sq. Abba Gregorius ap. Ludolfum in hist. aethiop. I, 8 no. 31: *Ratio cursus Nili instar circuli est. Ambit enim Goiamam, ita tamen ut non perveniat rursus ad fontem suum, pergens versus Sennâr.* Quod vero *Gihon* s. *Nilus Aethiopiae* cum *Pischone* (i. e. Indo) ex eodem fonte profluere dicitur Gen. l. c., id a veterum etiam Graecorum opinionibus non abhorret. Arriano auctore (Exped. Alex. M. VI, 1 §. 3) Alexander magnus in Indo flumine crocodilos videns, fabasque in Acesini vicini littore ἔδοξεν ἐξευρηκέναι τοῦ Νείλου τὰς ἀρχάς, ὡς τὸν Νεῖλον ἐνθένδε ποθὲν ἐξ Ἰνδῶν ἀνίσχοντα, καὶ δι᾽ ἐρήμου πολλῆς γῆς ῥέοντα, καὶ ταύτῃ ἀπολλύοντα τὸν Ἰνδὸν τὸ ὄνομα· similisque circa Euphratem opinio ap. Pausan. II s. Corinth. c. 5: καὶ δὴ καὶ αὐτὸν ἔχει τὸν Νεῖλον λόγος Εὐφράτην ὄντα ἐς ἕλος ἀφανίζεσθαι καὶ αὖθις ἀνιόντα ὑπὲρ Αἰθιοπίας Νεῖλον γίνεσθαι. — Quod apud Aethiopes Nilus vocatur ግዮን፡ *Gejōn* et ግዎን፡ *Gewōn* (v. Ludolf. hist. aethiop. I, 8 no. 9. Comment. ad h. l. et Lex. p. 544) id monente Ludolfo e LXX interpretibus et Bibliorum interpretatione fluxit: et eadem observatio cadit in usum linguae copticae, si fides est Marcelo, de quo Champollion (l'Egypte I, p. 137): M. Marcel (Decade égyptienne III, p. 116) dit avoir lu ⲠⲒⲔⲈⲰⲚ dans un vocabulaire copte, comme nom du Nil. Nous ne l'avons rencontré nulle part dans cette acception."

Not. E vett. intpp. Sam. dedit: *Askoph* (ࠀࠎࠊࠅࠐ) *ambiens terram Cophen* (ࠊࠅࠐࠍ), quod utrumque in India quaerendum videtur (v. כּוּשׁ). Fortasse litteris paululum immutatis Acesinus vel Choaspes cogitandus est.

גִּיל, raro גּוּל vel גִּיל (Prov. XXIII, 24 Chethibh) fut. יָגִיל, apoc. יָגֵל pr. *in orbem ivit* (v. nomen גִּיל), ut arab. جَالَ med. Waw *saltavit* (cf. חוּל et חָגַג), inde 1) *exultavit* prae gaudio, *laetatus est*, ubique in sermone poetico. Iob. III, 22: הַשְּׂמֵחִים אֱלֵי־גִיל *gaudentes ad exultationem usque.* (In dial. Nasor. ﬠﬡﬥ exilivit). Jes. XLIX, 13. LXV, 18. Joel II, 21. Zach. IX, 9 cet. Iungitur synonymis שָׂמַח, רָנַן Jes. XLIX, 13 Persona vel res, de qua gaudemus, ponitur praevio בְּ Ps. IX, 15: אָגִילָה בִּישׁוּעָתֶךָ *gaudeo de salute tua.* Ps. XIII, 6. XXI, 2. XXXI, 8. CXLIX, 2. Jes. XXV, 9. LXV, 19. LXVI, 10. Prov. XXIV, 17. Cant. I, 4, et עַל Zeph. III, 17. גִּיל בַּיהוָה laetari Deo i. e. delectari numine praesertim propter beneficia ab ipso collata, auxilium praestitum cet. Jes. XXIX, 19. XLI, 16. Joel II, 23. Hab. III, 18. Zach. X, 7. Ps. XXXV, 9. LXXXIX, 17. — Gaudium vero et exultatio nonnunquam tribuitur animae (נֶפֶשׁ, כָּבוֹד) Ps. XVI, 9. Jes. LXI, 10, ossibus (Ps. LI, 10), adeoque rebus inanimatis Ps. XCVI, 11. Jes. XXXV, 1. 1 Par. XVI, 31.

2) *trepidare*, quod fit exultatione et palpitatione cordis (v. Iob. XXXVII, 1. Ps. XXIX, 6, cf. radd. חָגַג et חוּל; arab. جَيَلَانٌ i. q. فزع timor, quae significatio a جَالَ med. Waw petita videtur, et وجل tinnit, pr. palpitavit cor Cor. 22, 36; gr. ὀρχεῖται καρδία φόβῳ Aeschyl. Choeph. 164. 1022, ἡ καρδία πάλλει, πάλλει φόβῳ Seidl. ad Eurip. Electr. 433, πήδησις τῆς καρδίας Plat., v. Casaub. ad Athen. XV, 11; lat. *cor salit* Plaut. Contra פָּחַד de animo prae gaudio contremiscente Jes. LX, 5. Jer. XXXIII, 9. V. Storr. Observatt. ad anal. et synt. p. 38). Ps. II, 11: גִּילוּ בִּרְעָדָה *trepidate cum pavore.* Servata significatione usitatissima no. 1 transferri possit cum LXX (ἀγαλλιᾶσθε αὐτῷ ἐν τρόμῳ): *exultate cum pavore*, ita ut significetur simulatum illud gaudium amorque simulatus, quo populi victi victorem prosequuntur (v. rad. כָּחַשׁ); sed ironia, quae ab huiusmodi locutione vix abfuerit, huius carminis gravitati non satis convenire videtur. Hos. X, 5: *nam luget propter eum* (vitulum) *populus* וּכְמָרָיו עָלָיו יָגִילוּ *et sacerdotes ei trepide timent.* Nonnulli, ut Abulwalides h. rad., Dathius ad Glassii philol. s. p. 899, Martini ad Jes. LIII, p. 29 sq., verbum גִּיל de quavis animi commotione, sive ex laetitia, sive ex dolore orta, usurpari censent, et Hos. l. c. de *dolore* interpretantur. Sed satis certa *timoris* potestas contextui optime congruit, adeoque in primo illius commatis hemistichio legitur syn. יָגוּרוּ *timent.*

גִּיל v. אֲבִיגַיִל.

גִּיל m. 1) pr. *orbis*, inde *aetas*, *aevum*, et meton. *homines coaevi* i. q. דּוֹר, cf. אֹפֶן. Dan. I, 10: הַיְלָדִים אֲשֶׁר כְּגִילְכֶם *adolescentes vestrae aetatis.* Theod. παιδάρια τὰ συνήλικα ὑμῶν. Vulg. *adolescentes coaevi vestri.* Syr. ܛܠܝܐ ܕܒܢܝ ܫܢܝܟܘܢ. — Arab. جِيلٌ sec. Kam. hominum agmen, sed ap. Saad. et in arabica N. T. Versione, ubi editores جِيلٌ scribunt, pro דּוֹר, γενεά Gen. XV, 16. Jes. LIII, 8. Mt. XXIII, 36. Luc. XI, 50, et plane ut ap.

Dan. Har. Cons. IV p. 14 Sch. (35 Sacy): مَعَ جِيلِكَ, quod Schol. interpretatur مع اهل عصرك cum hominibus aevi tui, adde VI, 190 Schult. (54 Sacy) et Abulpharag. dyn. p. 2 سير الاجيال mores, vita seculi. Sam. ጊል et ጊል itidem in Vers. sam. pro hebr. דור (v. Cast.), cf. etiam aeth. ትውልድ: proles, soboles, nisi forte radix אגל congruit cum hebr. עגל. Apud Talmud. בן גילי dicitur homo eadem hora et eodem sidere mecum natus Baba Mezia fol. 27, B. Nedarim fol. 39, B ibique in glossis explicatur בן מזלי filius planetae mei. Sed hic etiam usus a temporis significatione proficiscitur, et non satis accurate Kimchius huic vocabulo propterea *similitudinis* notionem tribuit. Ita ille in lib. rad. כְּגִילְכֶם כדמותכם. וכן אמרו רבותינו ז״ל אחיו של ראש ובן גילו של ראש כלומר דומה לו, nec aliter Gr. Venet. κατὰ τὴν ὁμοιότητα ὑμῶν. Melius Abulw. الذين هم اقرانكم وامثالكم لان قرين الرجل يسمى في المشنه בן גילו قالوا שומא מצויה כבן גילו وفي التلمود בן גילו של ראש وايضا והוי מילי כבן גילו *qui vestri coaevi et aequales sunt, nimirum aequalis alicuius in Mischna vocatur* בן גילו, *ut* (Baba Mezia l. c.) nota quae reperitur in aequali eius, *et in Talmude:* socius eius a principio, *et alibi* ista verba כבן גילו.

2) *exultatio* Hos. IX, 1, plerumque iungitur שִׂמְחָה וָגִיל Jes. XVI, 10. Jer. XLVIII, 33. Joel I, 16. Ps. XLV, 16, שִׂמְחַת גִּילִי Ps. XLIII, 4.

גִּילָה f. i. q. גִּיל no. 2 *exultatio*. Ps. LXV, 13. Jes. XXXV, 2: גִּילַת וְרַנֵּן *exultatio et iubilum.* Status constr. גִּילַת h. l. ponitur pro absoluto.

גִּיר rad. inusit. Arabicum جَارَ med. Je *aestuandi* significatum habuisse, Schultensius (in Cl. diall. p. 342) statuit, coll. جَائِر aestus pectoris ex ira, fame, siti. Hinc duci potest

גִּר (multi codd. גִּיר) m. *calx* dicta ab aestuando, ubi maceratur. Jes. XXVII, 9. LXX. Vulg. κονία, *pulvis*, sed *calcem* reddunt Chald. Syr. Ar. Arabes habent جَيْر et جَيَّار *calx viva*, et verbum denom. جار calce obduxit Deut. XXVII, 2 Erp.

גִּיר chald. emphat. גִּירָא id. Dan. V, 5. Cf. Jes. XXVII, 9. Am. II, 1 Targ.

גֵּיר *peregrinus* v. rad. גּוּר.

גִּישׁ v. גּוּשׁ.

גָּלָא v. גָּלָה.

גָּלַב rad. inusit. Arab. جلب valet *traxit*, unde aeth. ገለበ: hamus, sed vicina rad. جلف est *rasit, abrasit*, cf. جَلَمَ totondit lanam. Inde hebr.

גַּלָּב m. *tonsor*. Ez. V, 1: תַּעַר הַגַּלָּבִים *culter tonsorum*, novacula. (Syr. ܓܘܠܒܐ novacula 2 Sam. XX, 8 pro hebr. תַּעַר, chald. גַּלָּב id.).

גִּלְבֹּעַ v. rad. גָּלַע.

גָּלַד rad. inusit. Apud Arabes جَلَدَ complures significationes habet a جِلْد cutis, pellis derivatas, ut percussit in cute, flagellavit (*ledern*), excoriavit cet. Pellis tamen significatus fortasse a duritie dictus, cf. جَلُدَ durus fuit.

גֶּלֶד vel **גֶּלֶד** c. Suff. גִּלְדִּי *cutis* hominis Iob. XVI, 15. Arab. جِلْد de cute hominum Cor. 39, 24, pecudum 16, 82, cameli Caab b. Zoheir 19, syr. ܓܠܕܐ Barhebr. 253.

גָּלָה fut. יִגְלֶה c. Waw convers. וַיִּגֶל pr. *remoto velo nudavit*. (Arab. جلى pr. nituit, unde جِلْوَة vestis nitida, trans. nitere fecit, polivit, ut gladium vit. Tim. 353 Gol., detersit moerorem ibid. 202, cf. hebr. גִּלָּיוֹן; pass. nudus fuit velo remoto, ut de sponsa ibid. p. 191, trans. I. VIII. nudavit, retexit. Schol. ad Har. 2, 26, cf. 22. 4, 34 de Sacy. Aeth. opp. ገለወ: obvelavit, ገጽ: velum. Cf. praeter Lexx. Scheid. ad Cant. Hisk. p. 64. 65, Schroeder de vest. mulierum 294. 306. 307.). Inde in linguae hebraeae usu

1) *revelavit, retexit, aperuit,* v. c. librum Jer. XXXII, 11. 14, maxime in locutione גָּלָה אֹזֶן פ׳ *aurem alicuius retexit* s. revelavit i. e. *aperuit ei* aliquid, certiorem fecit de aliqua re, quia arcani quid alterius in aurem insusurraturus aurem eius remotis capillis retegit. 1 Sam. XX, 2: *pater meus nihil prorsus agit* .... וְלֹא יִגְלֶה אֶת־אָזְנִי *quin mihi aperiat.* Vers. 12. 13. IX, 15. XXII, 8. 17. 2 Sam. VII, 27. 1 Par. XVII, 25. Ruth IV, 4: וַאֲנִי אָמַרְתִּי אֶגְלֶה אָזְנְךָ *ego vero putabam hoc tibi aperiendum esse.* Alibi sententia paululum diversa de Deo aures hominum ad accipiendam revelationem aperiente. Iob. XXXIII, 16: וַיִּגֶל אָזְנָם לַמּוּסָר *aperit aurem eorum disciplinae.* Vers. 15. XXXVI, 16, cf. כָּרָה אֹזֶן Ps. XL, 7 (Opposita est locutio arabica لَبِسْتُ لَهُ اذنى operui illi aurem meam i. e. audire, obsequi nolo). De גְּלוּי עֵינַיִם vide Pi. no. 1, b. גָּלָה סוֹד revelavit arcanum Am. III, 7. Prov. XX, 19.

2) *emigravit, in exilium ductus est* (arab. جلى et جلا, syr. ܓܠܐ Thren. I, 3 id.; arab. Conj. IV et syr.

ܓܠܐ in captivitatem duxit, ܓܠܘܬܐ exul) pr. *nudavit terram* incolis (cf. جَرَّدَ nudavit, exuit, evacuavit v. c. marsupium Har. 3, 162 Schult. it. homines sedibus suis expulit vit. Tim. II, 4; it. 2 Reg. XXI, 13, aliaque verba, in quibus evacuatio et puritas ad depopulationem refertur, ut בָּהָה, בָּלַק, נָקָה Niph. v. Schult. ad Har. 2, 61. Opp. min. p. 253), ideo de terra dictum Iudd. XVIII, 30: עַד יוֹם־גְּלוֹת הָאָרֶץ *usque ad nudationem terrae* i. e. ad emigrationem s. exilium incolarum. Thren. I, 3: גָּלְתָה יְהוּדָה *nudata est Judaea* (ita enim transferre iubet sexus femininus). In vulgari linguae usu alibi de hominibus et populis dr. emigrantibus vel potius in exilium abductis Ez. XII, 3. XXXIX, 23. Mich. I, 16. Am. I, 5. VI, 7 cet. 2 Reg. XVII, 23: וַיִּגֶל יִשְׂרָאֵל מֵעַל אַדְמָתוֹ אַשּׁוּרָה *et abducti sunt Israëlitae e patria sua in Assyriam.* XXIV, 14. XXV, 21. Jes. V, 13. Raro de emigratione spontanea 2 Sam. XV, 19: *mane apud regem, nam peregrinus es,* וְגַם־גֹּלֶה אַתָּה לִמְקוֹמֶךָ *vel etiam migra* (rursus) *in patriam tuam.* Transfertur denique ad res inanimatas 1 Sam. IV, 21. 22: גָּלָה כָבוֹד מִיִּשְׂרָאֵל *migravit* evanuit *honor ex Israële.* Jes. XXIV, 11: גָּלָה מְשׂוֹשׂ הָאָרֶץ *migravit gaudium terrae.* Hos. X, 5. Iob. XX, 28. Prov. XXVII, 25: גָּלָה חָצִיר *evanescit gramen* (vetus).

Niph. 1) *retectus, nudatus est* (pass. Pi.). 2 Sam. VI, 20. Jes. XLVII, 3: תִּגָּל עֶרְוָתֵךְ *retegentur verenda tua.* Ez. XVI, 36. XXIII, 29. XIII, 14: וְנִגְלָה יְסֹדוֹ *retegetur fundamentum eius* (muri) i. e. prorsus diruetur, cf. עָרָה. Ps. XVIII, 16. Refertur etiam ad velum remotum Jer. XIII, 22: נִגְלוּ שׁוּלַיִךְ *retegentur fimbriae tuae.*

2) *revelatus est* a) *palam, manifestus est*, dr. de rebus, quae antea latuerant, v. c. de peccatis occultis Jes. XLIX, 9. Ez. XVI, 57. XXI, 29. Hos. VII, 1. Prov. XXVI, 26, b) *ostendit se, apparuit*, de hominibus 1 Sam. XIV, 8: *ecce! transibimus ad eos* וְנִגְלִינוּ אֲלֵיהֶם *nosque ipsis ostendemus.* Vers. 11, de Deo hominibus apparente i. q. נִרְאָה (sequ. אֶל) Gen. XXXV, 7: כִּי שָׁם נִגְלוּ אֵלָיו הָאֱלֹהִים *ibi enim Deus ei apparuerat.* 1 Sam. II, 27. III, 21, de virtutibus et beneficiis divinis se manifestantibus. Jes. LVI, 1: כִּי קְרוֹבָה יְשׁוּעָתִי לָבוֹא וְצִדְקָתִי לְהִגָּלוֹת *nam mox veniet auxilium meum, manifestabit se salus mea.* XL, 5. Sensu paulo diverso sequ. עַל (cf. جلى على) LIII, 1: וּזְרוֹעַ יְיָ עַל־מִי נִגְלָתָה *cui manifestata est potentia Dei?* i. e. quis de ea sibi persuasum habebat. c) *nuntiatus est*, sequ. לְ et אֶל Jes. XXIII, 1: מֵאֶרֶץ כִּתִּים נִגְלָה לָמוֹ *e terra Chittaeorum nuntiatum est illis,* maxime de verbo Dei 1 Sam. III, 7. Dan. X, 1.

3) pass. Hiph. *deportatus est, migravit* poët. de tentorio Jes. XXXVIII, 12.

Pi. גִּלָּה fut. יְגַלֶּה apoc. יְגַל i. q. Kal, ita tamen, ut proprius praevaleat significatus, 1) *retexit, nudavit.* (Arab. جلى Conj. I id.) Ruth III, 4. 7: וַתְּגַל מַרְגְּלֹתָיו *et retexit pedes eius.* Ez. XVI, 37. Mich. I, 6: וִיסֹדֶיהָ אֲגַלֶּה *et fundamenta eius nudabo* i. e. totam diruam. Jes. XXVI, 21: *terra retegit caedes eius*, quas antea recondiderat. Sequitur etiam accusativus veli retecti. Jes. XLVII, 2: גַּלִּי צַמָּתֵךְ *retege velum tuum.* Nah. III, 5: גִּלֵּיתִי שׁוּלַיִךְ עַל־פָּנָיִךְ *retegam fimbrias tuas iisque faciem tibi operiam.* Iob. XLI, 5. Jes. XXII, 8. Intrans. retexit se, retexit sibi verenda Jes. LVII, 8. Spec. a) גִּלָּה עֶרְוַת אִשָּׁה *retexit verenda mulieris* i. e. rem habuit cum ea, locutio solennis in lege de matrimoniis prohibitis. Lev. XVIII, 8: עֶרְוַת אֵשֶׁת־אָבִיךָ לֹא תְגַלֵּה *verenda novercae tuae ne retegas,* עֶרְוַת אָבִיךָ הוּא *verenda patris tui sunt.* V. 9 sq. XX, 17 sq. Hos. II, 11. E verbis autem Lev. XVIII, 8 simul intelligitur, quare *retexit verenda viri* dicatur pro: rem habuit cum uxore eius. Lev. XX, 11. 20. 21. Ez. XXII, 10. In eandem sententiam dr. גִּלָּה כְּנַף אִישׁ retexit stragulam viri Deut. XXIII, 1. XXVII, 20. — b) גִּלָּה אֶת־עֵינֵי פ׳ *retexit* (Deus) *oculos alicuius* spec. ut videret, quae mortalibus oculis occulta sunt. Num. XXII, 31: *et retexit Jehova oculos Bileami, viditque angelum Jehovae in via stantem.* Ps. CXIX, 18. Inde גְּלוּי עֵינַיִם apertis oculis (vir), de propheta Num. XXIV, 4. 16.

2) metaph. *revelavit* rem occultam Iob. XX, 27. Jer. XLIX, 10, alicui causam suam Jer. XI, 20. XX, 12, *prodidit* arcanum Prov. XI, 13. XXV, 9, hominem fugitivum Jes. XVI, 3, *aperuit* s. manifestavit Deus hominibus virtutes suas, beneficia sua. Ps. XCVIII, 2: *in conspectu gentium aperit iustitiam suam.* Jer. XXXIII, 6: וְגִלֵּיתִי לָהֶם עֲתֶרֶת שָׁלוֹם *aperiam illis abundantiam salutis.* — Bis construitur cum עַל rei, quae revelatur. Thren. II, 14: *prophetae tui falsa vaticinati sunt* וְלֹא גִלּוּ עַל־עֲוֹנֵךְ *nec retexerunt peccatum tuum,* sicut facere debebant. IV, 22: *animadvertet in peccatum vestrum, Idumaei,* גִּלָּה עַל־חַטֹּאתָיִךְ *reteget peccata vestra.* Est ellipsis in hac locutione, et suppl. in priore exemplo לֹא גִלּוּ אֶת־אֲשֶׁר עַל־ע׳ *non retexerunt tegumentum, quod peccatum tuum obvelat,* cf. de hoc עַל particulae usu, quo vesti designandae inservit Iob. XXIV, 9: (אֲשֶׁר) עַל־עָנִי יַחְבֹּלוּ *vestem miseri pro pignore auferunt.*

Pu. retectus est. Nah. II, 8 de Ninive: גֻּלְּתָה *retegitur* ignominiose. Lud. de Dieu: abducitur in captivitatem, quae tamen significatio in Piel, ex quo pendet Pual, non reperitur.

Hiph. הִגְלָה 2 Reg. XXIV, 14, et הֶגְלָה 2 Reg. XVII, 11. XXV, 11 cet. 2 pers. הִגְלִיתָ ib. XVII, 26 1 pers. הִגְלֵיתִי Jer. XXIX, 4. 7. 14 fut. apoc. וַיֶּגֶל pro וַיַּגֶל causat. Kal no. 2. *deportavit, in exilium abduxit* (arab. جلى Conj. IV) Jer. XXIX, 1. XXXIX, 9. LII, 15 sq. Esr. II, 1 cet. cet.

Hoph. הָגְלָה 3 fem. הָגְלַת pro הָגְלְתָה Jer. XIII, 19 part. pl. מֻגְלִים Jer. XL, 1 *deportatus est* 1 Par. IX, 1. Esth. II, 6.

Hithpa. fut. apoc. יִתְגַּל 1) *retexit, nudavit se* Gen. IX, 21. 2) *revelavit se* cor alicuius Prov. XVIII, 2.

גְּלָה et **גְּלָא** chald. *revelavit* abscondita, de Deo Dan. II, 22. 28. 29. Praet. pass. גְּלִי Dan. II, 19 et גֱּלִי

Vers. 30. (In Targg. Pe. retexit, revelavit, it. migravit. *Pa.* revelavit. Syr. et sam. ܓܠܐ, ࠂࠋࠀ revelavit. *Pa.* id., ܓܠܐ, ܓܠܝܐ manifestus, apertus).

Aph. (more hebraeo) הַגְלִי i. q. hebr. Hiph. *in exilium abduxit* Esr. IV, 10. V, 12. In Targg. id.

גָּלוֹן Jos. XXI, 27 Keri i. q. גּוֹלָן q. v.

גָּלוּת, semel גָּלֻת Obad. 20 (cum Kamez impuro) f. 1) *deportatio, exilium.* 2 Reg. XXV, 27. Jer. LII, 31. Ez. I, 2. XXXIII, 21: *anno duodecimo* .... לְגָלוּתֵינוּ (pro לְגָלוּתֵנוּ) *exilii nostri.* — 2) collect. *deportati, exules.* גָּלוּת יְהוּדָה exules Judae Jer. XXIV, 5. XXVIII, 4. XXIX, 22. XL, 1. גָּלוּת כּוּשׁ Jes. XX, 4. גָּלוּת שְׁלֵמָה Amos I, 6. 9 v. שָׁלֵם. גָּלוּת יְהוּדָה de Israële in exilio vivente Jes. XLV, 13. (Arab. جَلاءٌ deportatio, exilium). LXX ἀποικία, μετοικεσία, αἰχμαλωσία.

גָּלוּת st. emphat. גָּלוּתָא f. chald. *exilium:* בְּנֵי גָלוּתָא exules Dan. II, 25. V, 13. VI, 14. Esr. VI, 16. In Targg. saepius. Syr. ܓܠܘܬܐ id.

גִּלֹה (formae קִיטוֹר, שִׁילֹה, exilium) *Gilo,* n. pr. urbis in montanis Iudae Jos. XV, 51. 2 Sam. XV, 12. Nomen gentil. est גִּילֹנִי 2 Sam. l. c. a forma גִּילוֹן, ut שִׁילֹנִי a שִׁילֹה.

גִּלָּיוֹן (formae כִּלָּיוֹן, חִזָּיוֹן, נִקָּיוֹן) m. *tabula* e ligno, lapide, aut metallo facta, cui aliquid inscribatur, i. q. לוּחַ, a detergendo et poliendo dicta (v. sub rad.) Jes. VIII, 1. Syrus interpres retinuit ܓܠܝܘܢܐ, vel potius ܓܠܝܘܢܐ, ut habet Ferrar. Nomencl. p. 108. Bene Targ. לוּחָא et Saad. صفيحة lamina ferrea, asser. (Ap. Talmudicos גִּלָּיוֹן est margo, spatium chartae in librorum lateribus scripturâ vacuum).

Plur. גִּלְיֹנִים Jes. III, 23 *specula,* pr. tabulae s. laminae ex metallo polito factae, quales erant specula a mulieribus Hebraeis (Ex. XXXVIII, 8. Iob. XXXVII, 18) more apud alios etiam antiquitatis populos recepto (v. Comment. nostrum ad Jes. l. c.) circumgestata, plerumque rotunda et manubrio munita. Ita Chald. Vulg. Kimchi in Comment., Abarbenel, Jarchi. Contra LXX (διαφανῆ Λακωνικά, cf. Hesych. Λακωνικὸς χιτών, λεπτὴ ἐσθής) et Kimchius in Lex. *vestes* intelligunt *pellucidas,* idque Schroederus (de vestitu mull. hebr. p. 311. 312) vindicat coll. arab. جِلْوَةٌ nitor, dein vestis nitida, splendida, holoserica, neque negari potest, vc. nostrum Jes. l. c. alia excipere vestimentorum maiorum nomina. Certior tamen (coll. Jes. VIII, 1) est speculorum significatio, ab isto loco minime aliena, praesertim cum loculi s. marsupia a mulieribus similiter circumgestata proxime praecedant.

גּוֹלָה f. 1) pr. part. Benoni fem. collect. usurpatum *exules, exulum turba* (cf. sing. גֹּלֶה exul 2 Sam. XV, 19. Amos. VI, 7) Esr. I, 11. IX, 4. X, 7. Jer. XXVIII, 6. XXIX, 1. 4. 20. Ez. I, 1. III, 11. 15. XI, 24. 25 cet. etiam de iis, qui iam in patriam redierant Esr. X, 8: קְהַל הַגּוֹלָה *concio exulum.* (Arab. جَالَةٌ et جَالِيَةٌ exules). — 2) abstr. *exilium, migratio.* 1 Par. V, 22: עַד־הַגֹּלָה *usque ad exilium.* כְּלֵי הַגּוֹלָה sarcinae migratoriae Ez. XII, 7. הָלַךְ בַּגּוֹלָה Jer. XLIX, 3. Am. I, 15, et יָצָא בַּגּוֹלָה Jer. XXIX, 16. XLVIII, 7 cet. in exilium migravit. שׁוּב מֵהַגּוֹלָה ex exilio redire Esr. VI, 21. בְּנֵי הַגּוֹלָה exules, etiam ii, qui redierant e captivitate Esr. IV, 1. VI, 19. VIII, 35. X, 7. 16.

גּוֹלָן (exilium) n. pr. urbis Basanitarum, postea Manassitarum, asyli iure gaudentis, Levitis in possessionem datae Deut. IV, 43. Jos. XX, 8. XXI, 27 (ubi Keri גָּלוֹן). 1 Par. VI, 56. Eusebius: Γαυλών, ἡ Γολὰν .... καὶ νῦν Γαυλὼν καλεῖται κώμη μεγίστη ἐν τῇ Καταναίᾳ (repone Βαταναίᾳ)· ὁμωνυμεῖ δὲ τῇ κώμῃ καὶ ἡ περίχωρος. Josephus tum urbis meminit, quam Γαυλάνην vocat bell. iud. 1, 4 §. 4. 8, tum regionis adiacentis, Γαυλανίτιδος, Arch. 8, 2 §. 3. 13, 15 §. 4. bell. iud. 3, 3 §. 1. 5. 2, 20 §. 6. 4, 1 §. 1, de vita sua §. 37, quam ab ortu Jordanis et maris galilaei ponit, alibi tamen sub Batanaeae nomine comprehendit. Vide quae disputavit Relandus Palaest. pag. 199. 317. 318. Eandem vero regionem hodieque *Dscholân, Dschaulân* vocari, testes sunt Burckhardtus (itin. Syriae p. 440. ed. germ.) et Seetzenius (Zach Correspond. XVIII p. 346).

גָּלְיָת (exilium, exul, cum terminatione ־ת pro ־ה, ut in אַיֶּלֶת, אֲחֻזַּת; sec. Jo. Simon. magnus, crassus, significatione petita ab arab. جَلَّ magnus fuit) *Goliath,* gigas ex gente Philistaeorum, in certamine singulari a Davide (1 Sam. XVII, 4. 23. XXI, 10. XXII, 10. Sir. XLVII, 5), secundum aliud quoddam historiae testimonium (2 Sam. XXI, 19), quod male cum illo conciliavit auctor Paralipomenôn (1 Par. XX, 5, cf. אֶלְחָנָן p. 100), ab Elchanano interfectus. Apud Arabes vocatur جَالُوت Cor. 2, 250. d'Herbelot v. Gialut.

יָגְלִי (qs. patron. a יָגְלֶה verbali futuri Hoph. in exilium ductus) n. pr. viri Num. XXXIV, 22.

גָּלַח in Kal innsit. Arab. جَلِحَ calvus fuit in sincipite, أَجْلَح calvus, sec. Giggeium 1, 720 etiam جَلَحَ rasit caput. In Kamuso typis exscripto pag. 270 legitur quidem جَلَحَ رَأْسَهُ حَلَقَهُ, sed nescio an vitiosum sit, et legendum جَلَحَ.

Pi. rasit caput Num. VI, 9. Deut. XXI, 12. 2 Sam. XIV, 26. Ez. XLIV, 20, cf. Lev. XIII, 33, virum 1 Par.

XIX, 4. Dicitur etiam גִּלַּח הַשֵּׂעָר abrasit capillum (v. Pu.), ג׳ הַזָּקָן abrasit barbam 2 Sam. X, 4. Lev. XIV, 8. 9. Semel intrans. rasit sibi (capillum barbamque) Gen. XLI, 14. Metaph. *radere terram* dicitur, qui eam ferro flammave pervastat. Jes. VII, 20: *radet Dominus novacula trans Euphratem conducta [rege Assyriae] caput et crines pedum, etiam barbam abradet.* (Chald. גְּלַח rasit, totondit, גַּלָּח calvus, ap. Rabbinos de monachis, non sine convicio, arab. جلّاح sacerdos, ap. Ar. Erp. ubi tamen hoc vc. ex Rabbinismo petitum videtur).

Pu. rasus est, de capillo Iudd. XVI, 17. 22, de barba Jer. XLI, 5.

Hithpa. 1) *rasit se* Lev. XIII, 33; 2) *abrasit sibi* (cf. *Lehrgeb.* p. 248 litt. d) c. acc. Num. VI, 19: אַחַר הִתְגַּלְּחוֹ אֶת־נִזְרוֹ *postquam sibi abrasit consecratam caesariem.*

גָּלַל 1 pers. גַּלּוֹתִי Jos. V, 9, plur. גָּלֲלוּ Gen. XXIX, 3. 8, imp. גֹּל, גּוֹל, semel גַּל Ps. CXIX, 22 1) *volvit*, ut lapides Gen. XXIX, 3. 8. Jos. X, 18. 1 Sam. XIV, 33. Prov. XXVI, 27. In derivatis refertur etiam ad fluctus se volutantes et alias res volubiles, ut rotam (גַּלְגַּל), annulum (גָּלִיל), cranium (גֻּלְגֹּלֶת), turbinem (גַּלְגַּל).

2) metaph. a) sequ. מֵעַל *amolitus est ab* aliquo. Jos. V, 9: גַּלּוֹתִי אֶת־חֶרְפַּת מִצְרַיִם מֵעֲלֵיכֶם *amolitus sum a vobis ignominiam Aegypti.* Ps. CXIX, 22: גַּל מֵעָלַי חֶרְפָּה וָבוּז *amoliaris a me ignominiam et contemtum.* b) sequ. אֶל et עַל a se devolvit et amolitus est et in alium transtulit, ei tradidit, commendavit aliquid. Ps. XXXVII, 5: גּוֹל עַל־יְהוָה דַּרְכֶּךָ *devolve in Jehovam viam tuam* i. e. omnes res tuas Deo permitte. Prov. XVI, 3: גֹּל אֶל־יְהוָה מַעֲשֶׂיךָ *Deo permitte, quidquid agis.* Ellipt. Ps. XXII, 9, ubi poëta inimicos suos fiduciam in Deo positam derisuros ita facit loquentes: גֹּל־אֶל־יְהוָה יְפַלְּטֵהוּ. Redde: *devolvat* res suas *in Deum, is* scilicet *eripiet eum*, ita ut גֹּל sit tertia persona Imperativi, de qua olim dubitabundus egi *Lehrgeb.* p. 776 not., quam vero nunc (coll. Gen. XVII, 10 et 12 ibique Vers. Alex. 31, 59) satis probabiliter statui posse censeo: vel, si dubitare non desiisti, *devolvit* cet., ita ut גֹּל infinitivus sit pro verbo finito positus. Vide, si forte גָּלוֹל scribendum fuisse censueris, *Lehrgeb.* §. 209, not. 2. LXX ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον (cf. Mt. XXVII, 43). Vulg. *speravit in Domino.* Syr. ܐܬܬܟܠ ܥܠ ܡܪܝܐ *confidit in Domino.* Targ. contra: *laudes cecinit* (שַׁבַּח) *coram Domino*, qs. גֹּל sit a גִּיל, quae derivatio etiam recentiorum nonnullis placuit: hoc vero verbum nunquam sequente אֶל, ubique sequente בְּ construitur. Bene de h. l. egit Stangius in Anticritica in locos quosd. Psalm. I, 124. 125.

3) Volvendi significatum in hac radice agnoscunt etiam Syri et Chaldaei, quanquam in verbo rarior est. Cf. Buxt. 432, et quod syriacum ܓܠ attinet, Gen. XLIII, 30 Pesch. Ethpa. Barhebr. pag. 214, it. Castell. Lex. ed. Mich. p. 154. Apud Arabes et Samaritanos جَلَّ, ܓܠܠ valet *mole gravem* dein *gloriosum, illustrem esse* (cf. כָּבֵד, יָקַר), quod a volvendo ductum, quia res graves non portamus, sed volvimus. Inde جَلِيل magnus, illustris, أَجَلّ maior, dignior, جَلَال magnitudo, maiestas, et apud Hebraeos גָּלָל lapis *gravis*, גָּלָל, جَلَل negotium grave. Schult. (ad Hamas. p. 423) etiam verbo arabico volvendi notionem tribuit ex Hebraismo: in omnibus tamen, quae laudavit, exemplis vulgaris gravitatis et dignitatis significatio mihi praeferenda videtur. Nonnisi in derivatis quibusdam, ut جُلّ stipula vento in gyrum acta, جِلَّة stercus globosum, مَجَلَّة volumen, primariae significationis, quam Hebraismus habet, vestigia reperiuntur.

Niph. נָגֹל pl. נָגֹלּוּ fut. יִגַּל 1) *volvi*, de fluctibus aquae Am. V, 24. 2) *convolvi*, de coelo instar libri convolvendo Jes. XXXIV, 4.

Poal. volutatus est in sanguine i. e. sanguine inquinatus. Jes. IX, 4. *Hithpo.* id. 2 Sam. XX, 12: וַעֲמָשָׂא מִתְגֹּלֵל בַּדָּם בְּתוֹךְ הַמְסִלָּה *et Amasa in sanguine volutatus in media via* iacebat. Sequ. עַל volutavit se in aliquem i. e. irruit in eum. Gen. XLIII, 18.

Pilp. גִּלְגֵּל i. q. Kal no. 1. *volvit, devolvit* Jer. LI, 25: גִּלְגַּלְתִּיךָ מִן־הַסְּלָעִים *devolvam te de rupibus. Hithpalp.* הִתְגַּלְגֵּל *devolvit se* hostis irruens. Iob. XXX, 14.

Hiph. fut. וַיָּגֶל *volvit, devolvit* lapidem. Gen. XXIX, 10.

גָּלָל m. 1) *stercus*, a forma rotunda dictum, i. q. גֵּלֶל, v. rad. no. 1. 1 Reg. XIV, 10. Arab. جِلَّة stercus animalium rotundum, ut camelorum, ovium, unde جَلّ et اِجْتَلّ collegit stercus pec. camelinum ad cremandum. Chald. גְּלָלִין, גְּלָלִין, talmud. גְּלָל id.

2) i. q. arab. جَلَل *causa* gravis et magna (v. rad. no. 3). Praemissa בְּ particula vim Praepositionis induit, inde בִּגְלַל, c. Suff. בִּגְלָלֵךְ Gen. XXX, 27, בִּגְלָלֵךְ XII, 13, בִּגְלַלְכֶם Deut. I, 37 i. q. בַּעֲבוּר *propter.* Gen. XXXIX, 5. Deut. XV, 10. XVIII, 12. Jer. XI, 17. XV, 4. Mich. III, 12. 1 Reg. XIV, 16. (In Targg. בְּגִלַל id., בְּגְלַל דְּ quia). Respondet arab. من جلالك et من اجلك (cum Elif prosthetico) i. q. من اجلك propter te pr. reverentia tui. Particula hebraea autem rectius a גָּלָל, جَلَل derivatur, quam a גְּלָל, جَلَال, cuius ultima syllaba corripi non potuisset, ut in בִּגְלַל factum. Caeterum *causae* significatio possit etiam a volvendo vertendoque ducta esse, cf. סִבָּה a סָבַב, אוֹדוֹת ab אוּד no. III. et حَال causa, a حَالَ.

3) n. pr. duorum virorum (fort. gravis, dignus, ut أَجَلّ a) 1 Par. IX, 15. b) ibid. comm. 16. Neh. XI, 17.

גְּלָל m. chald. pr. *volutio*, dein *gravitas*, *magnitudo* (v. rad. no. 1. 3). Esr. V, 8. VI, 4: אֶבֶן גְּלָל *lapides magni*, *graves*, qui volvuntur, non feruntur. Intellige lapides quadratos, vel quoscunque maioris molis lapides, coll. etiam جَلّ et جَلِيل rudis, grossus. Germanice per iocum magnae molis librum, *volutandum* magis quam pro nostri aevi more in marsupio portatilem, *einen Wälzer* vocamus. Apud Talmudicos גללא omisso אבן de lapide magno usurpatur (Buxt. p. 433), כלי גללין vasa lapidea notat et גוללא est lapis sepulcrum operiens, haud dubie a volvendo dictus coll. Mt. XXVIII, 2. Luc. XXIV, 2. Hebraeorum interpretes *marmor* interpretantur, et sic Vers. hebr. l. c. אבן שיש, quod non probo. LXX λίθοι ἐκλεκτοί, et Esr. apocr. VI, 9: λίθοι ξυστοὶ πολυτελεῖς, quae significatio fortasse a verbo جلي polivit petita est.

גָּלָל m. i. q. גֵּלֶל no. 1. *stercus* hominum. In Sing. semel Iob. XX, 7: כְּגֶלְלוֹ לָנֶצַח יֹאבֵד sec. Chald. et Vulg. recte: *sicut stercus suum in aeternum peribit*, cf. de hac comparatione ignominiosum interitum significante 1 Reg. XIV, 10, quare non erat, quod ad alias interpretationes confugerent interpretes, ab usu linguae alienas, qualis est Dathii כגללו reddentis: in ipso splendore suo, coll. جَلَال honos, et Michaëlis: *ut stipula*, coll. كلا stipula, quod posterius vel propter Suffixum ferri non potest. Cf. etiam Schult. in Animadverss. et contra in Comment. ad h. l.

Plur. גְּלָלִים stercora pr. globuli stercoris Zeph. I, 17, spec. humani Ez. IV, 12: גֶּלְלֵי צֵאַת הָאָדָם globuli stercoris humani, V. 15: גֶּלְלֵי הָאָדָם.

גִּלְלַי (fort. stercoreus) n. pr. viri Neh. XII, 36.

גָּלִיל 1) adj. *volubilis*, *versatilis*. 1 Reg. VI, 34: שְׁנֵי צְלָעִים הַדֶּלֶת הָאַחַת גְּלִילִים *duae valvae ianuae prioris versatiles erant* sc. in cardinibus. Cf. Ez. XLI, 24 in eiusdem rei descriptione: שְׁתַּיִם מוּסַבּוֹת. — 2) subst. *annulus*. Esth. I, 6. Cant. V, 14: יָדָיו גְּלִילֵי זָהָב מְמֻלָּאִים בַּתַּרְשִׁישׁ *manus eius* sicut *annuli aurei*, *ornati gemmis Tartessiis*. Nimirum digiti manus incurvatae annuli figuram referunt, ungues autem coloribus tincti cum gemmis comparantur (cf. Har. Cons. II, p. 108 Schult. ubi ungues puellae beryllis assimilantur). Syr. bene ܐܝܟ ܟܦܦܐ (malim tamen ܟܦܦܐ circuli). Haud eleganter *cylindros aureos* interpretatur Michaëlis ad Lowth de sacra poësi p. 637 ed. Lips. — 3) *circulus*, *regio* i. q. כִּכָּר. Spec. גְּלִיל הַגּוֹיִם Jes. VIII, 23 circulus gentium, et κατ' ἐξοχὴν הַגָּלִיל Jos. XX, 7. XXI, 32. 1 Par. VI, 61, הַגָּלִילָה (cum He parag.) 2 Reg. XV, 29, אֶרֶץ הַגָּלִיל 1 Reg. IX, 11 vocatur regio cum viginti urbibus, etsi minoribus, in tribu Naphtalitarum, circa urbem Kedesch (ter enim occurrit קֶדֶשׁ בַּגָּלִיל, cf. Καδὴς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ 1 Macc. II, 63), a gentilibus, Phoenicibus nimirum vicinis, habitata. LXX ἡ Γαλιλαία, quo nomine N. T. temporibus septentrionalis Palaestinae citerioris provincia Phoeniciam inter et Samariam appellatur v. Reland. p. 181 sq.

גְּלִילָה f. i. q. גָּלִיל no. 3. *circulus*, *regio*. גְּלִילוֹת הַפְּלִשְׁתִּים regiones Philistaeorum Jos. XIII, 2, גְּלִילוֹת פְּלָשֶׁת Joel IV, 4, Γαλιλαία Ἀλλοφύλων 1 Macc. V, 15. גְּלִילוֹת הַיַּרְדֵּן i. q. כִּכַּר הַיַּרְדֵּן circulus, ripa Jordanis, *el Ghôr*. Jos. XXII, 10. 11. Eadem fere regio significari videtur Ez. XLVII, 8, ubi fons ille sacer infra templum scaturiens in *circulum orientalem* (הַגְּלִילָה הַקַּדְמוֹנָה LXX εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Symm. μεθόριον. Aqu. θῖνας), dein in desertum, et inde in mare mortuum descendisse dicitur. Contra גְּלִילוֹת Jos. XVIII, 17 est n. pr. loci in australibus Benjaminitarum limitibus, quod in loco gemino XV, 7 הַגִּלְגָּל vocatur.

גִּלּוּלִים m. plur. *idola* Lev. XXVI, 30. Deut. XXIX, 16 cet. in variis formulis, ut הָלַךְ אַחֲרֵי הַגִּלּוּלִים idola sequi 1 Reg. XXI, 26, עָבַד הַגִּלּוּלִים idola colere 2 Reg. XVII, 12. XXI, 22, נָשָׂא עֵינַיִם אֶל־הַגּ׳ oculos conicere in idola Ez. XVIII, 12. Est autem hoc nomen haud dubie probrosum idolisque propter contemtum inditum. Iungitur enim saepissime aliis nominibus ab idolorum contemtoribus excogitatis, ut שִׁקּוּצִים Deut. XXIX, 17. 2 Reg. XXI, 21. XXIII, 24. Ez. XX, 7. 8. 31, שֶׁקֶץ VIII, 10, תּוֹעֵבוֹת XVI, 36, אֱלִילִים XXX, 13, et maxime frequentatur in locutionibus, quibus idolorum cultus castigatur, ut נִטְמָא בְגִלּוּלִים polluit se cultis idolis, Ez. XX, 7. 18. 31. XXII, 4. XXIII, 7. 30. XXXVII, 23, עָשָׂה גִלּוּלִים לְטָמְאָה XXII, 3, טִהַר מִגִּלּוּלִים purgavit ab idolorum sordibus XXXVI, 25, זָנָה אַחֲרֵי גִלּוּלִים VI, 9, נָאַף אֶת־הַגִּלּוּלִים XXIII, 37 scortatus est cum idolis, חֲטָאֵי הַגִּלּוּלִים peccata cum idolis commissa XXIII, 49. Haud male igitur Hebraeorum interpretes גִּלּוּלִים pr. *sordidos*, *impuros*, *stercoreos* valere observant, et re vera in conviciis a Judaeis serioribus in idola eorumque cultores coniectis est etiam זִבּוּל stercus, stercorarium (Hieros. Berachoth fol. 12 B. Lightfoot. Opp. II, 322), unde Βεελζεβούλ probabiliter dominus stercoris i. e. idolorum, s. daemonum. Recentiorum nonnulli, ut Jahnius (Bibl. Archaeol. III, p. 481) גִּלּוּלִים *truncos*, *caudices* interpretantur, a volvendo dictos per irrisionem; malim certe *lapides*, *saxa* s. deos *lapideos*, quandoquidem גלל de volvendis lapidibus frequentatur, et גָּלָל lapidem maiorem notat. E vett. intpp. Syrus generali utitur vc. ܦܬܟܪܐ, Chald. et Alex. intpp. talibus certe, quibus idolorum vanitas exprimitur, טַעֲוָתָא, ἐπιτήδευμα, διανόημα, ἐνθύμημα. Plane igitur repudiandi, qui vc. nostrum ab arab. جَلّ magnus, illustris fuit derivant, qs. nomen honoris sit a cultoribus iis inditum.

גַּל plur. גַּלִּים m. 1) *acervus lapidum.* Gen. XXXI, 46 sq. Iob. VIII, 17 (parall. בֵּית אֲבָנִים). Plerumque additur אֲבָנִים Jos. VII, 26. 2 Sam. XVIII, 17. Hos. XII, 12: מִזְבְּחוֹתָם כְּגַלִּים עַל־תַּלְמֵי שָׂדָי *arae eorum* multae *sicut lapidum acervi in agri sulcis.* (LXX ὡς χελῶνας. Vulg. *quasi testudines*, ex linguae syriacae usu, in qua ܓܠܐ testudinem notat. Vide intp. Syr. hoc ipso loco). Saepe de ruinis. In Sing. Jes. XXV, 2. Plur. Jer. IX, 10: וְנָתַתִּי אֶת־יְרוּשָׁלַםִ לְגַלִּים *et convertam Hierosolyma in ruinas.* LI, 37. Jes. XXXVII, 26. 2 Reg. XIX, 25. Iob. XV, 28. — 2) *scaturigo*, ab aquis se volventibus dicta, v. Niph. no. 2. (cf. angl. *well* et germ. *wallen, wälzen*). Cant. IV, 12: גַּל נָעוּל scaturigo, ad quam aditus pessulis clausus est. — 3) Plur. *fluctus maris.* Job. XXXVIII, 11. Jes. LI, 15. Jer. V, 22. LI, 42. Ez. XXVI, 3. Zach. X, 11, plenius גַּלֵּי הַיָּם Jes. XLVIII, 18. Ps. CVII, 25, גַּלֵּי יַמִּים Ps. LXV, 8. CVII, 29, it. גַּלֵּי יְהוָה Jon. II, 3. Metaph. Ps. XLII, 8: כָּל־מִשְׁבָּרֶיךָ וְגַלֶּיךָ עָלַי עָבָרוּ *omnes undae tuae fluctusque tui me inundarunt* i. e. omnis generis calamitatibus me obruisti. (Syr. ܓܠܐ fluctus, unda, vallis, torrens). — 4) Plur. גַּלִּים (acervi l. scaturigines) n. pr. oppidi in vicinia Hierosolymorum boream versus siti 1 Sam. XXV, 44. Jes. X, 30, ubi בַּת־גַּלִּים poët. dicitur pro בְּנֵי גַלִּים (v. בַּת p. 219, no. 6). E Jesaiae loco praeterea colligas, ad tribum Benjamin illud pertinuisse, reperitur tamen Γαλὲμ ap. Alex. intp. Jos. XV, 60.

גִּלְבֹּעַ (sec. Simon. i. q. גַּל נְבוּעַ scaturigo emanationis) *Gilboa*, n. pr. montis vel regionis montanae in tribu Issaschar, ubi Saulus a Philistaeis caesus et interfectus est. 1 Sam. XXVIII, 4. XXXI, 1. 8. 2 Sam. I, 6. 21. XXI, 12. 1 Par. X, 1. 8. Ex etymo illo non improbabili colligas, pr. nomen fontis vel vici iuxta fontem fuisse, a quo mons vicinus denominatus sit. Eusebius in Onomast. Γεβουὲ (l. Γελβουὲ) ὄρη Ἀλλοφύλων (quod non falsum est, siquidem regionem Scythopoleos cum ipsa hac urbe Sauli tempore Philistaeis paruisse recte colligitur ex 1 Sam. XXXI, 10), Σκυθοπόλεως ἀπέχοντα σημείοις ς', ἐν οἷς καὶ κώμη καλεῖται Γελβοῦς. De fonte, quem Tubanium vocant, ad radices illius montis scaturiente v. Guil. Tyrius ap. Reland. p. 863. In Palmerii mappis biblicis hunc montem hodieque *Dschebel Gilbo* vocari annotatur.

גֻּל c. Suff. גֻּלָּהּ m. Zach. IV, 2 i. q. גֻּלָּה n. 2.

גֻּלָּה f. 1) *scaturigo* i. q. גַּל no. 2. Plur. Jos. XV, 19. Iudd. I, 15. — 2) *lecythus, lenticula* a rotunditate dicta. De lecytho candelabri sacri Zach. IV, 3, cf. comm. 2, ubi in masc. גֻּל. Eccl. XII, 6 in describenda senectute et morte: עַד אֲשֶׁר לֹא־יֵרָתֵק חֶבֶל הַכֶּסֶף וְתָרֻץ גֻּלַּת הַזָּהָב *antequam rumpatur funiculus argenteus, et conteratur lampas aurea.* Similitudo petita est a lampade e materia fragili facta, sed deaurata, e funiculo argenteo (h. e. serico cum filis argenteis) pendente, et abruptio fili mortem significat. — 3) *globus, globulus* in columnarum capitulo. 1 Reg. VII, 41: וְגֻלֹּת הַכֹּתָרֹת אֲשֶׁר־עַל־רֹאשׁ הָעַמּוּדִים שְׁתָּיִם *duae columnae et duo globuli capitulorum in summis columnis.* V. 42. 2 Par. IV, 13. Ibid. Vers. 12 eodem contextu legitur הַגֻּלּוֹת וְהַכֹּתָרוֹת, quod minus accuratum, quandoquidem globulus capituli partem, eamque maximam, constituebat. Huius formae capitula in aedificiis antiquis aegyptiacis v. in Wiebeking *bürgerl. Baukunst, Kupferb.* tab. XIII, fig. 1. 6. 13. 27. Non male LXX Eccl. XII, 6 ἀνθέμιον (Hesych. ἀνθέμιον, . . . γραμμή τις ἑλικοειδὴς ἐν τοῖς κίοσι), quod vc. etiam Ex. XXXVIII in multis codd. pro ἐνθέμια legitur, 2 Par. l. c. βάσεις. Syr. Chald. אגנין, ܓܘܢܐ pelves (coll. no. 2).

גַּלְגַּל m. res volubilis, quae cito et continuo volvitur, 1) *rota*, currus Jes. V, 28. Ez. X, 2. 6, putei ad aquam hauriendam Eccl. XII, 6. Per ἓν διὰ δυοῖν Ez. XXIII, 24: רֶכֶב וְגַלְגַּל et XXVI, 10: גַּלְגַּל וָרֶכֶב *currus cum rotis.* Plur. גַּלְגַּלִּים Jes. V, 28. Jer. XLVII, 3. (Syr. ܓܝܓܠܐ rota, ܓܝܓܠܐ haustrum). — 2) *turbo*, syr. ܓܝܓܠܐ. Ps. LXXVII, 19: קוֹל רַעַמְךָ בַּגַּלְגַּל *vox tonitru tui* audita est *in turbine.* Ez. X, 13: *et rotae dictae sunt me audiente* הַגַּלְגַּל *turbo.* — 3) *stipula, palea, festuca*, quae turbine agitantur. Huic comparantur hostes cito et penitus delendi. Ps. LXXXIII, 14: אֱלֹהַי שִׁיתֵמוֹ כַגַּלְגַּל *mi Deus! fac eos instar festucae, quam turbo abripit.* Jes. XVII, 13: כְּגַלְגַּל לִפְנֵי סוּפָה *sicut palea in turbine.* (Syr. ܓܠܐ, ܓܠܠܐ festucae, pulvis aliaeque res similes vento circumactae, chald. גִּלָּא, arab. جلّ).

גַּלְגַּל chald. *rota.* Plur. c. Suff. גַּלְגִּלּוֹהִי Dan. VII, 9.

גִּלְגָּל m. 1) i. q. גַּלְגַּל no. 1. *rota*, plaustelli punici Jes. XXVIII, 28.

2) Cum art. הַגִּלְגָּל (c. He locali הַגִּלְגָּלָה Jos. X, 6. 15) *Gilgal* n. pr. oppidi Hierichuntem inter et Jordanem siti (teste Josepho L stadiis ab Jordane, X ab Hierichunte, Arch. V, 1 §. 4), ubi Josua populum circumcidendum curavit paschatisque festum diu intermissum denuo instituit (Jos. IV, 19. 20. V, 10. IX, 6. X, 6 sq. XIV, 6. XV, 7), non solum famosa idololatriae sedes (Iudd. III, 19. Hos. IV, 15. IX, 15. XII, 12. Am. IV, 4. V, 5, cf. Reland. p. 782), sed etiam legitimis sacrificiis aliisque sacris ibi ante templum conditum peractis celebratum (1 Sam. X, 8. XI, 14. 15. XIII, 4—9. XV, 21. 33: לִפְנֵי יְהוָה בַּגִּלְגָּל), a prophetarum etiam colonia habitatum (2 Reg. IV, 38). Cf. de eiusmodi locis sanctis s. v. גִּבְעָה, גִּבְעוֹן. Semel plenius בֵּית הַגִּלְגָּל Neh. XII, 29, gr. Γάλγαλα 1 Macc. IX, 2. Quod ad etymon attinet, *orbem, circulum* reddere possis (quo enim iure Jos. Arch. V, 1 §. 11 ἐλευθέριον reddat, vix dixeris), sed Jos. V, 9 hic locus ita appellatus esse dicitur, quod Josua populum circumcidendo Aegypti opprobrium ab eo amolitus sit.

Eusebius: *Γάλγαλα .... δείκνυται ὁ τόπος ἔρημος, ὡς ἱερὸς θρησκευόμενος· καὶ ἄλλοις δὲ ἔοικεν εἶναι Γάλγαλα τὴν περὶ Βαιθὴλ* (qua posteriore coniectura facile caremus, quum Galgala, Jericho et Bethel urbes satis vicinae sint 1 Sam. VII, 16. 2 Reg. II, 2). De גִּלְגָּל Jos. XII, 23 commemorato paucis egimus v. גּוֹיִם no. 3 pag. 272, quibus addendum, fortasse cum Alex. interprete ibi גָּלִיל legendum esse (*τῆς Γαλιλαίας*). Aliud eiusdem nominis oppidum nec h. l. agnoscimus, nec Deut. XI, 30, ubi montes Ebal et Garizim *e regione Gilgal* (מוּל הַגִּלְגָּל) siti dicuntur. Id enim minime falsum, modo מוּל non de vicinia intelligis, sed *e regione, in conspectu* reddis. Lightfoot (Opp. II, p. 233) et h. l. et Jos. XII, 23 Galilaeam interpretatur, qs. גִּלְגָּל sit i. q. גָּלִיל, alii in subsidium vocant, quae habet Eusebius: *Γελγέλ, καὶ ταύτην εἶλεν Ἰησοῦς. ἔστι δὲ καὶ νῦν κώμη Γαλγοῦλις λεγομένη, Ἀντιπατρίδος* (i. e. prope Joppen) *ὡς ἀπὸ σημείων ἓξ ἐν τοῖς βορείοις.* Neutrum vero vel necessarium, vel locorum contextui satis aptum.

גֻּלְגֹּלֶת c. Suff. גֻּלְגָּלְתּוֹ Plur. c. Suff. גֻּלְגְּלֹתָם f. *cranium* a figura globo simili dictum. Iudd. IX, 53. 2 Reg. IX, 35. 1 Par. X, 10. Utuntur autem hoc vc., ubi singuli populi cuiusdam homines civesque numerantur et lat. *caput* dixeris, germ. *Kopf.* Ex. XVI, 16: עֹמֶר לַגֻּלְגֹּלֶת מִסְפַּר נַפְשֹׁתֵיכֶם *Gomerum singulis capitibus pro numero hominum.* XXXVIII, 26. Num. III, 47. I, 2: כָּל־זָכָר לְגֻלְגְּלֹתָם *omnes masculos secundum capita sua* i. e. viritim. Comm. 18. 20. 22. 1 Par. XXIII, 3. 24. Cf. ראשׁ Iudd. V, 30. Apud Rabbinos כסף גלגלת frequentatur de censu singulorum capitum. (Syr. ܓܓܘܠܬܐ id. abiecto Lamed primae syllabae, arab. جُلْجُلَة, ubi alterum Lamed abiectum, ut similiter in voce chaldaea *Γολγοθᾶ* Mt. XXVII, 33. Crebrius est جُمْجُمَة מ et ל permutatis).

מְגִלָּה f. *volumen, liber, codex* more veterum *convolutus.* Jer. XXXVI, 2 sq. Ez. II, 9. III, 1—3. Zach. V, 1. 2. Ps. XL, 8: מְגִלַּת סֵפֶר *volumen libri κατ' ἐξοχὴν* de libro legis. LXX. Jerem. *χαρτής, χαρτίον*, Ps. et Ez. l. c. *κεφαλίς*, quod Suidas *εἴλημα* interpretatur, Zach. l. c. *δρέπανον*, legerunt enim מַגָּל. (Syr. ܡܓܠܐ, ܡܓܠܬܐ, arab. مَجَلَّة id. spec. in quo aliquid reconditioris argumenti scriptum est. Videtur a Chaldaeis acceptum et de libris sacris potissimum frequentatum esse. Apud Rabbinos חמש מגלות quinque volumina spec. dicuntur hi quinque V. T. libelli, Cant. Ruth, Thren. Ecclesiast. Esther).

מְגִלָּה chald. id. Esr. VI, 2. LXX *κεφαλίς.*

גָּלַם *convolvit, complicuit.* Semel legitur 2 Reg. II, 8: וַיִּקַּח אֵלִיָּהוּ אֶת־אַדַּרְתּוֹ וַיִּגְלֹם וַיַּכֶּה אֶת־הַמַּיִם *et sumsit Elias pallium suum, eoque convoluto percussit aquam.* LXX *εἴλησε.* Vulg. *involvit.* Chald. אַחֲזַר. Syr. ܟܪܟܗ. Unus Arabs, alibi Syriaca transferens, nunc liberius et arbitrarie: *sumsit Elias fasciam capitis sui* خَلَّهَا *et solvit eam.* Convolvendi autem significatus, quem temere sollicitavit Mich. in Supplemm. utpote in lingua arabica et syriaca non exstantem [arabice جلم valet *secuit*, Syr. Ethpeel. *percussus est*], tum e contextu, tum ex derivatis plane manifestus est. Ad veterum interpp. auctoritatem accedunt etiam Judaeorum magistri. Kimchi: כפל אותה וכרך אותה.

גְּלוֹם m. *pallium*, a convolvendo dictum. Ezech. XXVII, 24 in vestibus ex Assyria et Mesopotamia (non ex Arabia, ut vult Michaëlis) advectis sunt גְּלוֹמֵי תְכֵלֶת *pallia hyacinthina.* Vulg. *involucra.* Aqu. Symm. *εἰλήματα.* Syr. ܡܐܢܐ *vestes.* Chald. גוזין i. e., quomodocunque scriptura emendanda fuerit, recte observante Kimchio *gazae.* Ipse Kimchius: מלבוש שיתכסה (cappa) ויתעטף האדם בה קוריץ לו בלעז קפא. Provocat dein ad chald. גְּלִימָא pallium, stola Esth. VIII, 15 Targ. Taanith fol. 23 B, adde גֹּלֶם Gen. XXV, 25. Michaëlis in tota hac radice tractanda infelix *percussiones sepiae* reddit, v. תְּכֵלֶת.

גֹּלֶם m. pr. *res convoluta*, dein *materia rudis et informis*, nondum elaborata, cuius partes nondum evolutae sunt et expeditae. De embryone Ps. CXXXIX, 16: גָּלְמִי רָאוּ עֵינֶיךָ *massam meam informem* i. e. me quum massa informis in utero matris laterem *viderunt oculi tui.* Bene Alex. et Aqu. *ἀκατέργαστόν μου.* Symm. *ἀμόρφωτόν με.* Hieron. *informe meum.* Frequentatur vc. in Talmude de quacunque re rudi nondum elaborata et perfecta v. c. גלמי כלי מתכות massae vasorum fusilium Chelim 12 §. 6, גלמי כלי עץ massae vasorum ligneorum, Kimchi ad Ps. l. c., de acubus nondum perforatis Schabb. fol. 52, B, de alica, farina et massa panis nondum subacta [v. Epiphanius in Palaestina natus, haer. 30 §. 31: *τὸ γὰρ ἀκατέργαστον γολμη ἐκάλεσεν* (ὁ Ἑβραϊκός), *ὅπερ ἑρμηνεύεται χόνδρος ἢ σεμιδάλεως κόκκος, ὅθεν τὸ μηδέπω εἰς ἄρτον συνελθὸν καὶ φυραθὲν* cet. quo loco in suae hypotheseos gratiam abusus est Michaëlis l. c.], et transfertur ad hominem rudem, opp. sapienti Pirke Aboth 5 §. 7. Etiam apud Arabes huius significationis vestigium reperias, nimirum جَلْمَة, quod Golius Dschauharium secutus interpretatur *corpus excoriatae et exenteratae ovis absque capite et pedibus*, pr. igitur *truncum.*

גַּלְמֻד rad. quadrilitt. inusit., de qua

גַּלְמוּד adj. *durus.* (Arab. جَلْمَد et جُلْمُود, جَلْمُود durus, de saxo vit. Tim. 209 Gol. II, p. 108 Mang.

Amrolk. Moall. 54 Lett. 51 Hengstb. it. de viro, de quo etiam جَلْمَدٌ dicitur, أَرْضٌ جَلْمَدٌ terra dura et lapidosa, v. Kamûs p. 352. Conflatum est hoc quadrilitterum sec. Schult. ad Iob. III, 7 ex جمد concrevit, congelatus fuit [it. durus, duro animo fuit, unde جَمَدٌ locus durus et altus], et جَلَدَ durus, robustus fuit vir, unde جَلَدٌ robur, durities, terra dura, cf. etiam syr. ܚܠܡܕܐ terra dura et lapidosa). In poëtico Hebraeorum sermone autem *durus* 1) dr. de *misero, afflicto*, spec. *fame presso.* (Cf. קָשָׁה Niph., it. نَكِرَ durus, difficilis, miser fuit, كَدَا durum fuit solum, unde كُدْيَةٌ infortunium, مُكْدِى famelicus, mendicus, ܟܐܦܐ petra, cf. ضَنَّةٌ afflictio, pers. شخت durus, adflictus, it. radd. قسى, شطف, شَدَّ, et Schult. ad Iob. XV, 15. Nos duritiem fato tribuimus, *ein hartes Schicksal,* non homini a tali fato oppresso. Iob. XXX, 3: בְּחֶסֶר וּבְכָפָן גַּלְמוּד *inopia et fame adflictus.* — 2) de muliere *sterili* et *orba, derelicta,* metaphora a solo duro, lapidoso et sterili ad homines translata, cf. قَسِىٌّ durus, it. annus sterilis. Jes. XLIX, 21 ecclesia viduata ita loquens inducitur: *quis hos mihi genuit,* וַאֲנִי שְׁכוּלָה וְגַלְמוּדָה *quum orba sim et sterilis?* LXX χήρα. Vulg. solitaria. Magis translate Iob. III, 7: הַלַּיְלָה הַהוּא יְהִי גַלְמוּד *nox illa sit sterilis.* In altero hemistichio: *ne intret eam iubilus* sc. de puero nato. Interpretari etiam licet: *nox illa sit infausta.* (LXX ὀδύνη. Symm. ἔκβλητος rejecta. Syr. ܦܚܝܒܐ orba). XV, 34: כִּי עֲדַת חָנֵף גַּלְמוּד *nam coetus impii erit sterilis,* orbus, derelictus. („In Gemara scribitur, in maritimis urbibus vocatam fuisse menstruatam mulierem גלמודה solitariam . . . Sota c. 7 fin. Bereschi. rabba sect. 79 fol. 89, 1." Buxt. Lex. Talmud.).

גָּלַע rad. in Kal inusit. Arab. جلع nudavit dentes, spec. in rixa, dein convicia iactavit, maxime obscoena. Conj. III. rixatus est c. aliquo, maxime in alea, compotatione aut in hereditate dividenda. Syr. ܓܠܚ (צ et ע pro more permutatis) Pa. rinxit dentes. Ethpe. rictu dentes nudante distentus est, ܦܓܠܚܘܬܐ rictus labiorum, *das Zähnefletschen.* V. Schult. ad Prov. XVII, 14, de defect. ling. hebr. p. 72. Vindic. p. 143. In V. T.

Hithpa. הִתְגַּלַּע ter legitur de lite et homine litigante, ubi *exacerbantur, irritantur.* Prov. XVII, 14: לִפְנֵי הִתְגַּלַּע הָרִיב נְטוֹשׁ *priusquam exacerbatur lis, desiste.* XX, 3: *honori est viro, desistere a lite,* וְכָל־אֱוִיל יִתְגַּלָּע *omnis stultus exacerbatur.* XVIII, 1: *suum arbitrium sequitur alieni moris contemtor,* בְּכָל־תּוּשִׁיָּה יִתְגַּלָּע *sapientissimis quibusque exacerbatur,* nihil tam sapiens est et egregium, quin illud animo exacerbato et fastidioso oppugnet. Targg. in omnibus tribus locis: immiscuit se, v. Buxt. p. 1889. Pro exacerbandi significatu Castellus excitat Gem. Sanhedr. 1 §. 3, ubi tamen vc. nostrum non inveni.

גִּלְעָד rad. quadril. inusit. Arab. جَلْعَدَ duritiei significatum habet ad varias res translatum. جَلْعَدٌ durus, de terra dura, de camelo parvo, de muliere vetula, جُلَاعِدٌ camelus fortis, جَلْعَدَ Conj. I. IV. extendit arcum (pr. fortem fecit). Inde

גִּלְעָד (durus) n. pr. 1) nonnullorum virorum, a) filii Machir, nepotis Manassis. Num. XXVI, 29. 30. XXVII, 1. XXXVI, 1. Jos. XVII, 1. 3. 1 Par. II, 21. 23. VII, 14. 17. b) patris Jephtae iudicis. Iud. XI, 1. 2. Fuit is ex posteris Gileadi, siquidem in eadem familia eadem nomina saepe repetuntur. c) filii Michaëlis Gaditae 1 Par. V, 14.

2) c. Art. (qui saltem in oratione pedestri raro omittitur) *Gilead;* Palaestinae regio transiordanensis. Proprie regionem montanam designat in australi fluminis Jabbok ripa (הַר הַגִּלְעָד Gen. XXXI, 21 — 48. Iud. VII, 3. Cant. IV, 1. VI, 5), cum urbe cognomine (Hos. VI, 8 coll. Iudd. XII, 7 LXX et Euseb. v. *Γαλαάδ,* quae tamen eadem videtur atque alibi רָמוֹת גִּלְעָד, v. Hieron. ad Hos. l. c.): ubi hodieque duo montes جبل جلعد et جبل جلعود cum urbium cognominum ruinis reperiuntur (v. Seetzenii mappam geogr. et Burckhardti itin. II, p. 599). Transfertur nomen Gileaditidis (אֶרֶץ הַגִּלְעָד) deinde ad integrum illum tractum montanum Arnonem inter et Batanaeam, a Gaditis, Rubenitis et Manassitis habitatum (hodie البلقاء et جبل عجلون) Num. XXXII, 26. 29. 39. Deut. III, 12 — 16. Jos. XII, 2. 5. XIII, 11. 25. 31. XXII, 9 sq. Am. I, 3. 13. Usurpatur propterea pro tribubus Gad et Ruben Ps. LX, 9. CVIII, 9, pro tribu Gad (Iud. V, 17 cf. 16), quanquam etiam אֶרֶץ גָּד וְגִלְעָד iunguntur 1 Sam. XIII, 7. Usus enim loquendi in eiusmodi nominibus sibi non constat. Sic *Jaëser* semel sub Gileaditide comprehenditur (1 Par. XXVI, 31), alibi excluditur (Num. XXXII, 1): et contra Basanitis ubique excluditur (Deut. l. c. Jos. XIII, 10. 11. 30. 31. XVII, 1. Mich. VII, 14), semel tamen Gileaditis ad radices usque Hermonis patuisse dicitur (Deut. XXXIV, 1: אֶת־הַגִּלְעָד עַד־דָּן). In urbibus huius regionis maxime memorantur רָאמוֹת בַּגִּלְעָד Deut. IV, 43, יָבֵשׁ גִּלְעָד Iud. XXI, 8 et יַעְזֵר גִּלְעָד 1 Par. XXVI, 31. Integra autem regio laetis pascuis abundabat et opobalsamo nobilis erat Gen. XXXVII, 25. Jer. VIII, 22. XLVI, 11. L, 19. Zach. X, 10. Incolae eius vocantur אַנְשֵׁי גִלְעָד Iudd. XII, 4. 5 et simpl. גִּלְעָד comm. 5. — Minus accurate ambitum eius regionis describunt Eusebius et Hieron. s. v. Galaad, in errorem rapti verbis Jer. XXII, 6 male intellectis. — Quod ad originem nominis attinet,

id Gen. XXXI, 47 ita declaratur, quasi גַּלְעֵד sit i. q. גַּלְעֵד *collis testimonii.* Quum autem de traditionum etymologicarum fide non sine causa dubitatum sit, malim גִּלְעָד appellative montem *durum* i. e. asperum, lapidosum interpretari, quod magis etiam placet, quam de Wettii coniectura (*Kritik d. isr. Gesch.* I, p. 131), hanc regionem a Gileado, filio Machir, nomen suum nactam esse, siquidem hic cum fratribus eam primus expugnaverit et a Mose impetraverit (Num. XXXII, 40. Jos. XIII, 21). — A Saadia, Pentateuchi interprete, גלעד plerumque redditur جراش i. e. Gerasene, circulus Gerasae urbis, de qua v. notam nostr. ad Burckh. itin. l. c.

גָּלַשׁ *sedit, consedit, discubuit* i. q. arab. جلس. Cant. IV, 1: *capilli tui sunt ut gregis caprarum,* שֶׁגָּלְשׁוּ מֵהַר גִּלְעָד *quae discumbunt in monte Gilead.* VI, 5. מִן particula h. l. valet *ad,* ut in מִצַּד *a latere* pro *ad latus,* cf. *a dextra, a sinistra parte.* Veteres recentioresque interpretes hac simplicissima interpretatione relicta in alia omnia abierunt. Ac 1) *Bochartus* in Hieroz. I, 626 sq. coll. arab. جلس Conj. II. ascendit et chald. גלשושיתא collis, eminentia (v. Targ. ad hunc ipsum locum) reddit *ascendunt.* LXX. VI, 5 Compl. ἀνέβησαν. Hieron. ascenderunt. Syrus ܐܬܚܙܝ. Sententia non admodum diversa est, eaque interpretatio reliquis praestat: durius tamen *ascendunt a monte,* quam *discumbunt* (qs. pendent) *a monte.* 2) Alb. Schult. in Animadverss. ad h. l. R. Jonam ap. Kimch. secutus coll. arab. غلس sub auroram accessit ad aquam, potandi vel aquandi ergo, reddit *aquatum eunt.* Ipse tamen R. Jonas, quod neglexit Kimchius, denique supra a nobis propositam comprobat, his verbis: ربما كان معناه جلست بالجبم. 3) LXX ἀπεκαλύφθησαν· et VI, 5: ἀνεφάνησαν. Aben Esra: שנשקפו ונראו או יתגלו מן העין. Alii denique ex Rabbinis 4) coll. גלוש recalvaster, reddunt *depilantur, deglabrantur* inter dumeta et spinas montis. Ita Luth. *beschoren seyn.* Magis ferendum fuerit, si active reddidissent: *detondent* i. e. pabulum carpunt cf. Virg. Ecl. 10, 7: dum tenera attondent simae virgulta capellae.

גָּמָא in Kal inusit. *sorpsit, hausit, bibit.* Congruit talmud. גמא (v. Buxt. Lex. adde Hieros. Schebiith c. 2 fin.), chald. גְּמַע Iob. XXXIX, 30 (33), גמיעה haustus, Vajikra Rabba s. 22, et transp. גָּאַם Cholin fol. 111 A.

Pi. גִּמֵּא id. sed transfertur ad equum cursu celerrimo terram haurientem. Iob. XXXIX, 24: בְּרַעַשׁ וְרֹגֶז יְגַמֶּא־אָרֶץ *cum motione et fremitu haurit terram,* i. e. secum quasi abripit. Symm. ὡς καταπίνων. Hieron. *sorbet terram.* Kimchi: מרוב קלותו ומהירותו ישתה הארץ. R. Levi: ירוץ עד שירמה כאילו הוא מגומא את הארץ ובולעת מחוק המרוצה. Eandem metaphoram frequentant Arabes in verbo لَهِمَ hausit, unde التهم الفرس الارض equus deglutit terram i. e. celerrime currit, et لِهَمٌ, لَهِيمٌ deglutiens i. e. equus velox. „Gjauharius فرس لِهَمٌ سبّاق كانه يلتهم الارض equus haustor est omnes alios praevertens, qui terram hauriat aut deglutiat quasi. In Hamasa pulchre قوم اذا صوّت يوم النزال قاموا الى الجرد اللهاميم gens, quae quum conclamatur die proelii, procedunt in equis generosissimis haustoribus." Schult. ad l. c. Vide praeterea Bocharti de h. l. disputationem Hieroz. I, pag. 143—148.

Hiph. sorbendum s. bibendum dedit. Gen. XXIV, 17: הַגְמִיאִינִי *da mihi sorbendum,* cf. הַשְׁקִינִי comm. 43. Cod. Sam. abiecto א more aramaeo ℌ𐡂𐡌𐡉𐡍𐡉.

גֹּמֶא m. *iuncus palustris,* spec. *papyrus nilotica,* ita dicta, quia humorem sorbet et bibit (bibula papyrus Lucan. Pharsal. 4, 136). Iob. VIII, 11. Jes. XXXV, 7. Utebantur ea Aegyptii ad vestes, calceos, corbes, varii generis vasa, praesertim navigia. (Lucan. l. c. *conseritur bibula Memphitis cymba papyro.* Plin. 13, 11 s. 22: ex ipso quidem papyro navigia texunt. 7, 56 s. 57: etiam nunc (naves) in britannico oceano vitiles corio circumsutae sunt: in Nilo ex papyro et scirpo et arundine, cf. 6, 22 s. 24, et plura in Comment. nostro ad Jes. XVIII, 2). Jes. XVIII, 2: כְּלֵי גֹמֶא *navigia papyracea,* in Nilo usitata, levia et celerrimi cursus. Ex. II, 3: תֵּבַת גֹּמֶא *arcula s. navigiolum ex papyro.* De papyro v. Theophr. hist. pl. 4, 9. Plin. l. c. Celsii Hierob. II, 137—152. Prosper Alp. de plantis Aegypti c. 36.

גָּמַד rad. inusit., cuius veram vim haud scio an nemo veterum recentiorumque Philologorum perspectam habuit. Primaria significatio, si quid video, est *amputavit, abscidit, cecidit* frondes, arbores. (Aeth. ገመደ: scidit, putavit, amputavit, ገመድ: putatio Cant. II, 12, ግመድ: segmentum. Eadem significatio, quanquam a Golio omissa, in Arabismo quoque exstat. Kamûs p. 353: جَمَدَهُ قَطَعَهُ وسيف جُمَادٌ صارِمٌ *i. e.* גמד *c. acc. amputavit, secuit,* جُمَادٌ *dicitur de gladio secante i. e. acuto.* Ea magis etiam usitata est in radd. transpositis ገደመ, גָּדַם amputavit, truncavit, arab. جذم, unde גִּדְמָה, جِذْمٌ ramus abscissus, truncus). A caedendo et amputando ductum a) גֹּמֶד ramus, baculus, dein *ulna,* idem b) translatum ad bellatores fortes, hostes arborum instar *caedentes* (cf. Jes. X, 33. 34. XXXII, 19). Syr. ܓܡܰܕ audax fuit miles, fortiter institit, ܓܰܡܕܳܐ, ܓܰܡܕܽܘܬܳܐ audacia, rigiditas,

ܓܡܕܢܐ audax, arab. جمد duro et immiti animo fuit. Hinc ἅπαξ λεγόμ., quod mire exercuit interpretes,

גמד m. plur. גַּמָּדִים *milites fortes, audaces.* Ez. XXVII, 11: *Aradaei tuusque* proprius *exercitus in moenibus tuis circumquaque* וְגַמָּדִים בְּמִגְדְּלוֹתַיִךְ הָיוּ *et milites fortes sunt in turribus tuis.* Hieron. *bellatores.* Vide Lud. de Dieu ad h. l., quem proxime ad verum accessisse censeo. In alia omnia reliqui interpretes. Ridicule Hebraei, quos sequuntur Aqu. et Vulg. *pygmaeos* s. *nanos* interpretantur, nimirum *unius cubiti viros* (a גֹּמֶד cubitus), ut minum sit, id etiam Michaëli placuisse, qui milites intelligit utpote in praealtis turribus stantes pygmaeis similes. LXX. Syr. φύλακες, ܢܛܘܪܐ, sec. scripturam ושמרים. E recentioribus Fullerus (Miscell. VI, 3) *Gammadim* vult incolas urbis *Gamales* esse, talemque olim in Phoenicia exstitisse probat ex verbis Plinii V, §. 14, in quibus pro *Gamala* reponendum putat *Gamada.* Sed omnia bene se habent (v. Harduin. ad h. l. et Reland. 784), illudque oppidum non in Phoenicia, sed in regione transiordanensi situm erat. Neque hoc verisimile, quod Rosenm. placet, *Gammadim* ignoti cuiusdam oppidi phoenicii cives designare: neque enim contextus et parallelismus necessario postulant nomen proprium, neque (et hoc gravius est) גַּמָּד nominis proprii formam prae se fert; contra vi formae non potest non pro adiectivo haberi. Varias coniecturas parum probabiles v. in Mich. Supplemm. et Jo. Spenceri diss. de Tyriorum Gammadim et Hammanim, in Ugolini thes. antiquitt. hebr. XXIII, 18.

גמד m. pr. *baculus,* ab amputando dictus. (Hoc significatu Chaldaei usurpant quadril. כּוּרְמִיזָא baculus, fustis, Buxtorf. p. 1095, et Nasoraei ܓܘܪܡܝܙܐ baculus Cod. Nas. I, 186. III, 6, truncus I, 190, male enim Norbergius ibi spinam dorsi reddidit, cf. etiam aeth. ጕንድ: stirps, truncus, cippus captivorum, nostr. *Stock*). A baculo dicta est *ulna,* ut nostri institores in sericis vendendis *Stab* pro duorum cubitorum mensura frequentant. Sic Iud. III, 16: *et Ehud gerebat gladium* .... גֹּמֶד אָרְכָּהּ *unius ulnae longitudine.* Syr. ܓܘܡܕܐ, quod Arabs explicat ذراع ulna, Targ. eodem vocabulo paululum producto usus גַּרְמִידָא. Hoc autem *ulnam* notare plane certum ex usu Syrorum, apud quos ܓܘܪܡܝܕܐ (sic enim haud dubie legendum pro ܓܘܪܡܝܙܐ Ferr. p. 706, et magis etiam corrupto ܓܘܪܡܝܙܐ Cast. Lex. syr. 172) *ulnam* notat teste Ferrario, adde Bar Bahluli verba: ܓܘܪܡܝܕܐ الباع ܓܘܪܡܝܕܐ ذراع i. e. גורמידא *valet cubitum brachii,* גרמידא *ulnam.* — Meram coniecturam secuti LXX σπιθαμή reddunt, Abulw. شبر spithama, Aqu. Symm. γρόνθος παλαιστιαῖος. Intp. incertus δράξ, Vulg. *palma manus.*

גמז rad. inusit. Arab. جُمَّيز, rabbin. גַּמְזוּ sycomorus.

גִּמְזוֹ (locus sycomoris ferax) n. pr. oppidi tribus Judae, quod semel commemoratur 2 Par. XXVIII, 18.

גמל fut. יִגְמֹל 1) *tribuit, praestitit* alicui (bonum vel malum). Constr. c. duobus accus., altero pers., altero rei (ut gr. εὖ, κακῶς πράττειν τινά). 1 Sam. XXIV, 18: אַתָּה גְּמַלְתַּנִי הַטּוֹבָה וַאֲנִי גְּמַלְתִּיךָ הָרָעָה *tu mihi benefecisti, quum ego tibi malum inferrem.* Gen. L, 15: *omnia mala* אֲשֶׁר גָּמַלְנוּ אֹתוֹ *quae ei intulimus.* Comm. 17. Prov. III, 30. XXXI, 12. Jes. LXIII, 7. Cum לְ pers. Jes. III, 9: גָּמְלוּ לָהֶם רָעָה *sibi ipsis mala inferunt,* calamitates parant. Ps. CXXXVII, 8: גְּמוּלֵךְ שֶׁגָּמַלְתְּ לָנוּ *id quod nobis intulisti.* Absol. in bonam partem accipitur pro: beneficiis affecit aliquem. Cum accus. Prov. XI, 17: גֹּמֵל נַפְשׁוֹ *sibi ipsi benefacit.* LXX τῇ ψυχῇ αὐτοῦ ἀγαθὸν ποιεῖ. Sequ. עַל Ps. XIII, 6. CXVI, 7. (LXX εὐεργετέω) CXIX, 17. CXLII, 8.

2) *retribuit, rependit* alicui bonum malumve. Cum Acc. Ps. XVIII, 21: יִגְמְלֵנִי יְהוָה כְּצִדְקִי *rependit mihi Jehova pro iustitia mea.* VII, 5. 2 Sam. XIX, 37. Sequ. עַל pers. 2 Par. XX, 11. Ps. CIII, 10. Joel IV, 4, et לְ Deut. XXXII, 6: הַלַיהוָה תִּגְמְלוּ זֹאת (nisi aliter divisis vocibus, הַל יְהוָה, etiam h. l. accusativus personae est).

3) *ablactavit* infantem 1 Sam. I, 22. 23. 24. Hos. I, 8, additis verbis מֵחָלָב Jes. XXVIII, 9. Part. pass. גָּמוּל puer recens ablactatus Jes. XI, 8. Ps. CXXXI, 2. Ad ulteriorem educationem referri videtur 1 Reg. XI, 20 (LXX ἐξέθρεψεν).

4) *maturavit* Num. XVII, 23: *et ecce germinabat baculus Aharonis* ...... וַיִּגְמֹל שְׁקֵדִים *et maturabat amygdala.* Intrans. *maturuit.* Jes. XVIII, 5: בֹּסֶר גֹּמֵל *omphaces maturescentes.*

Niph. pass. no. 3. *ablactatus est* Gen. XXI, 8. 1 Sam. I, 22.

Ad etymon paulo obscurius illustrandum A. Schult. (ad Prov. III, 30. clav. dialect. p. 200 et in ep. II ad Menken. p. 38) confert arab. غمل, quod pr. valet operuit fomentis ad ciendum calorem, spec. غمل البسر fovit immaturas uvas (Jes. XVIII, 5), et غمل العنب fovit uvas, alias aliis insternendo, ut maturescant, غمل الاديم fovit pellem, ut putrescat, quod coriarii facere solent. Fovendi et calefaciendi notio translata esse possit a) ad fructus maturandos b) ad puerum ablactatum c) ad beneficia, quae in aliquem congerimus, quibusque eum quasi fovemus: nec a veri specie alienum, tale vc. postea per abusum etiam in malam partem usurpatum esse (v. גָּמַר). Ne huic coniecturae etymologicae nimis tribuisse videar, supra in usu loquendi constituendo acquievi, fateor tamen, me in Schultensii rationem inclinare. *Tribuendi* et *retribuendi* signi-

ficatum in aliis etiam verbis coniunctum habes, ut in كان med. Je, v. Tebr. et Schult. ad Hamas. p. 320. (p. 10 Freyt.)

גָּמָל plur. גְּמַלִּים comm. *camelus*, animal illud in toto oriente (praeter Palaestinam in Arabia Iud. VII, 12. VIII, 21. 26. Jer. XLIX, 29, Aegypto Ex. IX, 3, Syria 2 Reg. VIII, 9) creberrimum et desertorum incolis plane necessarium, tum hominibus (Gen. XXIV, 10. 64. XXXI, 17. 1 Sam. XXX, 17, cf. בֵּכֶר) tum sarcinis portandis (Jes. XXX, 6. Gen. XXXVII, 25) aptissimum, neque in bello inutile (1 Sam. XXX, 17. Jes. XXI, 7 ibique intpp.), pilis etiam (Mt. III, 4. Marc. I, 6), carne et lacte (Iudd. V, 25 coll. Schnurreri dissert. p. 83) commendabile, quo patriarcharum opes magnam partem constabant (Iob. I, 3. XLII, 21). Vulgo iungitur masculino (Gen. XXXVII, 25. 1 Reg. X, 2), feminino nonnisi ubi camela (ἡ κάμηλος) significanda est Gen. XXXII, 16. In iuvenili aetate peculiari nomine בֵּכֶר vocatur, species quaedam cursus celeritate insignis כִּרְכָּרוֹת, q. v. Plura dabunt Bochart. Hieroz. I, 73 sq. Schoderi Hieroz. I, p. 32. — (Reperitur vc. in omnibus linguis semiticis, arab. جَمَل, aeth. ገመል: syr. ܓܡܠܐ cet., et praeterea non solum in graeca et latina, κάμηλος, *camelus*, ex quibus postea in occidentis linguas transiit, sed etiam in aegyptiaca ϫⲁⲙⲟⲩⲗ et ϭⲁⲙⲟⲩⲗ, et sanscridanica sub forma *kraméla* et *kramélaka*, v. Schlegel ind. Biblioth. I, 2 p. 240, quanquam in hac rarius, usitatius enim *ushtra*, اشتر. Valde incertum autem, in quanam linguarum stirpe origo quaerenda sit. Bochartus l. c. aliique גָּמָל ducunt a גָּמַל retribuit, quod camelus animal sit μνησίκακον, iniuriarum memor: magis probabile fuerit, גָּמָל adoptasse vim cognati verbi حمل portavit (v. litt. ג), unde حُمُول cameli pilentum gestantes, حَمُولَة camelus onerarius: fortasse tamen radix potius in Indiae dialectis quaerenda, nec displicet Schlegelii a radice *kram* gradior, derivantis sententia).

גָּמוּל (ablactatus) n. pr. sacerdotis 1 Par. XXIV, 17. De בֵּית־גָּמוּל v. p. 194, ubi corrige *domus ablactati* pro *domus retributionis*.

גְּמוּל m. 1) *actio, opus, bene* aut *male factum*, plenius גְּמוּל יָדַיִם Iudd. IX, 16. Prov. XII, 14. Jes. III, 11, in bonam partem *beneficium* Ps. CIII, 2. Nota phrases: a) הֵשִׁיב גְּמוּלוֹ לְ rependit alicui actiones s. opera ipsius. Ps. XXVIII, 4: הָשֵׁב גְּמוּלָם לָהֶם *rependе iis opera ipsorum*. Prov. XII, 14. Thren. III, 64, sequ. עַל Ps. XCIV, 2, בְּרֹאשׁ Obad. 15, Joël IV, 4 fin. et 7. Diversa est ratio verborum 2 Par. XXXII, 25: וְלֹא־כִגְמֻל עָלָיו הֵשִׁיב יְחִזְקִיָּהוּ *sed non secundum beneficia*, quibus Deus *eum* affecerat, *rependit Hiskias*. b) שִׁלֵּם גְּמוּל לְ id. Ps. CXXXVII, 8. Prov. XIX, 17. Jes. LXVI, 6. Jer. LI, 6, sequ. עַל Joël IV, 4 init. c) עָשָׂה כִּגְמוּל יָדָיו לְ id. Iudd. IX, 16, et omisso כְּ Jes. III, 11. — 2) *retributio*. Jes. XXXV, 4: גְּמוּל אֱלֹהִים *retributio Dei*.

גְּמוּלָה f. 1) i. q. גְּמוּל no. 1. Plur. Jes. LIX, 18. 2) i. q. גְּמוּל no. 2. 2 Sam. XIX, 37. Jer. LI, 56: אֵל גְּמֻלוֹת יְהוָה *deus retribuens est Jehova*.

גְּמַלִּי (qui camelos possidet, l. camelo insidet) n. pr. viri Danitae Num. XIII, 12.

גַּמְלִיאֵל (retributio Dei, cf. Jes. XXXV, 4) *Gamaliel*, n. pr. viri Manassitae Num. I, 10. II, 20. VII, 55. 59. Cod. Sam. ter גמלאל. LXX Γαμαλιήλ.

תַּגְמוּל plur. תַּגְמוּלִים *beneficia* Dei Ps. CXVI, 12.

גָּמַם rad. inusit. Arab. جَمَّ multus fuit, abundavit, plena et impleta fuit mensura, trans. explevit mensuram, ei cumulum adiecit, جُمَم cumulus frumenti mensurae superfusus, جَمَّة et جُمَّة turba, coetus, multum, velut عساكر جَمَّة copiae abundantissimae vit. Tim. I, pag. 460; الجَمّ الغفير turba hominum promiscua, ibid. I, 400. Inde

גַּם pr. subst. *adiectio, cumulus*, in linguae usu ubique part. accessionem s. adiectionem indicans, ut syn. אַף (quod apud poëtas frequentius) 1) *etiam*. Gen. III, 6: וַתִּתֵּן גַּם־לְאִישָׁהּ *et dedit etiam marito suo*. 22. VII, 3. XIX, 21. 35. XXX, 15. XXXV, 17 cet. cet. Vocabulo, ad quod refertur, plerumque praemittitur, nonnunquam tamen a) ab initio enuntiationis ponitur, etsi non ad vocabulum proximum, sed ad aliud quoddam in medio aut fine eius refertur. Prov. XIX, 2: גַּם בְּלֹא־דַעַת נֶפֶשׁ לֹא טוֹב *sine intelligentia etiam studium nihil valet*. XX, 11: גַּם בְּמַעֲלָלָיו יִתְנַכֶּר־נָעַר *etiam iuvenis ex operibus suis cognoscitur*. Gen. XVI, 13: הֲגַם הֲלֹם רָאִיתִי אַחֲרֵי רֹאִי *numquid hic video* i. e. vivo *etiam post visionem* sc. Dei, i. e. Deo conspecto? Num hic loci Deus mortalibus conspiciendum se praebet sine vitae eorum periculo? Iob. VII, 11. Ps. LXXI, 22. Idem supra (p. 89 A) observavimus de particulis אַךְ et רַק. — b) Ubi ad pronomen personale refertur, hoc maioris emphaseos causa saepe iteratur, et גַּם posteriori praemittitur. Gen. XX, 5: וְהִיא־גַם־הִוא אָמְרָה *et etiam ipsa dixit*. Tale pronomen, ubi in casu obliquo est, primum ponitur forma suffixa, dein forma separata, qua de re vide *Lehrgeb.* §. 191. Sic in Genitivo Prov. XXIII, 15: *mi fili, quando sapit cor tuum* יִשְׂמַח לִבִּי גַם־אָנִי *gaudet etiam meum cor*. 2 Sam. XVII, 5: בְּפִיו גַּם־הוּא *etiam suo ore*. 1 Reg. XXI, 19. Cum Acc. Gen. XXVII, 34: בָּרְכֵנִי גַם־אָנִי *benedicas etiam mihi*. Cf. Gen. IV, 26. X, 21. c) Simili modo, ubi גַּם refertur ad verbum aliquod cum emphasi efferendum, ponitur inter verbum finitum et infinitum absolutum. Gen. XLVI, 4: *descendam tecum in Aegyptum* וְאָנֹכִי אַעַלְךָ גַם־עָלֹה *et etiam ascendam*

tecum. XXXI, 15: ויאכל גם־אכול et etiam consumsit. 1 Sam. I, 6. d) Interponitur substantivo et adiectivo. Gen. XX, 4: הגוי גם צדיק תהרג num etiam iustos homines occidis? In sermone poëtico גם saepe dicitur pro simplice ו (cf. dan. og pr. germ. auch, sed in linguae מגע et) Joel I, 12: רמון גם־תמר ותפוח malus punica et palma cum malo. Iud. V, 4. Thren. IV, 15. Iob. XXIV, 19. XXX, 8. Neque aliter וגם et etiam, quod etiam in pedestri oratione ponitur pro copula cum emphasi quadam prolata. Gen. XLII, 28: והנה וגם הנה באמתחתי, cf. V. 27: והנה הוא בפי אמתחתו. Jes. XXX, 5: כי לבשת וגם לחרפה nam pudori et ignominiae. Jos. VII, 11. Gen. XXXVIII, 24. — גם־גם et — et, tam, quam Gen. XXIV, 25. XLIII, 8. Ex. XII, 31. Iudd. VIII, 22, et praevia negandi particula nec, nec Ex. IV, 10. V, 14. Num. XXIII, 25. 1 Sam. XXVIII, 6. Idem est גם־וגם Gen. XXIV, 44. 1 Sam. II, 26. Nonnunquam גם־גם reddi potest quemadmodum, ita. Jer. LI, 12.

2) Non raro etiam idem valet quod adeo. Prov. XIV, 20: גם לרעהו ישנא רש adeo familiari suo invisus est pauper. XVII, 26. Eccl. X, 20. Ps. LXXXIV, 4. Joel III, 2. Praevia negandi particula nequidem. Ps. XIV, 3: אין עשה־טוב אין גם־אחד nemo bene agit, nemo, ne unus quidem. LIII, 4. 2 Sam. XVII, 12. 13: עד אשר־לא־נמצא שם גם־צרר donec ne lapillus quidem ibi inveniatur.

3) Saepe unice emphasi inservit et reddi potest utique, profecto, imo, frequentius tamen in aliis linguis omittitur, et nihil aliud docet, quam proximum vocabulum cum emphasi proferendum esse. Iob. XVIII, 5: גם אור רשעים ידעך utique lux improborum exstinguitur. 1 Sam. XXIV, 12: ראה גם ראה vide, imo vide, siehe, siehe doch! Posterior imperativus priore fortior est, et vehementius invitat ad videndum. Gen. XXIX, 30: et rem habebat etiam cum Rahela, ויאהב גם־את־רחל מלאה et amabat Rahelam magis quam Leam (LXX. Vulg. Saad. גם recte omittunt. Male redderes: amabat etiam Rahelam, nam hanc solam amabat, Leam odio habens. Vers. 31). Iob. II, 10: ... גם את־הטוב נקבל ואת־הרע לא נקבל bonum accepimus a Deo, nonne etiam malum suscipiamus? XIII, 16: גם־הוא־לי לישועה כי־לא לפניו חנף יבא hoc mihi saluti erit, quod non impius in eius conspectum venit i. e. quod ego, in eius conspectum veniens, non impius sum. Maxime a) numeralibus praeponitur cum emphasi. Nominatim גם שנים valet alle beyde, uterque. Gen. XXVII, 45: למה אשכל גם־שניכם יום אחד quare orber utroque vestrum uno die? Prov. XVII, 15: תועבת יהוה גם־שניהם detestatur Jehova utrumque. XX, 10. 13. 1 Sam. IV, 17; et גם־כל ad unum omnes, alle miteinander, vel totum, si fortius opponitur partibus. 2 Sam. XIX, 31: גם את־הכל יקח imo totum sumat. Iudd. IX, 49. Eccl. VII, 21. Ps. XXV, 3. b) גם־עתה pr. nunc, iam dein age, germ. nun, nun gut, wohlan. Gen. XLIV, 10: גם־עתה כדבריכם כן־הוא agite, ita sit, quod dixistis, fiat. Germ. nun gut (wohlan), wie ihr gesagt, so sey es. 1 Sam. XII, 16. Joel II, 12. Iob. XVI, 19. Paulo aliter in loco difficili 1 Reg. XIV, 14: Deus sibi excitabit regem, qui exscindet domum Jerobeami ... ומה גם־עתה et quid nunc? Interrogatio negationem sententiae infert: et tunc nihil ultra supererit, was ist dann noch? pro dann ist's aus damit, dann ist es am Ende.

3) גם־כי etiamsi, sequ. Futuro Jes. I, 15. Hos. VIII, 10. IX, 16. Ps. XXIII, 4, et omisso כי Jes. XLIX, 15: גם־אלה תשכחנה ואנכי לא אשכחך etiam si illae obliviscerentur, ego te non obliviscar. Ps. XCV, 9. Eccl. III, 11. Neh. VI, 1. Mal. III, 15. Idem est כי גם pro גם־כי Eccl. IV, 14. VIII, 12 (ut כי־על־כן pro על־כן־כי.

4) advers. tamen, sed, maxime sequ. negandi particula. Ps. CXXIX, 2. Eccl. IV, 16. Ez. XVI, 28. Affirmandi particulas saepe adversative usurpari et contra, saepius observavimus, v. אבל, אך, אולם.

מגמה f. turba, coetus, copia, ut arab. جمة et جمة, v. rad. Semel legitur Hab. I, 9 de Chaldaeis invadentibus: מגמת פניהם קדימה turba facierum ipsorum i. e. facies ingentis illius turbae prona spectat, ihrer Gesichter Schaar ist vorwärts gerichtet. Ex interpretibus vero proximus videtur Lud. de Dieu, qui reddit: pleraeque facies eorum orientem versus spectant: sed non orientem, sed austrum versus spectabant Chaldaei Palaestinam occupantes, et turbam facierum frigide interpretatur plerasque facies. Vett. intpp. plerique e contextu coniecisse videntur. Symm. ἡ πρόςοψις τοῦ προςώπου αὐτῶν. Alex. ἀνθεστηκότας προςώποις αὐτῶν. Syr. aspectus vultuum eorum. Desiderii significatu voce מגמה utitur Kimchi ad Ps. XXVII, 8, isque coll. arab. جم appetiit, prope fuit instititque res, defendi possit, sed prius illud haud dubie praeferendum, quum congruat cum illo radicis גמם usu, qui etiam in particula גם conspicuus est. Schult. ad Floril. sent. p. 174 جم a puteo aqua abundante et inexhausto ad equum roboris inexhausti transferri docet, et inde vc. nostro inexhausti impetus significatum tribuit.

גמץ rad. inusit. Chald. גמץ fodit Ps. VII, 16, syr. ܓܡܨ fossus est. Inde

גומץ (verbale Pual. pro מגמץ) fovea. Eccl. X, 8. Chald. גומצא et כומצא, syr. ܓܘܡܨܐ id. cf. arab. غمص terra depressa, humilis, et غمس demersit, submersit.

גמר fut. יגמר 1) perfecit, absolvit. Ps. LVII, 3: invoco Deum גמר עלי qui perficiet pro me, i. e. causam meam aget. Sic Ps. CXXXVIII, 8 sequ. בעד. 2) intrans. desiit, defecit. Ps. VII, 10: יגמר־נא רע רשעים utinam

desinat malitia improborum. XII, 2: כִּי גָמַר חָסִיד *nam deficiunt pii.* LXXVII, 9. (In diall. aramaeis haec radix utroque significatu frequentissima est, ita tamen ut vis transitiva in Pa. usitatior sit. Derivata sunt ܓܘܡܪܐ perfectio, ܡܓܡܪܢܐ perficiens, ܓܡܝܪܐܝܬ perfecte, penitus. Exempla v. in Lexx. et Hartmann lingu. Einl. p. 219).

גְּמַר chald. id. Part. pass. גְּמִיר *perfectus, absolutus* in arte vel doctrina. Esr. VII, 12.

גֹּמֶר *Gomer*, n. pr. 1) populi Japheto oriundi (Gen. X, 2), a quo Togarma s. Armeni descendisse dicuntur (Gen. X, 3), quodque in exercitu Magogitarum una cum Togarma commemoratur (Ez. XXXVIII, 6). Probabiliter intelligendi *Cimmerii* (*Κιμμέριοι*) Chersonesum Tauricam cum regionibus vicinis ad Tanais et Istri ostia habitantes, incursionibus in Asiam minorem sexto ante Christum seculo factis famosi (Herod. 1, 6. 15. 16. 103. 4, 1. 11. 12. Strabo I, p. 20. 61. VII, p. 309. XI, p. 494 Casaub. Cf. Th. S. Bayeri Comment. de Cimmeriis in Commentarr. Acad. Scientiar. Petrop. T. II et in eius Opuscc. Halae 1770 p. 126). Apud Arabes huius regionis populi litteris traiectis vocantur قِرِم, unde hodieque *Krim* pro Chersoneso Taurica, et بحر القرم mare Cimmerium de ponto euxino, v. Abulf. ap. Schult. in ind. geogr. ad vit. Salad. s. v. Rumaeorum promontorium. Josephus (Arch. I. 6 §. 1) Galatas interpretatur: *τοὺς νῦν ὑφ' Ἑλλήνων Γαλάτας καλουμένους, Γομαρεῖς δὲ λεγομένους, Γόμαρος ἔκτισε*, *Cimbros* probabiliter significans, et fortasse etiam *Kymr*, celticae tribus nomen antiquum, quod etiam recentiores nonnulli (Hasse *Entdeckungen* T. I. p. 8) idem esse voluerunt quod גֹּמֶר et *Κιμμέριοι*. Plane infeliciter in hoc vc. explicando versatus est Bochartus (Phaleg. III, 8), qui ex etymo semitico (גָּמַר consumsit, spec. igne, גּוּמְרָא carbo) Phrygiam, maxime *κατακεκαυμένην*, intelligi colligit. Schulthessius (*Paradies* p. 176) confert Chomeros, populos ad Oxum, Wahlius (descr. Asiae I, p. 274) armen. գամիր *gamir*, quod Cappadociam notat.

2) uxoris Hoseae prophetae, mulieris meretriciae. Hos. I, 3. Appell. carbo, coll. גּוּמְרָא carbo, جَمْر carbones, sec. Hieron. consummata sc. in libidinibus.

גְּמַרְיָה (quem *Jehova perfecit*, fort. cuius causam egit coll. Ps. LVII, 3. CXXXVIII, 8) n. pr. viri, quem Zedekias legatum ad Nebucadnezarem mittebat Jer. XXIX, 3.

גְּמַרְיָהוּ (id.) scriba ex optimatibus tempore Jeremiae. Jer. XXXVI, 10—12.

גָּנַב fut. יִגְנֹב 1) *furatus est, furto abstulit, surripuit.* (Syr. et chald. גְּנַב, ܓܢܒ id. Videtur autem hoc verbum denominativum esse a جَنْب, ܓܢܒܐ latus, et pr. valere *ad latus ponere*, nostr. *auf die Seite bringen*, hinc clam removere, auferre. Arab. جنب multas habet significationes a notione lateris ductas, ut fregit latus, duxit a latere, جُنِبَ e latere laboravit, جَنِبَ contraxit latus).

Constr. absol. Ex. XX, 13. Jos. VII, 11. Prov. XXX, 9. Hos. IV, 2, c. acc. rei Gen. XXXI, 19. 30. 32. Ex. XXI, 37. 2 Sam. XXI, 12, et personae (nam etiam de hominum raptu usurpatur) Ex. XXI, 16. Deut. XXIV, 7. 2 Reg. XI, 2, et transfertur etiam ad inanimata, ut ventum. Iob. XXI, 18: וּכְמֹץ גְּנָבַתּוּ סוּפָה *et sicut palea, quam turbo aufert.* XXVII, 20. Part. גָּנוּב furto ablatus Gen. XXX, 33. Prov. IX, 17. Fem. constr. cum Jod parag. Gen. XXXI, 39: גְּנֻבְתִי יוֹם וּגְנֻבְתִי לָיְלָה *quod interdiu et noctu furto ablatum erat.* Cum alio verbo finito notat *furtim egit* 2 Sam. XIX, 42: *quare fratres nostri, viri Judae, te furto abstulerunt et traduxerunt* cet. i. e. clam et furtim te traduxerunt. — 2) *fefellit*, maxime sequ. לֵב *fefellit cor* i. e. intellectum alicuius. Gen. XXXI, 20: וַיִּגְנֹב יַעֲקֹב אֶת־לֵב לָבָן *et Jacobus fefellit Labanum*, Vers. 26: מֶה עָשִׂיתָ וַתִּגְנֹב אֶת־לְבָבִי, Vers. 27 omisso לֵב: וַתִּגְנֹב אֹתִי. Cf. Pi. no. 2. Hebraei לֵב h. l. explicant דַּעַת, et in eandem sententiam utuntur formula גנב דעת, ut Maimon. in דיעות, 2 §. 6. אסור לגנוב דעת הבריות ואפילו דעת הכותי *vetitum fallere homines, etiam Samaritanos.* Eodem modo usurpatur gr. *κλέπτειν* et *κλέπτειν νόον*. Il. 14, 217: *πάρφασις, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων*, Hesiod. Theog. 613, unde Mercurius *κλεψίφρων* dicitur hymn. in Merc. 413. „Sic Arist. Rhetor. 3. *οὕτω γὰρ κλέπτεται ὁ ἀκροατής sic enim fallitur auditor.* Chrysost. de sacerd. *τῷ σκότει κλαπείς tenebris deceptus.* Soph. *εἰ τ' Αἵμονος φθόγγον συνίημ', ἢ θεοῖς κλέπτομαι; vocemne Aemonis intelligo, an a Diis decipior?* Suidas, *οἱ δὲ τὸ ἀκριβὲς μὴ εἰδότες, ἀλλὰ τῇ πρώτῃ κλαπέντες ὄψει.*" de Dieu ad Gen. l. c. cf. eundem ad Joh. X, 24.

Niph. furto ablatus est Ex. XXII, 11.

Pi. 1) i. q. Kal 1. Jer. XXIII, 30. 2) i. q. Kal no. 2. 2 Sam. XV, 6: וַיְגַנֵּב אַבְשָׁלוֹם אֶת־לֵב אַנְשֵׁי יִשְׂרָאֵל *et fefellit Absalomus his artibus Israëlitas.* Aliter LXX *ἰδιοποιεῖτο Ἀβεσσαλὼμ τὴν καρδίαν* cet. et Clericus: *sibi furtim conciliabat animos Israëlitarum*, sed praestat hanc formulam eadem significatione accipere, quam habet in Kal.

Pu. i. q. Niph. Gen. XL, 15. Ex. XXII, 6. Inf. absol. גֻּנֹּב Gen. l. c. Metaph. Iob. IV, 12: אֵלַי דָּבָר יְגֻנָּב *furtim s. clam ad me delatum est oraculum.* „Sic Lucian. in Amor. p. 884 *κλεπτομένην λαλιὰν* et *ψιθυρισμοὺς* coniunxit: et p. 899 *ὑπεσταλμένῳ τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ τὸ ῥηθὲν ἔκλεπτεν.*" Schult. ad h. l.

Hithpa. furtim egit, sequ. Gerundio. 2 Sam. XIX, 4: וַיִּתְגַּנֵּב הָעָם בַּיּוֹם הַהוּא לָבוֹא הָעִיר כַּאֲשֶׁר יִתְגַּנֵּב הָעָם הַנִּכְלָמִים בְּנוּסָם בַּמִּלְחָמָה *et populus illo die furtim ingrediebatur in urbem, quemadmodum furtim intrant,*

quos pudet, quia fugerunt in pugna. (Syr. ܐܬܓܢܒ subduxit se Gen. XXXI, 27, idem est ܓܢܒ ܢܦܫܗ Hist. Susannae I, 14: ܓܢܒܘ ܢܦܫܗܘܢ ܚܕ ܡܢ ܚܕ subduxerunt se alter ab altero, *sie stahlen sich von einander weg*. Sine ܢܦܫܐ Sir. XXVI, 13: *filiae impudicae multos da custodes, nam non quiescit, ܥܕܡܐ ܕܬܓܢܒ donec furtim* ad furta *evaserit*).

גַּנָּב m. *fur*. Syr. ܓܢܒܐ Ex. XXII, 1 sq. Deut. XXIV, 7. Ps. L, 18 cet. חַבְרֵי גַּנָּבִים socii furum Jes. I, 23.

גְּנֵבָה f. *furto ablatum* Ex. XXII, 3. Cum Suff. גְּנֵבָתוֹ furto ab eo ablatum Vers. 2.

גְּנֻבַת (furtum) n. pr. *Genubath*, filius Hadadi et Tachpenes 1 Reg. XI, 20.

גָּנַז rad. inusit. Chald. גְּנַז abscondidit, in thesauro reposuit, syr. ܓܢܝܙ absconditus, reconditus, Ethpe. ܐܬܓܢܙ absconditus est. Arab. جنز occultavit, collegit. Aeth. ገነዘ: involvit, maxime cadaver linteis, dein sepelivit. Vicinae radd. sunt כָּנַס, كنس, كنز, כָּנַשׁ; et litteris transpositis (transpositio enim maxime in sibilantibus usitata) a) כָּמַס, unde מֶכֶס thesaurus, b) סָכַן, unde מִסְכְּנוֹת promtuaria; c) חָסַן, خزن asservavit, مخزن nostr. *Magazin*.

גְּנָזִים constr. גִּנְזֵי m. plur. 1) *thesauri* Esth. III, 9. IV, 7. Sequioris Hebraismi vox pro vulgari אוֹצָר. — 2) *cistae*, in quibus merces pretiosiores reconduntur, ut ad mercatus mittantur. Ez. XXVII, 24.

גְּנַז chald. id. nonnisi in plur. גִּנְזִין, גִּנְזַיָּא *thesauri, gazae*. Esr. VII, 20. בֵּית גִּנְזַיָּא gazophylacium Esr. V, 17. VI, 1. Transiit hoc vc. etiam in linguam persicam (گنج) et armenicam (գանձ v. c. pro אוצר Iob. XXXVIII, 22. Ez. XXXIII, 6, *θησαυρός* Mt. II, 11. XII, 35): minime tamen dubito, quin proprie semiticum sit, neque persicum, ut vult Lorsbach (*Archiv* II, 273), vel armenicum (Schroeder de lingua arm. p. 56); vidimus enim, illam radicem in linguis semiticis latissime regnare. Aramaei habent etiam formam contractiorem גזא (in Talmude, lege גִּזָּא), ܓܙܐ et ܓܙܘܬܐ Barhebr. p. 425, quae itidem in veterem Persismum transierat, et maxime pecuniam regiam ex tributis et vectigalibus congestam designabat. Hesych. *Γάζα παρὰ Πέρσαις βασίλειον, ἢ οἱ ἐκ τῶν πολλῶν φερόμενοι φόροι*. Curt. 3, 13 §. 5: ante solis ortum pecuniam regiam, gazam Persae vocant, cum pretiosissimis rerum offerri iubet. Reland dissert. miscell. VIII. p. 184. Burton *Λείψανα* veteris linguae persicae p. 39. Congruit etiam sanskr. *coscha* thesaurus.

גִּנְזַךְ plur. גִּנְזַכִּים *gazophylacia* templi. Semel legitur 1 Par. XXVIII, 11. Terminatio formativa ־ַךְ, ־ָךְ in aliis quoque vocibus chaldaeis, ut אִלֵּךְ, דָּךְ, obvia est, v. *Lehrgeb*. p. 516.

גִּזְבָּר m. Esr. I, 8 *thesaurarius*, pecuniae regiae apud Persas praefectus. Vide quae diximus ad גְּנַז. Plur. in contextu chaldaeo גִּזְבְּרִין Esr. VII, 21, et extruso sibilo גְּדָבְרִין Dan. III, 2. 3. Congruit syr. ܓܙܒܪܐ, ܓܝܙܒܪܐ ܓܙܒܪܘܬܐ praefectus thesauri Assem. bibl. III, 593. Barhebr. 425, pers. گنجوار, pehlev. *Gandjober* (Anquetil Zendavesta II, 514): et compositum est vc. ex גְּנַז, contr. גִּזָּא, ܓܙܐ thesaurus, et syllaba persica وار et ور war (germ. *bar*, in *ehrbar*, *achtbar*), quae possessivis formandis inservit, cf. דְּתָבַר. Reperitur etiam apud Nasoraeos, ubi ܓܙܒܪܐ quoddam geniorum genus, et غزفره praesulem notat, utrumque pr. thesaurarium. Ilgenius (ad Tob. p. 172) primam huius vc. syllabam repetitam censet a جِزْيَة tributum, vectigal a rad. جزا, conf. pers. گزيه tributum, et radicem גנז inserto Nun secundariam esse coniicit; quod tamen minus probabile ob ea, quae paulo superius (s. גְּנַז et גִּזָּא) disputata sunt. In Vers. hebr. Dan. l. c. legitur נדברים, pro quo haud dubie reponendum גדברים, cum iste interpres horum munerum nomina alibi constanter retinere soleat.

גָּנַן pr. *texit, obtexit*. (Arab. جَنَّ sequ. على, ut saepe in verbis tegendi, ẜid. v. c. جَنَّ عليه الليل texit eum nox Cor. 6, 76. Syr. ܐܓܢ obtexit, obumbravit Luc. I, 35. Act. X, 44. XI, 15, sequ. ܥܠ Iob. I, 10. II, 23. Cf. כָּנַן, كَنَّ). Translate *protexit*, ubique de Deo homines protegente, c. c. עַל 2 Reg. XX, 6: וְגַנּוֹתִי עַל־הָעִיר הַזֹּאת *et protegam hanc urbem*. Jes. XXXVII, 35. XXXVIII, 6. Semel sequ. אֶל 2 Reg. XIX, 34.

Hiph. fut. יָגֵן i. q. Kal Jes. XXXI, 5, sequ. עַל Zach. IX, 15, בְּעַד (v. בְּעַד no. 3) ib. XII, 8 cf. Ps. III, 4.

גַּן c. acc. dist. גַּן c. Suff. גַּנִּי, plur. גַּנִּים comm. (fem. Gen. II, 15) *hortus*, ita dictus utpote sepe munitus et protectus (cf. הָגֵן בְּעַד Zach. IX, 15 et gr. lat. *χόρτος*, *hortus*). Intelligitur maxime arboretum (Gen. II, 8 sq. cf. Jes. I, 29), quanquam etiam de viridario (גַּן הַיָּרָק Deut. XI, 10) et de horto floribus herbisque aromatiferis

et de horto floribus herbisque aromatiferis consito usurpatur (Cant. IV, 16. VI, 2). גַּן־הַמֶּלֶךְ hortus regius 2 Reg. XXV, 4. Jer. XXXIX, 4. LII, 7. בֵּית הַגָּן domus horti 2 Reg. IX, 27. גַּן־עֵדֶן *hortus* in regione (mythica) *Eden* a Deo plantatus Gen. III, 24. Ez. XXXVI, 25. Joël II, 3, qui etiam גַּן אֱלֹהִים dr. Ez. XXVIII, 13. XXXI, 8. 9 et גַּן יְהוָה Gen. XIII, 10. Jes. LI, 3. *Hortus clausus* Cant. IV, 12 figurate dicitur de muliere casta, cf. de hac figura A. Driessen in Diss. Lugdd. p. 1109. In aliis linguis cognatis ܓܢܬܐ, جَنَّة, גִּנְּתָא, גִּנָּא, גַּן idem notant. In Hebraismo forma

גַּנָּה f. idem valet, sed nonnisi in poët. sermone usitata est. Jes. I, 30. LXI, 11. Plur. גַּנּוֹת Jes. I, 29. LXV, 3. LXVI, 17. Jer. XXIX, 5. 27. Am. IV, 9. IX, 14. Num. XXIV, 6. Ap. Jes. l. l. c. c. horti s. arboreta commemorantur tanquam idololatriae sedes.

גִּנָּה f. id., sed nonnisi in sequiore Hebraismo et in Chaldaismo. Esth. I, 5. VII, 7. 8. Cant. VI, 11. Iob. VIII, 16.

גִּנְּתוֹי (i. q. גִּנָּה ,גַּנָּה hortus) n. pr. viri 1 Reg. XVI, 21. 22.

גִּנְּתוֹן (hortus magnus) n. pr. viri Neh. X, 7. XII, 16, quod (vitiose) XII, 4 גִּנְּתוֹי scribitur.

מָגֵן (cum Kamez impuro, probabiliter pro forma chaldaizante מְגַן, sed more radicum 1 gutt., cf. הָחֵל) c. Suff. מָגִנִּי, plur. מָגִנִּים constr. מָגִנֵּי comm., (fem. 1 Reg. X, 17. 2 Par. IX, 16) *clypeus*, a protegendo dictus. (Arab. مِجَنّ et مِجَنَّة clypeus v. c. Abulph. Dyn. 163, جُنَّة id. جَنَّان armatura, clypeus maior. Syr. ܡܓܢܐ clypeus). Iudd. V, 8. 2 Sam. I, 21. XXII, 31. 36. 2 Reg. XIX, 32 cet. Ex 1 Reg. X, 16. 17. 2 Par. IX, 16 colligi potest, מָגֵן ita distinguendum esse a syn. צִנָּה, ut illud minoris molis et ambitus sit, hoc maioris. Etenim nonnisi dimidium auri deaurando clypeo (מָגֵן) impendebatur eius quod deaurando scuto (צִנָּה) insumebant. — אִישׁ מָגֵן vir clypeo armatus, de latrone armato Prov. VI, 11. XXIV, 34. Metaph. a) saepe de Deo protectore. Gen. XV, 1: אָנֹכִי מָגֵן לָךְ *ego clypeus* i. e. protector *tuus ero*. Deut. XXXIII, 29. Ps. III, 4: אַתָּה יְהוָה מָגֵן בַּעֲדִי *tu, Jehova, clypeus circa me*. XVIII, 3. 31. LIX, 12. LXXXIV, 12. CXLIV, 2. — Ps. VII, 11: מָגִנִּי עַל אֱלֹהִים *clypeus meus est penes Jehovam* i. e. Deus tenet qs. clypeum meum, clypeo me protegit. Cf. Ps. LXXXIX, 19. b) מָגִנֵּי אֶרֶץ *clypei terrae* poët. de principibus, incolas vi armorum protegentibus. Ps. XLVII, 10. Hos. IV, 18. Cf. בַּדִּים vectes Hos. X, 6.

מְגִנָּה f. *tegumentum*. Semel legitur Thren. III, 65: תִּתֵּן לָהֶם מְגִנַּת־לֵב תַּאֲלָתְךָ לָהֶם *da iis tegumentum cordis, exsecratio tua veniat super illos*. Dictio haec figurata accommodate ad linguarum semiticarum indolem varie exponi potest. a) Schult. in Opp. min. pag. 310. 311. Erdmann in animadv. ad h. l. aliique *obdurationem* et *obstinationem cordis* interpretantur, quandoquidem tegumentum oculis, auribus, cordibus impositum apud Arabes et in N. T. (κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν 2 Cor. III, 15) profligatissimam impiorum pervicaciam notat. Cor. XVII, 48: وَجَعَلْنَا عَلَى قُلُوبِهِمْ أَكِنَّةً et imposuimus cordibus eorum tegumenta, cf. VI, 25. XLI, 4 et similem locutionem: obsignare cor VII, 98. 99. IX, 88. 94. X, 75. XXX, 59. XL, 37. XLII, 23. XLV, 22 cet. Hostibus suis hanc obdurationem imprecatur propheta, ut ista pervicacia in perniciem ruant. Praeivit hanc interpretationem iam Kimchius: אפשר שיהיה מהענין הראשון ופירשו כסוי לב על דרך השמן לב העם הזה. Idem vero b) aliam subiungit a patre acceptam, linguae rationibus non minus accommodatam. ואאזל פי׳ כסוי הלב חולי ידוע הוא מתחלואי המות ואומרים לו בערבי גאשית אלקלב *pater meus tegumentum cordis interpretatur de morbo letifero, qui arabice* غاشية القلب *vocatur*. Est autem غاشية القلب deliquium animi, impr. quale mortem praecedit (cf. Cor. 33, 19), ita dictum ab oculis et mente caligine tectis et obvolutis, quam translationem habes etiam in radd. hebraeis עָטַף et עָלַף. Alii denique, ut Chr. B. Michaëlis, c) coll. arab. مَجَنَّة insania, furor et جُنَّ insanus fuit, *insaniam cordis* interpretantur, quod placeret, nisi suspicio esset, hanc significationem a nomine جِنّ genius, daemon, idque a *Genio* Latinorum repetitum esse. Possit quidem insania etiam a corde operto et caligine obvoluto vocata esse, certam tamen analogiam desidero.

גִּנְּתוֹן v. גִּנְּתוֹי.

גָּעָה *mugiit* bos, rad. onomatopoëtica. Talmud. id. Syr. et zab. ܓܥܐ clamavit, vociferatus est i. q. צָעַק, cui respondet gr. γοάω. Fortasse etiam germ. *Kuh*, angl. *cow*, pers. گاو vocabula sunt ab hoc sono facta.

גֹּעָה (mugiens, sec. Sim. pro יְגִיעָה fatigatio) n. pr. loci prope Hierosolyma. Jer. XXXI, 39. Targ בְּרֵיכַת עֶגְלְתָא *piscina vituli*.

גָּעַל *fastidivit, cum fastidio abiecit, respuit*. (Chald. Ithpe. pollutus, impurus fuit, v. גָּאַל no. II, unde notio fastidii derivari potest, nimirum pro impuro, sordido habuit, cf. זָהַם. Arab. جعل vulgatissimum est vc. *ponendi* significatu, syr. ܐܓܥܠ est deposuit, commendavit, quod num a reiiciendo et abiiciendo dictum sit, in

medio relinquo). Frequentissima est formula גָּעֲלָה נַפְשִׁי אֶת anima mea fastidit aliquem vel aliquid, siquidem fastidium, pariter atque appetitus, animae tribui solet, Lev. XXVI, 11. 15. 30. 43, cum בְּ obiecti Jer. XIV, 19, et sine נֶפֶשׁ Lev. XXVI, 44. Ez. XVI, 45.

Niph. abiectus est. 2 Sam. I, 21: כִּי שָׁם נִגְעַל מָגֵן גִּבּוֹרִים *ibi enim abiectus est clypeus heroum*, ut bene Vulg. LXX προςωχθίσθη. E significatione chaldaea verti possit: *pollutus* inquinatus *est clypeus*, utpote in turpi fuga abiectus, sed vulgaris et certus abiiciendi significatus magis placet.

Hiph. i. q. Kal. Iob. XXI, 10: שׁוֹרוֹ עִבַּר וְלֹא יַגְעִל *bos* i. e. vacca *eius concipit nec respuit* sc. tauri semen, i. e. abortum non patitur. Vulg. bos eorum concepit, et non abortivit. Aqu. οὐκ ἐξέβαλε. Symm. οὐκ ἐξέτρωσε. LXX οὐκ ὠμοτόκησε. Cf. infra sub עָבַר disputanda.

גַּעַל (fastidium) n. pr. viri Iud. IX, 26. 28. 30.

גֹּעַל *fastidium.* Ez. XVI, 5: בְּגֹעַל נַפְשֵׁךְ *cum fastidio animae tuae* i. e. ita ut te ipsam fastidires, i. q. בְּגָעֳלֵךְ; non, ut alii volunt, cum *fastidio vitae tuae.* Fastidium enim, ut vidimus, animae tribuitur, et נַפְשֵׁךְ ad subiectum, non ad praedicatum refertur.

גָּעַר fut. יִגְעַר *increpuit, obiurgavit* aliquem, ut pater filium Gen. XXXVII, 10: וַיִּגְעַר בּוֹ אָבִיו *et increpuit eum pater eius.* Ruth II, 16. Jer. XXIX, 27. Constr. c. acc. et בְּ. (Syr. ܓܥܰܪ id. Aeth. ገዐረ: clamavit Marc. IX, 26. XXV, 27. Affine est arab. جَأَرَ mugivit, alta voce rogavit, supplicavit cum gemitu et planctu Cor. 23, 66). Saepe dr. de Deo, hostes suos increpante Jes. XVII, 13. LIV, 9. Ps. IX, 6. LXVIII, 31. CXIX, 21, maxime ut eos compescat et absterreat a conatibus impiis Zach. III, 2: יִגְעַר יְהוָֹה בְּךָ הַשָּׂטָן *Dominus increpet te, Satana!* i. e. cohibeat, coerceat te. Malach. III, 11: וְגָעַרְתִּי לָכֶם בָּאֹכֵל *coercebo vobis* (in vestrum commodum) *comestorem* i. e. animalia voracia et noxia. II, 3: הִנְנִי גֹעֵר לָכֶם אֶת־הַזֶּרַע *ecce increpabo vobis semen*, i. e. vetabo semini, ne in horrea vestra intret, denegabo vobis messem vestram. (Etiam apud Arabes نَهَرَ increpuit dr. pro compescuit v. c. dolorem Ibn Doreid 133, et aram. נְזַף c. acc. rei et בְּ personae denegavit alicui aliquid, ut ap. Malach. Cf. Carm. Sam. II, 16). Refertur etiam ad mare, quod a Deo increpatum exarescit. Ps. CVI, 9: וַיִּגְעַר בְּיַם־סוּף וַיֶּחֱרָב *increpuit mare algosum et exaruit.* Nah. I, 4.

גְּעָרָה *increpatio, obiurgatio,* maxime liberorum a parentibus. Prov. XIII, 1: וְלֵץ לֹא־שָׁמַע גְּעָרָה *et irrisor non curat obiurgationem.* XVII, 10, stultorum a sapientibus Eccl. VII, 5, militum ab hostibus Jes. XXX, 17. Usurpatur dein de Deo hostes increpante, iisque exitium parante Ps. LXXVI, 7. LXXX, 7, mare compescente, ut exarescat Ps. CIV, 7. Jes. L, 2.

מִגְעֶרֶת f. *increpatio, maledictio* Dei, hominibus exitialis Deut. XXVIII, 20.

גָּעַשׁ pr. *feriit, quassavit,* germ. *stossen.* (Syr. ܓܥܰܫ sec. Ferr. cornu petiit, *stossen*). Dein in coniugationibus passivis *concussus, commotus est,* pr. *hin und hergestossen werden.* Et semel ita in Kal Ps. XVIII, 8: וַתִּגְעַשׁ וַתִּרְעַשׁ הָאָרֶץ *concussa est et contremuit terra.* In loco parallelo 2 Sam. XXII, 8 legitur Hithpa., in quo haec significatio crebrior est, scriptor tamen prima coniugatione intransitive usus esse videtur propter paronomasiam verborum תִּגְעַשׁ תִּרְעַשׁ.

Pu. גֹּעַשׁ id. Iob. XXXIV, 20: יְגֹעֲשׁוּ עָם וְיַעֲבֹרוּ *commoventur* i. e. vacillant *populi et pereunt.*

Hithpa. commotus est, de terra Ps. XVIII, 8 et 2 Sam. XXII, 8 fin., de fluctibus Jer. V, 22. XLVI, 7. 8.

Hithpo. vacillavit, titubavit ebrius. Jer. XXV, 16.

גַּעַשׁ (concussio, terrae motus) mons in montanis Ephraim, in cuius septentrionali parte sepultus est Josua. Jos. XXIV, 30. Iudd. II, 9. Inde נַחֲלֵי גַעַשׁ *valles Gaas,* illi monti subiectae. 2 Sam. XXIII, 30. 1 Par. XI, 30.

גַּף corpus, v. גָּפַף.

גַּף chald. ala, v. גָּפַף.

גָּפָה rad. inusit. et dubia. Arab. جَفَا iniuria affecit, duriter tractavit. Inde fort.

מַגְפִּיעָשׁ n. pr. viri Neh. X, 21, qui idem putatur atque מַגְבִּישׁ. (Interpretari possis: dure tractans coetum, עַשׁ ab עוּשׁ congregavit).

גֶּפֶן rad. inusitata, quam idem fere valuisse suspicor quod גָּבַן curvus, inflexus fuit. Inde apud Arabes جَفْنٌ cilium, palpebrae (cf. ܓܒܺܝܢܳܐ supercilium) it. palmes, *Weinrebe* (ab inflectendo dictus). Usurpatur quidem جَفْنٌ et جُفْنٌ a Saadia aliquoties (Gen. XL, 9. XLIX, 11) pro hebr. גֶּפֶן, pro more huius interpretis, vocabula hebraeis consona arcessendi, sed proprie palmitem notare, testis est Firuzab. p. 1733, qui جَفْنٌ explicat أَصْلُ الكَرْمِ او قُضْبَانُهُ او ضَرْبٌ مِنَ العِنَبِ. A significatione curvi et inflexi est etiam جَفْنَةٌ scutella, paropsis, et جَفْنٌ II. IV.

multum coivit, cf. lat. incurvavit. Significatio putandi, amputandique, quam huic radici tribuit Simonis, ut vitem a putando ducat, minime sequitur ex hac Lexicographorum glossa: „جفن iugulavit camelum, et carnem comedendam dedit in paropside“, haec enim significatio secundaria est et a paropside ducta, q. d. *aufschüsseln*. Olim in Lex. min. conieci, radicem גָּפַן, ut apud Samaritanos (Gen. XLI, 56) esuriendi et sitiendi vim habuisse, et idem valuisse atque כָּפַן, quod Ez. XVI, 7 de sitientibus vitis radicibus ponitur; sed illud nunc praefero. Inde

גֶּפֶן c. Suff. גַּפְנִי plur. גְּפָנִים comm. (sed masc. rarius Hos. X, 1. 2 Reg. IV, 39) *palmes*, et planta palmites habens, maxime *vitis*, quae tamen, ubi maiore accuratione opus videbatur, ut in legibus, גֶּפֶן הַיַּיִן vocatur Num. VI, 4. Iudd. XIII, 14, raro de aliis plantis similibus, ut גֶּפֶן שָׂדֶה 2 Reg. IV, 39 palmes agrestis, in quo cucumeres agrestes crescunt. (Cf. quae supra de arab. جَفْن observavimus. Syr. ܓܦܬܐ, chald. גּוּפְנָא, גּוּפַן vitis, sed in Plur. גּוּפְנִין etiam labruscae vitesque agrestes). Creberrime dein simpl. *vitem* denotat Gen. XL, 9. Jes. VII, 23. XXIV, 7. XXXII, 12. Iudd. IX, 13 sq. *Sedere sub vite sua et ficu sua* Mich. IV, 4. 1 Reg. V, 5 et *comedere de vite sua* 2 Reg. XVIII, 31. Jes. XXXVI, 16 formulae sunt felicem et tranquillam civium conditionem depingentes. *Vitis generosa* figurate designat generosiorum hominum indolem Jer. II, 21 (cf. Jes. V, 2), et contra *vitis peregrina, vitis Sodomitica* (Jer. l. c. Deut. XXXII, 32) indolem ignobilem et degenerem. Quod ad posterius attinet, pessimum quoddam vitium genus in vicinia maris mortui provenisse videtur, quemadmodum etiam poma Sodomitica, cinere intus repleta a scriptoribus celebrantur (Jos. bell. iud. IV, 8 §. 4. Hasselquist. itin. p. 560, cf. Sap. 10, 7). In universum autem Hebraeorum poëtae *vitem* allegorice de populo Israëlitico frequentant Ps. LXXX, 9. Ez. XIX, 10. Hos. X, 1 cf. Jes. V, 2 sq.

גָּפַף rad. inusit., quae idem notasse videtur quod radix affinis גָּבַב incurvatus est, more gibbi. Inde

גַּף m. 1) *dorsum* i. q. גַּב. Semel legitur metaph. Prov. IX, 3: עַל־גַּפֵּי מְרֹמֵי קָרֶת *super dorsa excelsorum urbis* i. e. in excelsis urbis partibus. עַל־גַּפֵּי h. l. vix differt a chald. עַל־גַּבֵּי *super*, de quo vide p. 256 A. (In Vers. Sam. ࠂࠐࠇ, lege גבר vel גַּפֵּי, gibbosum notat). — 2) *corpus* (cf. גַּו, גֵּו, גְּוִיָּה). Ex. XXI, 3: אִם־בְּגַפּוֹ יָבֹא בְּגַפּוֹ יֵצֵא *si cum* solo *corpore suo* i. e. caelebs, sine uxore et liberis *venit, ita exeat*. Cf. Vers. 4. LXX μόνος. Cod. Sam. בגפיו, qua forma eam haud dubie inculcare volebat interpretationem, etsi minime probandam, quam a Kimchio quoque commemoratam Vulg. expressit: *cum vestimentis suis*, ut גַּף sit ex usu aramaeo i. q. כָּנָף ora vestis.

גַּף chald. *ala*. Plur. גַּפִּין Dan. VII, 4. 6, et saepe in Targg. pro hebr. כָּנָף. Syr. ܓܶܦܳܐ, zab. ܓܢܦܐ, ܓܘܢܦܐ ala, brachium, hebr. אֲגַף id. *Dorsi* significatio, quam habet vc. in lingua hebraea, ad quamlibet superficiem et nominatim *latus* translata esse videtur (v. גַּב p. 256 A), a latere autem fluxit *alae* significatio. In utraque, lateris et alae, significatione inveniuntur etiam formae med. Nun (chald. גַּנְפִּין, sam. ࠂࠍࠐࠉ, sic enim legendum Gen. I, 21 pro ࠂࠍࠐ, ubi codex habet כָּנָף, arab. جَنَف ad latus declinavit), hae tamen formae (quibus fortasse etiam כָּנָף ala annumerari potest) secundariae esse videntur, ita ut Nun ex Dagesch forti resoluto ortum sit.

אֲגַף vel **אֲגַף**, nonnisi in Plur. אֲגַפִּים Ez. XII, 14. XVII, 21. XXXVIII, 6. 9. 22. XXXIX, 4 pr. *alae* sc. exercitus, *Heeresflügel*, et poët. de ipsis copiis, a quibus discernuntur populi (XXXIX, 4). Respondet chald. אֲגַף plur. אַגְפִּין Cant. V, 11 Targ. i. q. גַּפִּין cum Aleph prosthetico. *Alae*, uti Latinis (Cic. Off. 2, 13. Liv. 31, 21. Lipsius de milit. rom. 2, 7) et nostratibus, ita Semitis dicuntur turmae, maxime equestres, quae lateribus aciei adiici solebant, eoque magis ad rem accommodata est haec translatio, cum ipsum גַּף, ut vidimus, proprie *latus* denotet. Sic apud Arabes est جناح الخيل *ala equitatus* hist. Tim. II, 22 Mang., cf. I, 322. II, 644, Motanabbi in de Sacy chrest. arabe I, 343. coll. scholio arab. T. III. p. 119; in Cod. Nasor. I, 82: ܟܢܦܐ ܓܘܢܝܐ ܘܟܢܦܐ ala et cohors alarum, cf. I, 32 lin. 19; in lingua hebraea כְּנָפַיִם de *toto exercitu* Jes. VIII, 8. XVIII, 1; in chaldaea צִיצִין Num. XXIX, 24 *alae* de copiis militaribus Targ. Jonath. Non igitur erat, quod Eichhornius sub h. v. observaret, „nec vestigium vel leviter expressum exstare, ex quo pateret, quae Latinis *cornua* sunt, ea Orientalibus *alas* dicta esse.“ Verum viderunt e vett. Vulg. *(agmina)*, Chald. (מַשְׁרְיָת *exercitus*), Symmach. ap. Syr. Hexapl. (ܓܦܐ *alae*), Abulw. et Kimchius, qui dudum recte ad Jes. VIII, 8 provocarunt. — *Brachii* significatio, quam sub אֲגַף habent Rabbini, quamque Mich. in Suppll. ad exercitum translatam esse vult, nostrae cognata est, si quidem brachium est hominibus, quod ala avibus (cf. אֵבֶר, אֶבְרָה) et *brachium* utique ad exercitum transfertur (vide s. זְרוֹעַ): attamen *alae* significatio et certior est et magis analoga. Minus etiam probabilis A. Schult. coniectura, in *Lex. hebr.* spec., qui *milites loricatos* s. equites cataphractarios intelligit, coll. جَفَّ congregavit II. cataphracta operuit (equum); جُفّ agmen, caterva hominum, تَجْفاف cataphracta equi, itemque chald. גְּפַף clausit, conclusit, מְגוּפָף tectum peribolo, lorica cinctum.

גֹּפֶר rad. inus., quae eandem vim habuisse videtur, atque כָּפַר et غفر, nimirum *texit*, *obduxit*. Complura certe vcc. a rad. כפר ducta, etiam per ג scribuntur, ut كافور, كُفُرّى et جُفُرّى, syr. et nasor. ܟܦܘܪܐ involucrum palmae, et contra hebr. גָּפְרִית, arab. كبريت sulphur. Sic ἅπαξ λεγόμ.

גֹּפֶר Gen. VI, 14 pr. *picem* i. q. כֹּפֶר notasse suspicor, et עֲצֵי־גֹפֶר cum Ursino, Jo. Simoni al. interpretor: *arbores piceas*, *resinosas*, quales sunt pinus, abietes, cupressi, cedri aliaeque huius generis arbores fabricandis navibus adhibitae. V. גָּפְרִית. E vett. intpp. Targg. et Gr. Venet. *cedrum* reddunt, gr. anon. *buxum* (ἐπὶ πλακῶν πυξίνων), Syr. ܟܘܪܐ *iuniperum*, uterque Arabs شمشار, Sam. סיסם (cf. arab. ساسم), quae posteriora vcc. tamen incertae significationis sunt. Certum quoddam arborum genus designari, non dubium est: male igitur LXX ξύλα τετράγωνα, Cod. Vat. ἄσηπτα, Vulg. ligna laevigata. Melius Hier. bituminata. E recentioribus Bochartus (Phaleg I, 4) et Celsius (Hierob. I, 328) גֹּפֶר *cupressum* esse volunt, ad soni etiam similitudinem provocantes.

גָּפְרִית f. *sulphur*. Ductum est hoc vc. a proxime praecedente, et fortasse pr. *picem*, *resinam* notat petitam ab arboribus גֹּפֶר (terminatio enim ־ית originem ex aliqua re indicat), postea ad alias materias ardentes, etiam fossiles, translatum est. (Syr. ܟܒܪܝܬܐ et ܟܒܪܝܬܐ v. Schaaf Lex. syr. et de Dieu Gramm. harm. p. 19, arab. كِبْرِيت unde novum verbum كَبْرَتَ sulphure illevit, chald. כּוּבְרִיתָא, גּוּפְרִיתָא, גָּפְרִיתָא id.) Gen. XIX, 24. Deut. XXIX, 23. Jes. XXX, 33. XXXIV, 9. Iob. XVIII, 15. אֵשׁ וְגָפְרִית Ps. XI, 6. Ez. XXXVIII, 22.

גֵּר inquilinus, vicinus, v. rad. גּוּר no. 1. Sec. nonnullos etiam: pes montis, v. ibid.

גֵּר peregrinus, v. rad. גּוּר.

גִּר calx, v. rad. גִּיר.

גֻּר catulus, v. ibid.

גָּרֵב rad. inusit. Arab. جَرِبَ scabiosus fuit, جَرَبٌ scabies, أَجْرَبُ et جَرْبَانُ scabiosus, v. Avic. ap. Castell., cf. syr. ܓܪܒ leprosus factus est, ܓܪܒܐ lepra, ܓܪܒܢܐ syr. et zab. leprosus. Primaria significatio in *scabendo* et *radendo* esse videtur (ut nostr. *Krätze*, *kratzen*; scabies a scabendo), quam notionem plures prae se ferunt radices a גר ordientes et radendi sonum quodammodo imitantes. V. ܓܪܓܪ, גָּרַד, ܓܪܕ, جرد, ܓܪܡ, cf. גרר et גָּרַף, γράφειν. Inde

גָּרָב m. *scabies*, fort. scabiei quoddam genus malignum. Lev. XXI, 20. XXII, 22. LXX ψώρα ἀγρία. Vulg. scabies iugis. Targg. Syr. Saad. vc. hebraeum retinent.

גָּרֵב (scabiosus) n. pr. 1) unius ex tribunis militum Davidis 2 Sam. XXIII, 38. 1 Par. XI, 40. 2) collis in vicinia Hierosolymorum (גִּבְעַת גָּרֵב) Jer. XXXI, 39, collis leprosorum, probabiliter ita dictus, quia leprosi ex urbe expulsi ibi habitabant. De alio quodam huius nominis colle v. Lightfoot Opp. II, 190.

גִּרְגַּשׁ quadril. inusit. Chald. גַּרְגִּישְׁתָא, גַּרְגִּשְׁתָּא, גַּרְגֶּשְׁתָּא argilla, gleba, syr. ܓܪܓܫܬܐ (quod a Lexicographis explicatur (الطين), arab. جَرْجَس coenum nigrum. Inde

גִּרְגָּשִׁי (in solo argillaceo habitans) *Girgasaeus*, coll. *Girgasaei*, populus Cananiticus, de cuius sedibus ex ipso V. T. non constat Gen. X, 16. XV, 21. Jos. XXIV, 11. LXX. cum Josepho Ant. 1, 6 §. 2 Γεργεσαῖος. Eusebius in Onom. eum trans Jordanem habitasse tradit: Γεργασεί, ἐπέκεινα τοῦ Ἰορδάνου παρακειμένη πόλις τῷ Γαλαάδ, ἣν ἔλαβε φυλὴ Μανασσῆ· αὕτη δὲ λέγεται εἶναι ἡ Γεράσα πόλις ἐπίσημος τῆς Ἀραβίας· τινὲς δὲ αὐτὴν εἶναι τὴν Γαδάραν φασίν, cui posteriori sententiae idem alibi (s. v. Γέργεσα) calculum adiicere videtur, neque aliter Procop. Gazaeus in Comment. ad Gen. l. c. *Gergesaei insederant Gadaras et Gergesae finitimam regionem et solitudinem, quae praetenditur stagno Tiberiadis*. Huius nominis oppidum in vicinia maris galilaei agnoscit etiam Origenes (Opp. T. IV. p. 140) ad Matth. VIII, 28, ubi pro Γαδαρηνῶν (quod equidem verum existimo v. not. ad Burckh. itin. Syriae pag. 538), alii codices Γερασηνῶν, alii Γεργεσηνῶν: ἀλλὰ Γέργεσα, inquit, ἀφ' ἧς οἱ Γεργεσηνοί, πόλις ἀρχαία, περὶ τὴν νῦν καλουμένην Τιβεριάδος λίμνην, περὶ ἣν κρημνὸς παρακείμενος τῇ λίμνῃ, ἀφ' οὗ δείκνυται τοὺς χοίρους ὑπὸ τῶν δαιμόνων καταβεβλῆσθαι. Mihi probabile, Γεργεσηνοί esse generale et antiquum nomen incolarum totius regionis i. q. גִּרְגָּשִׁי, urbis *Gerasae* (جراش) nomen autem extruso ג ex hoc coortum esse.

גָּרַד rad. in Kal. inusit. Chald. syr. arab. גְּרַד, ܓܪܕ, جرد scabit, scalpsit, rasit, unde جراد locusta, ita dicta, quia arbores abradit et decorticat.

Hithpa. scalpsit se (testa) ad pruritum sedandum. Iob. II, 8.

I. **גָּרָה** rad. in Kal inus. Arab. غَرِيَ valde iratus fuit, irae nimis indulsit. Conj. IV. instigavit, v. c. canem Har. II, 62. 68 Schult., excitavit inimicitias Cor. 5, 17. 33, 60. Ham. Schult. p. 410, adde Dschauh. ap. Schult. ad Prov. p. 419. 420 et J. W. Schroeder in Observatt. ad Ps. X p. 18. Aram. גְּרֵי, ܓܪܐ irritavit, incitavit ad litigandum, אִתְגְּרֵי, ܐܬܓܪܝ irritatus, litigiosus fuit, ܓܘܪܝܐ irritatio, cf. etiam ܓܪܓ incitavit, provocavit. In lingua arab. praeterea cognata videtur rad. جَرُؤَ I. V. VIII. animosus, audax (fort. asper) fuit, Conj. VIII etiam irritavit, sequ. ب, unde جَرِئ audax, الاجرا ad iram proclivis, جُرْأَة audacia. Primariam significationem Schult. l. c. ponit in agglutinando, unde pr. mordicus adhaesit canis, malim in animi *asperitate* et austeritate, quae ad morositatem et iram translata sit, nostr. *kratzig* de homine aspero, moroso, ad iram et lites proclivi. Hanc enim vim plurimas radd. a syllaba גר incipientes prae se ferre supra vidimus (v. גרב). Sic Syri in una radice habent ܓܪܓܐ scabies (a scabendo) et ܓܪܓ irritavit (pr. asperum, iratum, litigiosum fecit).

Pi. גֵּרָה *excitavit* litem. Ter sequitur מָדוֹן. Prov. XV, 18: אִישׁ חֵמָה יְגָרֶה מָדוֹן *iracundus excitat litem.* XXVIII, 25. XXIX, 22.

Hithpa. pr. *se ipsum excitavit* ad iram, ad litem, ad pugnam, inde 1) *irritatus, ira percitus est.* Prov. XXVIII, 4: שֹׁמְרֵי תוֹרָה יִתְגָּרוּ בָם *legis observantes irati sunt contra eos.* Dan. XI, 10 init. — 2) *bellum iniit* c. aliquo. Sequ. בְּ. Deut. II, 5. 19: אַל־תִּתְגָּר בָּם *ne bellum cum iis geras.* Comm. 9 et 24 insuper additur מִלְחָמָה. גֵּרָה בַּיהוָֹה bellum iniit cum Jehova Jer. L, 24. 2 Reg. XIV, 10: לָמָּה תִתְגָּרֶה בְּרָעָה *quare lacesses* ad pugnam provocabis *infortunium?* Absol. Dan. XI, 10: יִתְגָּרֶה עַד־מָעֻזּוֹ *bellum geret* penetrabit *usque ad arcem eius.* Vers. 25: יִתְגָּרֶה לַמִּלְחָמָה *excitabit se* surget *ad pugnam.* (Syr. Ethpe. irritatus est, it. bellum iniit, pugnavit, v. Mich. Supplemm. Barhebr. p. 219).

II. **גָּרָה** i. q. גָּרַר no. I, 4 gargarizavit, nisi forte utraque radix ab *asperitate* proficiscitur, cf. Ps. LXIX, 4, ubi guttur raucum memoratur, et quae diximus ad no. I. Inde

גָּרוֹן constr. גְּרוֹן m. *guttur, fauces.* Memoratur 1) tanquam instrumentum loquelae. Ps. CXLIX, 6: רוֹמְמוֹת אֵל בִּגְרוֹנָם *laudes Dei* sunt *in gutture* in ore *eorum.* CXV, 7. V, 10: קֶבֶר פָּתוּחַ גְּרוֹנָם *sepulcrum apertum* est *guttur eorum.* Significantur sermones blandi aliis hominibus sepulcri patentis instar exitium parantes. Jes. LVIII, 1: קְרָא בְגָרוֹן *clama gutture* i. e. plena voce, pleno ore. Qui enim voce submissa loquuntur, labiis tantum et anteriore clausi oris parte utuntur (1 Sam. I, 13), qui alta voce clamant, hi ore aperto e gutture et pectore verba propulsant. Memoratur b) guttur raucum et sitiens Jer. II, 25. Ps. LXIX, 4. Contemtim c) guttur dicitur de exteriore collo, ut lat. *guttur, gula.* Jes. III, 16: נְטוּיוֹת גָּרוֹן *gutture in altum erecto.* Ez. XVI, 11.

תִּגְרָה f. *lis, litigatio.* In Targg. saepe pro hebr. רִיב, מָדוֹן, cf. syr. ܬܓܪܐ lis, contentio, et תִּגְרָן litigiosus. Ps. XXXIX, 11: מִתִּגְרַת יָדְךָ אֲנִי כָלִיתִי *sub litibus manus tuae consumor.* Intelliguntur verbera, plagae Dei punientis. Deus enim homines puniens cum iis litigare dicitur (v. רִיב, נִשְׁפַּט). Quod peculiarem radicem תְּגַר statuit Buxtorf. in Lex. Talmud. p. 2564, minime probandum, neque certa *baculi* significatio, quae vc. nostro ibi tribuitur: locis enim laudatis legendum תִּגְדָּא baculus, scipio, sceptrum.

גָּרַז rad. in Kal inusit. i. q. גָּזַר (q. v.), arab. جَرَزَ *secuit, resecuit, segregavit,* it. comedit, voravit, unde sam. ࠂࠓࠆࠌ locusta.

Niph. i. q. גָּזַר Niph. no. 2. Ps. XXXI, 23: נִגְרַזְתִּי מִנֶּגֶד עֵינֶיךָ *excisus s. exclusus sum e conspectu tuo,* cf. נִגְזַר Ps. LXXXVIII, 6. 14 codd. etiam Ps. XXXI scribunt נגזרתי.

גִּרְזִי (ad formam פִּרְזִי) vel גִּרְזִי (in terra deserta habitans, cf. arab. جُرُز terra sterilis, herba carens, v. sub vc. גְּזֵרָה p. 279 A) *Gerizaeus,* vel *Girzaeus,* n. pr. populi in vicinia Philistaeae a Davide debellati, 1 Sam. XXVII, 8 Chethibh, cum in margine sit גִּזְרִי (v. 279 B). Pariter atque Amalecitae, quibuscum hic populus una commemoratur, deserticola cananaeae originis fuisse videtur, cuius aliud quoddam vestigium reperisse mihi videor in nomine montis Garizim, de quo protinus.

גְּרִזִּים, ubique הַר גְּרִזִּים *mons Garizim,* mons in montanis tribus Ephraim, e regione montis Ebal situs, in quo benedictio in legis observatores pronuntiata (Deut. XI, 29. XXVII, 12. Jos. VIII, 33), post exilium templum a Samaritanis, domestici cultus sedes futura, exstructum est (Jos. Arch. XI, 7 §. 2. 8, §. 2. 4. 6). In codice Samaritano (qui iunctim הרגריזים scribere solet) praeterea huius montis nomen legitur Deut. XXVII, 4 pro hebr. עֵיבָל, et in duabus pericopis post Ex. XX, 17 et Deut. V, 21 insertis, ubi autem tantum non certum est, genuinam scripturam a Samaritanis adulteratam esse, ut novo cultui domestico colorem quaererent et auctoritatem. Quum enim ea Palaestinae loca prae caeteris sancta haberentur, in quibus iam Patriarcharum Mosisque tempore sacra facta esse memoria proditum erat, contextum ita adulterantes id spectabant, ut in suo monte, non in Ebalo vicino, altare a Mose exstructum crederetur. Vide quae laudavimus in Comment. de Pent. Sam. p. 61. Quod ad

originem huius nominis attinet, הַר גְּרִזִּים putem proprie *montem Gerizaeorum* notare (v. גִּרְזִי), ab illius gentis colonia quadam, quae ibi forte consederit, pariter atque Amalecitae, Gerizaeis vicini, alii in eadem tribu monti nomen (הַר הָעֲמָלֵקִי Iudd. XII, 15) dederunt. Codicis Sam. scriptura הר גריזים possit etiam *mons locustarum* verti, a sam. גריז locusta Num. XIII, 34. V. Reland. de monte Garizim in Dissertatt. miscell. P. I. no. 3.

גַּרְזֶן m. *securis*, a secando dicta, instrumentum lignarii Deut. XIX, 5. XX, 19. Ies. X, 15, lapidarii 1 Reg. VI, 7. Syllaba ־ֶן in fine adiecta quadrilittero formando inservit, cf. *Lehrgeb.* p. 864. Vocabula cognata sunt מְגֵרָה (zab. ܓܪܙܢܐ) securis, it. كَرْزَن, كِرْزِن, كَرْزِين, كَرْزَم, كِرْزِيم, quae formae omnes securem notant, qua arbores caeduntur, quibusque prope accedit hebr. קַרְדֹּם q. v.

גרל rad. Hebraeis inusit. Arab. جَرِلَ lapidosus fuit Kam. p. 1412, quod ductum est a nomine جَرَل lapides, unde etiam جَرَل locus lapidosus.

גֹּרָל dubiae auctoritatis vc., quod legitur Prov. XIX, 19 Chethibh: גְּרָל־חֵמָה, pro quo in Keri multisque codd. גְּדָל־חֵמָה *qui magnae iracundiae est*, valde iracundus. Priorem scripturam, tanquam exquisitiorem et doctiorem, praeferunt A. Schult. aliique, nostrumque vc. linguae hebraeae vindicare student. Ac Schultensius reddit: *asperum* (pr. scruposum) *iracundiae*. „Inde, inquit, scruposus pro aspero et iracundo. Pro eo et squarrosus in veteri lingua, unde Lucil. Varonum et rupicum squarrosa incondita rostra. Apud Arabes, pectus glareosum, glareis obsitum [vellem indicasset, quo vc. glaream notante in hac re utantur Arabes] est morosum, iracundum, facillime exasperatum.“ Addi possunt, quae supra (s. rad. גָּרָה) observavimus de radicibus a גר ordientibus scabritiem et asperitatem notantibus: tamen mihi non plane persuasum, גרל hoc significatu linguae hebraeae thesauro vindicandum esse, et scriptura marginalis, quam tuentur etiam vett. intpp. (Theod. μεγαλόθυμος. Vulg. impatiens), etsi facilior et, ut volunt, dilutior fortasse pro vera habenda est. Cf. quae vulgari Criticorum canoni de scriptura difficiliore praeferenda nuper opposuit Olshausen (Emendationen üb. das A. T. p. 15). Adiectivum גָּדוֹל substantivo חֵמָה iunctum habes etiam Dan. XI, 44: בְּחֵמָא גְּדֹלָה, 2 Reg. XXII, 13. 2 Par. XXXIV, 21: כִּי גְדוֹלָה חֲמַת יְהוָה, cf. Ier. XXXVI, 7. Zach. VIII, 2.

גּוֹרָל plur. גּוֹרָלִים et גּוֹרָלוֹת m. 1) *sors*, pr. lapillus, calculus, quo in sortiendo uti solebant, cf. gr. ψῆφος. Lev. XVI, 8 sq. 1 Par. XXIV, 7. 31. XXV, 8. XXVI, 13 cet. De sorte iaciendo utuntur verbis יָרָה Jos. XVIII, 6, יָדַד Joel IV, 3. Obad. 11, הִשְׁלִיךְ Jos. XVIII, 8 sq., הִפִּיל Ps. XXII, 19. Jes. XXXIV, 17. Esth. III, 7. Neh. X, 35, הֵטִיל Prov. XVI, 33, נָתַן Lev. XVI, 8, de sorte iacta נָפַל Jon. I, 7: וַיִּפֹּל הַגּוֹרָל עַל־יוֹנָה *sors iacta Jonam designavit.* Ez. XXIV, 7: *educas eam membratim* לֹא נָפַל עָלֶיהָ גּוֹרָל *non iacietur sors super eam* i. e. et omnes sine discrimine et delectu pereant. De sorte alicuius ex concussa hydria exeunte dicitur עָלָה גּוֹרָל עַל Lev. VI, 9. Jos. XIX, 10, et יָצָא גּוֹרָל לְ Num. XXXIII, 54. Jos. XIX, 1 sq. Res, de qua sortes consulebantur, c. c. עַל Ps. XXII, 19. Joel IV, 3. Obad. 11. Sortibus autem uti solebant in dividenda hereditate Jos. XV. XVII. XIX, praeda Ps. XXII, 19. Joel IV, 3. Nah. III, 10, in iudicio sacro ad inveniendos reos Jos. VII, 14. Jon. I, 7, in deligendis hominibus ad munus aliquod suscipiendum Num. XVII, 1 sq. — 2) *quod sorte alicui obtigit*, maxime pars *hereditatis*, *terra*, *quae hereditate alicui obtigit.* Iudd. I, 3: עֲלֵה אִתִּי בְגוֹרָלִי *ascende mecum in terram sorte acceptam.* Jes. LVII, 6. Ps. CXXV, 3. Metaph. de sorte hominibus divinitus concessa. Ps. XVI, 5: אַתָּה תּוֹמִיךְ גּוֹרָלִי *tu sustentas sortem meam.* Dan. XII, 13: וְתַעֲמֹד לְגֹרָלְךָ *et surges, ut sortis tuae* (in regno messiano) *particeps fias*, cf. Apoc. XX, 6: μακάριος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει. Jes. XVII, 14. Jer. XIII, 25.

גָּרַם pr. *resecuit*, ut syr. ܓܪܡ, et arab. جَرَمَ resecuit, totondit, cepit, abstulit, quae significatio crebrior est in جرم resecuit, mactavit. In V. T. semel legitur sequ. dat. pro: *reposuit*, *asservavit.* Zeph. III, 3: לֹא גָרְמוּ לַבֹּקֶר *nihil reponunt in diem crastinum.* Optime ita LXX οὐχ ὑπελίποντο. Vulg. *non relinquebant ad mane.* Syr. ܡܫܒܩܝܢ. Chald. מוֹרִיכִין. Alia etiam verba, quibus primaria vis est secandi, dividendi, cum לְ constructa, transferuntur ad reservandi et recondendi notionem, ut הִבְדִּיל לְ Deut. XXIX, 20, אָצַל לְ Gen. XXVII, 36, adde جرم Cor. 11, 87, quae observatio fugisse videtur Michaëlem, qui (Suppl. 355) de optima illa vett. interpretum explicatione: „quae quomodo dura philologia ex לא גרמו effici queant, viderint alii.“ E recentioribus nonnulli, Jarchium secuti, גָּרַם idem quod Pi. גֵּרֵם valere existimantes, reddunt *non exossant mane* i. e. tantae sunt voracitatis, ut vespere carnes cum ossibus devorent, et mane ne ossa quidem rodenda habeant. Frigide, si quid video, et contorte.

Pi. גֵּרֵם (denom. a גֶּרֶם) *ossa derosit.* Num. XXIV, 8: *comedit gentes, hostes suos,* וְעַצְמֹתֵיהֶם יְגָרֵם *et ossa eorum derodit.* Hinc translate Ez. XXIII, 34: *ebibes et exsuges illud* (poculum) וְאֶת־חֲרָשֶׂיהָ תְּגָרֵמִי *et testas eius rodes* i. e. lambes, ne guttam quidem vini in illo relictura. Theod. (vel Symm. sec. Syr. Hex.) καὶ τὰ ὄστρακα αὐτοῦ κατατρώξεις. (Chald. גְּרַם id. Ps. XXVII, 2. Targ.).

גֶּרֶם m. 1) *os* i. q. עֶצֶם, sed rarius et nonnisi poët. Prov. XVII, 22. XXV, 15. Plur. Iob. XL, 18. (Syr.

chald. zab. ܓܪܡܐ, ܓܪܡܐ, גַּרְמָא, sam. ࠏࠓࠌ id. Arab. جِرْم corpus. Unde ossis et corporis significatio ducta sit, non satis liquet. In lingua chald. אֲגְרֵים Prov. VIII, 28 dicitur pro אָמֵץ firmavit, roboravit, et in eo originem quaesiverim, nisi forte nomen primitivum esse mavis. Fortasse etiam cognatum جِسْم corpus). — 2) *corpus*, ut apud Arabes. Gen. XLIX, 14: חֲמוֹר גֶּרֶם *asinus* magni et validi *corporis* i. e. validus, robustus. Vulg. asinus fortis. (Ita etiam Arabes جِرْم *corpus* in laude iumenti ponere observat Schult. in Opp. p. 132, ut فرس جرم *equus* magni *corporis*, حمار جرم asinus validus: idemque peculiari adiectivo جريم magno corpore praeditus exprimitur, cf. جَسِيم magno corpore praeditus, a جِسْم corpus. Vide etiam גרים). — 3) *substantia* rei, res *ipsa*, ut עֶצֶם os, ipse, et nostrum גַּרְמָא apud Chaldaeos et Samaritanos. Etiam Sinae habent *schin* et *gûng* corpus, it. ipse. 2 Reg. IX, 13: *et singuli sumebant vestes suas eique substernebant* אֶל־גֶּרֶם הַמַּעֲלוֹת *super gradus ipsos*. Kimchi in lib. rad. אל עצם המעלות. Indicari videtur, quantopere festinarint regium honorem Jehuo exhibere. Non exspectabant, donec in plateas venissent, sed antequam e loco sublimi descendissent ad ipsos gradus vestes suas ipsi substernebant. Possis etiam *ipsos* gradus nudos gradus interpretari. In comment. Kimchius explicat אל המעלה העליונה *ad gradum supremum*, satis apte ad contextum, quod tamen vix e verbis extorseris. Melius cum Lud. de Dieu exposueris: *super aliquo ex gradibus*, coll. الجِرْم i. q. القطع et القسم sectio, pars, quae significatio ad rem unam e multis transfertur, ut in بَعْضُهُم unus eorum. Non absurde etiam conieceris, singulos scalae gradus quasi ossa costasve scalae dictos esse.

גְּרַם chald. *os*. Dan. VI, 25.

גרים (lege גְּרִים) i. q. arab. جَرِيم magno corpore praeditus. Legitur in Cod. Sam. Gen. XLIX, 14 pro hebr. גֶּרֶם, de quo paulo superius egimus. Ab ipso interprete Chald. Sam. non intellectum redditur חותבים (asinus) *peregrinorum* (גֵּרִים).

גַּרְמִי (osseus) n. pr. viri 1 Par. IV, 19.

גָּרַן rad. inusit. Arab. جَرَنَ laevigavit, detersit. Inde

גֹּרֶן c. Suff. גָּרְנִי, cum He parag. גֹּרְנָה Mich. IV, 12. Plur. גְּרָנוֹת Joel II, 24, constr. גָּרְנוֹת Hos. IX, 1 m. *area*, pr. locus exaequatus, complanatus. (Arab. جَرِين, جُرْن, مِجْرَن sec. Kam. p. 1732 i. q. بَيْدَر area). Dicitur a) de area ante portas urbium, alibi רְחוֹב dicta, 1 Reg. XXII, 10. 2 Par. XVIII, 9. b) maxime de area, in qua fruges triturantur. Ruth III, 2 sq. Iud. VI, 37 cet. תְּבוּאַת גֹּרֶן proventus areae i. e. fruges. Num. XVIII, 30. Jes. XXI, 10: בֶּן־גָּרְנִי *fili areae meae* i. e. o gens patria, quae nunc conculcata et fracta es, ut fruges in area solent. Parall. מְדֻשָׁתִי tritura mea. Cf. de illa metaphora Mich. IV, 12. 13. Jer. LI, 33. LXX non male, quanquam dilute: οἱ καταλελειμμένοι καὶ οἱ ὀδυνώμενοι. Minus apte alii haec verba ad Babylonios referunt, hac sententia: vos in area mea perituri. Metaph. de ipso frumento. Iob. XXXIX, 12. Nonnullae areae vel planities peculiaribus nomm. propriis designantur, ut a) גֹּרֶן הָאָטָד area rhamni, trans Jordanem. Gen. L, 10. b) גֹּרֶן נָכוֹן 2 Sam. VI, 6, quae eadem גֹּרֶן כִּידוֹן vocatur 1 Par. XIII, 9 prope Kirjath-Jearim. c) גֹּרֶן אֲרַוְנָה הַיְבוּסִי prope Hierosolyma, v. אֲרַוְנָה.

גָּרַס *comminutus, contusus fuit*. (Syr. et chald. ܓܪܝܣܐ, גְּרִיס comminutus. Arab. جَرَش contudit, maxime in partes grossiores. In lingua syr. id. praeterea transfertur ad exterminium, in chaldaea ad litterarum studium, quod posterius a terendo repetitum est, cf. دَرَس). Ps. CXIX, 20: גָּרְסָה נַפְשִׁי לְתַאֲבָה *comminuta est anima mea desiderio*.

Hiph. comminuit, confregit. Thren. III, 16: וַיַּגְרֵס בֶּחָצָץ שִׁנָּי *comminuit glarea dentes meos*, figurate pro conditione longe molestissima et infelicissima.

גֶּרֶשׂ (pro גֶּרֶס) c. Suff. גִּרְשָׂהּ *comminutum, contusum*. Levit. II, 14. 16.

גָּרַע fut. יִגְרַע 1) *resecuit, totondit* barbam Jer. XLVIII, 37 et sec. nonnullos libros Jes. XV, 2, v. ad גָּדַע. (Syr. ܓܪܥ id. Barhebr. 79. 515, et Bar Bahl. in Comment. nostro ad Jes. l. c., ubi imprudentem J. D. Michaëlis coniecturam in Suppl. et ad Jer. l. c. propositam, pro ܓܪܥ ubique ܓܕܥ legendum esse, refellisse nobis videmur). — 2) *detraxit*, sequ. מִן. Iob. XXXVI, 7: לֹא־יִגְרַע מִצַּדִּיק עֵינָיו *non detrahit oculos suos a iusto*, cf. Ez. V, 11: גַּם אֲנִי אֶגְרַע *etiam ego detraham* sc. עֵינִי (quod paulo post sequitur) oculum meum. Jer. XXVI, 2: אַל תִּגְרַע דָּבָר *nec quidquam* inde *detrahes*. Saepe גָּרַע מִן valet: *detraxit aliquid de* aliqua re, ita quidem, ut accusativus partis detractae omittatur, cf. opp. הוֹסִיף no. 2. Deut. IV, 2: לֹא תֹסִפוּ עַל הַדָּבָר .... וְלֹא תִגְרְעוּ מִמֶּנּוּ *nihil*

addetis ad verbum .... et nihil inde detrahetis. XIII, 1. Ex. V, 8. 19. Eccl. III, 14: עָלָיו אֵין לְהוֹסִיף וּמִמֶּנּוּ אֵין לִגְרֹעַ *nihil iis addi potest, nihil inde detrahi.* Hinc 3) c. acc. *diminuit*, pr. detraxit aliquid de —. Ex. XXI, 10. Ex. XVI, 27. Iob. XV, 4: וְתִגְרַע שִׂיחָה לִפְנֵי אֵל *et diminuis* infringis *pietatem erga Deum.* — 4) sequ. אֵלֶיךָ *attraxit* i. e. *asservavit, recondidit sibi, für sich behalten*, cf. גָּרַם. Iob. XV, 8: *num auscultasti in consessu Dei* וְתִגְרַע אֵלֶיךָ חָכְמָה *omnemque sapientiam attraxisti.* Cognatus est Arabum usus, apud quos جرع est sorpsit, deglutiit. Hoc adhibito A. Schult. num *sorpsisti* hausisti *ad te sapientiam?* Cf. Pi.

Pi. i. q. Kal no. 4. *attraxit.* Iob. XXXVI, 27: כִּי יְגָרַע נִטְפֵי־מָיִם *postquam attraxit* sursum traxit (Deus) *guttas aquae.*

Niph. 1) pass. Kal no. 2. *detractus est.* Duobus modis construitur, a) ita, ut res detrahenda diserte notetur. Num. XXXVI, 3: וְנִגְרְעָה נַחֲלָתָן מִנַּחֲלַת אֲבֹתֵינוּ *et detrahatur possessio earum de possessione nostra paterna.* XXVII, 4: *quare detrahatur nomen patris nostri a familia sua?* i. e. tollatur, intereat in Israële. b) ita ut res detrahenda supplenda sit, נִגְרַע מִן detrahitur (aliquid) de re, imminuitur res. Num. XXXVI, 3 fin. Ex. V, 11. Lev. XXVII, 18. Hinc 2) *imminutum, inferiorem esse.* Num. IX, 7: לָמָּה נִגָּרַע לְבִלְתִּי וגו׳ *quare inferiores simus, adeo ut donum Jehovae debitum ..... non offeramus.*

מְגָרְעוֹת f. plur. *imminutiones, contractiones* muri, *Absätze.* 1 Reg. VI, 6.

גָּרַף *rapuit, abripuit, everrit, abstulit.* (Est onomatopoëtici quiddam in hac radice, tum in litteris גר, quae radendi, scabendi notionem inferunt, v. ad rad. גרב, tum in syllaba רף cf. *rapere, raffen.* Recte igitur J. D. Michaëlis pro *devolvendi* significatione duriorem *everrendi* vim substitutam voluit, quam vel littera canina subindicat, etsi nonnunquam duriorem mollioremque significatum in una radice coniunctam reperiamus, v. גָּרַר no. 5. Arab. جرف Conj. I est averrit, abstersit, ut lutum pala. Conj. II. abstulit, asportavit, ut fluvius partem ripae, v. Dschauh. ap. Lett. ad Indd. l. c., جَرْفٌ, جُرُفٌ littus aquae fluxu exesum Cor. 9, 110. Harir. 4, p. 58 Schult., مِجْرَفَةٌ pala lignea. Aeth. ገረፍ: verriculum, sagena. Chald. et Talmud. verrit, syr. ܓܪܦ saepe de aqua res obvias asportante, unde in Pesch. pro שָׁטַף v. Cast., alibi generatim: abstulit, secum abripuit Barhebr. 118. 333). Semel legitur in V. T. Indd. V, 21: נַחַל קִישׁוֹן גְּרָפָם *Kison rivus abripuit eos.* LXX ἐξέσυρεν. Vulg. traxit cadavera eorum. Syr. et Arabs Pocockii linguae suae beneficio verbum hebraeum retinuerunt.

אֶגְרֹף (pro גְּרֹף cum Aleph prosthetico) m. *pugnus*, a corripiendo dictus. Bis legitur Ex. XXI, 18. Jes. LVIII, 4. Pugnum utrobique interpretantur LXX. Vulg. et eodem significatu vox a Rabbinis usurpatur. Quod tamen Calasius laudat in Concordantiis p. 1102, جُرْفَةٌ pugnus, id alia, quam huius scriptoris fide non digni, auctoritate caret.

מֶגְרָפָה f. *gleba* terrae, quae pala similique instrumento tollitur et versatur, pr. *ein Spatenstich.* (Chald. מַגְרוּפָה everriculum, pala, scopae, מגריפה cochlear. Syr. ܡܓܪܘܦܐ, qua forma caret Castellus, pala Barhebr. 218, lin. 3, stilus scriptorius, a radendo dictus ib. 382 lin. 11. Bar Bahlul: „ܡܓܪܘܦܐ *pala, qua cinerem et ignem sumere solent i. q. arab.* مغرفة: ܡܓܪܘܦܐ *stilus, quo in pugillaribus scribunt.*“ Congruit, ut modo a B. B. observatum, arab. مِغْرَفَةٌ, quo Barhebraeus in loco parallelo historiae Dynastiarum p. 336 usus est, quemadmodum in universum radices גָּרַף et غرف sibi valde affines sunt, idque usitatius videtur, quam مِجْرَفَةٌ pala, quod tamen itidem a Dschauhario adnotatur). Semel legitur Joël I, 17: עָבְשׁוּ פְרֻדוֹת תַּחַת מֶגְרְפֹתֵיהֶם *siccantur grana sub glebis suis.* Bene Aben Esra exponit: תחת עפר, Kimchi: תחת חתיכת העפר. Abulw. et Tanchum Hieros. ap. Pocockium ad h. l. *sulcos* reddunt, id tamen minus recte ita declarant, ut significationem repetitam censeant ab אֶגְרֹף, quod pro *incisione, vulnere* accipiunt. Michaëlis linguae syr. et arab. usum nimis presse secutus: *sub palis suis siccantur grana* i. e. dum ventilantur et palis removentur, quod tamen vel audacissima hyperbole adoptata, sterilitati a siccitate profectae non convenit. Nos, quomodo in hoc vc. linguarum cognatarum usus linguae hebraeae usui affinis sit, supra ostendimus, utrumque plane eundem fuisse non concedimus. Cf. Pococke ad Joël l. c.

גָּרַר *traxit, rapuit.* Habet haec etiam radix, pariter atque גָּרַב, גָּרַד, גָּרַף, onomatopoëtici quiddam et maxime frequentatur, si tractio raptiove cum sono quodam aspero (qui littera canina indicatur) coniuncta est, ut in verrendo, serram ducendo, gargarizando. Cognata est radix גָּלַל, quae similem motum significat, ita tamen ut mollior littera ל molliorem volvendi vim inferat. Cf. no. 5. (Arab. جَرَّ traxit, trahendo duxit, raptavit, verrit. Vide Schult. ad Prov. p. 256. Cor. 7, 150. Conj. VIII id. Melit. *garr* traxit, transtulit, protraxit. Syr. ܓܪ et ܐܬܓܪܓܪ id.). Spec. est 1) *rapuit.* Hab. I, 15: יְגֹרֵהוּ בְחֶרְמוֹ *et rapit eos in sagenam suam.* Prov. XXI, 7: שֹׁד־רְשָׁעִים יְגוֹרֵם *vastatio impiorum ipsos abripit*, v. Hithpo. — 2) *serram duxit, serra dissecuit.* Vide Poal. et deriv.

מְגֵרָה serra. — (Syri et Arabes hoc significatu frequentant ܢܓܪ et نجر). 3) *ruminavit*, cibum *per guttur sursum traxit* et denuo manducavit. (Arab. جرّ Conj. IV et VIII. Syr. ܐܬܓܪܪ id. ܓܪܬܐ ruminatio). Ita Fut. A. יָגֹר Lev. XI, 7 in Pausa pro יָגַר, יִגְרַר, forma more chaldaeo inflexa, ut יִסֹּב pro יָסֹב, et, si exemplum fut. A. desideras, יֶחֱמוּ Ps. CII, 28 pro יַחֲמּוּ, *Lehrgeb.* §. 103, not. 6 et maxime 14. Possit illud יִגָּר etiam pro fut. Niphal haberi, cum Syri et Arabes ruminandi significatum in coniugationibus passivis, Ethpe. ‹ Conj. VIII, habeant, illud tamen praestat. Cod. Sam., ut formam activam accuratius designet, dat ࠉࠂࠅࠓ, quod efferendum יָגוֹר. — 4) *gargarizavit, sonos raucos in gutture produxit.* (Arab. جرجر cum murmure ingurgitavit, sorpsit, غرغر sonos raucos in gutture edidit, tum voce, tum liquore, nostr. *schnarchen*, *schnarren*, *schlürfen*, *gurgeln*, aeth. አንጐርጐረ: murmuravit, talmud. גרגר gutture sorpsit Mischna Para 9 §. 5. Adde gr. γαργαρίζω, ital. *gargarizzare*, gall. *gargariser*, *gurgeln*. Inde גַּרְגְּרוֹת guttur, cf. גרון sub rad. גָּרָה. — 5) i. q. vc. mollius גָּלַל *volvit*; v. supra ab initio huius radicis observata. (Vestigia huius significationis in omnibus ferme linguis cognatis exstant. Ac recentiores quidem Hebraei גרגר usurpant pro גַּל acervus lapidum, Mischna Schebiith 3, 7, גרגר et גלגל Schabb. 6 §. 5 ed. Venet. et Amst. de grano; Syri habent ܓܪܓܪܐ plaustrum pro ܓܠܓܠܐ a גלל; Nasoraei ܓܪܓܠܐ rota pro גלגל; Aethiopes አንከረረ: voluntavit se, imprimis vehementius, ut homo daemone obsessus; Melitenses *garr* convolvit, involvit, glomeravit filum). Inde גַּרְגַּר et גֵּרָה bacca, arab. جرجر faba, a volvendo et forma rotunda, ut גֻּלְגֹּלֶת cranium.

Niph. dubiae auctoritatis coniugatio, v. Kal no. 3.

Poal. *serrâ dissectus est.* Part. plur. fem. מְגוֹרָרוֹת 1 Reg. VII, 9.

Hithpo. i. q. Kal no. 1. Jer. XXX, 23: סַעַר מִתְגּוֹרֵר *turbo* cuncta *abripiens*.

גֵּר a nonnullis Iob. XXVIII, 4 *pes montis* exponitur, ut arab. جر radix montis (v. tamen Kam. p. 481, lin. 16) fortasse pr. syrma eius, a جرّ. Sed vulgaris vc. גֵּר potestas in illo quoque exemplo retineri potest, v. rad. גּוּר p. 274 A.

גֵּרָא (granum, v. גֵּרָה no. 2) n. pr. 1) filii Benjamin Gen. XLVI, 21. 2) patris Ehudi iudicis. Iudd. III, 15. 3) filii Echudi, nepotis Benjamin 1 Par. VIII, 7. 4) duorum filiorum Belae cognominum 1 Par. VIII, 3. 5. 5) patris Simei 2 Sam. XVI, 5.

גֵּרָה f. 1) *ruminatio*, cibus quem ruminando ex imo retrahit iumentum, v. rad. num. 3. (Arab. جِرَّة, chald. גֵּרָא id.). De quadrupede ruminante dr. הֶעֱלָה גֵרָה Lev. XI, 3 sq. Deut. XIV, 6. 7 et גָּרַר גֵּרָה Lev. XI, 7. — 2) *granum*, *faba* a volvendo et forma rotunda dicta i. q. גַּרְגַּר, v. rad. no. 5. Usurpatur dein de *pondere* et *nummo* Hebraeorum *minimo*, *vicesima sicli parte*. Exod. XXX, 13. Lev. XXVII, 25. Num. III, 47. XVIII, 16. Ez. XLV, 12. Atqui valde probabile, Hebraeos, pariter atque Graecos et Romanos (v. Gesn. Thes. v. siliqua, ceratium), in hac re *siliquae* s. *ceratii fabis* granisve usos esse, quorum octodecim drachmae atticae aequivalebant (v. Rhemn. de pond. Vers. 10), quemadmodum hodieque in officinis piperis et hordei granis pro minimo pondere (*granum* dicto) utuntur. Optime igitur e vett. intp. Arabs Erp. حبّة i. e. pr. *granum*, *bacca*, dein *pondus* Arabum *minimum*, et Saad. دانق i. e. minimum pondus Persarum, pr., si quid video, granulum, pro دانكى, a دانه granum, cf. etiam arab. خروبة, quod proprie siliquam, dein parvum nummum eiusdem fere ponderis denotat (v. de Sacy ad Makrizi de re monet. p. 151). Aethiopes hodieque pro minimo nummo annulis ex cornu bubali (ገመሽ:) factis utuntur, quales vilis conditionis homines in pollice gestant, idque vc. postea de obolo usurpatum est (Luc. XII, 59. XV, 9 Vers. aeth.). LXX. Vulg. ὀβολός, *obolus* (quorum VI drachmam atticam efficiebant). Chald. מָעָא (quod pr. lapillum notat). Syr. ܡܥܐ (pr. momentum, dein minimum pondus).

גְּרָר (sec. Jo. Simon. peregrinatio, hospitium, qs. a גּוּר cf. Gen. XX, 1: וַיָּגָר בִּגְרָר; fort. etiam *hydriae*, arab. جرار) *Gerar*, n. pr. urbis quondam regiae Philistaeorum, patriarcharum tempore Abimelecho regi parentis, in australibus fere Palaestinae finibus prope Beersabam, sed in mediterraneis, sitae. Gen. X, 19. XX, 1. XXVI, 1. 20. 2 Par. XIV, 12. 13. In vicinia erat *vallis Gerar* (נַחַל גְּרָר) Gen. XXVI, 17. Teste Hieron. (in Onom.) Gerar distabat ab Eleutheropoli 25 mill. versus meridiem, Theodoretus vero (ad 2 Par. l. c.): περὶ τὴν καλουμένην Ἐλευθερόπολιν Γεραρηνῶν σαλτὸν μέχρι τοῦ παρόντος ὀνόμασται, quod fortasse haud satis accurate dictum. Torrentis prope Gerara meminit Sozom. hist. eccles. VI, 32. IX, 17. Versio Sam. plerumque pro Gerar substituit עסקלון Ascalonem, Saad. خلوص i. e. Elusam, uterque oppidum nostro vicinum, minime unum idemque. Plura dabit Relandus p. 804.

גַּרְגַּר pl. גַּרְגְּרִים m. *bacca*, de bacca olivarum, a forma rotunda et volubili dicta, v. rad. no. 5. et גֵּרָה no. 2. Jes. XVII, 6. In Targg. et Mischna גַּרְגַּר et גַּרְגִּיר dr. de granis tritici, uvarum, salis, unde novum verbum ducitur גַּרְגֵּר grana singula collegit, it. grana concepit, גריגרות a Juda b. Karisch recte col-

latum, ficus, caricae Mischna Peah 8 §. 5. Demai 5 §. 5. Terumoth 11 §. 4. Arab. جرجر faba, ap. Saad. Jes. l. c. etiam de oliva. Syr. [Syriac] pro [Syriac], vinacea, acinorum nuclei, ex quo ortum esse gr. *γίγαρτον* dubitari nequit. Aliam vc. גַּרְגַּר a cortice *detracto* derivationem proponit Mich. in Suppl.).

גַּרְגְּרוֹת pl. fem. pr. *guttur, fauces*, germ. *Gurgel*, i. q. גָּרוֹן, ubique tamen de collo exteriore. Prov. I, 9. III, 3. 22. VI, 21. Cf. גָּרַר no. 4. Plurali autem Hebraei alibi quoque utuntur in corporis humani membris designandis, cf. פָּנִים, צַוָּארוֹת, chald. חֲדִין, et gr. *τὰ νῶτα, τὰ στέρνα.* (Sing. גרגרת *guttur* occurrit in Mischna Cholin 2, 4. 3, 3. In linguis cognatis modo abiecto priore Resch dicitur [Syriac] Plur. Rom. III, 13, modo posteriore eliso chald. גַּרְגָּן pro גַּרְגְּרָן, quod et ipsum in usu est, syr. et zab. [Syriac] gulosus, unde novum quadril. formatum videtur جرجم gulosus fuit, zab. [Syriac] guttur, nisi in his ר et מ permutata sunt. Arabes praeterea habent جريه ingluvies, Aethiopes [Ethiopic]: guttur, cuius saltem duae litterae priores onomatopoëticae sunt).

מְגֵרָה f. *serra.* Ea usi dicuntur a) lapidarii, in lapidibus secandis 1 Reg. VII, 9; b) Israëlitae imperante Davide in captivis crudeliter dissecandis 2 Sam. XII, 31. 1 Par. XX, 3. Plur. מְגֵרוֹת 1 Par. l. c.

גֶּרֶשׂ *contusum* v. rad. גָּרַס.

גָּרַשׁ pr. *pepulit, rapuit.* (Chald. id. sed raro. Syr. [Syriac] traxit, raptavit, v. no. 3. Cf. ad radd. גָּרַף, גָּרַר). In Kal spec. 1) *expulit*, velut populos ex terra Ex. XXXIV, 11. Sed hoc significatu longe usitatius est Piël. De inanimatis Jes. LVII, 20: *impii sunt sicut mare impulsum, quod quiescere nequit* וַיִּגְרְשׁוּ מֵימָיו רֶפֶשׁ וָטִיט *cuiusque aquae lutum coenumque eiectant.* — 2) *abegit, repudiavit* uxorem. Part. pass. גְּרוּשָׁה (uxor) repudiata. Lev. XXI, 7. 14. XXII, 13. Num. XXX, 10. Ez. XLIV, 22. — 3) *diripuit, spoliavit.* Ez. XXXVI, 5: לְמַעַן מִגְרָשָׁהּ לָבַז *ut eam* (terram) *diriperent praedae causa.* מִגְרַשׁ h. l. est infinitivus formae aramaeae. (Syr. [Syriac] nudus, vacuus, pec. inopia annonae laborans). In derivatis praeterea valet 4) *propulit, protrusit* fructum, v. גֶּרֶשׁ, et 5) pastum *egit* pecus, v. מִגְרָשׁ.

Pi. גֵּרֵשׁ fut. יְגָרֵשׁ c. Waw convers. וַיְגָרֶשׁ i. q. Kal no. 1 *expulit, abegit* c. acc. pers. Gen. III, 24. Prov. XXII, 10, et מִן loci, ex quo aliquis pellitur Ex. XI, 1. Iudd. XI, 7. 2 Par. XX, 11 cet. גֵּרֵשׁ מִפְּנֵי expulit ante aliquem, v. c. Deus gentes ante Israëlitas, ut hi in illorum sedes succederent Ex. XXIII, 29. 31. Iudd. II, 3. VI, 9. Jos. XXIV, 12 cet. Refertur ad singulos homines Gen. IV, 14. XXI, 10, et ad integros populos, v. Ex. l. l. c. c.

Pu. expulsus est Ex. XII, 39. Iob. XXX, 5.

Niph. 1) pass. Kal et Pi. no. 1 *expulsus est.* Ion. II, 4. — 2) pass. Kal no. 2 *abreptus est.* Am. VIII, 8: נִגְרְשָׁה וְנִשְׁקָה כִּיאוֹר מִצְרָיִם *abrepta est et inundata ceu fluvio Aegypti.* Absol. de mari vehementer impulso et commoto. Jes. LVII, 20. (Vicinam significationem Hebraei et Arabes habent in rad. transposita רָגַשׁ, رجس, q. v.).

גֶּרֶשׁ m. pr. quod propellitur, protruditur, hinc *proventus.* Deut. XXXIII, 14: גֶּרֶשׁ יְרָחִים *proventus mensium*, id quod singuli menses ex terra promovent, producunt. Cod. Sam. dat [Samaritan] (גְּרוּשֵׁי יָרֵחַ) *a luna protrusa*, ut magis congruat verbis parallelis תְּבוּאוֹת שָׁמֶשׁ. Sed illud magis poëtice dictum, nam *mensium lunarium* (tales enim sunt יְרָחִים) *proventus* a luna procreati cogitantur.

גְּרֻשָׁה f. *expulsio* spec. civium ex possessione sua. Ez. XLV, 9, cf. Mich. II, 9. Nimis generaliter LXX *καταδυναστεία.* Male autem Kimchius *tributa*, Michaëlis *servitutem iuris pascendi* (cf. מִגְרָשׁ) intelligunt.

גֵּרְשֹׁם (expulsio i. q. גֵּרְשׁוֹן, cf. פִּדְיוֹם et פִּדְיוֹן salus) n. pr. 1) filii Mosis et Zipporae. Ex. II, 22. XVIII, 3. In priore loco etymo huius nominis ita alluditur, ut appareat, scriptorem sacrum illud accepisse pro גֵּר שָׁם i. q. גֵּר שָׁם *peregrinus ibi* (coll. arab. ثَمَّ et ثُمَّ = שָׁם), unde factum, quod LXX hoc etymon magis etiam declaraturi *Γηρσάμ* posuere. — 2) filii Levi 1 Par. VI, 1, qui alibi גֵּרְשׁוֹן appellatur, q. v. — 3) patris Jonathani sacerdotis Iudd. XVIII, 30. — 4) filii Pinehas, viri principis Esrae coaevi. Esr. VIII, 2.

גֵּרְשׁוֹן (expulsio) n. pr. *Gerson*, filius Levi, auctor leviticae Gersonitarum gentis (בְּנֵי גֵרְשׁוֹן) Gen. XLVI, 11. Ex. VI, 16. Num. III, 17—21. IV, 22. 27. VII, 7. Cf. גֵּרְשֹׁם no. 2. Inde Patron. גֵּרְשֻׁנִּי *Gersonita*, et plerumque collect. *Gersonitae.* Num. III, 23. XXVI, 57. 1 Par. XXIII, 7. XXIX, 8 cet.

מִגְרָשׁ plur. מִגְרָשִׁים, semel וֹת Ez. XXVII, 28 m. 1) inf. aram. Kal, v. rad. Kal no. 3. — 2) pr. locus, quo *propellitur* pecus ad pascendum, *pascuum.* מִגְרְשֵׁי שָׁרוֹן pascua Saronis 1 Par. V, 16. Ez. XLVIII, 15: לְמוֹשָׁב וּלְמִגְרָשׁ *tum habitationi, tum pecori pascendo.* Spec. dicitur de areis circa urbes Levitarum pascendo pecori destinatis Num. XXXV, 2 sq. Jos. XIV, 4. XXI, 2. 11 sq. 1 Par. VI, 40. 2 Par. XI, 14. Lev. XXV, 34: שְׂדֵה מִגְרַשׁ עָרֵיהֶם לֹא יִמָּכֵר *ager pascui circa urbes eorum non vendatur.* 2 Par. XXXI, 19. Levitarum urbes propterea vocantur עָרֵי מִגְרָשִׁים 1 Par. XIII, 2. De magnitudine

horum agrorum vide quae ad diversa Pentateuchi loca concilianda disputaverunt Rosenm. in Exc. 2. ad Num. et Vaterus ad Num. XXXV, 2. — 3) *area* quaelibet urbem vel aedificium circumdans. Sic de area circa templum Ez. XLV, 2, circa urbem sanctam ib. XLVIII, 17, circa Tyrum Ez. XXVII, 28: *propter clamorem nautarum tuorum* יִרְעֲשׁוּ מִגְרֹשׁוֹת *contremiscunt agri (urbis)*. (Chald. פַּרְוָרַיָּא *suburbia*. Syr. *quae circa te sunt*). Pluralis מִגְרָשׁוֹת hoc uno loco obvius proprie est a sing. מִגְרָשׁ (ut יוֹנְקִים, plur. יוֹנְקוֹת), non a מִגְרָשָׁה (quod vult Simonis), cuius formae vocabula non exstant, sed iungitur verbo masculino, eaque re imitatur nomen singulare. — LXX in Paral. optime περισπόλιον quod circa urbem est, alibi προάστειον, περισπόριον suburbium, domus suburbana. Vulg. suburbana.

גשם rad. inusit., quae *pluendi* significatum habuisse videtur.

Hiph. pluere iussit (nisi hoc est denom. a גֶּשֶׁם) Jer. XIV, 22.

גֶּשֶׁם plur. גְּשָׁמִים constr. גִּשְׁמֵי m. 1) *pluvia vehementior, imber.* Vocabulum generalius de pluvia est מָטָר, nostrum vehementiorem significat. Hinc Zach. X, 1 מְטַר גֶּשֶׁם pluvia imbris opp. simplici מָטָר, et Iob. XXXVII, 6 de pluvia vehementius cadente: גֶּשֶׁם מָטָר וְגֶשֶׁם מִטְרוֹת עֻזּוֹ. Idem apparet ex epithetis ut גֶּשֶׁם גָּדוֹל 1 Reg. XVIII, 45, גֶּשֶׁם שׁוֹטֵף Ez. XIII, 11. 13. XXXVIII, 22, et ex eo, quod de imbribus diluvium praecedentibus (Gen. VI, 2. VIII, 2), item de pluvia hiberna, quae vehementissima est in Oriente, nostrum vc. usurpatur (Cant. II, 11). Alibi sane non differt a מָטָר, et quamlibet pluviam notat. 1 Reg. XVII, 7. Eccl. XI, 3. Jer. V, 24. XIV, 4. Joel II, 23 cet. — 2) n. pr. viri Neh. II, 19. VI, 1. 2, quod VI, 6 גַּשְׁמוּ (Rabb. natura corporea) scribitur.

גֹּשֶׁם c. Suff. גֻּשְׁמָהּ m. i. q. גֶּשֶׁם *imber*. Ez. XXII, 24.

גְּשֵׁם nonnisi c. Suff. גִּשְׁמֵהּ, גִּשְׁמְהוֹן m. chald. *corpus*. Dan. III, 27. 28. IV, 30. V, 21. VII, 11. (In Targg. גּוּשְׁמָא, ap. Rabbinos גֶּשֶׁם saepissime de corpore, unde גַּשְׁמִיּוּת natura corporea, גַּשְׁמִי corporeus. Syr. ܓܘܫܡܐ, ܓܘܫܡܢܐ, arab. جُثْمَانٌ, جُسْمَانٌ, جِسْمٌ id. Variae جسم verbi significationes, ut magno corpore fuit, a nominis potestate demum ductae sunt. Fortasse conferendum גֶּרֶם, جِرْمٌ, os, corpus, et جلم caro, litteris ל et ר, et ש inter se permutatis).

* * *

* **גֹּשֶׁן** n. pr. *Gosen* 1) Aegypti regio, in qua Hebraei a Jacobi tempore ad Mosen usque habitarunt. Gen. XLV, 10. XLVI, 28. 29. 34. XLVII, 1. 4. 27. L, 8. Ex. VIII, 18. IX, 26. Quum huius regionis nomen a Graecorum geographis numquam commemoretur, de situ eius in diversas sententias abierunt interpretes et veteris geographiae scrutatores. Nobis satis exploratum videtur, Gosenitidem appellatam esse inferioris Aegypti regionem ab oriente brachii Pelusiaci Heliopolin inter et Heroopolitani sinus finem sitam. Ac talis quidem situs 1) non paucis Geneseos et Exodi locis haud obscure significatur. *Primum* quidem ex Ex. XIII, 17. 1 Par. VII, 21 colligitur, Gosenitidem attigisse Philistaeam, ei certe magis vicinam fuisse, quam aliae Aegypti regiones. *Deinde* Josephus patrem Jacobum post adventum in Gosenitide salutaturus *ascendisse* dicitur (Gen. XLVI, 29), quod ubique de itinere ex humiliore Nili littore in Palaestinam faciendo usurpatur. *Tum* Gosenitis non potest non Aegypti regiae, quae auctore Josepho illo tempore Memphis, sec. alios coll. Ps. LXXVIII, 12 Tanis erat, vicina fuisse (Gen. XLV, 10). *Porro* Israëlitae ex Raamses, quam Gosenitidis metropolin et in ea fere media sitam fuisse probabile est (v. רַעְמְסֵס), triduo, vel si mavis, biduo (v. פִּי הַחִירֹת) ad sinum arabicum pervenerunt. *Denique* urbes ab Israëlitis Pharaone imperante aedificatae, ut Raamses, Pithom (Ex. I, 11), in illo, quem diximus, terrae tractu reperiuntur (v. רַעְמְסֵס, פִּתֹם). — His accedit 2) haud paucorum vett. interpretum auctoritas. Ac *Alexandrinus* quidem, in rebus aegyptiacis fide dignissimus, Gen. XLV, 10 גֹּשֶׁן reddit Γεσὲν Ἀραβίας, hoc genitivo adiecto situm eius in orientali Nili littore manifesto significans. Arabiae enim nomine apud Geographos saepe censetur Aegypti et Aethiopiae pars sinum arabicum inter et Nilum, et specialiter quidem in ea, quam Gosenitidi supra assignavimus, regione erat sic dictus νομὸς Ἀραβίας (Ptolem. Geogr. VI, 8. Plin. V, 9). Alibi (Gen. XLVI, 28) pro אַרְצָה גֹּשֶׁן ponit καθ' Ἡρώων πόλιν, εἰς γῆν Ῥαμεσσῆ, ex quo colligas, tum Herdopolin Gosenitidi accenseri solitam, tum totam regionem etiam a metropoli *Raamses* s. Ῥαμεσσῆ appellatam esse. Caeterum apud eundem interpretem pro גֹּשֶׁן ubique ponitur Γεσέν, Γεσέμ, quarum formarum maxime posterior cum forma Aegyptiorum domestica conspirasse videtur, propterea etiam a coptico interprete servata est (ⲡⲓⲭⲉⲥⲉⲙ, ⲅⲉⲥⲉⲙ, v. la Croze Lex. p. 165, in editione Pentateuchi Wilkinsiana constanter ⲡⲓⲅⲉⲥⲉⲙ). Ex *Josepho* id certe colligi posset, eum Heliopolin Gosenitidi accensuisse (Arch. II, 7 §. 6), quam sententiam fortasse ex Vers. Alex. Ex. I, 11 hausit. Magni autem in hac re momenti est *Saadias*, ipse Aegyptius Fijumensis, qui (pariter atque Abusaides) ubique reddit السدير. Id enim nomen a Michaële ignoratum arcem cum regione vicina in provincia aegyptiaca Scharkie, in qua etiam circulus Tarabia (i. e. Ἀραβίας νομὸς Ptolemaei), notare post Silv. de Sacy (Mem. sur la version arabe des livres de Moïse p. 71) ex Makrizio potissimum docuit Quatremère (Memoires sur l'Egypte, I, p. 61). Neque magnopere differt ipsius Makrizii, gravissimi scriptoris, sententia, qui Gosenitidem regionem circa Belbeisam fuisse censet

(Quatremère l. c. p. 53). — Regionem Pelusio vicinam (אַרְעָא דפילוסין) reddunt Pseudoj. et Targ. Hieros., *Fostat* (sic enim legendum pro ܦܘܣܛܛ) interpretatur Bar Bahlul. — E recentioribus sententiam modo propositam docte persecutus est Mich. in Suppl. et in not. ad Abulf. Aegypt. no. 248. 266, contra pro regione Heliopolitana pugnant *Cellarius* (not. orb. ant. II, b, p. 51), J. M. Hase (regni Davidici et Salom. descr. p. 175 sq.) et Shaw (Itin. p. 265), pro praefectura Saïtica Bryant (Observations upon the plagues inflicted upon the Egyptians. London 1794), pro Heracleotica i. e. terra Fijum in Aegypto media Jablonski in VIII dissertatt. de terra Gosen, quae repetitae sunt in eius Opuscc. ed. te Water II, p. 73—224, sententia vel hanc ob causam manifesto falsa, quod Gosenitidem ultra Nilum summovet, quem tamen egredientes ex Aegypto Israëlitas superasse nusquam legimus. Cf. Michaëlis Suppl. p. 379. — Nominis aegyptiaci etymon explicare conati sunt Jablonskius l. c. et Wahlius (descr. Asiae I, 348), ille ex ⲔⲰϢ-ⲬⲰⲘ regio roboris (s. Herculis), hic ⲔⲀϨⲒ-ϢⲰⲚ terra vallis, quod posterius a forma coptica ⲚⲈⲤⲈⲘ iusto longius abest.

²) urbs cum regione vicina in montanis tribus Iudae. Jos. X, 41. XI, 16. XV, 51.

גָּשַׁף rad. inusit. Syr. ܓܫܦ blande demulsit.

גִּשְׁפָּא (blandities) n. pr. viri Neh. XI, 21.

גָּשַׁר rad. inusit., quae prob. idem valebat quod כָּשַׁר rectus fuit, inde כְּשׁוּרָא, ܟܫܘܪܐ, et chald. גְּשׁוּרָא, arab. جَسْرٌ, جِسْرٌ trabs domus, it. pons, quem posteriorem significatum habet etiam chald. גִּשְׁרָא, syr. ܓܫܪܐ, unde denom. جَسَرَ, ܓܫܪ pontem struxit, dein audax fuit, siquidem pontem struere, maxime in bello et ubi flumen rapidum est, viri audacis est et strenui. Alii forte contra audaciae significatum primarium, pontis struendi secundarium esse statuent, qua in re suam quisque sententiam sequatur. Inde

גְּשׁוּר (pons) *Gesura*, n. pr. regionis in Syria (2 Sam. XV, 8), cuius regis filiam Davides in matrimonio habuit, et in quam Absalomus, regis Gesurae nepos, confugit 2 Sam. III, 3. XIII, 37. 1 Par. III, 2. E verbis 1 Par. II, 23 colligas, *Gesuram* in vicinia Gileaditidis quaerendam esse, et Gesuraeos non diversos esse a גְּשׁוּרִים, de quibus statim s. v. גְּשׁוּרִי agetur. Duce J. D. Michaële, qui oppidum ad aliquem Orontis pontem intelligendum censebat, olim conieci (in additam. ad Lex. hebr. minus ed. 2) Gesuram ibi sitam fuisse, ubi nunc oppidum munitum *Dschisr Schogr* (جسر شغر) ad Orontem, id tamen a finibus Palaestinae nimis remotum videtur.

גְּשׁוּרִי *Gesuraeus*, n. gent. 1) populi ad radices Hermonis, prope Maacham, a septentrione Batanaeae et Argob provinciae degentis, finibus quidem terrae sanctae inclusi, ita tamen, ut Hebraeorum imperio non pareret. Deut. III, 14. Jos. XII, 5. XIII, 13. 1 Par. II, 23. Cf. גְּשׁוּר. Hodieque in illa regione est pons جسر بنى يعقوب *pons filiorum Jacobi*. — 2) populi in vicinia Philistaeae. Jos. XIII, 2. 1 Sam. XXVII, 8. Quum rari in illa regione sint rivi ideoque pontes, Michaëlis accolas rivi Aegypti (נַחַל מִצְרַיִם) intelligendos esse suspicatur. Sed quidni haec gens hoc *Pontinorum* nomen etiam ab aliis, quas forte antea tenuerat, sedibus, accepisse possit? Praeterea etiam prope Gazam est rivus Besor (בְּשׂוֹר).

גָּשַׁשׁ in Kal inusit. Arab. جَسَّ et جَلَسَ Cor. XVII, 5, aeth. ገሰሰ: chald. גַּשֵּׁשׁ, sam. ࠂࠔࠔ, syr. ܓܫ et ܓܫܫ Ephr. 1, 293, zab. ܓܫ et ܓܫܫ palpavit, palpando inquisivit, ut arteriarum pulsum, dein generatim exploravit, ܓܫܘܫܐ explorator, zab. ܓܫܫܐ exploratio. Synonymum est מָשַׁשׁ et videtur palpandi notio posteriori syllabae, quam utraque radix communem habet, fortasse sonum utcunque imitanti inhaesisse. In Cod. Nasar. I, 134. II, 14 iungitur ܓܫܫ ܘܡܫܫ.

Pi. palpavit, palpando quaesivit, c. acc. Semel legitur Jes. LIX, 10.

גַּת torcular, it. n. pr. Gath, v. rad. יָגַן.

גִּתִּי v. ibid.

גִּתַּיִם ibid.

גָּתַר rad. inusit. Syr. ܓܬܪܐ faex. Inde

גֶּתֶר n. pr. regionis Aramaeorum, Gen. X, 23 commemoratae. Ne vestigium quidem huius nominis reperire potuit Bochartus (Phaleg II, 10), Clericus confert Cartharam, oppidum ad Tigrim situm. E vett. Josephus (Arch. I, 6 §. 4) inde derivat Bactrianos (fortasse alicubi legens בגתרא, et ב pro radicali habens), Saad. reddit الجرامقة i. e. sec. Kam. p. 1254 populus barbarus, qui ab initio Islamismi provinciam Mosul in Mesopotamia habitabat.

GVILIELMI GESENII

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORIS, AVGVSTISSIMO BORVSSIAE REGI A CONSILIIS IN SENATV SACRO, THEOLOGIAE IN ACADEM. FRIDERICIANA HALENSI CVM VITEBERGENSI CONSOCIATA PROFESSORIS PVBL. ORD., ACADEMIARVM REGIAE BORVSSICAE ET INSCRIPTIONVM LITTERARVMQVE HVMANIORVM PARISIENSIS, SOCIETATVM ASIATICARVM PARISIENSIS ET LONDINENSIS, SOCIETATIS PHILOSOPHICAE CANTABRIGIENSIS SOCII

THESAVRVS

PHILOLOGICVS CRITICVS

LINGVAE HEBRAEAE ET CHALDAEAE

VETERIS TESTAMENTI.

TOMI PRIMI FASCICVLVS POSTERIOR.

EDITIO ALTERA SECVNDVM RADICES DIGESTA PRIORE GERMANICA LONGE AVCTIOR ET EMENDATIOR.

LIPSIAE 1835

SVMTIBVS TYPISQVE FR. CHR. GVIL. VOGELII.

ד

Daleth (דָּלֶת), tertia alphabeti littera, si numeri nota est, *quattuor* significans. Nomen eius haud dubie *portam* denotat, cuius formam, quanquam imperfectam, eius litterae figura in scriptura quadrata utcunque refert. Figura eius in alphabeto phoenicio (q 4) a portae similitudine longe abest: ab hac posteriore tamen ductum est Delta antiquorum Graecorum (Δ Δ). De *pronuntiatione* eius non est quod h. l. agamus, quod vero ad *permutationem* eius cum aliis elementis attinet, 1) saepissime transit in ז et ذ Arabum, quod posterius in nonnullis Arabiae dialectis sicut *d* pronuntiatur. Sic ab initio radicis, דוד et זוד, זיד coxit, דָּבַל et זָבַל in rotundam formam coëgit, דָּעַךְ et זָעַךְ exstinxit, דָּרַב et ذرب acutus fuit, in medio eius גָּדַד, جَدَّ et جَذَّ succidit, cf. גָּזַז totondit, גָּדַע, גָּזַע, جذع id. נָדַר, نذر vovit, جدف et جذف resecuit, amputavit. In linguis aramaeis ذ Arabum et ז Hebraeorum, quatenus huic respondet, ferme ubique transit in ד (v. ז). Rarius ד permutatur cum ز Arabum, ut גָּדַע جذع et جزع succidit, קַרְדֹּם, كَرْزَم securis. — Nonnunquam commutatur etiam cum dentalibus durioribus ט et ת, ut דִּבָּה, aram. טִבָּא, ܛܶܒܳܐ calumnia, בָּדַל, بتل separavit, בָּדַק fidit, cf. בָּתַק, بتك cecidit, diffidit, בֶּטֶן, بطن venter, cf. بدن corpus, cadaver, دلم et ظلم tenebricosus fuit, سدى et ستى texit cet. De ד et ל inter se permutatis v. sub vc. אָזַד p. 58 A.

דָּא chald. i. q. hebr. זֹה, זֹאת (cui respondet in Targg.) pron. pers. fem. *haec, hoc.* Dan. IV, 27. VII, 3. 8. V, 6: *genua eius* דָּא לְדָא נָקְשָׁן *percutiebant se invicem* i. e. collidebantur. (In Targg. dr. praemisso ה, הָדָא, הָדָא, syr. ܗܳܕܶܐ, sam. ࠄࠃࠀ Deut. XXXI, 12. XXXII, 46. XXXIII, 1, nasor. ܗܳܕܶܐ).

דָּאַב inf. דְּאָבָה pr. *liquefactus est.* LXX τήκεσθαι Deut. XXVIII, 65, ἐκτήκω Lev. XXVI, 16. (Congruunt radd. אָדַב, דוב et זוב, it. syr. ܕܳܒ liquefactus, solutus est, arab. ذَابَ med. Waw, liquefactus est. II. et IV. liquefecit, v. exempla ap. Cast. 668, it. contabuit caro aegroti, et remotius etiam ذَئِبَ laboravit, eoque lassus fuit). Hinc 1) in verbo *languit, contabuit,* fame, siti, miseria. Jer. XXXI, 12: לֹא־יוֹסִיפוּ לְדַאֲבָה עוֹד *non contabescent in posterum.* Tribuitur oculo et animae (cf. עָשֵׁשׁ, כָּלָה). Ps. LXXXVIII, 10: עֵינִי דָאֲבָה מִנִּי־עֹנִי *oculus meus contabescit prae miseria.* Jer. XXXI, 25: כָּל־נֶפֶשׁ דָּאֲבָה מִלֵּאתִי *omnem animam, quae contabuit, implebo* i. e. satiabo. Etenim fames et sitis animae (נֶפֶשׁ) tribui solent, unde נֶפֶשׁ עֲיֵפָה, נֶפֶשׁ צְמֵאָה, נֶפֶשׁ רְעֵבָה. — 2) Refertur ad *timorem,* ut alia huius significationis verba (v. מָסַס no. 2), inde

דְּאָבָה f. *timor, pavor* Iob. XLI, 14. Bene Syr. ܕܰܚܠܬܳܐ. (Arab. ذأب II. liquefecit corda i. e. terruit Deut. I, 28, ذَأَبَ terruit, pass. territus est).

דַּאֲבוֹן m. constr. דַּאֲבוֹן sequ. נֶפֶשׁ *tabes,* qua quis conficitur et enecatur. Deut. XXVIII, 65.

דָּאַג fut. יִדְאַג *sollicitus fuit, anxie timuit.* (Linguae cognatae hac radice carent. Primariam significationem Schroederus in Observatt. ad origg. hebr. p. 104 ponit in motu maris agitati cf. Jer. XLIX, 23 et gr. φρίσσω, φρίττω). Constr. absol. Jer. XVII, 8, c. acc. Jes. LVII, 11: אֶת־מִי דָּאַגְתְּ *quem times?* Jer. XXXVIII, 19, sequ. מִן Jer. XLII, 16. Is, cui timemus, ponitur praevio לְ 1 Sam. IX, 5. X, 2, id, propter quod aliquis timet, praevio מִן Ps. XXXVIII, 19: אֶדְאַג מֵחַטָּאתִי *sollicitus sum propter peccatum meum.*

דָּאג piscis, v. rad. דָּגָה.

דֹּאֵג (sollicitus) *Doëg,* n. pr. viri Idumaei ex Sauli comitibus, Davidi valde infesti. 1 Sam. XXI, 8. XXII, 9. Ps. LII, 2. — 1 Sam. XXII, 18. 22 in Chethibh legitur דּוֹיֵג, quae scriptura Syriacam formae דֹּאֵג appellationem exprimit (v. pag. 3 B).

דְּאָגָה f. 1) *sollicitudo* Prov. XII, 25. Opp. gaudium. — 2) *metus* Jos. XXII, 24. Ez. IV, 16. XII, 18. 19. Tribuitur mari agitato Jer. XLIX, 23 (vide ad rad.).

דָּאָה fut. יִדְאֶה apoc. יֵדֶא (Ps. XVIII, 11) *volavit,* spec. de celere volatu avium rapacium Deut. XXVIII, 49 (ubi cod. Sam. ࠉࠓࠀࠄ, יֵרָאֶה *conspicitur*) Jer. XLVIII, 40. XLIX, 22, hinc de Deo Ps. XVIII, 11: וַיֵּדֶא עַל־כַּנְפֵי־רוּחַ *volabat super alis venti.* In loco parallelo 2 Sam. XXII legitur וַיֵּרָא *conspicitur,* quae scriptura admodum ieiuna a librariis rarius istud verbum ignorantibus profecta videtur. De forma וַיַּדַּא 2 Reg. XVII, 21 v. sub rad. נָדָא.

דָּאָה f. avis quaedam rapax, a celeri volatu dicta, Lev. XI, 14. Idem vc. cum Cod. Sam. reponendum videtur in loco parallelo Deut. XIV, 13 (cf. variet. lectionis

ad Ps. XVIII, 11. Deut. XXVIII, 49). LXX. utrobique γυπά vulturem interpretantur, Vulg. in Levit. *milvum*, Saad. حداة quod itidem vulturem notat, et Bocharto ex vc. hebraeo praemisso ח (cf. חִדֶּקֶל) ortum videtur. Onk. Syr. Sam. vc. retinent varie inflexum: דַּיְתָא, ܕܝܐ, ࠃࠉࠉࠕࠀ. Cf. Boch. Hieroz. II, 191. Oedmann *verm. Samml.* III, p. 79 sq.

דָּאַל rad. inusit. et dubia. Arab. دَأَلَ et ذَأَلَ lente et clanculum incessit, ut insidiantes.

יִדְאֲלָה n. pr. oppidi Sebulonitarum Jos. XIX, 15. Io. Simonis (Onomast. p. 420) id ex Syrismo dictum censet pro יִדַּלֶּה (quam) Deus extollat, Bochartus autem (Phaleg p. 373) ad composita id refert, qs. dictum sit pro יַד אֵלָה locus Deae coll. nomine Idalium, de Cypri oppido. Prius praetulerim, nisi potius notat *insidias*.

דָּאַר v. דּוּר.

דָּבָא rad. inusit. Arab. دَبَأَ quievit: in Kamuso saltem (Dschauharius enim hac sign. caret) explicatur سكن.

דֹּבֶא m. *quies*. Semel legitur Deut. XXXIII, 25 in benedictione Asseritarum כְּיָמֶיךָ דָּבְאֶךָ *sicut dies vitae tuae, ita sit quies tua*, quod Pfeifferus et Rosenm. interpretantur: quamdiu durabunt dies tui, duret etiam conditio tua quieta. Malim *quietem* poët. dictam esse pro morte, quae h. l. vitae opponatur, ut sententia sit: sicut vita tua, quam felicem placidamque tibi adprecatus sum, ita etiam mors tua placida sit. *Vitae* (יָמֶיךָ) enim optime opponitur mors. E vett. intpp. a) LXX. Gr. Venet. Onk. Syr. Saad. Ar. Erp. *robur* s. *fortitudinem* reddunt, quod neque satis ad contextum accommodatum est, neque ex linguae rationibus probandum. Melius b) Targ. Hieros. Pseudojon. Vulg. Abulwalides *senectutem* interpretantur, et posterior quidem, quem Kimchius sequitur, ita ut transpositum sit ex דאב et ארב et pr. languorem notet. Reddit igitur, plane ut Vulg.: كايام شبابك تكون ايام هرمك *sicut dies iuventutis tuae sint dies senectutis tuae*. Sed senectus haud bene vitae opponitur, neque ימיך commode de iuventute acceperis. Caeterum senectutis notio etiam coll. verbo vicino دَبَّ (reptitavit, more senis) probari possit, unde proverbio dicitur من شبّ الى دُبّ a iuventute ad senectutem. E recentioribus c) Hottingerus (sm. orient. p. 138) coll. arab. دَبِيَ abundavit opibus verba nostra ita accipit: sicut dies tui ita divitiae tuae sc. crescant. Sed دبى potius est *reptitavit*, vic. radici دَبَّ, de animalculis, v. c. locustis, formicis i. q. hebr. שָׁרַץ, et ad abundantiam et opes nonnisi per metaphoram transfertur (Kam. p. 1874). *Quietis* significatus, cui nos calculum adiecimus, confirmatur etiam alio quodam huius radicis vestigio in n. pr. מֵידְבָא, quod optime *aquas quietis* i. e. placidas (nec roboris, nec senectutis) reddideris. Cod. Sam. cum Vers. pro דָּבְאֶךָ dat ࠓࠁࠅࠕࠊ, quod *magnitudo tua* reddendum videtur, ita ut ࠓࠁࠅ sit i. q. ࠓࠁࠅࠕࠊ. Sententia esset: sicut dies tui multi, ita magnificentia tua magna sit.

דָּבַב 1) *repsit, rependo incessit.* Inde דֹּב ursus, a rependo. (Arab. دَبَّ rependo incessit, more serpentis, scorpii, senis). — Spec. usurpatur 2) de obtrectatore clandestino, clam domos perreptante ad spargendas calumnias. Cf. רָגַל et רָכִיל הֹלֵךְ et quod Arabes per proverbium dicunt de obtrectatore دَبَّتْ عَقَارِبُهُ reptitant scorpii eius, v. Abulf. Ann. IV, p. 412 ibique Reiskium coll. pag. 706. Schult. ad Har. I p. 20. et ad Prov. XXV, 10. Inde دَبُوبٌ et دَيْبُوبٌ obtrectator et hebr. דִּבָּה calumnia. — 3) Transfertur ad fluida lente fluentia, cf. הָלַךְ no. 5. (Arab. دَبَّ inter alia: paulatim fluxit cruor sanguinis, irrepsit cerebro vinum). Ita Cant. VII, 10: *palatum tuum est instar vini dulcis* (significatur saliva palati) הוֹלֵךְ לְדוֹדִי לְמֵישָׁרִים *recta fluens ad suavium meum* דּוֹבֵב שִׂפְתֵי יְשֵׁנִים *perreptans labia* una *dormientium* in eodem toro cubantium. Vereor enim ne recte ita interpretati sint Driessenius in Dissertatt. Lugdd. p. 1101 sq. et Michaëlis in Suppl. p. 385, de basio nimirum impudico, neque magis huius in vetere carmine amatorio mentionem mireris, quam paulo ante (VII, 7) explendae libidinis. Salivam ab osculantibus imbibendam crebris sermonibus et figuris usurpant Arabes, v. Hug ad Cant. p. 49, v. d. Sloot ad carm. Togr. p. 134, Ibn Doreid p. 113. 114 Scheid. cf. Saad. ap. Aben Esram ad Cant. I, 2. Talmudici verbo דבב loquendi significatione utuntur, quam ex nomine דִּבָּה colligendam putarunt, unde nostrum locum interpretantur: quod loqui faciet labia dormientium sc. in somniis.

דֹּב et **דּוֹב** Plur. דֻּבִּים *ursus*, a lento incessu dictus, non, ut Bocharto placet (Hieroz. 1, 806), quod animal sit pilosum, coll. دَبَبٌ parvos pilos habuit in facie, haec enim radicis significatio ab urso demum petita videtur. (Arab. دُبٌّ ursus, دُبَّةٌ ursa, aeth. ድብ: syr. ܕܒܐ comm. ursus et ursa Apoc. XIII, 2, chald. דּוֹב, דֻּבָּא id. Aliud huius radicis derivatum دَابَّةٌ apud Arabes valet bestiam quamlibet, quae super terra incedit, spec. iumentum). 1 Sam. XVII, 34. 36. 37. Jes. XI, 7. LIX, 11. Ubi sexus nulla ratio habetur, constr. c. masc., ut דֹּב שַׁקּוּל Prov. XXVIII, 15, דֹּב אֹרֵב Thren. III, 10, ubi ursa signi-

ficatur, semel more communium feminino iungitur, שְׁתַּיִם דֻּבִּים *duae ursae* 2 Reg. II, 24, alibi more epicoenorum itidem masculinum adsciscit, unde דֹּב שַׁכּוּל *ursa orbata* catulis, hinc ferocissima. 2 Sam. XVII, 8. Prov. XVII, 12. Hos. XIII, 8.

דֹּב chald. id. Dan. VII, 5.

דִּבָּה f. *infamia, calumnia, obtrectatio.* Ubique in malam partem, quanquam rarius additur רָעָה Gen. XXXVII, 2. Num. XIV, 37. Quater dicitur הוֹצִיא דִבָּה infamiam sparsit Prov. X, 18, sequ. עַל de aliqua re Num. XIV, 36, it. sequ. genit. Num. XIII, 32. XIV, 37. Isto autem genitivo partim, ut his in exemplis, significatur is, cui infamia infertur, adde Gen. XXXVII, 2. Prov. XXV, 10: וְדִבָּתְךָ לֹא תָשׁוּב *et ne infamia tua non recedat;* partim hi, qui infamiam spargunt Ps. XXXI, 14: כִּי שָׁמַעְתִּי דִּבַּת רַבִּים *nam multorum audio calumniam.* Jer. XX, 10. (Congruit chald. טִבָּה infamia, et syr. ܛܒܐ, ܛܒܬܐ rumor, fama, ܐܛܒ famam sparsit, divulgavit).

דָּבַב rad. inusit., probabiliter idem notans quod aram. דוב fluxit, cf. talmud. et rabb. דבא affluere fecit, apportavit (quanquam exemplum a Buxt. laudatum non satis certae auctoritatis est). Inde

דִּבְיוֹנִים 2 Reg. VI, 25 Keri *stercus columbarum,* pro Chethibh חֲרֵי יוֹנִים. Vix dubium est, Masorethas hoc vc. tanquam honestius et verecundius posuisse pro antiqua illa scriptura, quae ipsis iusto obscoenior videretur. Atqui prior compositi nostri pars (דִּב) *fluxum* significare, dein per euphemismum ad stercus translatum esse videtur, cf. ῥεῦμα γαστρός, διάῤῥοια, alvi profluvium. Plura de h. l. vide sub rad. חָרָא.

דְּבַח chald. *sacrificavit* i. q. hebr. זָבַח, cui respondet in Targg. Part. דָּבְחִין Esr. VI, 3.

דְּבַח plur. דִּבְחִין m. *sacrificium* i. q. hebr. זֶבַח. Esr. VI, 3.

מַדְבַּח emphat. מַדְבְּחָא m. *locus, in quo sacrificatur, altare.* Esr. VII, 17.

דָּבַךְ rad. inusit., quam idem fere notasse suspicor, quod דָּבַק adhaesit, causat. coniunxit. Inde ductum videtur

נִדְבָּךְ (pr. Verbale Niph.) chald. *strues, series* lapidum, a coniungendo dicta, fort. *paries, maceria.* Esr. VI, 4: נִדְבָּכִין דִּי־אֶבֶן גְּלָל תְּלָתָא וְנִדְבָּךְ דִּי־אָע חֲדַת *tres strues lapidum magnorum et una ligni novi,* aut *tres parietes* cet. LXX δόμοι i. e. lapidum ordines, cf. talmud. דימוס de ordine lapidum i. q. נִדְבָּךְ (v. Buxt. p. 552). Vulg. *ordines.* Vers. hebr. טור אבן quod tum de ordine lapidum, tum de pariete usurpatur (Ez. XLVI, 23). In Targg. נִדְבָּךְ plerumque lapidum ordinem notat (Hagg. II, 15. Zach. IV, 10), sed ponitur etiam pro טוּר, ubi parietem notat (Ez. l. c.). In Talmude tum de una lapidum serie occurrit (vide impr. Maim. ad Kelim 20, 5), tum de pariete (Gem. Babyl. Bechoroth fol. 16) cf. Lex. Aruch h. v. Io. Simonis Nun in hoc vc. radicale, ךְ autem servile esse volebat, pro nostra tamen derivatione pugnat forma מדבך של אבנים Gem. Succa cap. 2. init.

דָּבַל rad. inusit. i. q. arab. دَبَلَ in rotundiorem formam coëgit rem, ut buccellam. In usu fuisse videtur haec radix etiam de globulis stercoris (cf. גָּלָל), unde دِبَال stercus, it. دُبْلَة globulus stercoris, chald. זְבַל, זֶבֶל, syr. ܙܒܠ, arab. زِبْلَة stercus, quae cuncta a rotunda forma dicta videntur. Vide rad. זָבַל. Inde

דְּבֵלָה f. *ficuum aridarum massa in placentae* vel maioris vel minoris formam coacta, a *rotunditate* dicta (non a marcescendo et flaccescendo, quod nonnullis placet coll. arab. ذبل marcuit planta) gr. παλάθη quod ex hebraeo vel potius syriaco דבלתא abiecto ד initiali ortum videtur, παλάθης enim Συριακῆς diserte meminit Athenaeus XI p. 500 Casaub. Legitur 1 Sam. XXX, 12, plenius דְּבֶלֶת תְּאֵנִים 2 Reg. XX, 7. Jes. XXXVIII, 21. Plur. דְּבֵלִים 1 Sam. XXV, 18. 1 Par. XII, 40. (Chald. דְּבִילָא, דְּבִילְתָּא, syr. ܕܒܠܬܐ, plur. ܕܒܠܐ id.). Maimon. ad Terumoth 4 §. 8: *Moris est conficere palathas ficuum ad formam panis rotundi, quae vocantur עגולים; solent eas etiam conficere in formam quadratam et vocantur מלבנים, quia sunt eius formae, qua conficiunt lateres.* „Addit ibidem Bartenoriensis, confectas fuisse pro lubitu maiores vel minores. Immo maximas saepe factas, ut in mensas plures una suffecerit, tradit idem Ob. de Bart. ad Schabb. 16 §. 3. ככר דבלה dicitur Schebiith 1 §. 2. 3. 4, ubi vid. Maim. et Bart. Et ex Gem. Taanith fol. 28, 1 discas, massas illas ficuum orbiculatas ita concinnatas, ut ficus primum in mortario contunderentur pistillo, et deinde formarentur in orbes. Maim. ad Terumoth 2 §. 1 *orbis palathae ficuum est maioris panis instar, uti rota molae, quem conficiunt ex ficibus siccis.* Et R. Obad. ad Schabb. 17, 2: *Orbes illi ficuum crassi sunt et duri, ut opus sit securi ad eos scindendos.* Nempe cum induruisset massa, portiones inde pro re nata, abscindebant, instar panis comedendas.“ Cels. Hierob. II, 378, adde Faber ad Harmari observatt. I, p. 389 sq. LXX παλάθη, de qua Hieron. ad Ez. 6: „massa ficuum et pinguium caricarum, quas in morem laterum figurant, ut diu illaesae permaneant, calcant et compingunt.“ Eiusmodi palatharum placentae etiam ἄρτοι vocabantur (Long. Past. III, p. 86),

singulae ficus aridae ἰσχάδες, *coctana*, *cottana*, *caricae* (Plin. XIII s. 10. Martial. XIII, 28).

דִּבְלָה n. pr. loci, quod memoratur Ez. VI, 14 tanquam in septentrionalibus terrae sanctae finibus situm: מִמִּדְבַּר דִּבְלָתָה *a deserto* (arabico) *Diblatham usque*. Intelligunt vel *Diblathaim*, Moabitarum oppidum (v. בֵּית דִּבְלָתַיִם p. 194 B) huic contextui plane ineptum, vel *Diblath* Antiochiam aut certe Daphnen, Antiochiae suburbium esse comminiscuntur (v. Schol. gr. ad Jer. LII, 9 et Cast. v. ܕܒܠܬ, qui ex Ephraemo profecit), quod si verum esset, minus etiam illi loco adhiberi posset, cum Antiochia in septentrionalibus ferme Syriae finibus sita sit. Non dubitans cum Michaële (Supplemm. p. 2229) repono רִבְלָתָה et Riblam intelligo prope boreales Palaestinae fines sitam. Nec nova haec opinio. Hieronymus ad h. l. „Multi putant, eundem esse locum, de quo in Jeremia [XXXIX, 5] scriptum est, adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblatha. Potest et ob vicinam similitudinem Daleth et Res, Hebraicarum literarum, quae parvo apice distinguuntur, vel Deblatha vel Reblatha appellari.“ Idem vitium ab Alex. interprete Jer. XXXIX, 5. LII, 10. 2 Par. XXXVI, 2. 2 Reg. XXIII, 33 admissum, in quibus singulis locis nonnulli codd., modo plures, modo pauciores exhibent *Δεβλαθά*, item a Syro Jer. l. c. qui dedit ܕܒܠܬ, quam formam vitiosam emendare, non ex coniectura parum docta explicare debebant harum Versionum veteres interpretes.

דִּבְלַיִם (duae palathae) n. pr. soceri Hoseae prophetae. Hos. I, 3.

דִּבְלָתַיִם v. בֵּית דִּבְלָתַיִם p. 194 B.

דָּבַק (1 Reg. XI, 2) et דָּבֵק (2 Reg. III, 3. Prov. XVIII, 24), 3 fem. et plur. in Pausa דָּבֵקָה Iob. XIX, 20. XXIX, 10. דָּבֵקוּ XLI, 15, fut. יִדְבַּק, inf. דָּבְקָה Deut. XI, 22. XXX, 20. 1) *adhaesit, cohaesit.* LXX κολλᾶσθαι, προσκολλᾶσθαι. (Syr. ܕܒܩ id. Pa. compegit, coaptavit. Arab. دَبِقَ adhaesit firmiter, ceu visco. II. visco iunxit, cepit eo avem, دَبْق viscus. Radices affines sunt طَبِقَ appactus fuit rei, طُبْق viscus, et طَفِقَ affixus fuit loco, negotio, aeth. ጠበቀ: adhaesit). Dicitur absolute Iob. XLI, 15: מַפְּלֵי בְשָׂרוֹ דָבֵקוּ *tori carnis eius cohaerent*, et sequ. particulis בְּ, לְ, אֶל. Jer. XIII, 11. 2 Sam. XXIII, 10. 2 Par. III, 12. Ps. CII, 6. Formula *adhaeret lingua palato* tum de ore sicco dicitur et sitiente Thren. IV, 4. Ps. XXII, 16, tum de obmutescente Ps. CXXXVII, 6. Iob. XXIX, 10 (cf. Hiph. Ez. III, 26). *Manui* alicuius *adhaerere* dicitur, quod furto ablatum est Deut. XIII, 18. Iob. XXXI, 7. — Ps. XLIV, 26: דָּבְקָה לָאָרֶץ בִּטְנֵנוּ *humi adhaeret venter noster* i. e. proni iacemus in pulvere. CXIX, 25. Adhaerendi significatus spec. refertur a) ad *societatem*, sequ. בְּ et עִם. Ruth II, 8: תִדְבָּקִין עִם־נַעֲרֹתָי *adhaere ancillis meis.* Comm. 21 et sequ. בְּ Comm. 23. (Apud Samaritanos inde ࠃࠁࠒࠉ socius, adiutor). b) ad *singularem* rei hominisve *amorem*, studium admodum propensum. Ita *adhaerere* dicimur Deo Deut. X, 20. XI, 22. XIII, 5. XXX, 20. Jos. XXIII, 8, regi 2 Sam. XX, 2, legi divinae Ps. CXIX, 31, peccatis 2 Reg. III, 3, amico Prov. XVIII, 24, uxori et amicae Gen. II, 24. XXXIV, 3, cf. 1 Reg. XI, 2. Hoc significatu translato constr. etiam sequ. אַחֲרֵי pr. adhaesit et secutus est aliquem. Ps. LXIII, 9: דָּבְקָה נַפְשִׁי אַחֲרֶיךָ *tibi adhaeret teque sequitur anima mea.* Jer. XLII, 16. — De morbo, qui alicui adhaeret Deut. XXVIII, 60. 2 Reg. V, 27.

2) *assecutus est* aliquem, i. q. הִשִּׂיג, מָצָא, *accidit* ei. (Cf. arab. وصل iunxit, it. pervenit ad locum, gall. *joindre quelqu'un*; لحق cohaesit, assecutus est aliquem, contigit alicui; لصق, ለጸቀ: adhaesit, coniunctus fuit, ተለጸቀ: proxime accessit ad locum, አለጸቀ: accedere iussit; syr. ܢܩܦ adhaesit, secutus est; lat. haerere in terga hostium Liv. I, 14, in tergis Tac. hist. 4, 19. Curt. 4, 15.). Constr. sequ. Acc. et אַחֲרֵי. Gen. XIX, 19: פֶּן־תִּדְבָּקַנִי הָרָעָה *ne assequatur me calamitas.* Ita de fame Jer. XLII, 16.

Pu. conglutinatus est, cohaesit, absol. Iob. XXXVIII, 38. XLI, 9.

Hiph. הִדְבִּיק, fut. plur. יַדְבִּיקוּ et יַדְבְּקוּ (1 Sam. XIV, 22. XXXI, 2. 1 Par. X, 2) 1) causat. Kal no. 1. *fecit, ut adhaereret, agglutinavit, adiunxit,* sequ. בְּ et אֶל Ez. III, 26. XXIX, 4. Metaph. Jer. XIII, 11: *sicut cingulus adhaeret lumbis viri* כֵּן הִדְבַּקְתִּי אֵלַי אֶת־כָּל־בֵּית יִשְׂרָאֵל *ita mihi adiunxeram domum Israëlis.* — 2) *persecutus est*, sequ. acc. Iud. XVIII, 22. 2 Sam. I, 6, et אַחֲרֵי Iud. XX, 45. 1 Sam. XIV, 22. XXXI, 2. — 3) i. q. Kal no. 2. *assecutus est*, sequ. acc. Gen. XXXI, 23. Iud. XX, 42. It. causat. *fecit, ut assequeretur, assequi iussit.* Sequ. בְּ Deut. XXVIII, 21: יַדְבֵּק יְהוָה בְּךָ אֶת־הַדָּבֶר *faciet Jehova, ut pestis te assequatur* i. e. eam tibi immittet.

Hoph. i. q. Kal et Pual, *agglutinatus est, adhaesit* lingua palato. Ps. XXII, 16.

דָּבֵק plur. דְּבֵקִים part. adhaerens, cohaerens Deut. IV, 4.

דְּבַק chald. i. q. hebr. *cohaesit*, sequ. עִם cum aliqua re. Dan. II, 43.

דֶּבֶק m. 1) *ferruminatio* metalli. Jes. XLI, 7. — 2) Plur. דְּבָקִים *commissurae* thoracis 1 Reg. XXII, 34. 2 Par. XVIII, 33: *vulneravit regem Israëlis* בֵּין הַדְּבָקִים וּבֵין הַשִּׁרְיָן *inter commissuras et thoracem.* Clericus commissuras intelligit, quibus ferreus thorax coniungatur cum pendentibus laminis, quibus venter tegitur, quae

pars Gallis vocetur *le défaut de la cuirasse*, quia ibi desinat thorax. Syr. simpliciter: ܒܝܢ ܚܘܩܐ ܘܦܘܫܟܐ *inter commissuras thoracis.* *Pulmonem* reddunt LXX et Vulg., coniecturam procul dubio secuti. Si membrum quoddam corporis intelligendum esset, *alam s. axillam* reddiderim, coll. מִדַּבְקֵי יַד Jer. XXXVIII, 12 Targ. pro hebr. אַצִּילוֹת יָדֶיךָ, et sam. ... pro hebr. אֶבְרָה ala.

דָּבַר plerumque: *locutus est.* Variae autem huius radicis significationes, quae, hebraeam linguam si spectas, maximam partem in derivatis tantum insunt, in ceteris autem dialectis in ipso etiam verbo cernuntur, hoc nobis ordine videntur esse ponendae: 1) *seruit*, ordinavit; 2) *ordine duxit* (aram. דְּבַר, ܕܒܪ, ...), *egit*, impr. *egit pecus, pavit gregem* (quo spectant derivata דֹּבֶר pascuum, דָּבְרָה ratis, מִדְבָּר pascuum, desertum), *dux fuit populi, rexit, administravit* (cf. chald. דְּבַר et syr. ܕܒܪ duxit, gubernavit, regnavit, arab. دَبَّرَ id.), it. *coëgit*, coërcuit, imperio suo *subiecit* (vid. Hiph., cf. دَبْر *examen apium* ductum a regina tanquam pastore, דְּבֹרָה Nom. unitatis, *apis*); 3) *sequutus est, pone fuit*, pastor enim sequitur gregem. Ita arab. دَبَرَ pone fuit, دُبُر pars postica, podex, دَابِر postremus, hebr. דְּבִיר postica pars templi, adytum; 4) *pone secutus est*, persecutus est, *insidiatus est*, struxit perniciem, cf. עָקַב, arab. دَبَرَ, hebr. Pi. no. 2, unde est دَبْر, דֶּבֶר exitium, mors, pestis. A prima denique serendi ordinandique significatione proficiscitur 5) ea quae usitatissima est et in verbo maxime conspicua, *loquendi*, ita ut pr. sit *verba serere* (unde Romanis venit *sermo*), sermones serere (Plin. epp. IX, 10), coll. עָרַךְ Iob. XXXVII, 19 i. q. עָרַךְ מִלִּים, εἴρω sero et loquor. Cf. Schult. Opp. min. p. 124. Storr. Observv. p. 5, it. Michaëlis in Suppl. qui tertiam significationem primo loco ponit. — In Coniugatione *Kal* praeter Particip. Act. דֹּבֵר, quod non minus usitatum est quam מְדַבֵּר (vid. Pi.) semel tantum invenitur Particip. Pass. דָּבֻר Prov. XXV, 11, ac semel etiam Inf. בְּדָבְרֶךָ Ps. LI, 6.

Pi. דִּבֶּר (ut כִּבֵּס, כִּפֶּר), nonnisi in Pausa דִּבֵּר 1) *locutus est*; creberrimi usus vc. Differt ab אָמַר dixit, quod quidem posterius ea quae dicta sunt post se requirit, (v. אָמַר no. 1. p. 119 A. B) ut arab. تَكَلَّمَ locutus est a قال dixit; aram. ܡܠܠ, מַלֵּל locutus est ab ܐܡܪ, אֲמַר dixit; aeth. ተናገረ: locutus est a ብሀለ: dixit, gr. λαλέω a φημί, λέγω, nostr. *reden* a *sagen*. Raro enim etiam דִּבֶּר ita ponitur, ut ea quae dicta referuntur sequantur protinus et mente supplendum sit לֵאמֹר (quod fit etiam post שָׁלַח 1 Sam. XX, 21), ut Gen. XLI, 17: וַיְדַבֵּר פַּרְעֹה אֶל־יוֹסֵף בַּחֲלֹמִי וגו׳ *et locutus est Pharao ad Josephum* (dicendo): *in somnio meo* cet. Ex. XXXII, 7: וַיְדַבֵּר יְהוָה אֶל־מֹשֶׁה לֶךְ וגו׳ *dixit Jehova Mosi: surge* cet. 1 Reg. XXI, 5. 6. 2 Reg. I, 7. 9. Ps. CXVI, 10. Jes. LII, 6. Jer. XLII, 19. Ez. XL, 4. Dan. II, 4, ex quibus exemplis simul apparet, minime, ut observat Eichhornius (ad Sim. Lex.), solos libros Regum et Ezechielem ab illo linguae usu recedere. Germanice in his exemplis reddi potest *sprechen*, quod et loquendi et dicendi vim habet. Ponitur a) absolute. Iob. XXXIII, 2: דִּבְּרָה לְשׁוֹנִי בְחִכִּי *loquitur lingua mea in ore meo.* XI, 5: מִי יִתֵּן אֱלוֹהַּ דַּבֵּר *utinam Deus loquatur.* I, 16. 17. II, 10. VII, 11. IX, 35. X, 1 cet. cet. b) c. acc. rei, quam quis proloquitur. Ex. VI, 29: דַּבֵּר אֶל־פַּרְעֹה אֵת כָּל־אֲשֶׁר אֲנִי דֹּבֵר אֵלֶיךָ *loquere ad Pharaonem, quaecunque ad te loquor.* Possit eodem contextu אָמַר sequ. accus. adhiberi, sed loquendi vc. h. l. verba liberius et cum quadam eloquentia facienda significat (quamobrem etiam respondetur: en labiis non circumcisus sum, cf. infra litt. α), quum contra אָמַר semper ad certa quaedam verba referatur. Gen. XXI, 2: *tempore* אֲשֶׁר דִּבֶּר אֹתוֹ אֱלֹהִים *quod prolocutus erat* (dixerat) *Deus.* XLIV, 16: מַה־נֹּאמַר לַאדֹנִי מַה־נְּדַבֵּר *quid dicamus domino meo, quid loquamur?* Num. XXIII, 17: כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר יְהוָה *sicut locutus erat Jehova.* Iob. II, 13: אֵין דֹּבֵר אֵלָיו דָּבָר *nemo erat, qui verbum loqueretur ad eum.* Gen. XII, 4. XXI, 2. XXVII, 19. Jes. VIII, 50. Jer. I, 17. Dan. X, 11. Jon. III, 2. Crebrae sunt locutiones דִּבֶּר צֶדֶק iustitiam loqui i. e. in ore habere s. iuste loqui Jes. XLV, 19, ד׳ אֱמֶת Ps. XV, 2, ד׳ מֵישָׁרִים Jes. XXXIII, 15, ד׳ שֶׁקֶר Jes. LIX, 3. Ps. CI, 7, כָּזָב Dan. XI, 27, נְבָלָה Jes. XXXII, 6, שָׁוְא Jes. LIX, 4, רְמִיָּה Iob. XIII, 6 cet. Dicitur etiam דִּבֶּר שְׂפַת כְּנַעַן linguam Canaaneam locutus est Jes. XIX, 18. Haud raro, sicut post אָמַר, omittitur obiectum *id.* Jes. XXI, 17: כִּי יְהוָה דִּבֵּר *nam Jehova id locutus est.* XXII, 25. XXV, 8.

Is, *ad* quem verba facimus quemque alloquimur, ponitur plerumque praevio אֶל Gen. VIII, 15. IX, 14. XVI, 13. Ps. II, 5. Iob. XIII, 3 cet., rarius עַל Jer. VI, 10. XLII, 19, לְ Ps. LXXXIX, 20. Indd. XIV, 7 (cf. infra litt. β. κ), לִפְנֵי Ex. VI, 12, בְּאָזְנֵי (v. אֹזֶן). Sequente עִם Gen. XXXI, 29. Deut. V, 4 et אֵת (אֵת) Gen. XXXV, 13—15. XLI, 9. XLII, 30 idem valet quod *collocutus est cum* aliquo. Semel legitur c. acc. in loco vexato Num. XXVI, 4: וַיְדַבֵּר מֹשֶׁה ... אֹתָם בְּעַרְבֹת מוֹאָב ... לֵאמֹר *et allocutus est eos Moses in campestribus Moabi .... dicendo*: post quae verba integra oratio omissa videtur. *Jahnius* (in Bengelii theol. Archiv II, 593) et *Maurerus* ad h. l. reddendum putant: *duxit eos in campestria Moabi* vel *et coëgit* s. disposuit *eos in camp. M.* (v. supra ad Kal no. 2): sed obstat לֵאמֹר, quod ipsum delendum existimat Maurerus. דִּבֶּר בְּ pr. etiam

est allocutus est, sed spec. usurpatur aa) de numine vel angelo cum mortalibus colloquente iisque aliquid divinitus patefaciente. Zach. I, 9: הַמַּלְאָךְ הַדֹּבֵר בִּי *angelus, qui mecum loquebatur.* Comm. 14. II, 2. IV, 1. 4 sq. Hab. II, 1: אֲצַפֶּה לִרְאוֹת מַה־יְדַבֶּר בִּי *speculabar ad videndum, quid mihi patefacturus esset.* Jer. XXXI, 20. Num. XII, 6. 8. bb) de alloquio puellae ad coniugium, cf. infra litt. *x*. Semel suffixo pronomine legitur Gen. XXXVII, 4: וְלֹא יָכְלוּ דַּבְּרוֹ לְשָׁלֹם *neque comiter eum alloqui sustinebant*, cf. λέγειν τινά τι dicere alicui aliquid.

Homini contra vel rei, *de* quibus loquuntur, praemittitur itidem אֶל Iob. XLII, 7; בְּ (v. בְּ no. 16) Deut. VI, 7: וְדִבַּרְתָּ בָּם *et loquere de iis.* 1 Sam. XIX, 3: וַאֲנִי אֲדַבֵּר בְּךָ אֶל־אָבִי *ego vero de te cum patre meo colloquar.* Deut. XI, 19. Ps. CXIX, 46 (coll. comm. 23), et עַל 1 Reg. II, 19, maxime ubi Deus aliquid de aliquo pronuntiasse dicitur, sive promisso sive minis illud continetur (v. infra litt. *γ*). Sequitur etiam accusativus eius, *de* quo agitur. Ruth IV, 1: וְהִנֵּה הַגֹּאֵל עֹבֵר אֲשֶׁר דִּבֶּר בֹּעַז *ecce transibat consanguineus ille, de quo Boas locutus erat.* Gen. XXIII, 16. Deut. IX, 28. Ez. XXXIX, 8. Ps. CXLV, 11.

Contra aliquem loqui apud Hebraeos est דִּבֶּר עַל פ׳ Ps. CIX, 20. Hos. VII, 13. Jer. VI, 10. XXIX, 32. Deut. XIII, 3, et דִּבֶּר בְּפ׳ (v. בְּ no. 12) Num. XXI, 7: כִּי דִבַּרְנוּ בַיהוָה וָבָךְ *nam locuti sumus contra Jehovam et contra te.* Comm. 5. XII, 8. Iob. XIX, 18: אָקוּמָה וַיְדַבְּרוּ בִי *surgenti mihi conviciantur.* Ps. L, 20. LXXVIII, 19. Vide Niph. — דִּבֶּר בְּ (praeter alloqui, loqui de aliquo, et contra aliquem) valet etiam loqui *per* aliquem i. q. בְּיַד פְּלֹנִי Num. XII, 2. 2 Sam. XXIII, 2. 1 Reg. XXII, 28.

Praeterea hasce notamus dicendi rationes: דִּבֶּר *α*) emphat. est *locutus est diserte.* Ex. IV, 14: יָדַעְתִּי כִּי־דַבֵּר יְדַבֵּר הוּא *scio, eum diserte loqui*, eloquentem esse. Jer. I, 6. Ez. III, 18. — *β*) *addixit, promisit*, sequ. gerundio. Deut. XIX, 8: *totam terram* אֲשֶׁר־דִּבֶּר לָתֵת לַאֲבֹתֶיךָ *quam daturum se promisit maioribus tuis.* I, 14. Jon. III, 8, it. sequ. acc. rei promissae et dat. pers. Deut. VI, 3: כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר יְהוָה לָךְ אֶרֶץ *quandoquidem Jehova tibi addixit terram* cet., etiam sine acc. XII, 20. Gen. 24, 7. — *γ*) *pronuntiavit* aliquid de aliquo, maxime de Deo *promissa minasve* in homines pronuntiante, sequitur עַל pers. Jes. XXXVII, 22: זֶה הַדָּבָר אֲשֶׁר דִּבֶּר יְהוָה עָלָיו *hoc est verbum, quod Deus pronuntiat in (contra) eum.* Gen. XVIII, 19: *ut Jehova in Abramum conferre possit* אֵת אֲשֶׁר דִּבֶּר עָלָיו *quaecunque ei promiserit.* Jer. XXV, 13: *immittam in hanc terram* אֶת־כָּל־דְּבָרַי אֲשֶׁר דִּבַּרְתִּי עָלֶיהָ *quaecunque ei minatus sum.* XXVI, 2. XLII, 19. 1 Reg. II, 4. Dan. IX, 12. Inde דִּבֶּר טוֹב, טוֹבָה עַל *fausta alicui promisit* (Deus) Num. X, 29. 1 Sam. XXV, 30. Jer. XVIII, 20. XXXII, 42. דִּבֶּר רָעָה עַל *infausta pronuntiavit in eum* i. e. decrevit eique annuntiavit. 1 Reg. XXII, 23. Jer. XI, 17. XIX, 15. XXVI, 19. It. sequ. אֶל pro עַל Jer. XXXVI, 31. Paulo alia ratio est loci Esth. VII, 9: מָרְדֳּכַי אֲשֶׁר דִּבֶּר טוֹב עַל הַמֶּלֶךְ *Mardochaeus, qui in commodum regis locutus erat* i. e. denuntiatione sua (VI, 2) de rege bene meritus erat. — *δ*) *iussit, mandavit*, sequ. אֶל. Ex. I, 7: *quare non fecistis*, כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר אֲלֵיכֶם מֶלֶךְ מִצְרַיִם *quemadmodum vos iussit rex Aegypti.* XXXI, 12. Jos. IV, 8. 12. V, 14. XI, 23. Iob. XLII, 9. LXX. προστάσσω, συντάσσω, ἐντέλλομαι. — *ε*) דִּבֶּר עַל לֵב פ׳ *blande, benigne allocutus est aliquem*, praecipue eius consolandi gratia. (Ita apud Graecos παρακαλεῖσθαι, παραμυθεῖσθαι alloqui valet et consolari, παραμυθία consolatio, ap. Romanos *alloqui* saepe est consolari Sen. Troad. 623, *alloquium*, *allocutio* i. q. solatium Tac. Ann. 4, 8. Suet. Tib. 23, cf. syr. ܡܠܠ ܥܡ pro παραμυθεῖσθαι Joh. XI, 19 et ܡܡܠܠܐ ܕܠܒܐ pro παραμύθιον Philipp. II, 1, qua quidem in locutione ܡܠܠ dictum est pro ܒܝܐ, aeth. ነበበ: allocutus et solatus est). Gen. XXXIV, 3. L, 21. Iudd. XIX, 3. Ruth II, 13. 2 Sam. XIX, 8. 2 Par. XXX, 22. XXXII, 6. Jes. XL, 2. Hos. II, 16. — *ζ*) דִּבֶּר אֶל לִבּוֹ et דִּבֶּר עַל לִבּוֹ est *secum loqui.* 1 Sam. I, 13: וְחַנָּה הִיא מְדַבֶּרֶת עַל־לִבָּהּ *et Hanna secum loquebatur.* Gen. XXIV, 45. Idem est דִּבֶּר בְּלִבּוֹ Eccl. II, 15, et דִּבֶּר עִם לִבּוֹ I, 16, cf. Ps. XV, 2: דֹּבֵר אֱמֶת בִּלְבָבוֹ *qui probum* s. sincerum *loquitur in corde suo* i. q. qui probe, sincere cogitat, wer aufrichtig denkt, adde XLI, 7: שָׁוְא יְדַבֵּר לִבּוֹ *fraudem meditatur animus eius.* — *η*) דִּבֶּר טוֹבוֹת אֶל Jer. XII, 6 et דִּבֶּר טוֹבוֹת אֶת פ׳ 2 Reg. XXV, 28 benigne, comiter aliquem allocutus est, cum eo collocutus est; idem est דִּבֶּר שָׁלוֹם עִם פ׳ Ps. XXVIII, 3, et דִּבֶּר שָׁלוֹם אֶת־פ׳ Jer. IX, 7. Sed דִּבֶּר שָׁלוֹם אֶל salutem pollicitus est alicui (Deus) Ps. LXXXV, 9, דִּבֶּר שָׁלוֹם בְּ CXXII, 8 et דִּבֶּר שָׁלוֹם לְ Esth. X, 3 salutem adprecatus est alicui. Sine praepos. דִּבֶּר שָׁלוֹם est pacem loqui i. e. in ore habere, suadere Ps. XXXV, 20 (cf. supra litt. b). — *ϑ*) דִּבֶּר מִשְׁפָּטִים אֶת־פ׳ sententiam dicere de aliquo, damnare aliquem, it. litigare cum aliquo, v. מִשְׁפָּט. — *ι*) *dicere carmen* i. e. canere, fundere carmen. Iudd. V, 12: *age, Debora,* דַּבְּרִי שִׁיר *cane carmen.* (Cf. arab. قال cecinit, carmen condidit, pers. نظم گفتن, شعر گفتن loqui i. e. canere carmen, gr. ἔπος verbum, carmen, et lat. *dicere* Ovid. Metam. 1, 1). It. carmine celebrare. Ps. XL, 6: *nihil tibi comparandum*, אַגִּידָה וַאֲדַבֵּרָה *annuntiabo et celebrabo.* Cf. Deut. XXII, 1. — *x*) *alloqui puellam* i. q. eam uxorem petere c. c. לְ Iudd. XIV, 7, et בְּ 1 Sam. XXV, 39. Cf. Pu. et arab. خطب allocutus est, puellam filio expetiit coniugem, خَطِيبٌ, خَطِيبَةٌ sponsus, sponsa, coniux, خَاطِبٌ procus, خِطْبَةٌ expetitio connubii, connubium. — *λ*) דִּבֶּר דְּבָרִים Hos. X, 4 et דַּבֵּר דָּבָר Jes. LVIII, 13 *verba*

mendacia, dolosa *locutus est, verba dedit.* Chald. utrobique מַלֵּל מִלִּין דְּאוֹנָס verba iniusta locutus est. Jes. l. c. LXX addunt ἐν ὀργῇ, et eodem contextu comm. 9 legitur דַּבֵּר אָוֶן. Plenius haec formula effertur Jer. XXIX, 23: וַיְדַבְּרוּ דָבָר בִּשְׁמִי שֶׁקֶר.

2) *insidiatus est, exitium paravit.* (Arab. دبر Conj. II. dolos struxit, necem molitus est, Abulph. dyn. 264. 295. Schult. Opp. min. 124. Conj. III. adversatus est, inimicitias gessit. Cf. Kal no. 4 et Pi. litt. λ). Gen. XXXIV, 13: *et responderunt filii Jacobi Sichemo et Hamoro, patri eius, dolose* וַיְדַבְּרוּ אֲשֶׁר טִמֵּא וגו׳ *et machinas struxerunt, quia violaverat Dinam, sororem eorum.* Vulg. saevientes ob stuprum sororis. Al. ex vulgari verbi significatione: *et locuti sunt* sc. *ita,* nimirum dolose. Sed satis certa est insidiarum significatio in verbis 2 Par. XXII, 10: *et surrexit Athalja* וַתְּדַבֵּר אֶת־כָּל זֶרַע הַמַּמְלָכָה *et perniciem paravit universae regiae stirpi.* LXX. ἀπώλεσε. Vulg. *interfecit.* In loco parallelo 2 Reg. XI, 1 pro וַתְּדַבֵּר est וַתְּאַבֵּד. Eandem adhibere potes verbis Ps. CXXVII, 5: *non pudefient* כִּי יְדַבְּרוּ אֶת־אוֹיְבִים בַּשָּׁעַר *sed perdent hostes* suos *in porta.* Vulgo reddunt cum Chaldaeo: *non pudefient, ubi loquentur* i. e. disceptabunt *cum inimicis in foro,* sed contextus non auxilium in foro, sed in bello gerendo cogitare iubet. Cf. Glassii Philol. s. ed. Dathe p. 255. 256, ubi tamen notae editoris, qui hunc perdendi significatum in dubium vocaturus in loco Paralip. scripturam sollicitat, minime adstipulari possumus. De *ducendi* significatu, quem nonnulli adoptant Num. XXVI, 2, v. supra.

Pu. pass. Bis legitur Ps. LXXXVII, 3: נִכְבָּדוֹת מְדֻבָּר בָּךְ *gloriosa* a Deo *pronuntiata sunt de te* i. e. promissa, decreta sunt. (Cf. Pi. litt. γ). Cant. 8, 8: בַּיּוֹם שֶׁיְּדֻבַּר בָּהּ *quo die eam alloquentur* i. e. coniugem sibi expetent. (Cf. Pi. litt. x).

Niph. נִדְבַּר *colloqui inter se* Mal. III, 16, sequ. בְּ Ez. XXXIII, 30. Ps. CXIX, 23 et עַל Mal. III, 13 contra aliquem.

Hiph. egit, coegit, in potestatem redegit, cf. Kal no. 2. Ps. XVIII, 48: וַיַּדְבֵּר עַמִּים תַּחְתָּי *et coegit populos sub meam potestatem.* XLVII, 4. Imago a grege pecudum petita videtur, germ. dixeris: zu Paaren treiben. In loco parallelo 2 Sam. legitur מוֹרִיד (quod minus probandum), et in alio simili Ps. CXLIV, 2 רֹדֵד. Targ. מְתַבַּר confringit, coll. דָּבַר no. 2.

Hithpa. nonnisi Part. מִדַּבֵּר pro מִתְדַּבֵּר 1) pass. *was gesprochen wird,* quod aliquis loquitur. Ita cum Jarchio interpretor locum vexatum Deut. XXXIII, 3: יִשָּׂא מִדַּבְּרוֹתֶיךָ *accipit* (Israël) *quae tu prolocutus es* (dein Gesprochenes), i. e. verba, praecepta tua. Ex interpretatione plerisque interpretibus recepta מִדַּבְּרוֹת compositum est ex מִן particula partitive accipienda (v. מִן no. 1) et verbali Pihelico דַּבְּרוֹת *verba* (coll. דִּבֵּר Jer. V, 13), Alex. ἐδέξατο ἀπὸ τῶν λόγων αὐτοῦ. Vulg. *accipient de doctrina illius:* sed illud longe simplicius, nec sane opus est coniectura Vateri, qui aliis vocalibus subiectis legebat יִשָּׂא מַדְבְּרֹתֶךָ (Jehova) suscipit gubernationem tuam, a novo vocabulo מַדְבֶּרֶת, cui gubernationis potestatem tribuebat vir doctus. — 2) recipr. *colloquens,* dein *loquens* i. q. Pi. sq. acc. rei 2 Sam. XIV, 13, sq. אֶל pers. Num. VII, 89. Ez. II, 2. XLIII, 6.

דָּבָר cstr. דְּבַר, c. Suff. דְּבָרִי, דְּבָרוֹ, pl. דְּבָרִים cstr. דִּבְרֵי m. 1) *verbum* (LXX. λόγος, ῥῆμα), idque proprie, velut 2 Reg. XVIII, 36: לֹא עָנוּ אֹתוֹ דָּבָר *ne verbum quidem ei responderunt.* Iob. II, 13. Jos. XXI, 45: לֹא נָפַל דָּבָר אֶחָד וגו׳ *ne unum quidem verbum ....., cecidit* i. e. eventu suo caruit. XXIII, 14. 1 Reg. VIII, 56, cf. XI, 15. Passim *verbum* (unum verbum) modeste dicitur pro *paucis verbis, sermone brevi.* Gen. XLIV, 18: יְדַבֶּר־נָא עַבְדְּךָ דָבָר. Iob. IV, 2. 1 Reg. II, 14: דָּבָר לִי אֵלֶיךָ. 2 Reg. IX, 5. Ind. III, 19 (quanquam haec tria exempla etiam ad mandati potestatem referri possunt, v. litt. b). Prov. XXV, 11: *verbum dictum suo tempore.* XV, 23. Saepius etiam collect. pro *verbis, sermone.* Iob. XV, 3: הוֹכֵחַ בְּדָבָר לֹא יִסְכּוֹן *verbis disceptare non prodest.* דָּבָר טוֹב sermo pulcher, elegans, de carmine Ps. XLV, 2. דְּבַר שְׂפָתַיִם sermo labiorum i. e. futilis, inanis Jes. XXXVI, 5. נְבוֹן דָּבָר sermonis peritus, eloquens 1 Sam. XVI, 18. In plur. דְּבָרִים vel proprie dicitur de verbis singulis s. vocabulis (nostr. Wörter) Gen. XI, 1: דְּבָרִים אֲחָדִים *eadem verba* i. e. eadem lingua, dialectus; vel, et ita vulgo, de *verbis inter se connexis* (Worte) i. e. de *sermone.* Gen. XXIX, 13: כָּל־הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה *omnia verba ista.* XXXIV, 18. Ex. IV, 18. XVIII, 19. XIX, 7. 8. XX, 1. XXIV, 3 cet. בַּעַל דְּבָרִים vir facundus Exod. IV, 10. XXIV, 14. Emphatice *verba* opponuntur factis in formula דְּבַר דְּבָרִים v. rad. Pi.

Spec. דָּבָר (verba, sermo) est a) i. q. *promissum,* in formula הֵקִים דָּבָר promissum praestitit 1 Reg. II, 4. VIII, 20, adde Ps. XXXIII, 4. LVI, 5. CXIX, 28. 49 (cf. ἔπος Il. 8, 8. 14, 44, τελεῖν ἔπος, μῦθον, nostr. sein Wort geben, halten, brechen). — b) *mandatum.* Prov. XXVI, 6: שֹׁלֵחַ דְּבָרִים בְּיַד כְּסִיל *mittens verba* i. e. mandata *per stultum.* Opp. הֵשִׁיב דָּבָר referre verba i. e. responsum (Antwort zurückbringen). 1 Sam. XVII, 29: הֲלֹא דָבָר הוּא *nonne mandatum erat?* (Luther: ist mir's nicht befohlen?) Jes. VIII, 10: דַּבְּרוּ דָבָר *edite mandata* (quotquot vultis)! De mandato Mosis Jos. I, 13, regis (דְּבַר הַמֶּלֶךְ) 1 Sam. XXI, 9. Esth. I, 13. 19. II, 8. IV, 3, Dei 1 Sam. XV, 23. 2 Sam. XII, 9. 1 Reg. XII, 24. Dan. IX, 23. Inde עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים decem praecepta (mosaica), ὁ δεκάλογος Ex. XXXIV, 28. 1 Par. XXVI, 32. 2 Par. XXIX, 15. — c) *effatum numinis,* max. a prophetis patefactum, sive adhortationem continet et mandatum, sive, quod frequentius, *vaticinium, oraculum.* Jes. IX, 7: דָּבָר שָׁלַח אֲדֹנָי בְּיַעֲקֹב. Iob. IV, 12: אֵלַי דָּבָר יְגֻנָּב *furtim ad me delatum est oraculum.* Jes. XVI, 13. XXXVII, 22. XXXVIII, 7. Crebrius plene: דְּבַר יְהוָֹה, max. in formulis: שִׁמְעוּ דְבַר יְיָ 2 Reg. VII, 1.

XX, 17. Jes. I, 10, וַיְהִי דְּבַר יְהוָֹה אֶל verbum Jehovae pervenit ad (prophetam) 1 Reg. XIII, 20. XVI, 1. XVII, 2. 8. XXI, 17. 28. Jer. I, 4. 11. 13. II, 1. XIII, 3. 8. XVI, 1. XVIII, 5. XXIV, 4. XXXIII, 1. 19. 23. XXXIV, 12. XXXV, 12. XXXVII, 6. XLII, 7 cet. Ez. III, 15. VI, 1. VII, 1. XI, 13. XII, 1. Jon. I, 1 et sexcenties, raro sq. עַל 1 Par. XXII, 8; הָיָה הַדָּבָר בְּיַד פ׳ דְּבַר יְיָ Hagg. II, 1. 10. 20 et c. art. הַדָּבָר אֲשֶׁר הָיָה אֶל Jer. V, 14. VII, 1. XVIII, 1. XXI, 20. XXX, 1. XXXIV, 1. XL, 1. In sing. etiam collect. de pluribus vaticiniis Mich. I, 1: דְּבַר יְהוָֹה אֲשֶׁר הָיָה אֶל מִיכָה *verbum Jehovae, quod patefactum est Michae,* quae inscriptio refertur ad omnia eius vaticinia. Hos. I, 1. Zeph. I, 1. — Plur. *a*) de verbis (oraculo) Dei. Jer. XXXIX, 16: הִנְנִי מֵבִי אֶת־ דְּבָרַי אֶל־הָעִיר הַזֹּאת *ecce ad exitum perducam verba mea* i. e. vaticinium meum *de hac urbe*, cf. Ez. XII, 28: לֹא תִמָּשֵׁךְ עוֹד־כָּל־דְּבָרַי *non amplius differentur omnia verba mea* i. e. mox exitum habebunt. Vers. 23: *appropinquat* ... דְּבַר כָּל־חָזוֹן *verbum omnis visionis* i. e. mox exitum habebit. *β*) de verbis (sermonibus) sapientum, Eccl. I, 1: דִּבְרֵי קֹהֶלֶת. Prov. IV, 4. 20. XXX, 1. XXXI, 1. *γ*) prophetae. Jer. I, 1. Amos I, 1. — *d*) *consilium, sententia* ab aliquo *proposita* (Vorschlag) 2 Sam. XVII, 6. Cf. 1 Reg. I, 7: וַיִּהְיוּ דְבָרָיו עִם יוֹאָב (consilia sua communicabant cum Joabo) — *e*) *rumor, nuntius* 1 Reg. X, 6.

2) *id de quo sermo est,* inde *res, res gesta, negotium* (quomodo Arabes usurpant أَمْرٌ et خَطْبٌ, Aramaei מִלָּה, ܨܒܘܬܐ, פִּתְגָם, ‎ܨܶܒܽܘ, Aethiopes ነገር:, Persae سخن, Graeci ἔπος, ῥῆμα, adeoque λόγος v. Polyb. 8, 14. Dionys. Antiqu. 2, 10, et quae laudant Pfochenius de linguae N. T. puritate §. 54, Passovius in Lex. gr. h. v. litt. A no. 11. Adde vcc. germanica *Sache* a verbo *sagen*, et *Ding*, quod primitus sermonem significabat, v. Adelungium h. v.). LXX saepe reddunt: πρᾶγμα. Eccl. VII, 8: טוֹב אַחֲרִית דָּבָר מֵרֵאשִׁיתוֹ *melior est finis rei, quam initium eius.* Levit. IV, 13. 1 Sam. XX, 2: דָּבָר גָּדוֹל אוֹ דָּבָר קָטוֹן *res magni aut parvi momenti*, cf. XXII, 26. XXV, 36. 2 Sam. III, 13: אַךְ דָּבָר אֶחָד אָנֹכִי שֹׁאֵל *unam tantum rem peto.* — הַדָּבָר הַזֶּה haec res, hoc Gen. XX, 10. XXI, 11. 26. Ex. I, 18. IX, 26. כָּל־הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה omnes hae res, haec omnia Gen. XX, 8. כַּדָּבָר הַזֶּה Gen. XVIII, 25. XXXII, 20. XLIV, 7 et כַּדְּבָרִים הָאֵלֶּה XXIV, 28. XXXIX, 17. 19 hoc modo, ita. אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה (LXX. μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα) his ita gestis, quo facto Gen. XV, 1. XXII, 1. XXXIX, 7. — Sq. genit. דְּבַר הַתּוֹעֵבָה res abominanda (facinus abominandum) Jer. XLIV, 4, דְּבַר הַנְּבָלָה Iud. XIX, 24, max. דְּבַר יוֹם res quotidiana i. e. quotidianum, in formulis דְּבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ quotidianum die suo i. e. singulis diebus, in singulos dies Ex. V, 13. 19. XVI, 4. Lev. XXIII, 37. 1 Reg. VIII, 59. 2 Reg. XXV, 30. Esr. III, 4. XI, 23. XII, 47, it. לִדְבַר יוֹם בְּיוֹם 2 Chr. VIII, 13 et בִּדְבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ Comm. 14. XXXI, 16. 1 Chr. XVI, 37, et דְּבַר שָׁנָה בְּשָׁנָה quotannis 2 Chr. IX, 24. Passim in plur. fere redundat, ut gr. χρῆμα (Arist. Nub. 1, 1). 1 Sam. X, 2: נָטַשׁ אָבִיךָ אֶת־דִּבְרֵי הָאֲתֹנוֹת *dereliquit pater tuus asinas*, pr. negotium circa asinas, die Angelegenheit, die Geschichte mit den Eselinnen. Ps. LXV, 4: דִּבְרֵי עֲוֺנֹת גָּבְרוּ מֶנִּי *peccata superant me.* CV, 27. CXLV, 5. Jer. V, 28. Sed non audiendi sunt, qui huc referunt etiam 2 Chr. XIX, 6, quod pertinet ad litt. a. Speciatim est:

a) *res gesta, factum* Esth. I, 17. דְּבַר בְּלִיַּעַל Ps. CI, 3o. Saepius in pl. דְּבָרִים רָעִים 2 Reg. XVII, 11, et sq. genit. דִּבְרֵי שְׁלֹמֹה res gestae Salomonis 1 Reg. V, 7, דִּבְרֵי יָרָבְעָם res gestae Jarobeami XI, 41 cf. XIV, 19. XV, 7. XVI, 14 et saepe. דִּבְרֵי הַמִּלְחָמָה res in bello gestae 1 Sam. XI, 18. דִּבְרֵי הַיָּמִים acta diurna s. commentarii de rebus gestis 1 Chr. XXVII, 24. Esth. VI, 1. סֵפֶר דִּבְרֵי הַיָּמִים לְמַלְכֵי יִשְׂרָאֵל liber rerum a regibus Israëliticis gestarum (quomodo inscriptum erat libro deperdito) 2 Reg. XIII, 8. 12. XV, 15. 21. 31. 36. XVI, 19. XX, 20. XXI, 17 cet. (Arabs interpres, ubi Syriaca vertendo exprimit, ridicule: سفر بنيامين liber Benjamini, ex syriacis ܣܦܪ ܕܒܝܡܝܢ, v. *Roedigeri* comment. de Vers. arabica p. 55. 56). דִּבְרֵי מַלְכֵי יִשְׂרָאֵל res gestae regum Israëlis (itidem titulus libri deperditi) 2 Chr. XXXIII, 18.

b) *negotium*. Num. XVIII, 7: כָּל־דְּבַר הַמִּזְבֵּחַ *omne negotium altaris*. Iud. XVIII, 7. 18: דָּבָר אֵין לָהֶם עִם אָדָם *nec quidquam rei s. negotii iis erat cum aliis hominibus* (quem locum plane dilucidum contorte tractat Verschuirius in diss. Lugdd. p. 865).

c) *causa*, sensu forensi (plene דְּבַר מִשְׁפָּט 2 Chr. XIX, 6). Ex. XVIII, 16: כִּי יִהְיֶה לָהֶם דָּבָר *si causam habent*. Comm. 22. XXII, 8. דָּרַשׁ דָּבָר cognoscere causam Esr. X, 16. קִיֵּם דָּבָר ratam fecit causam Ruth IV, 7 (cf. יָקוּם דָּבָר rata est causa Deut. XIX, 15). Plur. דְּבָרִים id. (ut apud nos ICti: in *Sachen* des Cajus gegen Titius) 2 Sam. XV, 3. (Comm. 2, eodem contextu רִיב). דִּבֶּר דְּבָרָיו causam suam agere, defendere Jos. XX, 4. 2 Sam. XIX, 30. בַּעַל דְּבָרִים qui causas habet Exod. XXIV, 14.

d) *ratio, modus* (Verhältniss, Beschaffenheit einer Sache). 1 Reg. IX, 15: זֶה דְבַר הַמַּס *haec est ratio operae servae*, so verhält es sich mit der Frohn, pr. hoc dicendum est de opera serva. Iob. XLI, 4: *non tacebo* ... דְּבַר גְּבוּרוֹת *quae sit ratio roboris* eius. Deut. XV, 2. XIX, 4. Cf. דִּבְרָה no. 1.

e) *aliquid, quidquam*. Gen. XVIII, 14: הֲיִפָּלֵא מֵיְהוָֹה דָּבָר *num quidquam Deo nimis est difficile?* Iud. XVIII, 7: אֵין מַכְלִים דָּבָר בָּאָרֶץ *non erat qui laederet quidquam* (neque hominem, neque bestiam) *in terra*. אֲשֶׁר דָּבָר explicatio

i. e. ratio ullius rei Eccl. VIII, 1. Addita negandi particula (quae ubique praecedit verbum) *non* — *quidquam, nihil.* Gen. XIX, 8. 22. Deut. II, 7. XXIII, 26. 1 Sam. XV, 4. XXII, 15. 2 Reg. XX, 13. אֵין דָּבָר nihil est i. e. parva res est, quam peto Num. XX, 19, sed 1 Sam. XX, 21 nihil est, quod timeas. — כָּל־דָּבָר omnis res Num. XXXI, 23. — Cum adiect. דָּבָר טוֹב aliquid boni 1 Reg. XIV, 13. דָּבָר רָע aliquid mali 2 Reg. IV, 41 (praec. לֹא nihil mali Eccl. VIII, 5). דָּבָר טָמֵא aliquid impuri Lev. V, 2. כָּל־דָּבָר רָע ulla res mala, quidquam mali. Deut. XVII, 1. In Genit. postpos. עֶרְוַת דָּבָר aliquid foedi Deut. XXIII, 15. XXIV, 1. Plur. דְּבָרִים טוֹבִים res bonae i. e. aliquid boni 2 Chr. XII, 12. XIX, 3, it. in Genit. עֲלִילֹת דְּבָרִים res flagitiosae, flagitiosum quid Deut. XXII, 14.

3) *causa* s. *ratio* (Ursache). Jos. V, 4: *haec est causa* (הַדָּבָר), *propter quam Josua circumcidit universum populum.* Hinc עַל־דְּבַר Gen. XII, 17. XX, 11. XLIII, 18 (et sexcenties) et עַל־דִּבְרֵי Deut. IV, 21. Jer. VII, 22. XIV, 1. Ps. VII, 1 *propter.* עַל־דְּבַר אֲשֶׁר sq. verbo, *propterea quod* Deut. XXII, 24. XXIII, 5. 2 Sam. XIII, 22.

דְּבָר i. q. דֹּבֶר, מִדְבָּר pascuum, in n. pr. לֹא דְבָר.

דֶּבֶר *m.* 1) *exitium, mors,* i. q. arab. دَبْرٌ et دَبَارٌ (v. rad. no. 4, et Pi. no. 2). Plur. Hos. XIII, 14: אֱהִי דְבָרֶיךָ מָוֶת *ubi exitia tua, o mors?* i. e. nullum erit exitium mortis, nihil valebit mors. Paulus 1 Cor. XV, 55 hunc locum reddens: *ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον;* recte observante *Drusio* pro דבריך legisse videtur דרבנך (דָּרְבָנְךָ) stimulus tuus. 2) *pestis* (LXX quinquies et trigesies *θάνατος,* semel adeo pro דָּבָר Jes. IX, 8, ter *λοιμός* Jer. XXVII, 6. XXVIII, 8. XXXII, 24), saepe cum art. הַדֶּבֶר Jer. XXI, 7. XXIV, 10. XXIX, 17. דֶּבֶר כָּבֵד Ex. IX, 3 (LXX. *θάνατος μέγας*), דֶּבֶר גָּדוֹל Jer. XXI, 6 pestis gravis, multos devorans. שִׁלַּח דֶּבֶר בְּ Ez. XIV, 18. XXVIII, 3, נָתַן דֶּבֶר בְּ 2 Sam. XXIV, 13. 1 Chr. XI, 14 immittere pestem alicui terrae. הִכָּה בַדֶּבֶר percutere (terram) pesti Ex. V, 16.

דַּבָּר i. q. דָּבָר *verbum,* sed forma Pihelica eaque intensiva q. d. *Verbum* magnum et potens, de verbo Dei. Jer. V, 13: וְהַדִּבֵּר אֵין בָּהֶם *et verbum Dei non erat in iis* (prophetis), ubi construi non potest: *et qui* (הַ pro relativo) *loqueretur* spiritus divinus *non erat in iis.* Sed, quod huc etiam referunt, Hos. I, 2: תְּחִלַּת דִּבֶּר־יְהוָה reddendum: *initium* eius quod *locutus est Jehova.* In utroque loco facile careri correctione דָּבָר, הַדָּבָר, quam commendat J. D. Michaëlis (Supplem. p. 398), vix monitu opus est.

דַּבֵּר, forma Pihelica, quam statuunt Deut. XXXIII, 3, sed vide verbum in Hithpa.

דֹּבֶר *m.* 1) *pascuum,* quo pecus *agitur,* v. rad. no. 2. Arab. دَبْرٌ, syr. ܕܒܪܐ, ܕܘܒܪܐ arvum. Jes. V, 17: כְּדָבְרָם *sicut in pascuo suo* i. e. consueto (de ellipsi part. בְּ, quam statuunt, v. Gramm. hebr. §. 116, not.). 2) *caula* ovium, itidem ab agendo dicta. Mich. II, 12: כְּעֵדֶר בְּתוֹךְ הַדָּבְרוֹ וגו׳ *instar gregis in caula sua strepent prae multitudine.* LXX. *ἐν μέσῳ κοίτης αὐτῶν.* Vulg. *quasi gregem in ovili.* Metheg h. l. nequaquam Kamez longum arguit, sed adiectum est etiam brevi in penultima ante pausam, cf. דָּלְיָו Num. XXIV, 7, קָרְבָּן Ez. XL, 43, דָּרְבָן 1 Sam. XIII, 21; et non est quod cum Chr. B. Michaëli (lum. syr. §. 30) דָּבְרוֹ ad novam formam דֹּבֶר revoces.

דֹּבֶר vel **דֹּבְרָה**, nonnisi in pl. דֹּבְרוֹת *f. rates,* ut quae per mare aguntur, v. rad. no. 2. 1 Reg. V, 23 (9). LXX. *σχεδίαι.*

דִּבְרָה f. i. q. דָּבָר, sed in sequiore maxime Hebraismo 1) *ratio, modus* v. דָּבָר no. 2, litt. d. Ps. CX, 4: *tu es sacerdos in aeternum* עַל־דִּבְרָתִי מַלְכִּי־צֶדֶק *secundum rationem Melchisedeci* i. e. eodem modo quo M., qui rex erat et sacerdos. ־ִי est Jod paragogicum nomini constructo annexum. Bene ad sensum LXX. *κατὰ τὴν τάξιν M.* i. e. secundum ordinem s. locum gradumque Melchisedeci, nostr. nach der (bürgerlichen, amtlichen) Stellung und dem Range des Melchizedek, ita ut gradu et honore par sis Melchisedeco (minime enim *τάξεως* significatus repetendus est ab arab. دَبَرَ successit, دَابِرٌ successor), et in eandem sententiam Hebr. VII, 15 *κατὰ τὴν ὁμοιότητα.* Syr. ܒܕܡܘܬܗ in similitudine. — 2) *causa,* sensu forensi i. q. דָּבָר no. 2, c. Iob. V, 8: אֶל־אֱלֹהִים אָשִׂים דִּבְרָתִי *Deo expono causam meam.* — 3) *causa, ratio* i. q. דָּבָר no. 3. Inde עַל־דִּבְרַת propter Eccl. III, 18. VIII, 2. עַל־דִּבְרַת שֶׁ *ideo ut,* ibid. VII, 14. Vide chald.

דִּבְרָה chald. i. q. hebr. no. 3. *causa.* עַל־דִּבְרַת דִּי *ideo ut* Dan. II, 30. עַד־דִּבְרַת דִּי Dan. IV, 14 (ubi tamen nonnulli codd. עַל) id. pr. usque eo ut, cf. עַד־דִּי Comm. 22.

דִּבְרִי (fort. eloquens, a דִּבְרָה = דָּבָר et דָּבָר) n. pr. viri Danitae Lev. XXIV, 11.

דָּבְרַת Jos. XXI, 28, c. art. הַדָּבְרַת XIX, 12, sed 1 Chr. 6, 57 דָּבְרַת vulgo sine Metheg, adeoque דָּבְרַת in cod. Erf. 4. (i. q. דֹּבֶר caula, pascuum) n. pr. oppidi tribus Issachar, in confiniis Zebulonitarum et Issacharitarum, a Levitis habitati. Bene Eusebius: *Δαβράθ, φυλῆς Ἰσσάχαρ, πόλις Λευΐταις ἀφωρισμένη,* probe distinguens *Δαβειρὰ* villulam Iudaeorum in monte Tabor, probabiliter *Dabury, Tabury* Maundrellii (itin. p. 311), Buckinghami, Burckhardti (itin. Syriae p. 579 ed. germ.) in V. T. non commemoratam, quam cum Dobrath confudisse videntur Relandus (Palaest. p. 737) et Rosenmüllerus (Alterthumskunde II, 2 p. 92).

דְּבוֹרָה f. 1) *apis*, et coll. *apes* Jes. VII, 18, pl. דְּבֹרִים Deut. I, 44. Iud. XIV, 18. Ps. CXVIII, 12. Origo haud dubie est in ex*agendo* (v. rad. no. 2), unde arab. دبر (hebr. fort. דְּבוֹר) examen apum, vesparum, qs. exagimen (ut agmen pro agimen, itidem ab agendo): unde natum nomen unitatis דְּבוֹרָה. Congruunt syr. ܕܒܘܪܬܐ apis, vespa, chald. דְּבוֹרָא et דִּבְּרָא apis et זִבּוּרָה vespa, nasor. ܙܒܘܪܐ, arab. زنبر et زنبور vespa, crabro Avic. Plur. زنابير Hamasa p. 323 ed. Freytag, أرض مزبرة terra vespis abundans.

2) n. pr. muliebre (cf. gr. et lat. *Μέλισσα*, Melissa, et germ. Emma i. e. *Emme*, *Imme* apis), quod gerebant a) nutrix Rebeccae Gen. XXXV, 8; b) uxor Lapidoth, prophetissa et poëtria, quae populum Israëliticum iudicabat eique in bello praeerat. Iud. IV, 4—V, 31.

דְּבִיר m. 1) *adytum* templi Salomonei, neque non tabernaculi Mosaici (Ps. XXVIII, 2), s. pars intima, in quam nemini, praeterquam summo sacerdoti, ingredi licebat, alibi קֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים dictum, 1 Reg. VI, 5. 19—22. VIII, 6. 8. 2 Chron. III, 16. IV, 20. V, 7. 9. Vulgo plerique a loquendo i. e. ab oraculis ibi editis dictum putabant, unde Aqu. Symm. 1 Reg. et Ps. l. l. c. c. reddunt *χρηματιστήριον*, Hieron. *λαλητήριον*, idemque cum Vulg. *oraculum*; sed veram originem haud dubie monstrarunt *Io. Simonis* in Arcano formarum p. 113. et *Car. Ikenius* in dissertatt. philol. theol. P. I. p. 214 sqq., bene observantes, דְּבִיר pr. *partem posticam* notare a radicis significatione no. 3 (ubi vide plura). Minus explorata mihi videntur, quae Ikenius l. c. praeterea disputat de adyto occidentem versus posito et cum Keblâ (قبلة) Arabum comparando, illudque falsissimum, quod Raschius (ad 1 Reg. VI, 19) et Gussetius volebant, nonnunquam etiam murum, qui Sanctum a Sancto Sanctorum separabat, hoc nomine insigniri. (In templis christianis Aethiopiae ደቢር፡ vel ደቢር፡ est ea aedium sacrarum pars, quam Chorum dicere consueverunt nostri v. Ludolfi hist. aethiop. III c. 6. §. 20 et Comment. p. 366. Lingua aramaea hoc vc. caret, nam ܕܒܝܪ Barhebr. 191 lin. 13, quod Arabum Keblam esse volebat Lorsbachius in Archivo litt. orient. I, p. 241, mendum esse mihi persuasum, pro ܕܒܣܛܪ *qui in latere*. Etiam in Barbahluli codice Oxon. est ܕܒܝܪ, sed ex verbis sequentibus statim apparet, itidem rescribendum esse ܕܒܣܛܪ).

2) n. pr. a) urbis Cananaeorum regiae (Jos. XII, 13), quae postea tribui Judae assignata et in termino eius septentrionali (Jos. XV, 7), in regione montana sita erat (Jos. XI, 21. XV, 49), a sacerdotibus habitata (XXI, 14), antea קִרְיַת־סֵפֶר (Jos. XV, 15. Iud. I, 11) et קִרְיַת סַנָּה appellata (Jos. XV, 49). Scribitur etiam דְּבִרָה Jos. X, 39. Quod ad etymon nominis attinet, tradunt doctores Hebraei (Aboda sara Gem. cap. 2. Kimchi ad Jos. XV, 15 cf. Relandi dissertatt. misc. II, p. 285) דביר Persis idem esse quod Hebraeis סֵפֶר (hodie دبير scribam notat, دفتر librum), et oppidum nostrum, quod priscorum patrum quasi archivum et tabellarium fuerit, recentius nomen ferme synonymum a Persis nactum esse. Sed quid rei cum Persis in illa antiquitatis parte? Acquiescendum potius in significatione *loci postici* s. penetralis. — b) oppidi in terminis meridionalibus Gaditarum Jos. XIII, 26. Eusebius: *Δαβείρ* (Hieron. Dabor), *ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην, πόλις τῶν Ἀμοῤῥαίων*. — c) regis Eglonis Jos. X, 3.

מִדְבָּר c. He locali מִדְבָּרָה Ex. IV, 27. Lev. XVI, 10. 21, cstr. מִדְבַּר, c. He locali מִדְבָּרָה Jos. XVIII, 12. 1 Reg. XIX, 15 m. 1) *pascuum*, regio vasta, incultior, maxime gregibus pascendis apta (a rad. דָּבַר no. 2 pastum egit, ut germ. *Trift* a verbo *treiben*), quanquam non deserta et sterilis. (Syr. ܡܕܒܪܐ, ܡܕܒܪ id.) Joël II, 22: דָּשְׁאוּ נְאוֹת מִדְבָּר *virent prata pascui*. Ps. LXV, 13: יִרְעֲפוּ נְאוֹת מִדְבָּר *stillant* pinguedinem s. fertilitatem *prata pascui*. Jes. XLII, 11: *exsultet* מִדְבָּר וְעָרָיו *pascuum cum urbibus suis*. Jer. IX, 9. XXIII, 10. Joël I, 19. מִדְבַּר יְהוּדָה Iud. I, 16. Ps. LXXXIII, 1 vocatur regio inculta ad occasum lacus Asphaltitis, in qua sex urbes (Jos. XV, 61), cuiusque singulae partes a locis vicinis alia nomina acceperant, ut מִדְבַּר זִיף 1 Sam. XXVI, 2, מ׳ עֵין גֶּדִי XXIV, 2, מ׳ תְּקוֹעַ 2 Chr. XX, 20. Vide Relandi Palaest. p. 375 sqq. LXX ferme ubique *ἡ ἔρημος*.

2) *desertum*, regio vasta, arida, arenosa et sterilis (Jes. XXXII, 13. XXXV, 1. 6. XLI, 28. XLIII, 20. L, 2), certe inculta et spinis sentibusque obruta (Iud. VIII, 7), solitaria (Iob. XXXVIII, 26) et invia (Jes. XLIII, 19), plana (sed vide tamen Jer. IV, 11. XII, 12), ferarum (Ps. CII, 7. Mal. I, 3. Thren. IV, 3) et Nomadum domicilium (Jer. III, 2). Etiam de *regione vi vastata* Jes. XIV, 17. LXIV, 9 (cf. aeth. መዝበር፡ desolatio aedificiorum, ruina, rudera, unde novum verbum መዝበረ፡ vastatus, desertus fuit, አመዝበረ፡ desolavit); מִדְבַּר שְׁמָמָה Joël II, 3. IV, 19. — Cum art. הַמִּדְבָּר generatim est *desertum* loquenti proximum, *κατ᾽ ἐξοχὴν* ita dictum (Cant. III, 6. VIII, 5), creberrime desertum *Arabiae* spec. Sinaiticum Gen. XIV, 6. XVI, 7. Ex. III, 1. XIII, 18. Num. XXXIII, 6. Deut. XI, 24. Iob. I, 19 et saepe, cuius singulae partes nominibus propriis distinguuntur (v. סִין, בְּאֵר שֶׁבַע, אֵיתָם, סִינַי, צִן, פָּארָן, שׁוּר). Metaph. Hos. II, 5: כַּמִּדְבָּר שַׂמְתִּיהָ *feci eam* (mulierem) *ceu desertum* i. e. nudissimam, omnibus eam privavi. Jer. II, 31: הֲמִדְבָּר הָיִיתִי לְיִשְׂרָאֵל

num desertum fui Israëlitis? i. e. num sterilem me praebui, frustra me coli iussi? IX, 11. Jes. XXVII, 10.

3) poët. *loquendi instrumentum* (a דִּבֶּר locutus est), *os.* Cant. IV, 3: מִדְבָּרֵךְ נָאוֶה *os tuum* est *suave* (parall. labia tua). LXX. λαλιά. Hieron. *eloquium* et ita Rabbini. Sed oratio connexa membrum quoddam externum tantum non flagitat, ut recte vidit Alb. Schultensius (Opp. min. p. 245), quanquam *linguam* intelligi (coll. مقول a قال) et l. c. inter mulieris Veneres referri mihi non persuasit Vir magnus.

דָּבַשׁ verbum in V. T. inusitatum, prob. i. q. gr. et lat. δέψω, δεψέω, *depso: subegit massam,* tractando et premendo mollem reddidit. Affinia sunt, sed forma emollita, דּוּשׁ (cf. חָבַל et חוּל al. s. litt. ו), et לוּשׁ subigere massam, ד et ל permutatis (v. ל), arab. دَفَش glabra mollities. Inde

דְּבַשׁ c. Suff. דִּבְשִׁי m. *mel,* ita dictum utpote massa subacta et mollis. (Arab. دِبْس et دُبْس mel dactylorum et apum, دَبَّاس mellis venditor, melit. *dibsi* flavus i. e. mellei coloris. Chald. דּוּבְשָׁא, syr. ܕܶܒܫܳܐ, unde ܕܶܒܫܳܐ placenta mellita [nisi est gener. placenta, a subigendo dicta] Hos. III, 1 pro אֲשִׁישׁ. Zab. ܕܘܒܫܐ, ܕܝܒܫܐ et ܕܒܫܐ Cod. Nas. III, 294 mel, posterius etiam placenta, panis dulcis, v. Norberg. Lexid. p. 44. In Graecis ex hoc nomine semitico pendet τιθαιβώσσω mellifico Od. 13, 106). Ex. XVI, 31. Iud. XIV, 8. 2 Reg. XVIII, 32. 1 Chr. XXXI, 5. Ez. XVI, 13. 19. Prov. XIV, 18. XVI, 24. XXIV, 13. XXV, 16 cet. Praeter mel commune ab apibus domesticis confectum sunt aliae eius species, ut a) mel silvestre (μέλι ἄγριον Matth. III, 4), ab apibus agrestibus paratum et ex arboribus cavis (1 Sam. XIV, 26 sqq.) rupiumque fissuris defluens, unde Deut. XXXII, 13. Ps. LXXXI, 17: מִצּוּר דְּבַשׁ אַשְׂבִּיעֶךָ *melle ex rupibus satiabo te* (male enim Bochartus iunxit צוּר דְּבַשׁ rupes mellis). Cf. Steph. Schulzii, Maundrelli, Maritii testimonia ap. Oedmannum, verm. Sammlungen VI, c. 20 p. 136, neque audiendi, qui mel silvestre non ab apibus profectum, sed succum dulcem, Mannae similem, ex arborum foliis destillantem esse volebant, v. Wesseling ad Diod. XIX, 94. Salmas. homonym. hyles iatricae p. 254 et contra Rosenm. ad Boch. Hieroz. III, 375. b) mel ex dactylis expressum (Jos. bell. jud. 5, 3. Celsii Hierob. II, 462 sqq.), quod pluribus locis, max. Deut. VIII, 8. 2 Chr. XXXI, 6 adhibent Rabbini et Celsius l. c. sed male et praeter necessitatem. c) mel uvarum i. e. mustum ad tertiam vel dimidiam partem decoctum, gr. ἕψημα, σίραιον, σίραιος οἶνος, lat. *defrutum, sapa* (Diosc. V, 9. Plin. 14, 11. Virg. Ge. 1, 296), ital. *musto cotto,* arab. *Dibs,* pers. *Duschab* (Olearii itin. pers. p. 577), quod hodieque ex Palaestina, maxime ex Hebronis vicinia, in Aegyptum exportari solet (Russel natural hist. of Aleppo p. 20. Shavii Travels p. 339). Atque hoc (observante J. D. Michaëli in Suppl.) intelligendum videtur Gen. XLIII, 11 (Aegyptus enim optimo melle apiario magis etiam, quam Palaestina, abundat) et Ez. XXVII, 17.

Passim iunguntur *mel et lac,* utpote deliciae a natura sponte oblatae (Jes. VII, 8. 22, ubi vide Comment. nostrum), unde formula in describenda Palaestinae fertilitate tritissima: אֶרֶץ זָבַת חָלָב וּדְבַשׁ terra affluens lacte et melle Exod. III, 8. 17. XIII, 5. XXXIII, 3. Lev. XX, 24. Num. XIII, 27. XIV, 8. XVI, 13. 14. Deut. VI, 3. XI, 9. XXVI, 9. 15. XXXI, 20. Jos. V, 6. Jer. XI, 5. XXXII, 22. Ez. XX, 6. 15, it. אֶרֶץ זֵית שֶׁמֶן וּדְבָשׁ Deut. VIII, 8, אֶרֶץ שֶׁמֶן יִצְהָר וּדְבַשׁ 2 Reg. XVIII, 32 (cf. Euripid. Bacch. 142. Theocr. V, 124 sqq. Ovid. Metam. 1, 111. 112). Poët. de dulcissimo sermone dicitur Cant. IV, 11: *mel et lac subsunt linguae tuae,* cf. quae ex poëtis graecis laudat Bochartus II, p. 524, qui de melle in universum videndus p. 518—531 (T. III. p. 374 sqq. ed. Lips.).

דַּבֶּשֶׁת f. 1) *gibbus* cameli Jes. XXX, 6. Significatio ex contextu satis certa est et a Chald. Syr. Vulg. expressa (LXX enim omiserunt), sed etymon diu Philologorum ingenia exercuit, quorum prudentissimi quique ignorantiam fassi sunt. Rabbinis enim relinquenda Raschii opinio, qui gibbum ita dici putat, quod oneribus laesus melle allito sanetur (v. Buxtorf. Lex. Talmud. p. 500. 1112); nec magis satisfacit Majus, qui tuber ita dici potuisse censet, quia onere erosum et quasi decorticatum appareat, coll. arab. دَبْش decorticatio, erosio. Equidem nihil dubito, quin dictum sit a *mollitie* (v. rad.) carnis et adipis, si quidem gibbus massam continet carnis adipisque tactu molliculam et facile subigendam, ossibus plane expertem (v. quae egregie observavit Burckhardt de Beduinis et Wehabitis p. 367 ed. germ.). Olim putabam, דַּבֶּשֶׁת a דְּבַשׁ ductum pr. *alveare* notare, idque propter similitudinem ad cameli gibbum translatum esse, ut σίμβλος alveare, dein acervus quivis: sed illud nunc praefero. Addo coniecturam audaculam nuper mecum communicatam, דַּבֶּשֶׁת permutatis et transpositis litteris dictum esse pro גַּבֶּשֶׁת, גַּדֶּשֶׁת i. q. גָּדִישׁ acervus. — 2) n. pr. oppidi Sebulonitarum Jos. XIX, 11, prob. in montis gibbo siti (ut *Gamala* teste Josepho a forma montis camelo simili).

יִדְבָּשׁ n. pr. viri (fort. mellitus, mellis instar dulcis) 1 Chr. IV, 3.

דָּגָה 1) pr. *texit,* ut arab. دجا operuit, dein tenebrosus (pr. opertus) fuit, cf. vicinas radices دج II obnubilatum fuit coelum, دجل tectum fuit (verum iustumque), دجم et دجن tenebrosus, obnubilatus fuit dies, it. دج occuluit, recondidit, quae cunctas tegendi notionem

primariam habent. Ex hebraeis cf. סָכַךְ, ex indogermanicis *τέγος, στέγω, tego*, germ. dachen, decken. Id refertur 2) ad *multitudinem* et *copiam* omnia obtegentem (cf. جنان turba numerosa a جن texit, طبن ingens multitudo, itidem a tegendo). Ita semel in verbo *multiplicatus, auctus est.* Gen. XLVIII, 16: יִדְגּוּ לָרֹב בְּקֶרֶב הָאָרֶץ LXX. *πληθυνθείησαν.* Vulg. *crescant.* Onk. *ut pisces maris multiplicentur.* Inde

דָּג m. *piscis*, ita dictus ut mirifice se multiplicans (cf. נוּן piscis a rad. נוּן) Jon. II, 11. Semel scribitur דָּאג Nehem. XIII, 16, Aleph (notante iam Masora) superfluo vel potius male praeter analogiam posito, ut in מַלְאָכִים 2 Sam. XI, 1, quum Kamez in hoc vc., ubi piscem non piscatorem notat, purum sit. — Plur. דָּגִים 1 Reg. IV, 33. Eccl. IX, 12, cstr. דְּגֵי הַיָּם pisces maris Gen. IX, 2. Num. XI, 22. Iob. XII, 8. Hab. I, 14 al. Inde natum novum verbum denom. דּוּג piscari q. v.

דָּגָה fem. antecedentis, id. Deut. IV, 18. Jon. II, 2, sed plerumque collect., ut סוּסָה ἡ ἵππος, Gen. I, 26. 28. Ex. VII, 18. 21. Num. XI, 5. Jes. L, 2. Ez. XXIX, 4. 5. XLVII, 10. Ps. CV, 29 *.

דָּגוֹן pr. diminut. pisciculus, dein charitative *piscis carus* et venerandus, cf. quae de usu diminutivorum in rebus sacris egregie disputavit Jac. Grimm, deutsche Gramm. III, p. 665. cf. שִׁמְשׁוֹן) *Dagon*, n. pr. idoli Philistaeorum, quod Gazae (Iud. XVI, 23 sqq. cf. Comm. 21) et Azoti (1 Sam. V, 1 sqq. 1 Chr. X, 10, cf. 1 Macc. X, 83. XI, 4), colebatur (sed vide etiam בֵּית דָּגוֹן), capite manibusque humanis, reliquo corpore piscem referens (1 Sam. V, 4). Simillima erat figura Dercetûs sive Atergatis (quod syriace ܕܪܓܬܐ scriptum fuisse putem i. q. ܕܓܬܐ *piscis* inserto r, non ܥܬܪܓܬܐ i. e. *χάσμα*, ut vulgo volunt post J. D. Michaëlem ad Castell. Lex. syr. p. 975), deae itidem pisciformis Ascalone cultae, de qua Diod. Sic. II, 4: *αὕτη δὲ τὸ μὲν πρόσωπον ἔχει γυναικός, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα πᾶν ἰχθύος*, neque non Oannis, Dei marini, artium literarumque doctoris apud Babylonios, de quo vide Berosum p. 47 ed. Richter, cf. de piscium in Syriae littore cultu Seldenum de Dis Syris II, 3. Creuzer Symbolik T. II §. 12. Quod Philo Byblius ap. Euseb. praep. ev. 1, 10 Dagonem agriculturae inventorem et doctorem fuisse docet (p. 36: *Δαγὼν ὅς ἐστι Σίτων*, p. 37: *ὁ δὲ Δαγὼν, ἐπειδὴ εὗρε σῖτον καὶ ἄροτρον, ἐκλήθη Ζεὺς Ἀρότριος*), id ex etymo pendet vix et ne vix quidem admittendo (דָּגָן a דָּגוֹן) et Graeculi ingenium sapit, probavit tamen Bochartus in Hieroz. I, p. 44.

דָּגַל. De significatione verbi ambigitur, quamvis nomen דֶּגֶל satis certum sit. Alii, ut Rabbini nonnulli, *magnitudinis* et *elationis* potestatem ei tribuunt, ut vicinum sit radici גָּדַל. Abulwalides: معنى الارتفاع والاشتهار بالظهور كارتفاع ال דגל الذى هو البند والعلم والاشهادة *significatum habet elationis et late conspicui, sicut tollitur* דֶּגֶל, *quod notat vexillum et signum et cippum* (quam cippi notionem unde habeat Abulw. et cuinam loco applicet, me quidem fugit, forte Cant. II, 4). Alii, ut *Nanninga* (diss. Lugd. II p. 916) et Muntinghe ad Ps. XX, 6, quos olim sequebar, *micandi* et *splendendi* vim primariam censent et דֶּגֶל vexillum a splendendo dictum esse, coll. arab. نجل inauravit, quod vero non a splendendo ductum est, sed ab obducendo et tegendo. Alii denique, ut Io. Ern. Faber ad Harmari Observatt. I, 448 sq., דֶּגֶל vexillum (velum) a *tegendo* dictum censent, coll. arab. دجل *texit, obduxit* (vide radd. affines sub v. דָּגָה), inde mentitus est, fefellit, pr. tecte egit. Ut dicam quod sentio, equidem in primam sententiam inclino, maxime propter verba Ps. XX, 6: *ovamus de salute tua*, וּבְשֵׁם אֱלֹהֵינוּ נִדְגֹּל *et exaltabimur* i. e. *gloriabimur de nomine dei nostri*, ubi דָּגַל idem videtur quod נָשָׂא רֹאשׁ, הֵרִים רֹאשׁ caput tollere, quod gaudentis est et laetantis de salute Iob. X, 5. Zach. II, 4. LXX. *μεγαλυνθησόμεθα*, Vulg. *magnificabimur*, quo verbo Alex. saepe utitur pro גָּדַל Ps. XXXIV, 31. XXXIX, 22. Sed alii haec aliter accipiunt. Recentiorum plurimi, ut Geierus, Rosenmüllerus, de Wettius: *vexilla erigemus* vel *iactabimus*, more triumphantium: ex Rabbinis praeivit A. Esra: ירום דגלינו, non Chaldaeus, apud quem נִפְקֹס non est reddendum cum Buxtorfio: vexilla erigemus, sed *instruemus aciem*, ut Jarchius: נתאסף נעשה חיל. Muntinghius ex coniectura etymologica supra proposita: *splendebimus* i. e. gloriabimur, exultabimus. — Part. pass. דָּגוּל *instar vexilli elatus* s. eminens, *insignis*, conspicuus. Cant. V, 11 de iuvene: דָּגוּל מֵרְבָבָה *instar vexilli eminens ex myriadibus.* LXX. *ἐκλελοχισμένος* i. e. ex cohorte (*λόχος*) selectus. Aqu. *ἐκλελεγμένος*. Symm. *ἐπίλεκτος*. Syr. ܓܒܝܐ.

Niph. Cant. VI, 4. 10: אֲיֻמָּה כַּנִּדְגָּלוֹת *formidabilis* (es, o amica) *sicut vexillatae* i. e. cohortes sub vexillis in ordines distributae. Alex. *ὡς τεταγμέναι.* Symm. *ὡς τάγματα παρεμβολῶν.* Sistitur autem puella h. l. utpote victrix, quae oculis suis (Comm. 5) amatorum animos vulneret et captivos faciat. Similiter Arabum poëtae virginum oculos gladiis telisque, cilia arcubus comparant, quibus amatores vulnerent adeoque interimant, v. Reiske ad Taraph. p. 131. Tograi carmen vers. 21. 27. 28 ed. van der Sloot, Jones de poësi asiat. p. 120. 163. 176. Bohlen de Motenabbio p. 52.

דֶּגֶל c. Suff. דִּגְלוֹ pl. דְּגָלִים cstr. דִּגְלֵי *vexillum* s. signum militare, idque maius ternarum tribuum (minora enim singularum tribuum אֹתוֹת vocabantur) Num. I, 52. II, 2. 3. 10. 17. 18. 25. 31. 34. X, 14. 22. 25, et praeterea in Cod. Sam. Gen. XLIX, 10: מבין דגליו *e medio vexillorum* i. e. turmarum *eius*, pro vulg. מִבֵּין רַגְלָיו, v. רֶגֶל. De origine vide ad rad. Quae Judaeorum magistri commenti sunt de imaginibus, quibus quattuor illa vexilla ornatae fuerint, legat, qui volet, ap. Pseudojon. ad Num. II, 2. Carpzov. apparat. antiqu. cod. s. p. 667 sqq. cf.

Bocharti Hieroz. I p. 355. 773; nec magis audiendus Harmarus (Beob. üb. den Orient I p. 446 sqq.), qui דגלים non vexilla, sed signa ignea s. lucernas portatiles fuisse putabat, bene refutatus a Fabero, editore eius theotisco, qui *vexilli* significatum vindicat. Caeterum praeter Gr. Venet. (ἡ σημαία) et Arabem Erp. (بند) vett. interpretes omnes non vexillum intelligunt, sed *cohortem militum* sub uno vexillo militantium (cf. lat. vexillum Tac. hist. 1, 70. 2, 1. Stat. Theb. 12, 782, pers. بند *Band*, vexillum, legio, germ. Fähnlein, de manu militum, adde arab. دجالة cohors viatorum, fort. ab hebr. דָּגַל), neque negari potest, a multorum locorum contextu id minime alienum esse. Alex. Symm. Theod. τάγμα, ἡγεμονία. Vulg. *turma*. Onk. טַקְס i. e. τάξις. Syr. ܡܫܪܝܬܐ agmen. Saad. مَرْكَز i. e. statio, ubi milites subsistere iubentur. — Metaph. Cant. II, 4: וְדִגְלוֹ עָלַי אַהֲבָה *et vexillum eius super me est amor* i. e. sequor vexillum amoris, quod mihi praefert amicus meus, ut milites signum militare sequuntur neque unquam deserunt. Frigide *Hugius* (de Cant. canticorum p. 46) tegmen pensile intelligit, quod super sponsâ gestatur in Oriente, cf. Nieb. itin. I, tab. 28. Denon itin. Aegypti tab. 103.

דָּגַן rad. inusitata, quam idem notasse suspicor atque דָּגַל *texit*. Inde

דָּגָן cstr. דְּגַן *m. frumentum*, dictum a tegendo, quod ad multitudinem facile transfertur, cf. דָּגָה no. 1. 2. Sunt, qui ab ipsa radice דָּגָה deducant, ut נָדָן a rad. נָדָה, sed forma constructa דְּגַן arguit Nun radicale. Dicitur de frugibus terrae, quae ex aristis nascuntur, ut triticum, far, hordeum. Neh. V, 2. 3. X, 40. XIII, 5. 12. Ps. IV, 8. Hos. 9, 1. Joël I, 10. 17. Zach. IX, 17 al. Saepe iungitur musto et oleo in describenda fertilitate Palaestinae Gen. XXVII, 28. Deut. VII, 13. XI, 14. XII, 17. XIV, 23. XVIII, 4. XXVIII, 51. XXXIII, 28. 1 Reg. XVIII, 32, cf. Jes. XXXVI, 17. De *pane* inde confecto Thren. II, 12. LXX. σῖτος ter et trigesies, praeterea πυρός Neh. XIII, 22, ἄρτος Ps. LXXVII, 28, τροφή LXIV, 10.

Ex linguis cognatis in sola Samaritana reperitur, etenim Vers. Sam. pro דָּגָן dedit ࠃࠂࠍ Deut. XXVIII, 51, ࠃࠂࠍࠊ Num. XVIII, 27, sed saepius ࠃࠀࠂࠍ Gen. XXVII, 28. Num. XVIII, 12. Deut. XXXIII, 18, ࠃࠀࠂࠍࠄ Deut. VII, 13. XI, 14. XIV, 23. Retinuit adeo Abusaides in Vers. Sam. arab. داجن דאגן Num. XVIII, 27. Deut. XXVIII, 51. XXXIII, 28 (v. van Vloten spec. Vers. sam. arab. p. 62. 85), quod magis samaritanum, quam arabicum putem. Talmudici inde formarunt novum verbum in Ithpe. אִדְּגַן frumentum fieri, quod de granis dicunt, ubi excussa, ventilata et in acervum coniecta sunt, siquidem antea in spicis adhuc latentia frumenti nomen non habeant (v. Buxt. Lex. talmud. p. 502).

דָּגַר *fovit* avis ova pullosque. Jer. XVII, 11: קֹרֵא דָגַר וְלֹא יָלָד *perdix fovet* ova, *nec peperit* ea: sic *qui divitias facit* i. e. sibi comparat *et non iure*. (יָלַד, דָּגַר pro vulgari דָּגַר, יָלַד cf. 1 Sam. VII, 17. Lev. V, 18). Jes. XXXIV, 15 de serpente pullis incubante. Vulg. in utroque loco *fovere*, Saad. ap. Jes. حضن incubuit pullis ovisque, et ita verbo דְּגַר utuntur etiam Chaldaei, ut Job. XXXIX, 14, ubi Targ. תְּדַגֵּר pro תְּחַמֵּם. Fovendi autem significatus ductus est a *colligendo*, *coacervando* (ova), quae radicis chaldaeae notio primaria est (vic. אָגַר?), unde דְּגוֹרָא, דְּגוֹר acervus in Targg. saepius, sab. Ithp. congestus est, ܕܓܘܪܐ cumulus. Ita iam LXX. Jer. συνήγαγεν. Chald. מְכַנֵּשׁ congregat. — Quae J. D. Michaëlis in Supplemm. p. 394 et in Animadverss. ad Jer. l. c. de hac radice commentus est, recte iam refutavit Rosenm. ad Bocharti Hieroz. II, 632 ed. Lips., adde Schnurreri animadv. ad Jer. l. c.

דַּד i. q. שַׁד, תַּד (q. v.) *mamma*. Nonnisi in dual. constr. דַּדֵּי Ez. XXIII, 3. 8. 21. Prov. V, 19. In contextu chaldaeo reperitur Jes. XXXII, 12 Targ.

דָּדָה in Kal inusit. Piel דַּדָּה Talmudistis duxit, impulit, ut parvulum, iumentum. Usum bene illustrat Abulwalidis glossa (quam emendatius h. l. exhibemus, quam ad Jes. XXXVIII, 15): معنى هذا اللفظ الدفع والسوق كما قول في المشنا מדדים עגלים וסייחים אשה מדדה את בנה: وفي كلام الاوايل כל דבור ודבור שיצא מפי הקב"ה חוזרין ישראל לאחוריהם שנים עשר מיל והיו מלאכי השרת מדדים אתם *significatio eius verbi est impellendi et propellendi, sicut dicitur in Mischna (Schabbath fol. 128 verso): ducunt vitulos et pullos asinorum, mulier ducit filium suum, et in Gemara (Schabbath fol. 88 vers.): ad omne verbum, quod egrediebatur ex ore Sancti Benedicti, Israëlitae recedebant 12 milliaria, et angeli ministrantes eos ducebant.* Num eodem pertineat دَادَ celeriter ivit, II, tarde venit, vacillavit in incessu, in medio relinquimus. In V. T. bis legitur in

Hithpa. הִדַּדָּה pro הִתְדַּדָּה pr. propulit se, i. e. *lente incessit*, a) de moerentibus i. q. הָלַךְ אַט 1 Reg. XXI, 27. Jes. XXXVIII, 15: אֶדַּדֶּה כָל־שְׁנוֹתַי *lente incedam omnes annos meos*, more moerentium, qui afflictionis praeteritae memoriam nunquam deponunt, b) de his, qui in solenni pompa incedunt. Ps. XLII, 5: אֶדַּדֵּם עַד־בֵּית אֱלֹהִים pr. *incedebam iis ad domum Dei*. אֶדַּדֵּם pro אֶדַּדֶּה לָהֶם, dativus autem eo referendus est, quod poëta instar praesulis s. choragi populo quasi viam praeiverat. Veteres interpretes in alia omnia abeunt, unus Symm. διαβασταχθήσομαι gestabor per multitudinem, qs. in humeris eius incedam.

Sunt qui legant: אֲדַדֵּם in Pi., *ducebam eos*, nec spernenda haec scriptura, quanquam facilior. Ita Aqu. προβιβάζων αὐτούς.

דְּדָן (arab. دَدَن lusus, iocus, دَدَان gladius obtusus et contra acutus) 1) n. pr. populi cum regione cognomine, Rhegma (רַעְמָה) cuschitica oriundi Gen. X, 7. 1 Par. I, 9. Ez. XXVII, 15. Rhegmam in littore maris persici sitam fuisse, infra monstrabimus, neque alibi *Dedana* quaerenda, in qua cum *Bocharto* (Phal. IV, 6), *J. D. Michaële* (Spicil. I, 201) aliisque agnoscimus sinus persici insulam داري, apud Syros ܕܪܝܢ (Peschito pro דדן ubique habet ܕܪܝ) dictam, in regione Arabum Catarensium (ܩܛܪܝܐ, Cataraei nomades Plinii VI, 28, *Κάταρα* Ptolem.), de qua v. *Assemanum* in bibl. orient. III, P. I. p. 146. 153. P. II. p. 184. 560. 564. 604. 744. et Büschingii Asiam p. 562. Atque insulas huius sinus, quanquam nunc desertas et parum cognitas, in universum tantum non omnes olim Phoenicum coloniis ac mercatura indica floruisse (cf. Ez. XXVII, 15. XXXVIII, 13), satis constat (v. Ibn el Wardi et Kazwini ap. Wahlium in descr. Asiae p. 639. Niebuhr Arabien p. 308 sq. Heeren's Ideen I, 2, p. 227. 419, ibique Scetzen). Caeterum non liquet, quae sinus persici insula hoc Dedanae nomen apud veteres gesserit (v. d'Anvillii, Niebuhrii, Delislii mappas): d'Anvillius ex auctoritate Odoardi Barbosa (Ramusio raccolte I, 288) eam ponit in littore Omanorum extra fretum Harmoziae: alii unam e tribus insulis Bahhrein, quae in Delislii mappa appellatur Dehroon (alibi Daroan, Deroan), alii insulam Cathema in septentrionali sinus persici parte sitam significari coniiciunt (v. Wahl. l. c. Heeren l. c. p. 238).

2) populus Arabiae septentrionalis Ketûra oriundus Gen. XXV, 3, Idumaeis vicinus (Jer. XLIX, 8. XXV, 23. Ez. XXV, 13), itidem mercaturam exercens (Jes. XXI, 13). Eusebius in locis: *Δαιδὰν, ἐν τῇ Ἰδουμαίᾳ, ὡς Ἱερεμίας. παράκειται τῇ Φαινῷ* (Hieron. a Metallofeno) *ὡς ἀπὸ σημείων δ', πρὸς βοῤῥᾶν.* Sita igitur erat metropolis huius tribus in vicinia urbis *Phaeno* (פּוּנֹן), Petram inter et mare mortuum. — Quum utraque haec Dedana Sebae (שְׁבָא) iungatur Gen. X, 7. XXV, 3, in utroque loco et in omnibus omnino locis biblicis unum eundemque populum fuisse, Vateri (ad Gen. X, 7) est sententia hactenus forsan probanda, ut unam alterius coloniam esse, vel fines eius (nomadum institorumque more) a sinu persico ad Idumaeam usque patuisse concedas. C. He parag. דְּדָנָה Ez. l. c. — N. gent. pl. דְּדָנִים Jes. l. c.

דֹּדָנִים n. pr. populi a Javane i. e. a Graecis originem ducentis Gen. X, 5. Modo genuina est scriptura (quam praeter codd. hebr. longe plurimos tuentur Chald. Vulg. Arab. Syr., et in loco parallelo 1 Par. I, 7 codd. hebr. 35, editt. 29, LXX. Complut. Ald.), non ineptum erit, *Dodonam* cogitare, antiquissimam Epiri urbem cum oraculo (v. Strabo VII. p. 504—507 Almelov.): magis tamen placet רֹדָנִים Rhodii (q. v.), quam scripturam exhibent Cod. Sam., LXX. et ipse textus receptus 1 Chr. I, 7. De lectionis varietate vide quae accurate notavit J. D. Michaëlis in spicileg. I p. 115 sqq. Adde quod LXX etiam pro דְּדָנִים Ez. XXVII, 15 habent Ῥόδιοι.

דְּהַב m. chald. *aurum* i. q. hebr. זָהָב q. v. Dan. II, 32. III, 1. Esr. VII, 15. 17. St. emphat. דַּהֲבָא, ut צְלֵם דַּהֲבָא Dan. III, 5. 7. 10. 12. 18. מָאנֵי דַהֲבָא V, 2. 3. 4, et דַּהֲבָה Esr. V, 14. VI, 5. VII, 18.

מַדְהֵבָה ἅπ. λεγόμ. Jes. XIV, 4. Modo sana est scriptura, est denom. praecedentis vc. aramaei in modum part. Hi. formatum, pr. *aurum faciens* i. e. exigens, *auri exactrix*, non ineptum Babyloniae epitheton (parall. נֹגֵשׂ), vel *acervus*, *aerarium auri* (Juda b. Karisch ms. بيت مال الذهب), ita ut מ formativum locum indicet (cf. דֹּמֶן fimus, מַדְמֵנָה fimetum): quanquam illud praefero cum Kimchio et Aben Esra. Sed nonnullae Verss. antiquae (Chald. תְּקוֹף חַיָּבָא violentia impii, Saad. الغنانات timiditas, cf. رهب IV. terruit, syr. ܐܬܕܚܠ timuit; non LXX. ἐπισπουδαστής et syr. ܡܫܥܒܕܢܐ exactor. Vulg. *tributum*, quae etiam vulgatam liberius ita exprimere poterant) legisse videntur מַרְהֵבָה *oppressio*, quod ipsum exstat in edit. Thessalon. 1600: eaque lectio et facilitate sua et parallelismo (cf. III, 5 ubi verba רָהַב et נָגַשׂ similiter sibi respondent) ita commendatur, ut nescio an alteri praeferenda sit cum J. D. Michaële (bibl. orient. XI, 153. XIV, 148. XVIII, 99) al.

דֶּהָיֵא in Chethibh דֶּהָוֵא m. pl. chald. Esr. IV, 9 n. pr. populi inter Susaeos et Elymaeos commemorati, cuius colonia ab Assyriae regibus in Samariam deducta est. Ex auctoribus graecis primus Herodotus (I, 125) commemorat *Δάους* inter Persiae gentes vitam nomadicam exercentes (ac *Dahi paganum* notat, a pers. ده, دهي pagus, non *servum*, ut statuit Görres introd. ad Ferdusium p. XXXII), ex Orientis monumentis Zendavesta in Jeschts Sadés, v. Zendavestam Anquetilii T. II. p. 283 (II, 269 ed. germ.). Domesticae eorum sedes erant ab oriente maris Caspii, ita ut passim Scythis annumerentur. Strabo XI p. 508 Casaub. *τοὺς δὲ οὖν ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι τὸ Κάσπιον πέλαγος παροικοῦντας νομάδας, οἱ Δάας νῦν προσαγορεύουσι, τοὺς ἐπονομαζομένους Πάρνους*, p. 511: .... *τοὺς δὲ προσεῴους τούτων* (sc. Daharum) *μᾶλλον Μασσαγέτας καὶ Σάκας ὀνομάζουσι.* Plin. VI, 17. Mela I, 2. III, 5 §. 6. Virg. Aen. VIII, 4 a fine: indomiti Dahae et pontem indignatus Araxes. Noli autem credere cum *Cellario* in not. orbis ant. II, 829, et *Lorsbachio*, Archiv f. morgenl. Litt. II, p. 274 aliisque, Dahas illos septentrionales a Dahis Esrae et Herodoti diversos fuisse. Namque hi iidem, qui Curt. IV, 12 in exercitu Darii dimicantes Arachosiis

et Susiis iunguntur, postea in exercitu Alexandri VIII, 14 cum Scythis copulati occurrunt. In regionis illius dotibus fuisse Sericum pretiosissimum, ostendit vc. syr. ܙܘܣܐ (Iob. XXVIII, 18 Pesch.), quod sericum pretiosum interpretatur Isa bar Ali, v. Lorsbachium l. c.

דָּהַם rad. in Kal inusit. Arab. دَهَمَ et دَهِمَ est *supervenit obruitque* aliquem *subito* malum, calamitas, nox (hist. Tim. p. 18 Gol., exercitus hostilis, ibid. p. 91. 340. Abulpharag. hist. dyn. 373, دَهْمٌ et dimin. دُهَيْمٌ ingens calamitas, infortunium, v. Schult. Opp. min. p. 298). Origo autem mihi esse videtur in obmutescendo (ut דָּהַם idem fere sit quod דּוּם, ubi vide) et *stupore* (cf. תָּמַהּ, שָׁמֵם), ut دهم pr. sit stupefecit (cf. vit. Salad. p. 7), دُهَيْمٌ calamitas stuporem iniiciens. Ita

Niph. Jer. XIV, 9: אִישׁ נִדְהָם *vir stupefactus*, subito infortunio *attonitus*, ut bene Kimchius: עניגו כאיש מבוהל שלא יוכל להעזר בעת צרה. Addit vernaculum (hispan.) *asperduto*. LXX. ὑπνῶν, quasi legeretur נִרְדָּם.

דָּהַר i. q. דּוּר (cf. ad litt. ה) pr. *in orbem ivit*, maxime celeriter (cf. etiam דָּרַר), syr. ܕܘܗܪܐ mola, arab. دَهْرٌ (דּוֹר) tempus, seculum, pr. orbis temporis. Inde 1) de *cursu citato* (das Jagen) equi Nah. III, 2, et equitis (v. דַּהֲרָה), pr. in orbem egit (egit se), quod facere solent, qui equos exercent et domant et qui in hippodromo circumvehuntur. Nah. l. c. סוּס דֹּהֵר LXX. ἵππος διώκων, quod bene reddit Arabs (hic enim in prophetis Graeca, non Syriaca, exprimit, ut vult Schnurrerus l. c.) الفرس الراكض *equus tolutim incedens.* *Syr. equus fugiens.* Chald. סוּסְיָן מְפַזְּכִין *equi subsultantes*, gallopirende Rosse (quid sit *saltus* iumentorum, docemus s. v. כִּרְכָּרוֹת). Cf. Bochart. Hieroz. I, p. 97. Michaëlis Supplem. p. 401. Schnurreri diss. phil. crit. p. 80.

2) de diuturnitate: *duravit diu*, vide ad דּוּר no. 2. Inde תִּדְהָר.

דַּהֲרָה f. *cursus concitatus* equitis. Iud. V, 22: מִדַּהֲרוֹת דַּהֲרוֹת אַבִּירָיו *ob cursum citatum, citatum* (citatissimum) *heroum* (equitum) *eius.* דַּהֲרָה h. l. equiti tribuitur, neque audiendus Schnurrerus, qui אַבִּירִים h. l. equos interpretatur, ut ap. Jeremiam, v. h. v. LXX. σπουδῇ ἔσπευσαν ἰσχυροὶ αὐτῶν. Vulg. *fugientibus impetu et per praeceps ruentibus fortissimis hostium.*

תִּדְהָר *m.* arbor in Libano crescens Jes. XLI, 19. LX, 13. Vulg. (cap. XLI) *ulmus.* Chald. מְרַנְיָן, quod Kimchius interpretatur שאגה i. q. arab. ساج platani species. Malim *robur*, *ilicem*, pr. enim *arborem firmam, duraturam* notat, a דָּהַר no. 2, cf. תַּדְרָא. Vulgo *pinum* reddebant: quod vindicare studet Io. Simonis argumentis usus parum hercle validis. Ne hoc quidem certum, LXX Jes. XLI reddidisse πίτυν, non enim liquet cui vocabulo hebraeo graecum respondeat. V. Celsii Hierob. II, p. 271, et comment. nostrum ad Jes. XLI, 19.

דּוֹ dominus, v. in דּוּכִיפַת.

דּוּב i. q. דָּאַב (q. v.) *tabuit, languit.*
Hiph. causat. *languorem iniecit*, de morbo. Part. pl. f. מְדִיבוֹת Lev. XXVI, 16.

דּוֹב *ursus*, v. דֹּב s. r. דָּבַב.

דִּיבוֹן m. 1) *tabes.* Ita Cod. Sam. Deut. XXVIII, 66, ubi textus vulgatus habet דַּאֲבוֹן. 2) n. pr. a) oppidi in finibus Moabitarum, a Gaditis conditi i. e. restituti Num. XXXII, 34, unde Dibon-Gad XXXIII, 45, deinde Rubenitis concessi Jos. XIII, 9. 17, postea a Moabitis occupati Jes. XV, 2. Jer. XLVIII, 18. 22. Hodieque rudera eius in planitie a septentrione Arnonis sita antiquum nomen *Dibân* gerunt, v. Burckhardti itin. Syriae II, p. 635 ed. nostrae. *Seetzen* in Zachii Correspondenz XVIII, p. 432. Legh in Macmichael Journey p. 242. Semel (Jos. XV, 19) permutatis litteris ב et מ scribitur דִּימוֹן, ut alludatur voci דָּם. b) oppidi in tribu Judae Nehem. XI, 25, quod דִּימוֹנָה scribitur Jos. XV, 22.

דּוּג et דִּיג *piscari*, rad. secundaria ducta a דָּג piscis (rad. דָּגָה). Jer. XVI, 16: וְדִיגוּם *et piscabuntur eos.* Inde

דַּוָּג m. *piscator* Ez. XLVII, 10 et Jer. XVI, 16 Chethibh.

דּוּגָה *f. piscatio.* סִירוֹת דּוּגָה harpagones piscatorii. Am. IV, 2: וְאַחֲרִיתְכֶן בְּסִירוֹת דּוּגָה *hamis abripimini et liberi vestri harpagonibus piscatoriis*, imagine a belluis domandis repetita, quarum naribus hami et annuli iniiciebantur. Cf. Jes. XXXVII, 29. Cur piscatorii hami memorentur, intelligis ex Ez. XXIX, 4. Iob. XL, 26 cf. Oedmanni verm. Sammlungen aus der Naturkunde V, 5. Solebant enim pisces maiores iam captos ex annulis suspensos, quibus nares perforabant, in aquam denuo immittere.

דַּיָּג m. *piscator* Jes. XIX, 8 et Jer. XVI, 16 Keri.

דּוּד 1) i. q. זוּד et זִיד (q. v.) *effervescere*, de aqua. Inde דּוּד no. 1. olla. Transfertur 2) ad animi pectorisque commotiones (syr. ܕܘܕ turbavit, perturbavit, agitavit, Ethpa. agitatus est, ܕܘܕܐ conturbatio), maxime amorem, inde *amare*, vic. יָדִיד, وَدَّ. Unde דּוֹד, דּוֹדָה, דּוּדָאִים al.

דּוּד m. 1) *olla*, in qua aqua effervescit (v. rad. no. 1) et carnes coquuntur. 1 Sam. II, 14. Iob. XLI, 11. Plur. דְּוָדִים 2 Par. XXXV, 13. (Syr. et zab. ܕܘܕܐ ahenum, ܕܘܕܐ olla magna, sam. ollae, pro hebr. סִירוֹת). Inde

2) quodvis vasculum, spec. *corbis*, fructibus ferendis Jer. XXIV, 2 (LXX. κάλαθος), baiulatorius Ps. LXXXI, 7. LXX. κόφινος. Plur. דּוּדִים 2 Reg. X, 7. LXX. κάρταλλοι.

דּוֹד, raro defective דֹּד Lev. X, 4, c. Suff. דּוֹדִי, et defective דֹּדוֹ, דֹּדְךָ Lev. XX, 20. Jer. XXXII, 7 1) *amor* max. de amore sexuum, in solo plurali usitatum דּוֹדִים, דֹּדִים pr. *amores, blanditiae amatoriae*, Liebkosungen. Cant. I, 2 (parall. oscula). IV, 4. 10. Ez. XVI, 8: עֵת דֹּדִים *aetas amoris*, qua virgo viro matura est. XXIII, 17: מִשְׁכַּב דֹּדִים. Prov. VII, 18: לְכָה נִרְוֶה דֹדִים *age! inebriemur amoribus*. Cf. Driessen in dissert. Lugdd. p. 1101 sqq.

2) concr. obiectum amoris, *amicus* Jes. V, 1, spec. *amicus* puellae, *amatus* et *amator* eius Cant. I, 13. 14. 16. II, 3. 8. 9. 10. 16. 17. IV, 16. V, 2. 4. 6. 8. 10. 16. VI, 2. 3. VII, 12—14. VIII, 5. 14. Plur. דּוֹדִים amici, dilecti Cant. V, 1. (Etiam aliae linguae hoc et simili nexu frequentant abstr. pro concr., ut arab. حُبّ, حِبّ, وُدّ amor, et amatus, amicus, hebr. מוֹדַעַת familiaritas pro familiari, nostr. meine erste Liebe, Liebschaft, Bekanntschaft, angl. a relation of mine).

3) Spec. *patruus, patris frater* (LXX πατράδελφος), syr. ܕܕܐ, κατ' ἐξοχὴν amicus familiae appellatus, quemadmodum etiam in aliis linguis amicitiae vcc. ad propinquitatem referuntur, ut arab. حَافِدٌ, وَلِيٌّ amicus, it. propinquus, affinis, chald. חֲבִיבָה amicus, dein patruus, cf. חֲבִיבְתָּא socrus, graec. θεῖος avunculus, ex ἠθεῖος frater carissimus, lat. *amita* qs. amata, nostr. Freund, Blutsfreund pro Verwandter, Blutsverwandter. Lev. X, 4. XX, 20. Iud. X, 7. 1 Sam. X, 14. 15. XIV, 50. 2 Sam. XXIII, 9. 24. 2 Reg. XXIV, 16. 1 Par. XI, 12. 26. XXVII, 32. Esth. II, 7. 15. Am. VI, 11. Jer. XXXII, 7 sqq., sed Comm. 12 דֹּדִי est pro בֶּן־דֹּדִי (patruus pro patruele), nisi forte ita legendum cum nonnullis codd. et vett. interpp. praeter Chaldaeum. Plura non exstant.

דָּוִד et **דָּוִיד** et posterior quidem scriptura constanter in Paral., ap. Esram, Nehemiam, Zachariam (XII, 7. 8. 10. 12. XIII, 1), raro in aliis libris Hos. III, 5. Am. VI, 5. IX, 11. Ez. XXXIV, 23. Cant. IV, 4. 1 Reg. III, 14 (dilectus, part. pass. a דּוּד no. 2, cf. Waw mobile in syr. ܕܘܝܕ) n. pr. *Davides* (gr. Δαυίδ et Δαβίδ, quanquam prius praeferendum, arab. دَاوُد), Isaei Bethlehemitae filius natu minimus (1 Sam. XVI, 11), pulchritudine (XVI, 12. XVII, 34) et corporis viribus (XVII, 34) insignis, ex vitae pastoriciae umbra (XVI, 11) in aulam Sauli vocatus et armiger (XVI, 21), mox praefectus militum (XVIII, 12 sqq.) regisque gener factus (XVIII, 20 sqq.), post varios casus Saulo mortuo, primum Hebrone a Judaeis (2 Sam. I, 1 sqq.), dein septennio post et Isboseth occiso ab universo populo rex Israelis renuntiatus (V, 1 sqq.); bellis feliciter gestis, quibus imperii fines eximie promoti sunt (v. J. M. Hasii regni Davidici et Salomonei descriptio, ed. 2. Norimb. 1714 fol.), non magis quam carminibus sacris a se compositis et ad citharam (כִּנּוֹר) decantatis nobilis. De vita eius v. 1 Sam. XVI usque ad finem libri secundi. 1 Chr. XII—XXX, cf. Encyclop. germ. s. v. David (auctore Hitzig). Wineri Realwörterb. h. v.; ingenium et mores eius probabiliter adumbravit Joseph. Arch. VII, 15, §. 2. Psalterii carmina in inscriptionibus hebraeis ei tribuuntur LXXIV, videlicet Ps. III—IX. XI—XLI. LI—LXV. LXVIII—LXX. LXXXVI. CI. CIII. CVIII—CX. CXXII. CXXIV. CXXXI. CXXXIII. CXXXVIII—CXLV, quibus inscriptiones graecae LXX interpretum addunt Ps. XXXIII. XLIII. XCI. XCIV — XCIX. CIV. — Meton. דָּוִד dicitur pro בֵּית דָּוִד s. בְּנֵי דָוִד *posteris Davidis* Hos. III, 5, adeoque pro uno Messia, Davidis nepote i. q. בֶּן־דָּוִד Ez. XXXIV, 23. 24. XXXVII, 24. בֵּית דָּוִד est arx regia gentis Davidicae Jes. XXII, 9 (poët. etiam אֹהֶל דָּוִד dicta Jes. XVI, 5), alibi familia regia, a Davide originem ducens Jes. VII, 2. 13. Jer. XXI, 12. כִּסֵּא דָוִד solium Davidis et posterorum eius Jer. XIII, 13. XXII, 2. 4. 30. עִיר דָּוִד urbs Davidis i. e. Hierosolymorum pars superior in monte Zionis sita 2 Sam. V, 7. 9. 1 Reg. III, 1. VIII, 1. IX, 24. Nehem. III, 15. XII, 37.

דֹּדָה, דּוֹדָה f. *amita*, spec. patris soror Ex. VI, 20, patrui uxor Lev. XVIII, 14. XX, 20.

דּוֹדוֹ (i. q. דּוֹדוֹן ad amorem, amicitiam pertinens) n. pr. quod gesserunt 1) tribunus militum Davidis 1 Chr. XI, 12, et 2 Sam. XXIII, 9 Keri, ubi Chethibh habet דֹּדַי. 2) avus Tholae iudicis Iud. XX, 1. 3) vir Bethlehemita 2 Sam. XXIII, 24. 1 Chr. XI, 26.

דּוֹדָוָהוּ (pro דּוֹדְיָהוּ amor Jehovae) n. pr. viri 2 Chr. XX, 37.

דּוּדַי pr. adj. cum terminatione chald. ַי pro ִי, nonnisi in pl. m. דּוּדָאִים (cf. לֻלָּאוֹת; צְבִי pl. צְבָאִים) 1) *coctorius*, *coquinarius* (a rad. no. 1), inde olla coquinaria, adeoque *corbis* (cf. דּוּד no. 1. 2) Jer. XXIV, 1.

2) *amatorius* (a rad. no. 2), pl. *poma amatoria* (Liebesäpfel) Gen. XXX, 13—16 i. e. *pomula Mandragorae* (Atropae Mandragorae Linn. Mandragorae vernalis Bertolon.), herbae foliis magnis, betae similibus, radice rapae simili inferius bipartita et quodammodo humanam speciem imitante philtris parandis adhibita, floribus albis et subrubicundis, pomisque flavis, odoratis (Cant. VII, 14. Augustin. c. Faustum XXII, 57. Steph. Schulz Leitungen des Höchsten V p. 197) et esu idoneis (Mariti itin. p. 564), parvi ovi magnitudine (Burckhardti itin.

Syriae p. 441), quae a Maio ad Iulium fere maturescunt, et quibus tum vim soporiferam (in proverbio erat: ἀπὸ μανδραγόρου καθεύδειν Luc. Timon §. 2 Demosth. encom. §. 36), tum efficaciam in rebus amatoriis tribuebant et hodieque in oriente tribuunt (Steph. Schulz et Mariti l. l. c. c. Maundrell in Pauli collect. itin. orient. I, 80): unde Graecis *Circaea*, arab. تُفَّاحُ ٱلْجِنِّ, تُفَّاحُ ٱلشَّيْطَانِ, dicta sunt, ipsaque Venus a Graecis *Μανδραγορῖτις* cognominata est (v. Hesych. h. v.). Dioscorid. IV, 76: *Μανδραγόρας* ..... οἱ δὲ Κιρκαίαν καλοῦσι, ἐπειδὴ δοκεῖ ἡ ῥίζα φίλτρων εἶναι ποιητική· ..... ἔστι δὲ αὐτῆς ὁ μέν τις θῆλυς, ὁ μέλας .... φύλλα ἔχων στενώτερα καὶ μικρότερα, βρωμώδη καὶ βαρέα κατὰ τὴν ὀσμήν, κεχυμένα δὲ ἐπὶ γῆς· καὶ παρ' αὐτὰ μῆλα, οὔοις (sorbis) ἐμφερῆ, ὠχρά, εὐώδη, ἐν οἷς καὶ καρπός, ὥσπερ ἀπίου. ῥίζαι εὐμεγέθεις, δύο ἢ τρεῖς, ἀντεμπεπλεγμέναι ἀλλήλαις, μέλαιναι κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, ἔνδοθεν λευκαὶ καὶ παχύφλοιοι· καυλὸν δὲ οὐ φέρει. Τοῦ δὲ ἄῤῥενος καὶ λευκοῦ .... φύλλα ἐστὶ μεγάλα, λευκά, πλατέα, λεῖα, καθάπερ τεύτλου. τὰ δὲ μῆλα διπλάσια, κροκίζοντα τῇ χροιᾷ, εὐώδη μετὰ βάρους τινός· ἃ καὶ ἐσθίοντες οἱ ποιμένες ποσῶς ὑποκαροῦνται, ad quem locum Sprengelius in comment. docet, priorem speciem esse Mandragoram autumnalem Bertolon., posteriorem, quae Gen. et Cant. intelligenda est, Mandragoram officinalem eiusd., de tertia quadam (quae fortasse Belladonna est) v. Theoph. hist. plant. V, 2 ibique Sprengelium. Plin. H. N. XXV, 13 (94): odor gravis ei (succo), sed radicis et mali gravior. Adde de superstitionibus Orientalium et Occidentalium circa hanc plantam, germ. *Alraun* dictam i. e. omnisciam *d'Herbelot* biblioth. orient. s. v. Asterenk (استرنك i. e. radix Mandragorae ἀνθρωπόμορφος), *Adelungii* Lex. germ. et *Calmeti* Lex. bibl. v. Alraun, *G. C. Horstii* Zauberbibliothek VI p. 309 sqq. cf. IV, p. 55 sqq.

Dudaim autem Mandragoram esse, miro consensu docent veteres interpretes. LXX, Gr. Venet. οἱ μανδραγόραι, semel (Gen. XXX, 13) μῆλα μανδραγορῶν cf. Jos. Arch. I, 19. Vulg. *mandragorae*. Targg. et Syr. יַבְרוּחִין, ܝܒܪܘܚܐ i. e. arab. يبروح radix mandragorae silvestris (اصل اللفاح البرى) teste Avicenna p. 187 ed. Rom. (Forma يبروح Arabes constanter utuntur, ubi huius radicis mentio est. Quod Castellus et Freitagius in Lexx. habent, يَبْرُوحٌ, ex Kamuso haud dubie petitum est, qui p. 266 ed. Calcutt. يبروح iisdem verbis declarat, quae supra ex Avicenna laudavimus. Sed vide sitne restituendum يَبْرُوحٌ ex auctoritate Avicennae aliorumque medicorum, cui accedit aramaeum יַבְרוּחָא. Corruptam Arabum pronuntiationem imitatur Burckhardtus itin. p. 441 ed. germ. scribens جرابوح, et mero operarum errore nititur تبروح ap. Sprengelium in hist. rei herbariae I, p. 215 ed. 2). Saad. et Arabs Erpen. لُفَّاح, quod est vulgare mandragorae nomen, v. Avicennam p. 198. Ex Hebraeis consentiunt Kimchius in Lex. הם שרש עשב שהיא כדמות אדם זכר ונקבה מנדרגולש בלע״ז, Aben Esra ad Gen l. c. aliique. Paulo incertiores sunt a) Samaritanus interpres, qui dedit ࠉࠌࠉࠀࠌࠁࠉ: sed vix dubito, quin et hoc illius plantae nomen fuerit, cf. إِتْيَانٌ coitus Venereus; b) Persa reddens دستنبويه *destembujeh* i. e. odor suavis in manu, quo nomine designatur melonum species parva et odorata in Syria, Aegypto et Persia crescens, quam, ut apud nos citros, boni odoris causa in manibus gerere solebant (v. Golium v. تغارير p. 429. Veslingium ad Prosp. Alpin. p. 199. et J. E. Faberum in Rosenm. Morgenland I, p. 144). Sed haud scio an etiam hoc vc. ad mandragoram pertinebat, nam *Destembuja* etiam *Luffah* vocabatur. c) Talmudici, qui (Sanhedrin fol. 99, 2) reddunt סיגלין, ap. Raschium שיגלין. Id varie exponunt (v. Buxtorfii Lex. talmud. p. 1434), modo violas, modo lilia: mihi autem, pariter atque vc. samaritanum, plantam aphrodisiacam notare videtur, coll. rad. שגל. Accedunt plerique recentiores, ut Fullerus in Miscell. VI, 6, Michaëlis in Suppl., Rosenm. al.

Qui secus sentiunt, vel Mandragoram odoratam esse negant (Menahem: אין להם ריח) invitis multorum testimoniis, vel vim aphrodisiacam ei abiudicant (Plat. sympos. III q. 652, Aben Esra: לא ידעתי למה יועילו להריון), quod non multum refert, modo iis vulgo tributa est: in ea definienda autem in alia omnia abeunt. *Raschius* Jasminum reddit (בלשון ישמעאל יסמין), *Lutherus* lilia (ad Cant., nam in glossa ad Gen. „niemand weiss, was es seyn soll") consentiente Pfeiffero in dubiis vexatis I, 173 sqq.; *Celsius* (Hierobot. I, 1 sqq.) *Sidram* s. lotum Cyrenaicam, v. contra Michaelem in Supplem. p. 410 sqq. et ad Lowthii poes. s. p. 639 Lips. Oedmannum in verm. Sammlungen V, p. 94; *Ludolfus* (in hist. aethiop. I, 9 et comment. ad hist. p. 144) et *Simonis* in diss. de דודאים, זרזיר et החש, quae Arcano formarum annexa est) ficum indicam s. Musam paradisiacam, arab. موز; *Clericus* (ad Gen. l. c.) amomum, quod odoratum est et fructus uvarum instar profert; *J. E. Faber* (in Rosenm. Morgenland ad Gen. l. c.) melonum speciem odoratam (v. supra); adeoque fuit, qui Dudaim omnino plantam esse negaret, et Gen. atque Cant. l. l. c. c. *corbes* florum intelligendas esse coniiceret (v. G. T. Stegeri tractatum de Dudaim in Rosenm. Repert. exeget. II p. 45 sqq.): sed talia retulisse sufficit.

דּוּדַי (i. q. דודו) n. pr. tribuni militum Davidis 1 Par. XXVII, 4, alibi דודו, v. hac voce no. 1.

דָּוָה 1) *languit, aegrotus fuit.* (Arab. دَوِىَ et دَاءَ pro دَوَأَ id., دَوًى morbus, aegrotus, دَوٍ aegrotus; aethiop. ደወየ: infirmus, aeger fuit, ደዌ:

aegrotus, ܟܐܒ݂ܐ morbus. Affinis est radix nostra radd. דָּאַב, דוב, אֶרֶב, quae omnes primariam liquefaciendi, tabescendi potestatem habent. Ex linguis indogermanicis confero pers. تابيدن tabescere, تاب calor, lat. *tepeo*). In lingua hebraea de languore et infirmitate mulierum in menstruis (v. דָּוֶה no. 1), unde inf. דְּוֹת infirmitas menstrua. Lev. XII, 2: כִּנְדַּת דְּוֹתָהּ *immunditics menstruorum eius*, cf. XV, 23: הַדָּוָה בְּנִדָּתָהּ.

2) *aeger* animi, *tristis fuit*. (Syr. ܕܘܐ afflictus, miser fuit, doluit. Aph. afflixit, ܕܘܝܐ miser, infelix, ܕܘܝܘܬܐ afflictio, miseria. Zab. ܕܘܐ doluit). Vide דָּוֶה litt. b.

דָּוֶה fem. דָּוָה adj. *languidus, a;* a) pr. de mulieribus menstruatis. Lev. XV, 33. XX, 18. Inde דָּוָה Jes. XXX, 22 menstruatum quid i. e. pannus sanguine menstruo pollutus, qui h. l. dicitur de re foedissima et maxime immunda. Apud Arabes in proverbio est اقذر من حيضة magis immundum quam menstrua (Haririi Cons. XL p. 446 de Sacy). LXX. ὕδωρ ἀποκαθημένης. b) *aeger*, de animo Thren. V, 17, *afflictus* ibid. I, 13.

דַּוָּי adj. verbale (formae intensivae קַטָּל) *admodum languidus, aeger*, de corde Jes. I, 5. Jer. VIII, 18. Thren. I, 22.

דְּוַי m. (nomen actionis formae קְטַל) *languor, morbus* Ps. XLI, 4. In statu constr. דְּוֵי in loco vexato Iob. VI, 6: *num comeduntur sale non condita, num sapor est in olere fatuo? 7. taedet me talia tangere*, הֵמָּה כִּדְוֵי לַחְמִי *et haec sunt sicut languor cibi mei* i. e. his similis est cibus meus languidissimus, insipidus, insulsus. Cibo languido et insipido autem Iobus significat sec. Hebraeos, Alb. Schultensium al. amicorum, spec. Eliphasi, orationes insulsas, vel, quod praefero cum Rosenmüllero, Eichhornio al. calamitatem suam vix tolerabilem, cf. figuram Orientalibus familiarem, qua *comedere, gustare* aliquid dicunt pro hanc illamve fortunam experiri, v. אָכַל no. 3. Non multum abludit, quod olim (cum Coccejo) דְּוֵי לַחְמִי *fastidia cibi mei* interpretabar, i. e. cibum meum fastidiosum; habetque hacc quoque interpretatio, quo se defendat, siquidem דָּוֶה dr. de rebus foedis immundis ideoque fastidium moventibus: sed illud tamen utpote certius et simplicius magis placet. Non male etiam Umbreitius: *sicut morbus cibi mei* i. e. *morbus meus*, qui *cibus meus* est. — Rabbi Juda, quem sequitur Schultensius, דְּוֵי pluralem cstr. esse statuit a דְּוִים *languida*: sed recte iam Kimchius illud praefert. Plures interpretum coniecturas parum probabiles recensuit et diiudicavit Rosenmüllerus ad h. l., novamque ipse adiecit, quam non magis probare possumus. Is enim כִּדְוֵי dictum esse censet pro כְּדֵי sicut, coll. כְּדֵי אַרְבֶּה Iud. VI, 5, pro quo VII, 12 dicitur כָּאַרְבֶּה. Sed fac, quod probari non potest, דֵּי esse contractum ex nostro דְּוִי, כְּדֵי l. c. non simpliciter valet *sicut*, sed *secundum copiam* (v. דַּי, rad. דָּיִי), quod ad hunc locum non quadrat: nam non de copia cibi conqueritur, sed de medio,

quod moveat. Neque hoc placet, quod Rosenmüllerus ad etymon illustrandum adiecit, דִּי pro דֵּי h. l. similis usus esse atque Arabum ذات substantia rei, quo passim pleonastice utuntur, ذات المال substantia opum, pro ipsis opibus; nam ذات pr. est fem. a ذو, et comparandum est hebraeo זֶה, זֹאת.

מַדְוֶה m. *languor, morbus*. Cstr. מַדְוֵה VII, 15, pl. cstr. מַדְוֵי XXVIII, 60. Sed מַדְוֵיהֶם 2 Sam. X, 4 est a sing. מֶדֶו, v. rad. מָדָה.

דּוּחַ in Kal inusit., vic. radd. דָּחָה, נָדַח, *pepulit, trusit*. Arab. داخ abiectum reddidit, subiugavit et intrans. vilis, abiectus fuit (verworfen seyn) v. Schult. Imp. Joctanid. p. 26. vit. Muhammed. ed. Gagn. p. 121. Conj. II. subiugavit. VI. proiecit, abiecit.

Hiph. הֵדִיחַ 1) *propulit, extrusit* Jer. LI, 34. — 2) *purgavit* (remotis sordibus), velut altare 2 Par. IV, 6. Ez. XL, 38, culpam caedis perpetratae Jes. IV, 4.

דּוּךְ i. q. דָּכַךְ (q. v.) *tundere, contundere, comminuere* Num. XI, 8. Arab. داك id. مِدَاك, مَدَاك lapis super quo aliquid comminuitur et teritur.

מְדֹכָה f. *mortarium* Num. l. c.

* * *

דּוּכִיפַת f. avis quaedam immunda Levit. XI, 19. Deut. XIV, 18, de qua tres exstant interpretum sive sententiae, sive coniecturae. Una est Sadducaeorum, qui cum *gallinam vulgarem* intelligerent, ab eius esu abstinebant: altera Alexandrini, Vulgati et Arabum, qui *upupam* reddunt: tertia interpretis Syri et Chaldaeorum, quorum ille ܢܓܪ ܛܘܪܐ *gallus silvestris*, hi נַגַּר טוּרָא pr. faber petrae i. e. qui in saxis nidum aedificat [et idem valere videtur [Samaritan] interpretis Samaritani], quo nomine *urogallum* (Auerhahn) designari volunt Talmudici (v. Buxtorfii Lex. h. v.), Elias Levita al., *attagenam* nonnulli recentiores. Ex his tertiam optem, ut quae prae reliquis commendatur etymo, sive cum Bocharto hoc vc. conflatum putabis ex דּוּךְ i. q. ديك gallus, et כֵּיפַת i. q. aram. כֵּיפָא petra, sive, quod praetulerim, ex דוּ i. q. ذو dominus et כֵּיפָא petra (facessant enim reliquae derivationes, ut *Jo. Simonis* ex ديك gallus et פַּח cui stercoris notionem tribuit coll. فت stercus excrevit, et *J. D. Michaelis* ex ذو et chald. כיפה ambra, inde avis ambra praedita, quo upupam ironice (!?) designari censet): quanquam inficias ire non possum, etiam *upupam* (quam πετραῖον ὄρνιν vocat Aeschylus ap. Arist. hist. anim. IX, 49, Graeci recentiores ἀγριοκόκορον) potuisse galli silvestris nomine appellari, quae Bocharti et Rosenmülleri est sententia. V. *Bocharti* Hieroz. II, p. 345—49.

T. III p. 107 Lips. Rosenmülleri bibl. Naturgesch. II p. 324 sqq. — In cod. Sam. in utroque loco hoc nomen scribitur דוגיפת, דגיפת, דָגִפת, quae quidem varietas pendere videtur ex molliore forma vocabuli כֵּיפָא. Habent enim Aramaei etiam גִּפָּא littus, quod idem esse volunt atque כֵּיף.

דּוּם rad. inusit. i. q. דָּמַם no. 1. *obmutuit, siluit.* Arab. دَامَ quievit, inde mansit, perseveravit in aliqua re. II. quietum reddidit, sedavit, دَوْم permanens, quiescens, v. Dschauharii et Firuzabadii glossas ap. Scheidium ad Cant. Hiskiae p. 15. 17. 28.

דּוּמָה f. 1) *silentium, locus silentii,* poët. de orco Ps. XCIV, 17. CXV, 17. — 2) n. pr. tribus et regionis Ismaeliticae in Arabia Gen. XXV, 14. 1 Chr. I, 30. Jes. XXI, 11, haud dubie eiusdem, quae hodie دُومة الجندل Duma saxea, et دُومة الشامية Duma syriaca vocatur (nam exstat etiam دُومة العراق Duma Iracensis). Ea in confiniis deserti Syriaci et Arabiae propriae (عراق) sita et arce munitissima instructa est. Apud Abulfedam (ed. Gagnier p. 50) designatur sub gr. 65 longit., 31 latitudinis, in d'Anvillii mappa sub 58° longit., 29°, 30' latitudinis. Ptolemaeo (p. 363 ed. Basil.) Δουμαίθα vocatur. Vide Jakuti Lex. geogr. v. دومة, quod excerpserunt Gagnier ad Abulf. l. c. (et inde Michaëlis in Suppl.) et Freytagius ad hist. Halebi p. 53. Niebuhrii Arabiam p. 344. Comment. nostr. ad Jes. l. c. — LXX. ap. Jes. Ἰδουμαία, neque aliter Jarchius, Vitringa, Rosenm. ad Jes., quibus דּוּמָה ibi videtur nomen mere symbolicum, quo designatur Idumaea mox ad silentium redigenda i. e. delenda: frigide si quid video.

דּוּמִיָּה f. 1) adj. fem. (a masc. inusit. דּוּמִי) *silens, tacita.* Ps. LXII, 2: אַךְ אֶל־אֱלֹהִים דּוּמִיָּה נַפְשִׁי *Deo silens* est *anima mea,* i. e. tacite et quiete auxilium eius exspectat. — 2) abstr. (instar nominum in ־ִיָּה) *silentium,* et adv. *tacite* Ps. XXXIX, 3, inde a) *quies,* remissio doloris Ps. XXII, 3. b) *fiducia* in Deum, quae a querelis abstinens tacite auxilium eius exspectat. Ps. LXV, 2: לְךָ דֻמִיָּה תְהִלָּה *tibi* (debetur) *fiducia, laus.*

דּוּמָם m. 1) subst. *silentium.* Hab. II, 19: אֶבֶן דּוּמָם *lapis silentii,* i. e. silens, mutus. — 2) adv. *tacite* Jes. XLVII, 5. Thren. III, 26: טוֹב וְיָחִיל וְדוּמָם *bonum est, ut exspectet* homo, *idque tacite.*

* * *

דּוּמֶשֶׂק v. דַּמֶּשֶׂק.

דּוּן vel **דִּין** prob. idem quod arab. دَانَ med. Waw intrans. *humilem, inferiorem esse,* unde دُونٌ inferius, دُونَ praep. infra, sub (angl. *down*). Radd. vicinae sunt دَنَا, دَنِىَ vilis, vilior fuit, unde دُنْيَا mundus, vita mundana, quippe coelesti inferior et vilior, hebr. אָדַן, unde אֶדֶן fundamentum, basis, dein דִּין, quod instar Hiphil verbi nostri (sec. Ewaldum in gr. hebr. דִּין est pro הֵדִין) est trans. *subiicere sibi, imperare, iudicare.*

Verbum semel legitur in loco difficili Gen. VI, 3: לֹא יָדוֹן רוּחִי בָאָדָם לְעֹלָם *non humiliabitur spiritus meus in homine in perpetuum* i. e. natura mea coelestis et divina, quam creando homini inspiravi (Gen. II, 7), non in perpetuum in corpore mortali, utpote in habitatione sibi indigna, habitabit. Veteres interpretes tantum non omnes verbum ידון habitandi vel manendi sensu acceperunt. LXX. οὐ μὴ καταμείνῃ (codd. vett. καταμενεῖ) τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις εἰς τὸν αἰῶνα. Vulg. *non permanebit.* Syr. et Saad. *non habitabit,* neque opus est, aliam scripturam iis tribuere, vel יָדוּם *manebit* ex usu Arabum (cum Cappello, Crit. sacra lib. 4, c. 4 §. 14), vel יָדוּר habitabit (cum Ilgenio, in Paulus Memorabilien VII p. 132, qui hoc adeo vulgatae anteferendum existimat), vel יָלוּן (verbum enim לִין graeco μένω exprimitur Iud. XIX, 9): vel aliam radicis significationem arcessere, ut verbi syri ܕܳܢ (Fulleri Miscell. V, 4): videntur enim liberius sensum magis quam verba expressisse (v. Buxtorfii Antier. p. 639. J. D. Michaëlis in Supplemm. p. 422).

Rabbinorum et recentiorum plerique יָדוֹן idem esse statuunt atque יָדִין (Symm. οὐ κρινεῖ τὸ πνεῦμά μου τοὺς ἀνθρώπους. Gr. Venet. οὐ κρινεῖ .... ἐν τῷ ἀνθρώπῳ), idque bifariam accipiunt. Alii a) sensu *arguendi, litigandi,* quasi idem sit quod Niphal נָדוֹן, ut Josephus Kimchius (ap. Davidem filium in Lex.): *spiritus meus coelestis, quem homini inspiravi, non in perpetuum in lite versabitur cum corpore: is enim non delectatur libidine corporis, corpus autem trahitur ad libidines bestiarum* cet., Raschius: *non amplius mecum iurgabitur et contendet spiritus meus propter hominem,* vel ut recentiorum plerique (Fulleri Miscell. V, 5. Rosenmüller. in Comment. ampl. ad Gen. l. c. et de Vers. persica Pent. p. 19): *non litigabit spiritus meus in perpetuum cum hominibus* i. e. ego (רוּחִי) non amplius docendo, admonendo, arguendo litigabo cum genere humano, nihil enim profeci, sed vindictam statim exsequar. Sed *litigandi* potestas, quae pendet ex significatione reciproca coniugationis Niphal, in Kal admitti non potest. Multo magis probanda b) *regnandi* potestas, quam alii (Rosenm. in Schol. min. et Maurer. ad h. l. Buttmann üb. den Mythus der Sündfluth p. 14 sqq. ed. 2) adhibent et nos ipsi adhibuimus (Lex. min. editt. 1—3): *spiritus meus non in perpetuum regnabit in homine,* eadem sententia, quam nos supra proposuimus. Optent lectores, nam דון etiam iudicandi et imperandi potestatme habuisse, praeter nomina דּוּן, מָדוֹן, אָדוֹן arguit

Niph. נָדוֹן *litigare, disceptare* nostr. rechten (pr. recipr. iudicare se invicem conf. נִשְׁפַּט, arab. حكم iudicavit, Conj. III. IV. disceptavit). Part. 2 Sam. XIX, 10.

דּוּן Iob. XIX, 29 in Keri i. q. דִּין in Chethibh, *iudicium.*

אָדוֹן c. Suff. defect. אֲדֹנִי, c. Praeff. בַּאדֹנִי, לַאדֹנִי, וְאדֹנִי (ubi reliquarum personarum Suffixa accedunt, utuntur plurali, ut אֲדֹנֶיךָ, אֲדֹנָיו v. infra) m. *dominus*, a indicando et imperando dictus, cf. rad. דִּין. (Desideratur in linguis cognatis, praeter phoeniciam. In hac nobilissima inscriptio bilinguis Melitae reperta, de qua supra p. 224, his verbis orditur: לאדננ למלקרת בעל צר i. e. לַאֲדֹנֵנוּ לְמֶלְקַרְת בַּעַל צֹר *domino nostro, Melicertae, domino* s. deo tutelari *Tyri*, et Ἄδωνις (quod Hesych. interpretatur κύριος) in nomen idoli abiit, v. תַּמּוּז. Lingua chaldaea vestigium eius servavit in n. pr. בַּלְאֲדָן. Apud Zabios ܐܕܘܢܝ de Sole usurpatur, sed hoc ex hebr. אֲדֹנָי repetitum). Dicitur a) de possessore. 1 Reg. XVI, 24: אֲדֹנֵי הָהָר שֹׁמְרוֹן *dominus* i. e. possessor *montis Schomron* (de plur. v. infra). b) de hero servorum Gen. XXIV, 12. 14. 27. 35—37. 42. 49. 65. XXXIX, 2. 7. 8. 16, de marito uxoris (cf. בַּעַל, gr. κύριος γυναικός, nostr. Eheherr) Gen. XVIII, 12. Am. IV, 1 (sec. quosdam), de rege, ut domino civium Jes. XXXVI, 9. 12 (pl. XXVI, 13). c) de praefecto et moderatore. Gen. XLV, 8: וַיְשִׂימֵנִי .... אָדוֹן לְכָל־בֵּיתוֹ. Comm. 9: אָדוֹן לְכָל מִצְרָיִם. Ps. CV, 21 (construitur sq. dat. ut רֵעַ לְ, ἑταῖρος τινί), de quocunque, qui aliis imperat. Ps. XII, 5: מִי אָדוֹן לָנוּ *quis nobis imperabit?* Inde de Deo, mundi possessore et moderatore, qui vocatur אֲדוֹן כָּל־הָאָרֶץ Jos. III, 11. 13. Ps. XCVII, 5. Zach. IV, 14. VI, 5. Mich. IV, 13, et κατ' ἐξοχὴν הָאָדוֹן Ex. XXIII, 17, poët. sine art. אָדוֹן Ps. CXIV, 7, et adiectis aliis nominibus divinis, הָאָדוֹן יְהוָה Ex. XXIII, 17. XXXIV, 23, הָאָדוֹן יְהוָה צְבָאוֹת Jes. I, 24. III, 1. X, 16. 33. XIX, 4. — אֲדֹנִי *domine mi!* honoris causa compellabantur non solum nobiliores omnesque quibus reverentia debita erat, veluti patres Gen. XXXI, 35, doctores et prophetae 2 Reg. VI, 5, maxime principes et reges (אֲדֹנִי הַמֶּלֶךְ 2 Sam. XIV, 9. 1 Reg. III, 17 et sexcenties), sed omnes omnino, quibus honorem haberé placebat Gen. XXIII, 6. 11. 15. XXIV, 18. XXXII, 19. XXXIII, 8. 13—15. Iud. IV, 18, et frequentior eius usus ad sermonis urbanitatem pertinebat, ut in formulis בִּי אֲדֹנִי Gen. XLIII, 20. XLIV, 18. Num. XII, 11. 1 Sam. I, 26, לֹא אֲדֹנִי Gen. XLII, 10. 1 Sam. 1, 15 (non Monsieur: no, Sir.), הִנְנִי אֲדֹנִי 1 Sam. XXII, 12. Passim adduntur nomina propria, ut אֲדֹנִי מֹשֶׁה *mi domine Moses!* Num. XI, 28, אֲדֹנִי אֵלִיָּהוּ 1 Reg. XVIII, 7 (cf. אֲדֹנִי יוֹאָב *dominus meus Joabus*, de absente 2 Sam. XI, 11). Solebant etiam blandius et submissius locuturi pro secundae personae pronomine dicere אֲדֹנִי et in omni oratione tertia persona uti pro secunda, ut Gen. XLIV, 19: אֲדֹנִי שָׁאַל אֶת־עֲבָדָיו *dominus meus quaesivit ex servis suis*, tu ex nobis quaesivisti. XXXIII, 13: *dominus meus scit*, tu scis. Comm. 8. 14. 15. XLIV, 7. 9. 16. XLVII, 18. 1 Sam. XXV, 28. 41. XXVI, 18. 2 Sam. I, 10, cf. עֶבֶד et אָמָה. Caeterum utebantur vocabulo אֲדֹנִי, utpote formula fixa et immutabili (cf. syr. ܡܪܝ et gall. Monsieur) etiam, ubi plures loquebantur et exspectare possis אֲדֹנֵנוּ (quod semel habes 1 Sam. XVI, 16). Num. XXXII, 25: עֲבָדֶיךָ יַעֲשׂוּ כַּאֲשֶׁר אֲדֹנִי מְצַוֶּה *servi tui facient, quae dominus meus iubet.* Comm. 27. XXXVI, 2. Gen. XLVII, 18.

Plur. אֲדֹנִים utuntur 1) pluraliter: *domini* Jes. XIV, 13 c. verbo plurali. אֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים dominus dominorum, de Deo Deut. X, 7. Ps. CXXXVI, 3. Atque ita cum Suff. 1 pers. pl. אֲדֹנַי *domini mei!* Gen. XIX, 2 (18) v. infra ad אֲדֹנָי. Sed longe frequentius 2) singulariter (in plurali excellentiae). 1 Reg. XXII, 17: לֹא אֲדֹנִים לָאֵלֶּה *hi domino carent.* Mal. I, 6. Cum adj. singulari Jes. XIX, 4: אֲדֹנִים קָשֶׁה *dominus durus.* Atque ita constanter in statu constr. אֲדֹנֵי, et cum Suff. (praeter אֲדֹנִי), ut אֲדֹנֶיךָ dominus tuus Gen. XXIV, 51. XLIV, 8. 1 Sam. XXVI, 15. 2 Reg. II, 3. 5. 16, אֲדֹנַיִךְ Ps. XLV, 12. Jes. LI, 22, אֲדֹנָיו dominus eius Gen. XXIV, 9. XXXIX, 2. 3. 7. 8. 16. 19. XL, 7. Jes. XXXVII, 4, אֲדֹנֶיהָ Ex. XXI, 4. 8. Iud. XIX, 26. 27, אֲדֹנֵינוּ dominus noster 1 Sam. XXV, 14, אֲדֹנֵיכֶם 1 Sam. XXVI, 16. 2 Sam. II, 5. 7. Jes. XXXVII, 6, אֲדֹנֵיהֶם Gen. XL, 1. Iud. III, 25. 2 Sam. X, 3. 1 Reg. XII, 27. Am. IV, 1. Zeph. I, 9 atque sic constanter, pro vario vc. usu supra exposito. Exempla sunt: אֲדֹנֵי יוֹסֵף dominus s. herus Josephi Gen. XXXIX, 20, אֲדֹנֵי הָאָרֶץ dominus et praefectus terrae XLII, 30. 33. Ps. XLV, 12 de coniuge regio: כִּי הוּא אֲדֹנַיִךְ *is est dominus tuus.* אֲדֹנֵינוּ מֶלֶךְ דָּוִד 1 Reg. I, 43. יְהוָה אֲדֹנֵינוּ Ps. VIII, 2. 10, et simpl. אֲדֹנֵינוּ de Deo Ps. CXXXV, 5. CXLVII, 5. Neh. VIII, 10. De Plurali אֲדֹנַי v. statim.

אֲדֹנָי (per Kamez) *Dominus*, ubique (teste Masora 134 locis) κατ' ἐξοχήν de Deo, praecipue (atque in Pentateucho, ni fallor, semper), ubi Deum submisse alloquuntur, velut Gen. XVIII, 30: אַל־נָא יִחַר לַאדֹנָי. 31. 32. Ex. XXXIV, 9: אִם־נָא מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֶיךָ אֲדֹנָי יֵלֶךְ־נָא אֲדֹנָי בְּקִרְבֵּנוּ *si modo inveni gratiam in oculis tuis, Domine, eat Dominus in medio nostrum.* Num. XIV, 17, inde saepe in formulis בִּי אֲדֹנָי Ex. IV, 10. 13. Jos. VII, 8. Iud. VI, 15. XIII, 8, אָנָּא אֲדֹנָי Neh. I, 11, אֲהָהּ אֲדֹנָי Jer. I, 6. IV, 10 et ubicunque preces ad Deum funduntur. Dan. IX, 19 ter: אֲדֹנָי שְׁמָעָה אֲדֹנָי סְלָחָה אֲדֹנָי הַקְשִׁיבָה Comm. 7. 8. 9. 15. 16. Gen. XV, 2. Deut. III, 23. IX, 26. Dein etiam, ubi de Deo sermo est, in sermone tum pedestri tum sublimiore, max. in sequiore Hebraismo 1 Reg. XIII, 10. XXII, 6. 2 Reg. VII, 6. XIX, 23. Esr. X, 3. Ps. LXVIII, 10. Jes. 6, 8. VIII, 7. XL, 10. Thren. I, 14. II, 1. 2. 5. 7. 18—20. III, 31. 36—38. Dan. I, 2. Ez. XVIII, 25. 29, saepe additis aliis nominibus divinis; ut אֲדֹנָי יְהוָה צְבָאוֹת Jer. II, 19, אֲדֹנָי הָאֱלֹהִים Dan. IX, 13, max. אֲדֹנָי יְהוִה (in textu masorethico אֲדֹנָי יֱהוִה, v. יְהוָה) Jes. XL, 10. Jer. II, 22. VII, 20. Ez. II, 4. III, 11. 26. V, 6. 8. VI, 3. 11. VII, 2. 5. XI, 7. 16. 17. XII, 10. 19. 23.

18. XIII, 3. 8. 18. 20. XIV, 1. 4. 20. XV, 6. XVI, 3. 36. 59 et plus quam centies apud eundem.

De terminatione ־ָי non una est Grammaticorum sententia. Plerique, ut Kimchius (in Lex.), Simonis, J. D. Michaelis, Storrius (observatt. p. 99), Schroederus (institutt. hebr. p. 115), quibus ipse accessi in Lexx. et Lgb. p. 524 cum Winero (p. 223), *ai* pluralem excellentiae notare censent, coll. pluralibus חֹרִי Jer. XXII, 14, חורי Jes. XIX, 9 et plurali excellentiae שַׁדַּי: adhibito Kamez pro Patach, ut discernatur ab אֲדֹנַי (domini mei). Aliis, ut Gussetio (in Comment. ling. hebr. p. 17), Ewaldo (gramm. hebr. p. 299) *ai* est suffixum plurale, ut אֲדֹנָי sit i. q. אֲדֹנַי, sed singulariter accipiendum (ut אֲדֹנֶיךָ rel.) pr. *dominus meus*, in quo tamen pronominis possessivi vis paulatim evanuerit (sicut in syriaco ܡܳܪܝ dominus meus, dein Dominus, et gall. Monsieur). Atque in hanc sententiam ego quoque nunc inclino, his ductus argumentis: a) Suffixum esse ־ָי, admodum probabile fit ex verbis אֱלֹהַי וַאדֹנָי *mi Deus et mi domine* Ps. XXXV, 23. Quod enim affixum est in priore nomine, vix aliud esse potest in secundo. b) in Pentateucho (v. supra) superstitem habemus usum antiquiorem et primigenium, ex quo vc. *Adonai* nonnisi Deum alloquentes utebantur. c) אֲדֹנָי *nunquam* cum articulo venit, quem in pedestri certe oratione desiderares, si אֲדֹנָי simpliciter esset i. q. אֱלֹהִים (quod ipsum nunquam κατ᾿ ἐξοχὴν de Deo occurrit), הָאֲדֹנִים. Occurri solet: α) „אֲדֹנַי ubique *pluraliter* esse *domini mei*, nunquam *dominus meus*, *mi domine*.“ Immo *semel* tantum cum plur. construitur Gen. XIX, 2: in duobus aliis locis Gen. XVIII, 3 et XIX, 18 flagitante contextu est singulare: *domine mi!* et videntur in his locis antiquissimi usus, ex quo etiam homines ita compellabantur, vestigia superesse. Falsum enim, quod Masorethae his locis addunt קדש et propterea אֲדֹנָי scribunt; nam Gen. XVIII, 3 Abrahamus Deum nondum cognoverat, et XIX, 18 Lothus non Deum alloquitur, sed angelorum unum. β) „bis Deum ipsum se vocare אֲדֹנָי, Jes. VIII, 7 et Iob. XXVIII, 28.“ Sed in utroque loco insignis est scripturae varietas (apud Iobum longe plerique codd. et editt. vett. habent יְהוָה, ap. Jesaiam 8 codd. Kennicott.) et quod in textu est אֲדֹנָי haud dubie fluxit ex consuetudine Judaeorum, pro יהוה efferendi אֲדֹנָי. — Alias sententias, velut ־ָי formativum esse, vel אֲדֹנָי conflatum esse ex אָדוֹן et יָהּ = יְהוָה (v. Danzium, Stockium) et referre et refutare taedet. Nomina propria inde formata sunt:

אֲדֹנִי־בֶזֶק (dominus Beseci) nomen titulusve regis urbis Cananaeae Besec. Iud. I, 5—7.

אֲדֹנִי־צֶדֶק (dominus iustitiae) n. pr. Hierosolymorum regis Cananitici. Jos. X, 1. 3.

אֲדֹנִיָּהוּ (Jehova [est] dominus meus) n. pr. *Adonija* 1) filius Davidis et Haggithae (2 Sam. III, 4), ob seditionem contra patrem et Salomonem fratrem motam supplicio affectus 1 Reg. I, 8 — II, 25, idem appellatur אֲדֹנִיָּה I, 5. 2 Sam. III, 4. — 2) 2 Par. XVII, 8. — 3) Neh. X, 17. Idem Esr. II, 13 appellatur אֲדֹנִיקָם (dominus hostium). Cf. VIII, 13. Neh. VII, 18. Gr. Ἀδωνίας.

אֲדֹנִיקָם v. אֲדֹנִיָּהוּ no. 3.

אֲדֹנִירָם (dominus altitudinis) n. pr. viri, qui sub Davide et Salomone operis regiis praefectus erat. 1 Reg. IV, 6. Paulo audacius contractum est in אֲדֹרָם 2 Sam. XX, 24. 1 Reg. XII, 18, הֲדֹרָם 2 Par. X, 18.

יָדוֹן (iudex, vel: quem iudicavit Deus) n. pr. viri Neh. III, 7.

מָדוֹן m. 1) *contentio, lis, rixa* (v. rad. in Niph.) Prov. XV, 18. XVI, 28. XVII, 14. XXII, 10. XXVI, 20. XXVIII, 25. XXIX, 22. Hab. I, 3. אִישׁ מָדוֹן לְכָל הָאָרֶץ Jer. XV, 10 vir, quocum contendit et litigat universa terra, omnium obiurgationibus expositus. (Aliud est אִישׁ מָדוֹן 2 Sam. XXI, 20, v. rad. מָדָה). Plur. מְדָנִים (nisi legere mavis מְדוֹנִים, legitur etiam ubique tantum in Chethibh, addito Keri מִדְיָנִים) lites Prov. XXIII, 29, inde אִישׁ מ׳ vir rixosus ib. XXVI, 21, אֵשֶׁת מְדָנִים XXI, 9. 18. XXV, 24. XXVII, 15. — 2) n. pr. urbis regiae Cananaeorum Jos. XI, 1. XII, 19.

דּוּץ *saltare*. Arab. داص med. Waw Conj. II. desiliit, descendit ex loco superiore in inferiorem. It. med. Je: petulantius exsultavit (aufspringen), fugit, subduxit se (entspringen), huc illuc mota fuit res sub manu palpantis v. c. glandula (hin und her springen), quae omnia a saliendo ducta sunt, دَيّاص vir, cui nemo par est, pr. qui e manu adorientis elabitur, der einem Jeden entschlüpft. (Quae in Lexicis, etiam hodie, paulo confusius traduntur, recte iam digesserat Schult. ad Iob. p. 1197). Syr. (in N. T. pro σκιρτάω Luc. I, 41. 44. VI, 23) et zab. ܕܨ saltavit, exsiliit, chald. דוץ (v. Buxt. p. 516), und דִּיצָא caprea, Lacon. δίζα capra. Radix autem in molliore pronuntiatione orta est ex inusitata דָּנַץ (cf. דָּנַג, דוג; עָנַק, עוק et quae disputavimus s. litt. נ), qua saltatio etiam in linguis germ. et slavicis exprimitur: *tanz*-en, ital. *danza*, gall. *danser*, angl. *to dance*, bohem. *tance*, polon. *taniec*. Addit Adelungius in Lex. teuton. IV, 530 „arab. *tantza*“, prob. significans verbum طنز ludibrio habuit, طَنْز ludibrium: quod num huc pertineat non definio. — In V. T. semel Iob. XLI, 14: וּלְפָנָיו תָּדוּץ דְּאָבָה *et ante eum* (crocodilum) *exsultat pavor:* solent enim trepidationem et pavorem saltationi comparare cf. Ps. XXIX, 6. Languide Alex. τρέχει (תָּרוּץ).

דוּק verbum Hebraeis vix usitatum, tritissimum Chaldaeis, Syris, Samaritanis, apud quos valet *speculari, inspicere, circumspicere, prospicere.* Pa. ܕܰܘܶܩ et Aph. ܐܰܕܺܝܩ id. — Legitur semel in cod. Sam. Gen. XIV, 14, ubi pro verbis hebraeis וַיָּרֶק אֶת־חֲנִיכָיו Sam. habet וידק את חניכיו, lege וַיָּדֶק *lustravit* (LXX ἠρίθμησεν), cf. sam. ࠅࠉࠃࠒ Gen. XVIII, 16. XXVI, 8. Ex. XIV, 24 (pro hebr. נִשְׁקַף). Non plane spernenda haec lectio, quanquam etiam vulgata, eaque difficilior, ferri potest, v. רוק. — דָּקוּ Dan. II, 35 pro דָּקוּ pertinet ad rad. דָּקַק q. v.

דָּיֵק pr. part. (more aramaeo formatum, ut ܩܳܐܶܡ *kojem*, emphat. ܩܳܝܡܳܐ) *speculans*, inde *specula, turris speculatoria*, quales in oppugnandis urbibus exstruere solebant tum ad speculandum, tum ad lapides ex ballistis in urbem coniiciendos, πύργοι φορητοί Athen. turres ambulatoriae Vitruv. X, 19 dictae, hebraice alias בַּחוּנִים Jes. XXIII, 13. Sexies legitur in formulis בָּנָה דָּיֵק עַל עִיר *exstruxit speculas* (collect.) *contra urbem* 2 Reg. XXV, 1. Jer. LII, 4. Ez. IV, 2. XVII, 17. XXI, 27, et נָתַן דָּיֵק עַל XXVI, 8. Respondet syr. ܕܰܝܩܳܐ specula, quo Syrus interpres utitur Ez. XVII. XXI. XXVI, et Barhebr. de oppugnanda urbe p. 206: *exstruxit turrem* ܠܕܰܝܩܳܐ *in speculam*, idemque ex vett. interpretibus expresserunt LXX (προμαχῶνες propugnacula Ez. IV. XXVI, βελοστάσεις stationes ballistarum Ez. XVII. XXI). Vulg. *munitiones.* Accedunt Kimchius, Jarchius. — Ex recentioribus a) *J. D. Michaëlis* singularem (דָּיֵק) urgens intelligit *murum*, quo obsidentes urbem circumvallabant, Circumvallationslinie (LXX περίτειχος 2 Reg., Chald. כַּרְקוֹם, Syrus tribus locis ܟܰܪܟܘܡܳܐ i. e. gr. χαράκωμα locus sudibus munitus), aliudque etymon arcessit ab arab. داق IV. circumdedit, cinxit, مَدَاق circus: sed etiamsi quis singularem ad vivum resecans unam tantum munitionem admittere velit, ei tamen etymon supra ex lingua aramaea propositum retinendum erit. b) Jo. Simonis (Lex. ed. 1. 2) *arietem* reddit s. machinam ad comminuendos muros coll. chald. דָּקוּ Dan. II, 35, quod est a rad. דקק. Sed fac, דָּיֵק esse participium huius radicis more Syrorum formatum (ܩܳܐܶܡ a ܩܳܡ), aedificandi vc. (בָּנָה) arietibus minus aptum videtur, quam turribus.

דּוּר 1) *circumire, in orbem ire.* Arab. دار med. Waw Conj. I. III. VIII. X circumivit, gyrum egit. Conj. II. IV. circumvertit, دَوْر gyrus, orbis, periodus, دَائِرَة id., دَائِر rotundus. Vicinae radd. sunt דָּהַר (v. litt. ה), דָּרַר, תּוּר, סוּר, et dentali in sibilam versa זוּר, סוּר, שׁוּר, quae omnes circumeundi, se convertendi, cingendi potestatem varie inflexam habent, cf. Hartmanni lingu. Einleit. pag. 82. Ea refertur in hac rad. tum ad res rotundas (v. דּוּר, מְדוּרָה), tum ad tempus, quod in orbem it (דּוֹר, chald. תְּדִירָא). Ad posterius cf. in linguis indogermanicis δηρός diuturnus, lat. *durus, durare.*

2) *commorari, habitare*, ut chald. Ps. LXXXIV, 11, sec. Jo. Simonem, quia primae habitationes fuerint rotundae et in rotundum exstructae „, unde lat. urbs sec. Varronem et Isidorum ab orbe, et gr. πόλις a πολέω, arab. دَار oppidum, vicus et كُوْرَة urbs similiter a rotunditate", vel, quod equidem praefero, quia circumeundi et se convertendi notio ad divertendi et habitandi significatum inflexa est, cf. אָוָה, גּוּר, זוּר.

דּוּר chald. *habitare.* Fut. תְּדוּר Dan. IV, 9. 18. Part. pl. דָּאֲרִין, in Keri דָּיְרִין Dan. II, 38. VI, 26. III, 31. In Targg. saepe, adde דָּיָר habitator, incola, דִּירָא habitatio, caula. Syr. ܕܳܪ habitavit, ܕܰܝܪܳܐ habitatio. Sam. ࠃࠀࠓ et ࠃࠅࠓ habitavit, zab. ܕܺܝܪܳܐ habitaculum, ܕܝܳܪܽܘܬܳܐ hospitium, v. Norbergii Lexid. p. 39.

דּוּר m. 1) *orbis.* Jes. XXIX, 3: כַּדּוּר *velut orbis*, circumcirca. — 2) *pila.* Jes. XXII, 18. — 3) *rogus*, strues lignorum rotunda, alibi מְדוּרָה, Ezech. XXIV, 5 (cf. V. 9).

דּוֹר et **דֹּר** pl. דּוֹרִים (ter in formula דֹּר דּוֹרִים Ps. LXXII, 5. CII, 25. Jes. LI, 8) et דֹּרוֹת (gen. masc., unde אַרְבָּעָה דֹּרוֹת Iob. XLII, 16) c. Suff. דֹּרֹתָם, דּוֹרֹתֵיכֶם m. 1) *aetas* hominum, *Menschenalter, Generation* (LXX paene constanter γενεά), utpote *periodus* annorum, a rad. דּוּר no. 1, cf. دَهْر tempus, seculum a circumeundo (v. דָּהַר), تَارَة tempus a verbo تار circumivit, دَائِرَة conversio, periodus fortunae. (Ipsi دَار sunt qui *anni* notionem tribuant, v. schol. ad Harir. p. 303 de Sacy: sed vulgo habitationem notat, v. no. 2. Syr. et zab. ܕܳܪܳܐ, chald. דָּר, דָּרָא, aeth. ዶር: i. q. hebr.). Eccl. I, 4: דּוֹר הֹלֵךְ וְדוֹר בָּא *una aetas discedit, altera venit.* Deut. XXIII, 3. 4. 9: דּוֹר עֲשִׂירִי, דּוֹר שְׁלִישִׁי *aetas decima, aetas tertia.* VII, 9: אֶלֶף דּוֹר *mille aetates.* דּוֹר אַחֲרוֹן aetas sequens, postera. Ps. XLVIII, 14. LXXVIII, 4. CII, 19. Deut. XXIX, 22, דּוֹר אַחֵר id. Ps. CIX, 13. Joël I, 3. מִדּוֹר לְדוֹר a generatione ad generationem i. e. per omnes generationes Jes. XXXIV, 10, מִדֹּר דֹּר id. Ex. XVII, 16. Speciatim est a) *aetas ventura* Ps. XXII, 31. LXXI, 18, creberrime in plur. דּוֹרוֹת aetates venturae, posterae, v. c. Lev. XXIII, 43. לְמַעַן יֵדְעוּ דֹרֹתֵיכֶם ut sciant aetates vestrae venturae i. e. posteri vestri XXII, 3. Num. IX, 10: לָכֶם אוֹ לְדֹרֹתֵיכֶם *vobis vel posteris vestris.* XV, 14, max. in formula legislatoria חֻקַּת עוֹלָם לְדֹרֹתֵיכֶם Lev. III, 17. XXIII, 14. 31. 41, cf. Gen. VII, 7. 9. 12. Ex. XII, 14. 17. XVI, 32. 33.

Poët. in hunc sensum magis frequentant plur. periphrasticum דֹּר דֹּר omnes aetates Ps. LXI, 7 et דּוֹר וָדוֹר, v. c. מְשׂוֹשׂ דֹּר וָדֹר gaudium omnium aetatum Jes. LX, 15. בְּדוֹר דּוֹר in aetatibus (omnibus futuris) Ps. XC, 1, plenius בְּכָל־דֹּר וָדוֹר Ps. XLV, 18. Esth. IX, 28. לְדוֹר דֹּר Exod. III, 15. Joël IV, 20, et לְדֹר וָדֹר Ps. LXXVII, 9. LXXXV, 6. Jes. XXXIV, 7. Thren. V, 19 ad omnes aetates futuras, עַד־דּוֹר וָדֹר Ps. X, 6. XXXIII, 11. CXII, 2. Jes. XIII, 20. Jer. L, 39, עַד שְׁנֵי דֹּר וָדֹר Joël II, 2. Deut. I, 35. II, 14. It. דּוֹר דּוֹרִים omnes aetates (v. supra) cf. syr. ܕܳܪ ܕܳܪ̈ܝܢ Barhebr. p. 438. Sed utuntur etiam b) de aetate praeterita. Jes. LVIII, 12. LXI, 4: שֹׁמְמוֹת דֹּר וָדֹר ruinae multarum aetatum, quae multas aetates dirutae et disiectae fuerunt. Deut. XXXII, 7: שְׁנוֹת דֹּר וָדֹר de aetatibus praeteritis. Caeterum Hebraei, pariter atque nos, hominum aetati vulgo triginta ad quadraginta annos tribuisse videntur (v. Iob. XLII, 16), sed patriarcharum longaevorum tempore centum (Gen. XV, 16 cf. comm. 14 et Ex. XII, 40): et similiter apud Romanos *seculi* vocabulum antiquitus hominum aetatem significasse, postea ad centum annorum spatium translatum esse docet Censorinus de die natali cap. 17.

Meton. notat *homines aliquâ aetate degentes* (in quibus exemplis intpp. arabici ponunt جِيلٌ, cf. ad hebr. גִּיל). Num. XXXII, 13: עַד תֹּם כָּל־הַדּוֹר *usquedum consumta est tota aetas*. Deut. II, 14. דּוֹר הָרַע הַזֶּה haec aetas prava Deut. I, 35. Adde exempla supra (litt. a) laudata. Inde aa) sequ. genit. *aequales alicuius*. Gen. VI, 9: תָּמִים הָיָה בְּדֹרֹתָיו *integer* (integerrimus) *erat inter aequales suos*. Jes. LIII, 8: דּוֹרוֹ *aequales eius*. bb) Neglecta aetatis notione saepe est *genus hominum*, in bonam partem Ps. XII, 8. XIV, 5. XXIV, 6. LXXIII, 15. CXII, 2, in malam partem Deut. XXXII, 5: דּוֹר עִקֵּשׁ וּפְתַלְתֹּל. Comm. 20. Jer. VII, 29: דֹּר עֶבְרָתוֹ *genus cui irascitur* Deus. Ps. LXXVIII, 8. Prov. XXX, 11—14 (ubi LXX ἔκγονον κακόν).

2) *habitatio*. (Arab. دَارٌ id. nempe aedificia cum atrio, it. regio. Melit. *dâr* domus, familia, *dâr el bnyt* coenobium virginum. Chald. דִּיר, דָּיַר habitatio, max. casa pastorum, caula ovium). Ps. XLIX, 20: דּוֹר אֲבוֹתָיו *domus patrum eius* i. e. sepulcrum. De tentorio, ut corporis humani imagine Jes. XXXVIII, 12. Inde

3) n. pr. v. דֹּאר.

דֹּאר (i. q. דּוֹר habitatio) Jos. XVII, 11, et **דּוֹר** Iudd. I, 27. 1 Par. VII, 29, plene נָפַת דּוֹר (excelsum, fortasse promontorium Dorae) Jos. XII, 23, נֶפֶת דֹּאר 1 Reg. IV, 11 et נָפוֹת דּוֹר (excelsa Dorae) XI, 2, gr. Δῶρος, τὰ Δῶρα et ἡ Δῶρα (v. Steph. Byz. h. v.) n. pr. urbis regiae Cananaeorum (Jos. XI, 2. XII, 23), dein Manassitis tributae (XVII, 11. Iud. Reg. Chron. l. l. c. c.), sed in finibus Issacharitarum ad mare mediterraneum in vicinia montis Carmel „in nono milliario Caesarea pergentibus Ptolemaidem (Hieron.)“ sitae. Ab Antiocho Sidete oppugnata (1 Macc. XV, 11—25) dein a Gabinio restaurata et portu instructa est (Jos. Arch. XIV, 10. XV, 13. XVI, 4 §. 4), Phoeniciae urbibus passim annumerata (contra Ap. II, 9). Uberius de ea egit Steph. Byzantinus v. Δῶρος, unde haec exscribimus ex Claudii Iulii Phoenicior. libro tertio petita: „μετὰ Καισάρειαν Δῶρα κεῖται βραχεῖα πολίχνη, Φοινίκων αὐτὴν οἰκούντων, οἳ διὰ τὸ ὑπόπετρον τῶν τε αἰγιαλῶν καὶ τὸ πορφύρας γόνιμον συνελθόντες, καλιὰς αὐτοῖς ᾠκοδομήσαντο καὶ περιβαλλόμενοι χάρακας, ὡς ὑπήκουεν αὐτοῖς τὰ τῆς ἐργασίας, τεμνόμενοι τῆς πέτρας, διὰ τῶν ἐξαιρουμένων λίθων τὰ τείχη κατεβάλοντο, καὶ τὴν ἔνορμον χειλὴν ὅπως τε ἀσφαλῶς ἔθεντο, ἐπώνυμον αὐτὴν τῇ πατρίῳ γλώσσῃ Δῶρα καλοῦντες. οἱ δ' Ἕλληνες, ἄχρι τοῦ τῆς φωνῆς εὐπροφόρου, καλεῖν ἀρκοῦντα (l. ἀρκοῦνται) Δῶραν τὴν πόλιν.“ Plinio *Dorum* vocatur V, 17. De historia eius plura dabunt Relandi Palaestina p. 738—41. Le Quien Oriens christianus III p. 574. Hodie ibi est vicus *Tartura* s. *Tortura* dictus (fortasse طور دورا mons Dorae) v. d'Arvieux merkwürdige Nachrichten II p. 11. Buckingham Travels p. 123, corrupte alibi *Tantura*, v. Mariti itin. p. 341. — Utramque formam, דּוֹר et דֹּאר, habes etiam in n. pr. עֵין דּוֹר.

דּוּרָא semel legitur Dan. III, 1: בְּבִקְעַת דּוּרָא בִּמְדִינַת בָּבֶל *in planitie Durae in provincia Babylonis* l. *Babyloniae*. Si iudicare licet ex aliis exemplis, in quibus בִּקְעָה sq. genit. legitur, ut בִּקְעַת מְגִדּוֹן, בִּקְעַת יְרֵחוֹ (v. supra p. 232), דּוּרָא censendum est oppidum Babyloniae, cui vicina erat illa planities. Atqui duo memorantur oppida, quae Nebucadnezari tempore Babyloniae accensita esse possunt: unum ad Euphratem et Chaborae ostium, Cercusio et Zaithae vicinum, ubi tumulus erat Gordiani (Ammian. XXIII, 5 §. 8 et XXIV, 1 §. 5: „Dura deserta, marginibus amnis imposita.“ Polyb. 5, 48: κατέσχε Μεσοποταμίαν ἕως Δούρων. Zosim. III, 14. Isid. Charac. p. 4, qui a Graecis eam Europum appellatam esse prodit): alterum trans Tigridem, haud procul ab Apollonia (Polyb. V, 52. 66), in cuius vicinia Iulianus mortuus est (Ammian. XXV, 6 §. 9). Utrum h. l. intelligatur, non definio; at neutrum ita a Babylone remotum erat, ut ad provinciam eius pertinere non potuerit. Si de appellativa potestate quaeris, דּוּרָא est vel i. q. hebr. דּוּר no. 2 habitatio, vel i. q. דּוּר orbis, circulus, fort. septum in orbem exstructum, v. infra LXX.

Ex vett. interpp. Syrus, Vulg. et Theod. nomen proprium esse censuerunt, et hic quidem reddidit Δειρά, al. Δεηρά, probabiliter significans eius nominis planitiem in Susiana, πεδίον Δεηρὰ μεταξὺ τῆς Χαλβανήτιδος καὶ τῆς Κισσίας Ptolem. VI, 3. LXX. περίβολον reddunt q. e. locus muris septus, sec. Hieron. locus conclusus, vivarium, sec. Syr. Hexapl. ܕܘܟܬܐ ܕܓܘܠܬܐ locus septi. Gr. Venet. ἐν πεδίῳ πρήσεως (coll. nomine דּוּר no. 3). Nugae sunt Talmudistarum de mortuis in valle Dura in vitam revocatis (Cant. VII, 9 Targ.), neque hucusque ex geographia illustrari potuit, quod iidem habent (Sanhedrin fol. 92 verso): אמר רבי יוחנן מנהר אשל עד רבת

דּוּרָא בִּקְעַת dicit R. Iohanan: a fluvio tamarisci usque ad Rabbath est vallis Dura. — Recentiorum plerique Duram n. pr. ipsius planitiei esse censent, in qua Babylon urbs sita erat (v. Gen. XI, 1): sed vix mihi persuadeo, planitiem, quae metropolin undique cingebat, designari potuisse verbis בְּמְדִינַת בָּבֶל: quae, si quid video, locum paulo remotiorem, eiusdem tamen provinciae arguunt. Plane ficticium autem, quod Hävernickius ad Dan. l. c. דּוּרָא in linguis aramaeis planitiem significare docet: de Aramaeorum enim tali usu nil constat, Hebraeis autem et Arabibus دور orbem, gyrum notat, nunquam planitiem rotundam.

מְדוֹר chald. habitatio. Cum Suff. מְדוֹרֵהּ, מְדוֹרָךְ Dan. IV, 22. 29. V, 21. In Targg. saepe pro נָוֶה, מִשְׁכָּן.

מְדָר chald. id. Cum Suff. מְדָרְהוֹן Dan. II, 11.

מְדוּרָה f. rogus i. q. דּוּר no. 3. Jes. XXX, 33. Ez. XXIV, 9.

תְּדִירָא chald. pr. circuitus, inde perpetuitas, perpetuum i. q. hebr. תָּמִיד. In Targg. saepe in genitivo postponitur, v. c. עֲלַת תְּדִירָא i. q. עוֹלַת תָּמִיד Exod. XXIX, 42 (v. Buxtorf. p. 2566, qui male retulit ad rad. תדר), dein adv. usurpatur pro: iugiter, perpetuo Ex. XXVIII, 30, atque ita בִּתְדִירָא Dan. VI, 17. 21 cf. Hab. I, 17 Targ. Rabbini inde formant verbum הִתְדִּיר continuare, continuo aliquid facere, ut הִתְמִיד a תָּמִיד.

דּוּשׁ, דּוֹשׁ Mich. IV, 13 et דִּישׁ Deut. XXV, 4 1) conterere, max. calcando, inde conculcare. Iob. XXXIX, 15: וְחַיַּת הַשָּׂדֶה תְּדוּשֶׁהָ et (quod) bestiae agri ea (ova) conculcant. Jes. XLI, 15; max. hostes. Hab. III, 12: בְּאַף תָּדוּשׁ גּוֹיִם in ira sua conculcat Deus gentes. Mich. IV, 13: surge, conculca, filia Zionis. — 2) triturare frumentum, quod faciunt boves pedibus illud exculcantes. Jer. L, 11: עֶגְלָה דָשָׁה vitula triturans. Hos. X, 11. Deut. XXV, 4. Etiam de hominibus bovem triturantem plaustrumque (v. חָרוּץ, מוֹרַג) agentibus. 1 Chr. XXI, 20: וְאָרְנָן דָּשׁ חִטִּים et Ornan triturabat triticum. Jes. XXVIII, 28 (v. de hoc loco s. v. דָּקַק). Transfertur 3) ad crudele supplicium, quod Hebraei subinde a captivis sumebant, quos spinis impositos tribulis ferreis triturabant. Ind. VIII, 7: וְדַשְׁתִּי אֶת־בְּשַׂרְכֶם אֶת־קוֹצֵי הַמִּדְבָּר וְאֶת־הַבַּרְקָנִים triturabo corpora vestra adhibitis spinis deserti et tribulis. 2 Reg. XIII, 7. Am. I, 3. Ad rem cf. Ind. VIII, 16. 2 Sam. XII, 31. Prov. XX, 26. (Emollitâ media radicali r haec radix orta est ex דָּרַשׁ q. v. cf. sub litt. ר. Congruunt arab. داس conculcavit terram pedibus Vit. Salad. p. 23 a. Ispah. p. 10. Abulf. Ann. IV, p. 636, lin. 13, homines in bello v. Tim. I, p. 612. II, p. 116 Mang.; trivit frumentum in area; مِدْوَاس tribulum. Aramaea v. infra. — Forma affinis est אָדַשׁ).

Niph. נָדוֹשׁ, inf. constr. הִדּוֹשׁ pass. no. 1. conculcatus est. Jes. XXV, 10.

Hoph. pass. no. 2. Jes. XXVIII, 27.

דּוּשׁ chald. i. q. hebr. no. 1. Dan. VII, 23. In Targg. saepe et conculcandi et triturandi potestate: apud Talmudicos accedit tertia assuescendi, a terendo ducta. Syr. ܕܫ conculcavit. Sam. ࠃࠉࠔ est defatigatio pr. attritio v. Carm. Sam. p. 44.

דַּיִשׁ m. trituratio, inde tempus triturandi Levit. XXVI, 5.

דִּישׁוֹן m. 1) species dorcadis a saliendo et saltando dicta: videtur enim radix דּוּשׁ calcare adoptasse potestatem verbi vicini דּוּץ saltare, unde chald. דִּיצָא caprea, dorcas. Deut. XIV, 5. Ex vett. palmam tribuerim Chaldaeo-Samaritano, qui vc. harmonico usus reddit ࠃࠉࠑࠀ = דִּיצָא caprea. LXX. πύγαργος i. e. dorcadis species in Aegypto et Africa degens, a clunibus albis vel cinereis dicta, Pygarga Linn. Herod. 4, 192. Aelian. 7, 19. Plin. 8, 53: videtur autem interpres דִּישׁוֹן duxisse a דֶּשֶׁן cinis. Syr. et Chaldaei רִימָא, רִימָנִין oryges, Arabes duo editi الاروى caprea montana, duo inediti ap. Bochartum ريم oryx. Plura dederunt Bochartus in Hieroz. II, p. 270 ibique Rosenm.

2) n. pr. a) filii Seiri ac regionis idumaeae nomen eius gerentis Gen. XXXVI, 30. 31. 1 Chron. I, 38. b) nepotis Seiri Gen. XXXVI, 25. 1 Chr. I, 41.

מְדוּשָׁה f. pr. trituratio, inde pro concr. trituratum, metaph. de populo conculcato, oppresso. Jes. XXI, 10: מְדֻשָׁתִי i. e. o gens mea, quae nunc a Babyloniis conculcata es, ut fruges in area solent.

דּוֹת de cuius radice nihil constat, Talmudicis est cisterna (v. Buxtorf. p. 522). Inde

דֹּתָיִן (duae cisternae) Gen. XXXVII, 17 et דֹּתָן (id. forma contractiore, cf. Lgb. p. 536) 2 Reg. VI, 13 n. pr. vici in vicinia planitiei Jesreel s. Esdrelon, qui etiam Eusebii et Hieronymi tempore supererat in duodecimo a Sebaste milliario versus aquilonem. Judith III, 9: ... Ἐσδρηλὼν πλησίον τῆς Δωταίας, ἥ ἐστιν ἀπέναντι τοῦ πρίονος τοῦ μεγάλου τῆς Ἰουδαίας. Sed quid ὁ πρίων ὁ μέγας? Litteras hebraeas משור, quae legendae erant מִשׁוֹר = πεδίων, interpres graecus legerat מַשּׂוֹר = πρίων cf. Alex. Jes. X, 15 et Relandi Palaestinam p. 743. Judaea autem h. l. de universa Palaestina dicitur. Firmatur hoc etiam loco parallelo IV, 6: ἀπέναντι Ἐσδρηλὼν καὶ πρόσωπον τοῦ πεδίου τοῦ πλησίον Δωθαΐμ. VII, 18.

דָּחָה trusit, impulit ad lapsum, stossen, umstossen. (Arab. دحا id. v. Dachauh. ap. Schultens ad Iob. p. 1101, etiam de coitu, ut ضبّ et alia feriendi verba v. דָּחָה, syr., chald. et sab. ܕܚܐ, דְּחָא id. Trudendi

autem, feriendi impellendique notionem habes in plurimis verbis, quarum syllaba primaria est דח, ut דָּחָה, דחח, דָּחַס, دحّ, دحم, دحب, نָדַח, דָּחַק, דָּחַף, cf. similes familias s. v. דָּכָא et דָּקַק). Ps. XXXV, 5: וּמַלְאַךְ יְהוָה דּוֹחֶה et angelus Jehovae trudet eos. CXVIII, 13: דָּחֹה דְחִיתַנִי לִנְפֹּל impulisti me, ut caderem. CXL, 5. — Ps. LXII, 4: גָּדֵר הַדְּחוּיָה murus subversus.

Niph. pass. *detrusus est.* Prov. XIV, 32: *malitiâ suâ detruditur impius* i. e. perit, in perniciem ruit, cf. fut. יִדַּחוּ Jer. XXIII, 12. Sed Part. plur. cstr. נִדְחֵי, ut נִדְחֵי יִשְׂרָאֵל, rectius refertur ad נָדַח q. v.

Pu. praet. דֹּחוּ *impulsi sunt* ad lapsum. Ps. XXXVI, 13.

דַּחֲוָה f. pl. דַּחֲוָן chald. *concubina*, *pellex*, a دحا et دحا coivit cum femina, v. supra in rad. Dan. VI, 19: וְדַחֲוָן לָא הַנְעֵל קָדָמוֹהִי *et concubinas non passus est coram se introduci.* Ita ex recentioribus primus Moserus in Lex. hebr. (sed falso etymo usus, a pers. دخت docht i. q. دختر dochter filia) et Bertholdtus, quem deinceps secuti sunt reliqui omnes. Et recte quidem. Ex vett. interpretibus vero proximi sunt R. Nathan, Jacchiades, R. Levi, Aben Esra, qui נגינות *instrumenta pulsatilia* reddunt (a דָּחָה), et Saadias, qui *puellas pulsatrices et cantratices*; modo probari possit, radicem דחה in hunc sensum acceptam esse. Aliis דַּחֲוָה est i. q. חֶדְוָה gaudium, quod itidem ad *musicam* referunt; inde intpp. hebr. שִׂמְחוֹת. Reliqui e contextu utcunque coniectantes *cibos* reddunt. Theod. ἐδέσματα (non ἐδέσματα, ut Berth. et qui eum quasi somnians exscribit, Hävernickius; hoc enim non est vc. graecum, et si esset, vestimenta notaret, ab ἕσθέω, non cibos). Syr. Vulg. id. Gr. Venet. τράπεζα. Haud melius ex recentioribus Lud. de Dieu in animadv. et Schult. in Opp. min. pag. 325 *suffitum* interpretantur, coll. arab. دخون suffitus, a دخن fumavit II. suffivit: unde enim Waw mobile in דַּחֲוָן? Neque tolerari potest, quod Hävern. statuit, דַּחֲוָן ortum esse ex לְחֵנָן, l indurato in d, n emollito in v.

דְּחִי, in pausa דֶּחִי m. impulsio ad lapsum, inde *lapsus* pedum. Ps. LVI, 14. CVI, 8.

מִדְחֶה m. *lapsus*, *ruina* Prov. XXVI, 28.

דָּחַח incerta radix i. q. דָּחָה, cf. arab. دحّ impulit trusitque. Inde fut. Niph. יִדַּחוּ Jer. XXIII, 12. Sed, modo יִדָּחוּ scribis, potest ad דָּחָה referri.

דְּחַל chald. *timuit.* Cstr. sq. מִן קֳדָם (cf. hebr. יָרֵא מִפְּנֵי) Dan. V, 19. Part. דְּחִיל formidabilis Dan. II, 31. VII, 7. (In Targg. creberrime pro hebr. יָרֵא. Syr. ܕܚܠ id. sq. ܡܢ, unde ܕܚܝܠܐ formidabilis, ܕܚܠܬܐ timor. Sam. et zab. id. Etiam apud Arabes دحل est fugit, recessit, timuit, sq. من. Antiquitus idem fuisse videtur quod hebr. זָחַל serpuit, suspenso gradu incessit, quod faciunt timidi, fürchtsam schleichen).

Pa. דַּחֵל *terruit.* Dan. IV, 2.

דֹּחַן rad. inusit. Arab. دخن fumavit, دخن coloris fuit fumosi et ad nigrum vergentis. Inde

דֹּחַן Ez. IV, 9 i. q. arab. دُخْن (non دُخُن, ut apud Eichhornium et Winerum), syr. ܕܘܚܢܐ (Barhebr. p. 371. Assemani bibl. or. IV, 301) *panicum* (gr. μελίνη, ἔλυμος Dioscorid. II, 120), frumenti s. leguminum genus (v. Colum. II, 7 coll. 9), cuius grana *coloris fusci* vel *subnigri* (v. rad.) granorum oryzae magnitudine in Italia, Syria et Aegypto pulmento, farinae, et deficientibus melioribus frugibus etiam pani adhibebantur (Caes. b. civ. II, 22. Barhebr. l. c. cf. Ezech. l. c.). Videtur tamen vc. hebraeum et arabicum etiam *milium* complecti (gr. κέγχρος, arab. et pers. جاورس, كاورس), panico simillimum, sed granis flavis et minoribus. Ita LXX κέγχρος, quod Arabs reddit دُخْن, Vulg. *milium.* Kimchius מילין, solentque tantum non omnes interpretes et Lexicographi etiam دخن milium reddere. Vid. Celsii Hierobot. I, pag. 453—59. Oedmann verm. Samml. T. V. p. 92. Niebuhrii Arabia p. 295. Forskalii Flora aegyptiaco-arabica p. 174.

דָּחַף *protrusit*, *propulit*, *impulit*, vic. rad. דָּחָה, quam vide. Part. pass. דְּחוּפִים impulsi, inde *properantes.* Esth. III, 15. VIII, 14. Targ. eodem verbo usum דְּחִיפִין.

Niph. נִדְחַף impulit se, inde *properavit.* 2 Chron. XXVI, 20, sq. אֶל loci Esth. VI, 12.

מַדְחֵפוֹת pl. f. pr. impulsiones, protrusiones ad lapsum, inde *lapsus*, cf. דֶּחִי, מִדְחֶה. Ps. CXL, 12: *virum violentum venatur calamitas* לְמַדְחֵפֹת *ad lapsus*, ita ut saepe labatur et in perniciem ruat. Bene ad sensum LXX εἰς καταφθοράν. Vulg. *in interitum*, neque aliter Syr. et Chald.

דָּחַק *trusit*, *pressit*, ut fit in magna turba Joël II, 8. Part. דֹּחֵק oppressor (populi). Iud. II, 18. (Verborum affinium seriem v. s. rad. דָּחָה. Arab. دحق repulit, abegit, دحيق reiectus, unde quadril. دحقب trusit a tergo comp. ex دحق et عقب. Aram. דְּחַק, ܕܚܩ, repulit, expulit, repudiavit. Ithpa. אִדְּחַק pressus, oppressus est. Congruit gr. διώκω).

דִּי chald. A) pronomen relativum indeclinabile i. q. hebr. אֲשֶׁר, *qui, quae, quod; qui, quae, quae.* (Ortum hoc relativum ex demonstrativo זֶה, quod ipsum passim relative usurpatur. Abiecto ℓ inde natum דְּ praef. in Targg. et ܕ Syrorum. Paulo plenius est aeth. H, quod

itidem praefigitur vocabulis. Plura vide s. v. זָה). Dan. II, 10. 11. 14. 24—30. 34. 35. 38—40. III, 5. 7. 10 et sexcenties. De usu eius observandum: 1) passim ponitur pro *is qui*, *id quod* Dan. II, 23, plenius מַן דִּי IV, 22, מָה דִּי II, 28. 45. — 2) saepe est mera *relationis nota*, quae adverbiis et pronominibus vim relativam tribuit (v. אֲשֶׁר A, 2). תַּמָּה — דִּי ubi Esr. VI, 1. דִּי מְדָרְהוֹן quorum habitatio Dan. II, 11. דִּי שְׁמֵהּ cuius nomen II, 26. דִּי אִנּוּן quae sunt VII, 17. — Abit 3) in *notam Genitivi* (cf. hebr. אֲשֶׁר לְ s. אֲשֶׁר A, 3), v. c. שַׁלִּיטָא דִּי מַלְכָּא *praefectus regis*, pr. qui regis erat Dan. II, 15, ita quidem ut substantivum ponatur vel in st. emphat. Dan. l. c., vel in cstr. נְהַר דִּי נוּר Dan. VII, 10, vel c. Suff. pleon. שְׁמֵהּ דִּי אֱלָהָא nomen Dei pr. *nomen eius* scil. *Dei* (germ. Gottes sein Name) Dan. II, 20, קַרְצֵיהוֹן דִּי יְהוּדָיֵא accusationes Judaeorum III, 8. IV, 23. VI, 25. Pronominibus praeponitur לְ, ut Dan. II, 20: חָכְמְתָא וּגְבוּרְתָא דִּי־לֵהּ הִיא *sapientia et robur ei est.* Genitivum materiae habes Dan. III, 1: צְלֵם דִּי דְהַב *imago auri* i. e. aurea, et copula interposita Dan. II, 32: רֵאשֵׁהּ דִּי דְהַב טָב pr. *caput eius* erat *auri boni* pro *ex auro bono.* VII, 19. Esr. V, 14. VI, 4. — 4) Pro verboso Chaldaeorum sermone interdum redundat ante praepp. בְּ, מִן. הֵיכְלָא דִּי בִירוּשְׁלֶם *templum quod Hierosolymis* est. Dan. V, 2: בִּירְתָא דִּי בְמָדַי *arx quae in Media* est. Esr. VI, 2. Dan. VI, 14, inpr. II, 34. Eodem pleonasmo delectantur Syri, v. c. ܥܕܬܐ ܕܩܝܡܬܐ ܕܒܐܘܪܫܠܡ ecclesia resurrectionis quae Hierosolymis est Barhebr. p. 215, ܫܪܓܐ ܕܥܠ ܩܒܪܐ candela quae super sepulcro ibid. p. 216, et sexcenties.

B) Abit in *coniunctionem*, ut hebr. אֲשֶׁר litt. B et כִּי, et notat 1) *quod*, post verba sciendi Dan. II, 8. 9. III, 18. IV, 6, videndi III, 27 et similis potestatis sententias, ubi latine etiam acc. c. inf. ponunt Dan. II, 47: מִן קְשֹׁט דִּי אֱלָהֲכוֹן הוּא אֱלָהּ אֱלָהִין *verum* est, *Deum vestrum esse deum deorum.* (Cf. hebr. אָמְנָם כִּי Iob. XII, 2). IV, 20: *et quod* (דִּי) *vidit rex angelum* ...... 21. eius rei *haec est interpretatio*, cf. Comm. 23. 24. — מִן דִּי *ex eo* tempore *quo*, *ex quo* (tempore) Dan. IV, 23. Esr. V, 12. — 2) *ut*, post verba petendi Dan. II, 16. 18, mandandi III, 10. 29. VI, 8. 27, it. de fine et consilio Esr. V, 10. — 3) *eo quod*, *quia*. Dan. II, 20. 23. 37. IV, 31. 34. VI, 24. — דִּי הֵן *nam si* i. q. כִּי אִם Dan. II, 9 Theod. ἐὰν οὖν. (Sed aliud est דִּי הֵן Esr. IV, 16 *quod, si,* quod ad duas sententias refertur). — 4) Praemittitur orationi rectae, ut כִּי, ὅτι. Dan. II, 25: *ita dixit ei* דִּי הַשְׁכַּחַת גְּבַר *repertus est vir* cet. Comm. 37. V, 7. VI, 6. 14. — 5) Praepositionibus postpositum, his coniunctionum potestatem tribuit, v. עַל דִּי, עַל דִּבְרַת דִּי, קֳבֵל דִּי, כָּל־קֳבֵל s. vcc. עַל, דִּבְרָה, קֳבֵל. De מִן־דִּי v. no. 1.

Cum Praef. כְּדִי i. q. hebr. כַּאֲשֶׁר *quum*, sq. praet. Dan. V, 20. VI, 11. 15, participio III, 7.

דִּי זָהָב (locus *auri* i. e. auro abundans, quae ellipsis haud infrequens est in lingua arabica vulgari et melitensi, cf. Vers. über die maltesische Sprache p. 9) n. pr. loci auriferi in deserto Sinaitico, nescio an eiusdem, qui hodieque *Deheb* (plene *Minah el Deheb* porticus auri) vocatur et ad littus occidentale sinus Aelanitici situs est, v. Burckhardti itin. Syriae p. 847 et 1075 ed. nostr. LXX. Καταχρύσεα, Ald. κατὰ τὰ χρυσεία, quod ita declarat Eusebius: ὄρη ἐστὶ χρυσοῦ ψηγμάτων ἔμπλεα ἐπὶ τῆς ἐρήμου ιά ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχοντα τοῦ ὄρους Χωρήβ .... λέγεται δὲ ἐμφαίνειν (lege ex Hieron. ἐν Φαινοῖ in Phaenone Cleric., cf. פּוּנֹן) χαλκοῦ μετάλλοις τὸ παλαιὸν παρῴκεισθαι ὄρη χρυσοῦ μετάλλων.

דִּיג piscari, v. דּוּג.

דַּיָּג v. ibid.

דָּיָה et **דִּיר** rad. inusit. et incerta. I) fort. i. q. talmud. דָּהָה (v. litt. ה) *obscuri coloris fuit* (neque vero *ater fuit* quod dedit Simonis) Mischna Negaim cap. 1. v. Buxtorf. p. 505, unde derivant דְּיוֹ atramentum.

II) sec. Jo. Simonem i. q. אָדָה, ادى multus fuit, evasit, unde דַּי copia (ut חַי a חָיָה, حَيّ = חָיַי). Dici etiam possit דַּי per aphaeresin dictum esse pro אֲדִי, formae לְשַׁדִּי, לְשַׁד ;זְמִיר, זְמַן. Sed haec omnia valde incerta; quanquam de significatione nominis satis constat.

דַּי cstr. דֵּי, c. Suff. דַּיְּךָ 1) subst. *sufficientia*, *sat magna copia*, unde adv. *satis*. Esth. I, 18: וּכְדַי בִּזָּיוֹן וָקָצֶף *et insolentiae et rixarum* erit *quantum satis.* Malach. III, 10: *effundam vobis benedictionem* עַד בְּלִי דָי *usque ad defectum sufficientiae*, usque dum consumta erit abundantia mea: quod quum fieri non possit, sententia est: in aeternum, cf. Ps. LXXII, 6. (Jo. Simonis bene ad sententiam: ultra quam satis est, sed quomodo hoc ex verbis elicuerit, equidem non video). Qui sequitur, genitivus plerumque rem personamve designat, *cui* sufficit aliquid. Lev. V, 7: דֵּי שֶׂה *quantum sufficit ad agnum emendum* (non, ut Simonis ed. 1—4: quot sufficiunt ad agnum comedendum). XII, 8. XXV, 28. Deut. XV, 8: דֵּי מַחְסֹרוֹ *quantum sufficit inopiae eius* sublevandae. Jes. XL, 16: דֵּי עוֹלָה *quantum sufficit holocausto* offerendo. Ex. XXXVI, 5: מִדֵּי הָעֲבֹדָה *plus quam sufficit ad opus.* Neh. V, 8: כְּדֵי בָנוּ *quantum in nobis erat*, pro viribus. Cum Suff. Prov. XXV, 16: דַּיֶּךָּ *quod tibi sufficit.* Ex. XXXVI, 7: דַּיָּם *iis sufficiens.* Obad. 5. Jer. XLIX, 9. Rarius genitivo id significatur, cuius sat magna copia adest. Prov. XXVII, 27: דֵּי חֲלֵב עִזִּים *satis lactis caprini.*

2) Statui cstr. דֵּי saepius praemittuntur praepositt., unde novae oriuntur praepp. compositae, in quibus omnibus tamen sufficientiae copiaeque potestas plus minusve servata est.

a) כְּדֵי *secundum copiam*, *pro ratione.* Iud. VI, 5: *innumeri* כְּדֵי אַרְבֶּה לָרֹב, pro quo legitur כָּאַרְבֶּה. VII, 12. Deut. XXV, 2: כְּדֵי רִשְׁעָתוֹ *pro criminis eius ratione.*

b) מִדֵּי id. *secundum multitudinem*, *copiam* (cf. מִן 2, litt. *f*), unde sq. inf. *quoties*, *quotiescunque.* 1 Sam.

XVIII, 30: וַיְהִי מִדֵּי צֵאתָם *et factum est, quoties expeditionem faciebant.* Cf. I, 7. 1 Reg. XIV, 28: וַיְהִי מִדֵּי בֹּא הַמֶּלֶךְ *et factum est, quoties rex veniebat* cet. Jes. XXVIII, 19. Jer. XXXI, 20. 2 Reg. IV, 8. Etiam sq. verbo finito, ubi suppl. אֲשֶׁר. Jer. XX, 8: מִדֵּי אֲדַבֵּר *quoties loquor*, it. sq. nomine, ubi ellipsis est, ut Jer. XLVIII, 26: מִדֵּי דְבָרֶיךָ בּוֹ *quoties verba tua de eo incidunt* (cf. XXXI, 20). Jes. LXVI, 23: מִדֵּי חֹדֶשׁ בְּחָדְשׁוֹ וּמִדֵּי שַׁבָּת בְּשַׁבַּתּוֹ *quoties novilunium* venit *in novilunio suo* i. e. tempore suo *et quoties sabbatum sabbato suo* i. e. tempore suo, quovis novilunio et sabbato; atque sic מִדֵּי שָׁנָה בְּשָׁנָה *quotannis* 1 Sam. VII, 16. Zach. XIV, 16. 2 Chr. XXIV, 5.

c) בְּדֵי *α*) *secundum copiam* i. q. כְּדֵי et מִדֵּי (cf. בְּ no. 13), inde *quoties*. Iob. XXXIX, 25: בְּדֵי שֹׁפָר *quoties tuba inflatur.* *β*) *ad sufficientiam* alic. (cf. בְּ no. 10) i. e. ut satis habeat, *pro* aliquo, et proprie quidem, ubi cibi est mentio. Nah. II, 13: בְּדֵי גֹרוֹתָיו *pro catulis suis.* In altero hemistichio: לְלִבְאֹתָיו. Hab. II, 13: *laborarunt populi* בְּדֵי אֵשׁ *in pabulum ignis, et nationes laborarunt* בְּדֵי רִיק *in vanum*, incassum. Jer. LI, 58 (ubi eadem verba). Germ. für das Feuer, für Nichts. Absurde Jo. Simonis בְּדֵי רִיק reddit: quantum requiritur, ut aliquid frustra sit, et בְּדֵי אֵשׁ quantum materiae ignis requirit: quod in recentissima etiam edit. correctum non esse miror. — Nusquam בְּדֵי, quod Vaterus olim docebat (gramm. hebr. p. 315), est forma mere poët. pro בְּ.

d) לְמַדַּי comp. est ex לְ, מָה, דַּי, v. מָה. — Plura exempla non exstant.

דַּיָּה f. *avis* quaedam *rapax* et impura (Deut. XIV, 13) in locis desertis gregatim habitans (Jes. XXXIV, 15), cuius plures exstant species (Deut. l. c. additur לְמִינָהּ). Quod ad etymon attinet, Bochartus (Hieroz. II, p. 196. 97) parum feliciter confert דְּיוֹ atramentum et propterea vulturem *nigrum* i. e. vulgarem intelligit: equidem non haesitans radicem statuo דָּאָה, Aleph geminato in Jod mutato (cf. syr. ܕܐܐ Pa. ܕܝܐ, et arab. Elif geminatum, quod instar duplicis Waw pronuntiatur, de Sacy gramm. I §. 110 ed. 2), ita ut דַּיָּה eiusdem originis sit atque subst. דָּאָה et avem *celeriter volantem* denotet: quanquam ea re species non accuratius definitur. Ex veteribus LXX in Deut. (cum Cod. Samar.) omittunt, ap. Jes. ἔλαφοι (fort. דיות accipientes pro דִּישׁוֹן, דִּיצָא), suffragante, quod mireris, Saadia (الاروان ap. Paulum). Vulg. *milvus.* Syr. et Chald. eodem vc. usi דַּיְתָא, ܕܝܬܐ, quod posterius Arabs Iob. XXVIII, 7 حداة reddit i. e. *milvum* (v. Forskalii descr. anim. p. 1). Eodem vocabulo utitur Saad. in Pent. Occurrit tamen Bochartus l. c., milvum neque gregatim, neque in locis desertis vivere (contra Jes. l. c.), et propterea etiam nos *vulturum* speciem (alia venit nomine רָחָם) intelligere malumus: hos enim et gregales esse et deserticolas, omnes consentiunt (Arist. hist. anim. VI, 5. IX, 11. Gesnerus p. 785).

דְּיוֹ m. (formae בְּלוֹ) *atramentum.* Jer. XXXVI, 18. Chald. דְּיוֹתָא, syr. (2 Cor. III, 3. 2 Joh. 12, 3 Joh. 13 pro gr. μέλαν) et zab. (Cod. Nas. II, p. 44) ܕܝܘܬܐ id. sed arab. دَوَاة atramentarium Har. V p. 148. VI, 228 Schult., quod etiam Persae adoptarunt sub forma دويت, unde دوادار, دويدار atramentarium tenens, munus in aula regia. De etymo nihil certi definio. Nigri coloris notione sub his litteris carent Semitae: neque huc referri debebat syriacum ܕܝܘܐ *daemon* (Mich. suppl.), quod est pers. ديو, zend. *diw*, sanscr. *dewa*, coll. lat. divus, sed *obscuri* tamen coloris significatio est in rad. דָּהָה v. supra.

דִּימוֹן v. דִּיבוֹן rad. דוב.

דִּין fut. יָדִין praet. דָּן 1) *regere, moderari.* (Pr. ut videtur, *subiicere*, *subiugare*, causat. radicis דון q. v., qs. pro הֵדִין). Cstr. c. acc. 1 Sam. II, 10. Zach. III, 7: *domum meam moderaberis.*

2) *iudicare* i. q. שָׁפַט, sed crebrius in sermone poëtico. Regendi nimirum et iudicandi notiones, ut in disciplina Orientis, ita in linguis eius arcte cohaerent, cf. שָׁפַט, it. دَانَ et حكم. Gen. XLIX, 16: דָּן יָדִין עַמּוֹ *Dan iudicat populum suum;* saepius de Deo, populum suum omnesque gentes iudicante 1 Sam. II, 10: יְהוָה יָדִין אַפְסֵי אָרֶץ. Ps. VII, 9. IX, 9. L, 4. LXXII, 2. XCVI, 10. Jes. III, 13. Pro varietate negotiorum iudicis, qui versatur modo in sontibus puniendis, modo in insontibus absolvendis et tuendis, *iudicare* aliquem spec. dicitur a) pro *damnare, punire* sontem, κατακρίνειν. Gen. XV, 14: *gentes, quibus servient*, דָּן אָנֹכִי *ego puniam.* Iob. XXXVI, 31: כִּי בָם יָדִין עַמִּים *nam his* (pluvia, fulmine) *punit gentes.* Sq. בְּ Ps. CX, 6: יָדִין בַּגּוֹיִם *poenam exercet inter gentes.* b) *tueri* causam insontis et oppressi. Prov. XXXI, 9: דִּין עָנִי וְאֶבְיוֹן *tuere causam miseri et egeni*, max. de Deo, oppressorum et populi sui patrono. Gen. XXX, 6: דָּנַנִּי אֱלֹהִים *Deus tuitus est causam meam.* Deut. XXXII, 36: יְהוָה יָדִין עַמּוֹ. Ps. LIV, 3. LXVIII, 6. Plenius dicitur דִּין מִשְׁפָּט Jer. XXI, 12, et דִּין דִּין פ׳. Jer. XXII, 16: דָּן דִּין עָנִי וְאֶבְיוֹן. V, 28.

3) *litigare* i. q. נָדוֹן, sq. עִם. Eccl. VI, 10.

Niph. v. דון.

Frequentissima et frequentior, quam in lingua hebraea, haec radix est in linguis cognatis. In Targg. est דָּן, imp. דִּין et דוּן, fut. יְדוּן, יְדִין, iudicavit, pro hebr. שָׁפַט et דִּין. Ithpe. pass. sed Ithpa. אִדַּיַּן litigavit. Syr. ܕܳܢ id. ܐܬܕܝܢ pass. ܕܝܢܐ iudicium, causa, lis. Zab. id. Arab. rexit, imperavit; iudicavit, damnavit; it. vilem, contemtum reddidit qs. הֵדִין (v. דון), et submisit se (cf. דון), دِين regnum, iudicium, ritus. Synonyma magis etiam usitata sunt حكم et قضى. Aeth.

ፈረደ: damnatus est, ፈራዲ: iudex, ፍርድ: iudicium. Ex linguis semiticis petitum hom. δήνεα consilia, artes, armen. դատ dien iudicium.

דִּין m. *iudicium* i. q. מִשְׁפָּט. כִּסֵּא דִין solium iudicii, tribunal Prov. XX, 8. Spec. a) *locus iudicii, forum.* Jes. X, 2: לְהַטּוֹת מִדִּין דַּלִּים *ut depellant de iudicio* (vel *de iure* litt. e) *tenues.* — b) *causa forensis, lis,* quae iudicatur. Deut. XVII, 8. Prov. XXIX, 7. XXXI, 5. 8. דָּן דִּין פ׳ causam alic. egit (v. verbum), עָשָׂה דִין פ׳ id. Ps. IX, 15. CXL, 13 (cf. עָשָׂה מִשְׁפַּט פ׳ Deut. X, 18 et chald. עֲבַר דִּין ד׳). Collect. *lites, litigatio* Prov. XXII, 10. — c) *culpa, crimen,* quod iudicatur (i. q. מִשְׁפָּט Jer. LI, 9. Ez. VII, 23). Cf. arab. دَيْن debitum. Iob. XXXVI, 17: וְדִין רָשָׁע מָלֵאתָ דִּין וּמִשְׁפָּט יִתְמֹכוּ *et si culpam impii imples, culpa et poena se excipient.* UMBREITIUS nuper (in Comment. ed. 2) locum ita interpretatus est, ut דין primum de impio Iobi iudicio circa Deum et providentiam, dein de indicio divino in Iobum pronuntiato intelligeret, hac sententia: si te adimples iudicio impii, iudicium (Dei) et poena mox se excipient. Sed דין nunquam dicitur de sententia vel arbitrio privati hominis et vereor ut recte dici possit: impleri aliquo indicio („wenn du dich erfüllst mit des Frevels Urtheil"), pro imbutum esse hac vel illa sentiendi cogitandique ratione: cum contra bene hebraice dicatur *implere culpam* s. crimen i. e. perficere, consummare Gen. XV, 16. — d) *sententia iudicis.* Ps. LXXVI, 9: הִשְׁמַעְתָּ דִּין. — e) *ius.* Esth. I, 13: יֹדְעֵי דָּת וָדִין *qui periti sunt legis et iuris.* — Plura non exstant.

דִּין chald. 1) *iudicium,* meton. de iudicibus, cf. دِيوَان summus senatus. Dan. VII, 10: דִּינָא יְתִב *iudices considebant.* V. 26. — 2) *ius, iustitia,* in Targg. saepissime pro hebr. מִשְׁפָּט. Dan. IV, 34: אָרְחָתֵהּ דִּין *eius viae sunt ius.* Dan. VII, 22: וְדִינָא יְהִב לְקַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין *et* (donec) *ius redditum est sanctis Altissimi.* Comm. 26. — 3) *poena.* Esr. VII, 26: דִּינָא לֶהֱוֵא מִתְעֲבֵד מִנֵּהּ *poena sumatur ab eo.*

דָּן (iudex cf. Gen. XLIX, 17, sed ab auctore Gen. XXX, 6 declaratur quasi sit i. q. *iudicatus* a Deo, θεόκριτος Jos. Arch. I, 19 §. 7) n. pr. quod gessit 1) *Dan,* filius Jacobi et Bilhae pellicis Gen. XXX, 3—6. XXXV, 25, auctor tribus Israëliticae eius nomen gerentis (דָּן Gen. XLIX, 16. 17, מַטֵּה דָן Ex. XXXI, 6, בְּנֵי דָן Num. I, 38. VII, 66. Iud. I, 34. XVIII, 2 sqq.). Assignaverat ei Josua regionem maritimam circa Joppen cum septendecim oppidis (Jos. XIX, 41—46), quae tamen Philistaeorum et Amoritarum incursionibus sensim valde imminuta esse videtur (Iud. I, 34. 35. 1 Sam. V, 10. 2 Reg. I, 2), ita ut fallatur Josephus, qui Danitarum fines ab Azoto usque ad Doram patuisse docet (Antiqu. V, 1. §. 22). — 2) oppidum in radicibus Libani (Iud. XVIII, 28) et termino boreali totius Palaestinae (unde formula: מִדָּן עַד בְּאֵר שֶׁבַע, v. p. 176 A) Deut. XXXIV, 1. Jer. IV, 15. 16. VIII, 16, teste EUSEBIO quarto a Paneade lapide euntibus Tyrum sita, olim לַיִשׁ dicta (Iud. XVIII, 29), sed a colonia *Danitarum* occupata novumque nomen sortita (quo auctor Geneseos iam in historia Abrahami utitur, v. cap. XIV, 14), idololatriae sedes famosa (Iud. XVIII, 4—6. 13—20. 1 Reg. XII, 28—30. 2 Reg. X, 29. Am. VIII, 14). — Cum He parag. 2 Sam. XXIV, 6: וַיָּבֹאוּ דָּנָה יַּעַן *et venerunt Danam propter* . . . (?). In verbis mendum inesse videtur et vide sitne reponendum יַעַר *in silvam.* Vulg. *silvestria.* — וְדָן Ez. XXVII, 19 v. suo loco s. litt. Waw.

דָּנִי n. gent. *Danita,* ex tribu Dan oriundus. Collect. שֵׁבֶט הַדָּנִי tribus Danitarum Iud. XIII, 2. XVIII, 1. 30.

דָּנִיֵּאל et דָּנִאֵל (v. Ez. l. c. no. 2) (iudex Dei i. e. qui Dei nomine ius dicit, vel: iudex divinus, qualis apparet Daniel propheta in hist. Susannae) n. pr., quod gesserunt 1) filius Davidis 1 Par. III, 1, qui alio nomine כִּלְאָב q. v. — 2) propheta nobilissimus, cuius fata memoratu digna et vaticinia continentur in libro eius nomen gerente. Nimirum iuvenis a Nebucadnezare una cum rege aliisque proceribus Babylonem abductus, in aula regia educatus et *Belsazari* (בֵּלְטְשַׁאצַּר q. v.) nomen adeptus, mox somnio regis feliciter explanato praefectus magorum (Dan. II, 48) adeoque Cyro regnante amicus regis factus est (VI, 1): ab aequalibus perfectum sapientiae et pietatis exemplar habitus, v. Ezech. XIV, 14. 20. XXVIII, 3 (haud enim probabile, quod Bleekius coniicit, hunc diversum esse ab eo, qui in libro Danielis celebratur). Jos. Arch. X, 11 §. 7. — 3) sacerdotis tempore Esrae, Esr. VIII, 2. Neh. X, 7.

דַּיָּן m. *iudex* 1 Sam. XXIV, 16. In st. cstr. דַּיַּן (Kamez praeter normam correpto) Ps. LXVIII, 6: דַּיַּן אַלְמָנוֹת *iudex* i. e. patronus *viduarum,* cf. rad. no. 2 litt. b.

דַּיָּן chald. id. Esr. VII, 25. Syr. ܕܝܢܐ id.

דִּינָה (iudicata i. e. absoluta, vindicata) n. pr. filiae Jacobi et Leae Gen. XXX, 21, a Sichemo Hevita stuprata, a fratribus ὁμομητρίοις crudeliter vindicata cap. XXXIV.

דִּינָיֵא m. pl. chald. n. pr. populi Assyriaci in Samariam traducti Esr. IV, 9, quod ex Geographia Orientis hucusque illustrari non potuit. Nihili est, quod coniectat SCHULTHESSIUS, Paradies p. 363.

מִדְיָן m. 1) *lis, contentio,* tantum in pl. מִדְיָנִים Prov. XVIII, 18, cstr. מִדְיָנֵי XIX, 13. Alibi in Keri, ubi Chethibh habet מְדָנִים, v. מָדוֹן p. 329.

2) *Midian* (gr. Μαδιάν, arab. مَدْيَن), n. pr. filii Abrahami et Keturae natu quarti Gen. XXV, 2, et gentis Arabicae ab eo oriundae in complures tribus distributae (v. ibid. comm. 3), quae varias regiones occupaverunt. Et una quidem Midianitarum pars in peninsula Sinaitica, Aegyptum inter et montem Sinai habitabat (אֶרֶץ מִדְיָן Ex.

II, 15. III, 1. XVIII, 1; altera trans Jordanem Moabitis vicina Gen. XXXVI, 35, a Mose (Num. XXII, 4. XXV, 6. 14—18. XXXI, 2 sqq.), dein a Gideone debellata et devicta (Iud. VI—VIII, cf. יוֹם מִדְיָן Jes. IX, 4, et X, 26. Ps. LXXXIII, 10. Hab. IV, 7). Cf. infra Eusebium. Passim Ismaëlitis accenseri videntur Gen. XXXVII, 26 cf. comm. 28. 36. Iudd. VII, 12 cf. VIII, 22. 24, a quibus tamen alibi distinguuntur cf. Gen. XXV, 2—4 coll. 12—18. Caeterum et camelis alendis operam dabant (בִּכְרֵי מִדְיָן Jes. LX, 6 cf. Iud. VII, 12) et mercaturam exercebant inter Palaestinam et Aegyptum Gen. XXXVII, 26. Duplicem Midianitidem bene distinxit Eusebius: *Μαδιάμ* (Hieron. Madian) *πόλις .... κεῖται δὲ ἐπέκεινα τῆς Ἀραβίας* (quae h. l. arctissimo significatu de regione Idumaeae vicina accipitur) *πρὸς νότον ἐν ἐρήμῳ τῶν Σαρακηνῶν τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης ἐπ' ἀνατολάς ... καλεῖ δὲ καὶ ἡ γραφὴ τὰς θυγατέρας Μωὰβ θυγατέρας Μαδιάμ, ἑτέρας πόλεως* (Hieron. addit: iuxta Arnonem et Areopolin), *ἥτις νῦν ἔρημος οὖσα δείκνυται*, sed prior illa fortasse est *Modiana* Ptolemaei, *Madian* Abulfedae (Gagn. p. 42. Rommel pag. 77), Edrisii (Clim. III, p. 5) et recentiorum (v. Seetzen in Fundgruben des Orients I p. 45, v. Zach Correspondenz XIV p. 165) ab oriente sinus Aelanitici, cui regioni certe in V. T. Midianitae non tribuuntur. — N. gent. est מִדְיָנִי Num. X, 29, f. מִדְיָנִית XXV, 15, pl. מִדְיָנִים Gen. XXXVII, 28, semel contr. מְדָנִים ibid. comm. 36.

מְדִינָה f. recentioris Hebraismi vocabulum (v. chald.) pr. *iudicium*, *iurisdictio*, inde 1) *provincia*, *dioecesis*, quae praefecti s. proregis iurisdictioni et imperio paret, cf. aethiop. ምኵናን: territorium, districtus a ኰነነ: iudicavit (arab. et syr. مَدِينَة, ܡܕܝܢܬܐ *urbem* notat). Saepissime dicitur de Persiae provinciis s. satrapiis Esth. I, 1. 16. 22. II, 3. III, 8. 12. 14. IV, 3. 11. VIII, 9. 11. 13. IX, 28 cet., v. c. Elymaide Dan. VIII, 2, quarum praefecti vocantur שָׂרֵי הַמְּדִינוֹת ib. I, 3. VIII, 9. IX, 3, eiusque tituli viri etiam in Samariae regno memorantur (1 Reg. XX, 14 sqq.). בְּנֵי הַמְּדִינָה *filii provinciarum* (de plur. v. Gramm. hebr. 106, 3) vocantur Israëlitae exules, qui in Persiae provinciis habitaverant Esr. II, 1. Neh. VII, 6, רָאשֵׁי הַמְּדִינָה Neh. XI, 3 praefecti exulum. — 2) ampliore significatu *regio*, *terra*, de Aegypto Dan. XI, 24. Thren. I, 1: שָׂרָתִי בַּמְּדִינוֹת *princeps inter terras*, parall. רַבָּתִי בַגּוֹיִם. Ez. XIX, 8. Eccl. II, 8 (cf. Esr. IV, 13). V, 7.

מְדִינָא chald. i. q. hebr. no. 1 *provincia*. Dicitur de provinciis imperii Babylonici Esr. IV, 15, velut מְדִינַת בָּבֶל Babylonia provincia (arctiore significatu, div. a regno Babylonico). Dan. II, 48. 49. III, 1. 12. 30. Esr. VII, 16, מְדִינְתָּא יְהוּד Judaea provincia Esr. V, 8, מְדִינְתָּא Esr. VI, 2. שִׁלְטֹנֵי מְדִינָתָא praefecti provinciarum Dan. III, 2. 3.

דָּךְ m. chald. *hic*, ut בֵּית אֱלָהָא דֵךְ haec domus Dei Esr. V, 17. VI, 7. 8. 12, שֵׁשְׁבַּצַּר דֵּךְ V, 16, fem. **דָּךְ** *haec*, v. c. קִרְיְתָא דָךְ haec urbs Esr. IV, 13. 15. 16. 18. 21, עֲבִידְתָּא דָךְ V, 8. In Targg. frequentatur דֵּין, דָּךְ, דִּיכִי, דִּיכֵי pro hebr. זֶה. Prius ortum est ex hebr. זֶה et ךָ suffixi (de quo vide sub pl. אֵלֶּךְ p. 94 B), posterius ex דָּא haec (p. 309 A) et ךְ. In lingua arabica respondet ذَاكَ, ortum ex demonstrativo זֶה = ذا cum suffixo 2 personae, et fem. ذيك in lingua vulg. v. Dombay gramm. maur. §. 45, it. aethiop. ዝክቱ: ዝኩ: *iste*, *ille*. In utroque sexu adhibent etiam דִּכֵּן q. v.

דִּכֵּן i. q. דָּךְ addita syllaba ־ֵן, quae eadem exstat in formis אִלֵּין p. 94 B et אִנּוּן p. 126 B, et sec. Io. Simonem orta est addito הֵן ecce! chald. hic. צַלְמָא דִכֵּן haec imago Dan. II, 31, קַרְנָא דִכֵּן (quod nomen alibi fem. est) hoc cornu VII, 20. 21.

דָּכָא in Kal inusit. i. q. דָּכָה *contusus*, *contritus est*, vicinum verbis דּוּךְ, דָּכָה, דָּקַק contudit, comminuit. Sed radd. arabicae دَكَأ, دَكَى et دَكَوَ quas laudant Eichhornius et Winerus ad Sim. Lex. h. v. fictitiae sunt: et prior quidem profecta ex falsa analysi vc. دَكَّاء, quod neque est a دَكَأ, neque pulverem significat, sed a دَكّ et collem arenae depressiorem notat, pr. adj. fem. a masc. أَدَكّ. Ita etiam in utroque loco Corani, nimirum 7, 140 (144 Maracc.), ubi de monte Sinai: جعله دكا *fecit eum* (Deus) *collem depressum*, et 18, 98 (99), ubi eadem verba de muro Gogi et Magogi. Male enim et ex coniectura Maraccius sura septima: reddidit eum attritum et comminutum, et undevicesima: reducet illum in pulverem comminutum.

Pi. דִּכָּא Ps. CXLIII, 3, 2 pers. דִּכִּאתָ LXXXIX 11 (utrumque more verborum לה et formae דִּכָּה) 1) *contudit*, *contrivit*. Ps. LXXII, 4: וִידַכֵּא עוֹשֵׁק *et contundit oppressorem*. CXLIII, 3: דִּכָּא לָאָרֶץ חַיָּתִי praegn. *contusam prosternit vitam meam*. Ps. LXXXIX, 11. Iob. VI, 9: וְיֹאֵל אֱלוֹהַּ וִידַכְּאֵנִי *utinam Deus me contundat*. IV, 19: *habitatores casarum argillacearum* (homines) יְדַכְּאוּם לִפְנֵי עָשׁ *quos conterunt* i. e. qui conteruntur, consumuntur *velut tinea*, vel, sec. plurimos, *sicut a tinea*, quod vereor ut probari possit. — Jes. LIII, 10: יְהוָה חָפֵץ דַּכְּאוֹ הֶחֱלִי *Jehovae placuit*, *eum contundere*, *aegrum fecit* eum. Ita plerique. Malim fere: *Jehovae placuit* et *aegrum fecit vulnus eius* i. e. J. placuit aegrum facere vulnus eius, lethale vulnus ei infligere (cf. Mich. VI, 13), constructione *ἀσυνδέτῳ*. דַּכְּאוֹ reddi potest *contusio* s. *vulnus eius*, sive a דַּכָּא infinitivo vim nominis habente, sive a דַּכָּא cum Dag. forti euphonico (Lgb. p. 87). — Metaph. a) *contudit* aliquem *verbis* in disputando. Iob. XIX, 2: וּתְדַכְּאוּנַנִי בְמִלִּים *et* (quousque) *contunditis me verbis?* b) *oppressit* pauperem Jes. III, 15. Ps. XCIV, 5, maxime in foro Prov. XXII, 22. Cf. טָחַן.

2) *conculcavit* pedibus. Thren. III, 34.

Pu. 1) *contusus est*, de homine plagis obruto Jes. LIII, 5, de brachio Iob. XXII, 9. 2) metaph. *perculsus, afflictus, moerore profligatus est*; nostr. *niedergeschlagen seyn* Jes. XIX, 10. Jer. XLIV, 10.

Niph. i. q. Pu. no. 1. Jes. LVII, 15.

Hithpa. fut. יִדַּכָּא pass. Pi. no. 1. Iob. XXXIV, 25, et metaph. (vide Pi. no. 1 litt. b) Iob. V, 4.

דַּכָּא adj. intensivum 1) *contusus, contritus*, et subst. *contritum*, poët. pro *pulvere*. (Cf. aethiop. ድቀቀ: comminutus, it. comminutum, pulvis, arena. Sed male provocari ad arab. دَكَّ, supra vidimus ad rad. in Kal). Ps. XC, 3: תָּשֵׁב אֱנוֹשׁ עַד־דַּכָּא *redigis hominem in pulverem.* — 2) metaph. *afflictus* Jes. LVII, 15 (ubi iungitur שְׁפַל רוּחַ). Plur. דַּכְּאֵי רוּחַ (Kamez praeter morem abiecto) Ps. XXXIV, 19. — Deut. XXIII, 2 in codd. germanis דַּכָּא legitur pro דַּכָּה, quod vide s. rad. דָּכַךְ.

דָּכָה i. q. דָּכָא *contusus est.* In Kal semel legitur Ps. X, 10 Chethibh: יָשֹׁחַ (vel וְדָכָה (וְדָכָה *et contusus corruit* (miser), Keri יִדְכֶּה. Chaldaeus, Jarchius, et ex recentioribus Schnurrerus haec verba ad insidiatorem referunt, hoc sensu: *conterit se* i. e. contrahit, colligit se, ut delitescat, more venatorum *et deprimit se*, quae interpretatio ferri possit in verbo שׁוּחַ coll. Iob. XXXVIII, 39, sed vix potest, si nostri verbi usum reputas.

Pi. i. q. דִּכָּא *contudit, contrivit.* Ps. XLIV, 20. LI, 10: תָּגֵלְנָה עֲצָמוֹת דִּכִּיתָ fac *exultent ossa* mea quae *contrivisti*, nimirum culpae conscientia.

Niph. contritus est. Ps. XXXVIII, 9: נְפוּגוֹתִי וְנִדְכֵּיתִי *langueo et contritus sum.* Metaph. de animo Ps. LI, 19: לֵב נִשְׁבָּר וְנִדְכֶּה *animus fractus et contritus* i. e. pronus ad poenitentiam. Inde

דֳּכִי m. *contusio, collisio* (fluctuum), hinc *fragor.* Ps. XCIII, 3: יִשְׂאוּ נְהָרוֹת דָּכְיָם *tollunt flumina fragorem suum.* Cf. arab. دَكَّا tutudit, trusit. VI. collisit, et دَاكَى VI. colluctari, دَوْكَة pugna. Nihil bonae frugis habent vett. interpretes, quos examinavit J. D. Michaelis in Suppl. p. 441.

דָּכַךְ rad. inusit., arab. دَكَّ *contudit, contrivit* (v. Dschauh. ap. W. Schroed. ad Ps. X. p. 224 sq.), *comminuit*, i. q. דָּכָא, דָּכָה, דּוּךְ. Cf. דָּקַק et quae observavimus ad דָּחָה. E linguis occidentt. confero gr. δάκω, δάκνω, pr. comminuo.

דַּךְ in Pausa דָּךְ adj. verbale 1) *contundens*, et metaph. *castigans* (verbis), reprehendens (coll. Iob. XIX, 2). Huc refero cum Luthero et Geiero Prov. XXVI, 28: לְשׁוֹן שֶׁקֶר יִשְׂנָא דַכָּיו *lingua mendax* i. e. homo mendax *odit castigantes eum.* Luth. *eine falsche Zunge hasset, der ihn straft*, nec sane obstat huic interpretationi, quod דַּךְ tribus reliquis locis intransitive accipitur. Bene ad sensum iam LXX: γλῶσσα ψευδὴς μισεῖ ἀλήθειαν, favetque alterum hemistichium: *os blandum parit ruinam.* Qui vulgarem significatum retinent, ut Rosenmuellerus, interpretantur: *lingua falsitatis odit contritos suos* ,,non quod mali quidpiam ipsi contulerint, sed quod existimat, se odio haberi ab iis'', vel cum Junio, Dathio, Zieglero *attritos* accipiunt pro *atterendis*, in hunc sensum: *lingua mendax odit a se atterendos*, sententia satis ieiuna. Nec melior prodit sententia, si cum Aben Esra, Kimchio, Merceró, Io. Simonis דַּכָּיו dictum statuis pro דַּכָּא, דָּכָא *contritus, afflictus* (formae קָטָל a rad. דָּכָה, coll. עָנָיו pro עָנָו Num. XII, 3), quod ipsum vix licet et longius petitum est. Caeterum Aben Esra inverso ordine reddebat: *linguam mendacem odit attritus.*

2) *contritus* hinc *afflictus, miser* Ps. IX, 10. X, 18. LXXIV, 21.

דַּכָּה f. *contusio, contritio.* Deut. XXIII, 2: פְּצוּעַ דַּכָּא *vulneratus* i. e. castratus *contritione* sc. testium. LXX. θλαδίας, quo significatur peculiaris castrandi modus, etiamnum, ut accepimus a medicis Graecis, in Oriente usitatus, quo puerorum tenellorum testiculos in aqua calida emollitos conterendo exstirpant. Vulg. *eunuchus attritis testiculis.* Caeterum pro דַּכָּה l. c. in codd. Germanorum constanter legitur דַּכָּא (forma ad Aramaismum inclinans et in Pentateucho minus probanda), solentque Judaei ex huius loci scriptura codices germanos ab hispanicis discernere, v. de Rossi ad h. l.

דְּכַר chald. i. q. hebr. זָכַר *meminit, recordatus est.* Syr. Sam. ܕܟܪ, ࠃࠊࠓ id. Inde

דְּכַר m. pr. *mas*, ut hebr. זָכָר, syr. ܕܶܟܪܳܐ, spec. mas ovium, *aries.* Plur. דִּכְרִין Esr. VI, 9. 17. VII, 17. Cf. syr. ܕܶܟܪܳܐ aries, plenius ܕܶܟܪܳܐ ܕܥܰܢܳܐ mas ovium Barhebr. p. 422. lin. 5, sam. ࠃࠊࠓ, adde gr. ἄῤῥην mas, coll. ἄρην, ἄρης *aries*, et pers. كشن mas, dein aries, caper.

דִּכְרוֹן emphat. דִּכְרוֹנָה m. *commentarius*, res memoriae prodita in actis publicis consignata Esr. VI, 2, vide de h. l. p. 272 A.

דָּכְרָן m. id. Esr. IV, 15: סְפַר דָּכְרָנַיָּא *liber commentariorum* i. e. acta publica regni a cancellario (hebr. מַזְכִּיר, chald. דִּמְמַנָּה עַל דָּכְרָנַיָּא 2 Reg. XVIII, 18) publica auctoritate consignata. Cf. Iob. XIV, 17 Targ. (Syr. ܕܘܽܟܪܳܢܳܐ memoria, v. c. de memoriis martyrum, monumentum. In cod. Nasor. II, 46 memoratur ܣܦܪ ܕܘܟܪܢܐ liber commentariorum).

דָּלָא Exod. II, 19 in Sam. cod. i. q. דָּלָה q. v.

דָּלַג *saliit*, sq. עַל *transsiliit* Zeph. I, 9. (Radix linguis cognatis ignota, praeter chaldaeam, in qua דַּלְגֵיה Gen. XLI, 14 Jon. legitur pro *exsilire* s. exire *fecit*. Caeterum coniicere possis, eam litteris emollitis ortam esse ex rad. דָּרַךְ, et proprie notare *terram pulsare pede*).

Pi. id. Jes. XXXVI, 6: אָז יְדַלֵּג כָּאַיָּל פִּסֵּחַ *tunc salit cervi instar claudus*, sq. עַל Cant. II, 8, sq. acc. 2 Sam. XVIII, 30 et Ps. XVIII, 30: בֵּאלֹהַי אֲדַלֶּג־שׁוּר *cum Deo meo muros transsilii*. (Cf. arab. سار med. Waw: assilivit, saltavit, et ascendit murum).

דָּלָה 1) i. q. דָּלַל *pependit deorsum*, *pendulus fuit* cf. arab. دلى Conj. V. i. q. تدلّل de ramis dependentibus (v. Dschauh. ap. Schult. ad Prov. XX, 5) et aethiop. ደለወ: libravit, pependit it. aptus, conveniens fuit, pr. appensus fuit, nam ita hae significationes sunt conciliandae. V. דָּלִית.

2) *pendere fecit*, i. e. *demisit urnam in puteum*, *hausit*. (Arab. دلا et دلى, syr. ܕܠܐ id.) Ex. II, 16. 19. Metaph. Prov. XX, 5: *aqua profunda est consilium in animo viri*, וְאִישׁ תְּבוּנָה יִדְלֶנָּה *vir tamen prudens id exhaurit*.

Pi. *hausit*, *extraxit* (ex puteo), metaph. *liberavit*. Ps. XXX, 2: אֲרוֹמִמְךָ כִּי דִלִּיתָנִי *te extollam*, *nam me liberasti*. De forma דַּלְיוּ Prov. XXVI, 7 v. ad דָּלַל.

דַּל (pro דֶּלֶת) pr. pendulus, nutans, inde *valva ianuae*, ut quae suspensa nutat et ultro citroque movetur. Semel legitur metaph. *valva labiorum*. Ps. CXLI, 3: נִצְּרָה עַל דַּל שְׂפָתָי *custodi valvam labiorum meorum*. Cf. פִּתְחֵי פִיךָ Mich. VII, 5, דַּלְתֵי פָנָיו Iob. XLI, 5, *πύλαι στόματος* Eurip. Hippol. 882, adde Gulist. praef. p. 12. Longe frequentius est fem. דֶּלֶת *valva*, q. v. Aliud vide s. rad. דָּלַל.

דֶּלֶה i. q. דַּל et דֶּלֶת *valva*, *ianua*. Inde c. Suff. דְּלָתֶךָ Jes. XXVI, 20 Keri, ubi Chethibh habet דְּלָתֶיךָ. Inde

Dual. דְּלָתַיִם, cstr. דַּלְתֵי c. Suff. דְּלָתַי, דְּלָתֶיךָ *valvae bifores*, *fores*, maxime maiores, ut urbis, templi, *portae*. Deut. III, 5. 1 Sam. XXIII, 7. 2 Chr. IV, 24. VIII, 5. XIV, 6. 1 Reg. VII, 50. Jes. XLV, 1. Jer. XLIX, 31. Ez. XXXVIII, 11. Mal. I, 10. De foribus domus privatae Jos. II, 19. Iud. XI, 31. Eccl. XII, 4. Iob. XXXI, 32. הִצִּיב דְּלָתַיִם ponere, statuere fores Jos. VI, 26. 1 Reg. XVI, 34. Metaph. *fores coeli*, quae pluviam demittunt (alibi אֲרֻבּוֹת) Ps. LXXVIII, 23. Iob. III, 10: דַּלְתֵי בִטְנִי *fores uteri mei*. XLI, 6: דַּלְתֵי פָנָיו *fores faciei eius* (fauces crocodili). XXXVIII, 8: *mare foribus conclusit*, cf. V. 10. Zach. XI, 1: *aperi*, *Libane*, *fores tuas* i. e. aditus ad interiora montis, ut vastationi patescant.

דֶּלֶת f. (non comm., ut volunt Buxtorfius in thes. gr. p. 74 et Jo. Simonis h. v., nam 1 Reg. VI, 32 et 2 Reg. XVIII, 16, ad quae loca aliquis provocaverit, nihil probant, v. gramm. hebr. §. 144, not. 1) i. q. דַּל et דֶּלֶה *valva* s. tabula *ianuae*, dein ipsa *ianua*. Ex. XXI, 6. Deut. XV, 17. Differt a פֶּתַח, quod ostium notat valva clausum (sed v. 1 Reg. VI, 31). Prov. XXVI, 14: הַדֶּלֶת תִּסּוֹב עַל צִירָהּ *ianua vertitur super cardine suo*. Iud. XIX, 22: מִתְדַּפְּקִים עַל הַדָּלֶת *pulsantes ianuam*. Hinc dicunt סָגַר הַדֶּלֶת ianuam clausit Gen. XIX, 6. 10. 2 Reg. IV, 4. 5. 33. VI, 32. Jes. XXVI, 20, נָעַל הַדֶּלֶת ianuam pessulo clausit 2 Sam. XIII, 17. 18. פָּתַח הַדֶּלֶת 2 Reg. IX, 3. 10. שָׁבַר הַדֶּלֶת Gen. XIX, 9. אַחַר הַדֶּלֶת pone ianuam Jes. LVII, 8. Ubi *valvae bifores* exprimendae, plerumque utuntur Duali דְּלָתַיִם (v. דֶּלֶה), sed etiam singularis utramque valvam complectitur, v. 1 Reg. VI, 34: שְׁנֵי צְלָעִים הַדֶּלֶת הָאַחַת גְּלִילִים *duae valvae alterius ianuae versatiles erant*. Minus accurate Ez. XLI, 24 דֶּלֶת tum de valvis singulis, tum de ianua positum est: וּשְׁתַּיִם דְּלָתוֹת לַדְּלָתוֹת שְׁתַּיִם מוּסַבּוֹת דְּלָתוֹת שְׁתַּיִם לְדֶלֶת אֶחָת וּשְׁתֵּי דְלָתוֹת לָאַחֶרֶת *duae valvae* erant *singulis ianuis*, *utraque versatilis*, *duae valvae priori ianuae*, *duae valvae posteriori*. De operculo arcae 2 Reg. XII, 10. — Metaph. Cant. VIII, 9: *si ianua est* soror nostra i. e. si procis eam adeuntibus facilem se praebet.

Dual. דְּלָתַיִם v. דֶּלֶה.

Plur. דְּלָתוֹת cstr. דַּלְתוֹת fem. (quanquam Neh. XIII, 19 praecedente verbo legitur וַיִּסָּגְרוּ הַדְּלָתוֹת) 1) *valvae* sive ianuae sive portae. 1 Reg. VI, 31: וְאֵת פֶּתַח הַדְּבִיר עָשָׂה דַּלְתוֹת עֲצֵי שָׁמֶן *et fores sanctuarii fecit valvas ex ligno oleastri*. Ez. XLI, 24 (v. ad Sing.) דַּלְתוֹת הַשַּׁעַר valvae portae 1 Sam. XXI, 14. 1 Chr. XXII, 3. הֶעֱמִיד דְּלָתוֹת בַּשְּׁעָרִים statuit valvas portarum Neh. VI, 1, cf. III, 1. 3. 6. 13—15. VII, 1. Inde 2) *fores*, *ianua*, ut coenaculi Iud. III, 23—25, templi 1 Sam. III, 15, 2 Reg. XVIII, 16. 2 Chr. XXVIII, 24. XXIX, 3. 6. Neh. VI, 10. Jes. XLV, 2. Prov. VIII, 35 et saepius. Metaph. Ez. XXVI, 2: נִשְׁבְּרָה דַּלְתוֹת הָעַמִּים *effracta est ianua populorum* i. e. Hierosolyma, forum quasi et emporium populorum. 3) *columnae* voluminis s. libri, a similitudine ianuae dictae, ut lat. a similitudine columnae. Cf. gr. σελίδες i. q. σανίδες valvae ianuae. Jer. XXXVI, 23: שָׁלֹשׁ דְּלָתוֹת וְאַרְבָּעָה *tres quattuorve columnae*. Scribebantur enim volumina et hodieque scribuntur ea, quorum in synagogis usus est, lineis non per longitudinem totius chartae vel pergameni deductis, sed in plures areas divisis, ut sunt latera paginarum in libris complicatis. Nuper Kosegarten in Ephemerid. lit. Ienens. 1823 no. 155 *capita* intelligere malebat coll. rabb. שַׁעַר, arab. باب, pers. در, quae *portam* et *caput* libri notant, sed vaticinia ab ipsis auctoribus vix et ne vix quidem in capita divisa sunt.

Caeterum דַּל Ps. CXLI, 3 et דֶּלֶת possint etiam ad radicem דָּלַל revocari, ita ut דַּל porta, et דַּל debilis, pauper unum idemque vc. sit, utrumque a primaria significatione *penduli et nutantis*: certe non obstat ל non dagessatum, cf.

רֶפֶת et חֲמֵשֶׁת; חֲמִשָּׁה pl. אֲדַמְדַּמִּים אֲדַמְדָּם, fem. אֲדַמְדֶּמֶת; a רָפַף. Sed obstat tamen forma דָּלְתֶךָ Jes. XXVI, 20 Keri, quae ad rad. דלל referri non possit: nisi reponere placet דַּלְתֶךָ.— Sunt denique, qui דַּל, דֶּלֶת litteris emollitis ortum putent ex pers. در, gr. θύρα, adeoque aram. תְּרַע, ܬܪܥܐ, quae sententia certe non evertitur probabili etymo a דָּלַל, nam hoc secundarium esse possit.

דְּלִי m. *haustrum*, *situla* aquae hauriendae Jes. XL, 14. Arab. دَلْوٌ situla, ex corio vulgo confecta, it. amphora et omne vas, quo hauritur aqua, cf. Niebuhrii descr. Arabiae p. XXXVII, دَلَاةٌ urna parva. (Formae دُلِيٌّ et دِلَاءٌ [rectius دُلِيٌّ et دِلَاءٌ] apud Eichhornium et Winerum pluralia sunt fracta). Zab. ܕܘܠܐ situla.

דְּלִי m. id. Num. XXIV, 7: יִזַּל מַיִם מִדָּלְיָו *manat aqua ex situlis eius*, i. e. larga erit posteritas eius, metaphora ab aqua de situla destillante ad semen virile translata, ex nostro sensu obscoena, sed Orientalibus familiari, cf. שָׁגַל, سجل et Jes. XLVIII, 1. In altero hemistichio וְזַרְעוֹ בְּמַיִם רַבִּים. דָּלְיָו (doljav) est a duali דְּלָיִים (haustra enim bina esse solent), Metheg etiam in penultima servato.

דְּלָיָה (quem Jehova extraxit i. e. liberavit) n. pr. complurium virorum post exilium viventium, 1) viri Serubabelis coaevi. Esr. II, 60. Neh. VII, 62. 2) patris Semajae, Nehemiae aequalis Neh. VI, 10. 3) filii Eljoënaï, ex posteris Davidis et Serubabelis 1 Chr. III, 24.

דְּלָיָהוּ (id.) n. pr. 1) viri ex proceribus Judae tempore Zedeciae Jer. XXXVI, 12. 25. 2) sacerdotis 1 Chr. XXIV, 18.

דָּלִית nonnisi in pl. דָּלִיּוֹת fem. *rami, palmites*, ita dicti utpote penduli et nutantes. Jer. XI, 16. Ez. XVII, 6. 23. XXXI, 7. 9. 12. Cum Suff. דָּלִיּוֹתָיו XVII, 7. Syr. ܕܠܝܬܐ id. ibid. Adde arab. vulg. دالية melit. *dylje* vitis, Hoest descr. Marocc. p. 303. Vassalli p. 165. Norbergius in Lexid. p. 41 recenset etiam nasor. ܕܠܝܐ virgulta, quod vero incertissimum est.

דָּלַח *turbavit* aquam pedibus. Ez. XXXII, 2. 13. LXX. ταράσσω, καταπατέω. Syr. ܕܠܚ Pe. et Pa. perturbavit, conturbavit, exagitavit. Ethpa. pass. ܕܠܝܚܐ turbidus, de liquoribus, ܕܠܝܚܐ id. de animo. Chald. דְּלַח perturbatus est, pavit. Pa. turbavit, terruit, דְּלוּחָא pavor. Etiam ex lingua nasoraea Norbergius citat „ܕܠܚ perturbavit" sed sine exemplo. Vide autem sitne דלח eiusdem stirpis atque gr. ταράσσω, unde ταραγμός, ταρακτός, ταραχή.

דָּלַל praet. plur. דַּלּוּ דָּלְלוּ Jes. XIX, 6, דַּלּוּ Iob. XXVIII, 4 et דַּלְיוּ Prov. XXVI, 7 (v. ad no. 1) 1 pers. דַּלּוֹתִי Ps. CXVI, 6 1) *deorsum pependit*, *pendulus fuit*, *nutavit* et vacillavit, *schlaff herabhängen*, *hinabwallen und schwanken*, ut de situla in puteum dependente, de frondibus lentis, pendulis et huc illuc agitatis, ut palmarum. (Arab. دَلْدَلَ commovit caput inter eundum. II. pendula et laxa fuit res, vacillavit. دُلْدُلٌ et دَلْدَالٌ commotio, vacillatio v. c. capitis, دَلَّةٌ id., دُلْدُلٌ et دُلْدُولٌ homines qui fluctuant et incerti haerent inter duas res, v. Dsch. et Firuz. ap. Scheidium ad Cant. Hisk. p. 74. 75. Aethiop. ድልዱል: pendulus, de caesarie, de senectute decrepita, cf. זָקֵן; sic enim explicanda, quae dubitans disputat Ludolfus in Lex. p. 490. Chald. מְדוּלְדָּל pendulus, ut זקן מדולדל mentum pendulum, דלדולין partes corporis pendulae. Adde دَلَّلَ dependit racemus. Vicinae radd. sunt דָּלָה, it. זָלַל, סָלַל, תָּלַל et תַּלְתַּל q. v. et ad eandem familiam referendae חָדַל, خطل, عطل, in quibus cunctis penduli, laxitatis, languoris notio primaria inest, conf. e linguis indogerm. sanscr. *til* moveri, gr. σαλεύω, σαλάσσω, σάλος fluctuare, fluctuatio). Iob. XXVIII, 4 de fossoribus in puteos metallicos se demittentibus: דַּלּוּ מֵאֱנוֹשׁ נָעוּ *deorsum pendent ab hominum sede et vacillant*. Eodem refero dictum Prov. XXVI, 7: דַּלְיוּ שֹׁקַיִם מִפִּסֵּחַ וּמָשָׁל בְּפִי כְסִילִים *dependent* (nimirum, ut inutile pondus) *crura a claudo*: *et* aeque inutilis est *sententia in ore stultorum*. Nil enim dubito veram esse sententiam nonnullorum Rabbinorum דַּלְיוּ explicantium דָּלְלוּ, quam paucis declarare placet et vindicare (cf. Is. Berneys in *Wachleri* Annal. theol. 1817 p. 183). Nimirum littera semivocalis geminata nonnunquam mollius et ita prolata esse videtur, ut pro altera geminata j audiretur, pariter atque in lingua italica, hispanica, gallica, in qua quidem postrema haec pronuntiandi ratio peculiari verbo *mouiller* exprimitur. Conferantur inter se *filia*, *fille*, *figliuola*; *familia*, *famiglia*, *famille*: hispan. *hallar*, *lluvia*, *miño* et in graecis latinisque φύλλον et *folium* (foljum), ἄλλος et *alius*, *stannum* et *stagnum*, *Annaeus* et *Agnaeus* (quae formae apud veteres permutantur, v. Vossii Etym. h. v. et *Schneideri* gramm. lat. I p. 503). Similia sunt דַּרְיוֹשׁ Esr. X, 16 pro דָּרוֹשׁ, chald. סִלְיָא pro סַלָּא spina, arab. دِيبُوبٌ pro دُبُّوبٌ calumniator, atque videtur pro altera geminata passim etiam Nun poni, ut בִּלְאֲצַּר et בֵּלְשַׁאצַּר, מְלֻזָּזָה pro עֲזִיזָה (q. v.), עֲזוּזָה pro מְצוּדָה Jes. XXIII, 11, cf. gr. σμύῤῥα, σμύρνα, arab. خُرْنُوبٌ pro خَرُّوبٌ siliqua dulcis. Ad Proverbiorum locum ut redeamus, sensum bene expressit Symm. ἐξέλιπον κνῆμαι ἀπὸ χωλοῦ κ. τ. λ. et paulo liberius Vulg. quomodo pulchras frustra habet claudus tibias, sic indecens est in ore stultorum parabola. In eandem fere sententiam L. de Dieu

reddebat: *debilia sunt crura claudi*, Alb. Schult. situlas agunt (i. e. more situlurum pendula sunt) crura ex claudo; et Chr. B. Michaelis, quem olim sequebar: *auferte crura a claudo et sententiose dictum, quod est in ore stulti,* דַּלְיוּ accipiens pro דַּלּוּ imp. Pi. a דָּלָה hauriendi, inde tollendi significatu, coll. formulis latinis *haurire* pectus, *latus, ventrem,* et arab. نزل hausit, surripuit. Praeiverant LXX. ἀφελοῦ πορίαν σκελῶν. Sed universus ille *tollendi* significatus in Hebraeis perquam incertus est (in lingua Nasoraea omnino locum habere videtur, v. Norb. lexid. p. 41), quam ipsam ob causam Geiero accedere non possumus, cui דַּלְיוּ est nomen (pro דַּלְיוֹת) *elevationem* notans, hac sententia: *elevatio crurum* i. e. saltatio quae *a claudo* fit, et *parabola in ore stulti* res sunt sibi similes. Luth. *Wie einem Krüppel das Tanzen, also steht dem Narren an von Weisheit reden.*

2) *languidus, debilis fuit.* Syr. ܕܠ defecit (male in utraque Castelli editione legitur *fecit*), Pa. diminuit. Ethpe. diminutus est. a) de aqua languida et vadosa. Jes. XIX, 6: דָּלְלוּ וְחָרְבוּ יְאֹרֵי מָצוֹר *languida et arefacta sunt flumina Aegypti* (cf. flumen languidum Hor. Od. 2, 14, 17, aqua languida Liv. I, 4). b) de hominibus in tenui conditione versantibus Ps. LXXIX, 8. CXVI, 6: דַּלּוֹתִי וְלִי יְהוֹשִׁיעַ *languidus eram meque salvavit.* CXLII, 7 (cf. arab. ذل vilis, humilis, attritus fuit). c) de oculis desiderio languidis Jes. XXXVIII, 14: דַּלּוּ עֵינַי לַמָּרוֹם *languebant oculi mei ad coelum* i. e. languescentes et prae desiderio paene deficientes oculi mei coelum intuebantur. Cf. similem phrasem כָּלוּ עֵינַי. LXX. ἐξέλιπόν μου οἱ ὀφθαλμοὶ τοῦ βλέπειν εἰς τὸ ὕψος. Caeterum J. D. Michaelis in Supplem. p. 442 his verbis male adhibet arab. دل limis oculis adspexit, ut amantes facere solent.

Niph. pass. no. 2. *debilitatus est*, de populo Iud. VI, 6: וַיִּדַּל יִשְׂרָאֵל מְאֹד מִפְּנֵי מִדְיָן *et valde debilitati sunt Israëlitae a Midianitis* (cf. 2 Sam. III, 1). Jes. XVII, 4: יִדַּל כְּבוֹד יַעֲקֹב *defecit gloria Jacobi.*

דַּל, in Pausa דָּל (Prov. XXII, 9. Jes. XXV, 4, etiam c. Sakeph Exod. XXIII, 3) adj. *debilis, infirmus.* 2 Sam. III, 1: *Davides in dies invalescebat et familia Sauli* הֹלְכִים וְדַלִּים *magis magisque debilitata est* (cf. Iud. VI, 6). Iud. VI, 15: אַלְפִּי הַדַּל בִּמְנַשֶּׁה *familia mea est infirmissima Manassitarum.* Spec. a) *tenuis, macer,* de vaccis Gen. XLI, 19, de Absalone prae libidine macrescente 2 Sam. XIII, 4: מַדּוּעַ אַתָּה כָּכָה דַּל *cur tu adeo macrescis?* b) *tenuis* sorte et conditione, *pauper, humilis.* Ex. XXIII, 3. XXX, 15. Lev. XIV, 21. XIX, 15. 1 Sam. II, 8. Ps. XLI, 2. CXIII, 7. Iob. V, 16. XXXIV, 25. Prov. X, 15. XIV, 31. XIX, 4. 17. XXI, 13. XXII, 9. 16. 22. XXVIII, 11. 15. Am. V, 11. Jes. XXV, 4. Opp. עָשִׁיר Ruth III, 10, שׁוֹעַ Iob. XXXIV, 15, גָּדוֹל Jer. V, 4 coll. 6. Copulatur cum אֶבְיוֹן Ps. LXXII, 13. LXXXII, 4, רָשׁ Prov. XXVIII, 3, עָנִי Zeph. III, 12. Saepe in plur. דַּלִּים Iob. XX, 10. 19. XXXI, 16. Prov. X, 15. XXVIII, 3. 8. XXIX, 7. 14. Jes. X, 2. XI, 4. XV, 3. XXVI, 6. Am. II, 7. IV, 1. VIII, 6. דַּלַּת הָעָם Jer. XXXIX, 10. LXX. plerumque reddunt πένης, πτωχός, passim ταπεινός. — Aliud דַּל vel דָּל vide sub rad. דָּלָה. Sed male nonnulli, ut Eichhornius ad Sim. Lex., דָּל, דַּל Ex. XXIII, 3. Lev. XIX, 15 *divitem* notare volebant, a دال III. divitias concessit Deus. Sententia enim est, iudicem probum nullo partium studio duci, neque diviti favere propter dona, neque pauperi propter misericordiam.

דַּלָּה f. pr. *res pendula, tenuis, tenue quid*, spec. 1) *fila tenuia, licium*, quo textum iugo alligatum est. Jes. XXXVIII, 12: מִדַּלָּה יְבַצְּעֵנִי *a licio me abscindit,* imago mortis a textore petita, qui opus absolutum a iugo abscindit. (Talmud. דליל filamentum, peniculamentum, de filis implicatis pedibus gallinae circumvolutis Baba Kama c. 2 Gem.). 2) *coma pendula.* Cant. VII, 6, ubi Vulg. coma capitis. Kimchi: קווצות השער. Minus bene LXX. τὸ πλόκιον τῆς κεφαλῆς, Syr. ܩܘܨܘܬܐ id., et Symm. ἡ διακόσμησίς σου. 3) *tenuitas, paupertas*, pro concr. *pauperes.* Inde דַּלַּת עַם הָאָרֶץ 2 Reg. XXIV, 14 et דַּלַּת הָאָרֶץ XXV, 12. Jer. XL, 7. Plur. דַּלּוֹת הָעָם Jer. LII, 15 et דַּ׳ הָאָרֶץ V. 16 id.

דְּלִילָה (debilis, delicata, cf. melit. *dlyle* دليلة puella mollis et pulchra, it. n. pr. quod poëtae Melitenses frequentant de amasia, ut Daphne, Chloe) n. pr. mulieris Philistaeae, quam Simson amabat. Iud. XVI, 4—18. LXX. Δαλιδά, sive librariorum mendo (Δ pro Λ scribentium), sive litteris d et l permutatis, v. ל.

דָּלַע rad. inusit. Arab. دلع linguam exseruit. Chald. דַּלַּעַת cucurbita (fort. oblonga, linguae similis). Unde

דִּלְעָן (ager cucurbitinus) n. pr. oppidi tribus Judae. Jos. XV, 38.

דָּלַף fut. יִדְלֹף 1) *stillavit.* (Chald. et syr. id., et chald. etiam זְלַף. Arabice دلف est lente incessit, serpsit VII. fluxit: videtur autem prius a stillandi et leniter fluendi potestate profectum esse, cf. דָּבַב et arab. دب stillavit, lente fluxit, ذرف, قطر et huiusmodi plura. Caeterum haec radix est ex onomatopoeticis et litterae *dp, tp, drp, dlp* stillandi sonum imitatur, ut in nostr. *to drop, Drop, tropfen*, cf. sanscr. *tip* stillare, hebr. נָטַף, in arabicis ذرف stillavit, syr. זְלַף). De domo Eccl. X, 18: יִדְלֹף הַבָּיִת *domus stillat*, pluviam per tecti rimas intromittit. 2) *lacrimavit* (oculus). Iob. XVI, 20: אֶל־אֱלוֹהַּ דָּלְפָה עֵינִי *ad Deum lacrimat oculus meus.* Metaph. Ps. CXIX, 28: דָּלְפָה נַפְשִׁי *lacrimat anima mea.* Cf. נֶפֶשׁ no. 3. Inde

דֶלֶף m. *stillicidium*. Prov. XIX, 13. XXVII, 15.

דַלְפוֹן n. pr. filii Hamani. Esth. IX, 7.

דָלַק fut. יִדְלַק 1) *arsit*, *flagravit*. (Syr. chald. sam. id. Arabes varios usus metaphoricos habent ex primario flagrandi usu pendentes, ut دلق instigavit equitatum, ut incursionem faceret, nostr. *anfeuern* VII. irruit in homines equitatus cf. infra no. 2, c, forsan etiam دلق disertus promtusque fuit ad loquendum. Caeterum longius petita est A. Schultensii de hac rad. disputatio etymologica ad Prov. XXVI, 23, et praeter omnem linguae usum in Simonis Lex. ed. 3 et 4 verbo دلق flagrandi ardendique significatio tribuitur. In linguis occidentalibus respondet gr. δέρκομαι pr. flagrare, splendere, quod ad videndi potestatem transfertur. Cf. שָׁזַף). Ps. VII, 14: חִצָּיו לְדֹלְקִים יִפְעָל *sagittas suas ardentes facit*, h. e. iaculatur sagittas ardentes. Sq. בְּ conflagravit, accendit Obad. 18.

2) Ardendi autem potestas varie transfertur a) ad *amoris* et amicitiae *ardorem*. Prov. XXVI, 30: שְׂפָתַיִם דֹּלְקִים *labia ardentia* i. e. sermones amorem ardentissimum prae se ferentes vel simulantes. — b) ad *angorem*. Ps. X, 2: בְּגַאֲוַת רָשָׁע יִדְלַק עָנִי *ubi superbit impius*, *aestuat* i. e. pavet, anxius, sollicitus est *pauper*. *Aestum* et *aestuandi* notionem transferri ad animum anxium et sollicitum praeter Jes. XIII, 8. Ps. XXXIX, 4 et haec ipsa vocabula latina ostendunt حرقة aestus, et angustiae, aethiop. ሐመመ: aegritudine affectus est, ሕማም: anxius, aeger, ሕማም: dolor parturientis, coll. hebr. חָמַם. Ab ipso verbo דָּלַק Aethiopes habent አድለቅለቀ: tremuit, commota est terra, ድልቅልቅ: agitatio (aestus) maris et terrae motus. Alii, ex signif. litt. c, interpretantur: *persecutionem patitur pauper*. — c) ad persecutionis ardorem, unde דָּלַק אַחֲרֵי *ardenter persecutus est* (sermone incolarum superioris Germaniae *nachfeuern*) cf. arab. غار ferbuit, it. ardenter impetum fecit in hostem. Gen. XXXI, 36: כִּי דָלַקְתָּ אַחֲרָי *quod me acriter persequeris*. 1 Sam. XV, 53, sq. acc. id. Thren. IV, 19: עַל־הֶהָרִים דְּלָקֻנוּ *super montes nos insectantur*.

Hiph. *incendit* Ez. XXIV, 9, *calefecit* (vinum). Jes. V, 11: יַיִן יַדְלִיקֵם *vinum calefacit eos* i. e. vino incalescunt.

דְלַק chald. *arsit*. Dan. VII, 9.

דַלֶּקֶת f. *febris ardens*. Deut. XXVIII, 22.

דָמָא i. q. דָּמָה in cod. Sam., ubi Ex. XV, 16 ידמאו legitur pro יִדְּמוּ.

I. **דָמָה** *similis fuit*, *similis factus est* Jes. XLVI, 5, sq. לְ Jes. I, 9. Ps. LXXXIX, 7. CII, 7. CXLIV, 4. Cant. II, 9. VII, 8, אֶל Ez. XXXI, 2. 8. 18. Cum Dat. pleonast. Cant. II, 17: דְּמֵה־לְךָ דוֹדִי לִצְבִי *similis sis, mi dilecte*, *dorcadi*. VIII, 14.

Niph. i. q. Kal sq. acc. Ez. XXXII, 2: כְּפִיר גּוֹיִם נִדְמֵיתָ *leoni iuveni inter gentes similis factus eras*. Reliqua exempla pertinent ad no. II.

Pi. דִּמָּה 1) *comparavit*, *assimilavit*, sq. אֶל Jes. XL, 18. 25, לְ XLVI, 5. Cant. I, 9. Thren. II, 13: מָה אֲדַמֶּה־לָּךְ *quid tibi comparem?* Inde *parabolas proposuit* i. q. מָשַׁל, מְשֹׁל. Hos. XII, 11: בְּיַד הַנְּבִיאִים אֲדַמֶּה *per prophetas parabolas proposui*. (Ita melius contexta iubente, quam *perdidi* i. e. exitium annuntiavi). 2) *animo sibi informavit*, *opinatus est*. Ps. L, 21: דִּמִּיתָ הֱיוֹת־אֶהְיֶה כָמוֹךָ *arbitrabaris*, *me esse tui similem*. Esth. IV, 13: אַל תְּדַמִּי בְנַפְשֵׁךְ *ne opineris in animo tuo*. Jes. X, 7. 3) *animum induxit*, *proposuit*, *meditatus est* facere aliquid. Num. XXXIII, 56. Jes. XIV, 24. Iud. XX, 5: אֹתִי דִמּוּ לַהֲרֹג *me interimere meditati sunt*. 2 Sam. XXI, 5: הָאִישׁ אֲשֶׁר כִּלָּנוּ וַאֲשֶׁר דִּמָּה לָנוּ *vir*, *qui nos perditurus erat et qui meditabatur contra nos* sc. perniciem. 4) *recordatus est*. Ps. XLVIII, 10: דִּמִּינוּ אֱלֹהִים חַסְדֶּךָ *recordamur*, *Deus*, *gratiam tuam*.

Hithp. 1 fut. אֶדַּמֶּה Jes. XIV, 14 *similem se fecit*, sq. לְ.

Ex linguis cognatis haec similitudinis potestas frequentatur in dialectis aramaeis, chaldaica, syriaca, samaritana, nasoraea, spec. Syri habent Pe. ܕܡܐ similis fuit, Pa. ܕܡܝ comparavit, Ethpa. ܐܬܕܡܝ pass., it. ܕܡܘܬܐ assimilavit, a ܕܡܘܬܐ. Arabes hoc significatu habent unum nomen دُمْيَة imago, idolum Ibn Doreid v. 41, inde poët. de femina pulchra, v. Abulfedaë ann. T. III. p. 340 ibique Reiskium. Hariri cons. XLV ed. de Sacy p. 524.

דְמָה chald. *similis fuit*. Part. דָּמֵה Dan. III, 26, f. דָּמְיָה VII, 5.

דָם sanguis, v. sub rad. אָדַם p. 27. Aliud vulgo putatur

דָם *similitudo*, in loco impedito Ez. XIX, 10: אִמְּךָ כַגֶּפֶן בְּדָמְךָ עַל מַיִם שְׁתוּלָה *mater tua* est *instar vitis*, *instar tui*, *quae plantata est ad aquas*. Kimchio enim בְּדָמְךָ est i. q. בִּדְמוּתְךָ, quod etiam vertendo exprimit Targ. cum Jarchio. Sed verba vix sana esse possunt, et haud scio an pro בדמך reponendum sit כרמך („*instar vitis in vinea tua*“), quod ipsum *Calmeto* placuisse video: saltem nihili est, quod occurrit *Hubigantius*, נסן כרמך sine exemplo esse. Ipse conieeit legendum נִדְמָה *similis est*, Targ. דָּמְיָא כגופן.

דְמוּת f. (nunquam masc., nam דְּמוּת אֶחָד Ez. I, 16. X, 10 reddendum: *species unius*, non species una) 1) *similitudo*, *imago*, i. q. syr. ܕܡܘܬܐ. Gen. I, 26: *faciamus homines* בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ *in imagine nostra*,

secundum similitudinem nostram, cf. V, 1. 3: *genuit filium* בִּדְמוּתוֹ כְּצַלְמוֹ *ad similitudinem et imaginem suam*, et supra pag. 173 A. 2 Chr. IV, 3: דְּמוּת בְּקָרִים *imagines boum*, boves ficti, fusiles. Jes. XL, 18: מַה־דְּמוּת תַּעַרְכוּ לוֹ *quid simile ei comparabitis?* — 2) *exemplar*. 2 Reg. XVI, 10. — 3) *species*. Ez. I, 16: דְּמוּת אֶחָד לְאַרְבַּעְתָּן *species unius erat quattuor illis*. Comm. 10. 13. Sq. genit. *species alicuius* est *species alicui similis*, ubi res describuntur in somnio vel in visione minus distincte visae. Ez. I, 5: וּמִתּוֹכָהּ דְּמוּת אַרְבַּע חַיּוֹת *et in ea* erat *species quattuor animalium*, h. e. species quaedam quattuor animalibus similis. V. 26: *et super firmamento* .... דְּמוּת כִּסֵּא וְעַל דְּמוּת הַכִּסֵּא דְּמוּת כְּמַרְאֵה אָדָם *erat species solii, et super specie solii* erat *aliquid instar speciei humanae*. Comm. 22. 28. VIII, 2. X, 1. 21. Dan. X, 16: הִנֵּה כִּדְמוּת בְּנֵי אָדָם נֹגֵעַ עַל־שְׂפָתָי *et ecce! aliquid instar speciei humanae tetigit labia mea*. — Inde 4) adv. *instar*. Jes. XIII, 4, כִּדְמוּת id. Ps. LVIII, 5. Ez. XXIII, 15.

דִּמְיוֹן id. *similitudo*. Ps. XVII, 12: דִּמְיֹנוֹ כְּאַרְיֵה *similitudo eius ut leonis*. Cf. Cor. Sur. 2, 17: مَثَلُهُمْ كَمَثَلِ ٱلَّذِى ٱسْتَوْقَدَ *similitudo eorum ut eius, qui ignem accendere studuerit*, et ita sexcenties.

II. דָּמָה i. q. דָּמַם et דּוּם 1) *siluit*, *quievit*. Jer. XIV, 17: *oculi mei in lacrimas effunduntur interdiu et noctu* וְאַל־תִּדְמֶינָה *neque quiescunt*. Thren. III, 49: עֵינִי נִגְּרָה וְלֹא תִדְמֶה *oculus meus effunditur, nec quiescit*. Eodem contextu Thren. II, 18 legitur תִּדֹּם. — 2) causat. *finem fecit* rei, inde *perdidit* (cf. הִשְׁבִּית ,הִכְחִיד ,הֶחֱרִים, כִּלָּה no. 4), impr. *vastavit*, *destruxit*. Hos. IV, 5: וְדָמִיתִי אִמֶּךָ *vasto matrem tuam* i. e. patriam tuam. Jer. VI, 2: *o pulchra et delicata* דָּמִיתִי בַּת־צִיּוֹן *vasto filiam Zionis* i. e. te (cf. Gen. V, 1. Ps. XLV, 6). Hieronymus quidem interpretatur: *speciosae et delicatae assimilavi filiam Sion*, neque aliter Syrus, sed דָּמָה in Kal comparandi significatu nusquam reperitur. Possis quidem cum Venema דָּמִית (pro דָּמִיתִ) in altera persona fem. accipere, in hanc sententiam: *pulchrae et delicatae similis es, o filia Sion*, sed oratio contexta illi interpretationi magis favet.

Niph. excisus est, *periit*, de hominibus. Hos. X, 15: בַּשַּׁחַר נִדְמֹה נִדְמָה מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל *mane excisus erit rex Israëlis*. Jes. VI, 5: אוֹי־לִי כִּי־נִדְמֵיתִי *heu mihi! nam pereo*; de brutis Ps. XLIX, 13. 21, de populis Obad. 5. Zeph. I, 11. Hos. IV, 6 (7), et urbibus Jes. XV, 1. Jer. XLVII, 5. Hos. X, 7. Caeterum in omnibus, quae laudavimus, exemplis legitur praeteritum, in futuro utuntur formis יִדַּמּוּ ,תִּדַּמּוּ, quae sunt Ni. verbi דָּמַם.

Not. *Similitudinis* et *quiescendi* potestas in hac rad. conciliari possint, si cum Philologis Batavis verbis דּוּם, דָּמָה ,דָּמַם primariam *complanandi* significationem tribueres, quae tum ad notionem *plani*, hinc *aequi*, *aequalis*, *similis*, tum ad *quietem* transferri poterat. Sed haec ipsa complanandi significatio in his radicibus mihi nequaquam primaria esse videtur (v. ad דָּמַם).

דֳּמִי i. q. דְּמִי m. *quies*. Jes. XXXVIII, 10: בִּדְמִי יָמַי אֵלֵכָה בְּשַׁעֲרֵי שְׁאוֹל *in quiete dierum meorum intrabo orci portas* i. e. eo vitae tempore, quo iam tranquille et quiete regnare poteram. Depingitur, ut bene Scheidius (ad cant. Hiskiae p. 19) ,,felicissimus status, quo depulso et divinitus devicto Assyrio, securissime et lautissime in abundanti omnium bonorum copia Ezechias regnum Judaicum tenuerit". Simplicissimam hanc interpretationem a me in Comment. ad h. l. commendatam et Winero (Lex. p. 229) atque Maurero (ad h. l.) etiam probatam ipse iam Scheidius proposuerat, l. c. p. 17—19 ,,utpote forte maiore se simplicitate commendantem" quam ea, de qua postea dicemus, quanquam non provocans ad usum vocabuli דְּמִי, quod maximum in hac re habet momentum. Alii דֳּמִי *subsistendi* significatu accipiunt, vel a) de media vitae humanae aetate, qua vitae cursus quasi subsistere videatur (v. Boettcher in Wineri Zeitschrift II, 1 p. 96) i. e. florente virili aetate [quod alibi est יְמֵי חָרְפִּי Iob. XXIX, 4], coll. loco parallelo Ps. CII, 25: אַל תַּעֲלֵנִי בַּחֲצִי יָמָי; vel b) de tempore, quo sol in medio coelo subsistere videtur i. e. meridie, propterea נְכוֹן הַיּוֹם, σταθερὸν ἦμαρ dicto (v. rad. כּוּן), in eandem sententiam: *in meridie dierum meorum*, coll. formula arab. دَوَّمَتِ ٱلشَّمْسُ فِى كَبِدِ ٱلسَّمَا *subsistit sol in culmine coeli* (v. Scheidium l. c. p. 14 sqq., quem sequuntur Rosenmuellerus, Hitzigius al.): utrumque non male, quanquam paulo longius petitum. — Ante Scheidium plerique reddebant *in excisione dierum meorum* i. e. vita mea excisa, praeeunte Abulwalide (معنى الهلاك ودبر *significatio est: excisio et mors*), Kimchio (כְּרִיתוּת), Jarchio al., frigide, et invito usu nominis דְּמִי. — Ex vett. intpp. solus Theodotion linguae usum secutus est reddens σιγῇ, reliqui e contextu fere coniecturam facientes Alex. ἐν τῷ ὕψει τῶν ἡμερῶν μου, ad quae verba Hieron. ,,LXX *excelsum* interpretati sunt ob literae similitudinem, *Rome* pro *Dame* legentes". Vulg. *in dimidio dierum meorum*. Sed Aqu. Symm. ἐν ἀσθενείᾳ et Targ. בִּדְוָן יוֹמַי (quasi legerint בִּדְוֵי יָמַי).

דְּמִי m. i. q. praec. *quies*. Jes. LXII, 6. 7: אַל דֳּמִי לָכֶם: וְאַל תִּתְּנוּ דֳמִי לוֹ *ne quiescatis vos, neque quietem concedatis ei* (Deo). Ps. LXXXIII, 2: אֱלֹהִים אַל דֳּמִי לָךְ *Deus, ne sis tranquillus* i. e. noli tranquille et nihil agens vexationes nostras spectare et auxilium differre (cf. חָרַשׁ, חָשָׁה).

דָּמַם praet. דָּמּוּ, imp. et inf. דֹּם fut. יִדֹּם pl. יִדְּמוּ Ex. XV, 16. Iob. XXIX, 21. Ps. XXXI, 18. Thren. II, 10 (more chaldaico) i. q. דּוּם et דָּמָה no. II 1) *siluit*, *tacuit*. Lev. X, 3: וַיִּדֹּם אַהֲרֹן *et tacuit Aharon*. Thren. II, 10. III, 28. Ez. XXIV, 17: הֵאָנֵק דֹּם Vulg. *ingemisce tacens*. Sq. לְ siluit alicui i. e. silens audivit aliquem. Iob. XXIX, 21: וְיִדְּמוּ לְמוֹ עֲצָתִי *siluerunt consilio meo*. Inde דָּמַם

לַיהוָה silens i. e. patienter et cum fiducia eius auxilium exspectavit Ps. XXXVII, 7. LXII, 6, cf. חָשָׁה ,חָרַשׁ sq. לְ. — 2) *stupuit, obstupuit* i. q. שָׁמֵם. (Aethiop. ደመመ: stupefecit, ተደመ: obstupuit, መደ መመ: stupefaciens, stupendus, it. stupendum, miraculum). Dicitur de admirante Ex. XV, 16: בִּגְדֹל זְרוֹעֲךָ יִדְּמוּ כָּאָבֶן *in magnitudine potentiae eius stupebunt instar lapidis* (cf. אֶבֶן דּוּמָם Hab. II, 19); simulque dolente. Jes. XXIII, 2: דֹּמּוּ יֹשְׁבֵי אִי *obstupescite* i. e. obstupescetis, *incolae litoris* (sc. Tyri). — Silentii autem vocc. apud Hebraeos saepe latius patent, et de eo etiam dicuntur, qui non tantum a loquendo, sed ab agendo quoque abstinet (cf. חָשָׁה ,חָרַשׁ), inde est 3) *quievit, cessavit.* Ps. IV, 5. Iob. XXXI, 34: וָאֶדֹּם לֹא אֵצֵא פָתַח *quietus fuissem, neque foras exiissem.* Thren. II, 18: אַל־תִּדֹּם בַּת־עֵינֵךְ *ne cesset pupilla oculi tui*, ne flere desinat. Iob. XXX, 27: מֵעַי רֻתְּחוּ וְלֹא דָמּוּ *viscera mea aestuant, neque cessant.* Jer. XLVII, 6, it. *substitit.* Jos. X, 12: שֶׁמֶשׁ בְּגִבְעוֹן דּוֹם *sol, subsiste Gibeone!* V. 13: וַיִּדֹּם הַשֶּׁמֶשׁ *et sol substitit.* 1 Sam. IV, 19. (Cf. arab. دام Conj. II. de sole in coelo subsistente, v. supra ad דְּמִי). — Denique 4) est *ad silentium et quietem redactus est*, videl. perditione et morte. Ps. XXXI, 18: יִדְּמוּ לִשְׁאוֹל *ad silentium redacti in orcum* detrudantur. Cf. Hi. et Ni.

Po. דּוֹמֵם *ad silentium redegit, compescuit.* Ps. CXXXI, 1.

Hiph. הֲדִם *ad silentium redegit* Jer. VIII, 14, quod vulgo explicant *perdidit*, sed vide ad Niph.

Niph. נָדַם plur. נָדַמּוּ (Jer. XXV, 37), fut. יִדַּמּוּ 1 Sam. II, 9. Jer. XLIX, 26. L, 30, it. תִּדֹּמִּי Jer. XLVIII, 2 i. q. Kal no. 4, ad silentium redactus est, *excisus est, periit* (de hominibus). 1 Sam. II, 9: רְשָׁעִים בַּחֹשֶׁךְ יִדָּמּוּ *impii pereunt in tenebris.* (Pro יִדָּמּוּ in multis codd. יִדְמוּ sine Dag. forti, quae scribendi ratio ferri potest et exemplis non caret, v. gramm. hebr. pag. 124 not. *) ed. XI). Jer. XLIX, 26. L, 30. LI, 6; *vastata est* regio. Jer. XXV, 37. XLVIII, 2. Huc referunt etiam Jer. VIII, 14: *eamus in urbes munitas* וְנִדְּמָה־שָּׁם *ibique pereamus*, interitum exspectemus (נִדְּמָה pro נִדַּמָּה), כִּי יְהוָה אֱלֹהֵינוּ הֲדִמָּנוּ *nam Jehova, deus noster, perdet nos* i. e. (auctore Schnurrero) nos perdere decrevit. Sed praestat, נִדְּמָה habere pro fut. Kal, et verba ita interpretari: *eamus in urbes munitas ibique quieti simus, nam Jehova, deus noster, ad quietem nos redegit* i. e. innumeris calamitatibus tandem silere et tacite vel auxilium divinum vel poenas ab eo decretas exspectare nos docuit. Bene Vulg. *et sileamus ibi, nam Deus silere nos fecit.*

In linguis cognatis Arabes habent دَمَّ delevit, perdidit, et دام tranquillus fuit, inde mansit, perseveravit, دَوْم aqua tranquilla, Aethiopes *stupendi* significatum (v. supra ad Kal no. 2), quae omnia a silendo ducta sunt. Belgarum quidem etymologi, ut Alb. Schult. Clav. dial. p. 225. ad Iob. p. 108, Scheid. ad cant. Hiskiae p. 14 sqq. verborum דּוּם ,דָּמָה et דָּמַם originem quaerunt in *complanando,* quam vim praeter alias habet arab. دَمَّ, idque translatum volunt 1) „ad fluctus, strepitus, voces post motum residentes, *complanatas*, ad *quietem silentiumque compositas,* 2) alio flexu ad *perditionem* et *excidium*, quatenus solo aequantur, complanantur, quae exscindimus". Sed haec arbitraria sunt longiusque repetita, atque primaria vis trium illorum verborum est potius *mutum esse,* quod refertur tum ad *silentium* et *quietem*, tum ad *stuporem* et admirantis et stupidi, tum denique ad *vastationem* et *excidium*, quandoquidem quae vastantur, deserta fiunt et pereunt, ea silent et quiescunt (cf. צָמַת). Radix enim nostra onomatopoëtica et latissime patens in aliis quoque linguarum propaginibus, pariter atque vicinae דָּמָה ,דּוּם ,הָמָה, et gr. *μύω*, sonum oris clausi (*hm, dm*) imitatur, eandemque vim primariam habent שָׁמַם ,דָּהַם aliaque in m exeuntia (cf. Drechsler Grundlegung zur wiss. Construction des Sprach- und Wörterschatzes p. 59 sq.), ut eas nunc taceamus, in quibus oris clausi notio ad saporem (טָעַם), vel inediam (צוּם), vel ad sonos frementes (בָּרַם ,נָהַם ,נָאַם ,הָמָה), vel denique in universum ad *claudendi* potestatem (v. עָצַם ,אָטַם cet.) relata est. E graecae linguae stirpibus huius familiae est *μύω*, quod tum de ore, labiis, oculis clausis, tum de sonis ore clauso prolatis frequentant (v. Passow Lex. gr. v. *μῦ*, *μύω* et quae ibi laudantur); dein *θαῦμα, θάμβος* = hebr. שָׁמֵם, chald. תְּמַהּ; lat. *mutus* (a *μύδος, μύω*) et magis etiam in linguis germm. *dumm* theotisce = stupidus, angl. et anglosax. (quod ad originem propius) = *mutus*, quod apud nos addito sibilo *stumm*, cf. lat. *stupor, stupidus,* et nostr. *staunen*, angl. *to stun*, gall. *étonner.*

דְּמָמָה f. *silentium*, veluti ventorum, inde *malacia* Ps. CVII, 29. קוֹל דְּמָמָה vox silentii i. e. tenuis, lenis 1 Reg. XIX, 12 et sic poët. per *ἓν διὰ δυοῖν* Iob. IV, 16: דְּמָמָה וָקוֹל אֶשְׁמָע *silentium et vocem audivi* i. e. vocem lenem, susurrum, nisi mavis: *silentium erat et vocem audivi.* LXX. Vulg. *lenem auram* intelligunt.

דֻּמָּה f. *vastatio.* Ez. XXVII, 32: מִי כְצוֹר כְּדֻמָה *quis sicut Tyrus*, quae est *sicut vastatio* i. e. talis qualis unquam fuit urbs ab hostibus vastata. Vide de כְּ intensivo, h. v. no. 4. Quanquam hoc ferri possit, placet tamen coniectura Hitzigii (Ephemerid. Ienens. 1830. T. IV p. 373) מְדֻמָּה legentis („*Tyrus vastata*"): similiter iam Hubigantius coniecerat נִדְמָה, quod propius etiam a scriptura vulgari abest.

דָּמַן rad. inusit. Arab. دمن *stercoravit* terram. II. stercore conspurcavit locum pecus, homo domum, it. دمل stercoravit, دَمَال melit. *demel* stercus. Posterior haec forma arguit, vicinum esse hoc vc. radicibus דָּבַל, זָבַל, unde זבול ,זבל stercus, et originem esse in forma rotunda et globosa stercoris.

דֹּמֶן m. *stercus, fimus.* (Arab. دِمْن ,دَمَان id.

spec. stercus, globosum pecoris, دِمْنَةٌ fimetum). 2 Reg. IX, 37: *sicut stercus in superficie agri*. Eadem formula est Jer. VIII, 2. IX, 21. XVI, 4. XXV, 33, et ei similis Ps. LXXXIII, 11.

דִּמְנָה (i. q. دِمْنَةٌ fimetum) n. pr. oppidi Sebulonitarum. Jos. XXI, 35.

מַדְמֵן (fimetum) n. pr. oppidi in finibus Moabitarum. Jer. XLVIII, 2.

מַדְמֵנָה f. 1) *fimetum*. Jes. XXV, 10: *et Moab conculcabitur in loco suo* כְּהִדּוֹשׁ מַתְבֵּן בְּמֵי מַדְמֵנָה *sicut conculcatur stramen in aqua fimeti*, Keri בְּמוֹ מַדְמֵנָה in fimeto. Sed illud praestat, cf. Comm. 11. — 2) n. pr. oppidi in tribu Benjamin, haud procul ab Hierosolymis Jes. X, 31.

מַדְמַנָּה (fimetum) n. pr. oppidi in australi parte tribus Judae. Jos. XV, 31.

דָּמַע *lacrimavit* Jer. XIII, 17. Aram. et arab. دَمَعَ id. Melit. *dammagh* id. etiam de vite stillante. Inde

דֶּמַע m. *lacrima*, metaph. de lacrima olivarum et uvarum i. e. de vino et musto (cf. graec. *δάκρυον τῶν δένδρων* Theophr., arborum lacrimae Plin. 11, 6). Ex. XXII, 29: מְלֵאָתְךָ וְדִמְעֲךָ LXX. *ἀπαρχὰς ἅλωνος καὶ λῃνοῦ*. (Samaritani ▽ࠃࠌࠏ de praestantissima quacunque re frequentant, v. Gen. XLV, 8 et Carm. sam. a nobis edita III, 4. Melit. *demgha* est lacrima, gutta).

דִּמְעָה f. *lacrima*, sed ubique coll. *lacrimae*. LXX. *δάκρυα*. (Arab. دَمْعٌ lacrimae, دَمْعَةٌ lacrima una. Similiter gr. *δάκρυ* a poëtis plerumque collect. usurpatur v. Bernhardium in synt. gr. p. 58 et ad Dionys. Perieget. 293). Thren. II, 18: הוֹרִידִי כַנַּחַל דִּמְעָה *fac descendant lacrimae instar torrentis*. Ps. XLII, 4: הָיְתָה לִּי דִמְעָתִי לֶחֶם *lacrimae mihi instar panis sunt*, nullo non die lacrimas fundo a pane quotidiano abstinens, cf. LXXX, 6: הֶאֱכַלְתָּם לֶחֶם דִּמְעָה. (Ovid. Met. 10, 288: cura dolorque animi lacrimaeque alimenta fuere). Jer. XIII, 17: תֵּרֵד עֵינִי דִּמְעָה *oculus meus descendit in lacrimas* (v. יָרַד). IX, 16. XIV, 17. — Ps. VI, 7. XXXIX, 13. LVI, 9. CXVI, 8. CXXVI, 5. Jes. XVI, 9. XXV, 8. XXXVIII, 5. (2 Reg. XX, 5). Jer. VIII, 23. XXXI, 16. Thren. I, 2. Ez. XXIV, 16. Mal. II, 13. Eccl. IV, 1.

דָּמַר rad. inusit. Arab. دَمَرَ perdidit, exitio dedit. Syr. ܬܡܰܗ miratus est, obstupuit. Aethiop. ደመረ: miscuit. Sed aliam originem habet

תַּדְמֹר n. pr. urbis in deserti syriaci regione fertili Damascum inter et Euphratem a Salomone conditae 1 Reg. IX, 18 Keri (quod tamen multi codd. et complures editt. vett. in textu habent, Chethibh est תָּמָר). 2 Chr. VIII, 4. Hodieque ea تَدْمُر appellatur, gr. et lat. *Παλμυρά* et *Παλμιρά* Joseph. Antiqu. VIII, 6, §. 1, *Palmira* Plin. 5, 26 Hard., quo iam Hieronymus usus est l. c. Quod ad etymon attinet, תַּדְמֹר dictum videtur pro תַּתְמֹר i. e. locus palmarum ferax. Arguit hoc tum aliud nomen urbis תָּמָר, idque probabiliter antiquius et minus usitatum 2 Reg. l. c. Chethibh, tum forma تَتْمُر passim apud Arabes obvia pro تَدْمُر (v. *Schultensii* ind. geogr. ad vit. Saladini v. Tadmor), tum denique forma graeca et latina *Παλμυρά*, *Palmyra*, quae partim significationem nominis semitici reddere, partim formam imitari videtur (contra Arabes Hispani *Palmam*, Hispaniae urbem Cordubam inter et Sevillam, تدمير appellabant, v. Casirii bibl. Escurial. I, p. 372): et nihil momenti habet, quod Motenabbius (in de Sacy chrest. arabe I, 359) ad aliam derivationem e lingua arabica (a دمر perdidit) alludit. — De historia urbis Salomonem inter et Plinium nihil memoriae proditum. Hic vero ita (l. c.): „Palmira nobilis urbs situ, divitiis soli et aquis amoenis, vasto undique ambitu arenis includit agros ac velut terris exemta a rerum natura, privata sorte (i. e. sui iuris) inter duo imperia summa, Romanorum Parthorumque, et prima in discordia semper utrimque cura.“ Postea seculo post Chr. tertio ab Odenato et Zenobia magnifice exornata et imperii sedes facta, ab Aureliano vastata, a Diocletiano autem magnam partem restituta est. Cf. Cellarii dissert. de imperio Palmyreno, Halae 1692. 1708. 4. eiusd. not. orb. nat. II, 366. Rosenmuelleri bibl. Alterthumsk. I, 2 p. 274 sqq. Rudera eius Arabibus iam celebrata (v. Abulf. descr. Arabiae p. 35 ed. Gagn.) iconibus elegantissimis expressa et descripta dedit Rob. Wood the Ruins of Palmyra, otherwise Tadmor in the desert. Lond. 1753 fol. max., titulos aramaeos graecosque, qui magno numero in his ruinis reperti sunt, explicuerunt Barthelemy in Reflexions sur l'alphabet et la langue, dont on se servoit autrefois à Palmyre, Paris 1754 et Jo. Swinton in Philos. Transactions T. XLVIII. Ipsum urbis nomen modo plene ibi scribitur תדמור (inscr. V) modo defective תדמר, v. Swinton l. c. p. 753.

דַּמֶּשֶׂק, bis דַּרְמֶשֶׂק (Dagesch forti more Syrorum in Resch resoluto, v. ר) 1 Chr. XVIII, 5. 6, semel דּוּמֶשֶׂק 2 Reg. XVI, 10 n. pr. *Damascus*, urbs nobilissima Syriae, arab. دمشق et دمشق, syr. ܕܰܪܡܣܘܩ (Pesch. Barhebr.), forte ܕܡܣܘܩ (v. Castelli Lex. syr. ed. Mich. p. 204). Quod ad originem nominis attinet, ut ridicula taceam veterum commenta (Phil. Opp. T. I. p. 480 Mang. cf. Michaëlis suppl. 455); Jo. Simonis (Onomast. V. T. p. 439) id compositum censet ex אָדָם

rubuit et סמק chald. et syr. 'rubuit, arab.' transpositis litteris مَشْق terra rubra, ut דמשק terram rubram notet: Arabum philologi id nominis ei datum putabant a celeritate, quae in ea aedificanda adhibita sit, coll. دَمْشَق properavit, strenuus fuit, دَمْشَق, دِمَشْق velox, expeditus, strenuus (v. Alb. Schult. ind. geogr. ad vit. Salad. v. Damascus): equidem malim a strenuitate s. industria in artibus et mercatura exercendis. Sita erat haec urbs antiquissima (Gen. XIV, 15. XV, 3) ad radices Antilibani (v. Cant. VII, 4) in planitie magna et amoenissima الغوطة dicta, compluribus fluviis rivisque (v. אֲמָנָה, פַּרְפַּר) irrigua. A Davide expugnata (2 Sam. VIII, 5. 6. 1 Par. XVIII, 5 sqq.) Salomone regnante libertatem recuperavit, sedesque regni facta est a Resone (v. רְזוֹן) conditi 1 Reg. XI, 24, cuius reges (Benhadad I, II, Hasaël, Benhadad III, forte Hadrach, v. בֶּן־הֲדַד p. 218, חַדְרָךְ, חֲזָאֵל) bellis cum regno Samaritano gestis claruerunt, donec regnante Rezino (v. רְצִין) Tiglatpileser, Assyriae rex, Damascum imperio suo subiecit civibus eius ad mare Caspium traductis, anno ante Chr. 740. (2 Reg. XVI, 9. Jes. VII, 4. 8. VIII, 4. X, 9. XVII, 1. 3. Am. I, 3—5. V, 27). Urbs tamen nequaquam vastata (ut male Vulg. 2 Reg. XVI, 9) Jeremiae adhuc et Ezechielis tempore florebat (Jerem. XLIX, 23. 24. 27. Ez. XXVII, 18. XLVII, 16—18. XLVIII, 1) et etiamnum est in opulentissimis anterioris Asiae urbibus. De historia eius vid. J. C. J. Walchii antiquitt. Damascenae illustratae. Jen. 1757. 4. Bueschingii Asia p. 363, Aem. Roedigerus in Enclyc. univers. T. XXII s. v. Damaskus, de eiusdem situ Guil. Tyrius XVII, 3. Abulfedae tab. Syriae ed. Köhler pag. 100. Edrisii Syria ed. Rosenm. in Analect. arab. III, 9, et ex recentioribus Pococke descr. Orientis II, p. 174 sqq. ed. germ. Niebuhrii itin. II, tab. 51. O. v. Richter Wallfahrten in den Orient. 138. 149. 151.

2) i. q. אִישׁ דַּמֶּשֶׂק vel בֶּן דַּמֶּשֶׂק *Damascenus* Gen. XV, 2, ut כְּנַעַן Hos. XII, 8 pro כְּנַעֲנִי. Integrum locum illustravimus s. v. מֶשֶׁק, rad. מָשַׁק.

דְּמֶשֶׁק (sec. codd. bene multos דַּמֶּשֶׂק et דַּמֶּשֶׁק, v. de Rossii schol. crit.) *pannus Damascenus*, isque sericus, artificiose textus, qui hodieque in linguis occidentalibus ab urbe Damasco denominatur (angl. et dan. *Damask*, ital. *Damasco*, gall. *Damas*, germ. *Damast*). Amos III, 12: *sedentes Samariae* ..... בִּדְמֶשֶׁק עָרֶשׂ *in panno Damasceno strati*, auf dem Damast des Ruhebettes. Idem vc. litteris varie permutatis et transpositis reperitur apud Arabes. Usitatissima forma est دِمَقْس Amrulk. 12 Lett. (10 Hengst.) Hamas. ed. Freitag p. 276. 556, it. Jes. III, 24 (pro gr. μεσοπόρφυρον) 1 Sam. II, 18. 2 Sam. VI, 14 (pro syr. ܕܡܣܩܐ), quae in Kamuso p. 760 ita explanatur: الدِّمَقْس .... الأَبْرِيسَم او القَزّ او الدِّيبَاج او الكَتَّان كالدِّمَقْاس وثوبٌ مُدَمْقَس مَنْسُوج به i. e. *sericum generatim aut e folliculis factum, ex quibus iam eruperunt papiliones* (Floretseide), *aut vestis serica picta, aut byssus. Dicitur etiam* دِمَقْاس, *et vestis tali serico texta* مُدَمْقَس. Tebrizius ad Hamas. l. c. *sericum album* interpretatur, sed tale, ni fallor, intelligendum, cui flores aliaeve figurae intextae sunt more Damasceno, *weisser Damast*. Alibi (p. 867) in Kamuso recensentur formae دِمَقْص et دِمَقْاص, et praeterea a Tebrizio et Susenio ad Amrulk. l. c. الدمسق et مدقس, quorum prius, nec non دِمَسْاق, دِمَصْق, دِمَصْاق etiam a Golio et Castello laudantur sub auctoritate Kamusi, in quo tamen has formas desidero (cf. Freytagii Lex. II, p. 57). Quicquid est, mihi non dubium, ista vocabula arabica, aeque ac hebraeum et supra ex linguis occidentalibus laudata, a nomine Damasci urbis ducta esse, quae hodieque pannis bombycinis sericisque artificiose textis celebratur. Mercium a patria denominatarum varia dedimus exempla v. אוֹפִיר, et contra neque in lingua arabica huius quadrilitteri originem facile monstraveris neque probari potest Vateri sententia ad h. l., qui vc. arabicum persicae originis et ex دم filum et قز sericum conflatum esse censebat. Quod enim دم filum notet, id sine auctoritate dixisse videtur, et قَزّ (Floretseide) Arabiam, non Persiam, agnoscit patriam, quanquam Persae hoc vc., quod كژ scribunt, civitate donarunt.

Interpretes hebraei, auctore Aben Esra, דְּמֶשֶׁק h. l. *angulum* interpretantur, quae mera est coniectura ex verbis praecedentibus פְּאַת מִטָּה ducta, nisi forte conferendum arab. دمس abdidit, occultavit. III. latuit.

דֵּן chald. pron. demonstrativum, nonnisi in st. emphat. דְּנָה i. q. hebr. זֶה, sed utriusque sexus: *hic, haec, hoc*. Ponitur vel separatim Dan. II, 28: חֶלְמָךְ — דְּנָה הוּא *somnium tuum — hoc est*. 36. V, 22: כָּל־דְּנָה יְדַעְתָּ *omne hoc novisti*, vel cum substantivo, cui plerumque postponitur, ut רָזָא דְנָה hoc mysterium II, 18. 30. 47, כְּתָבָא דְנָה haec scriptura V, 7. 15. 24, דָּנִיֵּאל דְּנָה hic Danieles VI, 4. 6, adde Esr. V, 3. 9. 12. 13. VI, 11. 15—17. 24, sed passim etiam praeponitur, ut דְּנָה בִנְיָנָה Esr. V, 4. (In Targg. frequentatur דֵּין, הָדֵין, הָדֵין pro אִידֵין, זֹאת, זֶה quis? In lingua melitensi est *dān*, *dāna* hic, *dīn*, *dīna* haec, *davn*, *davna* hi, et saepe praefixa syllaba hy, *hydān*, *hydīn*, *hydavn*, v. Vassalli gr. melit. p. 147. Ortae autem sunt hae formae ex simplici זֶה addito Nun, ut in אֵלֶּין, דִּכֵּן, אִלֵּין).

C. praepositt. a) כִּדְנָה sicut hic Dan. III, 29, *sicut hoc* i. e. ita. Esr. V, 7: כִּדְנָה כְּתִיב *ita scriptum erat*. Jer. X, 11. מִלָּה כִדְנָה verbum tale. Dan. II, 10. (In Targg. כְּדֵין ita). — b) עַל דְּנָה *propterea* Esr. III, 15. IV, 15.

VI, 11: — c) אַחֲרֵי דְנָה *postea.* Dan. II, 29. 45. — d) כָּל־קֳבֵל־דְּנָה v. קֳבֵל.

דנג rad. inusit., quam *liquescendi* potestatem habuisse censeo, pariter atque דוג (quae tamen forma deperdita est), דָּאַג, τήκω. Verba enim med. Nun saepe significatione congruunt cum verbis med. Waw, cuius rei exempla dedimus ad litt. Waw.

דּוֹנַג Ps. LXVIII, 3 (Milel). XCVII, 5. Mich. I, 4 (Milra), in pausa דּוֹנָג Ps. XXII, 15 m. *cera,* a liquefaciendo dicta. Haec enim vera origo vocabuli, de qua desperaverunt *J. D. Michaëlis* (Suppl. 456), *Eichhornius, Winerus,* futilia autem sunt, quae de origine coniecerant *Scheidius* et *Simonis,* quorum ille confert arab. دنج stabilivit, firmavit rem (cera a „firmitate s. concretione"), hic adeo arcessit arab. غدن עָדַן flexilis fuit. Caeterum formae דּוֹנַג (Milel) et דּוֹנַג (Milra), דּוֹנָג eodem modo iudicandae atque כּוֹבַע (Milel et Milra) et כּוֹבַע, de quo vide infra rad. כָּבַע.

דנן rad. inusit. Arab. دَنَّ susurravit. Inde

דִּנָּה n. pr. oppidi in tribu Judae. Jos. XV, 49.

* * *

דִּנְהָבָה (fort. pro דִּי נְהָבָה dominus i. e. locus direptionis, i. e. praedonum latibulum, cf. نهب praedatus est) n. pr. oppidi Idumaeorum Gen. XXXVI, 32. 1 Chr. I, 43.

דעה rad. inusit. i. q. arab. دعا *vocavit,* cuius vestigia habes in nomm. pr. אֶלְדָּעָה et

דְּעוּאֵל (invocatio Dei) n. pr. viri. Num. I, 14. VII, 42, pro quo II, 14 legitur רְעוּאֵל.

דֵּעָה, דֵּעַ v. יָדַע.

דָּעַךְ *exstinctus est.* (Syr. et chald. ܕܥܟ, דְּעַךְ id. Pa. et Aph. exstinxit, ܡܕܥܟܢܐ exstinctio. Vicinum est hebr. זָעַךְ). Pr. de lucerna Prov. XIII, 9: נֵר רְשָׁעִים יִדְעָךְ *lucerna impiorum exstinguitur* i. e. fortuna eorum perit, cf. proverbium arab. الدهر اطفا سراجى mala fortuna exstinxit lucernam meam i. e. perdidit spes opesque meas (v. Schult. ad Iob. XVIII, 5). Prov. XX, 20. XXIV, 20. Iob. XVIII, 5. 6. XXI, 17. Translate de interitu hostium Jes. XLIII, 17, et de aqua exstincta, v. Niph.

Niph. exstincta est i. e. exaruit aqua (cf. exstinguere aquam Liv. V, 16, succum Curt. VI, 4, mammas i. e. exsiccare Plin. XXIII, 2). Iob. VI, 17: בְּחֻמּוֹ נִדְעֲכוּ מִמְּקוֹמָם *aestu eius exstinguuntur* (rivi) et *evanescunt de loco suo.*

Pu. exstinctus est hostis Ps. CXVIII, 12.

דעל rad. inusit. Arab. دعل III. dolum struxit. دغل IV. decepit, دَغَل dolus, dolosus, cf. دجل ,دغل. Sed sam. ࠃࠏࠋ est i. q. דָּחַל timuit.

תִּדְעָל (timor, veneratio) n. pr. regis Gen. XIV, 1. LXX. Θαργάλ (תרעל).

דפה rad. inusit., quae *trudendi,* inde *impingendi* potestatem habuisse videtur (*stossen,* anstossen). Arab. دفا obruit saucium et interfecit, pr. feriit, trusit ad labandum (niederstossen), cf. radd. affines دَفَّ II. III. irruit in saucium eum necaturus, دفع trusit, pepulit, דָּפַק pulsavit, it. הָדַף trusit, נָדַף dispulit. Inde

דֳּפִי in pausa דֹּפִי m. *offendiculum,* in quo quis impingit (Anstoss), σκάνδαλον. Ps. L, 20: *sedes et in fratrem loqueris* בְּבֶן־אִמְּךָ תִּתֶּן דֹּפִי *et filio matris tuae ponis offendiculum,* ei ponis lapidem in quo offendat vel laqueum in quo irretiatur i. e. ei struis insidias. Bene LXX. κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρός σου ἐτίθεις σκάνδαλον. Vulg. adversus filium matris tuae ponebas scandalum. Targ. retinet: תִּשְׁוֵי דֻּפְיָא. — Hebraei interpretes interpretantur דִּבָּה רָעָה *infamia,* meram coniecturam secuti ex altero membro ductam. Juda ben Karisch: تفسيره لغزا وعيبا واقراف وهذا اللفظة فى التلمود والمشنه كثيرا *significatio eius est obtrectatio et opprobrium et accusationes. Saepe reperitur hoc vc. in Gemara et in Mischna.* J. D. Michaëlis (Suppl. p. 457) דֹּפִי reddit *vulnus* vel *ipsum telum* (ab arab. دفا) idque ad obtrectationes referri censet. Sed illud praefero utpote iam Versionis alex. auctoritate firmatum.

דָּפַק 1) *pulsavit* (ianuam) Cant. V, 2 cf. Hithpa. LXX. κρούω. 2) *propulit acrius* gregem Gen. XXXIII, 13. LXX. καταδιώκω. (Arab. دفق celeriter incessit, pr. propulsus est). De origine, quod est in trudendo, v. ad rad. דָּפָה.

Hithp. part. מִתְדַּפְּקִים *certatim* (hanc enim vim in conj. Hithp. h. l. inesse censeo) *pulsantes* fores Iud. XIX, 22. Inde

דָּפְקָה n. pr. stationis Israëlitarum in deserto. Num. XXXIII, 12. Seetzenius (in v. Zach. monatl. Correspond. XXVII, p. 71) confert locum *el Tobbacha* dictum.

דקל rad. inusit. Arab. دَقَل, aram. דִּקְלָא, ܕܩܠܐ palma.

דָּקֶל Gen. II, 14 in cod. Sam., v. חִדֶּקֶל.

דִּקְלָה f. Gen. X, 27. 1 Chr. I, 21 n. pr. regionis Arabiae Joctaniticae, prob. palmiferae, quales plures in Arabia reperiuntur. Ac nobile quidem palmetum statim in Arabiae felicis aditu erat, graece *Φοινικών* dictum (Diod. II, 41. Ptol. 6, 7), nimis tamen a reliquis Joctanidarum finibus remotum: non displicet propterea Bochartus qui (Phaleg II, 22) Minaeorum regionem intelligit, palmarum proventu feracem (Strabo XVI, p. 776 Casaub. Plin. 6, 28). Quum ܕܩܠܬ Tigridem notet, J. D. Michaelis (spicileg. II, 176) huius fluvii accolas intelligere volebat: sed in Arabia quaerendi omnes Joctanitae.

דָּקַק praet. דַּק, fut. יָדֹק 1) *contudit*, *comminuit*, spec. triturando. (Rad. onomatop. cui vicinae sunt דָּכַךְ, דָּכָה ,דָּכָא et דָּחַח ,דָּחָה ,דָּוָה q. v. Arab. دَقَّ I. II. IV. tundendo fregit et intrans. tenuis fuit instar pulveris, دِقّ subtilis, gracilis, دَقِيق farina, دُقَّة pulvis tenuis. Melit. *dekkek* contudit. Aethiop. ደቀቀ: comminuit, ደቀቅ: comminutum, pulvis, arena, it. pusillus, parvus, cf. etiam ደገደገ: macer, macilentus fuit, v. hebr. no. 3. De usu Aramaeorum v. infra). Jes. XLI, 15: *ecce! te faciam tribulam, acutam et novam* .... תָּדוּשׁ הָרִים וְתָדֹק *triturabis montes et comminues eos.* In duplici significatione luditur Jes. XXVIII, 28: לֶחֶם יוּדָק כִּי לֹא לָנֶצַח אָדוֹשׁ יְדוּשֶׁנּוּ .... לֹא יְדֻקֶּנּוּ *triticum trituratur, sed non continuo triturat illud* (agricola) .... *nec comminuit illud.* Prius enim יוּדָק est i. q. יוּדַשׁ comm. 27 (nisi ita legendum) plaustello equisve exculcatur, opp. יֻחְבַּט comm. 27, יְדֻקֶּנּוּ comminutionem granorum, a qua abstinendum est, denotat. De triturando etiam Arabes hac radice utuntur, unde دَقُوقَة boves asinique triturantes. Ad rem observandum est, equos bovesque triturantes ad cursum citatiorem impellendos esse, ne grana comminuantur. Chardin Voyages III, p. 103: „die ganze Kunst besteht darin, dass man das Korn schont und nicht zermalmt." — 2) *comminutus, tenuis fuit.* Ex. XXXII, 20: וַיִּטְחַן עַד אֲשֶׁר־דָּק *et comminuit* (eum), *donec tenuis esset* pulveris instar. Deut. IX, 21. — 3) *tenuis, gracilis* fuit, v. adj. דַּק, it. subtilis fuit, v. דֹּק.

Hiph. הֵדַק i. q. Kal no. 1 *comminuit*, v. c. altaria, idola. 2 Reg. XXIII, 15: *et excelsum comminuit in pulverem.* Comm. 6. 2 Chr. XV, 16. XXXIV, 4. 7. Inf. הָדֵק adv. *tenuiter* (pulveris instar). Exod. XXX, 36. Metaph. Mich. IV, 13: *et comminues multas gentes.* Inf. הָדֵק 2 Chr. XXXIV, 7. Fut. c. Suff. אֲדִיקֵם pro אֲדִקֵּם 2 Sam. XXII, 43.

Hoph. pass. Jes. XXVIII, 28, v. Kal no. 1.

דְּקַק chald. id. *comminutus est;* in Peal tantummodo דָּקוּ pro דַּקּוּ Dan. II, 35.

Aph. הַדֵּק *comminuit*, in 3 praet. fem. הַדֶּקֶת Dan. II, 34. 45, pl. הַדִּקוּ (in Pausa) Dan. VI, 25, fut. יַדִּק Dan. II, 40. 44, c. Suff. תְּדֻקִנַּהּ VII, 23. Part. מְהַדֵּק II, 40, f. מַדְּקָה VII, 7. 19. Syr. Pe. Pa. et Aph. comminuit. Ethpe. pass., ܪܚܝܐ ܕܩܘܩܐ mola trusatilis, ܡܕܩܘܩܐ mortarium.

דַּק adj. f. דַּקָּה 1) *tenuis*, *comminutus*, *minutus*, pr. de pulvere. Jes. XXIX, 5: אָבָק דַּק *pulvis tenuis.* Lev. XVI, 12, hinc subst. *minutum*, *pulvis*, *pulvisculus.* Ex. XVI, 14. Jes. XL, 15. — 2) *tenuis*, *gracilis*, de crine tenui Lev. XIII, 30, de vaccis et aristis macris Gen. XLI, 3. 4. 7. 23, de homine nimium emaciato, tabido Lev. XXI, 20 (cf. arab. مَدْقُوق phtisi laborans, quo vocabulo h. l. utitur etiam Arabs Erpen., دِقّ febris hectica, cf. supra de usu aethiop. s. rad. no. 1). Sed Syrus reddit ܙܥܘܪܐ parvus, pusillus (cf. aethiop. ደቂቅ: parvus, puer, filius). Gr. Venet. *στωώδης*, prob. rigidus, qui unum alterumve membrum rigidum s. exsiccatum, tabidum habet. Alii, ut Vulg. (*lippus*), Onk., Saad. (اخفش lusciosus), Kimchius, vitium oculorum intelligunt, coll. talm. דוּקָּא quod pelliculam oculo superinductam denotat (Bechor. c. 6). Denique LXX *ἔφηλος* i. e. qui faciem habent solis ardore maculatam (mit Sommersprossen).

דָּקַר fut. יִדְקֹר *transfodit*, *confodit* aliquem gladio, hasta, gladio interemit. (Syr. ܕܩܪ et ܢܩܪ pupugit, transfodit, cornu petiit. Sam. i. q. hebr. Talmud. דקר virga acuta). Num. XXV, 8. Iud. IX, 54. 1 Sam. XXXI, 4. 1 Par. X, 4. Zach. XIII, 3. Sed Zach. XII, 10: *transfodere*, metaph. dictum est pro maledicere, conviciari, cf. חָרַף ,נָקַב, quanquam sunt, qui proprie id accipiant.

Niph. pass. Jes. XIII, 15.

Pu. id. Jer. XXXVII, 10. LI, 4. Thren. IV, 9: *beatiores confossi gladio, quam fame,* שֶׁהֵם יָזוּבוּ מְדֻקָּרִים מִתְּנוּבֹת שָׂדָי *nam hi contabuerunt transfixi* i. e. interemti *defectu proventuum agri.* מְדֻקָּרִים audacius h. l. vi oppositi dicitur de fame peremtis, ut in priore membro חַלְלֵי רָעָב opp. חַלְלֵי חֶרֶב (cf. Jes. XXII, 2 et eandem metaphoram in verbo طَعَنَ confodit hasta, et med. E. O. peste laboravit pr. ea ictus, confossus est, طَاعُون pestis a Deo immissa, مَطْعُون peste laborans). Vulg. *contabuerunt consumti a sterilitate terrae.* Reliqui intpp. ad verbum reddiderunt LXX *ἐκκεκεντημένοι.* Gr. Venet. *κεκεντημένοι.* Syr. ܡܬܕܩܪܝܢ percussi, quanquam sententiam nemo eorum assecutus est. Alb. Schult. in Opp. min. p. 495 coll. arab. دَقَرَ cibo repletus fuit, nostrum locum reddit: *quum isti perfluant repleti ventres proventibus agri*, sed invito usu linguae hebraeae.

דֶּקֶר n. pr. viri 1 Reg. IV, 9.

בֶּדְקַר n. pr. centurionis regis Jehu. 2 Reg. IX, 25. Quod ad etymon attinet, בִּדְקַר (de quo minus recte egimus p. 181 B) est pro בֶּן־דֶּקֶר filius transfossionis i. e. transfossor, בֶּן enim aeque ac בֵּית in nominibus (p. 175 A) decurtatur in ב praefixum, unde Syrus h. l. ܒܪ ܕܩܪ. Sic בִּדְן pro בֶּן־דָּן Danita, בִּלְדַּד pro בֶּן־לְדַד filius litis, litigator, בִּלְשָׁן pro בֶּן לָשׁוֹן filius linguae, loquax, בִּמְהָל filius circumcisionis, בִּעֲלִיס filius exsultationis, בִּרְקוֹס filius picturae, בִּרְשַׁע filius malitiae, בִּשְׁלָם filius pacis, quae omnia eandem analogiam sequuntur, ut corrigenda sint, quae supra (litt. ב) de horum nominum etymo diximus.

Audacius etiam Arabes contrahunt بَلْعَنْبَر pro بنو العنبر, بلعجلان pro بنو العجلان, بلحارث pro بنو الحارث, v. Tebrizi ad Hamâsa p. 3 Freyt.

מַדְקְרוֹת pl. f. *confossiones* gladii. Prov. XII, 18.

דָּרָא rad. inusit. Arab. دَرَأَ *pepulit, repulit*, max. malum. Exempla ex Corano (3, 162. 13, 22. 24, 8. 28, 54) dedit J. D. Michaelis in Supplemm. 462. Adde Tograi 34. Vicina sunt درء repulit malum, درج impulit, repulit. Inde

דֵּרָאוֹן m. *aversatio, abominatio*. Dan. XII, 2: *hi ad dedecus* לְדִרְאוֹן עוֹלָם *ad ignominiam aeternam*. LXX et Theod. αἰσχύνη. Syr. ܠܚܣܕܐ). Et

דֵּרָאוֹן m. Jes. LXVI, 24 *quod abominationi est*.

דָּרַב rad. inusit. i. q. arab. ذرب acuit, med. E. acutus fuit. II. IV. acuit. Aeth. quadril. ደርጎየ፡ fixit, confixit sagitta, iaculatus est.

דָּרְבוֹן nonnisi in pl. דָּרְבוֹנוֹת (lege *dorbonoth*, cf. Lgb. p. 43) *aculei*. Eccl. XII, 11: דִּבְרֵי חֲכָמִים כַּדָּרְבֹנוֹת *verba sapientum* sunt *sicut aculei*, i. e. aculeorum instar alte descendunt in pectora hominum iisque manent infixa.

דָּרְבָן m. (lege *dorban*, de Metheg v. Lgb. p. 43) *stimulus* boum, βούκεντρον. 1 Sam. XIII, 21. Quod utramque hanc formam non *dorbon*, *dorban* (ad formam קָרְבָּן), sed *dā'r'bon*, *dā-r'ban* efferendam esse voluerat Ewaldus in gramm. hebr. p. 143 (praeeunte *Jo. Simoni* in Lexici edit. 1—3) id tacite iam ab eodem revocatum in gramm. min. §. 159. 214. Etenim Dag. lene in דָּרְבָן non magis necessarium, quam in אֲבְדָן Esth. VIII, 6 (vitiosum enim אָבְדָן, quod in novissimam Lex. Simon. editionem irrepsit), יַלְדוּת, מַלְכוּת, et pronuntiandum esse *dorban* arguit etiam talmud. דורבן (v. infra). Caeterum Maimonides et Bartenora ad Mischna Kelim c. 9. §. 6 recte ita distinguunt inter דָּרְבָן et מַלְמָד, ut מַלְמָד sit baculus fustisve, cuius capiti infixus sit aculeus ferreus דָּרְבָן dictus (v. Surenhusii Mischnam VI pag. 54). Colligitur hoc partim ex etymo utriusque vocabuli, partim ex verbis Mischnae l. c. מלמד שבלע את הדרבן i. e. *si stimulus absorpserit aculeum* i. e. aculeum sibi infixum habet. R. Tanchum in Lex. Morschid ms. דרבן .... المنخاس والمهماز الذى يغرس فى عود ويساق به الدوّاب والاحداث وغيره وسمى דרבן מלמד שבלע את הדרבן i. e. *dorban est aculeus clavusve qui infigitur baculo, quo propelluntur iumenta et iuvenci et huiusmodi bestiae. Memoratur autem in verbis Mischnae: si stimulus absorpserit aculeum.* Metaph. דּוּרְבָן, דָּרְבָן in Targg. dicitur pro praefecto, moderatore, eadem metaphora qua hebr. יָתֵד clavus ad principem refertur. Sed possit tamen דורבן praefectus etiam persicae originis esse pro دربان דרבן ianitor.

דָּרַג rad. inusit. Arab. درج gressus est, ivit, med. E. gradatim ascendit. V. VII. gradatim processit, دَرَجَة، دُرْجَة، دَرَجَة، دَرْجَة scala, per quam ascenditur. Melit. *tarag* gradus, scala. Syr. Pa. ܕܰܪܶܓ gradatim incessit, ܕܰܪܓܳܐ gradus scalae, sam. ࠃࠓࠂ id. „דַּרְגּוֹן Chaldaeis significare videtur praecipitium et asperum montis cacumen, ad quod nonnissi gradatim ascenditur“. A. Schultens Opp. min. p. 243. Vicinum est דָּרַךְ. Inde

מַדְרֵגָה f. *mons praeruptus*, ad quem *per gradus* ascenditur, gr. κλίμαξ v. c. κλίμαξ Τυρίων, nostr. Felsensteige, Felsentreppe. Cant. II, 14 (in altero membro סֶלַע). Ez. XXXVIII, 20 (parall. חוֹמָה, הַר). LXX. ap. Ez. φάραγγες. Alii *turrem murumve* reddiderunt. LXX in Cant. προτείχισμα. Chald. Syr. ap. Ezech. id. Similiter Vulg. in Cant. *maceria*, ap. Ez. *sepes*. Syr. in Cant. ܫܘܚܐ id.

דָּרְיָוֶשׁ *Darius*, gr. Δαρεῖος, n. pr. complurium Mediae Persiaeque regum. In V. T. memorantur 1) דָּרְיָוֶשׁ הַמָּדִי *Darius Medus* Dan. XI, 1, chald. ד׳ מָדָאָה VI, 1, plenius ד׳ בֶּן־אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ מִזֶּרַע מָדָי IX, 1, qui Babyloniae potitus est (VI, 1), Cyrumque in imperio successorem habuit (VI, 29). Hunc esse *Cyaxarem* (II), Astyagis filium et successorem, Cyri avunculum, qui Astyagem inter et Cyrum Mediae imperium tenebat, ita tamen ut homo imbellis et mollitiei deditus Cyro uteretur exercitus duce regnique vicario (v. Xenoph. Cyrop. I, 5. IV, 5 §. 8. 18. 27. 51. 53. V, 1. 5), inter veteres iam Josephi fuit sententia (Arch. X, 11 §. 4: ἦν Ἀστυάγους υἱὸς, ἕτερον δὲ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἐκαλεῖτο ὄνομα), quam docte vindicarunt L. Offerhaus in spicil. hist. chronol. p. 265 sqq., Bertholdtus ad Dan. pag. 843 sqq. et

magno consensu sequuntur recentiores. Occurrat forte aliquis, Cyaxaris apud unum Xenophontem mentionem iniici, huius vero auctoritatem labefactari cum aliorum, tum praecipue Herodoti silentio, qui Cyrum Astyagis ipsius successorem faciat (1, 127 sqq.). Sed solere Herodotum praetermissis mediocribus hominibus ex longa regum serie nonnisi unum alterumve memorare reliquis eminentiorem, et aliunde constat et ipsa Babyloniae historia docet, ex qua unius Nitocris reginae mentionem iniicit, reliquos reges omnes usque ad Labynetum ne Nebucadnezare quidem excepto silentio transit (1, 185—187). Eximie praeterea Xenophontis auctoritas firmatur verbis Aeschyli, Pers. 762—65, qui ita de Mediae Persiaeque regibus: Μῆδος γὰρ ἦν ὁ πρῶτος ἡγεμὼν στρατοῦ (Astyages), Ἄλλος δ' ἐκείνου παῖς τόδ' ἔργον ἤνυσε ..... Τρίτος δ' ἀπ' αὐτοῦ Κῦρος, εὐδαίμων ἀνὴρ κ. τ. λ. Accedit adeo locus Abydeni (ap. Euseb. in chron. armen. 1 p. 61 Auch.), quanquam perbrevis et subobscurus, in quo Darii nomen expugnatori Babyloniae tribui videtur: „Darius rex de regione depulit aliquantulum (Babyloniae regem)“, v. HENGSTENBERG Beytr. z. Einl. in das A. T. I pag. 50. Qui secus sentiebant, vel *Astyagem* ipsum intelligebant, ut Syncellus in chronogr. p. 332 Cedrenus in chron. p. 142, MARSHAMUS in canone chron. p. 604 sqq., vel *Astyagis fratrem* quendam aliunde ignotum, quem Cyrus Babyloniae praefecerit, ut DES VIGNOLES in chronol. de l'hist. sainte II, 495 al., vel denique, quod nullam prorsus veritatis speciem habet, *Darium Hystaspis* filium. Caeterum LXX semel (Dan. VI, 1) pro דריוש posuisse videntur Ἀρταξέρξης ὁ τῶν Μήδων, reliqua autem verba ad Δαρεῖον referunt, quomodo דריוש alibi reddunt satis constanter. — 2) *Darius*, *Hystaspis* filius, qui Pseudo-Smerdem inter et Xerxem Persiae imperium tenens per triginta sex annos, secundo imperii sui anno Judaeis templi restituendi veniam dabat. Esr. IV, 5. 24. V, 5—7. VI, 1. 12—15. Hagg. I, 1. II, 10. Zach. I, 1. 7. VII, 1. — 3) *Darius Persa* (דָּרְיָוֶשׁ הַפָּרְסִי) Neh. XII, 22 i. e. (modo haec a Nehemia scripta sunt) *Darius Nothus*, filius Artaxerxis Longimani, qui Persiae fasces tenuit 425—406 a. Chr. Sed Josephus (Ant. XI, 7. 8) quae apud Nehemiam narrantur ad Alexandri M. et *Darii Codomanni* tempora refert, quem propterea h. l. intelligunt GROTIUS, CLERICUS al. Vide JAHNII Archaeol. II, 1 p. 278. PRIDEAUX Zusammenhang des A. u. N. T. 1, p. 404 sqq.

Forma nominis nostri in V. T. obvia non multum differre videtur a genuina eius specie in vetere lingua persica, quae teste Strabone (XVI p. 785 Casaub.) erat Δαριήκης, nisi mavis ibi cum CASAUBONO et SALMASIO (Exercitt. Plin. p. 405) legere Δαριαύης, vel quod praetulerim Δαριήβης cum J. D. MICHAELI in Supplemm. p. 464 (v. tamen infra ad דרבמון); et in inscriptionibus Persepolitanis cuneiformibus (v. NIEBUHRII itin. II, tab. 24) GROTEFENDIO interprete (v. Heerenii Opp. hist. T. XI p. 347) scribitur *Darheusch* vel *Darjeusch*, ex interpretatione ST. MARTINII (Journal asiatique, fevrier 1823) *Dareïousch*, *Dareïouousch*; Ctesias id scribit Δαριαῖος. Persae recentiores cum regem appellant دارا et داراب, abiecta, ut videtur, terminatione ش, quae in multis nominibus persicis promiscue additur et abiicitur „ut آزار et آزاش vexatio, ازر et ازرش pretium, dignitas, آسای et آسایش quies, اسپری et اسپریش totus, completus, *mul* et *mulesch* exspectatio, *pusch* et *puschesch* tegumentum, *afarin* et *afarinesch* creator, *chanda* et *chandisch* risus, *chur* et *churesch* cibus cet. (SIMONIS onomast. p. 585)“, adde *chôr* et *chorcsch* (כֹּרֶשׁ) sol, atque ita *Darab* et *Darabesch* s. *Daravesch* (דָּרְיָוֶשׁ). — De significatione eius plures sunt veterum recentiorumque sententiae. Una est Herodoti VI, 98: δύναται κατὰ ἑλλάδα γλῶσσαν .... Δαρεῖος ἑρξείης (cod. Archiep. ἑρξίης) i. e. coërcitor, quam vindicant BOCHARTUS (geogr. s. p. 61), aliique coll. pers. دروش coërcitio (v. CASTELL. et MENINSK.), BOHLENIUS (Ephemerid. lit. Halensibus 1834 no. 116 pag. 318) coll. sanscr. *dhârî* firmiter tenens [adde persicum دارا = دارنده tenens]: altera Hesychii, qui Δαρεῖος, inquit, ὑπὸ Περσῶν ὁ φρόνιμος, ὑπὸ δὲ Φρυγῶν Ἕκτωρ, quae convenit cum verbo persico دریافتن *darjaften* intelligere, imp. دریاب (v. SIMONIS l. c.). Ex recentioribus ANQUETIL DU PERRON (v. Zend-Avesta ed. Kleuker II p. 49) Darii nomen corruptum putabat ex duobus vocabulis zendicis *Eanter-afesch* i. e. *qui in aqua fuit* vel *qui in aqua repertus est*, idque referebat ad Darium Codomannum, quem puerum expositum fuisse constat; alii, ut D'HERBELOT (bibl. orientale v. Dara) *Dara* proprie *regem* notare statuunt, quod vereor ut ex linguae usu probari possit; sed habent omnino *Dara* et *Darab* in lingua persica recentiore significationes, quae nomini proprio explicando adhiberi possint: est enim i. q. *tenens* (v. supra) dein *robur*, *potestas* et propterea epitheton regum. In lexico برهان قاطع (Calcuttae 1818 fol.) p. 368 دارا ita declaratur: دارا .... نام بادشاه مشهور است که دارای اکبر باشد واورا داراب نیزکویند واو در زمان سکندر کشته شد ودارای اصغر پسر اوست وبمعنی دارنده هم هست واشاره بذات باری تعالی وکنیه از بادشاهان *Dara est nomen regis noti, Darii maioris, qui etiam Darab vocatur* [Darii Codomanni]: *is tempore Alex. M. interfectus est. Et Dara minor est filius eius. Est etiam* i. q. دارنده *tenens* [part. a داشتن tenere, habere] *designat naturam summi creatoris* (Tenens, Omnitenens) *et epitheton regum* .... et ibidem: داراب ...... وبمعنی کر وفر وشان وشوکت وخودنمایی i. e. *Darab* ...... *notat etiam potestatem et robur et altitudinem et vim et ostentationem sui ipsius* (magnificentiam). Idem valet دارات. Eadem fere et maximam partem iisdem verbis dat lexicon regis Oudensis *Heft Kulsum* s. *septem maria* dictum (Lucknoviae in India 1822 VII Voll.) T. II. p. 156. Caeterum facile patet, non audiendos esse, qui punctorum hebraicorum aucto-

res erroris accusarent, mallentque דָּרְיוֹשׁ legere, ex auctoritate scripturae graecae Δαρεῖος (v. quos laudat SIMONIS in arcano form. p. 665): Hebraeorum enim scriptura persicae similior quam graeca.

דָּרְיוֹשׁ Esr. X, 18 v. sub rad. דָּרַשׁ Pi.

דָּרַךְ fut. יִדְרֹךְ pedibus *calcavit*, nostr. *treten*. Spec. 1) דָּרַךְ גַּת Thren. I, 15. Neh. XIII, 15, דָּרַךְ בְּגַת Jes. LXIII, 2, דָּרַךְ פּוּרָה ib. LXIII, 3, דָּרַךְ יֶקֶב Iob. XXIV, 11 *calcavit torcular* ad exprimendum vinum oleumque, it. דָּרַךְ יַיִן בַּיְקָבִים calcavit vinum in lacubus Jes. XVI, 10, דָּרַךְ זַיִת Mich. VI, 15, et absol. דָּרַךְ (keltern) Iud. IX, 27. Jer. XXV, 30. Transfertur ad hostes uvarum instar conculcatos Thren. l. c. Jes. LXIII, 3 (cf. Apoc. XIX, 15: *καὶ αὐτὸς πατεῖ τὴν ληνὸν τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς τοῦ θεοῦ*), et eodem referendus locus Iud. V, 21: תִּדְרְכִי נַפְשִׁי עֹז *conculcabas, anima mea, robur* i. e. conculcabam hostes robustos, ut bene Chald.

2) דָּרַךְ קֶשֶׁת *calcavit arcum* i. e. pede imposito *tetendit*, quod facere solent, ubi arcus praegrandis est et validus (v. Diod. Sic. 3, 8 de Aethiopibus: *καθοπλίζονται ..... ἐνίοτε δὲ ξυλίνοις τόξοις τετραπήχεσιν, οἷς τοξεύουσι μὲν τῷ ποδὶ προσβαίνοντες*. Arrian. Ind. XVI: *ἀλλ' οἱ μὲν πεζοὶ αὐτοῖσι τόξον τε ἔχουσιν ἰσόμηκες τῷ φορέοντι τὸ τόξον· καὶ τοῦτο κάτω ἐπὶ τὴν γῆν θέντες, καὶ τῷ ποδὶ τῷ ἀριστέρῳ ἀντιβάντες οὕτως ἐκτοξεύουσι, τὴν νευρὴν ἐπὶ μέγα ὀπίσω ἀπαγαγόντες*. Curt. 8, 14. 19, cf. Ovid. Metam. 5, 383. Am. 1, 1, 23. Jarchi ad Ps. XI, 2: לשון דריכה נופל בקשת שכשהוא חזק צריך ליתן רגלו עליו כשרוצה לנטוחו): neque debebant alias eius locutionis explicationes easque parum probabiles anquirere interpretes, ut GUSSETIUS (Comment. ling. hebr. pag. 360), qui דָּרַךְ h. l. eundi significatu sumi conlectat „ire fecit arcum, sagittam", et J. D. MICHAELIS (Suppl. 466), qui prehendendi significatum Syris et Arabibus usitatum [*sed eum tamen secundarium ab assequendo ductum*, v. infra] adhibere mavult, ut vertendum sit: prehendit arcum. Ps. VII, 13. XI, 2. XXXVII, 14. 1 Chr. V, 18. VIII, 40. 2 Chr. XIV, 7. Jes. V, 28. XXI, 15. Jer. XLVI, 9. L, 14. 29. LI, 3. Thren. II, 4. 12. Metaph. Zach. IX, 13: קֶשֶׁת דָּרַכְתִּי לִי יְהוּדָה tanquam *arcum tendo mihi Judam* i. e. Juda mihi erit instar arcus bene tensi, profligandis hostibus eum adhibebo. Neglecta locutionis origine dicitur etiam דָּרַךְ חִצִּים *tendere sagittas*. Ps. LVIII, 8. LXIV, 4, ut gall. non solum dicunt *tirer l'arc*, sed etiam *tirer la flèche*, atque adeo *tirer un oiseau*. — LXX. *τείνω, ἐντείνω*.

3) pedibus *calcavit viam* locumve *eundo, ingrediendo*. Constr. a) sq. עַל loci 1 Sam. V, 5: לֹא יִדְרְכוּ — עַל מִפְתַּן דָּגוֹן *non calcant .... super limen Dagonis*, sie treten nicht auf die Schwelle des Dagonstempels. Ps. XCI, 13: עַל שַׁחַל וָפֶתֶן תִּדְרֹךְ *super leonibus et viperis incedes* sc. salvus. De formula דָּרַךְ עַל בָּמֳתֵי אָרֶץ v. בָּמָה no. 2 (rad. בּוּם). b) sq. בְּ einen Ort, Weg *betreten*. Deut. XI, 24. 25: כָּל־הַמָּקוֹם אֲשֶׁר תִּדְרֹךְ כַּף רַגְלְכֶם בּוֹ *omnis locus, quem calcaverit planta pedis vestri*. Comm. 25. I, 36. Jos. I, 3. XIV, 9. Jes. LIX, 8. Mich. V, 4: כִּי יִדְרֹךְ בְּאַרְמְנוֹתֵינוּ *si pedibus attingit palatia nostra*, wenn er unsere Paläste betritt. Comm. 5. — Hab. III, 18: דָּרַכְתָּ בַיָּם סוּסֶיךָ *calcas mare* (ingrederis in mari) *equis tuis*, ubi ante סוּסֶיךָ omissum videbatur ב instrumenti, qua de re disputavimus in gramm. hebr. §. 135, 1, not. 3 (ed. 10. 11). c) sq. acc. Iob. XX, 15: אֲשֶׁר דָּרְכוּ מְתֵי אָוֶן *via quam terunt scelesti*, in qua ingrediuntur scelesti. d) sq. מִן *progressus est ex* aliquo loco. Num. XXIV, 17: דָּרַךְ כּוֹכָב מִיַּעֲקֹב *procedet stella ex Jacobo*.

Hiph. 1) causat. Kal no. 3 *fecit ut ingrediatur, ingredi iussit*. Jes. XI, 15: *Jehova dividet amnem* (Euphratem) *in septem rivos* וְהִדְרִיךְ בַּנְּעָלִים *et efficiet, ut in eo incedere possint calceis*, nimirum siccis, vix madefactis. Sq. בְּ *ingredi iussit in* via, *duxit* in via Jes. XLII, 16, sed plerumque metaph. Ps. CVII, 7: וַיַּדְרִיכֵם בְּדֶרֶךְ יְשָׁרָה *ducit eos in via recta*. CXIX, 35. Jes. XLVIII, 17. Prov. IV, 11. Ps. XXV, 5: הַדְרִיכֵנִי בַאֲמִתֶּךָ *fac ut incedam in veritate tua*. V. 9. — 2) i. q. Kal a) no. 1 *calcavit* aream i. e. fruges in area Jer. LI, 33; b) no. 2 *tendit arcum*, sed metaph. Jer. IX, 2: וַיַּדְרְכוּ אֶת־לְשׁוֹנָם קַשְׁתָּם שֶׁקֶר *tendunt linguam suam* velut *arcum suum ad mendacium* (וַיַּדְרְכוּ ex Chaldaismo pro וַיִּדְרְכוּ, v. Lgb. p. 322); c) no. 3 *ingressus est* viam, poët. c. acc. Iob. XXVIII, 8. — 3) i. q. arab. أدرك et syr. Aph. *assecutus est* aliquem, cf. nostr. jemanden betreten, sq. accus. Iud. XX, 43.

Syr. chald. et zab. דְּרַךְ, ܕܪܟ i. q. hebr., apud Syros in Ethpe. et Aph. etiam de triturando, quod fit pedibus calcando, ܕܘܪܟܐ tritura; atque de concubitu, unde ܕܘܪܟܬܐ concubina. Aph. assecutus est. Sam. ࠃࠓࠊ trituratio. Longius ab origine abest arab. درك assecutus est, inde prehendit, maxime Conj. IV. vide plurima exempla ap. Castellum. Apud Aethiopes primariae significationis vestigium est in መድረክ: limen, a calcando, et ድሩክ: durus fort. calcatus. Finitima sunt דָּרַג, درج; طريق via, gr. *τρέχω*; adeoque דָּרַשׁ, درس trivit, trituravit, et in linguis occidentalibus *tero*, *δρέμω*, nostr. *treten*, in quibus cunctis litterae initiales *tr* imitantur sonum pedis firmius solo impositi, maxime calcando aliquid frangentis, TReTen, *zertreten*.

דֶּרֶךְ utriusque sexus vc. (m. Deut. XIV, 24. XVII, 16. XXVIII, 7. 25. 1 Sam. XXI, 6. Prov. XIV, 12. Ex. XVIII, 14, f. Ps. I, 6. CXIX, 33. Deut. I, 22. Esr. VIII, 2 et in cod. Sam. etiam Deut. XXVIII, 7. 25) c. Suff. דַּרְכִּי pl. דְּרָכִים estr. דַּרְכֵי.

1) pr. ingrediendi, eundi actio, *itio*, inde *iter*, quod quis facit (*Gang, Weg*, den jemand macht, als Handlung). Gen. XXIV, 42: אִם־יֶשְׁךָ מַצְלִיחַ דַּרְכִּי *si prosperare vis iter meum*. 27. 40. 56. XXVIII, 20: *si Deus mecum est et*

custodit me בַּדֶּרֶךְ הַזֶּה *in hoc itinere*, XLII, 25. XLV, 21. 23. Ex. XXIII, 20. XXXIII, 3. Jos. IX, 11. Iud. XIX, 9. Iob. VI, 18. 2 Sam. XI, 10: הֲלֹא מִדֶּרֶךְ אַתָּה בָא *nonne de itinere venis?* 1 Reg. XIX, 7: רַב מִמְּךָ הַדָּרֶךְ *nimis longum tibi est iter*. Jes. LVII, 10: בְּרֹב דַּרְכֵּךְ יָגַעַתְּ *a longo itinere fessa es*. בַּדֶּרֶךְ in itinere (unterwegs) Gen. XLII, 38. Ex. IV, 24. XVIII, 8. 2 Sam. XI, 10. — עָשָׂה דֶרֶךְ iter facere Iudd. XVII, 8 gr. ποιέω ὁδὸν Marc. 2, 23, ποιοῦμαι ὁδὸν Herod. 7, 40, הָלַךְ דֶּרֶךְ id. Gen. XXVIII, 20. Prov. VII, 19. — 1 Reg. XVIII, 27: דֶּרֶךְ לוֹ pr. habuit iter, *fuit ei iter faciendum*, nostr. *er hatte einen Weg* zu machen, ist ausgegangen. — דֶּרֶךְ יוֹם unius dici iter (quattuor fere milliaria germanica continens, v. J. M. Hartmanni prolegg. ad Edrisii Africam p. 116. 118. Rosenm. Alterthumskunde I, 1, p. 161) Num. XI, 31. 1 Reg. XIX, 4, דֶּרֶךְ שְׁלֹשֶׁת יָמִים trium dierum iter Gen. XXX, 36 cf. XXXI, 23. Ex. V, 3.

2) *via*, qua inceditur, ἡ ὁδός, i. q. ארח q. v. עַל הַדֶּרֶךְ ad s. iuxta viam Gen. XXXVIII, 21. 1 Sam. XXIV, 3. XXVI, 3. Esr. VIII, 31, poët. עֲלֵי דֶרֶךְ Gen. XLIX, 17. עַל דְּרָכִים iuxta vias Jer. III, 2; sed בַּדֶּרֶךְ in ipsa via (mitten auf dem Wege) Num. XXII, 22. 23. 31. 34. רֹאשׁ דֶּרֶךְ et אֵם הַדֶּרֶךְ bivium (v. ראשׁ, אֵם). פִּנָּה דֶרֶךְ, סָלַל דֶּרֶךְ viam sternere, munire (v. sub his verbis), adde נָתַן דֶּרֶךְ viam facere, eod. sensu Jes. XLIII, 16, שׂוּם דֶּרֶךְ XLIII, 19. — Dicitur הָלַךְ דֶּרֶךְ ire viam Deut. I, 31. Iud. II, 17, et ita post alia verba eundi sq. acc. velut וַיַּעֲלוּ דֶּרֶךְ הַבָּשָׁן Num. XXI, 34, יְפַנֶּה דֶּרֶךְ בֵּית חֹרוֹן Jos. XIII, 18 (cf. Gussetii Comment. p. 363), sed etiam בַּדֶּרֶךְ הָלַךְ incedere in via, Joël II, 17: אִישׁ בִּדְרָכָיו יֵלֵכוּן *incedunt quisque in via sua*. Jes. XXX, 21. XXXVII, 29. 34. LXV, 2. Jer. XLII, 3; סוּר מִן הַדֶּרֶךְ decedere de via Ex. XXXII, 18, הִטָּה מִדֶּרֶךְ detrudere de via (v. נָטָה). — De loco pervio et ad iter apto Jes. XLIX, 11: שַׂמְתִּי כָל־הָרַי לַדָּרֶךְ *omnes montes meos facio viam*, i. e. facile pervios. Comm. 9: עַל דְּרָכִים יִרְעוּ *in viis* (regionibus apertis, opp. carceri) *pascentur*. De spatio ad eundum Num. XXII, 26: אֵין דֶּרֶךְ לִנְטוֹת *non erat via* (spatium) *ad cedendum*.

Sequitur genitivus a) loci α) ad quem via ducit (cf. de simili usu Atticorum Valck. ad Hippolyt. 1197. Seidler ad Electr. 171), ut דֶּרֶךְ עֵץ הַחַיִּים via ad arborem vitae Gen. III, 24, בַּדֶּרֶךְ שׁוּר XVI, 7, דֶּרֶךְ אֶרֶץ פְּלִשְׁתִּים Ex. XIII, 17, cf. Gen. XXXV, 19. Deut. I, 2. 19. 40. II, 1. 8. III, 1, in pl. דַּרְכֵי צִיּוֹן Thren. I, 4. דַּרְכֵי שְׁאוֹל viae ad orcum Prov. VII, 27, דַּרְכֵי מָוֶת XIV, 12. XVI, 25. In accus. vim fere praepositionis induit: *in via ad*, *versus*, germ. *gen*. Num. XXI, 34: וַיַּעֲלוּ דֶּרֶךְ הַבָּשָׁן *ascendebant Batanaeam versus* pr. *ascendebant viam Batanaeae* s. in Batanaeam. Deut. I, 19: *peragravimus desertum* דֶּרֶךְ הַר הָאֱמֹרִי *versus montanum Amoritarum*. Num. XXI, 1. 5. Deut. II, 8. Ios. II, 7. VIII, 15. XIII, 18. 2 Sam. XVIII, 23. 1 Reg. XVIII, 43. Jer. LII, 7. — Potest etiam integra sententia in Genitivo poni, ut Iob. XXXVIII, 19: אֵי־זֶה הַדֶּרֶךְ יִשְׁכָּן־אוֹר *ubi est via in locum quo habitat lux?* Comm. 24, ubi vulgo supplent אֲשֶׁר. — De acc. loci v. infra. β) loci ad quem l. iuxta quem via est. Jes. VIII, 23: דֶּרֶךְ הַיָּם *via maris* i. e. regio ad mare (Galilaeum) sita. — b) eius, cuius est via, qui in ea incedit. דֶּרֶךְ הַנֶּשֶׁר via aquilae Prov. XXX, 19. דֶּרֶךְ הַמֶּלֶךְ via regia i. e. publica, militaris Num. XX, 17. XXI, 22, ἡ ὁδὸς ἡ βασιληΐη Herod. 5, 53. הָלַךְ לְדַרְכּוֹ in itinere suo, in via sua consueta perrexit (seines Weges gehen) Gen. XIX, 2. XXXII, 2. Num. XXIV, 25. Jos. II, 16. Iud. XVIII, 26. XIX, 9. 1 Sam. I, 18. XXVI, 25. 1 Reg. I, 49, similiter הֵשִׁיב לְדַרְכּוֹ rediit ad viam suam 1 Sam. XXV, 12, פָּנָה לְדַרְכּוֹ convertit se ad viam suam i. e. suam ipsius viam secutus est Jes. LIII, 6. LVI, 11. — Jos. XXIII, 14: אָנֹכִי הוֹלֵךְ בְּדֶרֶךְ כָּל־הָאָרֶץ *eo viam omnium hominum* i. e. viam ad inferos. 1 Reg. II, 2. — Locus ad quem via ducit, ponitur etiam in Accusativo addito He paragogico (gr. ὁδὸς εἰς, ἐς), ut דֶּרֶךְ צָפוֹנָה via in septentrionem, i. e. septentrionem versus Ez. VIII, 5, דֶּרֶךְ תֵּימָנָה XXI, 2, דֶּרֶךְ הַקָּדִימָה XL, 6. Semel interposito alio verbo Hos. VI, 9: דֶּרֶךְ יְרַצְּחוּ שֶׁכְמָה *in via ad Sicimam trucidant*. — Ex significatione prima pendet

3) tropicus vocabuli usus pro *agendi ratione*, ex trita metaphora, qua itio refertur ad actiones hominum (der *Wandel* pro das *Handeln*, quorum prius pr. significat pedibus incedere, posterius manibus tractare, cf. not.) Gen. XIX, 31: *non est vir in terra*, *qui nobiscum coeat* כְּדֶרֶךְ כָּל־הָאָרֶץ *more omnium hominum*. Prov. XXX, 19: דֶּרֶךְ גֶּבֶר בְּעַלְמָה *quod vir agit cum puella*, significantur mysteria tori. Spec.

a) *vita*, *vivendi*, *sentiendi agendique ratio* tum hominis tum Dei (Jes. LV, 8: לֹא דַרְכֵיכֶם דְּרָכָי), in sing. et plurali. α) de homine, in Sing. Jes. XL, 27. Iob. XVII, 10. 36. XXIII, 10. Jer. XXXII, 39. 2 Chr. VI, 23 et saepe. דֶּרֶךְ טוֹבִים Prov. II, 20, דֶּרֶךְ רָעִים IV, 14, דֶּרֶךְ אֱוִיל XII, 15, דֶּרֶךְ צְדָקָה XVI, 31, דֶּרֶךְ בִּינָה IX, 6. פְּרִי דַרְכָּם fructus i. e. commoda vel incommoda ex vitae ratione nata I, 31, שָׁמַר אֶת דַּרְכּוֹ bene curavit (non neglexit) vitae suae rationem 1 Reg. II, 4. VIII, 25. Ps. XXXIX, 2. נָתַן דַּרְכּוֹ בְרֹאשׁוֹ de Jehova: rependit ei vitae rationem Ez. IX, 10. XI, 21. XXII, 31, it. נָתַן לְאִישׁ כִּדְרָכוֹ Jer. XVII, 10. — In Plur. Iob. IV, 6. XXII, 3. XXXI, 4. XXXIV, 21. Prov. V, 21. XVI, 2. 7. Jer. XXXII, 19. Ez. VII, 3. 4. XVI, 47. 61. XXIV, 14. Hagg. I, 5. 7 cet. Ps. CXXXIX, 3: כָּל־דְּרָכַי הִסְכַּנְתָּה *omnes viae meae* i. e. omnia studia et consilia mea *tibi accurate nota sunt*. הֵיטִיב דְּרָכָיו bene agere Jer. VII, 3. 5. XVIII, 11. XXVI, 13. הֵכִין דְּרָכָיו bene componere vitam suam 2 Chr. XXVII, 7. Passim servata viae imagine, ut הָלַךְ בְּדֶרֶךְ פ׳ vitam agendique rationem alic. sequi et imitari 1 Reg. XV, 26. 34. XVI, 2. 19. XXII, 23. 2 Reg. VIII, 18. 27. XVI, 3. 2 Chr. XI, 17. XX, 32. XXI, 6. 13, et הָלַךְ בְּדַרְכֵי דָוִיד c. בְּדַרְכֵי פ׳ ,יְהֹוָה 2 Chr. XVII, 3. XXI, 12. XXII, 3. XXVIII, 2. XXXIV, 2, prius etiam sq. plur. ut הָלַךְ בְּדֶרֶךְ מַלְכֵי יִשְׂרָאֵל 2 Reg.

XVI, 3. 2 Chr. XXI, 6, et posterius sq. sing. v. 2 Chr. XVII, 3. Dicitur etiam הָלַךְ בְּדַרְכֵי לִבּוֹ sectatus est, quae animus eius appetebat Eccl. XI, 9. Jes. LVII, 17 (cf. Num. XV, 39). — β) de Deo. Duplici autem sensu usurpatur formula *via Dei, viae Dei.* Significat ea primum *agendi rationem Deo probatam*, quam pii homines sequuntur, in sing. ut שָׁמַר דֶּרֶךְ יְהוָה Iob. XXIII, 11. Ps. XXXVII, 34. Ps. XXVII, 11: הוֹרֵנִי יְיָ דַּרְכֶּךָ *doce me, Jehova, viam tuam.* V, 9: הוֹשַׁר לְפָנַי דַּרְכֶּךָ *complana ante me viam tuam*, fac ut facile procedam in via a te praescripta. XXV, 9. LXXXVI, 11. Jer. V, 4. 5. 2 Reg. XXI, 22, et in plur. Jes. II, 3. (Mich. IV, 2). Ps. LI, 15, max. in formula הָלַךְ בְּדַרְכֵי יְהוָה sequi vias Dei i. e. vitam gerere Deo probatam Deut. VIII, 6. X, 12. XI, 22. XIX, 9. XXVI, 17. XXVIII, 9. XXX, 16. Jos. XXII, 5. 1 Reg. III, 14. VIII, 58. XI, 33. Ps. LXXXI, 14. Jes. XLII, 24. Zach. III, 7, it. שָׁמַר דַּרְכֵי יְהוָה Ps. XVIII, 22. Syn. est דֶּרֶךְ פִּקּוּדֵי יְהוָה Ps. CXIX, 27. Dein notat etiam *agendi rationem*, quam Deus ipse sequitur, das Handeln Gottes, wie Gott handelt (ὁδὸς θεοῦ Matth. XXII, 16. Act. XVIII, 26. ὁδοὶ θεοῦ Act. XIII, 10). Ps. XVIII, 31: הָאֵל תָּמִים דַּרְכּוֹ *Dei via est integra.* Deut. XXXII, 4. Iob. XXI, 31. XXXVI, 23, pl. Hos. XIV, 10. Ps. CXLV, 17, et spec. *operationem Dei* in creando et conservando mundo (das Wirken Gottes). Prov. VIII, 22: יְהוָה קָנָנִי רֵאשִׁית דַּרְכּוֹ *Jehova creavit me primitias operationis eius*, als den Erstling seines Wirkens. Plur. *opera Dei* Iob. XXVI, 14. XL, 19 (14).

b) *Deum colendi ratio*, *cultus Dei*, *religio.* Amos VIII, 14: דֶּרֶךְ בְּאֵר־שָׁבַע *cultus Beersabae* i. e. idololatria. Ps. CXXXIX, 24: דֶּרֶךְ עֹצֶב *cultus idolorum* et ibid. דֶּרֶךְ עוֹלָם *cultus antiqui temporis* i. e. verus et genuinus cultus patrum s. patriarcharum, cf. שְׁבִילֵי עוֹלָם Jer. XVIII, 15 et נְתִיבוֹת עוֹלָם VI, 16. — Passim est

c) passive: *sors, quam aliquis experitur*, nostr. *wie es jemandem geht.* Gen. XXXI, 35: *mos s. sors mulierum mihi*, euphemismus pro, menstrua patior, Luth. es geht mir nach der Weiber Weise. (Cf. talmud. וֶסֶת consuetudo sc. mulierum, de menstruis). בְּדֶרֶךְ מִצְרַיִם secundum sortem, quam Aegyptii experti sunt Jes. X, 24. Ps. XXXVII, 5: גּוֹל עַל יְיָ דַּרְכֶּךָ *Jehovae committe sortem tuam.* Iob. VIII, 19 et servata viae imagine Iob. III, 22. Am. II, 7. Plur. Ps. X, 5: יָחִילוּ דְרָכָיו בְּכָל־עֵת *prospera est sors eorum omni tempore.*

Quod *viae* vc. in lingua Hebraea ad vivendi, agendi et Deum colendi rationem s. *morem* et *religionem* refertur, id in permultis aliis fit eius significationis vocabulis Semiticis. Ita طريق via, pec. recta, vera religio Cor. 4, 166, سَبِيل via, على سبيل modo, ratione, سبيل الله religio Cor. 4, 76—78. 83. 136. 165. 9, 24. 12, 108, مَذْهَب via, vivendi ratio, secta, religio v. Tim. II, 64. 994 Mang. Abulf. Ann. II, 266. III, 534, مَنْهَج via regia, pro genuino Dei cultu Cor. 5, 52, سيرة ,صراط, سُنَّة ,أسلوب via, it. modus, ratio. Aethiop. ፍኖት፡ ፍናዊ፡ via it. modus et ratio, plur. ፍናው፡ viae, mores; ግዕዝ፡ ratio, mos, indoles, pr. via a ግዕዝ፡ migravit, ሑረት፡ incessus, vitae ratio. Sam. [Samaritan] de religione, v. Carm. Sam. in Anecdott. Orient. I, p. 99. Ita etiam pers. راه via, sexcenties de religione in Pend-Nameh, مرد راه vir pius. Sin. *ddo* via, recta via, inde virtus, *hing* ire et agere, *hing-dáo* viam ire i. e. recte agere. Graeci dicunt γνώμης ὁδὸν mentis ratione Euripid. ἄδικον ὁδὸν ἰέναι Thucyd., max. apud Stoicos ὁδῷ ἐξευρίσκειν, ὑπολαμβάνειν, ἐλέγχειν certa aliqua ratione aliquid excogitare, censere, redarguere, v. Gatackerum de stylo N. T. cap. 32. De religione christiana dicitur ὁδὸς Act. IX, 2. XIX, 9. 23.

מִדְרָךְ m. *locus qui calcatur.* In st. cstr. מִדְרַךְ כַּף רָגֶל locus qui calcatur planta pedis Deut. II, 5 (cf. Deut. XI, 24. Jos. I, 3).

אֲדַרְכּוֹן, nonnisi in pl. אֲדַרְכֹּנִים 1 Par. XXIX, 7. Esr. VIII, 27 *daricus*, moneta Persarum aurea, c. Aleph prosthetico pro simpl. דַּרְכּוֹן, quod est in Mischna (Baba bathra 10 §. 2. Schekalim 2 §. 1. 4, ubi male nonnulli דרבנות legunt, vide Lex. Arûch), cf. syr. ܙܘܙܒܢ Barhebr. p. 207. Asseman. bibl. or. II, 274. Pesch. ap. Esr. l. c. [errore enim niti videtur, quod habet Ferrarii nomencl. syr. p. 830 ܙܘܙܒܢ, quanquam litterarum ordo docet, ab ipso Lexicographo ita scriptum esse], a qua forma proficiscitur gr. et lat. δαρεικός, *daricus.* Alibi דַּרְכְּמוֹן q. v. Vulg. *solidos* reddit, LXX in Par. χρυσοῦς. — De origine vocabuli in vetere lingua persica quaerenda facile consentiunt eruditi (neque audiendi, qui a gr. δραχμή repetunt, ut Fullerus in Miscell. VI, 12. Waserus in Crit. sacris VI p. 1017), sed de analysi et significatione eius non una est sententia. Aliis enim, idque nobis prae caeteris placet, a) דַּרְכּוֹן, ܙܘܙܒܢ est diminutivum a ܕܐܪܐ quod *Darium* notare videtur, si vera est scriptura vulgaris Δαριήκης apud Strabonem (XVI p. 587, sed cf. supra v. דָּרְיָוֶשׁ); *Darcon* s. *Dericán* igitur qs. *Dariolus*, aptissimum nomen monetae imagine regis ornatae (v. Lorsbach Archiv II, 278. Bernsteinii Barhebr. illustr. pag. 49); aliis b) דַּרְכּוֹן compositum videtur ex دارا Darius, et كون ,چونه vultus, ut داراى كون sit *Darii vultus* (Lorsbach l. c.), vel c) ductum a pers. دركاه aula regia (pr. locus portae), addita terminatione semitica וֹן, ut monetam *aulicam* s. regiam notet (Simonis Lex. ed. III, p. 42); vix enim memoratu dignus Salmasius (de usuris p. 246), qui idem esse putat atque pers. درهم, quod e gr. δραχμή ortum. Haud minor est veterum recentiorumque dissensus de origine huius monetae ut ita dicam histo-

rica, quanquam in eo fere consentiunt a Dario quodam rege eam nuncupatam esse. Hesychius enim a Dario, Persarum rege, eas appellatas esse censet (cf. Herod. IV, 66), sed Harpocration: ἐκλήθησαν δὲ δαρεικοὶ οὐχ ὡς οἱ πλείους νομίζουσιν ἀπὸ Δαρείου τοῦ Ξέρξου πατρὸς ἀλλ' ὑφ' ἑτέρου βασιλέως, et iisdem fere verbis Suidas: .... ὑφ' ἑτέρου τινὸς παλαιοτέρου βασιλέως (cf. Schol. ad Aristoph. Eccles. 545 (589), quos Darium Medum s. Cyaxarem his verbis significare censent **Prideaux**, **Vitringa** (observ. sacrae II p. 308) al. Modo probari possit, quod docet **d'Herbelot** (v. *Dara*), *Dara* appellative regem notare, *daricus* etiam monetam *regiam* in universum notare possit (Wineri Reallex. I, p. 292): sed certa illius usus vestigia desunt. Quicquid est, haec moneta, quemadmodum apud Graecos (v. Athen. XII p. 534), ita apud Judaeos in usu erat post exilium (Esr. VIII, 27); et auctor Paralipomenôn (1, 29, 7) Davidis adeo opes ad daricos revocatas computat. Aurei Darici a metalli puritate celebrabantur (v. Herod. l. c.), sed argentei etiam exstabant et hodieque exstant, talesque in Talmudo l. c. intelligendi.

Quod ad pondus attinet et valorem, Harpocration et Suidas s. h. v. aureo attico (χρυσοῦς) daricum exaequant, cui fere convenit, quod exempla in numophylacio Parisino extantia a **Barthelemio** et **Gosselino** explorata 28½ francos gallicos valent (v. Memoires de l'acad. XXI. p. 24. **Coray** ad Plut. Parall. V, p. 446). Hodie darici cum aurei, tum argentei summae sunt raritatis, neque tamen temporum cursu plane perierunt, quod temere contendit J. D. **Michaelis** (Supplemm. p. 471), rei numismaticae parum peritus. Asservantur exempla in Museo Vindobonensi et in numophylacio Parisiensi, de quibus v. Mus. Caesar. Pembrockianum P. I. tab. 1. no. 2. P. II. tab. 75. **Sestini** lettere numismatiche. T. III. pag. 146. tab. HI. no. 7 et **Mionnet** descr. des medailles antiques T. V. p. 640—648. In his alii caput regis tiara ornatum, alii regem currui insidentem, alii sagittarium exhibent, qui flexo uno genu dextra hastam tenet, sinistra arcum praetendit (cf. Plut. Lacon. apophthegm. p. 211). Quod sequitur specimen ligno incisum, ex **Mionneti** opere modo laudato (Recueil des planches, tab. 36, no. 1), repetitum est:



Quaedam ex his exemplaribus litteras habent persicas characteri tamen phoenicio saepe similes (v. Mionnet. l. c. tab. 29), unum etiam graecam inscriptionem *ΠΥΘΑΓΟΡΗ*, unde recte colligitur, haec in urbibus imperio persico subiectis signata esse. Cf. **Eckhel** doctr. nummorum vett. Vol. I. pag. 551. **Brisson** de regio Persarum principatu, ed. 1595, pag. 277. Nihil fere bonae frugis dabunt *J. D. Michaëlis* Supplemm. p. 469.

דַּרְכְּמוֹן nonnisi pl. דַּרְכְּמֹנִים m. *darici* Esr. II, 69. Neh. VII, 70. 71. 72 i. q. אֲדַרְכֹּנִים. (Duo codd. Esr. VIII, 27 pro אדרכנים habent אדרכמנים). Verisimillimum etymon dedit **Bohlenius** (symb. pag. 22) a pers. داراكمان Darii arcus; sagittarii enim imaginem referre hos nummos, nunc cummaxime vidimus (v. אֲדַרְכּוֹן). Plut. apophthegm. lacon. l. c. τοξότην ἐπίσημον ἔχειν.

דַּרְמֶשֶׂק i. q. דַּמֶּשֶׂק Damascus q. v. Adde talmud. דּוּרְמַסְקִין quod R. Tanchum interpretatur الاجاص *pruna*. Proprie sunt pruna *Damascena*.

דְּרָע chald. i. q. hebr. זְרוֹעַ *brachium*. Pl. c. Suff. דְּרָעוֹהִי Dan. II, 32. In Targg. sing. דְּרָע emphat. דַּרְעָא c. Suff. דַּרְעֵיהּ Plur. דְּרָעוֹהִי Gen. XLIX, 24, דַּרְעֵיהוֹן Hos. VII, 15. Syr. ܕܪܥܐ id.

אֶדְרָע id. ascito Aleph prosthetico. בְּאֶדְרָע *cum brachio* i. e. robore Esr. IV, 23. In Targg. Kamez correpto אֶדְרָעָא, אֶדְרָע. Inde

אֶדְרֶעִי (validum, de urbe munita) n. pr. 1) metropoleos veteris Batanaeae Num. XXI, 33. Deut. I, 4. III, 1. 10. Jos. XII, 4, quae postea Manassitis assignata est Jos. XIII, 12. 31. LXX. Ἐδραΐν, Ἐδραεΐν. Eadem est atque *Adraa*, de qua Eusebius v. Astaroth: παράκειται δὲ ἐν τῇ Βαταναίᾳ Ἀδραὰ πόλις τῆς Ἀραβίας ὡς ἀπὸ σημείων ξξ (sc. ab Astaroth). ἡ δὲ Ἀδραὰ τῆς Βόστρης διέστηκε σημείοις κέ, et Ἄδρα Ptolemaei (V, 17); deiu non infrequens eius mentio est in Actis Conciliorum, erat enim sedes episcopi (v. **Relandi** Palaest. p. 547 sqq.), et in historia expeditionum sub crucis signo susceptarum, quarum tempore civitas Bernardi a Stampis nuncupata est (Guil. Tyr. hist. XVI). Arabum Geographis appellatur اذرعات v. Abulfedae Syriam p. 97. Nubiensem p. 134, coll. Michaëlis Suppl. pag. 28 sqq., hodie *Drâa*, v. *Seetzenium* in *v. Zach* Correspondenz XVIII, 355. *Burckhardti* itin. I, 385. *O. v. Richter* Wallfahrten pag. 172. *Buckingham* Travels II, 146. Quae ad hanc urbem pertinent, male a nonnullis Geographis translata esse ad urbem Hadrach (חַדְרָךְ Zach. IX, 1) nuper ostendit *Hengstenbergius* (Christologie II, p. 92 sq.). — 2) oppidi Naphtalitarum. Jos. XIX, 37.

דָּרַע n. pr. v. דַּרְדַּע.

דָּרַק rad. inusit., chald. i. q. זְרַק *sparsit*, arab. درق festinavit. Inde

דַּרְקוֹן n. pr. viri Esr. II, 56.

דָּרַר rad. in verbo inusit. pr. onomat. *torsit, drehen* (vic. radici דּוּר aliisque, quas ibi laudavimus, adde

τόρνος, τορνεύω, germ. *Dorl*, *drillen*, *trillen*, *trillern*), arab. Conj. IV. fusum celeriter torsit mulier, دَرَّارَةٌ fusus, مِدَرٌّ mulier fusum celeriter torquens, hebr. 1) *volavit in gyrum* avis (fort. etiam onomat., ut nostr. *purren*), unde דְּרוֹר hirundo, a gyrando dicta; it. celeriter in orbem ivit equus (cf. דָּהַר), arab. دَرِيرٌ equus velox. Motus celer refertur 2) ad *micandi* et *radiandi* significatum, arab. دَرَّ radiavit lucerna, دَارٌ lucerna, دُرِّيٌّ stella radians, דַּר, دُرَّةٌ margarita (quanquam haec a rotunditate quoque dicta esse possit), et דָּרוֹם pro דָּרוֹם regio lucida. A radiando denique est 3) *radiatim fluxit* lac, sanguis, pluvia (arab. دَرَّ ap. Golium et Freytagium no. 1—3, دِرَّةٌ copia lactis), inde *libere se effudit* (v. דְּרוֹר no. 2. 3): it. *luxuriavit, exuberavit* herba (arab. دَرَّ v. Freytag no. 5), v. דַּרְדַּר. Paulo aliter has significationes dispescueram in Comment. ad Jes. LXVI, 11 a micandi significatu proficiscens: hic tamen secundarius esse videtur.

דַּר ἅπαξ λεγόμ. Esth. I, 6 lapis quidam pretiosus pavimentis in regia Xerxis adhibitus. Arab. دُرَّةٌ collect. دُرٌّ vc. est perfrequens, *margaritas* notans, maxime maiores (v. Bocharti Hieroz. II, p. 712 et Teifaschium de gemmis ed. *Ravii* p. 46. 77. 78), a fulgendo et radiando dictas, ut لُؤْلُؤٌ margarita a لَأْلَأَ (Schult. ad Har. 2, p. 108. 109), quod vocabulo hebraeo adhibens Bochartus l. c. pavimenta gemmis margaritisque distincta ab Asianorum luxu non aliena esse observat (p. 716 sqq.). Praeiverat Paraph. chaldaeus: דורא דכרכי ימא רבא *margarita in arcibus* (piscatoriis) *maris magni.* Malim tamen non margaritas ipsas intelligere, sed *marmoris genus margaritis simile*, velut alabastri genus, quod vocatur *Perlenmutterstein*, vel ipsam matricem margaritarum (Perlenmutter). Ita LXX. πίννινος λίθος. Apud Talmudicos דר est λυχνίς, lapis lychnites, gemmae species noctu lucens. Vide in universum Bochartum l. c. p. 708—719. T. III, pag. 639 sqq. Lips. Inde

דַּרְדַּע (unio sapientiae, comp. ex דַּר et דַּע = דֵּעַ, דַּעַת sapientia) n. pr. viri sapientis aetate Salomonis vel paulo ante degentis, 1 Reg. IV, 31. (V, 11), in loco gemino 1 Chr. II, 6 (contr. vel corrupte) דָּרַע.

דְּרוֹר m. 1) volatus celer, gyratio, concr. avis in gyrum volans, spec. *hirundo* Ps. LXXXIV, 4. Prov. XXVI, 2. Ita Hebraei interpretes cum Gr. Venet. in Prov. et Luthero, et etymo favente (apud Arabes in proverbio est طارت خطاطيف gyrant hirundines) et parallelismo membrorum, nam utroque loco in altero membro est צִפּוֹר passer. Occurri posait, *hirundinem* etiam alio vc. סוּס designari, eamque interpretationem vett. interpretum auctoritate destitui. Hi enim in Provv. generatim *avem*, in Ps. *turturem* (coll. תּוֹר) reddunt, quod secutus Bochartus (II, p. 51. T. II, 590 Lips.) columbae ferae speciem, *turturem* vel *palumbum* intelligit, provocans ad etymon a *libertate* ductum (v. no. 3) coll. arab. ساق حُرّ quod *columbam liberam* i. e. feram notat. Sed ad utrumque tamen V. T. locum *hirundo* aptior videtur, neque tanta videtur vett. interpretum auctoritas, qui tum fluctuant ipsi tum דְּרוֹר confudisse videntur cum תּוֹר. Forskalius (descr. animalium p. 10) inter migratorias Alexandriae aves memorat quandam nomine *Dururi* „quae venit cum dactyli maturuerunt, fine Octobris, ex Aegypto superiore, hisque consumtis post tres menses abit", eamque esse posse Hebraeorum דְּרוֹר suspicabatur *J. D. Michaëlis* (Suppl. p. 477): sed ne hoc quidem constat, quibusnam litteris arabicis illud nomen scribatur, دروري an ضروري, nec debebat satis dubitanter a Michaële proposita pro certis habere *Zieglerus* ad Prov. l. c.

2) *fluxus largus et liber* (v. rad. no. 3). Ex. XXX, 23: מָר דְּרוֹר *myrrha quae sponte* (nulla incisione facta) *effluxit*, i. e. praestantissima. Inde

3) *libertas.* קָרָא דְּרוֹר לְ libertatem annunciavit servis, captivis Jes. LXI, 1. Jer. XXXIV, 8. 15. 17, קָרָא דְּרוֹר בָּאָרֶץ Lev. XXV, 10. שְׁנַת הַדְּרוֹר annus manumissionis (servorum) i. q. annus iubilaeus Ez. XLVI, 17.

דָּרוֹם (pro דָּרוֹם, cum ־ֹם formativo) *plaga australis*, pr. regio lucida, aprica (v. rad. no. 2), opp. צָפוֹן regioni caligine tectae (cf. πρὸς ἠῶ τ' ἠέλιόν τε Hom. Il. 12, 239. Od. 9, 26. 13, 240 opp. πρὸς ζόφον Od. 9, 26. 12, 81). Deut. XXXIII, 23. Eccl. I, 6. XI, 3. Ez. XXI, 2. XL, 24. 27. 28. 44. 45. XLI, 11. XLII, 12. 13. 18. Poët. de vento australi Iob. XXXVII, 17. LXX νότος, semel λίψ Deut. l. c. — C. B. Michaeli (in diss. de notione superi et inferi §. 15) דָּרוֹם pr. est defluxus (coll. דָּרַר no. 3), inde *locus defluxus*, *locus inferior*, qualem austrum ab Hebraeis habitum esse ibidem probatum it, opp. צָפוֹן quod a speculando et prominendo dictum sit (rad. צָפָה), sed etymon supra propositum magis placet. Ipsa defluendi descendendique notio nostrae radici gratis tribuitur.

דַּרְדַּר m. *tribulus*, *spinae* genus, quod in arvis succrescit frugibusque nocet. Bis legitur collect. Gen. III, 18: קוֹץ וְדַרְדַּר. Hos. X, 8. LXX. τρίβολοι i. e. tribuli, planta spinis horrens in agris crescens (tribulus terrestris Linn. aut Fagonia) Theophr. hist. pl. 6, 5. Diosc. 4, 15. cf. Virg. Ge. 1, 154: lolium tribulique fatigant triticeas messes. Plin. H. N. 18, 17. Syr. interpres eodem vc. ܕܪܕܪܐ, quo etiam in N. T. utitur pro ἄκανθαι Mt. VII, 16 et τρίβολοι Hebr. VI, 8 (nisi ordo dictionum ibi transpositus est). Bar Ali in Ms. Lugd. et ap. Lud. de Dieu ad Gen. et Hebr. l. l. c. c. ܕܪܕܪܐ العوسج الدرار ويقال الحسك

quae vix sana sunt. Malim: العوسج الدردر et ويقال الحسك, quod posterius vulgare tribuli nomen est, ut reddendum sit: *rubus, spina, et ut alii volunt tribulus.* Saadias Gen. l. c. retinet دردر, idemque teste CASTELLO (Heptagl. col. 770) habet prophetarum Versio arabica Oxon. (Seldeniana) Jes. XXXIV, 13, ignorant tamen Firuzabadii et Dschauharii lexx., nam دَرْدار arab. et pers. *ulmus* huc non pertinet. Onk. et Pseudojon. אטדין, Sam. כובין, quod utrumque spinas notat. Rabbinorum nonnullis est eadem herba spinosa, quae alibi עכביות nuncupatur (Barten. ad Okezin 3 §. 2), prob. arab. عكوب carduus hortensis. R. Tanchum: معلوم ان דרדר نوع من الشوك وقالوا انه العكوب الذى زهرة الشكاعة *constat, dardar esse spinarum genus, et sunt qui dicant esse i. q.* عكوب *quod est flos cardui.* Vide CELSII Hierobot. II p. 128—137. FULLERI Miscell. VI, 1.

דָּרַשׁ fut. יִדְרֹשׁ pr. trivit, sive manibus (Prov. XXXI, 13: דָּרְשָׁה צֶמֶר *tractat lanam*, manibus terit), sive pedibus (v. infra observationem etymologicam de usu Arabum et Aramaeorum); sed ex usu loquendi Hebraeorum

1) *quaesivit* Ez. XXXIV, 6, sq. acc. rei Lev. X, 16, sq. לְ Iob. X, 6: לְחַטָּאתִי תִדְרוֹשׁ, sq. אַחַר (nostr. nach etwas suchen) Iob. XXXIX, 8. Maxime in formula דָּרַשׁ אֶת יְהוָֹה Deum quaesivit i. e. Deum adiit precibus, opem eius imploravit. 2 Chr. XVI, 12: *etiam in morbo suo* לֹא דָרַשׁ אֶת יְהוָֹה כִּי בָּרֹפְאִים *Dei opem non implorabat, sed medicos consulebat* (cf. no. 3). Deut. IV, 29: *et invenies* (Deum) כִּי תִדְרְשֶׁנּוּ בְּכָל לְבָבְךָ וּבְכָל נַפְשֶׁךָ *si eum quaeris* (imploras) *toto corde et toto animo tuo.* Ps. LXXVIII, 34: אִם הֲרָגָם וּדְרָשׁוּהוּ *si interficiebat eos, implorabant eum.* Thren. III, 25: *benignus est Deus* ...... לְנֶפֶשׁ תִּדְרְשֶׁנּוּ *erga hunc, qui eum implorat.* Ps. XXXIV, 5: *Deum imploravi et exaudivit me.* CV, 4. 1 Chr. XV, 13. XXI, 30. 2 Chr. XII, 14. XIV, 2. 3. 7. XV, 2. 12. XIX, 3. XX, 3. XXII, 8 (9). XXVI, 5. XXX, 19. XXXI, 21. Jes. LXV, 10. Am. V, 4. 6. Hos. X, 12. Jer. X, 21. XXIX, 12. Zeph. I, 6. Saepe de piorum hominum Deum invocandi consuetudine et i. q. Deum *pie coluit, veneratus est.* דֹּרְשֵׁי יְהוָֹה pii cultores Dei Ps. IX, 11. XXII, 27. XXIV, 9. XXXIV, 11. LXIX, 33. Passim additur בְּכָל לֵב Ps. CXIX, 2. 10. 2 Chr. XXII, 8. Deut. l. c. Alibi, maxime in sequiore Hebraismo, dr. sq. לְ: דָּרַשׁ לַיהוָֹה 1 Chr. XXII, 19. 2 Chr. XV, 13. XVII, 4. 5. XX, 3. XXXI, 21. XXXIV, 3. Esr. IV, 2. VI, 21, semel sq. אֶל Iob. V, 8, ut arab. طلب الى الله quaesivit ad Deum i. e. Deum imploravit (cf. VIII, 5 et Jes. XI, 10). Refertur etiam ad numina, quae adeunt atque implorant cultores eorum 2 Chr. XXV, 15. 20. Jer. VIII, 2, sq. לְ Deut. XII, 30. Saepe copulatur cum syn. בִּקֵּשׁ (q. v. no. 1). Opponitur מָצָא אֶת יְיָ invenire Deum i. e. ab eo exandiri Jer. XXIX, 13. 2 Chr. XV, 2. — Part. pass. Ps. CXI, 2: *magna sunt Dei facinora* דְּרוּשִׁים לְכָל־חֶפְצֵיהֶם *quaesita* (inventa, v. Niph.) *ab omnibus diligentibus eum.* Sententia est, maxima quaeque Dei facinora ab eo obtineri precibus piorum, חֶפְצֵיהֶם non a חֵפֶץ sed a חָפֵץ. — LXX constanter ζητεῖν τὸν θεόν.

2) *adiit* locum, *frequentavit* eum (einen Ort *besuchen*), sq. acc. 2 Par. I, 5. Am. V, 5, sq. אֶל Deut. XII, 5. Part. pass. עִיר דְּרוּשָׁה urbs frequentata, celebrata Jes. LXII, 12.

3) *quaesivit ex aliquo, percontatus est* Iudd. VI, 29. Deut. XIII, 15. XVII, 4. 9, c. acc. pers. et rei, *de* qua percontantur, 2 Par. XXXII, 31: לִדְרֹשׁ הַמּוֹפֵת *ad percontandum de miraculo.* 1 Par. XXVIII, 9: כָּל־לְבָבוֹת דּוֹרֵשׁ יְיָ *omnia corda perquirit* examinat *Jehova*, it. לְ 2 Sam. XI, 3: וַיִּדְרֹשׁ לָאִשָּׁה *quaesivit de muliere*, עַל 2 Par. XXXI, 9. Eccl. I, 13. Spec. *oraculum petiit* ab aliquo, *consuluit* aliquem, ut Deum, prophetam c. acc. Gen. XXV, 22. Ex. XVIII, 15. 2 Reg. XXII, 13. Jes. XXXI, 1. LVIII, 2. Jer. XXXVII, 7. 1 Reg. XXII, 5. (2 Chr. XVIII, 4), it. idola, incantatores, medicos, sq. בְּ (pr. percontatus est ap. aliquem) 1 Sam. XXVIII, 7. 2 Reg. I, 2. 1 Par. X, 14. 2 Chr. XVI, 12. XXXIV, 26, אֶל (percontaturus adiit aliquem) Jes. VIII, 19. XI, 10. XIX, 3. Deut. XVIII, 11, לְ Ez. XIV, 7, עַל 2 Chr. XXXI, 9, מֵעַל סֵפֶר יְיָ (ex libro Jehovae) Jes. XXXIV, 16. Propheta, *per* quem Dei oraculum petunt, ponitur c. מֵעִם 1 Reg. XIV, 5, מֵאֵת 2 Reg. III, 11. VIII, 8. 1 Reg. XXII, 7. 2 Chr. XVIII, 7, בְּ Ez. XIV, 7, v. c. 1 Reg. l. c. *venit mulier Jerobeami* לִדְרֹשׁ דָּבָר מֵעִמְּךָ אֶל בְּנָהּ *oraculum petitura a te de filio suo.* Is, pro quo oraculum aditur, cstr. praevio בְּעַד Jer. XXI, 2.

4) *postulavit, poposcit* Ez. XX, 40, c. acc. rei et מִן, מֵעִם pers. Deut. XXII, 2. XXIII, 22. Mich. VI, 8. Absol. *poposcit* panem, *mendicavit.* Ps. CIX, 10: דָּרְשׁוּ מֵחָרְבוֹתֵיהֶם *mendicant procul a domuum suarum ruderibus.* It. *repetiit*, sq. מִיַּד Ez. XXXIV, 10, adeoque *vindicavit, ultus est.* דָּרַשׁ דָּם מֵעִם, מִיַּד sanguinem repetiit ab aliquo i. e. caedem ultus est (cf. גָּאַל) Gen. IX, 5. XLII, 22. Ez. XXXIII, 6. Ps. IX, 13, absol. Ps. X, 4: בַּל יִדְרֹשׁ *non vindicat* Deus, comm. 13. Deut. XVIII, 19: *et qui verbis meis morem non gerit* ..... אֶדְרֹשׁ מֵעִמּוֹ *ab eo poscam,* hunc puniam.

5) *operam dedit* alicui rei, *studuit, sectatus est* rem (cf. درس studuit), ut iustitiam Jes. I, 17. XVI, 5, bonum Am. V, 14. Prov. XI, 27, legem divinam Ps. CXIX, 45. 156. 1 Par. XXVIII, 8. Esr. VII, 10. דָּרַשׁ שָׁלוֹם, טוֹבַת פ׳ saluti alicuius studuit Deut. XXIII, 7. Esr. IX, 12. Jer. XXIX, 7, דָּרַשׁ לְשָׁלוֹם לְ Jer. XXXVIII, 4. דָּרַשׁ רָעַת פ׳ Ps. XXXVIII, 13. Cf. Esth. X, 3: דֹּרֵשׁ טוֹב לְעַמּוֹ. Hinc *curavit, curam rei gessit.* Sq. accus. Deut. XI, 12: אֶרֶץ אֲשֶׁר דֹּרֵשׁ יְיָ אֹתָהּ *terra cuius curam gerit Jehova.* Iob. III, 4: *ne curet eum Deus desuper.* 1 Chron. XIII, 3. Ezech.

XXXIV, 8, sq. לְ Ps. CXII, 5: אֵין דֹּרֵשׁ לְנַפְשִׁי *nemo curat vitam meam.* Jer. XXX, 14. 17, sq. עַל *curam gessit* alic., *animum advertit ad* aliquem (*Acht haben auf* jem.) 2 Chr. XXIV, 6: מַדּוּעַ לֹא דָרַשְׁתָּ עַל הַלְוִיִּם לְהָבִיא וגו׳ *quidni animum advertisti ad Levitas, ut afferrent* cet.

Niph. נִדְרַשׁ inf. absol. אִדָּרֵשׁ (pro הִדָּרֵשׁ) Ez. XIV, 3, 1 fut. אִדָּרֵשׁ i) pass. no. 1. *invenire et adire se passus est, aditum praebuit* alicui, sq. לְ, inde *exaudivit* eum. Ez. XXIV, 3: הַאִדָּרֵשׁ אִדָּרֵשׁ לָהֶם *num exaudirem eos?* XX, 3. 31. Jes. LXV, 1: נִדְרַשְׁתִּי לְלוֹא שָׁאָלוּ *exaudivi etiam non petentes.* Addito acc. rei petentibus concessae Ez. XXXVI, 37 (cf. עָנָה c. acc.). — 2) *lustratus est* i. q. פֻּקַּד 1 Chr. XXVI, 31. LXX. ἐπεσκέπησαν. Vulg. *percensiti sunt.* Targ. אתבעו. — 3) pass. no. 4. sanguis *repetitus* s. *vindicatus est.* Gen. XLII, 22.

Pi. inf. דַּרְיוֹשׁ Esr. X, 16, modo scriptura genuina est (3 codd. דְּרוֹשׁ), pro דַּרוֹשׁ, cf. ad rad. דָּלַל.

Quamvis *quaerendi* significatus, si V. T. usum spectas, primarius et (praeter locum Prov. XXXI, 13) unicus haberi possit (LXX. ferme ubique ζητέω, ἐκζητέω, ἐπιζητέω), origo tamen est in *terendo* sive manibus, sive pedibus, et quaerendi notio ducta est a palpando et circumeundo, ut in syn. בִּקֵּשׁ. Syr. ܕܪܫ est: trivit, calcavit viam, trituravit, et metaph. inquisivit, studuit, disputavit. Arab. درس trivit v. c. vestem (unde دِرْس vestis detrita Abulf. Ann. II, 232), metaph. trivit libros, studuit, didicit et trans. docuit. Aeth. ደረሰ: studiose composuit librum. Media radicali r in vocalem emollita (v. ad litt. ר) e nostra radice orta est דּוּשׁ, quae primariam notionem servavit: utramque formam habes in linguis germanicis: *dreschen*, belg. *dörschen*, germ. inf. *döschen.* Vicinas radd. commemoravi s. v. דָּרַךְ. Variam per particulas constructionem huius verbi peculiari dissertatione illustravit C. Aurivillius, in sylloge dissertatt. *ed. Michaëlis* no. 19.

מִדְרָשׁ m. *sermo, commentarius,* ut saepe in Rabbinismo, a significatione translata *concionandi* et *interpretandi*, quae ducta est ab inquirendo et in oratione quasi discurrendo (un discours). Arab. مِدْرَس commentarius, liber. 2 Chr. XXIV, 27: מִדְרַשׁ סֵפֶר הַמְּלָכִים *commentarius in librum Regum*, intellige commentarium historicum, paralipomena continentem. XIII, 22: מִדְרַשׁ הַנָּבִיא עִדּוֹ *commentarius Iddonis prophetae;* tales intellige commentarios qualeş Caesar scripsit.

דָּשָׁא *germinavit, gramine viruit* Joël II, 22. LXX. βλαστέω. Arabes hanc potestatem habent in rad. ودس i. e. prima plantarum germina produxit terra, وَدْس primum terrae germen, وادس planta germinans, مُودِسة germinibus tecta terra.

Hiph. *germen produxit* terra Gen. I, 11. Idem comm. 12 repetitur vocabulo usitatiore הוֹצִיא.

דֶּשֶׁא m. *prima* terrae *germina*, *gramen tenerum, herba tenera*, gr. χλόη (ut quinquies Alex., alibi χόρτος, βοτάνη, πόα) Jes. LXVI, 14, prata vestiens pluviisque riganda Deut. XXXII, 2. 2 Sam. XXIII, 4, bestiarum deliciae Iob. VI, 5. יֶרֶק דֶּשֶׁא viror herbae Ps. XXXVII, 2. Jes. XXXVII, 27. Distinguitur a חָצִיר i. e. gramine adultiore, messi maturo Prov. XXVII, 25, item ab עֵשֶׂב herba adultiore et semen concipiente Gen. I, 11. 12. Ex hoc ipso loco praeterea colligitur, דֶּשֶׁא usurpari praecipue de gramine, quod semine (saltem conspicuo) careat, herbisque tenuioribus, quales in agris non cultae sponte et sine semine nasci credebantur (Theophr. de caus. plant. I, 5) bestiis magis quam hominibus cibum praebiturae. Etenim comm. 29. 30 et IX, 3 non דֶּשֶׁא, sed יֶרֶק עֵשֶׂב *herba virens* (intelligere *olera*) hominibus pro cibo assignatur, et 2 Reg. XIX, 26 iunguntur: עֵשֶׂב שָׂדֶה וִירַק דֶּשֶׁא. Male vero LXX. et Vulg. Gen. l. c. verba דֶּשֶׁא עֵשֶׂב iunctim reddunt βοτάνην χόρτου, *herbam virentem*, neque calculum adiicere debebant nonnulli recentiores coll. comm. 29. 30, cuius loci alia est ratio. Jarchius ad Gen. l. c. inter עֵשֶׂב et דֶּשֶׁא idem discrimen statuit, quod inter gall. *herbe* et *herbage*, nimirum illud de singulis plantis et oleribus dici, hoc multarum herbarum complexionem et quasi vestimentum designare, quo campus induatur (cf. arab. وَدْس ap. Golium), ut recte dicatur דֶּשֶׁא פְּלֹנִי non עֵשֶׂב פְּלֹנִי: quae vero observatio synonymiae accurate constituendae non sufficit. (Chald. דִּתְאָה id. Syr. transp. ܬܕܐܐ et ܬܐܕܐ herba verna, unde ܡܬܕܐܐ ܬܕܐܐ? de tempore verno Barhebr. p. 560. In Cod. Nas. hoc significatu habes ܕܬܐ, quod male ad rad. כתש retulit Norbergius in Lexid. pag. 4. Cf. prae caeteris cod. Nasar. II, 38: *et profert* terra [Mandaic text] *gramina et semina fructusque* [cf. Gen. I, 11] it. II, 310. III, 86. De usu Arabum v. in rad.).

דָּשֵׁן *pinguis fuit* et *factus est.* De homine Deut. XXXI, 20. (Arab. دَسِمَ id., ם et ן inter se permutatis Conj. II. pinguem reddidit cibum, دَسَم pinguedo cibi).

Pi. 1) *pinguem reddidit.* Prov. XV, 30: שְׁמוּעָה טוֹבָה תְּדַשֶּׁן־עָצֶם *laetus nuntius pinguia reddit ossa*, medulla qs. implet ossa, vires auget. Hinc *unxit* Ps. XXIII, 5. (Arab. دَسَمَ inunxit pice camelum). 2) *pinguem declaravit.* Ps. XX, 4: עוֹלָתְךָ יְדַשְּׁנֶה *holocaustum tuum pingue* h. e. acceptum *habeat.* (Ad ־ֶה parag. pro ־ָה cf. 1 Sam. XXVIII, 15. Prov. XXIV, 14. Jes. LVI, 12). Sec. Kimchium (denom. a דֶּשֶׁן coll. no. 3) *in cineres redigat* Deus, nimirum igne coelitus demisso cf. 1 Reg. XVIII,

24. 36. 3) (denom. a דֶּשֶׁן) *a cineribus purgavit.* Exod. XXVII, 3. Num. IV, 13.

Pu. pass. Pi. no. 1 *pinguefactus est*, de terra sanguinis pinguedine rigata Jes. XXXIV, 7 (cf. Hor. Carm. II, 1, 29: quis non latino sanguine pinguior campus? Virg. Ge. 1, 491), de hominibus Prov. XXVIII, 25, et bis quidem tribuitur animae (v. נֶפֶשׁ no. 2 fin.) XI, 25. XIII, 4 (cf. Jer. XXXI, 14). Pinguefieri autem tribus his locis metaph. dr. pro opulentum fieri, ditescere, v. דָּשֵׁן no. 3.

Hothp. הֻדַּשַּׁן pro הֻתְדַּשַּׁן *pinguedine oblitus est* gladius Jes. XXXIV, 6.

דָּשֵׁן adj. 1) *pinguis* (de solo) Jes. XXX, 23. 2) *succosus* (de arboribus) Ps. XCII, 15. Sic *pingues ficus* i. e. succosae Hor. Sat. 2, 8, 88. 3) *dives, opulentus.* Ps. XXII, 30. דִּשְׁנֵי אֶרֶץ *pingues terrae* i. e. divites. Eodem modo transfertur وَدَكٌ et دَسَمٌ pinguedo ad fortunam lautam et opimam, v. H. A. Schultens ad Elnawabig p. 117. Meidan. prov. p. 48, it. gr. *πίων*, lat. *pinguis* Hor. Od. 2, 12, 22.

דֶּשֶׁן m. c. suff. דִּשְׁנִי 1) *pinguedo* Iud. IX, 9, meton. de cibo pingui, lauto Ps. XXXVI, 9. LXIII, 6. Iob. XXXVI, 16. Jes. LV, 2. Jer. XXXI, 14; *fertilitas, ubertas.* Ps. LXV, 12.

2) *cinis*, isque pinguis, qualis ex hostiis combustis in altari (Lev. I, 16. IV, 12. VI. 3. 4. 1 Reg. XIII, 3. 5) et e cadaveribus in rogo combustis (Jer. XXXI, 40) oritur, *Fettasche.* Vides, quomodo differat ab אֵפֶר q. v. Cinere autem iam veteres ad prata et arva pinguefacienda usos esse docet Plin. XVII, 9.

דָּת f. Esth. III, 15. IX, 14 cstr. דַּת IX, 13. II, 12 (ubi nonnulli codd. דָּת, quod non probo) pl. cstr. דָּתֵי I, 18. III, 8, c. Suff. דָּתֵיהֶם III, 8, sequioris Hebraismi et Chaldaismi vc. 1) *mandatum* (regis Persarum), *edictum* Esr. VIII, 36. Esth. I, 8. II, 8. III, 14 sqq. IV, 3. 8. VIII, 13 sqq. 17. IX, 1. 13 sqq. Inde

2) *lex*, quippe ex mandato regio pendens Esth. I, 19. II, 12. III, 8. IV, 11. 15, et collect. *leges*, *ius* (i. q. מִשְׁפָּט). יֹדְעֵי דָּת וָדִין Esth. I, 13. 15.

3) Seorsum tractare placet locum plurimis interpretum coniecturis vexatum Deut. XXXII, 2: *et venit* (Deus) *de myriadibus sanctis* מִימִינוֹ אֵשׁ דָּת לָמוֹ, ubi tamen permulti codd., maxime in textu (v. de Rossii scholia critica ad h. l.) אֵשְׁדָּת iunctim scribunt, nonnulli etiam per Patach דַּת לָמוֹ, duo Sam. אשדות. Ex vulgari vc. nostri significatione reddi potest: *a dextra eius ignis lex* s. *mandatum iis* (Israelitis) futurus, idque referri vel ad columnam igneam, quae populum proficisci et subsistere *iubebat* viamque per desertum *monstrabat* (cf. infra דָּת i. q. תּוֹרָה a monstrando), vel ad fulgura (Ps. L, 2. 3. Hab. III, 5), quibus Deus utitur ministris (Ps. CIV, 4. CXLVIII, 8) *mandata sua* populo patefacturus. Minus certe placet *ignis legis* i. e. fulgura inter quae lex populo promulganda erat (coll. Comm. 4). Ex vett. *legis* potestatem retinuerunt Vulg. (*lex ignea*), Saad. Targg. Aben Esra, Luth., sed per hypallagen vix et ne vix quidem admittendam. Multi tamen vel alias anquisiverunt interpretationes, vel de contextu emendando cogitaverunt. In illis est Lenzius (in diss. Lugd. p. 1010), qui דָּת a radice יָדָה derivandum idem esse volebat quod יָד de columna etiam usurpatum (malim certe דָּת i. q. יָד de manu *monstrante* intelligere); ex his nominandi Alexandrinus, Geddesius, et nuper Boettcherus (Proben alttestamentl. Schrifterklärung p. 1—5). Et Alex. quidem verba nostra reddit: *ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ*, procul dubio legens אשדות עמו pr. *fortes* (אשדות enim derivabat a שָׁדַד coll. שַׁדַּי) *cum eo:* eandem scripturam secutus Geddesius אשדות (אֲשֵׁדוֹת) *torrentes* interpretatur, et imbres intelligit ad theophaniae descriptionem pertinentes, Boettcherus אַשְׁדָּת vel אֶשְׁדָּת legit, idque compositum esse coniicit ex אֵשׁ et שְׁדַת vel שֶׁדֶת iaculatio fulminum, a rad. שָׁדָה, coll. n. pr. שְׁדֵיאוּר (q. v.), ut sententia sit: *e dextra eius ignis iaculationis* (Schiessfeuer) i. e. fulgura *ad eos* missus. Eadem vero haec sententia, aptissima sane, in vulgari quoque scriptura inest, siquidem דָּת pro יְדַת esse potest *iactio* s. *iaculatio* a rad. יָדָה iecit (v. infra notam etymol.); eamque interpretationem, quam nemini in mentem venisse miror, equidem omnibus reliquis praetulerim, tum quia hac adoptata ex vulgari scriptura sensus aptissimus prodit, tum quia hac ratione דָּת eiusdem originis esse statuitur, atque דָּת *lex* et דּוֹת *fons*, v. infra. Plura etiam interpretum et Criticorum pericula dabit A. Th. Hoffmann in Comment. in Deut. XXXIII (Lips. 1822) p. 20 sqq.

In recentiore lingua persica داد *dâd* est *ius*, *iustitia*, a verbo دادن *dâden* dare, edere, mandare (Matth. XIV, 10), zend. (et sanscr.) *dâ* dare (gr. *δι-δωμι*, lat. *dare*), unde *dâta-r* dator, *dâtem* donum (Bopp vergleichende Grammatik, passim), nisi mavis a sanscr. *dhâ* ponere, quod respondet gr. *τίθημι*, cf. *θεσμός* a *τίθημι*, *τίθεσθαι νόμον*, *νομοθέτης*, nostr. *Gesetz* a setzen, *statutum* a statuendo, chald. שׂוּם טְעֵם. *Dat* autem *legis* potestatem habuisse arguit pehlevicum *Datouber* iudex, legisperitus i. q. דָּתָבַר (Anquetil du Perron III, 499). Adde armen. դատ (Schroederi thes. ling. armen. p. 223). In lingua syriaca vc. nostrum saltem rarissimi usus fuisse et vix civitatem nactum videtur. In syriaca enim Versione librorum Esther, Esrae et Danielis hebraeum et chaldaeum דָּת pro variis eius significationibus redditur ܦܘܩܕܢܐ mandatum, ܢܡܘܣܐ lex et ܕܝܢ ius, semel tantum, Dan. II, 9 חֲדָה הִיא דָתְכוֹן Syrus interpres reddit: ܕܬܟܘܢ ܡܪܐܝܒ *una est sententia vestra* et his verbis explicandis inservire volebat Bar Ali hac glossa: ܕܬܐ ܗܝ ܕܨܒܝܢܐ ܐܘ ܡܠܟܐ عرص (l. غرض) انقضا الامر *dato est voluntas sive consilium*, arabice *consilium*, *executio rei* et una linea interiecta (cave enim hanc ad nostram glossam pertinere putes) ܕܬܟܘܢ ܡܫܠܡܢܘܬܟܘܢ نصيبكم

datcun est pars sive sors vestra. Vides, fluctuare Glossographum inter duas significationes vc. obscuri, *mandati* et *voluntatis* (v. infra de Danielis loco) et peius etiam Bar Bahlul (apud Michaelem p. 215), qui ܕܳܬܟܽܘܢ interpretatur ܕܡܛܳܐ ܠܟܽܘܢ *quod vobis accidit.* Caeterum persicam vocis originem primi suaserunt LA CROZE et BUETTNERUS ap. *J. D. Michaëlem* in suppl. p. 487, quem deinceps secuti sunt tantum non omnes. Commendatur ea vocabulo דְּתָבַר q. v.), quod in syllabam exit manifesto persicam, neque tamen necessaria est. Acquiesci enim potest in etymo, quod proponunt C. B. MICHAELIS (lumm. syr. §. 31) et JO. SIMONIS (Lex. ed. 1. 2) a rad. יָדָה *iecit*, pro יְדַת (formae מְנָת), ad ponendi significatum translato (cf. יָרָה no. 2. et lat. iacere fundamentum): statuere etiam potes, יְדַת pariter atque יָרָה in Hiph. ad *monstrandi docendi*que vim relatum esse, et דָּת pro יְדַת plane eiusdem originis esse atque תּוֹרָה, quae *monstrandi* vis egregie accommodata est ad l. l. Deuteronomii. Adde quae supra coniecimus de vc. דָּת Deut. XXXIII, 2, nec non chald. דּוּת *fontem* (de quo pag. 332) dictum esse posse ab aqua *eiaculata.* Neque huic origini obstat chald. דְּתָבַר, quod vocabulum hibridum esse potest, ut simile גְּזָבַר manifesto est. — Fuisse etiam, qui דָּת contractum censerent ex דַּעַת testis est J. D. Michaëlis in Supplemm. l. c., quibus equidem non grammaticas leges opposuerim (v. בִּי p. 222), sed nimis discrepantem utriusque vocabuli significatum. KANNIO (bibl. Untersuchungen II, p. 136 sqq.) דָּת dictum videbatur pro שָׁת a rad. שִׁית.

דָּת chald. f. i. q. hebr. 1) *edictum*, *decretum* regis Dan. II, 13. 15. — Eodem pertinent verba II, 9: *nisi somnium mihi indicatis* חֲדָה הִיא דָתְכוֹן Vulg. *una est de vobis sententia* i. e. idem de vobis omnibus decretum est, nimirum, ut bene Alex., θανάτῳ περιπέσεσθε. Luth. *so geht das Recht über euch*, cf. ex recentioribus GEIERUM et C. B. MICHAELEM. Alii, ut BERTHOLDTUS, quos olim sequebar, reddunt: *una est sententia vestra* i. e. unum est consilium vestrum sc. fallacia et mendacia mihi dicere. Sed nusquam praeterea דָּת de privati hominis consilio dicitur: inter hanc duplicem tamen huius loci interpretationem etiam Versionis Syrae interpretes dubii haeserunt (v. supra). 2) *lex* Esr. VII, 26 et collect. *leges*, *ius* Dan. VI, 9. 13. 16. Inde 3) *ius divinum*, *religio.* Esr. VII, 12. 21. 25. 26. Dan. VI, 6. VII, 25. Apud Rabbinos דת הנוצרים est religio Christianorum, דת הישמעאלים religio Arabum s. Muhammedanorum.

דְּתָבַר pl. דְּתָבְרַיָּא chald. Dan. III, 2. 3 *legis periti*, *iudices.* Conflata est vox ex דָּת lex et pers. ور, وار, quae syllaba possessivis formandis inservit (v. גְּזָבַר p. 296). In lingua pehlevica est *Datouber* iudex (v. ANQUETIL DU PERRON Zend-Avesta III, p. 499), pers. داور iudex, contr. ex دادور, cf. دادار iustitiae dator, epith. Dei.

דָּתָן (vel a דָּת Deut. XXXIII, 2 addita terminatione ָן, vel *fontanus*, a דָּת = דּוּת) n. pr. viri, qui cum Koracho contra Mosen coniurabat Num. XVI, 1. XXVI, 9. Deut. XI, 6. Ps. CVI, 17.

ה

He (הֵא) quinta alphabeti littera, ubi numeri nota est, *quinque* significans. Nomen quid significet, malo ignorare, quam coniecturas sequi longius petitas, ut Ewaldi (gramm. crit. pag. 15), cui הֵא est i. q. arab. مَهْوَى, فُوّة locus depressus, hiatus, rima, quam referri existimat figura phoenicia, quae talis est: 𐤄, 𐤄.

Vicinum est 1) reliquis gutturalibus, speciatim א lenius (vide pag. 2) et ח fortius prolato, ita quidem, ut ח plerumque emolliatur in ה, idque magis etiam in א, vide הָזָה et חָזָה vidit in somnio, הָסָה et חָשָׁה tacuit, הָדַר et חָתַת i. q. הָתַת fregit, הָרָה concepit coll. חָרָה exarsit, הָדַר, حدر et هدر intumuit, הָצַן i. q. حصن firmus, munitus est, הָתַל, ختل fefellit, حبش, هبش, خبش congregavit, in altera radicis sede צָהַר et צָחַר, מָהַר et מָחַר splenduit, canduit, לָהַם et לָחַם voravit, edit, מָהַר et מָחַר vendidit, סָהַר et סָחַר rotundus fuit, צָהָה et צָחָה, צְחָה apricus fuit, נָהַל et נָחַל no. II fluxit, cf. ex aramaeis et arabicis ܚܢܳܐ, حنى, חָנַן incurvavit se, זְהוֹרִי, ܙܚܘܪܝܐ coccus, رهيف et رحيف vinum, قهل et قحل corrugavit, لهس et لحس lambit, et in tertia, לָהָה i. q. לָחָה sitivit, גָּבַהּ et גָּבַח, sam. 𐤂𐤁𐤄 altus fuit, cf. germ. *hoch* fem. *hohe*, *Gesicht*, *Geschichte*, *Zucht*, *Flucht* a verbis *sehen*, *geschehen*, *ziehen*, *fliehen*, et in lingua vulgari *zach* pro *zähe*, *Floch* pro *Floh* cet. Inde factum, ut etiam verba לה quiescentia, utpote saepe ex verbis לח orta (v. c. כָּהָה arab. كه hebes fuit, גָּהָה جه medicatus est, v. EWALDI gramm. p. 420) non raro eiusdem potestatis sint, atque לח, vide radd. סָחָה et סָפָה, סָפַח et כָּלָה, כָּלַח et פָּלָה, פָּלַח et פָּצָה, פָּצַח et פָּתָה, פָּתַח et קָשָׁה, קָשַׁח et קָלָה, קָלַח al. — Passim etiam permutatur 2) cum palatinis, vide אָהַב et עָגַב, מָהַר et מָכַר, et 3) cum sibilantibus. Quemadmodum spiritus asper Graecorum saepe respondet s Latinorum, velut in ἕξ *sex*, ἑπτά *septem*, ἕρπω *serpo*, ἅλλομαι *salio* cet., ita etiam, sed raro, in

linguis semiticis v. c. הָלַךְ et יָלַךְ سلك ivit, הַקְטִיל aram. ܐܩܛܠ et ܩܛܠ et quae sunt his similia.

Saepius ה littera emollitur in quiescibiles, speciatim 1) in *Jod*, tum in prima radicali, ut הָלַךְ et יָלַךְ, הָגָה et יָגָה, tum in media, v. זָהָה et زيى ornavit, צָהָה et צָיָה, פָּהָה et פָּיָה, نهأ et نيأ cruda fuit caro, שָׁהָה i. q. سها oblitus est, neglexit, cf. יֵיטִיב pro יְהֵיטִיב et germ. *blühen*, *Mühe*, in Saxonia inferiore *blöjen*, *Möje*, et similem permutationem litterarum א et י (pag. 2). Eam ob causam ה quoque pariter atque י; א, נ, syllabae primariae praepositum trilitteris formandis inservit, vide הָדַף i. q. דָּפָה, נָדַף a stirpe דף, הָדַךְ a stirpe דך, הָרַס a stirpe רס i. q. ῥήσσω, reissen. 2) in Waw, maxime in media radice, ut קָהַל sam. ࠒࠅࠒ congregavit, לְהָבִים et לוּבִים Libyes, أهل contr. آل homines, quanquam, ut nunc se habent linguae semiticae, forma durior per ה in dialectis recentioribus et aramaeis frequentior est. Cf. בּוֹשׁ aram. בְּהַת, ܒܗܬ pudore affici, דּוֹר دهر aetas, מוּל aram. מְהַל circumcidere, נוּר, נְהַר illucescere, רוּץ ܪܗܛ currere cet.

הַ, הָ, הֶ (de quarum formarum diverso usu vide notam), littera nominibus et pronominibus, raro verbo, praefixa, decurtata ex pleniore הַל, arab. ال, in lingua vulg. nonnunquam هل v. Caussin grammaire p. 59. 60. App. p. 4. 5. 11. 14, in lingua phoenicia א et ה, unde in nummis Gaditanis אגדר et הגדר, v. Kopp Bilder und Schriften II, 210 (cf. vicinum אֵל, אֵלֶּה p. 94)

1) pr. pronomen demonstrativum, *hic*, *haec*, *hoc*, ut ὁ, ἡ, τὸ apud Homerum et saepe apud Herodotum. Ita in formulis הַיּוֹם, اليوم hoc die i. e. hodie, הַפַּעַם hac vice Exod. IX, 27, הַלַּיְלָה hac nocte Gen. XIX, 34 cf. 35, הַיּוֹם eo tempore, eo fere tempore, zu der Zeit. De aliis exemplis disputavimus in gramm. min. §. 108, not. v. c. Ps. XIX, 10: *leges Jehovae sunt veritas* ..... 11. הַנֶּחֱמָדִים *eae* sunt *pretiosae* cet. Ps. CIV, 3. Jes. XL, 22. Raro a) relativo praemissum est, ut *is, ea, id.* 2 Reg. VI, 22: הַאֲשֶׁר שָׁבִיתָ בְּחַרְבְּךָ וּבְקַשְׁתְּךָ *eos, quos captivos fecisti gladio et arcu tuo*, vel b) ipsius relativi vices gerit, adeoque verbo praefixum est, sed nonnisi in sequiore Hebraismo. Jos. X, 24: *praefecti bellatorum* הֶהָלְכוּא אִתּוֹ *qui cum eo iverant*. Esr. VIII, 25: *vasa*, הֵהֵרִימוּ הַמֶּלֶךְ וְיוֹעֲצָיו *quae obtulerant rex et ministri eius*. X, 14. 17. 1 Par. XXVI, 28. XXIX, 17. 36. Dan. VIII, 1. (Similiter ال pro الذى verbis et praepositionibus praemittitur, v. de Sacy gramm. I p. 793 [992 ed. 2]). — Abiit deinde

2) in *articulum definitum*, ut gr. ὁ, ἡ, τὸ, in quo vel ponendo vel omittendo similes leges sequuntur Hebraei, atque Graeci et nostrates, de quibus videndi libri grammatici (Lgb. p. 652 sq. Gramm. §. 107—109 ed. 11. Ewaldi gramm. p. 566 sqq.). Unum locum, de quo nuper in utramque partem disputatum est, sed strictim et negligentius, ut fit, ubi ex paucis exemplis indicatur (v. Wineri Lex. p. 239. Ewaldi gramm. hebr. p. 568, et contra Grambergium Religion des A. T. I, p. 12), nunc diligentius tractatum pristinis observationibus addere placet. Quaesitum enim est et ab aliis pernegatum, ab aliis affirmatum, num articulus definitus aliquando pro indefinito poni possit? Respondendum est: nunquam articulum definitum pro indefinito positum recte dici posse; multas tamen notiones ab Hebraeis definite cogitari et exprimi, quae in lingua graeca, germanica, gallica indefinite accepta articulo carent, quemadmodum recentiorum etiam linguarum usus hac in re saepe variat, et nominatim in lingua gallica ex singulari quodam linguae idiomate multa cum articulo efferuntur, quae in germanica eum non admittunt. Sic Gallice eleganter dicitur: nous aurons aujourd'hui *la pluie*, soyez *le bien venu*, il a *la mémoire bonne*, *l'esprit inquiet*, in quibus locutionibus cunctis ex nostrae linguae usu articulus ne ferri quidem posset. Iam quid Hebraeorum usus in hac re habeat peculiare, ad classes quasdam revocare placet, quae tamen maximam partem eo redeunt, ut articulus rebus notis praefigatur (Apollon. de synt. 1, 6: τὸ ἄρθρον προϋφεστῶσαν γνῶσιν δηλοῖ, et ibid. ἄρθρον, οὗ ἐξαίρετός ἐστιν ἡ ἀναφορά, cf. 2, 3: ἰδίωμα ἀναφορᾶς προκατειλεγμένου προσώπου δευτέρα γνῶσις. Cf. quae egregie disputata sunt in Harrisii Hermes I, p. 178 ed. germ). Articulo igitur, secus atque nostratium fert consuetudo, muniuntur

a) nomina, quae *materias* et *rerum genera* designant *omnibus nota*, allgemein bekannte Materien und Gattungsbegriffe, ut הַצֹּאן, הַזָּהָב, הַכֶּסֶף, הַמַּיִם. Gen. XIII, 2: *Abrahamus valde dives erat* בַּמִּקְנֶה בַּכֶּסֶף וּבַזָּהָב. Deut. XIV, 26: *et eroga pecuniam* בַּבָּקָר וּבַצֹּאן וּבַיַּיִן וּבַשֵּׁכָר. Exod. XXXI, 4: לַעֲשׂוֹת בַּזָּהָב וּבַכֶּסֶף in Gold und Silber zu arbeiten. Thren. IV, 2: מְסֻלָּאִים בַּפָּז. Jes. I, 22: *vinum* מָהוּל בַּמָּיִם. Ex. III, 3: *et obtegebant arculam* בַּחֵמָר וּבַזָּפֶת *bitumine et pice.* 2 Reg. IX, 30: וַתָּשֶׂם בַּפּוּךְ עֵינֶיהָ sie legte ihre Augen in die Schminke. Cf. Gen. VII, 12 (הַגֶּשֶׁם, ut gall. *la pluie*). Jes. XXVIII, 7. XL, 19. XLIII, 24. Similiter articulo delectantur

b) nomina abstracta, ut gr. τὸ πολιτικόν, τὸ ἱππικόν, nominatim nomina virtutum et vitiorum (cf. gall. *la* modestie convient à la jeunesse, *la* superstition engendre l'erreur, ubi nos plerumque sine art.). הָלַךְ בַּשֶּׁקֶר Jer. XXIII, 14, cf. LI, 19. XVI, 4. 5. Jes. XXIX, 21. Prov. XXV, 5: יִכּוֹן בַּצֶּדֶק כִּסְאוֹ (quanquam frequentius in his articulus omittitur): maxime nomina malorum et calamitatum, ut מוּת בַּצָּמָא siti perire Jes. XLI, 17. L, 2. Iud. XV, 18; הַסַּנְוֵרִים coecitas (nos indefinite Blindheit, sed definite die Pest, die Blattern) Gen. XIX, 11: *percussit eos* בַּסַּנְוֵרִים. Jes. XLV, 16: יַחְדָּו הָלְכוּ בַכְּלִמָּה (in die Schmach, ut nos: in das Verderben), cf. XXXII, 19: בַּשִּׁפְלָה תִּשְׁפַּל הָעִיר (in die Niedrigkeit sinkt die Stadt). XLVI, 2: נַפְשָׁם בַּשְּׁבִי הָלָכָה, XLVII, 5: בֹּאִי בַחֹשֶׁךְ, cf. LX, 2.

c) Longe frequentissimus autem est articuli usus post כְּ, comparandi particulam, quandoquidem comparatio nonnisi cum rebus sat notis institui potest, cf. nostr. flink wie *der Vogel* in der Luft, wie *der Fisch* im Wasser, weiss wie *der* gefallene *Schnee*. Sic כַּצֹּאן Jes. LIII, 6. Ps. XLIX, 15, כַּשֶּׂה Jes. LIII, 7, כַּבָּקָר XI, 7. LXV, 25. Iob. XL, 15, כַּצֶּמֶר Jes. I, 18. LI, 8; כַּצֵּל Iob. XVII, 8. XIV, 2, כַּשָּׁנִים, כַּתּוֹלָע sicut coccus Jes. I, 18, כַּיּוֹנָה Ps. LV, 7. Quam late hoc pateat, exemplis ex uno Jesaiae libro petitis monstrare placet. V, 24: כַּמֹּץ יִרְפֶּה. V. 25: כַּסּוּחָה. V. 28: כַּצָּר et כַּסּוּפָה cf. LXVI, 15. Jer. IV, 13; Jes. X, 14: כַּקֵּן, XIII, 8: כַּיּוֹלֵדָה (et ita semper in hoc vc. Ps. XLVIII, 7. Jes. XLII, 14. Jer. VI, 24. XXX, 6. XLIX, 24. Mich. IV, 9. 10). XIV, 17: כַּמִּדְבָּר (cf. XXVII, 10. Jer. IX, 11. Hos. II, 5), XXII, 18: כַּדּוּר sicut pila (cf. XXIX, 3), XXIV, 20: כַּשִּׁכּוֹר sicut ebrius cet. vide XXX, 17. 29. XXXIV, 4. XXXV, 6. XXXVIII, 14. XLI, 15, XLII, 13. XLIII, 17. XLIV, 22. (Similiter Arabes dicunt هي كالحجارة hi sunt sicut lapides, wie die Steine, كمثل الحمار wie *der* Esel, ubi nos: wie *ein* Esel, يضحك عن كالبرد ridet sicut de grandine i. e. ridens ostendit dentes grandini similes). Unum monemus, ibi articulum plerumque omitti, ubi nomen comparationi adhibitum adiectivo vel alia re satis definitum est. Cf. כַּקֵּן Jes. X, 14 sed כְּקֵן מְשֻׁלָּח XVI, 2; כַּמֹּץ Ps. I, 4 sed כְּמֹץ עֹבֵר Jes. XXIX, 5, כְּנַחַל שׁוֹטֵף XXX, 28, כְּצַפִּיחִת בִּדְבָשׁ Ex. XVI, 31, כִּכְפִיר יוֹשֵׁב Ps. XVII, 10, כְּאִישׁוֹן בַּת עָיִן XVII, 8. — Ponitur etiam articulus, ubi integra sententia comparativa est, ut Iud. XIV, 6: *dilaceravit leonem* כְּשַׁסַּע הַגְּדִי *quasi dilaceraret hoedum*. XVI, 9: כַּאֲשֶׁר יִנָּתֵק פְּתִיל הַנְּעֹרֶת *quasi rumperetur filum stupae*.

Minus ignotum d) articulo delectari Collectiva (Lgb. p. 653), recte praeterea e) observatum a nonnullis, articulum ibi poni, ubi accuratius nomen Suffixo definiendum erat (cf. de Sacy gramm. arabe II. §. 482, 1), ut si mulier maritum suum κατ' ἐξοχὴν maritum vocat, servus herum suum *der Herr*. Sic Prov. VII, 19: הָאִישׁ pro אִישִׁי *maritus meus*. Jer. III, 19: *quomodo ponam te* בַּבָּנִים *inter filios?* pro בָּנַי *filios meos*. Jes. IX, 6: לְמַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה pro מִשְׂרָתוֹ, comm. 2 הַשִּׂמְחָה pro שִׂמְחָתוֹ, neque aliter expediendum videtur הָעַלְמָה Jes. VII, 14, quod cum Hebraeis et Grotio explico עַלְמָתִי.

His ita expositis non est, quod moneam, nullum non nomen articulo munitum demonstrative accipi posse, atque adeo debere. Ad exempla quod attinet, quae olim in contrariam sententiam laudaveram (Lgb. p. 655), haec ita expedienda sunt: הָאֲרִי 1 Sam. XVII, 34 leo, ut notus et perpetuus gregis hostis, cf. ὁ λύκος Joh. X, 12, arab. الذيب, الغول; הַבְּאֵר Exod. II, 15 puteus illius regionis, הַנַּעַר Num. XI, 27 puer, qui in castris servum agebat, et similiter הַפָּלִיט Gen. XIV, 13 fugitivus, nempe unicus, qui evaserat. Alia quaedam exempla, in quibus forte aliquis offendat, haec sunt 1 Sam. XVII, 8: *ecce ego sum* הַפְּלִשְׁתִּי, nempe is, qui certamen singulare ingressurus est, cf. אִישׁ הַבֵּנַיִם Comm. 3. Gen. VIII, 6: וַיִּפְתַּח נֹחַ אֶת־חַלּוֹן הַתֵּבָה *aperuit Noachus fenestram arcae*, er öffnete *das* Fenster der Arche, ubi noli inde colligere, unicam fuisse arcae fenestram, quum etiam nos dicamus: er ging an *das* Fenster, er stand *am* Fenster, etsi multas habeat domus. XLI, 42: *torquem auream* (רְבִד הַזָּהָב) *collo circumposuit*, er hing ihm *die* goldene Kette um, vel eam qua ipse ornatus fuerat, vel quae novi muneris insigne erat (nostr. er hing ihm *den* Orden um). Similiter XLII, 23: כִּי הַמֵּלִיץ בֵּינֹתָם (*der* bey solchen Verhandlungen gewöhnliche Dolmetscher). Jes. LXI, 33: שׁוֹחֵט הַשּׁוֹר מַכֵּה אִישׁ זוֹבֵחַ הַשֶּׂה עֹרֵף כֶּלֶב *der* Rinder-Opferer ist ein Menschenmörder, *der* Schlächter von Schaafen ist ein Hundewürger. Quaeri possit, cur vcc. שׁוֹר, שֶׂה articulo munita sint, אִישׁ et כֶּלֶב non sint. Causa est, quod boum oviumque mactatores re vera existebant et quasi digito intendi poterant a scriptore, homicidae et canum immolatores h. l. nonnisi finguntur comparationis causa. Satis recte praeterea praecipitur a Grammaticis, praedicatum orationis articulum non admittere (cf. χαλεπὰ τὰ καλά et τὰ χαλεπὰ καλά) cf. Gramm. §. 108, 3. De locis Iud. XIV, 6. XVI, 9 supra iam dictum est.

Not. De vocalibus etiam litterae ה subiiciendis paulo accuratius, quam vulgo factum, praecipere iuvat. Vulgo igitur 1) ante litteras non gutturales habet Patach sq. Dag. forti, הַשֶּׁמֶשׁ; 2) gutturales Dag. forte non admittunt, sed diversa est harum ratio, nimirum a) ante א, quod geminationem plane respuit, Patach ubique producitur in Kamez, ut הָאָדוֹן, הָאָרֶץ, הָאֹמֵר, הָאָשָׁם, non aliter ante ר, ut הָרֹכֵל, הָרֶגֶל, et saepe etiam ante ע et ה, ut הָהָר, הָעָם. Contra b) duriores gutturales ה et ח geminationem quandam admittunt, quanquam Dagesch forti a Grammaticis non notatam (quemadmodum nos vocabula *sicher*, *verglichen* cum gemino fere *ch* appellamus), eamque ob causam syllaba correptior servat Patach, ut הַהוּא, הַחֹדֶשׁ, sed vide tamen הֶחָי Gen. VI, 19 (diserte notante Masora). c) Ubicunque autem gutturalis Kamez habet, Patach (ut saepe alibi, vide gramm. hebr. §. 27, not. 2 ed. 10 et 11) transit in Segol, maxime ante ח, ut הֶחָזֶה, הֶחָג, הֶחָזוֹן, הֶחֳדָשִׁים; ante ה et ע in monosyllabis est Kamez (sec. canonem litt. a), ut הָהָר, הָעָם, Segol nonnisi in bisyllabis vel trisyllabis, ubi tonus magis versus finem deproperat, הֶהָרִים (quanquam הָהָר), הֶעָנָן, הֶעָוֹן, הֶהָרוֹתֶיהָ, הֶהָמוֹן.

הֲ, הַ, הֶ (de quarum formarum origine et usu diverso vide not.) ***Adv. interrogandi***, ut arab. أ praefixum, primo sententiae vocabulo praefigi solitum, decurtatum ex pleniore הַל (q. vide no. 2).

1) simplicem interrogationem, eamque rectam, indicans, ut lat. — *ne*. Iob. II, 9: הֲשַׂמְתָּ לִבְּךָ אֶל־עַבְדִּי אִיּוֹב *num animum advertisti ad servum meum Iobum?* Ex. X, 7:

XXXIII, 16 cet. — Saepe a) ita interrogatur, ut responsionem negativam exspectes, et ipsa interrogatio vim negativam habeat, ubi proprius locus lat. *num?* Gen. IV, 9: הֲשֹׁמֵר אָחִי אָנֹכִי *num custos fratris mei sum?* pro: non sum fratris custos. Iob. XIV, 14: אִם יָמוּת גֶּבֶר הֲיִחְיֶה *ubi mortuus est homo, num reviviscit?* i. e. non reviviscit. VIII, 11. XXI, 22 (cf. XXIII, 6. XXXVI, 19, ubi responsio negativa ab ipso loquente suppletur). 1 Reg. VIII, 27. Notabile exemplum est 2 Sam. VII, 5: הַאַתָּה תִּבְנֶה לִּי בַיִת, quod 1 Par. XVII, 4 in negativam sententiam translatum: לֹא אַתָּה ת׳ et Prov. XXIV, 28: וַהֲפִתִּיתָ בִּשְׂפָתֶיךָ *num decipies labiis tuis?* i. e. ne decipias, ut bene Chald. Vulg. Etiam LXX passim reddiderunt μή, ut Gen. XXX, 2. b) Alibi interrogatio vim affirmativam habere videtur (cf. gr. ἦ γάρ; et ἦ γὰρ οὐ; pro nonne? it. lat. — *ne* pro *nonne?* v. Heusingeros ad Cic. Off. 3, 17). Iob. XX, 4: הֲזֹאת יָדַעְתָּ *nonne hoc scis?* LXX. μὴ ταῦτα ἔγνως; XL, 33 (XLI, 1): הֲגַם אֶל מַרְאָיו יֻטָל *nonne vel ad conspectum eius prosternetur?* 1 Sam. II, 27: הֲנִגְלֹה נִגְלֵיתִי Vulg. *numquid non revelatus sum?* LXX. Syr. Chald. particulam omittunt. Ez. XX, 31. Alia exempla male in hunc censum vocata sunt, ut Jer. XXXI, 20: הֲבֵן יַקִּיר לִי אֶפְרַיִם *adeone filius pretiosus mihi Ephraim?* non: nonne filius pretiosus mihi Ephraim, vel saltem incerta sunt, ut 2 Sam. XXIII, 17. Jer. VII, 9. 1 Reg. XVI, 31. Gen. XXX, 2: הֲתַחַת אֱלֹהִים אָנֹכִי Vulg. *num pro Deo ego sum?* (al. sec. Veterum: nonne sub Deo sum?). L, 19. XXVII, 36: הֲכִי קָרָא שְׁמוֹ יַעֲקֹב *num quia vocatur nomen eius Jacob?* „Num forte nomen habet et omen? Illud הֲכִי plus vult intelligi, quam dici. Dubitantis speciem prae se fert Esavus, ut eo acerbius affirmet." Maurerus ad h. l., cum quo tamen nolim omnem ה interrogativi vim affirmativam negare. Namque etiam Arabes أَ, هَلْ aliasque interrogandi particulas affirmative adhibent Cor. 3, 102. Lud. de Dieu ad 1 Sam. II, 27. Passim הֲ est etiam excitantis, ut nostr. *kommst du?* pro: fac venias. Ex. XXII, 2: הֲתִשְׁפֹּט הֲתִשְׁפֹּט אֶת עִיר הַדָּמִים *iudicabisne, iudicabisne urbem sanguinum?* c) In quaestionibus disiunctivis alteram quaestionem praecedit אִם et וְאִם (v. supra pag. 108): הֲ — אִם *utrum? an?* rarius הֲ — אוֹ Iob. XVI, 3. Eccl. II, 19. Caeterum הֲ — וְאִם et הֲ — אִם in libris poëticis etiam frequentatur, ubi duae quaestiones similem vel eandem sententiam aliis verbis expressam continentes se excipiunt ex legibus parallelismi: *num — an? num? — et —* (non: *utrum — an?*), quanquam etiam in his latet disiunctiva quaedam ratio, ita tamen ut discrimen utriusque quaestionis magis in verbis cernatur, quam in sententia. Iob. IV, 17: הַאֱנוֹשׁ מֵאֱלוֹהַּ יִצְדָּק אִם מֵעֹשֵׂהוּ יִטְהַר גָּבֶר, cf. VI, 5. 6. VIII, 3. X, 4. 5. XI, 2. 7. XXII, 3. Crebro propterea in talibus alterum hemistichium simplex copula praecedit: הֲ — וְ Iob. VI, 26. X, 3. XIII, 7. XV, 7. 8. 11. XVIII, 4, cf. maxime XIII, 7 et 8; ipsa adeo copula omissa XXII, 4.

2) in interrogatione indirecta: *num*, germ. *ob* (cf. אִם no. B, 2), post verba explorandi Ex. XXXVI, 4. Iudd. II, 22, videndi Exod. IV, 18. Gen. VIII, 8. Ps. XIV, 2, experiendi Deut. VIII, 2. XIII, 4 (cf. dubito *an*). Ubi disiunctiva est propositio sq. אִם Gen. XVIII, 21, vel הֲ Num. XIII, 18: *et intuemini terram et populum* הֶחָזָק הוּא הֲרָפֶה הַמְעַט הוּא אִם־רָב *utrum fortis sit an remissus, utrum magnus an parvus sit numero.*

Praefigitur aliis particulis, ut הַאִם, vide אִם; הֲכִי, vide כִּי; הֲלֹא, vide לֹא.

Not. Haec interrogandi particula, pariter atque ה demonstrativum, originem ducit a הַל, أَلْ demonstrativo, ut plurima interrogandi vcc. in aliis etiam linguis propria affirmativa vel negativa sunt, et potestatem interrogativam postea demum induerunt, cf. affirmativa hebr. הֵן, אִם, syr. ܗܐ, arab. إِذًا, gr. ἦ (v. Passow h. v.), negativa אִי (ex אִין, vide Append.), lat. *ne*, nostr. *nicht wahr?*

Ad formam quod attinet a) ante litteras neque gutturales neque Schwa simplice munitas He interrogativum habet Chateph-Patach, הֲזֶה, הֲתַחַת (vividus enim interrogationis sermo effecit, ut magis etiam, quam in demonstrando decurtaretur vc.); raro b) eandem formam habet atque He art., הַיִּיטַב Lev. X, 19, maxime ante litteras Schwa munitas הַלְּבֶן Gen. XVII, 17. XVIII, 21. XXXVII, 32. Sic etiam cum Art. congruit c) ante gutturales, הָאֵלֵךְ, et d) ante gutturales Kamez munitas, הֶאָנֹכִי, הֶחָזָק. Vide plurima exempla ap. Noldium in concordd. part. p. 856 sq.

הָא chald. interj. *ecce!* Dan. III, 25. Syr. ܗܐ, arab. هَا et هَا ecce, cedo, unde etiam fem. et plur. هَانِ, هَاوُا, هَاى.

הֵא hebr. et chald. id. Gen. XLVII, 23. Ez. XVI, 43. In lingua chald. pleon. Dan. II, 43: הֵא כְדִי *ecce sicut* cet. Ita saepe syr. ܗܐ.

הֶאָח interj. laetantis sonum imitans, *eia, evax*, nostr. *juchhe!* Jes. XLIV, 16, quae adeo equo tribuitur Iob. XXXIX, 25 (v. p. 120, A), max. exsultantis de casu inimici Ps. XXXV, 21. 25. XL, 16. (LXX, 4). Ez. XXV, 3. XXVI, 2. XXXVI, 2.

הַב imp. verbi יָהַב q. v.

הַבְהָבִים v. rad. יָהַב dedit.

הָבַל fut. יֶהְבַּל pr. 1) *spiravit, exhalavit.* (In lingua arabica nihil simile. Quum in nonnullis formis derivatis verbi هبل sit notio *carnis turgentis*, Alb. Schultensius ad Hamas. p. 381 et in ep. ad Menk. I. p. 68—78 originem quaesivit in *turgore inflato*, quod nimis artificiosum. Syllaba primaria est הַב, cui pariter atque

vicinis חב, אב, אר, inest *spirandi* potestas, quae passim ad adspirandi, cupiendi et amandi significatum transfertur. Vide radd. אָהַב, חָבַב, אָוָה, אָבָה, حَبَّ. In linguis indo-germ. respondet gr. *αὔ-ω* flare, unde adscito l, ut in *habal*, *αὐλός* tibia, *αὐλή* locus aëri pervius, *αὔρα*, lat. *halo*, germ. *haw*-en spirare, et addita aspiratione *Huch*, *Hauch*, alleman. *hug* mens. Vide Fulda germ. Wurzelwörter p. 225. Transpositis litteris habes sanscr. *wâ*, nostr. *weh*-en). Inde הֶבֶל halitus, isque cum saepe de re vana usurpetur, 2) *vane egit*, *locutus est*. 2 Reg. XVII, 15: וַיֵּלְכוּ אַחֲרֵי הַהֶבֶל וַיֶּהְבָּלוּ *sectabantur vanitatem* i. e. idololatriam *et vane agebant*. Jer. II, 5. Iob. XXVII, 12: לָמָּה־זֶּה הֶבֶל תֶּהְבָּלוּ *cur tam vana proloquimini?* it. *vanae spei fuit*. Ps. LXII, 11: בְּגָזֵל לֹא תֶהְבָּלוּ *in rapina spem vanam ne collocetis*.

Hiph. *ad vana* i. e. ad idolorum cultum *seduxit* Jer. XXIII, 16.

הֶבֶל c. Suff. הֶבְלִי, plur. הֲבָלִים cstr. הַבְלֵי 1) *halitus*, *spiritus*, de leni aura Jes. LVII, 13. (Bene Vulg. *aura*. Minus apte LXX *καταιγίς*). Saepius de *halitu oris*. (Kimchi: איד שיצא מפה. Aqu. *ἀτμίς*, Symm. *ἀτμός*, quod quidem vc. Sap. 7, 23 syr. transfertur ܗܒܠܐ). Prov. XXI, 6: הֶבֶל נִדָּף *halitus dispulsus*, ein verwehter Hauch. Ps. CXLIV, 4: אָדָם לַהֶבֶל דָּמָה *homo halitui similis est*. Ita plerumque de re cito evanescente, fluxa, caduca. Iob. VII, 16: כִּי הֶבֶל יָמָי *nam halitus* sunt *dies mei*. Prov. XIII, 11: הוֹן מֵהֶבֶל יִמְעָט *opes halitu citius evanescunt*. XXI, 6. XXXI, 30. Ps. XXXIX, 6. 11. LXII, 10. Eccl. XI, 10: *nam iuventus et vitae aurora halitus* sunt. I, 2: הֲבֵל הֲבָלִים *omnia* sunt *halitus* i. e. vana, fluxa, caduca. II, 19: גַּם זֶה הָבֶל *etiam hoc vanum*. I, 14. II, 11. 17. 23. 26. III, 19. IV, 4. 7. 8. V, 9. VI, 2. 9. 11. VIII, 10. XI, 10. XII, 5. Passim haec vita dr. יְמֵי הֶבְלִי VII, 15, יְמֵי הֶבְלְךָ IX, 9. VI, 12. Inde nata significatio *rei vanae et inanis* Thren. IV, 17. Jer. X, 3. 8, et adv. *vane*, *inaniter*, *frustra*. Iob. IX, 29. XXI, 34. XXXV, 16. Jes. XXX, 7. Ps. XXXIX, 7. Zach. X, 2. Jes. XLIX, 4. LXX. *μάταιος*, *ματαιότης*, et adv. *μάτην*. Spec. dicitur de idolis, utpote vanis et nihil valentibus, eorumque cultu 2 Reg. XVII, 15. Jer. II, 5. — Plur. הֲבָלִים vanitates. Jer. X, 8. Eccl. V, 6, spec. idola Deut. XXXII, 21. 1 Reg. XVI, 13. XVII, 26. Jer. XIV, 22. Ps. XXXI, 7: הַבְלֵי שָׁוְא *vana idola*. Jon. II, 9. הַבְלֵי נֵכָר Jer. VIII, 19.

2) *exhalatio*, *vapor*, *nebula*, *caligo*, quae perspici non potest. Eccl. VI, 4 de abortu: *nam in nebula venit et in tenebris discessit*, a nemine visus. XI, 8: כָּל־שֶׁבָּא הָבֶל *futurum quodque* est *nebula* i. e. tenebris obvolutum. VIII, 14.

3) n. pr. *Abel*, Adami filius natu secundus, a vitae brevitate prob. dictus. Gen. IV, 2 sq. LXX. *Ἄβελ*. Vulg. Abel. Syr. ܗܒܝܠ. Arab. هابيل.

Ex linguis cognatis *halitus* significationem habent Syri, v. supra, sed raro: praeterea Nasoraei ܗܒܠܐ ,ܗܘܒܠܐ de halitu oris, Norb. Lexid. p. 47. Similiter Targumistae Ps. XC, 9 et Talmudistae הֶבֶל פּוּמָא de halitu oris, neque non de exhalatione carnis, stagni, v. Buxtorf. p. 590. Caliginis significatu (no. 2) Nasoraei habent ܗܒܘܢ, quod ex nostro ortum videtur.

הֲבֵל i. q. הֶבֶל no. 1. halitus, inde *vanitas*, forma chaldaizante. הֲבֵל הֲבָלִים vanitas vanitatum Vulg., de re vanissima. Eccl. I, 2. XII, 8.

הָבְנִי pr. lapideus (qs. אָבְנִי, ab אֹבֶן i. q. אֶבֶן lapis), inde plur. הָבְנִים Ez. XXVII, 15 Keri, in Chethibh הובנים ligna ebena, pr. ligna qs. lapidea, *Steinholz*, a duritie dicta (quod quidem etymon tam manifestum, ut de alio, nedum de exotico, vix anquiras). Servatum est nomen semiticum in lingua gr. et lat. *ἔβενος*, *ebenum* (quibus verbis utuntur Ezech. l. c. Symmachus, Vulg.): ex graeca rediit cum terminatione in arab. et pers., ubi ابنوس, آبنوش scribitur. Plurali utuntur Hebraei, quia eiusmodi ligna in perticas (*φάλαγγας* Graeci vocant v. Herod. 3, 97. Pollux VII, 33 §. 9) dissecta exportare solebant nautae, cf. עֲצֵי אַלְמֻגִּים. Teste Ezechiele l. c. ebena una cum ebore a Dedanitis Tyrum advehebantur: nascuntur autem tum in Aethiopia, tum in India, et apud veteres magni pretii erant, v. Theophr. hist. pl. IV, 5. Dioscorid. 1, 130. Plin. H. N. VI, 30 §. 35. XII, 4 §. 8. 9 et ex recentioribus Bochartum in Hieroz. II, p. 140, II, 714 Lips. Fullerі Miscell. VI, 14. Salmasii exercitt. Plin. pag. 725 sqq. Wahl Ostindien II, p. 795.

הָבַר *secuit*, *dissecuit* i. q. arab. هبر. Semel legitur Jes. XLVII, 13 Keri: הֹבְרֵי שָׁמַיִם *qui coelum dissecant* ad auguria captanda, horoscopi causa, i. e. augures, astrologi. LXX. *ἀστρολόγοι τοῦ οὐρανοῦ*. Vulg. *augures coeli*. Chethibh: הֹברו ש׳ (אֲשֶׁר). Vide Comment. nostr. ad Jes. II, 351 sq. Alii הָבַר est i. q. خبر scivit, sunt etiam qui legi velint חֹבְרֵי, coll. חֲבָרִיָּה comm. 10.

הֵגֵא Esth. II, 3 et **הֵגַי** Comm. 8. 15 n. pr. eunuchi in aula Xerxis. In lingua chaldaea הִגָּא rubum notat, in lingua zendica *eghè* malum (v. *Anquetil du Perron* Zendavesta T. III. p. 453).

הָגַג rad. Hebraeis inusit. Arab. هَجَّ est i. q. أَجَّ arsit IV. accendit, فَجِيجٌ i. q. أَجِيجٌ ardor ignis. Iud. IX, 49. Melit. *heggeg* accendit, excitavit, inflammavit. Inde

הָגִיג m. *aestus*, *fervor animi*. (Melit. *hegge* fervor, ardor animi, sollicitudo). Ps. XXXIX, 4: בַּהֲגִיגִי תִבְעַר אֵשׁ *in fervore meo exardescit ignis*. Inde vox *aestuantis*

Ps. V, 2. Veteres interpretes tum *clamorem* reddunt (LXX. Vulg. Ps. V) ex contextu coniicientes, tum *meditationem* (LXX. Vulg. Ps. XXXIX) coll. הָגָה, quemadmodum Rabbini quoque הָגִג idem valere statuunt atque הָגָה. Adde Syros, quibus ܗܓܝܓ est imaginatus est, prob. a meditando. Hac sententia adoptata Ps. V reddere possis *suspirium*, Ps. XXXIX *fremitum*, *strepitum*, sed hoc posterius tamen orationi contextae minus accommodatum est.

I. הָגָה fut. יֶהְגֶּה 1) *murmuravit*, *susurravit*, *fremuit* (idem fere quod הָמָה), de fremitu leonis praedam nacti (gr. ὑποβρυχάομαι; *rugire* est שָׁאַג, βρυχάομαι) Jes. XXXI, 4, de leni tonitru (vid. הֶגֶה Iob. XXXVII, 2), de mussitatione incantatorum (vid. Hiph.), de strepitu citharae (vid. הִגָּיוֹן Ps. IX, 17. XCII, 4), de murmure columbae Jes. XXXVIII, 14. LIX, 11, de gemitu ac suspirio hominis (οἰμώζειν) Jes. XVI, 7. Jerem. XLVIII, 31.

2) poët. *locutus est*, a) absolute (*sonum edidit*) Ps. CXV, 7: לֹא יֶהְגּוּ בִּגְרוֹנָם *non loquuntur* (sonum edunt) *gutture suo*. b) c. acc. rei, v. c. הָגָה רְמִיָּה fraudem locutus est Iob. XXVII, 4, הָגָה עַוְלָה Jes. LIX, 3, הָגָה אֱמֶת Prov. VIII, 7, הָגָה חָכְמָה Ps. XXXVII, 30; hinc *cecinit*, *celebravit* (sicut *dicere*, אָמַר). Ps. XXXV, 28: לְשׁוֹנִי תֶּהְגֶּה צִדְקֶךָ *lingua mea celebrat iustitiam tuam*. LXXI, 24. Tribuitur palato Prov. l. c., gutturi Ps. CXV, 7, linguae Ps. XXXV, 28, nec male observat Gussetius (h. v.), quanquam sermone barbaro: „non reperitur cum parte magis extrinseca, nempe שָׂפָה, et sic aliquam servat intrinsecitatem, aliquatenus affinem meditationi (malim: mussitationi)."

3) *meditatus est* (propr. secum collocutus est mussitans et submissa voce, quod saepe facere solent meditantes, cf. אָמַר, אָמַר בְּלִבּוֹ, it. syr. et nasor. ܪܢܐ v. c. Cod. Nasar. 1, 192: ܪܢܝܢ ܒܗ ܡܚܫܒܬܐ mussitat in eo meditatio et ratiocinatio), sq. בְּ aliquid (über etwas nachdenken). Jos. I, 8: וְהָגִיתָ בּוֹ יוֹמָם וָלַיְלָה *et meditaberis eam* (legem) *noctes diesque*. Ps. I, 2. LXIII, 7. LXXVII, 13: הָגִיתִי בְכָל־פָּעֳלֶךָ *meditor omnia opera tua*. CXLIII, 5. (Syn. שִׂיחַ). Absol. Prov. XV, 28: לֵב צַדִּיק יֶהְגֶּה לַעֲנוֹת *cor iusti meditatur ad respondendum*. It. *recordatus est alicuius rei* sq. acc. Jes. XXXIII, 18: לִבְּךָ יֶהְגֶּה אֵימָה *cor tuum recordatur terroris*. Ac sensu malo *machinatus*, *molitus est*. Ps. II, 1: לְאֻמִּים יֶהְגּוּ רִיק (cur) *nationes moliuntur vana* i. e. vanam seditionem? Prov. XXIV, 2. Jes. LIX, 13. LXX. plerumque μελετάω.

Po. inf. הֹגוֹ i. q. Kal no. 2. Jes. LIX, 13.

Hiph. part. pl. מַהְגִּים *mussantes* i. e. fatidici, carmina murmurantes, vel *gementes*, nimirum praestigiatores, exilem ac submissam vocem manium imitantes. Jes. VIII, 19. LXX. οἱ ἐκ τῆς κοιλίας φωνήσουσι.

Syris et Nasoraeis ܗܓܐ est meditatus est, syllabatim legit. Pa. meditatus est. Ethpe. legit. ܗܘܓܝܐ meditatio. Legendi significatus, maxime syllabatim legendi, ut idiotae et tirones facere solent, ductus est a leni murmure, quem tirones atque rudiores homines non solis oculis legere sueti inter legendum labiis edere solent. (Cf. aethiop. ነበበ: murmuravit, locutus, meditatus est Conj. IV. legit, arab. تلا legit et meditatus est). Cave autem eum (cum J. D. Michaële, suppl. p. 493) adhibeas locis Ps. I, 2. Jos. I, 8, quibus meditandi vis unice apta. Belgiae etymologi, ut Alb. Schultensius ad Prov. XXV, 4 ad Iob. p. 1040. Ev. Scheidius ad Ps. I, p. 66 sqq. al. originem quaerunt in *aestuando*, *exaestuando* (unde etiam *removendi* potestatem no. II ducunt) coll. arab. وهجا ferbuit dies: sed nimis artificiose, si quid iudico, nec felicius Gussetius (Comment. ling. hebr. pag. 375) omnia ad *trudendi* notionem (*pousser*) revocat.

הֶגֶה m. 1) *fremitus* tonitru. Iob. XXXVII, 2. 2) *gemitus*, *suspirium* Ez. II, 10. 3) *cogitatio* i. q. הָגוּת. Ps. XC, 9: *consumimus annos nostros* כְּמוֹ הֶגֶה *celeriter instar cogitationis*. Cf. Hom. Od. 7, 36: νέες ὠκεῖαι ὡσεὶ πτερὸν, ἠὲ νόημα, et Theognis v. 979: αἶψα γὰρ ὥστε νόημα παρέρχεται ἄγλαος ἥβη. Al. ut suspirium. Mire LXX. Vulg. Syr. *sicut aranea*.

הָגוּת f. (c. Kamez impuro) *cogitatio*. Ps. XLIX, 4.

הָגִיג v. supra הָגִג.

הִגָּיוֹן m. cstr. הִגְיוֹן, c. Suff. הֶגְיוֹנִי Ps. XIX, 15. Thren. III, 62 1) *strepitus* citharae. (Vid. rad. no. 1. Cf. הֶמְיָה Jes. XIV, 11). Ps. XCII, 4: עֲלֵי הִגָּיוֹן בְּכִנּוֹר *ad strepitum cithara* factum, LXX. μετ' ᾠδῆς ἐν κιθάρᾳ. Ps. IX, 17 signum musicum est הִגָּיוֹן סֶלָה *cantus citharae*, *pausa*, quo cantor cantu intermisso solis fidibus canere iubetur. LXX. ᾠδὴ διαψάλματος, neque aliter Symm. Aqu. Vulg. — 2) *meditatio* Ps. XIX, 15, *machinatio* Thren. III, 62 (cf. Ps. II, 1).

II. הָגָה i. q. יָגָה no. II. *amotus fuit* (cf. הָלַךְ et יָלַךְ), transit. *amovit*. Prov. XXV, 4: הָגוֹ סִיגִים מִכָּסֶף *separa scorias ab argento*. Inf. absol. iubendi significatu. Symm. κάθαιρε. Vulg. *aufer*. V. 5. (Al. legunt h. l. הֹגוּ Hiph. verbi יָגָה). Huc etiam referenda sunt verba Jes. XXVII, 8: הָגָה בְּרוּחוֹ הַקָּשָׁה בְּיוֹם קָדִים *abducit* (illos) *turbine vehemente die Euri*. Bene Kimchius הֵסִיר. J. D. Michaeli (Suppl. 493), qui amovendi significatum huic radici abiudicabat sine causa idonea, ab hoc loco interpretando plane abstinendum erat.

הָגַן rad. inusit., unde

הָגִין Ez. XLII, 12 conveniens, *aptus*, *commodus* (de via). In Targg. et apud Talmudistas frequentatur הָגוּן et מְהֻגָּן idoneus, decens (de verbis), honestus (de

vita et moribus), הוֹגֶן honestas. De origine nihil definio. Fortasse litteris emollitis ortum ex חָכַם iudicandi potestate.

הָגַר rad. inusit. Arab. هَجَرَ *fugit*, deseruit patriam suosque, unde هِجْرَة fuga Muhammedis, cogn. יָגַר timuit. Inde

הָגָר (fuga) n. pr. *Hagar*, ancilla Sarae, ex Aegypto oriunda, mater Ismaëlis, a domina postmodo *fugata* Gen. XVI, 1. XXV, 12. Gr. Ἄγαρ Gal. IV, 24.

הַגְרִי 1 Par. XI, 38. XXVII, 31 pl. הַגְרִים Ps. LXXXIII, 7 et הַגְרִיאִים, הַגְרָאִים 1 Par. V, 10. 19. 20 *Hagraei*, n. pr. populi arabici, qui cum tribubus transjordanensibus bellum gessisse fertur (1 Par. V, 10 sqq.). Nullus dubito, quin idem sit, qui arabice iisdem litteris scribitur هَجَر (non هُجْر ut apud Michaelem, Eichhornium, Winerum), ad sinum persicum in regione Bahhrein habitans (Geogr. Nub. 122. Abulf. Arab. p. 48 Gagn. ibique Jakut. Niebuhrii Arabien p. 339—42), Ἀγραῖοι Eratosthenis ap. Strab. XVI p. 767 (ubi cum Nabathaeis et Chaulotaeis [חֲוִילָה, נְבָיוֹת] copulantur), et Ptolemaei V, 19 qui eos Batanaeis vicinos facit, Ἀγρέες Dionys. Perieg. 956, non diversi illi, si quid video, a *Gerrhaeis*, populo mercaturâ florentissimo, cuius metropolis ibi sita erat, ubi nunc el-Ahhsa (Strabo p. 766. Diod. Sic. III, 42. Heeren Ideen T. I. 2, p. 111. ed. 4). Ex veteribus praeiverunt Arabs Polygl., qui Ps. l. c. gr. Ἀγαρηνοί reddit هاجرى i. e. teste Dschauhario gentil. irreg. a هَجَر, et fortasse Syrus, qui in Psalmis ܓܪܘܝܐ forte ܓܪܝܐ vel ܓܪܘܝܐ *Gerrhaei*. Praeter situm geographicum nostrae sententiae favet etymon cum historia eius gentis egregie conveniens. Namque הגרים dicti sunt a *fugiendo*, sicut Vandali et Suevi a vagando, Gerrhaeos autem Χαλδαίων φυγάδας fuisse docet Strabo l. c. Occurrat aliquis, regionem Bahhrein a Gileaditide iusto remotiorem esse, atque Plinium *Agraeos* et *Gerrhaeos* duos diversos populos facere (VI, 28): is tamen memor sit, et Hagraeos quippe institores et tribus transjordanenses utpote nomades ultra fines errare solitos esse, et Plinii haud satis magnam esse in his rebus auctoritatem. Hebraeorum plurimi הגרים interpretantur *filios Hagar* s. Arabes Ismaëlitas, Targ. in Paralip. (cf. Hottingeri hist. orient. p. 8) ridicule *Hungaros* reddit. Neque hi audiendi, qui Ps. l. c. alium populum intelligunt atque in Paralipomenis collato arabico حَجْر, Arabiae Petraeae oppido (Schult. ind. geogr. v. Errakimum, Abulf. Arab. edit. Rommel p. 84), et magis etiam falluntur, qui أَلحِجْر Petram esse volunt, ut Relandus in Palaestina p. 933.

הַדָּבְרִין m. plur. chald. *regis amici*, *administri*, *Staatsräthe*, *Vesire*. Dan. III, 24. IV, 33. VI, 8, et הַדָּבְרֵי מַלְכָּא III, 27 *supremi regis amici*. Quod ad etymon attinet, vix dubitaverim, quin sit chald. דָּבְרִין *duces*, *gubernatores* praefixo articulo Hebraeorum, qui cum ipso vc. ita coaluit, ut origo eius in oblivionem abiret, pariter atque Arabum articulus cum nonnullis vcc. hebraeis coaluit, v. אַל p. 92. 93. Vulgo compositum putant ex דָּבַר et הָדָה, هدى duxit, quod minus placet. Ex syllaba בַּר (coll. דְּתָבַר, גִּזְבָּר) coniicias, persicae originis esse hoc vc., sed הד quid significet, non facile dixeris.

הָדַד rad. inusit. Arab. هَدَّ pr. *fregit, rupit* (vic. חָתַת), apud Hebr. translate *erupit in laetos clamores* (cf. פָּצַח רִנָּה), unde הֵד, הֵידָד. Similis ad sonum translatio apud Arabes, cf. هَدّ barritus cameli, vox gravis et crassa, هَاد sonus fluctuum in littore se frangentium, هَدَّة fragor.

הֵד m. i. q. הֵידָד *clamor laetus*, *iubilatio*. Ez. VII, 7: הֵד הָרִים *laetus clamor in montibus*, cf. Jes. XVI, 9. 10.

הֵידָד id. *iubilum* a) vindemiatorum et torculariorum Jer. XXV, 30. XLVIII, 33. b) militum, qui ad pugnam procedunt Jer. LI, 14. Apud Jesaiam (XVI, 9. 10) utraque ratio sibi opponitur. Comm. 9: עַל קְצִירֵךְ הֵידָד נָפָל *in messem tuam incidit iubilatio* (non messorum sed hostium). Comm. 10: .... *calcator non calcat* הֵידָד הִשְׁבַּתִּי *iubilum* eius *cessare iussi*.

הֲדַד n. pr. 1) idoli Syrorum (v. pag. 218 A. s. v. בֶּן־הֲדַד), quod lat. *Adodus* appellatur. 2) filii Ismaëlis 1 Par. I, 30. Eadem scriptura ex auctoritate cod. Sam., 34 codd. et 12 editt., Onk. (in compluribus codd.) et Gr. Veneti reponenda videtur Gen. XXXVI, 39 pro vulgari הֲדַר. 3) regis Idumaeorum Gen. XXXVI, 35. 36. 1 Par. I, 46. 47. 4) viri Idumaei, qui seditionem populi sui contra Salomonem excitabat 1 Reg. XI, 14—25. Semel is אֲדַר scribitur Comm. 17.

הֲדַדְעֶזֶר n. pr. (cuius *auxilium* est *Hadad* s. Adodus) *Hadadeser*, rex Syriae Zobensis, aequalis Davidis, a quo tribus proeliis fugatus est. 2 Sam. VIII, 3—12. 1 Reg. XI, 23. Alibi (2 Sam. X, 16. 19. 1 Par. XVIII, 3 sqq. XIX, 16. 19) hoc nomen scribitur הֲדַרְעֶזֶר, quam scripturam etiam 2 Sam. VIII. tuentur 51 codd., LXX (Ἀδρααζάρ, al. Ἀδραεζάρ) et Josephus (Ἀδράζαρος Archaeol. VII, 5). Sed contra etiam in Paralipomenis accuratiores nonnulli codd. scribunt הֲדַדְעֶזֶר, quod procul dubio genuinum est.

הֲדַדְרִמּוֹן n. pr. semel obvium Zach. XII, 11: *illo die magnus erit planctus Hierosolymis* כְּמִסְפַּד הֲדַדְרִמּוֹן בְּבִקְעַת מְגִדּוֹן *sicut planctus H. in valle Megiddunis*, quae verba ita explicat Hieronymus: sicut planctus, „qui quondam fuit in urbe Adadremmon in campo Mageddon. Adadremmon .... urbs est iuxta Jezraëlem, quae hoc olim vocabulo nuncupata est et hodie vocatur Maximianopolis in campo Mageddon, in quo Josias .... vulne-

ratus est [cf. 2 Reg. XXIII, 29. 2 Par. XXXV, 23]". Adde eundem ad Hos. I, 5. Et recte quidem, ut videtur. Sed aliter Targ. quod ita se habet: ,,secundum planctum Ahabi, filii Omri, quem interfecit Hadadrimmon, filius Tabrimmon, et secundum planctum Josiae, quem interfecit Pharao claudus in campo Megiddúntis." Existimavit Chaldaeus, Hadadrimmon esse nomen regis Syri, qua sententia adoptata *planctus Hadadrimmonis* esset planctus ob cladem ab Hadadrimmone quodam acceptam, sed haec historiae fide destituta sunt. Caeterum et *Hadad* et *Rimmon* (q. v.) sunt idolorum Syrorum nomina. De Maximianopoli, quam itin. Hieros. 17 mill. abesse dicit a Caesarea, 10 ab Esdrelone, v. Relandi Palaest. p. 891. le Quien Or. Christ. III, 305.

הֲדַי (pro הֲדָיָה, הֲדָיָה iubilatio Jehovae) n. pr. tribuni militum Davidis 2 Sam. XXIII, 30, quod 1 Par. XI, 30 scribitur חוּרַי.

הָדָה i. q. יָדָה (cf. הָלַךְ et יָלַךְ, הָגָה et יָגָה) *tetendit, direxit* (manum ad aliquid), semel legitur Jes. XI, 8. (Arab. هَدَى recta duxit, viam monstravit, syr. ܗܕܝ, arab. هَدْيَة via, mos, gr. ὁδός). Inde

יֶהְדַּי (pro יֶהְדָּיָה quem Jehova ducit) n. pr. viri 1 Chr. II, 47.

הֹדּוּ (Milêl) pro הִנְדּוּ n. pr. *India* Esth. I, 1. VIII, 9. Syr. ܗܢܕܘ, arab. هِنْد (cui opponitur سِنْد), aeth. ህንድ፡ id. In Zendavestae libro (Vendidad, farg. I, T. I, b. p. 270 Anq.) India vocatur *Haptê Heando* India septies divisa. Videtur hoc nomen ab Indo fluvio profectum (ut gr. Αἴγυπτος pr. Nilum significat), sanscr. *Sindhu* i. e. fluvius, in aliis dialectis *Hindu* (Asiat. Researches III, p. 48). Vide v. Bohlen das alte Indien p. 9. 17. Wahl Vorder- und Mittelasien I, p. 359 sqq.

הָדַךְ humi prostratum *conculcavit, contrivit*, semel obvium Iob. XL, 12: הֲדֹךְ רְשָׁעִים תַּחְתָּם. Aben Esra et Kimchius interpretantur verbo רמס, R. Levi שבר, כתת. Radd. vicinae sunt דָּכָה, דָּכָא, דָּכַךְ. Arab. هدك teste Kamuso est i. q. هدم diruit domum.

הָדַם rad. inusit. Arab. هَدَمَ *evertit, destruxit* (domus) pr. *solo aequavit*, unde הֲדֹם scabellum, pr. solum.

הַדֵּם chald. Pa. הַדֵּם, ܗܕܡ in frusta discidit, syr. ܐܬܗܕܡ pass., ܗܕܡܐ, nasor. ܗܕܡܐ membrum. Cf. arab. هذم celeriter secuit, festinanter comedit (einhauen). Inde

הַדָּם chald. *frustum*, syr. ܗܕܡܐ membrum. עֲבַד הַדָּמִין Dan. II, 5. III, 29 gr. μέλη ποιεῖν 2 Macc. I, 16 διαμελίζειν Alex. Dan. III, 29, κρεουργηδὸν διασπᾶν Herod. 3, 13, ܗܕܡ ܗܕܡ, Barhebr. p. 218 lin. 19, ܥܒܕ ܗܕܡܐ ܗܕܡܐ Dan. II, 5 Pesch. (v. Chr. B. Michaelis de suppliciis capitalibus Hebraeorum §. 23. St. Ev. Assemani acta martyrum orient. I, pag. 327) frustulatim conscindere, supplicii genus compluribus populis antiquis usitatum, ut Hebraeis 1 Sam. XV, 33, Persis Diod. 17, 83, Aegyptiis Herod. l. c.

הֲדֹם ubique sq. רַגְלַיִם *scabellum pedum*, nunquam non metaph. Jes. LXVI, 1: *orbis terrarum scabellum est pedum tuorum*. Ps. CX, 1: *donec hostes tuos fecero scabellum pedum tuorum*. Spec. *scabellum Dei* appellatur arca foederis, super qua praesens esse credebatur Jovae numen, 1 Par. XXVIII, 2. Ps. XCIX, 5. CXXXII, 7. Thren. II, 1. LXX. quater ὑποπόδιον, 1 Par. στάσις ποδῶν, Ps. CXXXII τόπος οὗ ἔστησαν οἱ πόδες.

הָדַס rad. inusit. Talmud. saliit, subsiliit, festinavit.

הֲדַס plur. הֲדַסִּים m. *myrtus*, ita dicta (ut nonnulli putant), quod saliat i. e. celeriter crescat, ut *salix* sec. Verrium a saliendo (v. Isid. Origg. 17, 7) Neh. VIII, 15. Jes. XLI, 19. LV, 13. Zach. I, 8. 10. 11. V. Celsii Hierob. P. II p. 17 sqq. (Arab. هَدَس id. in dial. Jemenitarum v. Kamusum p. 812, ap. reliquos Arabes et vulgo haec arbor vocatur آس Avic. Diosc. et in Vers. arab. l. l. c. c. Praeposterum enim quod Celsius l. c., Eichhornius et Winerus آس Arabiae felicis incolis tribuunt).

הֲדַסָּה (myrtus, cf. nomina gr. Myrto, Myrsine, Myrtium, Myrtoëssa, Myrtale, Myrtopnoa) n. pr. quo prius appellabatur virgo Judaica posthac Esther dicta. Esth. II, 7. Fortasse idem nomen est Ἄτοσσα (filia Cyri) Herod. 3, 133. 134.

הָדַף fut. יֶהְדֹּף c. Suff. יֶהְדָּפֶנּוּ Num. XXXV, 20
1) *trusit*, nostr. *stossen*. (Chald. הֲדַף id. Vicinas radd. v. ad דָּפָה). Sq. accus. Num. I. c. אִם בְּשִׂנְאָה יֶהְדָּפֶנּוּ *si per odium trudit* (impellit) *eum*. Comm. 22. Ezech. XXXIV, 21. Addito מִן loci Iob. XVIII, 18: יֶהְדְּפֻהוּ מֵאוֹר אֶל חֹשֶׁךְ *detrudunt eum ex luce in tenebras*. Jes. XXII, 19: *detrudo te de statione tua*. Hinc *trudendo prostravit* (umstossen, niederstossen) Jer. XLVI, 15. LXX. ὠθέω, ἀπωθέω, διωθέω.
2) *repulit, removit* (zurückstossen). 2 Reg. IV, 27. Prov. X, 3: הַוַּת רְשָׁעִים יֶהְדֹּף *libidinem impiorum repellit* (Deus).
3) *extrusit, expulit* (verstossen, ausstossen), ut hostes coram Israëlitis, sq. acc. et מִפָּנֶיךָ Deut. IX, 4, מִפָּנַי VI, 9. Jos. XXIII, 5.

הָדַר 1) pr. *tumefecit*. (Arab. أَهْدَرُ tumidus, حدر tumefecit et intrans. حَدَرَ intumuit. Cf. vic. אָדַר). Part. pass. הָדוּר tumefactus, tumidus. Jes. XLV, 2: הֲדוּרִים אֲיַשֵּׁר *loca tumida* edita *complanabo*. LXX. ὄρη ὁμαλιῶ, nisi hi forte legerunt הררים (cf. Micha II, 9: הדרי לעולם LXX. ὄρεσιν αἰωνίοις). *Tumidos montes* dicit etiam Ovid. Amor. 2, 16, 51.

Transfertur 2) ad superbiam Jes. LXIII, 1: הָדוּר בִּלְבוּשׁוֹ צֹעֶה *tumidus* i. e. superbus *in vestitu suo*, parall. בְּרֹב כֹּחוֹ. LXX. ex signif. no. 3: ὡραῖος ἐν στολῇ. Vulg. *formosus in stola sua*, quod etiam ferri possit, sed male J. D. MICHAELIS coll. هدر ferbuit vinum reddit: fervens in vestibus i. e. cuius vestes fervente musto vel sanguine conspersae sunt.

3) ad ornatum (amplae enim sunt vestes pretiosiores Orientalium), hinc *decoravit*, *ornavit* (pr. de vestium ornatu, v. הָדָר), *honoravit*, c. c. a. Ex. XXIII, 3, sq. פְּנֵי פ׳ *vultum alicuius honorare* Lev. XIX, 32: *et honorabis vultum senis*, idque pro *favere alicui*, *partibus eius temere studere* (in iudicio), sicut נָשָׂא פָנִים Ex. l. c. Lev. XIX, 15.

Niph. praet. pl. in Pausa נֶהְדָּרוּ *honorati sunt* Thren. V, 12 (cf. Kal no. 3).

Hithp. *honorem sibi sumsit*, *gloriatus est*. Prov. XXV, 6.

הַדַּר chald. Pa. *honoravit* Dan. IV, 31. 34. V, 23. In Targg. Lev. XIX, 15. 32 et syr. ܗܕܰܪ id.

הָדָר m. 1) *ornamentum*, *ornatus*, *decus*, pr. de vestium cultu. (Syr. ܗܕܳܪ, ܗܽܘܕܳܪܳܐ id. ܗܕܺܝܪ, ܗܕܺܝܪܳܐ decorus, illustris, ܗܕܳܪܬܳܐ splendor, gloria). Ez. XVI, 14: הֲדָרִי אֲשֶׁר שַׂמְתִּי עָלַיִךְ. Prov. XXXI, 22: עֹז וְהָדָר לְבוּשָׁהּ *splendor et ornamentum* i. e. splendidum et ornatum *est vestimentum eius*. Jes. LIII, 2: לֹא תֹאַר לוֹ וְלֹא הָדָר *neque forma ei neque ornatus*, quorum prius ad pulchritudinem corporis pertinet, posterius ad vestium cultum. Plur. הַדְרֵי קֹדֶשׁ ornamenta sancta i. e. vestes sacrae, festivae Ps. CX, 3 (cf. הַדְרַת קֹדֶשׁ). Dein varie transfertur. Prov. XX, 29: הֲדַר זְקֵנִים שֵׂיבָה *ornatus senum* est *canities*. Jes. XXXV, 2: הֲדַר הַכַּרְמֶל. Lev. XXIII, 40: פְּרִי עֵץ הָדָר *fructus arborum pulchrarum*, int. fructus nobiliores, sec. Hebraeos mala citrea, sec. Josephum (Ant. III, 4 §. 4) mala Medica. Spec. dicitur a) *de splendore* et *magnificentia* Dei, quo sensu saepe copulantur הוֹד וְהָדָר, ut Ps. CIV, 1: הוֹד וְהָדָר לָבָשְׁתָּ. 1 Par. XVI, 27. (Ps. XCVI, 6). Iob. XL, 5, cf. הֲדַר כְּבוֹד הוֹדֶךָ Ps. CXLV, 5, הֲדַר גְּאוֹנוֹ Jes. II, 10. 19. 21. Adeoque tribuitur voci Dei Ps. XXIX, 4: קוֹל יְהוָה בֶּהָדָר *vox Jehovae* (tonitru) est *magnificum*, atque Dei facinoribus Ps. XC, 16. CXI, 3. b) de regio cultu (הוֹד וְהָדָר Ps. XXI, 6. XLV, 4. 5) et splendore principum et nobilium. Deut. XXXIII, 17. (Ps. VIII, 6). c) de splendore urbis Ez. XXVII, 10. Thren. I, 6.

2) *honor*, *gloria*. Ps. CXLIX, 9: הָדָר הוּא לְכָל חֲסִידָיו *id gloriae* erit *omnibus piis eius*.

הֶדֶר id. sed nonnisi semel in st. cstr. (syr. ܗܶܕܪܳܐ). Dan. XI. 20: מַעֲבִיר נוֹגֵשׂ הֶדֶר מַלְכוּת *qui mittit exactorem per decus regni* i. e. per Palaestinam utpote praestantissimam regni partem cf. אֶרֶץ הַצְּבִי Comm. 16. Ad verba cf. Zach. IX, 8, ad rem 2 Macc. III, 1 sqq. BERTHOLDTUS הֶדֶר h. l. ex Graecismo *tributum*, *censum* reddere volebat coll. gr. τιμή, sed Graecismos vix usquam in contextu V. T. hebraeo reperias, v. hist. ling. hebr. p. 64.

הֲדַר n. pr. v. חֲדַד no. 2.

הֲדַר chald. i. q. hebr. הָדָר. C. suff. הַדְרִי Dan. IV, 27. (Deest hoc vc. in Concordantiis et Lexicis).

הֲדָרָה, nonnisi cstr. הַדְרַת i. q. הָדָר *ornamentum*, *decus*. Prov. XIV, 28: בְּרָב־עָם הַדְרַת מֶלֶךְ *in multitudine populi* est *ornamentum regis*. Alibi הַדְרַת קֹדֶשׁ i. q. הַדְרֵי קֹדֶשׁ (v. supra) Ps. XXIX, 2. XCVI, 9. 1 Chr. XVI, 29. 2 Chr. XX, 21.

הֲדוֹרָם Gen. X, 27. 1 Chr. I, 21 n. pr. populi Arabiae felicis e gente Joctanidarum, de qua definienda desperat J. D. MICHAELIS (Spicileg. II, 162). Nobis vix dubium est, quin intelligendi sint *Adramitae* (Ἀδραμῖται), quos in ora Arabiae australi Homeritas inter et Sachalitas (lat. 11′—14′, long. 82°—90°) ponit Ptolemaeus (VI, 7). Plinius (VI, 28 s. 32): *pars eorum* (Sabaeorum) *Atramitae, quorum caput Sabota, LX templa muris includens. ... Atramitis in mediterraneo iunguntur Minaei, mare accolunt et Elamitae.* Alibi (XII, 14 s. 30) minus accurate: *in medio eius* (Arabiae) *fere sunt Atramitae, pagus Sabaeorum, in monte excelso, a quo octo mansionibus distat regio eorum thurifera, Saba appellata* cet. Supra enim eos mare accolere significaverat. Apud Geogr. Nubiensem (p. 52 sq.) memoratur quidem Hadhrama in provinciis Arabiae, sed inter Jemamam et Basram sita, neque h. l. adhibenda. Nostrae sententiae favet Cod. Sam., qui אדורם scribit. LXX Gen. in plerisque libris Ὀδοῤῥα, quod non ad lectionis varietatem referendum, sed ad morem Graecorum M in fine vocum orientalium omittentium. *Adramitas* vero a Chatramotitis i. e. incolis regionis חֲצַרְמָוֶת (q. v.) a Ptolemaeo et Plinio male distingui, illudque nomen ex hoc corruptum esse, quae SALMASII (ad Solinum p. 490) et BOCHARTI (Phaleg. c. 17) est sententia, mihi parum probabile. Caeterum Bochartus, Adramitas non statuens, הֲדוֹרָם *Drimatos* Plinii l. c. ad fretum persicum habitantes esse censet.

הֲדַרְעֶזֶר v. הֲדַדְעֶזֶר.

הָהּ interiectio dolentis i. q. אֲהָהּ. Semel sq. dat. הָהּ לַיּוֹם Ez. XXX, 2.

הוֹ v. הוֹי.

הוּא m. **הִיא** f. *is*, *ea*, *id*, pron. tertiae personae, cuius plur. est הֵם, הֵמָּה, in f. הֵן, הֵנָּה, de quibus

alibi. In Pentateucho הוא etiam sexum femininum complectitur et ponitur pro היא, quod notante Masora ad Gen. XXXVIII, 25 nonnisi undecies in eo legitur, Gen. XIV, 2. XX, 5. XXXVIII, 25. Lev. II, 15. XI, 39. XIII, 10. 21. XVI, 31. XXI, 9. Num. V, 13. 14. Singula exempla dedit Noldius in concordd. pag. 228 sqq. 250 sqq. 255 sqq. Qui puncta adscribebant, hoc Pentateuchi idioma minus agnoscentes, ubicunque הִוא ad femininum refertur, vitium latere opinati scribebant הִוא, proprie היא legendum esse significaturi: et Samaritanorum adeo Critici היא ubique in contextum receperunt. Praeter Pentateuchum הִוא ter exstat 1 Reg. XVII, 15. Iob. XXXI, 11. Jes. XXX, 33. Contra textus masoreticus habet היא Ps. LXXIII, 16. Iob. XXXI, 11. Eccl. V, 8, ubi היא neutraliter ad masculina refertur, et Hebraei malebant הוא.

Quod ad usum attinet, hoc pronomen, pariter atque lat. *is*, personam remve demonstrat modo memoratam vel ex praecedentibus sat notam. Differt igitur a זֶה = *οὗτος*, *hic*, quod ubique rem praesentem et proximum quodque demonstrat, et *ἐκεῖνος ille*, quod remotius, quanquam de utroque dici potest, et in graecis pronominibus congruit cum *αὐτός Er*, nisi quod הוא etiam sine emphasi ponitur: maxime in casibus obliquis, unde Suffixa הוּ, וֹ, לוֹ ,אתו constanter in Vers. alex. redduntur *αὐτοῦ*, *αὐτῷ*, *αὐτόν*. Ponitur autem

1) sine emphasi, ut lat. *is*, *ea*, *id*. Gen. IV, 20: *Ada peperit Jubalum* הוּא הָיָה אֲבִי יֹשֵׁב אֹהֶל *is erat pater habitantium tentoria.* (LXX. *οὗτος ἦν*). Comm. 21. X, 8: *Cusch genuit Nimrodum*, הוּא הֵחֵל לִהְיוֹת וגו׳ *is esse coepit.* Comm. 9. 12. XIX, 36. 37. Iob. XL, 19. Jes. XXXII, 7. De re praesente Gen. XX, 16: *ecce! do fratri tuo mille siclos* הוּא לָךְ כְּסוּת עֵינַיִם *id tibi sit donum piaculare.* LXX in his exemplis ponunt *οὗτος*, sed potuisse eodem orationis serie poni *ἐκεῖνος*, monstrat Gen. l. c., cf. Matth. XVII, 27. Proprium eius locum esse, ubi res quaedam iterum memoratur (cf. quae de articulo disputavimus p. 360), ex iis etiam locis apparet, ubi refertur ad praecedens זֶה. Iud. VII, 4: וְהָיָה אֲשֶׁר אֹמַר אֵלֶיךָ זֶה יֵלֵךְ אִתָּךְ הוּא יֵלֵךְ אִתָּךְ וְכֹל אֲשֶׁר אֹמַר אֵלֶיךָ זֶה לֹא יֵלֵךְ עִמָּךְ הוּא לֹא יֵלֵךְ, ubi bene LXX: *καὶ ἔσται ὃν ἐὰν εἴπω πρὸς σέ, οὗτος πορεύσεται σὺν σοί, αὐτὸς πορεύσεται σὺν σοί· καὶ πᾶς ὃν ἂν εἴπω πρὸς σέ, οὗτος οὐ πορεύσεται μετὰ σοῦ, αὐτὸς οὐ πορεύσεται μετὰ σοῦ.* Ps. XX, 8: אֵלֶּה בָרֶכֶב וְאֵלֶּה בַסּוּסִים וַאֲנַחְנוּ בְּשֵׁם יְ׳ אֱלֹהֵינוּ נַזְכִּיר הֵמָּה כָּרְעוּ וְנָפָלוּ וגו׳ *hi* (int. hostes. LXX. *οὗτοι*) *celebrant currus, hi equos, nos celebramus nomen Jovae dei nostri.* 9. *iidem* (LXX. *αὐτοί*. Vulg. *ipsi*) *corruent et cadent, nos* cet. Huc pertinet etiam Iob. XIII, 27, ubi הוא adeo ad primam personam refertur: *in cippum ponis pedes meos* ...... 28. וְהוּא כְּרָקָב יִבְלֶה *isque instar cariei collabitur* pro: quum cariei instar collabar. (Cf. lat. hic, hic homo pro ego. Tib. Eleg. II, 6, 7. Ter. Andr. 2, 1, 10). Sq. relat. הוּא אֲשֶׁר *is qui* Jes. XXXVI, 7. 1 Chr. XX, 17.

2) gravius et cum emphasi quadam, v. c. ita ut nomen antegressum denuo excipiat. Jes. XXXIII, 22: יְהוָה מַלְכֵּנוּ הוּא יוֹשִׁיעֵנוּ *Jova rex noster, is salvabit nos.* XXXVIII, 19: חַי חַי הוּא יוֹדֶךָ. XXXIV, 16. XLVII, 10. LIX, 16. LXIII, 5. Iob. XXVIII, 28. Gen. XV, 4: אֲשֶׁר יֵצֵא מִמֵּעֶיךָ הוּא יִירָשֶׁךָ *qui exibit ex visceribus tuis, is heres tuus erit.* III, 12. XXIV, 7. XLIV, 17, et in aliis exemplorum generibus, velut Gen. XIII, 1: *Abramus* ...... הוּא וְאִשְׁתּוֹ. LXX. *αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ.* XIV, 15. XIX, 30. XXIV, 54. Iud. I, 6. Jos. VI, 17. Iud. XI, 48. — Gen. IV, 4: הֶבֶל גַּם הוּא LXX. *Ἄβελ καὶ αὐτός.* Comm. 22. XIX, 39. XX, 7. 20. XXII, 24. — Gen. XX, 5: הֲלֹא הוּא אָמַר לִי *nonne ipse mihi dixit?* Jes. LIII, 4: חֳלָיֵנוּ הוּא נָשָׂא *morbos nostros ipse tulit.* Comm. 11: עֲוֹנֹתֵיהֶם הוּא יִסְבֹּל *peccata nostra ipse portat.*

Spec. a) הוּא = *αὐτός* in nonnullis formulis ad Deum refertur, nimirum *Illum*, qui solus adorandus, qui solus mundum creavit et gubernat. Ps. XXXIII, 8: הוּא אָמַר וַיֶּהִי. Iob. V, 18: הוּא יַכְאִיב וְיֶחְבָּשׁ. Ps. XLIV, 22. Jes. XXXIII, 16. Deut. XXXII, 39: *videte* כִּי אֲנִי אֲנִי הוּא וְאֵין אֱלֹהִים עִמָּדִי *quod ego Ille, nec praeter me ullus deus.* Jes. XLIII, 10: גַּם מִיּוֹם אֲנִי הוּא. Jer. V, 12: *abnegant deum et dicunt:* לֹא הוּא *non est Ille.* Ita in nom. pr. אֱלִיהוּא (cuius deus *Ille*), אֲבִיהוּא (cuius pater *Ille*), quanquam non audiendi sunt, qui הוא propterea inter nomina Dei referunt (v. quos laudat Jo. Simonis in Onomast. p. 549). Cf. potius *αὐτός* et *ἐκεῖνος* in N. T. de Jesu Christo, et tritum illud *αὐτὸς ἔφα.* — Contra eo utuntur b) contemtim. 2 Chr. XXVIII, 22: הוּא הַמֶּלֶךְ אָחָז *iste rex Ahasus,* cf. gr. lat. *οὗτος*, *iste.* — Est c) i. q. *ὁ αὐτός*, *idem.* Ps. CII, 28: אַתָּה הוּא *tu* (manes) *idem*, in altero membro: *anni tui non deficiunt.* LXX. *σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ.* Jes. XLVIII, 12: אֲנִי הוּא אֲנִי רִאשׁוֹן אַף אֲנִי אַחֲרוֹן *ego* sum *idem, ego* sum *primus et ego postremus.* XLI, 4. XLIII, 13. XLVI, 4. Sunt, qui haec exempla referant ad litt. a, sed hoc praestat. — d) nomini postpositum i. q. *αὐτός ipse.* Jes. VII, 14: לָכֵן יִתֵּן אֲדֹנָי הוּא לָכֶם אוֹת *propterea Dominus ipse* (LXX. *Κύριος αὐτὸς*) *vobis dabit signum*, in quo quidem exemplo הוּא = *αὐτός* idem valet quod *sponte*, vobis etiam non poscentibus, nostr. *von selbst* cf. Passovium v. *αὐτός* I, 3. Wahlii clav. N. T. I, 68. Wineri gramm. N. T. p. 64. Saepius etiam post pronomina אָנֹכִי (Jes. XLIII, 25), אַתָּה et מִי, quibus addito הוּא maior quaedam vis et emphasis additur. Jer. XLI, 12: וְאַתָּה הוּא נָקֹה תִנָּקֶה *et Tu impunis eris?* XIV, 22. Ps. XLIV, 5: אַתָּה הוּא מַלְכִּי אֱלֹהִים *Tu es rex meus, o Deus!* 2 Sam. VII, 28. 1 Chr. VII, 26. Neh. IX, 6: אַתָּה הוּא יְהוָה לְבַדֶּךָ וגו׳ *Tu, o Jova, solus creasti* cet. — Jes. L, 9: מִי הוּא יַרְשִׁיעֵנִי *Quis tandem damnabit me?* Gen. XXVII, 33: מִי הוּא אֵפוֹא הַצָּד *quis tandem ille, qui venatus est?* Iob. IV, 7. XIII, 19. XVII, 3. XLI, 2. (Eodem modo ponunt syr. ܗܘ, v. Agrelli suppl. §. 86. I). De formula מִי הוּא זֶה v. זֶה.

3) Saepe additur substantivis, ibique articulo munitur, si idem substantivo praefixus est. Iob. I, 1: הָאִישׁ הַהוּא *hic vir* (modo memoratus), בַּמָּקוֹם הַהוּא in eo loco

Gen. XXVIII, 11. בַּלַּיְלָה הַהוּא ea nocte XXXII, 14. XXXII, 22, בָּעֵת הַהִיא eo tempore Mich. III, 4, et sexcenties בַּיּוֹם הַהוּא *eo die*, tum in libris historicis de die modo memorato Gen. XV, 18. XXVI, 32. XXX, 35. XXXIII, 16. XLVIII, 20. Ex. V, 6. VIII, 18. XIII, 8. XIV, 30. XXXII, 28. Deut. XXI, 23. XXVII, 11. XXXI, 17. 18. 22, tum in prophetis de die modo praenuntiato, maxime ap. Jesaiam et Zachariam, v. Jes. II, 17. 20. III, 7. 18. IV, 1. 2 (cf. II, 12). V, 30. VII, 18. 20. 21. 23 (cf. Comm. 17). X, 20. 27 (cf. Comm. 16). XI, 10. 11. XII, 1. 4. XVII, 4. 7. 9. XIX, 16. 18. 19. 21. 23. 24. XX, 6. XXII, 8. 12. 20. 25. XXIII, 15. XXIV, 21. XXV, 9. XXVI, 1. XXVII, 1. 2. 12. 13. XXVIII, 5. XXIX, 18. XXX, 23. XXXI, 7. Jer. IV, 9. Ez. XXIII, 38. 39. XXIV, 26. 27. XXIX, 21. Zach. IX, 16. XI, 11. XII, 3. 4. 6. 8. 9. 11. XIII, 1. 2. 4. XIV, 4. 6. 8. 9. 13. 20. XIV, 21. LXX ubique ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. In libris historicis tempori, de quo cummaxime narratum est (הַיּוֹם הַהוּא), passim opponitur tempus, quo haec litteris mandata sunt a scriptore (הַיּוֹם הַזֶּה), ut in formula עַד הַיּוֹם הַזֶּה ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης Gen. XXVI, 32 cf. 33. 1 Sam. XXVII, 6, cf. XXX, 25. 2 Reg. XVI, 6. Caeterum passim, quanquam raro, in his exemplis pronomen articulo caret, ut בַּלַּיְלָה הוּא Gen. XIX, 33. XXX, 16. XXXII, 23. 1 Sam. XIX, 10, הַקְּדֵשָׁה הִיא Gen. XXXVIII, 21.

4) Pariter atque reliqua pronomina personalia (Lgb. §. 196, 1), הוּא et הִיא (הֵם, הֵן) involvunt verbum substantivum, et valent: *is* (est, erit), *ea* (est), *id* (est). Gen. XXIV, 65: *quis est hic vir?* הוּא אֲדֹנִי *is* (est) *dominus meus*. XX, 7: כִּי נָבִיא הוּא *nam vates est*, *denn er ist ein Prophet*. II, 11: הוּא הַסֹּבֵב אֵת כָּל־אֶרֶץ הַחֲוִילָה *is* est *qui circumdat omnem terram Chavilae*. Ps. LXII, 2. Saepius postponitur, ut Gen. XXV, 21: כִּי עֲקָרָה הִיא *nam sterilis ea*. XXVI, 7. 9. XXIX, 9. XXXIV, 14. XXXVII, 32. XXXVIII, 16. XLIII, 32. Ex. I, 16. Ps. XVIII, 31: מָגֵן הוּא לְכֹל־הַחֹסִים בּוֹ. Iob. III, 19: קָטֹן וְגָדוֹל שָׁם הוּא. Jes. XLI, 7: טוֹב הוּא *es* ist *gut*. Ps. XXXIII, 20. XCVI, 4. XCIX, 2. 3. 5. Jes. XXIX, 11. XXX, 9 et sexcenties. In utroque sexu non raro explicative: *is*, *ea*, *id est*. Gen. XIV, 8: בֶּלַע הִיא צֹעַר *Bela, ea est Zoar*, quae hodie Zoar vocatur. Comm. 7: עֵין מִשְׁפָּט הוּא קָדֵשׁ *fons iudicii*, *id est Kades*. Comm. 3. 17. XXIII, 2. 19. XXXV, 6. 19. XXXVI, 8. XLVIII, 7. Jos. XV, 8. 9. 10. 13. 25. 49. 54. 60. XVIII, 13. 14. 28. Iud. XIX, 10. Deut. IV, 48. Jes. IX, 14. Esth. II, 7. 16. III, 7. VIII, 12.

Inde factum est, ut haec pronomina passim ipsius verbi substantivi vices expleant. Ita saepe post relativum Gen. VII, 2: *ex omnibus animalibus* אֲשֶׁר לֹא טְהֹרָה הוּא *quae non munda erant*. IX, 3: כָּל־רֶמֶשׂ אֲשֶׁר הוּא חַי. Ps. XVI, 3: *sancti* אֲשֶׁר בָּאָרֶץ הֵמָּה *qui in terra sunt*. Ruth. IV, 15. Eccl. VII, 26. Gen. XVII, 12. Lev. XI, 39, et alibi, velut Ps. L, 11: כִּי אֱלֹהִים שֹׁפֵט הוּא *nam Deus est iudex*. Gen. XLI, 26: שֶׁבַע פָּרֹת הַטֹּבֹת שֶׁבַע שָׁנִים הֵנָּה וְשֶׁבַע הַשִּׁבֳּלִים הַטֹּבֹת שֶׁבַע שָׁנִים הֵנָּה *septem vaccae pulchrae sunt septem anni*, *et septem aristae pulchrae sunt septem anni*, cf. Comm. 27 fine, ubi pro הֵנָּה est יִהְיוּ. Gen. XLVII, 16. Jes. I, 13. XXXIII, 6. Eccl. I, 10. 23. V, 18. Sunt quidem, qui in utriusque generis exemplis vim pronominis integram manere censeant, et in illis אֲשֶׁר הוּא reddant: *qui* est [non: *qui est*], אֲשֶׁר pro mera relationis nota accipientes; in his subiectum in nominativo absoluto positum statuant, et reddant Ps. L, 11: *nam Deus*, *iudex is* est, sive: *quod ad Deum attinet*, *is* est *iudex*, et Gen. l. c. *septem vaccae pulchrae*, *septem anni hae* sunt. Sed fac, de his exemplis et similibus recte ita statui (et re vera in iis nonnisi origines habemus eius usus, qui in linguis cognatis tam late patet), exstant alia, in quibus non poteris non usum pronominis pro verbo substantivo agnoscere, quicunque ab argutiis alienus est. Expende quaeso quae sequuntur. Gen. XXI, 29: מָה הֵנָּה שֶׁבַע כְּבָשֹׂת הָאֵלֶּה *quid sunt* (sibi volunt) *hi septem agni?* XXV, 16: אֵלֶּה הֵם בְּנֵי יִשְׁמָעֵאל *hi sunt filii Ismaëlis*. Zach. I, 9: *monstrabo tibi* מָה הֵמָּה אֵלֶּה *quid sint hi*, cf. מָה אֵלֶּה IV, 5. 13, max. Zeph. II, 12, ubi הֵמָּה adeo ad alteram personam refertur: גַּם אַתֶּם כּוּשִׁים חַלְלֵי חַרְבִּי הֵמָּה *etiam vos Aethiopes gladio confossi eritis*, coll. Esr. V, 11: אֲנַחְנָא הִמּוֹ עַבְדוֹהִי דִי אֱלָהּ *nos sumus servi Dei*. Adde usum reliquarum linguarum semiticarum, in quibus eiusmodi locutiones admodum tritae sunt, v. c. in Syriacis Matth. V, 13: ܐܢܬܘܢ ܐܢܘܢ ܡܠܚܗ ܕܐܪܥܐ *vos estis sal terrae*. Comm. 14: ܐܢܬ ܗܘ *tu es* cet. v. SCHAAFII Lex. syr. v. ܗܘ, HOFFMANNI gr. syr. p. 314. AGRELLII suppl. synt. syr. §. 85. no. 3. 4, in Arabicis v. DE SACY gramm. arab. II, §. 197. 198. 1165 ed. 2, max. in Aethiopicis, ubi ወእቱ፡ = הוּא sexcenties ponitur pro *sum*, *es*, *est*, neque alia usitata est verbum substantivum exprimendi ratio, v. LUDOLFI gr. aeth. p. 85. 135 ed. 2. — Docte et accurate de pronomine nostro disputavit FAESIUS in JAHNII neuen Jahrbb. für Philologie und Pädagogik IV, p. 199 sqq. In duobus tamen mihi falli videtur vir doctus, primum quod הוּא respondere docet gr. ἐκεῖνος, *ille* et ad remotius ubique referri (contra Jo. SIMONIS ed. 1. 2 docebat, הוּא notare „personam vel rem *praesentem*, quam tanquam praesentem digito quasi monstramus“): dein quod pronomen unquam pro verbo substantivo positum esse negat et pernegat (v. no. 4).

Quod ad formam attinet, in linguis semiticis respondent syr. ܗܘ f. ܗܝ, sam. [Samaritan], [Samaritan] et [Samaritan], [Samaritan], arab. هُوَ, هِيَ, vulg. *huë*, *hië* (v. CAUSSIN gramm. arabe p. 51. 55), melit. *hua*, *huae*; *hia*, *hiae* (v. VASSALLI gr. melit. p. 146), aethiop. ውእቱ፡ ይእቲ፡ addita syllaba ቱ, ቲ, quae vim demonstrandi habet, ut in lat. *iste*. Litteram א, quam abiecerunt Syri, non paragogicam esse et otiosam, sed radicalem, recte observat Ewaldus in gr. hebr. p. 176, sonumque eius etiam in lingua arabica, maxime vulgari, vocali παρελκούσῃ exprimi, modo vidimus. Simile est e in germ. *sie*, *wie*, *die*. Sed etiam

Hebraei abiecto א scribunt nomm. pr. אֲבִיהוּ, אֱלִיהוּ, al. et fortasse Jer. XXIX, 23 Chethibh, quod legendum videtur אָנֹכִי הוּ יֹדֵעַ. Caeterum idem pronomen personale exstat in linguis indogermanicis, ut in pers. وی, اوی, او, abiecto h (ut apud Aethiopes), gr. ὁ, ἡ (ho, hi), it. 𐌷, v. Buttmanni gramm. max. I, pag. 290, et in diall. *ho*, *hu*, *hue*, *hua*, *he*, *hei*, v. Fulda germ. Wurzelwörter p. 223. 224, cf. Schmitthenner Ursprachlehre p. 228.

הוּא m. **הִיא** f. chald. i. q. hebr. *is*, *ea*, *id*. Dan. II, 22. VI, 11. 17. Saepe incluso verbo substantivo: *is*, *ea*, *id est*. Dan. II, 9. 20. 28. 32. 47. VI, 5, adeoque pro verbo substantivo IV, 27: הֲלָא דָא הִיא בָּבֶל רַבְּתָא *nonne haec est Babylon magna?*

הֲוָא chald. i. q. הֲוָה q. v.

הוֹד *splendor*, *maiestas*, v. rad. הָדַד.

הוֹדַוְיָהוּ, הוֹדַוְיָה n. pr. v. rad. יָדָה.

הָוָה pr. spiravit. (Arab. هوى flavit ventus, aura, هَوَآءٌ aër, aura. De syllaba primaria הב, הו, אר, quae spirandi potestatem habet, v. ad הָבַל). Refertur primarius hic significatus 1) ad halitum animantium, inde vixit (v. חָוָה, חָיָה), et in linguae usu *fuit*, i. q. vulgare הָיָה. Apud Aramaeos haec verbi forma (הֲוָה, ܗܘܐ) pro verbo substantivo longe usitatissima, apud Hebraeos poëtis tantum et recentioribus scriptoribus propria est satisque raro obvia. Eam tamen vulgari forma הָיָה antiquiorem et primitivam esse, vel ex eo colligas quod haec ipsa forma originem onomatopoëticam prae se fert. הָיָה igitur ortum est ex הָוָה, ut חָיָה ex חָוָה, quod quidem posterius primarium videtur. Part. הוֶֹה Neh. VI, 6: וְאַתָּה הוֶֹה לָהֶם לְמֶלֶךְ *et tu iis rex eris*. Eccl. II, 22: מֶה הוֶֹה לָאָדָם בְּכָל עֲמָלוֹ *quid homini est in omni labore eius?* Imp. הֱוֵה Gen. XXVII, 29. f. הֱוִי Jes. XVI, 4. Fut. apoc. יְהוּא Eccl. XI, 3 pro יְהוּ ex יֶהֱוֶה coll. syr. ܢܶܗܘܶܐ v. Lgb. 428. — Praeterea imp. הוי in cod. Sam. ponitur pro hebr. הֱיֵי, הֱיֵה Gen. XIII, 2. XXIV, 60. XXVII, 29. Ex. XVIII, 19. XXIV, 12. XXXIV, 2.

2) *adspiravit* ad aliquid, *cupivit*, *desideravit* i. q. אָוָה (arab. هَوِيَ cupivit, amavit, voluit), unde הַוָּה no. 1 cupido. Quae significatio ubi magis etiam intenditur, fit

3) *praeceps ruit* in aliquid, *decidit ex alto*, *periit* i. q. هَوَى. Iob. XXXVII, 6: כִּי לַשֶּׁלֶג יֹאמַר הֱוֵא אָרֶץ *nivi enim dicit*, *rue in terram*. Vulg. — ut descendat in terram. Vide Schult. ad Prov. X, 3 et Michaelis in Suppl. p. 512. Sed LXX sec. signif. 1. γίνου ἐπὶ γῆς, et ita etiam Syr. Chald. Caeterum nonnulli libri habent הֱוֵה, alii sed pauciores הֱוִי, hoc et הֱוֵא ex Chaldaismo.

הֲוָה fut. יֶהֱוֵה et יֶהֱוֵא (Dan. II, 40. VII, 23) chald. i. q. hebr. הָוָה no. 1. et הָיָה *fuit*. Praeteritum saepe iungitur participiis, qui vulgaris est aoristi circumscribendi modus, v. c. חָזֵה הֲוַית *videbas* Dan. IV, 7, מְהַלֵּךְ הֲוָה *ibat* IV, 26 cf. IV, 10. V, 19. VI, 4. 11. 15. VII, 2. 4. 13. Esr. V, 11 cet. Futuro passim praeponitur לְ (q. v.), quo facto praeformativum eiicitur, v. c. לֶהֱוֵא Dan. VI, 3, לֶהֱוֵה IV, 22, pl. לֶהֱוֹן ut sint, ut essent II, 43. VI, 2. 3. 27. Esr. VI, 10. 25, לֶהֱוְיָן V, 17. Cf. Wineri gramm. chald. §. 44, 4 et ad לְ part.

הֹוָה f. *casus* adversus, *calamitas*. Jes. XLVII, 11. Ez. VII, 26. Vide rad. no. 3.

הַוָּה f. Verb. Pi. 1) *cupiditas*, *cupido*, a rad. no. 2. idem quod אַוָּה. Prov. X, 3: הַוַּת רְשָׁעִים יֶהְדֹּף *cupidinem malorum repellit*. Parall. נֶפֶשׁ צַדִּיק. Mich. VII, 3: הַוַּת נַפְשׁוֹ LXX. καταθύμιον ψυχῆς αὐτοῦ. Vulg. *desiderium animae suae*. Spec. in malam partem, de prava cupidine. Ps. LII, 9. (Arab. هَوًى cupido, voluntas. Melit. *hevva* est amor, pr. *cupido*).

2) *ruina*, *casus*, a rad. no. 3. (Arab. هُوَّةٌ et هَوِىٌّ id. هُوَّةٌ profundus puteus, هَاوِيَةٌ barathrum, utrumque a cadendo. In duplici, cupidinis et barathri, significatione eleganter luditur a poëta arabico in Elnawabig no. 83). Ubique in Plur. *casus adversi* (Unfälle), *calamitates*, *pernicies*. Ps. LVII, 2: עַד־יַעֲבֹר הַוּוֹת *donec transierit pernicies*. XCI, 3: דֶּבֶר הַוּוֹת *pestis perniciosa*. XCIV, 20. Prov. XIX, 13. Iob. VI, 2. XXX, 13 (sed in duobus locis postremis Keri habent הַיָּה). Dein: calamitates quas quis aliis parat, *iniuriae*, *scelera*. Ps. V, 10: קִרְבָּם הַוּוֹת *intimum eorum scelera est*. XXXVIII, 13: הַוּוֹת דִּבְּרוּ *loquuntur scelera*. LII, 4. LV, 12. Prov. XI, 6. XVII, 4: מֵזִין עַל־לְשׁוֹן הַוֹּת *auscultans linguae scelerum*. Iob. VI, 30.

יְהֹוָה, quod ad hanc rad. refertur Ex. III, 14 v. suo loco, ubi etiam nomm. pr. a syllaba יְהוֹ, יוֹ, הוּ ordientia.

יָהּ v. יְהֹוָה.

יֵהוּא v. יְהֹוָה.

הוֹי interj. onomatopoët. dolentis i. q. אוֹי. Cf. arab. وى, aram. וַי, ܘܝ, ܘܳܝ, gr. οὐαί, οἴ, lat. *vae*, *heu*, *eheu*, *heus*, *hei*. 1) dolentis: *heu!* 1 Reg. XIII, 30: הוֹי אָחִי *heu fratrem meum!* Jes. XVII, 12. Jer. XXII, 18. XXX, 7. XXXIV, 5. 2) minitantis: *vae!* sq. nominat. (qui pro vocativo est, v. infra LXX) Jes. I, 4: הוֹי גּוֹי חֹטֵא *vae populo peccatori!* V, 8. 11. 18. 20. 21. 22. X, 1. 5. XXVIII, 1. XXIX, 1. 15. XXX, 1. XXXI, 1. XXXIII, 1. XLV, 10. Am. V, 18. VI, 1. Nah. III, 1. Hab. II, 6. 9. 12. 15. Zeph. II, 5. Jer.

XXII, 13. XXIII, 1. Ez. XXXIV, 2. Zach. XI, 17, אֶל Jer. XLVIII, 1, עַל L, 27. Ez. XIII, 3, לְ XIII, 18. 3) acclamantis: *heus! he!* Jes. XVIII, 1 (sed v. Boettcheri specc. p. 148). LV, 1, bis הוֹי הוֹי Zach. II, 10. Plura non exstant. — LXX. plerumque *οὐαί*, raro *ὦ*, utrumque sq. nominativo, qui pro vocativo est (Fischer ad Weller. III, 1 p. 319), velut Jes. I, 24: *οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες Ἰσραήλ*.

הוֹ id. Am. V, 16.

הוּךְ chald. *ivit*, i. q. הֲלַךְ, ex quo ortum est littera ו emollita, v. ad litt. Waw. Fut. A (quod praeter hanc rad. in verbis ע״ו non reperitur) יְהָךְ Esr. V, 5. VI, 5. VII, 13. Inf. מְהָךְ VII, 13. Eaedem formae, Fut. et Imp., in Targg. reperiuntur, pro praet. utuntur verbo אֲזַל. Sunt qui conferant فَكَّ properavit, quod huc non pertinet.

הוּם *commovere*, *perturbare*, vic. radd. הָמָה, הָמַם. Deut. VII, 23: וְהָמָם מְהוּמָה גְדֹלָה *et perturbabit eos perturbatione magna.*

Niph. fut. יֵהֹם (non יֵהוֹם, ut apud Simonem ed. 1—4) v. הָמַם.

Hiph. strepitum fecit, Lermen machen, toben (cf. הַשְׁקֵט Ruhe halten), de multitudine strepente Micha II, 12, de animo inquieto Ps. LV, 3: אָרִיד בְּשִׂיחִי וְאָהִימָה *circumvagor in querela mea et saeviam* (nostr. ich möchte toben).

מְהוּמָה f. 1) *perturbatio*, Verwirrung, Bestürzung. Deut. VII, 23. XXVIII, 20. 1 Sam. V, 9. XIV, 2. Jes. XXII, 5. Ez. VII, 7. מְהוּמַת יְהוָה perturbatio a Domino immissa Zach. XIV, 13. מְהוּמַת מָוֶת perturbatio, quam timor mortis incutit (eine tödtliche Verwirrung, ein Todes-Schrecken) 1 Sam. V, 11. 2) *tumultus* (Getümmel). Ez. XXII, 5: רַבַּת הַמְּהוּמָה *plena tumultûs*. Prov. XV, 16: *praestant pauca cum pietate quam magnus thesaurus* וּמְהוּמָה בוֹ *cum tumultu*, intelligenda videtur vita turbulenta et inquieta divitum (Saus und Braus). Al. מְהוּמָה interpretantur de perturbatione et inquietudine eorum, qui toti sunt in divitiis suis conservandis. Plur. מְהוּמֹת Am. III, 9. 2 Chr. XV, 5.

תְּהוֹם plur. תְּהֹמוֹת, utriusque sexus vc. (m. Iob. XXVIII, 14, sed fem. saepius Gen. VII, 11. XLIX, 25. Ez. XXXI, 4) idque poëtico sermoni paene proprium, *magna vis aquarum* (Wassermenge, Wassermasse, Fluth), a strependo dicta, spec. *mare*, *oceanus* Gen. VIII, 2. Iob. XXVIII, 14. XXXVIII, 6. 30. Ez. XXVI, 19. XXXI, 15. Jon. II, 6. Hab. III, 4, plenius תְּהוֹם רַבָּה Gen. VII, 11. Ps. XXXVI, 7. Am. VII, 4. Jes. LI, 10. Rarius de alia *multitudine aquarum*, ut de aquis, quae terram recens creatam tegebant Gen. I, 2. Ps. CIV, 6, de aqua subterranea, unde oriuntur fontes, rivi, flumina Gen. XLIX, 25: תְּהוֹם רֹבֶצֶת תַּחַת *aqua quae infra cubat.* Deut. XXXIII, 13, adde Ps. XLII, 8 in descriptione catarractae: תְּהוֹם אֶל תְּהוֹם קוֹרֵא *aquae aquas vocant.* Ez. XXXI, 4: תְּהוֹם רֹמְמָתְהוּ *aqua multa eam* (arborem) *crescere fecit.* Iob. XLI, 26.

Plur. תְּהֹמוֹת 1) *fluctus* maris Ex. XV, 5. 8. Ps. XXXIII, 7. LXXVII, 17. LXXVIII, 25. CVI, 9. Prov. III, 2. VIII, 24. Jes. LXIII, 13. 2) *abyssi*, *voragines* eius (Tiefen des Meeres) Ps. CVII, 26. CXXXV, 6. CXLVIII, 7. Sed תְּהֹמוֹת אֶרֶץ Ps. LXXI, 20 sunt *voragines terrae aqua repletae*, atque ita Deut. VIII, 7: אֶרֶץ נַחֲלֵי מָיִם עֲיָנֹת וּתְהֹמֹת וגו׳ *terra* plena *rivorum aquae et fontium et voraginum* (Wassertiefen), *quae exeunt in vallibus et montibus.* Novissima verba ad fontes potius referenda, quam ad voragines, quanquam ex voraginibus quoque interdum fontes profluunt. Inde LXX. Syr. עֲיָנֹת וּתְהֹמֹת reddunt per *ἓν διὰ δυοῖν*: *πηγαὶ ἀβύσσων*, ܡܒܘܥܐ ܕܬܗܘܡܐ, melius quam Vulg. qui pro תְּהֹמוֹת dat *fluviorum abyssi.* — LXX paene ubique *ἡ ἄβυσσος*, pl. *αἱ ἄβυσσοι*, quod non solum notat *locum fundo carentem*, sed in veteribus lexx. etiam declaratur *ὕδατα ἄπειρα*, *πλῆθος ὑδάτων ἀπέραντον*, *πολὺ πλῆθος ὕδατος*, v. Schleusneri thes. I, p. 5. Ex. XV, 5 redditur *πόντος* et V. 8 *τὰ κύματα.* Targg. et Syrus ubique retinent תְּהוֹמָא, תְּהוֹמִין; ܬܗܘܡܐ, ܬܗܘܡܐ, quod quidem posterius Pesch. in N. T. adhibet pro *ἄβυσσος* Luc. VIII, 31. Apoc. IX, 1. 2. 11, sed usurpatur etiam de magna vi aquarum, ut Ephr. Opp. I, p. 116 ܡܛܠ ܬܗܘܡܐ ܕܟܣܝܐ *propter copiam aquarum, quae terram tegebat.* Etiam in contextu persico تهوم, تهومها retinuit Pentateuchi interpres Persicus, et propterea in Lex. persico consignavit Castellus col. 192, sed re vera persicum vc. non est, eoque carent lexx. Burhani Kati et Heft Kulsum. Caeterum Kimchius תְּהוֹם explicat: מקום המים הרבים ורבוי המים בכלל.

הוּן in Kal inusit. Arab. هان levis, facilis fuit (cf. vic. אוֹן no. 2. Congruit lat. *vanus*). Conj. II. IV. X levem duxit rem, vilipendit eam.

Hiph. leviter egit (leichtsinnig handeln). Deut. I, 41: וַתָּהִינוּ לַעֲלֹת הָהָרָה *leviter egistis ascendendo montanum*, ihr handeltet leichtsinnig und zoget hinan cet. Alii, ut Lud. de Dieu et J. D. Michaelis in suppl. 516: *vilipendistis* monitum divinum *ascendendo*, coll. וַיַּעְפִּלוּ Num. XIV, 44, quod vero respondet verbo וַתָּזִדוּ in Deut. Comm. 43. Caeterum in hoc verbo interpretando in alia omnia abibant vett. intpp. (Gr. *συναθροισθέντες ἀναβαίνετε*. Vulg. pergeretis in montem) et Hebraei, qui הָהִין esse volunt: *dixit* הֵן. Veram rationem monstrarunt Lud. de Dieu ad h. l., A. Schultens in opp. min. p. 154. Michaelis l. c.

הוֹן m. 1) *facultates*, *opes*, dictae a facilitate, ut lat. *facultas* a *facilis*, et contra عُسْرٌ, عُسْرَةٌ *difficultas*, paupertas. (Arab. هَوْنٌ lenitas, commoditas, quies, هَيِّنٌ

facilitas, commoditas). Prov. III, 9. XI, 4. XIII, 1. XIX, 4. 14. XXVIII, 8. 22. XXIX, 3. Cant. VIII, 7. Ez. XXVII, 12. 18. 26. Ps. CXIX, 14. הוֹן וָעֹשֶׁר Ps. CII, 3. Passim cum epithetis, ut הוֹן יָקָר opes pretiosae Prov. I, 13. XII, 27. XXIV, 4, הוֹן עָתֵק opes pulchrae VIII, 18, הוֹן רָב opes multae XIII, 7. כָּל־הוֹן בֵּיתוֹ VI, 31. In st. estr. הוֹן עָשִׁיר opes divitis XI, 15. XVIII, 11. — Ps. XLIV, 13: בְּלֹא הוֹן *gratis*, *nullo pretio*. Plur. הוֹנִים Ez. XXVII, 33. — 2) adv. *large*, *satis*. Prov. XXX, 15. 16. LXX. ἀρκεῖ, et ita etiam Chald. Syr.

הִין m. mensura liquidorum, sextam partem Bathi (בַּת) s. duodecim logos (לֹג), teste Josepho (Arch. III, 9 §. 4) δύο χόας Ἀττικούς continens: χοεὺς autem sive χοῦς i. e. *congius* sex sextarios continebat. Ex. XXX, 24. Ez. XLV, 24. XLVI, 5. 7. 11. הִין צֶדֶק (Hin iustum) Lev. XIX, 36. חֲצִי הַהִין Num. XV, 9. 10. XXVIII, 7. שְׁלִישִׁית הַהִין ibid. Comm. 6. 7. XXVIII, 7. רְבִיעִית הַהִין Ex. XXIX, 40. Levit. XXIII, 13. Num. XV, 4. 5. XXVIII, 5. 7. 14, שִׁשִּׁית הַהִין Ez. IV, 11. XLVI, 14. De etymo nil definio. Dictum volunt *Hin* a levitate, sed non adeo levis et exigua erat haec mensura, siquidem teste Festo (v. *publica pondera*) congius Romanorum aqua vel vino plenus decem libras pendebat.

הֹר, הוֹר mons v. הַר, rad. הָרַר.

הוֹשַׁעְיָה, הוֹשֵׁעַ v. rad. יָשַׁע.

הוּת v. הָתַת.

הָזָה (vic. חָזָה) *somnia vidit*, *deliravit* in somniis. Semel legitur de canibus dormientibus, part. pl. הֹזִים Jes. LVI, 10. LXX. ἐνυπνιαζόμενοι. Aqu. φανταζόμενοι. Symm. ὁραματισταί. Vulg. *videntes vana*. (Arab. هذى et هذى deliravit in loquendo, max. ex morbo. Abulf. Ann. IV, p. 528. Tim. 318 Gol. Rhazes de variol. 196, idemque valet talmud. הזה. Buxtorf h. v. Plura dabit Bocharti Hieroz. I, p. 680).

הִי lamentatio v. rad. נָהָה.

הִיא hebr. et chald. *ea*, vide הוּא.

הֵידָד v. הָדַד.

הָיָה fut. יִהְיֶה apoc. יְהִי c. Waw conv. וַיְהִי, inf. absol. הָיֹה Ez. I, 3. 1 Reg. XIII, 14 et הָיוֹ Num. XXX, 7, cstr. הֱיוֹת Gen. XVIII, 18. Ruth I, 13, semel more chaldaeo הֱיֵה Ezech. XXI, 15, c. Praeff. בִּהְיוֹת, לִהְיוֹת, imp. הֱיֵה, part. f. הֹיָה Ex. IX, 3

1) *accidit*, *evenit* (nostr. vorfallen, sich zutragen, geschehen). De origine vide infra not. Ex. XXXII, 2: *nescimus* מֶה הָיָה לוֹ *quid ei acciderit*. Eccl. III, 22: מַה שֶּׁיִּהְיֶה אַחֲרָיו *quae accident* (evenient) *post eum*. Jes. XIV, 24: כַּאֲשֶׁר דִּמִּיתִי כֵּן הָיָתָה *quomodo meditor*, *ita accidet*. 1 Reg. XIII, 32. Cf. Niph. — מַה הָיָה שֶׁ Eccl. VII, 10 i. q. gr. τί γέγονεν ὅτι; Joh. XIV, 32 wie geschiehet es, dass —? Saepe in formula: הָיָה דְבַר יְיָ אֶל accidit (pervenit) effatum Jehovae ad aliquem pag. 316 (cf. lat. fama accidit, accidit ad aures alic. Liv.), et absol. הָיָה הַמַּשָּׂא הַזֶּה Jes. XIV, 28. Sed longe creberrimum est וַיְהִי (καὶ ἐγένετο) *et accidit* es trug sich zu, es geschahe, quod sexcenties in libris historicis, ubi sequitur notatio temporis, ab initio sententiae ponitur, v. c. Gen. XXII, 1: וַיְהִי אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה וְהָאֱלֹהִים נִסָּה. XXIII, 1: וַיְהִי בַּיּוֹם הַהוּא וַיָּבֹאוּ. XXVI, 32: וַיְהִי מִיָּמִים רַבִּים וַיִּקְרָא. Gen. XXVI, 8: וַיְהִי כִּי אָרְכוּ לוֹ שָׁם הַיָּמִים וַיַּשְׁקֵף. Jos. IV, 1: וַיְהִי כַּאֲשֶׁר תַּמּוּ — וַיֹּאמֶר. V, 1: — וַיְהִי כִשְׁמֹעַ וַיִּמַּס. Temporis notatio, ut intelligitur ex exemplis modo laudatis, vario exprimitur, velut praep. כְּ sq. inf. Gen. XXIV, 30. XXXIX, 10. Ex. XVI, 10. XXXIII, 8. 9. Num. XI, 25. XVI, 31. Jos. IX, 1. X, 1. 20. 24. XI, 1. 1 Reg. I, 21. V, 21. VIII, 54. IX, 1. XII, 2. 20. XIII, 4. XIV, 6. XV, 21. 29. XVI, 11. 18. XVIII, 17. 29. XIX, 13. XXI, 15. 16. 27. XXII, 32. 33. 2 Reg. II, 9. III, 15. IV, 6. 25. V, 7. 8. VI, 20. 30. VII, 18. IX, 22. X, 25. XIX, 1. XXII, 11. בְּ sq. inf. Gen. XXXV, 17. 18. XXXVIII, 28. XXXIX, 13. 15. 18. 19. Num. X, 35. XV, 19. XVII, 7. Iud. I, 14. III, 27. XIII, 20. 1 Reg. VIII, 10. XI, 15. XVIII, 36. 2 Reg. XVII, 25, כַּאֲשֶׁר sq. praet. Gen. XXIV, 22. 52. XXVII, 30. XXIX, 10. XXXVII, 23. XLI, 13. XLIII, 2. Ex. XXXII, 19. Jos. IV, 1. Iud. III, 18. VIII, 33. XI, 5. 1 Sam. VIII, 1. XXIV, 2. 2 Sam. XVI, 16, כִּי sq. praet. Gen. VI, 1. XXVII, 1. XLIII, 24. Exod. I, 21. XIII, 15. Jos. XVIII, 13. Iud. I, 28. VI, 3. XVI, 16. 25. 2 Sam. VI, 13. VII, 1. XIX, 26. 2 Reg. XVII, 7 (quod quidem exemplum iccirco memoratu perdignum, quia sententiae interiectae ex part. כִּי pendentes undecim commata occupant, ut apodosis sequatur demum comm. 18 cf. 1 Sam. XXV, 2—4: וַיְהִי בִגְזֹז אֶת־צֹאנוֹ .... וַיִּשְׁלַח דָּוִד), neque non sine verbo, ut בַּיָּמִים הָהֵם Ex. II, 11. 23, אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה Gen. XXII, 1. XXV, 11. XXXVII, 7. XL, 1. XLVIII, 1 et similibus formulis Ex. XII, 29. 41. 51. XIV, 24. XVI, 5. 13. 22. 27. XVIII, 13. XIX, 16. XXXII, 30. XL, 17. Num. X, 11. XVII, 23. Deut. IX, 11. Iud. I, 1. VI, 25. IX, 33. 42. XI, 4. 5. XIII, 20. XV, 1. XVI, 14. 2 Sam. I, 1. II, 1. VIII, 1. X, 1. XIII, 1. XXI, 18 cet. cet. Notationem temporis et loci habes Exod. IV, 24: וַיְהִי בַדֶּרֶךְ בַּמָּלוֹן וַיִּפְגְּשֵׁהוּ. In N. T. respondet formula καὶ ἐγένετο ὅτε ὡς ..... καὶ v. Wahlii cl. I, p. 773. 774, syr. ? ܘܗܘܐ Matth. l. c., ܘܗܘܐ Luc. I, 59 et sine particula Luc. V, 17 (v. Agrell suppl. p. 65). — Haud minus frequens est usus formulae וְהָיָה *et accidet*, ubicunque de rebus futuris

agitur, maxime sequente temporis notatione. Jes. VII, 18: וְהָיָה בַּיּוֹם הַהוּא יִשְׁרֹק יְיָ *et eveniet eo die, sibilabit Deus.* Ex. XII, 25: וְהָיָה כִּי תָבֹאוּ אֶל הָאָרֶץ . . . וּשְׁמַרְתֶּם *et eveniet, ubi veneritis in terram . . . custodietis,* spec. sq. כִּי Ex. XII, 26. XIII, 5. 11. 14. XXII, 26. Num. X, 32. Deut. XI, 29. XV, 16. XXVI, 1. XXX, 1 (eodem contextu sexcenties sine הָיָה Deut. XI, 31. XII, 21. XIII, 13. XIV, 24. XV, 7. 13. XVI, 6. XVII, 2. 8. 14. XVIII, 21. XIX, 11. 16. XX, 1, v. XV, 12 coll. 13. comm. 16 coll. 21), Iud. XII, 5. 1 Sam. 1, 4. XVII, 48, אם (modo tempus, modo conditionem notante) Ex. IV, 8. Deut. VIII, 19. XI, 13. XX, 11. XXI, 14. XXV, 2. XXVIII, 1. 15. Iud. VI, 2. 1 Sam. XXIII, 23. 2 Sam. XI, 20, כְּ et בְּ sq. inf. Deut. XVII, 18. XX, 2. 9. Iud. II, 19, vel sine verbo, וְהָיָה בַּיּוֹם הַהוּא Jes. VII, 21. 23. X, 20. 27. XI, 10. 11. XVII, 4. XXIV, 21. XXVII, 12. 13. Passim etiam sine temporis notatione, alia quadam sententia interiecta Hos. II, 1: וְהָיָה בִּמְקוֹם אֲשֶׁר יֵאָמֵר לָהֶם . . . . יֵאָמֵר לָהֶם . . . . Deut. XVIII, 19: וְהָיָה הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא יִשְׁמַע . . . . אֶדְרֹשׁ מֵעִמּוֹ XX, 11. XXI, 3. Iud. VII, 4. 17. XI, 31. XIX, 30. 1 Sam. XVII, 25. 2 Sam. XV, 35. Jes. IV, 3. XXIV, 18, adeo repetito verbo הָיָה, ut Jes. III, 24: וְהָיָה תַחַת בֹּשֶׂם מַק יִהְיֶה *et accidet, pro odoribus erit foetor.* II, 2. VII, 23. XVI, 2. Cf. de his formulis etiam Ewaldi gr. p. 546. 552. Corrigendum autem, quod ipse de iisdem obiter agens praeceperam ed. 1 et in lexx. min., et inde adoptaverat Winerus (p. 250. 472) וַיְהִי כְּ, וַיְהִי ךְ, וַיְהִי כִּי esse: *accidet ut*, nam כְּ, כִּי nunquam non ad sententiam interiectam pertinent.

2) *factus est* (werden). Spec. a) i. q. *exstitit, orta est* res (entstehen). Gen. I, 3: יְהִי אוֹר וַיְהִי אוֹר *fiat lux et facta est lux.* Comm. 6. Jes. LXVI, 2: וַיִּהְיוּ כָל־אֵלֶּה *haec omnia facta sunt* i. e. orta, exstiterunt. Sq. מִן ex aliqua re. Gen. XVII, 16: מַלְכֵי עַמִּים מִמֶּנָּה יִהְיוּ *reges populorum ex ea orientur*, nascentur. Eccl. III, 20: הַכֹּל הָיָה מִן עָפָר *omnia sunt ex pulvere orta.* — b) *facta est res* (opp. irrita cecidit). Jes. VII, 7: לֹא תָקוּם וְלֹא תִהְיֶה *non ratum erit et non fiet*, sq. לְ auctoris Jes. XIX, 15: לֹא יִהְיֶה לְמִצְרַיִם מַעֲשֶׂה *non fiet ab Aegyptiis* ullum *opus.* — Constr. aa) sq. acc. *factus est aliquid.* Gen. XIX, 26: וַתְּהִי נְצִיב מֶלַח *et facta est columna salis.* IV, 20. 21. Ita reddo etiam Gen. I, 5: וַיְהִי עֶרֶב וַיְהִי בֹקֶר יוֹם אֶחָד et facta est vespera et factum est mane dies unus, es wurde Abend und Morgen zu Einem Tage. — bb) in eandem sententiam sq. לְ. Gen. II, 7: וַיְהִי הָאָדָם לְנֶפֶשׁ חַיָּה *factus est homo animans vivum.* Comm. 24. IX, 15. XVII, 4. 16. XVIII, 18. XXXII, 11. Ex. II, 10. IV, 4. 9. Jes. I, 22. 31. V, 9. VII, 23. X, 17. XL, 4. — Sed cc) הָיָה לְ *obtigit alicui*, jemandem werden pro zu Theil werden. Jes. XVII, 2: עָרֵי עֲרֹעֵר לַעֲדָרִים תִּהְיֶינָה *urbes Aroër gregibus obtingent.* XXIII, 18. LXI, 7. Iob. XXX, 31: וַיְהִי לְאֵבֶל כִּנֹּרִי *luctui obtigit cithara mea*, spec. de muliere dicitur: הָיְתָה לְאִישׁ *obtigit viro in conjugem* (לְאִשָּׁה quod passim additur Num. XXXVI, 3), *nupsit ei.* Num. XXX, 7. XXXVI, 3. Deut. XXI, 15. XXIV, 2. Iud. XIV, 20. XV, 2. Ruth I, 13. Jer. III, 1. Hos. III, 3. Cf. syr. ܗܘܳܐ ܠܶܗ Barhebr. 255. 419. — dd) הָיָה כְּ *factus est instar alic.* ei similis factus est. Gen. III, 5: וִהְיִיתֶם כֵּאלֹהִים *et eritis deo similes.* Comm. 22. Ps. I, 3. Jes. XIV, 19. Cant. I, 7. Dein *idem expertus est atque* aliquis (er ist geworden wie ein anderer pro es ist ihm ebenso ergangen, cf. gall. je ne sais pas ce qu'il est devenu = wie es ihm ergangen ist, was aus ihm geworden ist, gr. *τίς γένωμαι* Schaeferi meletem. pag. 98 et aethiop. እፎ: ሀሎከ: quomodo es, pro quomodo vales? wie geht es dir?) Jes. I, 9: כִּסְדֹם הָיִינוּ *instar Sodomitarum facti essemus* i. e. horum sortem experti essemus. Gen. XVIII, 25: וְהָיָה כַצַּדִּיק כָּרָשָׁע *ut fiat probus sicut improbus* i. e. ut eandem sortem experiantur probi et improbi. Num. XVII, 5. 1 Sam. XVII, 36. Jes. XVII, 3. XXIV, 2. 17. XXVIII, 4. XXIX, 7. XXX, 13. Hos. IV, 9. Iob. XXVII, 7. Eccl. VI, 3. Cf. Jes. X, 9. XX, 6, quibus locis הָיָה omissum est.

3) *fuit*, verbum substantivum, ut gr. *εἶμί.* Varie usurpatur a) copulat subiectum cum praedicato, sive hoc adiectivum est, sive substantivum, sive numerale, sive nude ponitur praedicatum, sive intercedente particula. Spec. α) cum adiectivo. Gen. III, 1: וְהַנָּחָשׁ הָיָה עָרוּם *et serpens erat astutus.* II, 25: וַיִּהְיוּ שְׁנֵיהֶם עֲרוּמִּים *et erant ambo nudi.* IV, 14. VI, 9. X, 8. 9. XIII, 6. Iob. I, 2. 3. III, 7. Eccl. II, 19. VII, 16. Thren. V, 17. Zach. XIV, 9 et persaepe, it. cum partic. Iob. I, 21: יְהִי שֵׁם יְיָ מְבֹרָךְ. Jes. IX, 15. XIX, 10. β) cum substantivo. Gen. III, 20: כִּי הוּא הָיְתָה אֵם כָּל־חָי *quoniam ea erat mater omnium viventium.* V, 32: וַיְהִי נֹחַ בֶּן־חֲמֵשׁ מֵאוֹת שָׁנָה VI, 3. IX, 18: וַיִּהְיוּ בְנֵי נֹחַ . . . . שֵׁם וְחָם וָיָפֶת. Comm. 25. 26. 27. X, 10. XVI, 12: הוּא יִהְיֶה פֶּרֶא אָדָם. XVII, 1. Jes. III, 7: לֹא אֶהְיֶה חֹבֵשׁ. XI, 5. XVII, 1. 9. XXIII, 3. XXV, 4. XXVIII, 13. Eccl. I, 12: אֲנִי קֹהֶלֶת הָיִיתִי מֶלֶךְ עַל יִשְׂרָאֵל. Passim ita ut substantivum abstr. vim adiectivi habeat. Gen. I, 2: הָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ וָבֹהוּ. Iob. III, 4: *hic dies* יְהִי חֹשֶׁךְ *sit tenebrae*, tenebrosus. Jes. XI, 10. XV, 6. XXIII, 18. Gen. XII, 2. Paulo audacius dicta sunt haec Gen. XI, 1: וַיְהִי כָל־הָאָרֶץ שָׂפָה אֶחָת *et erat universa terra labium unum* s. lingua una i. e. repleta hominibus eadem lingua utentibus. Jes. VII, 24: *vepres et sentes erit terra.* V, 12. γ) cum subst. et numerali. Gen. V, 5: *et erant omnes dies Adami . . . . nongenti anni et triginta.* Comm. 8. 11. 14. 17. 20. 23. Iob. I, 3, cf. Jes. X, 19: מִסְפָּר יִהְיוּ *pauci erunt.* Eccl. II, 5. δ) cum adverbio. Gen. XV, 5: כֹּה יִהְיֶה זַרְעֶךָ *ita erit semen tuum.* ε) cum subst. praevia particula כְּ. Ps. XXII, 15: הָיָה לִבִּי כַּדּוֹנָג *est cor meum instar cerae.* Jes. I, 18: *et si peccata tua sunt instar cocci.* Comm. 30. V, 24. IX, 18. X, 22. XIV, 14. XVI, 2. XVII, 9. XIX, 16. Passim sq. כְּ et integra sententia Jes. XVII, 5: וְהָיָה כֶּאֱסֹף קָצִיר קָמָה *et erit quasi messores colligunt fruges*, es wird seyn wie das Früchte-Sammeln der Schnitter. XXIV, 13. —

In plerisque huius generis exemplis verbum substantivum omitti poterat et saepius omittitur quam ponitur (v. Lgb. p. 849), sed iusto arctioribus finibus circumscribit usum verbi substantivi EWALDUS gr. crit. p. 632 gr. min. §. 571. 2. — b) pertinet ad commorationem in loco i. q. *versatus est in loco*, sich befinden an einem Orte. Gen. IV, 8: וַיְהִי בִּהְיוֹתָם בַּשָּׂדֶה *et quum in agro essent*. XIII, 3: אֲשֶׁר הָיָה שָׁם אָהֳלֹה *ubi erat tentorium eius*. XVII, 13. Jes. VII, 23, it. *versatus est in aliqua conditione*. Gen. II, 18: לֹא טוֹב הֱיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ *non bonum est, hominem solum esse*. Eccl. VII, 14: הֱיֵה בְטוֹב *sis laetus*, cf. הָיָה טוֹב לְ VIII, 12. 13. — c) emphat. i. q. *exstitit*, da seyn, vorhanden seyn *α*) addito loco. Gen. II, 5: שִׂיחַ הַשָּׂדֶה טֶרֶם יִהְיֶה בָאָרֶץ *frutices agri nondum exsistebant in terra*. Iob. I, 1: אִישׁ הָיָה בְאֶרֶץ עוּץ. Gen. VI, 4: הַנְּפִלִים הָיוּ בָאָרֶץ. VII, 10: מֵי הַמַּבּוּל הָיוּ עַל הָאָרֶץ. VII, 12. 17. IX, 11. XII, 11. Jes. XI, 16. XIX, 19. 23. *β*) absol. idque de rebus v. c. Gen. XIII, 17: וַיְהִי רִיב (es fand Streit Statt). XV, 17: עֲלָטָה הָיָה *erant tenebrae*. Zach. XIV, 6: לֹא יִהְיֶה אוֹר *non erit lux*. Ibid. comm. 7: וְהָיָה יוֹם אֶחָד *et erit* (exsistet) *dies unus*. Jes. XV, 6. Saepe in Ecclesiaste, ut I, 9: מַה שֶּׁהָיָה הוּא שֶׁיִּהְיֶה *quod fuit, idem erit*. Comm. 10. III, 15. VI, 15. III, 14: *quodcunque Deus creavit* הוּא יִהְיֶה לְעוֹלָם *id erit in aeternum*. VII, 24: רָחוֹק מַה־שֶּׁהָיָה *remotum* (difficile intellectu) *quodcunque est* existit. VIII, 7: *nemo novit id quod erit, nam quomodo erit, quis dicere potest?* Etiam i. q. *exstitit, vixit*. (Ita gr. εἰμί, v. c. ἔτ᾽ εἰσί Od. 15, 432; οὐ δὴν ἦν Il. 6, 131. Matth. II, 18 ibique WETSTENIUM). Iob. III, 16: *sicut abortus occultus* לֹא אֶהְיֶה *non essem*, existerem, viverem. Jes. XXIII, 13: זֶה הָעָם לֹא הָיָה *ibi populus*, qui *non erat* existebat. Dan. I, 21: וַיְהִי דָּנִיֵּאל עַד שְׁנַת אַחַת לְכוֹרֶשׁ הַמֶּלֶךְ *erat Daniel usque ad annum primum Cyri regis*, i. e. vivebat, quod negare non debebat HENGSTENBERGIUS (de authentia Danielis p. 66): male enim J. D. MICHAELIS: erat sc. in Babylonia. Addita notatione temporis Eccl. II, 7: *omnes qui ante me erant Hierosolymis*. Comm. 18: *qui post me erit*. IV, 16. VI, 12. IV, 3: *qui hucusque non fuit* i. e. exstitit, vixit.

Praeterea notandae sunt hae formulae: aa) הָיָה קֹטֵל *fuit interficiens* dicitur pro *interficiebat* cf. syr. ܩܛܠ ܗܘܐ (HOFFMANNI gr. syr. p. 337. AGRELL suppl. p. 22). Gen. IV, 17: וַיְהִי בֹּנֶה *aedificabat*. XV, 17: וַיְהִי הַשֶּׁמֶשׁ בָּאָה *sol erat occidens*, nunc cummaxime occidebat. Jes. X, 14. XIX, 18, et saepe in serioris aetatis scriptoribus Iob. I, 14. Neh. I, 4. II, 13. 15. — bb) הָיָה לִי *fuit mihi* res, i. e. *habui* eam. Gen. XII, 16: וַיְהִי לוֹ צֹאן וּבָקָר *et habebat pecus et armenta*. Ex. XX, 3: *ne sint tibi dii alieni*. Gen. XIII, 5. XVIII, 12. XXVI, 14. Deut. XXI, 15. 2 Sam. XII, 2. Jes. V, 1. XLV, 14. Eccl. II, 7. (Cf. יֵשׁ לִי, gr. ἔστι μοι, arab. كان لى mihi est i. e. habeo Cor. 10, 100). Sed Gen. XXXI, 32 הָיָה לִי est: favit mihi. — cc) הָיָה לְ *fuit in aliquam rem* vel *alicui rei*, zu etwas dienen, gereichen, gr. εἶναι εἴς τι, γίνεσθαι εἴς τι. Gen. I, 15: וְהָיוּ לִמְאוֹרֹת *et erunt in luminaribus*. Comm. 14. 29. IX, 13: וְהָיְתָה לְאוֹת בְּרִית. XVII, 11. Jes. VII, 25. הָיָה לְטֹרַח *oneri fuit* Jes. I, 13. (Omisso הָיָה Jes. VIII, 18). Sq. לְ c. inf. הָיָה לְבָעֵר fuit ad depascendum, comburendum (es dient zum Verbrennen) Jes. V, 5. XLIV, 15. Num. VIII, 11: הָיוּ לַעֲבֹד אֶת־עֲבֹדַת יְיָ *erunt ad ministrandum Jehovae*. Deut. XXXI, 17. Saepius etiam accedente dat. personae Gen. VI, 21: וְהָיָה לְךָ וְלָהֶם לְאָכְלָה *et erit tibi iisque cibo*. Ex. IV, 16: הוּא יִהְיֶה לְּךָ לְפֶה וְאַתָּה תִּהְיֶה לּוֹ לֵאלֹהִים *ille tibi ori erit, et tu ei eris deo*, i. e. tu ei verba suggeres, et quasi inspirabis, ut deus prophetis, et ille ea elocuturus est instar prophetae. Gen. IX, 3. XI, 3. XVII, 8. XXVIII, 21. Ex. II, 10. Num. X, 31. Jes. IV, 2. VIII, 14. XII, 3. XIX, 17. 20. XXII, 21. 23. XXVIII, 5. 6. (Aliter Iob. XIII, 5: וּתְהִי לָכֶם לְחָכְמָה *id silentium vobis sapientiae fuisset* i. e. ita sapientes haberemini). Passim הָיָה לְ est: *praestitit se ut* talem. 1 Sam. IV, 9: הִתְחַזְּקוּ וִהְיוּ לַאֲנָשִׁים *fortes estote et praestate vos viros*, et c. dupl. dat. XVIII, 17: הֱיֵה לִי לְבֶן־חַיִל *praesta te mihi virum fortem*. — dd) formula הָיָה לַעֲשׂוֹת dupliciter usurpatur: *α*) *in eo fuit ut faceret* (nostr. er war daran zu thun, angl. he was to do). Gen. XV, 12: וַיְהִי הַשֶּׁמֶשׁ לָבוֹא *sol in eo erat ut occideret*. 2 Chr. XXVI, 5: וַיְהִי לִדְרֹשׁ אֱלֹהִים *applicuit se ad quaerendum Deum*, er wandte sich zur Verehrung Jehova's. Non id tantum notant verba, Usiam Deum colere voluisse et coepisse, sed includunt fere eum in re coepta etiam perseverasse, cf. syr. *coepit facere* pro *fecit* (Agrell suppl. pag. 67), unde non male LXX: ἦν ἐκζητῶν. Vulg. *exquisivit*. WINERUS (p. 250) explicat: „*intentus fuit ad colendum Deum* i. e. assiduus fuit in colendo Deo (differt a וַיִּדְרֹשׁ אֱלֹהִים)“, germ. dixeris: er war darauf (erpicht), sed vereor ut hoc ex linguae usu probari possit. *β*) *in eo erat ut fieret, erat faciendum* (angl. it was to do). Jos. II, 5: וַיְהִי הַשַּׁעַר לִסְגּוֹר *porta in eo erat ut clauderetur*, erat claudenda. Jes. VI, 13: *decima pars* וְהָיְתָה לְבָעֵר *erit eliminanda*, eliminabitur. Eadem sententia ponitur inf. pass. Ez. XXX, 36: נֹא תִּהְיֶה לְהִבָּקֵעַ *Thebae in eo sunt ut expugnentur*. (Cf. angl. *he is to be killed*, aethiop. ሀለወ: *fuit* quod sq. subiunctivo per ellipsin part. ከመ: redditur, *oportet*, et dein periphrasin futuri infert, v. c. *estis* (ut) *nascamini denuo*, oportet vos denuo nasci, *qui erat* (ut) *veniret*, qui venturus erat, v. LUDOLFI Lex. p. 2. Hen. 1, 1). Utroque significatu הָיָה omittitur, v. Lgb. §. 211, 1). — ee) הָיָה עִם *fuit cum aliquo* *α*) a partibus alicuius stetit, εἶναι μετά τινος (Matth. XII, 30). 1 Reg. I, 8. Cf. עִם. *β*) הָיָה עִם אִשָּׁה rem habuit cum muliere, concubuit cum ea. Gen. XXXIX, 10. 2 Sam. XIII, 20. Cf. syr. ܗܘܐ ܥܡ ܐܢܬܬܐ hist. Susann. 14. Judith XII, 16. *γ*) *in animo fuit* alicui i. q. הָיָה עִם לְבָבוֹ 1 Reg. XI, 11, cf. עִם no. 2. — ff) הָיָה בְּעֵינֵי פ׳ esse in oculis alic. i. e. *videri*, v. עַיִן. — gg) הָיָה עַל fuit super aliquo i. e. protexit eum, sensu proprio dicitur de muro 1 Sam. XXV, 16. Metaph. Zach. XII, 2: וְגַם עַל יְהוּדָה יִהְיֶה *et etiam super Judam erit* Deus, i. e. etiam Judam proteget. In hunc enim sensum

unice necessarium (cf. Comm. 4. 7) accipimus haec verba, in quibus frustra laborarunt interpretes (v. Hengstenberg Christologie II, 278. 279, qui his maxime verbis deceptus initium oraculi in sensum alienum detorquet): ita quidem ut prophetae, non orationi Dei ea tribuamus. Cf. עַל no. 2, b.

Not. Hagg. II, 16 pro מִהְיוֹתָם, quod commoda sententia caret, quomodocunque se torquent interpretes, cum Alexandrino interprete (τίνες ἦτε) legendum videtur מה־הייתם i. e. מַה־הֱיִיתֶם pro מֶה הֱיִיתֶם coll. מַה־לָּכֶם pro מַלְּכֶם, מָה הֵם pro מֶהֶם Ez. VIII, 6, et commati 15 iungendum, quo facto sententia aptissima prodibit.

Niph. נִהְיָה (tantum in Praet. et Part.) i. q. Kal, sed rarioris usus, 1) *accidit, evenit.* Iud. XIX, 30: לֹא נִהְיְתָה וְלֹא נִרְאֲתָה כָּזֹאת *non accidit neque visum est tale quid.* Et eodem contextu XX, 3. 12. Deut. IV, 32. Jer. V, 30. Ez. XXI, 12. XXXIX, 8. Neh. VI, 8. Dan. XII, 1. — 2) *factus est.* Part. fem. תַּאֲוָה נִהְיָה *votum* quod *factum* est, ein Wunsch, der geschehen ist i. e. expletum, cf. V. 12, ubi respondet בָּאָה. Similiter Zach. VIII, 10 de mercede concessa. Sq. לְ *factus est aliquid* Deut. XXVII, 9, addito מֵאֵת de auctore facti 1 Reg. XII, 24: כִּי מֵאִתִּי נִהְיָה הַדָּבָר הַזֶּה *a me facta est haec res.* I, 27. 2 Chr. XI, 4. — 3) *fuit.* Joël II, 2: *populus magnus et fortis* כָּמֹהוּ לֹא נִהְיָה מִן הָעוֹלָם *qualis non fuit ab aeterno* (cf. exempla no. 1 laudata). Bis adiuncta notione rei absolutae et praeteritae, ut in illo: *fuimus* Troes. Dan. II, 1: שְׁנָתוֹ נִהְיְתָה עָלָיו *somnus fuerat ei* i. e. actum erat de somno eius, nostr. der Schlaf war dahin für ihn, es war geschehen um seinen Schlaf, עָלָיו pro אֵלָיו, לוֹ, v. עַל no. 4, c. Bene Theod. ὁ ὕπνος αὐτοῦ ἀπεγένετο ἀπ' αὐτοῦ, LXX. ἐγένετο cod. sensu (cf. γίνομαι ἀπὸ, ἐξ). Vulg. *fugit ab illo.* Cf. VI, 19. Falluntur autem, qui עָלָיו pro מֵעָלָיו accipiunt, et ridicule nonnemo: *somnus* qui *super eo* erat *cecidit* i. e. aufugit. Dan. VIII, 27: נִהְיֵיתִי וְנֶחֱלֵיתִי *confectus fui* (actum erat de me, vires defecerunt) *et aegrotavi*, nostrates dicunt: ich war dahin, war fertig. Vulg. langui et aegrotavi. Al. *cadere factus sum* i. e. in lectum cecidi, je tombai malade, cf. syr. ܢܦܠ ܒܥܪܣܐ gr. πίπτειν εἰς κοίτην.

Not. In linguis cognatis cum nostro verbo convenit aram. הֲוָה, ܗܘܐ, quo etiam Hebraei utuntur, sed raro (v. הָוָה): contra verbum substantivum Arabum est كَانَ, Aethiopum ሀለወ: Caeterum omnes consentiunt, verbi substantivi notionem abstrusiorem esse, quam ut primitiva videri possit, et recte propterea de origine verborum הָוָה et הָיָה anquisiverunt. Paene recepta opinio est, primam significationem esse in *cadendo* (coll. هوى ruit, decidit), unde derivata sit *accidendi*, *contingendi*, (cf. pers. افتادن cadere, accidere), dein *oriendi* et denique *existendi* potestas: neque repugno, potest etiam provocari ad nomen derivatum הַיָּה i. q. הַוָּה. Sed videant tamen etymi scrutatores, sitne potius הָוָה et הָיָה forma extenuata pro חָוָה, חָיָה vixit, et existendi notio ducta a *vivendo.* Favet insignis utriusque verbi in universa structura similitudo, possintque, ea adoptata, significationes ita dispesci: 1) *exstitit, fuit* (a vivendo) a) absol. (v. supra no. 3, c) b) cum praedicato, 2) *ortus est, factus est* (ins Leben treten), inde 3) *contigit, evenit.* Occurri possit, *existendi* adeoque *vivendi* significatum in serioribus maxime libris frequentari (v. no. 3, c); sed etiam alibi in his primitivae significationes servatae et revocatae sunt (v. אֵת). — Apud Arabes *existendi* notio in verbo كَانَ a *stando* ducta est (coll. hebr. כּוּן), in linguis indogerm. varia verba hanc vim habentia a *durandi, manendi* potestate ducta videntur, v. SCHMITTHENNER deutsche Etymol. p. 115.

הַיָּה f. i. q. הַוָּה no. 2 *calamitas.* Bis legitur Iob. VI, 2. XXX, 13 in Keri. Vide not. etym. ad rad.

הֵיךְ *quomodo?* i. q. אֵיךְ p. 79 A. Bis legitur 1 Chr. XIII, 12. Dan. X, 17. Perfrequens est vc. in Chaldaismo, sam. ࠄࠉࠊ, quae forma etiam in Cod. hebraeo-sam. exstat Gen. XXXIV, 31 (pro *sicut*) citra interrogationem.

הֵיל v. אֲבִיהַיִל p. 9 B.

הֵים v. הוּם.

הֵימָן n. pr. v. rad. אָמַן p. 117 B.

הִין v. הוּן.

הכי Gen. XXVII, 36 legitur in cod. Sam. pro הֲכִי, quod alibi (XXIX, 15) in Vers. Sam. redditur ࠄࠊࠃࠍ i. e. syr. ܗܟܢܐ *ita, sic, itidem.* Ex eodem illo vc. nostrum ortum videtur, abiecta in fine littera ה, v. Comment. nostram de Pentateucho sam. p. 55.

הֵכַל rad. inusit. prob. i. q. כָּהַל (litteris transpositis) et כּוּל (multum) *continuit*, inde *amplus*, *spatiosus fuit.* Arab. quadril. هَيْكَلَ magnus, procerus fuit, inde هَيْكَل quaevis res magna, alta, et magnae molis, ut equus procerus, planta adulta, spec. aedificium sublime, templum, هَيْكَلَة mulier procera. Kamûs p. 1566.

הֵיכָל m. et f. (Jes. XLIV, 28) pl. absol. הֵיכָלוֹת Hos. VIII, 14, sed cstr. הֵיכְלֵי c. Suff. הֵיכְלֵיכֶם Joël IV, 5 *aedificium magnum et amplum, palatium* Ps. CXLIV, 12. Hos. VIII, 14. Am. VIII, 3. Nah. II, 7. הֵיכְלֵי שֵׁן palatia eburnea Ps. XLV, 9. הֵיכְלֵי עֹנֶג Jes. XIII, 22. Spec. 1) הֵיכַל מֶלֶךְ arx regia 1 Reg. XXI, 1. 2 Reg. XX, 14. Ps. XLV, 16. Prov. XXX, 28. Dan. I, 4. 2) הֵיכַל יְיָ i. q. בֵּית יְיָ palatium Jehovae, templum 2 Reg. XVIII, 16. 2 Par. XXVI, 16. XXVII, 3. Esr. III, 10. Jer. VII, 4. XXIV, 1. L, 28. Ez. VIII, 16. Hagg. II, 18. Zach. VI, 14. 15, passim הֵיכַל קָדְשׁ יְיָ palatium sanctum Jovae Ps. LXXIX, 1. Jon. II, 5. 8, et κατ' ἐξοχήν הַהֵיכָל Neh. VI, 10. 11. Zach. VIII, 9. Ez. XLII,

8, poët. etiam sine art. הֵיכָל Jes. XLIV, 28. LXVI, 6. Sed passim הֵיכַל יְ׳ dicitur etiam a) de tabernaculo foederis, quo ante templum exstructum utebantur 1 Sam. I, 9. III, 3. Ps. V, 8. b) de coelo. Ps. XI, 4. XVIII, 7. (2 Sam. XXII, 7). XXIX, 9. Mich. I, 3. Hab. II, 3. 3) sensu arctiori aedis Hierosolymitanae pars maior et occidentalis, inter adytum (דְּבִיר) et vestibulum (הָאוּלָם), ὁ ναός κατ' ἐξοχήν, conveniens cum corpore s. navi templorum Christianorum. Cum art. הַהֵיכָל 1 Reg. VI, 5. 33. VII, 50. 2 Chr. III, 18. IV, 7. 8. 22. Jes. VI, 1. Ez. XLI, 1. 4. 15. 20. 21. 23. 25, plenius הֵיכַל הַבַּיִת 1 Reg. VI, 3. LXX. Vulg. retinent ὁ ναός, templum, recentiores *Sanctum* vocant, opp. Sancto Sanctorum. Errore nititur, quod Winerus (Lex. p. 251) הֵיכָל *sanctum sanctorum* fuisse scribit. (Congruunt praeter arab. هَيْكَل quod spec. de templis Christianorum usurpatur teste Kamuso l. c., syr. ܗܝܟܠܐ, et aeth. ሀይከል፡ palatium, templum, hodie spec. de augustiori ecclesiae loco s. sanctuario, v. Steph. Schulzii Leitungen des Höchsten V, p. 6. Ludolfi hist. aethiop. III, 6, 23 et Comment. p. 366. 367. Lex. p. 8).

הֵיכַל, emph. הֵיכְלָא c. Suff. הֵיכְלֵהּ chald. i. q. hebr. *palatium* 1) regis, *regia*. הֵיכְלָא דִּי מַלְכָּא Dan. IV, 1. V, 5. VI, 19. הֵיכַל מַלְכוּתָא id. IV, 26. Inde pro *aula*, tanquam sede imperii Esr. IV, 14 (v. מְלַח). 2) dei i. e. *templum*. הֵיכְלָא דִּי בִירוּשְׁלֶם templum Hierosolymitanum Dan. V, 2. Esr. V, 14. 15. VI, 5. הֵיכְלָא דִּי בָבֶל Esr. V, 14. הֵיכְלָא דִּי בֵית אֱלָהָא Dan. V, 3 (ubi הֵיכְלָא arctiore sensu ponitur, quam domus Dei).

הָכַר rad. in Kal inusit. Arab. فَكِرَ et فَكَرَ I. V. admiratus est, obstupuit, it. in sopore fuit (betäubt seyn), فَكْر, فَكَر, فُكُر *stupor* et *sopor*, v. Kamûs I, pag. 691, adde R. Jonam ap. Kimchium, qui interpretatur תְּמִיהָה גְדוֹלָה admiratio magna. Originem, quam Alb. Schult. ad Iob. XIX, 3 in *rigendo* ponendam suspicabatur, sed ulterius anquirendum censens, equidem ponere malim in *tundendo*, *obtundendo* a syllaba primitiva הַךְ, חַךְ, חַק, in qua tundendi, caedendi potestas inest, coll. verbis vicinis فَقَّ, חָקַר, חָקַק.

Hiph. obtudit, *stuporem incussit* (betäuben, übertäuben). Iob. XIX, 3: לֹא תֵבֹשׁוּ תַּהְכְּרוּ לִי *sine pudore obtunditis me* sermonibus impudentibus et contumeliosis, schaamlos übertäubet ihr mich, ut recte Kromayerus, Schultens. in animadverss. p. 42. תַּהְכְּרוּ pro תַּהְכִּירוּ (cf. וַיַּדְרְכוּ Jer. IX, 2). Ex vett. non male Alex. οὐκ αἰσχυνόμενοι με ἐπίκεισθέ μοι et Hieron. *et non erubescitis opprimentes me*, sed Targ. תִּשְׁתְּמוֹדְעִין לִי i. e. *partium studiosi estis contra me*, coll. הַכָּרַת Jes. III, 9, quod redditur אִשְׁתְּמוֹדָעוּת et Deut. I, 17. XVI, 19 Targ. Syr. ܟܢܘ ܠܝ ܐܢܟܪܬܘܢ ܠܡ contristatis me, quasi esset a כָּרָה = כְּרָה contristatus est. Sed fut. Hi. a כָּרָה esset תַּכְרוּ vel תַּכְרִירוּ, a נָכַר: תַּהְכִּירוּ vel תַּהְכְּרוּ.

הַכָּרָה v. rad. נָכַר.

הַל 1) plenior forma *articuli* (pr. pronominis demonstrativi) apud Hebr. vulgo הַ, littera ל proximae inserta, v. Lgb. p. 197 et supra p. 360 A. Respondet art. Arabum أَلْ, cuius etiam in Hebraismo vestigia exstant, pag. 92. 93. Ipsum Lamed servatum est in הַלָּזֶה, הַלָּז i. q. הַזֶּה (v. זֶה): vicina sunt אֵל, אֵלֶּה hi, hae, haec, lat. *ille*, *ollus* [cf. arab. أُولَى, أُلَى], ex quibus formis etiam hoc apparet, l addita alia littera geminari. Vide הָלְאָה.

2) particula interrogandi, arab. هَلْ, unde ortum הֲ interrogativum, v. pag. 361. 362. ibique notam p. 362 B. Plena forma semel legitur Deut. XXXII, 6 ex scriptura Nehardeensium, qui sic verba distrahunt: הַל יְהוָה תִּגְמְלוּ זֹאת, reliqui הַלַיהוָה, v. de Rossii var. lect. II, p. 65. Illud si probas, גָּמַל copulatum est c. acc., ut plerumque, v. גָּמַל no. 2.

הָלְאָה (lege *hāl'ah*, Milél et propterea sine Metheg) adv. *ultra*, pr. *illuc* (dorthin, weiter hin). Probabiliter dictum est pro הָלָה a הַל (q. v. no. 1) = *ille* post additum He paragogicum gemino l mutato in *lh*, vide exempla s. v. דָּלַל p. 340 B laudata, quibus addenda, utpote nostro exemplo maxime analoga בְּזָאוּ Jes. XVIII, 2 pro בָּזוּ, ܡܠܠ pro ܡܠܠ locutus est. Primaria forma servata est in Aramaeismo: syr. ܠܗܠ, ܠܗܠܐ illuc, ultra, ܡܢ ܠܗܠ ultra (praep.), chald. לְהָלָן, לְהַלָּא, לְהַלָּה, zab. ܠܗܠ illuc, illic (opp. ܠܗܪܐ hic), sam. ܠܗܠ et ܠܗܠ Gen. XIX, 9, v. etiam verbum ܐܬܪܚܩ elongavit, reiecit, removit, et fort. arab. هَلَّ abscessit, recessit. (Cf. lat. *uls*, *ultra* ab *ollus* i. q. *ille*, opp. *cis*, *citra*. V. Gellii N. A. 12. 13. Vossii Etym. p. 137. 564). Usurpatur 1) de spatio. Gen. XIX, 9: גֶּשׁ־הָלְאָה, quod bene LXX. ἀπόστα ἐκεῖ. Vulg. *recede illuc*. Syr. ܦܘܩ ܠܗܠ *recede illuc* i. e. ut recte Saad. تقدّم عن الباب *recede a porta*, ut intrare possimus. (Vide נָגַשׁ et comment. nostr. ad Jes. XLIX, 20. Faesius et Maurerus nuper: *accede huc*, ut tibi vim inferamus, in quam sententiam dicendum erat גֶּשׁ הֵנָּה). 1 Sam. X, 3: מִשָּׁם וָהָלְאָה *inde et ulterius*. (Cf. syr. ܡܢ ܗܪܟܐ ܘܠܗܠ hinc et ulterius. Assem. III, 1. 307, ܡܢ ܗܝ ܘܠܗܠ Assem. II. p. 264). 1 Sam. XX, 22: מִמְּךָ וָהָלְאָה *a te et ultra* i. e. ultra te (opp. מִמְּךָ וָהֵנָּה citra te). Comm. 37. Num. XXXII, 19. — Jes. XVIII, 2: עַם נוֹרָא מִן־הוּא וָהָלְאָה *populus*

terribilis ultra eum. — מֵהָלְאָה לְ (ut מִתַּחַת לְ, מֵעַל לְ) praep. *ultra.* מֵהָלְאָה לְדַמֶּשֶׂק ultra Damascum. Am. V, 27. Gen. XXXV, 21. Jer. XXII, 19. — 2) de tempore. 1 Sam. XVIII, 9: מֵהַיּוֹם הַהוּא וָהָלְאָה *ab eo die et deinceps.* Lev. XXII, 27. Num. XV, 23. Ez. XXXIX, 22. XLIII, 27. (Cf. syr. ܡܶܢ ܗܳܫܳܐ ܘܰܠܗܰܠ, ܡܶܢ ܟܰܕ ܘܰܠܗܰܠ, ܡܶܢ ܗܳܕܶܐ ܘܰܠܗܰܠ abhinc et deinceps, ܡܶܢ ܗܰܘ ܙܰܒܢܳܐ ܘܰܠܗܰܠ ab illo tempore et deinceps, v. Agrellii suppl. pag. 302. 303). — Inde formatum verbum denom. in

Niph. part. הַנַּהֲלָאָה *remotum*, collect. pro remotis. Mich. IV, 7.

הלב. Vestigium huius rad. exstat in

הלבניה (lege הֶלְבְּנְיָה), quod Cod. sam. habet Ex. XXX, 34 pro hebr. חֶלְבְּנָה *galbanum.* Forma ad Aramaismum inclinat, cf. חֶלְבְּנִיָּא ap. Pseudojon. et Targ. Hieros. et ܚܶܠܒܳܢܺܝܬܳܐ apud Syrum l. c. ה scriptum est pro ח ex licentia Samaritanis consueta, ut talmud. הֶלְבּוֹן pro חֶלְבּוֹן.

הַלָּז, הַלָּזֶה, הַלֵּזוּ *hic, haec* v. זֶה.

הָלַךְ et יָלַךְ (v. Lgb. §. 113, gr. p. 77) part. הֹלֵךְ, inf. absol. הָלוֹךְ, cstr. לֶכֶת c. Suff. לֶכְתְּךָ Deut. VI, 7. XI, 19, raro הֲלֹךְ Num. XXII, 14. 16. Eccl. VI, 8, הֲלָךְ־ VI, 9, Imp. לֵךְ, לְכִי, לְכוּ, c. He parag. לְכָה et aliquoties לָךְ Num. XXIII, 13. Iud. XIX, 13. 2 Chr. XXV, 17, raro a הָלַךְ, ut הִלְכוּ Jer. LI, 50. Fut. יֵלֵךְ, c. Waw convers. וַיֵּלֶךְ, in Pausa יֵלַךְ Iob. XXVII, 21, וַיֵּלַךְ Gen. XXIV, 61. XXV, 34. Iob. VII, 9 al. semel c. Jod וְאֵילְכָה Mich. I, 8 (propter אֵילִילָה, cui copulatur), raro et poët. etiam יְהַלֵּךְ Iob. XIV, 20. XVI, 6. XX, 25. Ps. XCI, 6. Jer. IX, 3, אֶהֱלָךְ Iob. XVII. 1. XXIII, 8, יַהֲלֹכוּ Iob. XLI, 1. Ps. LXXXI, 14, et bis תִּהֲלַךְ Ex. IX, 23. Ps. LXXIII, 9 (cf. no. 6)

1) *ivit, incessit.* (In linguis cognatis Chaldaei et Syri habent Pa. הַלֵּךְ, ܗܰܠܶܟ, illi etiam fut. יְהָלֵךְ Ps. CXXVI, 6 Targ., sed raro, crebrius contr. הוּךְ q. v., Arabes هلك pereundi significatu, v. no. 4. Finitimae radd. videntur ארח אָרַח ἔρχομαι et litteris transpositis לָאַךְ misit.) 1 Sam. XVII, 39: וַיֹּאֶל לָלֶכֶת ..... וַיֹּאמֶר לֹא אוּכַל לָלֶכֶת בָּאֵלֶּה *et coepit ire ..... et dixit: non possum ire in his* (armis), ita armatus. הָלַךְ עַל אַרְבַּע הֹלֵךְ עַל כַּפָּיו quattuor pedibus, manibus incessit Lev. XI, 27. 42, ה׳ עַל גָּחוֹן ventre incessit Gen. III, 15. — Jes. VI, 8: מִי יֵלֶךְ לָנוּ *quis ibit pro nobis?* i. e. quis erit nuntius et interpres noster? Iob. XXXVIII, 35. — Saepe sq. gerundio, ut הָלַךְ לָגֹז ivit ad tondendum Gen. XXXI, 19, הָלַךְ לִקְרֹא — ad vocandum 1 Reg. XXII, 13. Iud. VIII, 1. IX, 9. 11. 13. 1 Sam. X, 2. 1 Reg. XXII, 13, paulo aliter Gen. XXV, 32: הִנֵּה אָנֹכִי הוֹלֵךְ לָמוּת *ecce eo ad moriendum* i. e. quotidie moriendi periculo exponor, obviam eo morti, nisi mavis simpliciter: *je m'en vais mourir*, mox moriar. Sq. alio verbo finito passim redundare videtur, maxime in populari sermone Iob. I, 4: הָלְכוּ וְעָשׂוּ מִשְׁתֶּה nostr. sie gingen hin und stellten ein Mahl an. Gen. XXXV, 22: וַיֵּלֶךְ רְאוּבֵן וַיִּשְׁכַּב אֶת־בִּלְהָה. XXXVIII, 11. Ex. II, 1. Deut. XXXI, 1. Jos. IX, 4. XXIII, 16.

Construitur a) sq. אֶל hominis, quem quis petit eundo. Num. XXII, 37: לָמָּה לֹא הָלַכְתָּ אֵלַי. 1 Sam. XVII, 44: לְכָה אֵלַי. Gen. XXVI, 26. Ex. VII, 15. XIX, 10. 2 Reg. III, 13. Prov. VI, 6, passim sensu hostili (cf. אֶל A, 4) 1 Sam. XVII, 33. 2 Par. XI, 4, it. de loco, quem petunt. Gen. XXII, 2. Deut. XIV, 25. XXVI, 2. Jos. XXII, 9. Ruth II, 9. 1 Par. XII, 20. 2 Par. XX, 37. Ps. CVII, 7. Eccl. VII, 2. X, 15. Jon. I, 2. — b) sq. לְ loci, qui petitur, max. in his formulis, הָלַךְ לְבֵיתוֹ domum suam petiit 1 Sam. X, 27. XXIII, 18. 1 Reg. I, 53, ה׳ לְאֹהָלָיו Deut. XVI, 6. Iud. XIX, 9. XX, 8, לִמְקוֹמוֹ Iud. XIX, 28. 1 Sam. II, 20. XIV, 48, adde 1 Par. IV, 42. 2 Par. VIII, 17. Jes. LX, 3: הָלְכוּ גוֹיִם לְאוֹרֵךְ, raro de persona Gen. XXIV, 56. — In eandem sententiam c) sq. accus. cum He parag. Gen. XXVIII, 2: לֵךְ פַּדֶּנָה אֲרָם בֵּיתָה בְתוּאֵל. 10. XXIX, 1. XXXVII, 17. 1 Reg. XVII, 9. 2 Reg. V, 25, et sine eo 2 Par. IX, 21: אֳנִיּוֹת הֹלְכוֹת תַּרְשִׁישׁ *naves Tartessum petentes.* Iud. XIX, 18. 1 Reg. II, 8. XIV, 2. Jer. XXXVII, 12. Hos. VII, 4. Ps. CXXII, 1. Addito אֶת (nota acc.) Iud. XIX, 18. Sed sq. acc. nudo est etiam: *pervadere, peragrare* locum Deut. I, 19: וַנֵּלֶךְ אֵת כָּל־הַמִּדְבָּר *peragravimus totum desertum.* II, 7. Iob. XXIX, 3. Jes. L, 10. Dicitur etiam הָלַךְ דֶּרֶךְ ire viam v. דֶּרֶךְ no. 2. De formulis הָלַךְ רָכִיל, הָלַךְ קֶרִי v. קֶרִי, רָכִיל. — d) sq. עַד Gen. XXII, 5. Iud. XIX, 18. 1 Sam. IX, 9. 2 Reg. VI, 2, et e) raro sq. עַל Jer. III, 18 (v. עַל no. 3). 2 Sam. XV, 20: אֲנִי הוֹלֵךְ עַל אֲשֶׁר אֲנִי הוֹלֵךְ *equidem ibo, quocunque via me feret* (cf. 1 Sam. XXIII, 13), praesertim, ubi locus altior petitur. Jer. III, 6: הֹלְכָה הִיא עַל כָּל־הַר גָּבֹהַּ *petit ea omnem montem altum.* Sed etiam de eundo *super* via. Iud. V, 10: הֹלְכֵי עַל דֶּרֶךְ. — f) הָלַךְ בְּ est α) ire, incedere *in loco*, v. c. הָלַךְ בַּמִּדְבָּר ivit in deserto, s. peragravit desertum Jos. V, 6: אַרְבָּעִים שָׁנָה הָלְכוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל בַּמִּדְבָּר. XIV, 10. Iud. XI, 16. 18. 1 Reg. XIX, 4, הָלַךְ בַּדֶּרֶךְ (v. דֶּרֶךְ), בָּרְחוֹב in platea Thren. IV, 18, בָּאָרֶץ 1 Reg. XVIII, 5, adde 2 Sam. II, 29. Ps. XXIII, 4. 1 Chr. XVII, 8. הָלַךְ בְּמוֹ אֵשׁ transiit ignem Jes. XLIII, 2. β) ivit *in locum*, petiit locum (v. בְּ no. 10), et intravit in eum. Jes. XXXVIII, 10: אֵלֵכָה בְּשַׁעֲרֵי שְׁאוֹל *intrabo in portas orci.* הָלַךְ בַּגּוֹלָה ivit in captivitatem (v. גּוֹלָה rad. גָּלָה), הָלַךְ בַּשֶּׁבִי id. Jes. XLVI, 2. Jer. XX, 6. Thren. I, 18 et saepe, ה׳ בִּכְלִמָּה ivit in dedecus. Jes. XLV, 16 (ex duobus novissimis formulis autem intelligis, quam inania sint, quae disputat Hengstenbergius ad Zach. XIV, 2, ubi negat הָלַךְ בְּ valere:

ivit *in* locum, et propterea גוֹלָה unquam *captivitatem* notare negat). γ) ivit *cum* aliquo vel aliqua re Exod. X, 9. Jerem. XLVI, 22: כִּי בְחַיִל יֵלֵכוּ *si cum exercitu veniunt*, inde *attulit* eam Hos. V, 6. — δ) הָלַךְ עִם, אֶת ivit *cum* aliquo Gen. XXIV, 58. Ex. X, 24, v. c. ad eum comitandum Gen. XVIII, 16, sed max. de belli societate, belli socium se adiunxit alicui Gen. XIV, 24: *viri* אֲשֶׁר הָלְכוּ אִתִּי *qui mecum iverunt .... hi accipient portionem suam*. Jos. X, 24. Iud. I, 17. IV, 8. VII, 4. XII, 1. 1 Sam. XXX, 22. 2 Sam. XV, 11. 1 Reg. XXII, 4. 2 Reg. III, 7. 2 Chr. XXV, 13, passim de Deo, qui συμπορεύεται (ita LXX in his exemplis) τῷ λαῷ Ex. XXXIII, 16. Deut. XX, 4. 31. VI, 8. Rarius etiam: *versatus est cum* aliquo, familiariter usus est eo (nostr. umgehen mit) Iob. XXXIV, 8: לָלֶכֶת עִם אַנְשֵׁי רֶשַׁע. Prov. XIII, 20, et metaph. Iob. XXXI, 5: אִם הָלַכְתִּי עִם שָׁוְא *si versatus sum* (egi) *cum nequitia*, nostr. wenn ich mit Falschheit umging. — h) הָלַךְ לִפְנֵי praecessit alicui 2 Sam. VI, 4, passim dicitur de Deo et angelo Dei populum ducente Ex. XIII, 21. XXIII, 23. XXXII, 1. 21. 34. Deut. I, 30. 33. XXXI, 8. Jes. LII, 12. LVIII, 8. LXX. προπορεύομαι. De alio sensu formulae v. no. 2. — i) הָלַךְ אַחֲרֵי *ivit post* aliquem, aliquid i. e. *secutus est* aliquem, aliquid, quod uno verbo exprimere non possunt Hebraei et Aramaei (cf. syr. ܐܙܠ ܒܬܪ, et in N. T. ἔρχεσθαι ὀπίσω) Gen. XXIV, 5: אוּלַי לֹא תֹאבֶה הָאִשָּׁה לָלֶכֶת אַחֲרַי *fortasse mulier non volet me sequi*. 8. XXXI, 17. Ruth II, 9. Jos. III, 3. Iud. XIX, 3. 2 Reg. IV, 30 et saepe. הָלַךְ אַחֲרֵי הָעֵדֶר secutus est gregem (pastor) Gen. XXXII, 20. 1 Reg. XIX, 20 Elisaeus ad Elisam: אֵלְכָה אַחֲרֶיךָ *sequar te*. 21. (cf. ἐλθεῖν ὀπίσω τοῦ Χριστοῦ Mt. VIII, 34. XIV, 27. XVI, 24). Passim de his, qui regem ducemque *sequuntur* in bellum, i. q. הָלַךְ עִם. 1 Sam. XVII, 13. 14 (addito לַמִּלְחָמָה). XXX, 21. הָלַךְ אַחַר, אַחֲרֵי יְיָ Jehovam sequi Jer. II, 2, i. e. eius praecepta sequi, eum colere Deut. XIII, 5. 1 Reg. XIV, 8. 2 Reg. XXIII, 3. 2 Par. XXXIV, 31. Saepius fere in malam partem dicitur: ה׳ הָלְכָה אַחֲרֵי מְאַהֲבִים sectata est moechos Hos. II, 15, ה׳ אַחֲרֵי אֱלֹהִים אֲחֵרִים sectatus est deos alienos Deut. VIII, 19. XI, 28. XIII, 3. Iud. II, 12, אַחֲרֵי הַבְּעָלִים Deut. IV, 3. Jer. II, 22. IX, 13. 1 Reg. XVIII, 18, cf. Jer. II, 5. 8. Ez. XX, 16. 30, ה׳ אַחַר בִּצְעָם sectari lucrum Ez. XXXIII, 31 et translate: ה׳ אַחַר שְׁרִירוּת לֵב sequi pervicaciam cordis Jer. III, 17. IX, 13. XI, 8, ה׳ אַחַר מַחְשְׁבוֹתֵיהֶם Jes. LXV, 2. Jer. XVIII, 12, אַחַר רוּחָם Ez. XIII, 3. Iob. XXXI, 7: (si) אַחַר עֵינַי הָלַךְ לִבִּי *oculorum desiderium secutum est cor meum*. Etiam i. q. *persequi*. Jer. XLVIII, 2: אַחֲרַיִךְ תֵּלֶךְ חָרֶב *te persequitur gladius*. — k) ה׳ לִקְרַאת *obviam ivit* alicui, v. rad. קָרָה. — l) Sq. adiectivo: incessit hoc illove cultu externo. Jes. XX, 3: הָלַךְ עַבְדִּי יְשַׁעְיָהוּ עָרוֹם וְיָחֵף *incedit* (in publicum prodit) *servus meus Jesaias nudus et pedibus nudis*. Ps. XLII, 10. Mich. I, 8. 2 Sam. XV, 30, it. cum adverbio Mal. III, 14.

2) metaph. *vixit*, *aliquam vitae rationem secutus est* (v. דֶּרֶךְ no. 3). Perfrequens est formula: הָלַךְ בְּדֶרֶךְ, ה׳ בְּדַרְכֵי פ׳ vestigia alic. sequi vita et moribus (v. דֶּרֶךְ no. 5, a), neque non ה׳ בְּחֻקּוֹת יְיָ sequi statuta Dei Ez. V, 6. 7. XI, 12. 20. XVIII, 17. XX, 13. 16. 21. XXXVI, 27, בְּמִשְׁפְּטֵי יְיָ XXXVI, 24. Ps. LXXXIX, 31, בְּמִצְוֹת יְיָ 2 Chr. XVII, 4, בְּתוֹרַת יְהוָה Jer. XLIV, 10. XXXII, 23. Ps. LXXVIII, 10. Dan. IX, 10 (cf. arab. ذهب في قضا الله ambulavit in decreto Deo vit. Tim. I p. 62 Mang.), בְּאוֹר יְהוָה Jes. II, 5, בְּיִרְאַת יְיָ Neh. V, 9, בְּשֵׁם יְהוָה Mich. IV, 5. It. הָלַךְ בְּתֹם, בְּתֻמּוֹ Ps. XXVI, 1. 4. 11. Prov. X, 9. XIX, 1. XXVIII, 6, plenius הָלַךְ לִפְנֵי יְיָ בֶּאֱמֶת, בְּכָל־לְבָבוֹ 1 Reg. II, 4. III, 6. VIII, 23. IX, 4. 2 Chr. VII, 17, et in malam partem הָלַךְ בִּשְׁרִרוּת לֵב Jer. XXIII, 14, בַּשֶּׁקֶר in pervicacia cordis Jer. XIII, 10, בְּחַטֹּאת יָרָבְעָם 1 Reg. XV, 3. XVI, 31. הָלַךְ בַּעֲצַת פ׳ vixit secundum consilium alic. Ps. I, 1 cf. Mich. VI, 16. Ps. LXXXI, 13. 2 Chr. XXII, 5. Poët. etiam cum acc. (quemadmodum dicitur הָלַךְ דֶּרֶךְ et הָלַךְ בְּדֶרֶךְ). Jer. XXXV, 15: הֹלֵךְ צְדָקוֹת *iustam vitam degens*. Mich. II, 11: הֹלֵךְ רוּחַ וָשֶׁקֶר *vitam degens in vento* (i. e. rebus vanis) *et mendacio*. Prov. VI, 21: הוֹלֵךְ עִקְּשׁוּת פֶּה *qui vivit in oris perversitate* i. e. qui, dum vivit, perseverat in sermonibus perversis. Jes. LVII, 2: הֹלֵךְ נְכֹחוֹ *qui ambulat rectam viam*. (Cf. arab. سلك السبل ivit vias rectas, vit. Tim. II p. 120). Etiam addito adj. ut הֹלֵךְ תָּמִים vivens integre. Ps. XV, 2. Prov. XXVIII, 8.

3) Saepe dicitur de inanimatis. *Eunt* igitur naves (cf. arab. جرى cucurrit, de nave Cor. 2, 159) Gen. VII, 8. 2 Reg. XXII, 46. Jes. XXXIII. 21, rotae Ez. I, 19. X, 16, luna in coelo Iob. XXXI, 26, vox Jer. XLVI, 22, umbra solarii 2 Reg. XX, 9, epistolae (i. e. mittuntur) Neh. VI, 18 (sq. עַל ad aliq.), rumores 2 Par. XXVI, 8, adeoque termini (cf. gr. θέω Passow litt. c) Jos. XVI, 8. XVII, 7, sed max. *aquae*, *flumina*. Gen. II, 14: הוּא הַהֹלֵךְ קִדְמַת אַשּׁוּר. Jos. IV, 18: וַיֵּלְכוּ עַל־כָּל־גְּדוֹתָיו *ibant* (aquae Jordanis) *super omnes ripas eius*. 1 Reg. XVIII, 35. Eccl. I, 7. Jes. VIII, 6. 7 (cf. Virg. Aen. 8, 726: Euphrates ibit iam mollior undis, et in universum gr. ἔρχομαι ap. Passov. no. 5, b, arab. جرى cucurrit et fluxit). Ad Cant. VII, 10 v. s. v. דָּבַב. Poët. autem dicitur aliquid *ire* s. *fluere aliqua re* i. e. magnam vim eius fundere (Gramm. hebr. §. 135, 1 not. 2, cf. Bernhardii synt. gr. p. 110), sq. accus. Joël IV, 18: הַגְּבָעוֹת תֵּלַכְנָה חָלָב *colles eunt* s. fluunt *lacte*, וְכָל־אֲפִיקֵי יְהוּדָה יֵלְכוּ מָיִם *et omnes valles Judae fluunt* (abundant) *aqua*. Ita intellige etiam Ez. VII, 17. XXI, 12: כָּל־בִּרְכַּיִם תֵּלַכְנָה מַּיִם Vulg. *omnia genua fluent aquis*, quae Hieronymus recte declarat: pavoris magnitudine urina polluet genua. Recte etiam LXX: πάντες μηροὶ μολυνθήσονται ὑγρασίᾳ, Chald. et Syr. cum Ephraemo, sed male ὁ Ἑβραῖος· πορευθήσονται ὡς ὕδωρ, quanquam hunc sequuntur recentiorum plerique. Ad illam locutio-

nem cf. Jer. IX, 18 Targ. גַּלְגַּלֵּי עֵינָנָא יַגְרוּן מַיָּא *orbes oculorum nostrorum fluunt aquis.*

Passim pleonastice additur dat. לוֹ (הָלַךְ לוֹ = s'en aller, ital. andarsene), quod maxime sermonis familiaris fuisse videtur. Cant. IV, 6: אֵלֶךְ לִי אֶל־הַר הַמּוֹר *eam ad montem myrrhae.* Jer. V, 5. In imp. לֶךְ־לְךָ Gen. XII, 1. XXII, 2. לְכִי־לָךְ Cant. II, 10. 13.

4) Spec. est i. q. *abiit, discessit,* quo sensu opponitur verbo בּוֹא (v. exempla s. rad. בּוֹא no. 2 init.), quanquam etiam בּוֹא de discessu dici potest (v. בּוֹא no. 3) et הָלַךְ veniendi significatu [v. supra, 1, a]. 1 Sam. XV, 27: *vertit se Samuel* לָלֶכֶת *ad eundum,* discedendum. X, 9. Cstr. sq. מִן *de* aliquo loco 1 Reg. II, 41, מֵעִם 1 Sam. X, 2. XIV, 17, מֵאֵת Jer. III, 1, מִפְּנֵי Eccl. VIII, 3, מֵעִם Ind. VI, 21 *ab* aliquo. De rebus Iob. XVI, 6: מַה מִנִּי יַהֲלֹךְ *quid a me abit?* i. e. (dolor) a me non abit. 2 Reg. V, 26: לֹא לִבִּי הָלַךְ *non abierat animus meus* i. e. mea vaticinandi vis, nisi mavis interrogative accipere cum LXX: οὐχὶ ἡ καρδία μου ἐπορεύθη μετὰ σοῦ; Passim per euphem. de morte. Gen. XV, 2: אָנֹכִי הוֹלֵךְ עֲרִירִי *ego decedam sterilis.* Ps. XXXIX, 14. 2 Chr. XXI, 20. (Sic apud Arabes درج, هلك, عبر, مشى, مضى Ham. p. 564, قضى, notant *abiit* et *mortuus est,* plenius مضى سبيله ivit viam suam, syr. ܫܢܐ recessit, migravit (ex hac vita), aethiop. ሖረ: et ሐለፈ: id. gr. βαίνω Jacobs ad Anthol. gr. II, 2, 238, οἴχομαι pro θνήσκω. Festus: „abitionem antiqui dicebant mortem." Apud nostrates unitas fratrum mortem appellare solet *den Heimgang,* discessum ad suos). It. *periit,* de hominibus Iob. XIX, 10. XIV, 20 (arab. هلك), *evanuit,* de nube Iob. VII, 9. XXVII, 21, de halitu Ps. LXXVIII, 39.

5) Singularis formula est: הָלַךְ הָלוֹךְ וְדַבֵּר *ivit eundo et loquendo* i. e. ivit et inter eundum locutus est 2 Reg. II, 11. Ita 1 Sam. VI, 12: הָלְכוּ הָלֹךְ וְגָעוֹ *iverunt eundo et mugiendo.* Jes. III, 18: הָלוֹךְ וְטָפוֹף תֵּלַכְנָה *eunt eundo et trepidando,* eunt passibus trepidis, sie gehen einher und trippeln. 2 Sam. III, 16. Jos. VI, 9. Ps. CXXVI, 6. Jer. L, 4. Iud. XIV, 9. Etiam ita, ut posterius verbum in praet. ponatur Jos. VI, 13: הֹלְכִים הָלוֹךְ וְתָקְעוּ *ibant eundo et* (tubas) *inflabant.* 1 Sam. XIX, 23. Eadem locutio frequentatur in aliis verbis eundi, ut עָלֹה עָלֹה וּבָכֹה 2 Sam. XV, 30, יָצֹא יָצֹא וּמְקַלֵּל XVI, 5 cf. 1 Reg. XX, 37. Jer. XII, 47.

Sed in nostro verbo hoc est singulare, ut *ire* etiam translate usurpetur pro *procedere, progredi* in aliqua re, *incrementa capere.* Triplex occurrit structura a) c. inf. pleon. הָלוֹךְ et participio vel adj. verbali alterius verbi. Gen. XXVI, 13: וַיֵּלֶךְ הָלוֹךְ וְגָדֵל pr. *procedebat procedendo et adolescebat* i. e. procedebat quotidie in adolescendo, magis magisque adolescebat. Iud. IV, 24: וַתֵּלֶךְ יַד בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל הָלוֹךְ וְקָשָׁה *et manus Israëlitarum gravior indies facta est* in Jabinum. 1 Sam. XIV, 19. 2 Sam. V, 10: וַיֵּלֶךְ דָּוִד הָלוֹךְ וְגָדוֹל XVIII, 25. b) Loco הָלַךְ prioris haud raro ponitur verbum ipsum, quo continetur actio incrementa capiens. Gen. VIII, 3: וַיָּשֻׁבוּ הַמַּיִם מֵעַל הָאָרֶץ הָלוֹךְ וָשׁוֹב *et aquae de superficie terrae magis magisque diffluebant.* XII, 9, raro etiam ita ut pro priore הָלַךְ ponatur הָיָה Gen. VIII, 5: הָיוּ הָלוֹךְ וְחָסוֹר *magis magisque decrescebant aquae.* c) c. partic. הֹלֵךְ et partic. verbi alterius. 1 Sam. XVI, 41: וַיֵּלֶךְ הַפְּלִשְׁתִּי הֹלֵךְ וְקָרֵב *et magis magisque appropinquabat Philistaeus.* Et sine priore הָלַךְ 1 Sam. II, 26: וְהַנַּעַר שְׁמוּאֵל הֹלֵךְ וְגָדֵל וָטוֹב *et Samuel puer indies magis adolescebat ac proficiebat.* 2 Sam. III, 1: דָוִד הֹלֵךְ וְחָזֵק וּבֵית שָׁאוּל הֹלְכִים וְדַלִּים *Davides usque fiebat fortior, et domus Sauli usque debilior.* XV, 12. Esth. IX, 4. Jon. I, 11. Prov. IV, 18. 2 Par. XVII, 12. Etiam ita ut pro priore הָלַךְ ponatur הָיָה 2 Chr. XVII, 12: וַיְהִי הֹלֵךְ וְגָדֵל. Cf. gallicum: *la maladie va toujours en augmentant et en empirant,* morbus magis magisque ingravescit. — Simili ratione incrementa rei indicantur Ps. LXXXIV, 8: יֵלְכוּ מֵחַיִל אֶל חָיִל *ibunt a robore ad robur,* validiores usque et fortiores fiunt inter eundum. Cf. Jer. IX, 2 (3): מֵרָעָה אֶל רָעָה יָצָאוּ *a scelere ad scelus progrediuntur* Ps. CXLIV, 13.

6) intens. *cito latus est, grassatus est.* Ex. IX, 23: וַתִּהֲלַךְ אֵשׁ אַרְצָה *et ignis ferebatur in terram,* Feuer fuhr zur Erde. Ps. LXXIII, 9: לְשׁוֹנָם תִּהֲלַךְ בָּאָרֶץ *lingua eorum grassatur in terrâ.* XCI, 6: דֶּבֶר בָּאֹפֶל יַהֲלֹךְ *pestis, quae in tenebris grassatur.* Eccl. VI, 8: הֲלָךְ נָפֶשׁ *grassatio animae* i. e. impetus eius alia et alia usque adpetens. Sed hoc frequentius in Pi., v. no. 4. Etiam in Kal hac significatione ubique formae fortiores (תִּהֲלַךְ, יַהֲלֹךְ) adhibitae sunt.

7) לְכָה imp. c. He parag. non solum valet: *i, vade, abi* Num. X, 29 et saepe, sed abiit in particulam excitandi: *age!* (cf. gr. ἴθι pro ἄγε Il. 4, 362). Gen. XXXI, 44. Num. XXII, 6. Iud. XIX, 11. 1 Sam. IX, 10. Prov. VII, 18. Neh. VI, 7 al. Etiam ubi mulieres compellantur (pro לְכִי) Gen. XIX, 32. De forma לֵךְ v. supra. Plur. לְכוּ agite! Gen. XXXVII, 20. 1 Sam. IX, 9. 2 Reg. VII, 4. 9. Jes. II, 3. 5. Jer. XVIII, 18. XLVIII, 2. Hos. VI, 1. Mich. IV, 2. Jon. I, 7. Ps. XCV, 1. Neh. II, 17. LXX. δεῦρο, δεῦτε.

LXX verbum הָלַךְ plerumque reddunt verbo πορεύομαι (plus quam octingenties), cum compp. διαπορεύομαι, ἐκπορεύομαι, προπορεύομαι (הָלַךְ לִפְנֵי), συμπορεύομαι (הָלַךְ עִם); it. ἔρχομαι, et saepius ἀπέρχομαι, neque non διέρχομαι, εἰσέρχομαι, ἐξέρχομαι; οἴχομαι, ἀποίχομαι; βαδίζω (max. imp. βάδιζε, βάδισον pro לֵךְ); ὁδεύω (semel διοδεύω, περιοδεύω); ἀναβαίνω, ἐπιβαίνω, καταβαίνω, προβαίνω cet. v. Conr. Kircheri Concordd. p. 1204.

Niph. נֶהֱלַךְ pr. *abreptus est,* hinc *abiit, evanuit* (de umbra). Ps. CIX, 23.

Pi. i. q. Kal, sed (praeter 1 Reg. XXI, 17) ubique poët. (Chaldaeis et Syris usitatissimum), spec. 1) i. q. Kal no. 1. *ivit, incessit.* Ps. CXV, 7 (ubi tribuitur pedibus). Sq. adj. et adv. incessit hoc illove cultu Iob XXX, 28. XXXVIII, 7. 1 Reg. XXI, 27 (cf. Kal litt. l). Sq. בְּ Ps. CXXXI, 1: לֹא הִלַּכְתִּי בִּגְדֹלוֹת *non ingredior res magnas.* — 2) i. q. Kal no. 2. v. c. incessit (i. e. vixit) בְּאֱמֶת יְיָ Ps. LXXXVI, 11, בְּחֻקּוֹת יְיָ Ez. XVIII,

9, מְאוֹר פָּנֶיךָ Ps. LXXXIX, 11, אֹרַח צְדָקָה Prov. VIII, 20, בְּדַרְכֵי לִבְּךָ (i. e. sui animi cupiditatibus indulgere) Eccl. XI, 9. — 3) i. q. Kal no. 3. de inanimatis, ut rivis Ps. CIV, 10, navibus CIV, 26. — 4) intens. i. q. Kal no. 6. *cito ferri* (einherfahren), de sagittis Hab. III, 10, de Deo qui super alas ventorum fertur Ps. CIV, 3. It. *grassatus est.* Thren. V, 18: *vulpes ibi grassantur.* Part. מְהַלֵּךְ grassator i. e. latro. Prov. VI, 11. Parall. אִישׁ מָגֵן. Cf. עֵדָה, هلك incessit, invasit, latrocinatus est.

Hiph. הוֹלִיךְ (a יָלַךְ), raro הֵלִיךְ Ex. II, 9 et part. pl. מַהְלְכִים pro מוֹלִיכִים Zach. III, 7 (a הֲלַךְ et more quidem chaldaeo cf. Dan. III, 25) 1) *ire fecit*, *fecit ut iret* aliquis Lev. XXVI, 13. Iob. XII, 17. 19, inde *duxit* c. acc. pers. Prov. XVI, 29. Jes. XLII, 16. XLVIII, 21 et בְּ loci, in quo quis ducitur Deut. VIII, 2. 15. XXIX, 5. Jes. LXIII, 13. Jer. II, 6. 17, it. אֶל loci, quo quis ducitur Jer. XXXI, 9, neque non עַל 1 Reg. I, 38. 2 Reg. XXV, 20 (cf. אֶל Jer. LII, 26). Ez. XXXVI, 12, c. acc. Hos. II, 14, c. He parag. 2 Chr. XXXVI, 6. Part. מוֹלִיכִים duces, comites Zach. III, 7. — 2) causat. Kal no. 3. *fluere fecit* aquam Ez. XXXII, 14. — 4) *abire fecit*, a) *abduxit*, sq. מִן 2 Reg. XXIV, 15, *abstulit*, *asportavit*. Ex. II, 9: הֵילִיכִי אֶת־הַיֶּלֶד הַזֶּה *aufer hunc puerum*. Zach. V, 10. Eccl. X, 20. Trop. 2 Sam. XIII, 13: אָנָה אוֹלִיךְ אֶת־חֶרְפָּתִי *quo auferam ignominiam meam?* quo abeam cum ignominia mea. b) *recedere fecit*, *repulit* (aquas) Exod. XIV, 21. c) perire fecit, *perdidit* Ps. CXXV, 5.

Hithpa. הִתְהַלֵּךְ 1) pr. *ivit sibi* i. e. sui commodi suaeve voluptatis causa, *für sich herumgehn*, inde *ambulavit* (περιπατέω). Gen. III, 8. 2 Sam. XI, 2. Esth. II, 11. Ps. XI, 9, sq. בְּ Ex. XXI, 19. Iob. XXXVIII, 16 et עַל loci Iob. XVIII, 8. 2 Sam. XII, 2, poët. etiam c. acc. (ut in Kal הָלַךְ דֶּרֶךְ) XXII, 14: חוּג שָׁמַיִם יִתְהַלָּךְ *ambulat in fornice coeli;* it. *ambivit*, *circuivit*. Gen. XIII, 17. 1 Sam. XXX, 31. Iob. I, 7. Zach. I, 10. 11. VI, 7. 1 Chr. XVI, 20. Ps. CV, 13, *incessit* Ps. XXXV, 14. XLIII, 2. Sq. לִפְנֵי פ׳ *praecessit* i. e. duxit, rexit 1 Sam. XII, 2, sq. אֵת ivit, versatus est c. aliquo 1 Sam. XXV, 15. Perraro dicitur sq. מִן pro: *abiit* Iud. XXI, 24, et nunquam ita ut addatur locus ad quem itur, in quam sententiam ponitur Kal. V. etiam Gussetius p. 391. — 2) trop. (ut Kal et Pi. no. 2) *vitam degit*, *vixit* hac illave ratione (cf. arab. مشى Cor. 25, 64) Ps. XXXIX, 7. הִתְהַלֵּךְ בְּתֻם, בֶּאֱמֶת Ps. XXVI, 3. CI, 2. Prov. XX, 7. XXIII, 31, בְּשֵׁם יְהוָה Zach. X, 12 (cf. in Kal Mich. IV, 5) et contra בַּאֲשָׁמִים (ambulare in culpis i. e. sontem, reum esse) Ps. LXVIII, 22. הָלַךְ לִפְנֵי יְיָ ambulavit coram Deo i. e. qs. sub oculis et auspiciis Dei, Deo inspiciente et probante, vitam degit Deo probatam (cf. לִפְנֵי, s. פָּנִים) Gen. XVII, 1. XXIV, 40. XLVIII, 15. 1 Sam. II, 30. 2 Reg. XX, 3. Ps. CXVI, 9, et אֶת־הָ׳ יְיָ cum Deo ambulavit i. e. eum secutus est in vita et moribus Gen. V, 22. 24. VI, 9 (cf. Hebr. XI, 5), adde 1 Sam. II, 35 ubi *ambulare coram Uncto Dei* dicitur de sacerdote regi divinitus instituto morem gessuro. — 3) i. q. Kal no. 3. *fluxit*, de vino Prov. XXIII, 31. — 4) i. q. Kal no. 6. et Pi. no. 4. *grassatus est.* Part. מִתְהַלֵּךְ *grassator* i. e. latro. Prov. XXIV, 34.

הֲלַךְ chald. i. q. hebr., sed in Kal raro. Utuntur enim Targg. pro eo verbis הוּךְ et אֲזַל.

Pa. part. מְהַלֵּךְ הֲוָה ivit, sq. עַל loci. Dan. IV, 26.

Aph. part. מַהְלְכִין intrans. *ambulantes* Dan. III, 25. IV, 34.

הֵלֶךְ m. 1) *iter, via* (aram. הִלְכְתָא, הִלְכָא, הִלְכָא, ܗܠܟܬܐ), dein concr. iter faciens, viator. 2 Sam. XII, 4. — 2) *flumen.* 1 Sam. XIV, 26: הֵלֶךְ דְּבָשׁ *flumen mellis.* Cf. rad. no. 3.

הֲלָךְ chald. *vectigal*, quod a viatoribus exigitur. Esr. IV, 13. 20. VII, 24. LXX. φόρος.

הָלִיךְ m. *gressus.* Semel plur. הֲלִיכַי gressus mei. Iob. XXIX, 6.

הֲלִיכָה f. nonnisi in pl. 1) *gressus* (militum ad pugnam euntium) Nah. II, 6, spec. *pompa* Dei Ps. LXVIII, 25. 2) *viae.* Hab. III, 6: הֲלִיכוֹת עוֹלָם לוֹ *viis antiquis* (quas antiquitus ingressus erat) *incedit* Deus. Trop. *agendi ratio.* Prov. XXXI, 27: הֲלִיכוֹת בֵּיתָהּ (attendit ad) *vias domus suae* i. e. res suas domesticas. 3) *commeatus*, viatorum catervae Iob. VI, 19.

מַהֲלָךְ m. 1) *iter* Neh. II, 6. מַהֲלַךְ שְׁלֹשֶׁת יָמִים iter trium dierum Jon. III, 3. 4. 2) *ambulacrum*, via ad ambulandum. Ez. XLII, 4. — De מַהְלְכִים v. rad. Hi.

תַּהֲלוּכָה f. *processio*, *pompa.* Pl. Neh. XII, 31.

הָלַל 1) *sonuit acute*, *clare*, nostr. *hallen*, cf. vet. germ. sup. *hellan*, et verba his finitima *gellen* vet. *kellan;* *schallen*, *schellen* vet. *scellan* tinnire (צָלַל). Inde Pi. הִלֵּל. Sonus acutus, splendidus (cf. vox splendida Cic. Brut. 55) transfertur 2) ad splendorem luminis: *splenduit*, germ. *helle* seyn (arab. هَلَّ splendere coepit nova luna. Conj. V. exsplenduit nubes fulgure, nituit vultus, v. Dschauh. ap. J. W. Schroeder ad Ps. X. p. 52). Inf. הַל (formae שַׁךְ Jer. V, 26) c. suff. הִלּוֹ. Iob. XXIX, 3: בְּהִלּוֹ נֵרוֹ *splendente ea, lucerna eius:* suffixo ante substantivum redundante coll. XXXIII, 20. Ez. X, 3. Ita A. Schult. Rosenm. Winerus. Aliis, ut Mercero, Seb. Schmidio, Jo. Simoni ed. 1—3, Ewaldo (gr. hebr. p. 471) praeeunte Chaldaeo (בְּאַנְהָרוּתֵיהּ) est Hiphil pro בְּהַהִלּוֹ *eo* (Deo) *lucere iubente lucem suam*, cui sententiae favet quidem frequentior verbi usus in Hiph., obstat autem syncope He litterae certis indubitatisque exemplis non firmata. Inde 3) *splendorem prae se tulit*, tum cultu externo tum verbis grandiloquis, *gloriatus est*, *glänzen wollen*, *prahlen.* Ps. LXXV, 5: אַל תָּהֹלּוּ *ne gloriemini*, ne iactetis vos. Part. הוֹלְלִים *superbi*, *insolentes.* Ps. V, 6. LXXIII, 3. LXXV, 5. — 4) *stolidus*

fuit. Vid. Po. Quo quis enim magis gloriabatur, eo sacris scriptoribus videbatur stultior esse (cf. 2 Cor. XI, 16 sqq. XII, 6. 11), quemadmodum contra modestus quisque sapiens habebatur et pius. Cf. עָנָו. Ita iam Jo. Simonis ed. 1. 2, nisi quod addit, posse etiam stultitiae significationem aliunde petitam esse, nimirum ab arab. هَلَّ erravit, quod non probo. Sed minus etiam apte Eichhornius ad Sim. ed. 3. הוֹלֵל ducit a هِلَال luna, et pr. *lunaticum esse* vult.

Pi. 1) *cecinit* (v. Kal no. 1), max. laudes alicuius, *cantu laudavit, lobsingen,* ὑμνέω (ut passim reddunt LXX, velut 2 Par. XXIX, 30. XXX, 21. Ps. XXII, 23). Plerumque sq. acc. הִלֵּל אֶת־יְיָ laudavit Deum hymnis in eum decantatis Ps. XXII, 27. CXVII, 1. CXIX, 164. CXLV, 1. Jer. XX, 31. Jes. LXI, 9. LXIV, 10, הִלֵּל אֶת־שֵׁם יְיָ Joël II, 9. Ps. LXIX, 31. LXXIV, 21. CXIII, 1. CXLVIII, 5. 13 (semel de rege hymnis celebrato 2 Chr. XXIII, 12), sed in recentiore Hebraismo saepius sq. לְ, הִלֵּל לַיהוָה 1 Chr. XVI, 36. XXIII, 5. XXV, 3. XXIX, 13. 2 Chr. V, 13. XX, 19. 21. XXIX, 30. XXX, 21. Esr. III, 11 al., sq. בְּ Ps. XLIV, 9 (cf. formulas בֵּרֵךְ בְּשֵׁם יְיָ, קָרָא בְּשֵׁם יְיָ). Additur בִּכְלֵי (laudavit Deum) instrumentis musicis 1 Chr. XXIII, 5, cf. Ps. CL, 3—5, בְּדִבְרֵי דָוִד carminibus Davidis 2 Par. XXIX, 30. Etiam absol. *hymnos cantavit* 1 Chr. XXIII, 13: מְשֹׁרְרִים לְהַלֵּל. VII, 6. VIII, 14. 1 Chr. XXIII, 5. Neh. XII, 24. Poët. tribuitur coelo et terris Ps. LXIX, 35, lunae et stellis CXLVIII, 3. 4. Frequens est formula הַלְלוּ יָהּ laudate Jehovam Ps. CIV, 36. CV, 45. CVI, 1. 48. CXI, 1. CXII, 1. 9. CXIII, 1. CXV, 18. CXVI, 19. CXVII, 2. CXXXV, 1. 3. CXXXVIII, 21. CXLVI, 1. 10. CXLVII, 1. 20. CXLVIII, 1. 14. CXLIX, 1. 9. CL, 1. 6. (Arab. هَلَّلَ id. sq. ل p. et ب instr. Syr. ܗܠܠ Luc. II, 20). — 2) *laudavit* in universum. Prov. XXVII, 2: יְהַלֶּלְךָ זָר וְלֹא פִיךָ *laudet te alius, non tuum os.* XXVIII, 4. XXXI, 28. 31. Cant. VI, 9. Sq. אֶל Gen. XII, 15: וַיְהַלְלוּ אֹתָהּ אֶל פַּרְעֹה *et collaudarunt eam Pharaoni.* Eodem pertinet Deut. XXXII, 18 in cod. Sam. צוּר מְהַלְּלָךְ i. e. צוּר מְהַלֶּלְךָ *rupes laudans te* (Vers. sam. משבחך) pro hebr. מְחֹלְלֶךָ. — 3) intrans. *gloriatus est,* sq. בְּ de aliquo. Ps. LVI, 5: בֵּאלֹהִים אֲהַלֵּל דְּבָרוֹ *de Deo glorior, de verbo eius.* Comm. 11., sq. עַל X, 3: הִלֵּל רָשָׁע עַל תַּאֲוַת נַפְשׁוֹ *gloriatur impius ob libidinem animae suae.*

Pu. 1) pass. Pi. no. 1. Part. מְהֻלָּל *laudandus, celebrandus.* Ps. XLVIII, 2: גָּדוֹל יְיָ וּמְהֻלָּל מְאֹד *magnus est Dominus et valde laudandus.* XCVI, 4. CXIII, 3. CXLV, 3. XVIII, 4 (2 Sam. XXII, 4): מְהֻלָּל אֶקְרָא יְהוָה *eum qui laudandus est invoco, Jehovam.* 2) pass. Pi. no. 2. Prov. XII, 8. Part. הֻלָּלָה pro מְהֻלָּלָה laudata (urbs) Ex. XXVI, 17. — Sed הוּלָּלוּ Ps. LXXVIII, 63 v. sub rad. יָלַל.

Po. הוֹלֵל fut. יְהוֹלֵל causat. Kal no. 4 1) *stultum reddidit* Eccl. VII, 7: הָעֹשֶׁק יְהוֹלֵל חָכָם *quaestus iniquus* (lucri cupido) *stultum reddit sapientem* (cf. ad sententiam Ex. XXIII, 8). — 2) *stultitiae arguit,* als Thoren hinstellen, Iob. XII, 17. Jes. XLIV, 25: קֹסְמִים יְהוֹלֵל *augures stultitiae arguit.* — *Poal.* part. מְהוֹלָל *insanus,* pr. insanus factus, furore percitus. Ps. CII, 9: מְהוֹלָלַי *in me insanientes* (ut קָמַי). Eccl. II, 2.

Hiph. fut. יָהֵל 1) causat. Kal no. 2 *splendere fecit* (lucem). Jes. XIII, 10. Iob. XLI, 10. De loco Iob. XXIX, 3 v. Kal no. 2. 2) *lucem sparsit, luxit* i. q. הֵאִיר, Licht verbreiten. Iob. XXXI, 26.

Hithpa. 1) pass. Pi. *laudari* Prov. XXXI, 30. 2) *gloriari, se iactare.* 1 Reg. XX, 11. Prov. XX, 14: אֹזֵל לוֹ אָז יִתְהַלָּל *discedit, tum gloriatur* (de re vili pretio emta). Sq. בְּ gloriari *de* aliqua re. Ps. XLIX, 7: בְּרֹב עָשְׁרָם יִתְהַלָּלוּ *de magnis divitiis gloriantur.* Jer. IX, 22: אַל יִתְהַלֵּל חָכָם בְּחָכְמָתוֹ 23. Ps. LII, 3. XCVII, 7. Prov. XXV, 14. XXVII, 1. Spec. הִלֵּל בֵּאלֹהִים gloriari de Deo eiusque praesidio et tutela Ps. XLIII, 3. LXIV, 11, בְּשֵׁם קָדְשׁוֹ CV, 3, בִּקְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל Jes. XLI, 16. — Ps. CVI, 5 sequitur עִם, quod tamen cum verbo arctius iunctum non est.

Hithpo. insanum se gessit, 1) *insanivit,* velut ebrietate Jer. XXV, 16. LI, 7. — Nah. II, 5: יִתְהוֹלְלוּ הָרֶכֶב *insaniunt currus,* cum impetu agitantur. Jer. XLVI, 9. L, 38: בָּאֵימִים יִתְהֹלָלוּ praegnanter dictum: *insane confidunt idolis.* 2) *simulavit insaniam* 1 Sam. XXI, 14.

הִלֵּל (canens, laudans) n. pr. viri Iud. XII, 13. 15.

הִלּוּל plur. הִלּוּלִים *laudationes* (Dei), dies festi propter peractam messem celebrati Lev. XIX, 24. Iud. IX, 27.

הֵילֵל Jes. XIV, 12 sec. LXX. (ἑωσφόρος). Vulg. Targ. Rabbin. Luth. *stella lucida* i. e. *Lucifer.* Recte, sive orationem contextam sive etymon spectas, additur enim בֶּן־שָׁחַר et apud Chaldaeos quoque Lucifer vocatur כּוֹכַב נָגְהָה, apud Arabes زُهَرَة i. e. splendida stella. Quod attinet ad grammaticas rationes, הֵילֵל dictum est pro הֵלֵל (verbale Pi. a הָלַל) *splendorem spargens,* neque est quod cum Hitzigio aliisque legas הֵילֵל (ad formam הֵידָד, הֵיכָל). Alibi הֵילֵל est Imper. Hiph. verbi יָלַל: *eiula, lamentare* (Ez. XXI, 17. Zach. XI, 2), quod alii, ut Aqu. Syr. Hieron., huic etiam loco adhibent, sed minus accommodate ad parallelismum. Plura dedimus in Comment. ad h. l.

הוֹלֵלָה, nonnisi pl. הוֹלֵלוֹת f. *stultitia, insania* (v. rad. Po.) Eccl. I, 17. II, 12. VII, 25, inde *improbitas* IX, 3 (cf. נְבָלָה).

הוֹלֵלוּת f. *insania.* Fortius esse vocabulum, quam סִכְלוּת, apparet ex Eccl. X, 13: *initium verborum est stultitia* (סכלות), *sed finis eorum* הוֹלֵלוּת רָעָה.

יְהַלֶּלְאֵל (qui *Deum celebrat*) n. pr. 1) viri tribus Judae 1 Par. IV, 16. 2) 2 Par. XXIX, 12.

מַהֲלָל m. *laudatio*. Prov. XXVII, 21: מַצְרֵף לַכֶּסֶף וְכוּר לַזָּהָב וְאִישׁ לְפִי מַהֲלָלוֹ quod *conflatorium est argento et catinus auro*, id *vir sit ori laudationis ipsius* i. e. ipsum laudanti; nimirum laudem diligenter examinet. Ita praeeunte Alb. Schultensio (v. Comment. ad h. l. no. IX. X) in lex. min. dedi ed. 1—3 probantibus Umbreitio, Winero al., idque etiamnum sententiarum parallelismo unice accommodatum videtur, quem negligant quicunque לְפִי h. l. *pro ratione* reddant. Hi מַהֲלָלוֹ vel passive accipiunt, hoc sensu: ut aurum et argentum probantur liquatione, sic vir probatur *pro ratione laudis suae* i. e. prout laudes sibi ab aliis tributas aequo animo ferre potest (C. B. Michaelis), vel active, in hanc sententiam: ..... pro ratione eius *quod ipse laudat* i. e. cognoscitur vir ex rebus, quas laudat, amat, in deliciis habet (Eichel, Rosenm., Boettcher in specc. p. 20). Multas intpp. sententias v. ap. Schult. et Geierum.

מַהֲלַלְאֵל (laudatio Dei) n. pr. 1) patriarchae ex posteris Sethi Gen. V, 12. 2) Neh. XI, 4.

תְּהִלָּה f. 1) *cantatio laudis* (das Lobsingen) 2 Chr. XX, 22: הֵחֵלּוּ בְרִנָּה וּבִתְהִלָּה. Ps. C, 4, inde *canticum laudis, hymnus* (Lobgesang). Ps. CXLVII, 1. Sq. לְ Ps. XL, 4: תְּהִלָּה לֵאלֹהֵינוּ *hymnus in deum nostrum*. LXV, 2, sed sq. לְ auctoris Ps. CXLV, 1: תְּהִלָּה לְדָוִד *hymnus Davidis*. C. Suff. תְּהִלָּתִי hymnus meus Ps. XXII, 26. LXXI, 6. Plur. תְּהִלּוֹת hymni Ps. XXII, 4 et תְּהִלִּים, quomodo inscribitur Psalterio. Inde *laudatio, laus*, max. quae cantando celebratur. Ps. CVI, 12: יָשִׁירוּ תְּהִלָּתוֹ *cantant laudem eius*. Ps. XXXIV, 2: תָּמִיד תְּהִלָּתוֹ בְּפִי. LXVI, 2. 8. Plur. laudes Ps. LXXVIII, 4. Jes. LX, 6. LXIII, 7. Meton. pro *re laudata, celebrata*. Deut. XXVI, 19: *ut te faciat* לִתְהִלָּה וּלְשֵׁם וּלְתִפְאָרֶת *laudatum, celebrem, splendidum*, cf. Jer. XIII, 11. XXXIII, 9. Zeph. III, 19. 20. Jes. LXII, 7: עַד יָשִׂים אֶת־יְרוּשָׁלַםִ תְּהִלָּה בָּאָרֶץ. Jer. LI, 4 Babylon appellatur תְּהִלַּת כָּל־הָאָרֶץ *celebrata in universa terra*, et XLIX, 25 Hierosolyma עִיר תְּהִלָּה.

2) laus, qua quis apud alios floret, *gloria*. Ps. XLVIII, 11: כְּשִׁמְךָ אֱלֹהִים כֵּן תְּהִלָּתְךָ עַל קַצְוֵי אֶרֶץ *sicut nomen tuum, ita gloria tua usque ad terminos terrae*. Jes. XLII, 8: *gloriam meam alii non do* וּתְהִלָּתִי לַפְּסִילִים *nec laudem meam idolis*. LXI, 3: מַעֲטֵה תְהִלָּה vestis gloriae. Jer. XLVIII, 2: אֵין עוֹד תְּהִלַּת מוֹאָב *non amplius viget gloria Moabi*. Jes. XLIII, 21. XLVIII, 9. LXI, 11. Ps. LI, 17. LXXI, 8. 14. LXXIX, 13. CVI, 47. CXI, 10. Meton. is (id) quo quis gloriari potest. Jer. XVII, 14: כִּי תְהִלָּתִי אָתָּה. Deut. X, 21. — De forma תְּהִלָּתֶיךָ Ps. IX, 15 v. Lgb. 215. 527.

תָּהֳלָה f. ἁπ. λεγόμ. Iob. IV, 18: וּבְמַלְאָכָיו יָשִׂים תָּהֳלָה *et angelis suis tribuit improbitatem*. LXX. σκολιόν τι. Vulg. *pravum quid*. Hieron. *pravitatem*. Targ. עִילָא *iniquitatem*. De etymo verum diu viderunt interpretes Hebraei, quibus תָּהֳלָה est fem. a תָּהֵל, תָּהֵל a rad. הָלַל, ut תָּמֵס, תֹּבֵל, מֹרֶךְ, תֹּרֶן, a radd. מָסַס, בָּלַל, רָכַךְ, רָנַן, Dagesch in fem. abiecto, qua in re offendere non debebant Alb. Schultensius ad h. l., J. D. Michaelis in suppl. 537 cf. gramm. hebr. §. 67, no. 11, coll. מִכְסָה (a כָּסַס) f. מִכְסָה v. Lgb. 508. Proprie igitur *stultitiam* valet (v. rad. in Po.), dein *improbitatem, pravitatem*, cf. הוֹלֵלוֹת Eccl. IX, 3. Kimchi: פירוש הלל והיותה הלמד ראויה והדגש הוקל .... מן הוללות ושכלות. Aben Esra: כמו אל תהלו על חסרונים (a הָלַל significatione stultitiae coll. Ps. LXXV, 5, litteris imperfectis). Sed primus omnium Saadias in Scholio ms. ad h. l. فسرت תהלה نقصا لانه عندى مشتق من ויתהולל בידם ويقبح التعبير بالجنون فى الملايكة ...... ومثله فى الحرف מכסת נפשות מן תכסו על השה i. e. תָּהֳלָה *explico defectum, quia de mea sententia ductum a* הלל *Po. insanus fuit, sed non apta esset insaniae notio in angelis. .... Simile quiddam habes in nomine* מֶכֶס *a radice* כָּסַס. Ex recentioribus post Coccejum, J. H. Michaelem hanc interpretationem a me in Lex. min. ed. 2. 3. revocatam secuti sunt Umbreitius al. Alii interpretes non memores, תָּהֳלָה etiam sine Dagesch a הלל legitime duci, vel referebant ad arab. تَهِلَ vanus (quod ipsum valde incertum), ut A. Schult., vel ad طَهِيلَةٌ *stultus, fatuus*, ut Rosenmuellerus, vel ad rad. יָהַל arab. وَهِلَ erravit, unde وَهَلٌ error (v. Schnurreri diss. phil. crit. p. 241), ut תָּהֳלָה dictum sit pro תּוֹהֵלָה, תַּהְלָה, sicut contra תְּאֻמָה, תָּאֳמָה pro תְּאֻמָּה, תְּאֻלָּה. Sed prius illud et simplicius et certius est.

תַּהֲלֻלוֹת f. *laudationes*. Exstat hoc vc. Deut. XXXII, 10 sec. scripturam Cod. Sam.: בתהללות ישמנהו, quod efferendum בְּתַהֲלֻלוֹת יְשִׂמֵנְהוּ *in laudationibus posuit eum* i. e. gloriosum reddidit eum. Ita enim uterque interpres sam. [illegible], بالمدايح جعله. Vide Comment. de pent. Sam. p. 43.

הָלַם fut. O (Ps. LXXIV, 6) 1) *tudit, feriit, percussit*. (Reperitur in sola lingua hebraea, namque sine ulla auctoritate Schult. in ind. ad Prov. etiam arabico هلم tundendi notionem tribuit. Eius significatio tamen ex sententiarum nexu in omnibus locis satis certa est. Accedunt vett. Verss. in plurimis certe exemplis, et inania sunt, quae dubitando et coniectando disputavit J. D. Michaelis in suppl. p. 540—49). Iud. V, 26: הָלְמָה סִיסְרָא *percussit Siseram*. Ps. LXXIV, 6. CXLI, 5: יֶהֶלְמֵנִי צַדִּיק *percutiat me iustus*. Prov. XXIII, 35. Jes. XLI, 7: הוֹלֶם פָּעַם *qui tundit incudem*, pr. הוֹלֵם פַּעַם. De accentu mutato v. Lgb. p. 175. 308. De ungula equi terram pulsante (cf. arab. زعزع tudit malleo, et terram pulsavit equus) Iud. V, 22. Metaph. הֲלוּמֵי יָיִן Jes. XXVIII, 1 *vino percussi*, prostrati, de ebriis, cf. lat. percussus tempora Baccho Tibull. 1, 2, 3, qui se percussit flore Liberi Plaut. Cas. 3, 5, 16, mero Statius Mart.

3, 68. 4, 66. Justin. 1, 8. 24, 8, et similes locutiones Graecorum et Arabum, ut *οἰνοπλήξ*, *οἰνοπληκτός*, cet. **تك ,فك** percussit, et **صرع** interfecit, de vino qui aliquem prostravit, **صريع الكلس** prostratus poculo. Vide Comment. nostr. ad Jes. l. c. Adde gr. *τιτρώσκω* Od. 21, 295. Jacobs ab Anthol. p. 170, pers. **سركش** capite percussus, de ebrio. 2) *contudit*, *diffregit*. Jes. XVI, 8. 3) *dissolutus*, *dissipatus est* (exercitus), nostr. *sich zerschlagen*. 1 Sam. XIV, 16: וַיֵּלֶךְ וַהֲלֹם *et ivit* (exercitus) *et dissipatus est*.

הֲלֹם m. pr. pulsatio s. ictus pedis locum quasi monstrans, quo veniendum est. Inde adv. 1) *huc*. Ruth II, 14: גֹּשִׁי הֲלֹם *accede huc*. 1 Sam. XIV, 38. 40. Ex. III, 5: אַל תִּקְרַב הֲלֹם *ne accedas huc*. Iud. XVIII, 3: מִי הֱבִיאֲךָ הֲלֹם. XX, 7. 1 Sam. X, 22. Ps. LXXIII, 10. עַד הֲלֹם hucusque 2 Sam. VII, 18. 1 Chr. XVII, 16. 2) *hic*. Gen. XVI, 13. Cf. *δεῦρο* no. 1. 2. — LXX. *ὧδε*, *ἐνταῦθα*. (Arab. **هَلُمَّ** adesdum, quod declinatur more Imperativorum, f. **هَلُمِّي**. Arabes tantum Hedschazenses **هلم** in utroque genere et numero usurpant).

הֶלֶם (ictus) n. pr. viri 1 Par. VII, 35.

הַלְמוּת f. *malleus* Iud. V, 26.

יַהֲלֹם m. *gemmae*, eiusque durae, *species* a *tundendo* dicta (v. rad.) Ex. XXVIII, 11. 18. XXXIX, 11. Ez. XXVIII, 11. Plerique vett. interpretes reddere videntur (transposita autem sunt gemmarum nomina in Verss., ut pro certo dici non possit, quomodo singula sibi respondeant, v. tamen Bellermannum de Urim et Thummim, Berol. 1824, ad p. 88 sqq.) *ὄνυξ*, *ὀνύχιον*, *onychinus*, quod probat Bellermannus l. c. p. 47. Persa Exod. XXVIII, Aben Esra, Luth. *adamantem* reddunt, quod vindicare studet Braunius (de vest. Sacerd. II, 13) adamantis adeo nomen a יהלם derivans; parum probabiliter; 1) quia ita nemo antiquiorum intpp. 2) adamas alio nomine venire videtur שָׁמִיר q. v. 3) adamantis sculpendi ars non tantae antiquitatis fuit. Apud Graecos prima huius gemmae mentio est apud Theophrastum. Cf. M. Pinderi de adamante comment. (Berol. 1829) §. 3—8.

מַהֲלֻמוֹת pl. f. *percussiones*, *plagae* Prov. XVIII, 6. XIX, 29.

הֵם et **הֵמָּה** pron. 3 pers. plur. m. *ii*, *αὐτοί*. Ortum est a sing. הוּא, addito ם, nota pluralis, unde pr. הוּם (arab. **هُمْ**), dein הֵם, cf. אַתָּה pl. אַתֶּם, arab. **أَنْتُمْ**. Utriusque formae eadem fere frequentia (v. Noldii concordd. p. 266 sqq.), prior tamen frequentior est in Pentateucho aliisque libris historicis, posterior in libris poëticis et propheticis: ubicunque הֵם in Pentateucho legitur, cod. Sam. dat המה. Caeterum passim הֵמָּה etiam copulatur cum femininis Zach. V, 10. Ruth I, 22. De usu eius idem valet, quod supra observatum est de sing. הוּא. Est igitur 1) *ii*, nostr. *sie*, sine emphasi. Gen. XXXVII, 16: הַגִּידָה לִּי אֵיפֹה הֵם רֹעִים. XLIV, 4; et saepe ita sq. part. in designando tempore praesente Ex. V, 8. VI, 27. XIV, 3. 2) cum aliqua emphasi: *αὐτοί*. Ps. XXXVII, 9: קֹוֵי יְהוָה הֵמָּה יִירְשׁוּ אָרֶץ. XXIII, 4. XLIII, 3. Gen. XIV, 24. — Gen. XLII, 35: הֵמָּה וַאֲבִיהֶם. VII, 14. XLII, 35. 3) cum substantivis, addito articulo, ut in formula בַּיָּמִים הָהֵם (LXX *ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις*) Gen. VI, 4. Ex. II, 11. Deut. XVII, 9, cet. rarius et בַּיָּמִים הָהֵמָּה Joël III, 2. IV, 1. Zach. VIII, 23. 4) a) includit verbum substantivum: *sie sind*. Gen. III, 7: *sciebant* כִּי עֵירֻמִּם הֵם. XXXIV, 23. Ex. XV, 23. Jes. XXXVII, 19. LXIII, 8. LXV, 23 cet. b) ponitur pro ipso verbo subst. *sunt*. Gen. XXV, 16: אֵלֶּה הֵם בְּנֵי יִשְׁמָעֵאל *hi sunt filii Ismaëlis*. XXXIV, 21. Ps. XVI, 3. Zach. I, 9. IV, 5, v. ad הוּא no. 4. etiam cum fem. Cant. VI, 8: שִׁשִּׁים הֵמָּה מְלָכוֹת, adeoque pro secunda persona, Zeph. II, 12: *vos quoque*, *Aethiopes*, חַלְלֵי חַרְבִּי הֵמָּה *gladio meo perfossi eritis*.

Cum Praeff. hae reperiuntur formae a) וְהֵמָּה, וְהֵם (saepe), semel וָהֵם Num. XVI, 16. b) בָּהֵמָּה Ezech. XXXVI, 1. Hab. I, 16 i. q. vulg. בָּהֶם. c) כָּהֵם 2 Sam. XXIV, 3. Eccl. IX, 12 et כָּהֵמָּה Jer. XXXVI, 32 *sicut illi*, *sicut illa* i. e. talia (cf. כָּהֶם 2 Reg. XVII, 13). d) לָהֵמָּה Jer. XIV, 16 i. q. לָהֶם. e) מֵהֵמָּה Eccl. XII, 12. Jer. X, 2. Sed מֶה הֵם Ez. VIII, 6 est pro מָה הֵם, v. מָה. — Fem. est הֵן, הֵנָּה q. v.

הֵמּוֹן Dan. II, 34. 35. III, 22, alibi

הִמּוֹ chald. i. q. hebr. הֵמָּה 1) *ii*, sed ubique in accus. *eos*, quomodo differt ab אִנּוּן (q. v.). Dan. II, 34: וְהַדֵּקֶת הִמּוֹ *et contrivit eos*. Esr. IV, 10: וְהוֹתֵב הִמּוֹ *et habitare fecit eos*. 23. V, 5. 12. 14. 15. VII, 17. 2) pro verbo subst., adeoque 1 pers. Esr. V, 11: אֲנַחְנָא הִמּוֹ *nos sumus*.

הָמָה fut. יֶהֱמֶה rad. onomatop. *fremuit* (*brummen*), nostr. *summen*, vel potius antiqu. *hummen*, angl. *to hum* de fremitu apum, unde germ. *Hummel*. (Vicinae radd. sunt נָאַם, נָהַם, q. v. arab. **همهم** murmuravit, susurravit, **زمزم** id. et similis significatus הָגָה. Male Schult. ad Prov. I, 21 primariam potestatem ponit in aestuando, I. D. Michaëlis in fluendo, coll. **همى** fluxit, quod secundarium est). Dicitur 1) de voce animalium nonnullorum, ut de fremitu ursi Jes. LIX, 11, canis marrientis Ps. LIX, 7. 15, de gemitu turturis Ez. VII, 16. Transfertur ad suspiria hominum Ps. LV, 18. LXXVII, 4, quae ursorum et columbarum gemitui comparantur Ez. VII, 16: כְּיוֹנֵי הַגֵּאָיוֹת כֻּלָּם הֹמוֹת, *sicut columbae vallium gemunt omnes*. Jes. LIX, 11: נֶהֱמֶה כַדֻּבִּים כֻּלָּנוּ *gemimus instar ursorum omnes*.

2) de strepitu citharae (cf. germ. *Hummel* de citharae quodam genere) Jes. XVI, 11 (cf. XIV, 11), aliorum instrumentorum musicorum Jer. XLVIII, 36, pluviae

1 Reg. XVIII, 41, fluctuum Ps. XLVI, 4. Jes. LI, 15. Jer. V, 22. XXXI, 35. LI, 55, populi turbulenti et tumultuantis Ps. XLVI, 7. LIX, 7. LXXXIII, 3. 1 Reg. I, 41, cuius strepitus passim cum fluctuum tumultu comparatur. Jes. XVII, 12: כַּהֲמוֹת יַמִּים יֶהֱמָיוּן. Jer. VI, 23. L, 42. עִיר הוֹמִיָּה urbs strepera Jes. XXII, 2. Plur. הוֹמִיּוֹת poët. loca strepentia i. e. plateae Prov. I, 21: בְּרֹאשׁ הֹמִיּוֹת *in capite* platearum *streperarum*, cf. Comm. 20. Thren. II, 19. Sed Vulg. *in capite turbarum* (concionum turbulentarum), quod minus placet. — Prov. XX, 1: לֵץ הַיַּיִן הֹמֶה שֵׁכָר *irrisor vinum et strepitum facit temetum.* Cf. Zach. IX, 15: הָמוּ כְּמוֹ יָיִן.

3) de *tumultu interno* animi inquieti, curis, sollicitudine, misericordia agitati. Ps. XLII, 6. 12: מַה־תֶּהֱמִי עָלָי *quid tumultuaris mihi* (anima mea)? v. ad עַל no. 1, b. Jer. IV, 19: הֹמֶה לִּי לִבִּי *tumultuatur mihi animus.* It. sq. לְ et עַל obiecti. Jer. XXXI, 20: עַל כֵּן הָמוּ מֵעַי לוֹ רַחֵם אֲרַחֲמֶנּוּ *propterea commota sunt viscera mea in eum* (Ephraimum), *misereor eius.* Cant. V, 4: מֵעַי הָמוּ עָלָיו germ. dixeris: mein Herz klopfte ihm entgegen. Absol. XXXIX, 7: הֶבֶל יֶהֱמָיוּן *frustra curis agitantur.* Hic motus internus interdum a poëtis cum strepitu instrumentorum musicorum (no. 2) comparatur, quemadmodum Forsterus narrat, in maris pacifici insulis misericordiam latratum s. fremitum viscerum vocari. Jes. XVI, 11: מֵעַי לְמוֹאָב כַּכִּנּוֹר יֶהֱמוּ *viscera mea pro Moabo strepunt citharae instar.* Jer. XLVIII, 36: לִבִּי לְמוֹאָב כַּחֲלִלִים יֶהֱמֶה *cor meum pro Moabo tibiarum instar strepit.*

Hinc 4) de homine ob animi inquietudinem circumvagante, ut de muliere adultera Prov. VII, 11: הֹמִיָּה הִיא וְסֹרָרֶת. IX, 13.

הֵם vel **הָם** nonnisi in Plur. c. Suff. הֲמֵהֶם pro הֲמֵיהֶם *opes eorum.* Ez. VII, 11: לֹא מֵהֶם וְלֹא מֵהֲמוֹנָם וְלֹא מֶהֱמֵהֶם *nihil ex iis* (remanebit), *neque ex multitudine* (populo) *eorum, neque ex opibus eorum.* Paronomasia verborum מֵהֶם, מֵהֲמוֹנָם, מֶהֱמֵהֶם vocabuli rarioris vel arcessiti vel recens ficti ansam videtur dedisse. Interpretes hebraei putant esse ex pron. הֵם geminato, q. d. וְלֹא מֵהֶם אֲשֶׁר מֵהֶם neque ex illis qui ab ipsis sunt, i. q. liberis, posteris. Ita Targ. לָא מִבְּנֵיהוֹן, et in cod. Alex. additum: καὶ οὐκ ἐξ αὐτῶν εἰσιν. Ex recentioribus Scheidius (schediasm. philol. pag. 176) interpretatur *heroes eorum*, coll. وهم magno corpore vir. Sed illud unice verum.

הָם Gen. XIV, 5 n. pr. regionis, in qua habitabant Susaei (זוּזִים), in Ammonitide vel vicinia eius quaerendae. 7 Codd. sam. et Hieron. (in quaestionibus) legunt הם.

הָמוֹן m. (semel fem. Iob. XXXI, 34) 1) *strepitus* imbris 1 Reg. XVIII, 41, canticorum Ez. XXVI, 13. Amos V, 23; maxime multitudinis 1 Sam. IV, 14. XIV, 19. הֲמוֹן עִיר strepitus, tumultus urbis Jes. XXXII, 14. הֲמוֹן קִרְיָה id. Iob. XXXIX, 7. Inde 2) ipsa *multitudo* hominum. Ez. VII, 12—14. XXXII, 12. 16. 24—26. 2 Chr. XIV, 10 al. קוֹל הָמוֹן strepitus multitudinis Jes. XIII, 4. XXXIII, 3. 1 Sam. IV, 14. 1 Reg. XX, 13. 25. Dan. X, 6. הָמוֹן רָב magna copia hominum 2 Chr. XIII, 8. XX, 2. 12. 15. Jes. XVI, 14. Dan. XI, 11. 13; sed הָמוֹן רַבָּה Iob. XXXI, 34 est *multitudo* (nostr. die grosse Menge), *vulgus.* הָמוֹן חוֹגֵג multitudo festum celebrans Ps. XLII, 5. הֲמוֹן יִשְׂרָאֵל 1 Sam. VI, 19. 2 Reg. VII, 13. הֲמוֹן מִצְרַיִם Ez. XXX, 10. XXXII, 8. ה' נֹא XXX, 15 (multitudo Thebarum). הֲמוֹן גּוֹיִם Gen. XII, 4. 5. ה' עַמִּים Jes. XVII, 12 populorum copia. הֲמוֹן נָשִׁים turba mulierum 2 Par. XI, 23. Impr. de copiis militum Iud. IV, 7. Dan. XI, 11. 12. 13. It. aquarum copia Jer. X, 13. LI, 16. Plur. הֲמוֹנִים populi turbae (Volkshaufen) Joël IV, 14. Ez. XXXII, 20. — LXX plerumque: πλῆθος, ὄχλος. Adeo 3) *multitudo opum, divitiae.* Ps. XXXVII, 16. Eccl. V, 9. Jes. LX, 4: הֲמוֹן יָם *divitiae maris.* Jer. III, 23: הֲמוֹן הָרִים *divitiae* (proventus) *montium.* Meton. *divites* (parall. כָּבוֹד) Jes. V, 13. 14, v. L. de Dieu ad h. l. Vulgo *plebem* intelligunt, invito contextu max. Comm. 14. LXX septies: πλοῦτος. 4) *animi commotio.* Jes. LXIII, 15: הֲמוֹן מֵעֶיךָ pr. *commotio viscerum tuorum* i. e. misericordia tua, cf. rad. no. 3.

הֲמוֹנָה (copia) nomen prophet. urbis in valle sitae, ubi caedes Magogi futura sit Ez. XXXIX, 16.

הֶמְיָה f. *strepitus* (citharae). Jes. XIV, 11.

הָמַל rad. inusit. Arab. همل continuo pluit (v. Scheidius in diss. Lugdd. p. 954), vic. hebr. הָמַר. Sed origo est in *strependo*, quam vim habent הָמָה, הָמַל, הָמַר, fort. הָמַן, apud Arabes spec. de strepitu imbris (cf. 1 Reg. XVIII, 41). Hinc

הֲמֻלָּה et **הֲמוּלָּה** f. *strepitus*, i. q. הָמוֹן. Ez. I, 24: בְּלֶכְתָּם קוֹל הֲמֻלָּה כְּקוֹל מַחֲנֶה *euntibus illis strepitus* (audiebatur) *velut castrorum tumultus.* (Cf. קוֹל הָמוֹן Jes. XIII, 4. XXXIII, 3. 1 Reg. XX, 13. 28, imprimis Dan. X, 6). Jer. XI, 16: לְקוֹל הֲמוּלָּה גְדֹלָה הִצִּית אֵשׁ עָלֶיהָ *magno strepitu ignem ei* (oleae) *admovit.* J. D. Michaelis (suppl. 555) sonum *imbris copiosioris* h. l. translatum vult ad similem ignis ardentis sonum, sed pluendi et imbris significatio ipsa a generaliori strependi potestate ducta est.

הָמַם fut. יָהֹם c. Waw conv. וַיָּהָם i. q. הוּם 1) *perturbavit, conturbavit.* (Vicinum est הָמָה et origo est in sono fremente populi turbulenti et tumultuantis, sive ab hostibus turbati et perturbati. Arab. همهم murmuravit, susurravit, همّام susurro, حمّ et همّ instigavit iumentum v. hebr. no. 3, praeterea Conj. VII. VIII. sollicitus, anxius fuit, a primaria potestate perturbationis et ἀπορίας. Aeth. ተሐመመ: id. Adde همّ med. Je. IV. dispersit hostes (Deus). Falluntur qui originem

ponunt in fluendo, liquefaciendo, ut Alb. Schult. in Origg. hebr. 1, cap. 5. Vindic. p. 78 sqq. J. D. Michaelis in suppl. 555, quos sequitur Eichhornius ad Sim. Lex.). Saepe de Deo hostes conturbante et fugante. Ex. XIV, 24: וַיָּהָם אֵת מַחֲנֵה מִצְרָיִם *et turbavit* (Deus) *exercitum Aegyptiorum*. XXIII, 7. Jos. X, 10. Ps. CXLIV, 6: שְׁלַח חִצֶּיךָ וּתְהֻמֵּם *mitte sagittas tuas et conturba eos.* Ps. XVIII, 15. 2 Chr. XV, 6: אֱלֹהִים הֲמָמָם בְּכָל־צָרָה *Deus conturbabat eos omni miseria.* Inde 2) *penitus exstinxit, delevit.* Deut. II, 15: לְהֻמָּם מִקֶּרֶב הַמַּחֲנֶה עַד תֻּמָּם *ad eos delendos ex castris usque ad interitum.* Esth. IX, 24 (ubi copulatur cum אִבֵּד). Jer. LI, 34 (iuxta אָכַל, inde Schult. l. c. male concoxit). A primaria conturbandi potestate est etiam 3) *incitavit, impulit.* Jes. XXVIII, 28: הָמַם גַּלְגַּל עֶגְלָתוֹ *impellit rotas currus sui.*

Niph. fut. יֵהֹם *conturbata est* civitas, terra (rumore sparso) Ruth I, 19. 1 Sam. IV, 5. 1 Reg. I, 45. Jo. Simonis hanc formam, quam יָהוֹם scribit invitis codd. et editt., male ad verbum הוּם retulit.

הוֹמָם (exitium) n. pr. viri 1 Chr. I, 39, pro quo legitur

הֵימָם Gen. XXXVI, 22.

הָמַן rad. incerta, unde ex vulgari analogia ducitur Inf. c. Suff. הֲמָנְכֶם. Ezech. V, 7: יַעַן הֲמָנְכֶם מִן הַגּוֹיִם *propterea quod tumultuamini* i. e. Deo obstrepitis *magis quam gentes.* R. Menahem b. Seruk ap. Iarchium aliique interpretes Hebraei et Christiani הָמַן radicem esse statuunt secundariam ortam ex nomine הָמוֹן, quod analogia minime destitutum (ut volebat J. Simonis), quum et alibi passim litterae serviles in radicales abierint, v. זָיִת, קֶשֶׁת, זָמַת al. Contra erant, qui etiam הָמוֹן ducebant a rad. הָמַן, ad formam גָּדוֹל (v. Abulwalidem). Sed potest etiam nulla ratione habita nominis הָמוֹן radici הָמַן strependi significatio tribui, quae est in vicinis הָמָה, הָמַל, הָמַר. Caeterum talis radix pendet ex sola auctoritate punctorum vocalium, et modo legas הֲמֻנְכֶם sensus prodibit facillimus: *propter tumultum vestrum maiorem quam gentium* cet. Male alii, ut Kimchius: quia multiplicati estis, vel active: quia multiplicastis sc. mala, peccata. Non placet etiam Ev. Scheidius (spec. observatt. ad V. T. cap. 1), qui arcessit arab. هَمَل (litteris l et n permutatis) diffluxit, divagatus est, ut sensus sit: *quia libere divagati estis magis quam gentes*, nam fluendi potestas ipsa secundaria est et a strependo ducta.

הָמָן n. pr. nobilis Persae, propter insidias Judaeis structas famosi. Esth. III, 1 sq. (In etymo definiendo olim Jo. Simonem sequebar, qui coll. pers. همان *unicum, solum* vertit. Sed همان nil est nisi adv. *ita, tantummodo, solum.* Magis placet sanscr. *hêman* Mercurius planeta).

* * *

הַמְנִיךְ vel sec. Chethibh: הַמּוּנְךְ chald. Dan. V, 7. 16. 29 *monile*, alibi sine He prosthetico מְנִיכָא v. Onk. Gen. XLI, 42, it. מוניק (Buxtorf p. 1228). Respondet syr. ܗܡܝܢܟܐ, ܡܘܢܝܟܐ (quod Bar Ali et Bar Bahlul reddunt طوق collare) et gr. *μανιάκης* (quo h. l. utuntur LXX et Theodotion, cf. Aqu. 3 Esr. III, 6, Symm. Gen. l. c.), *μανίακον, μάννος*, it. *μανάκιον, μαννάκιον*, quae cuncta deminutiva sunt a *μάνος, μάννος, μόννος*, vocabulis maxime doricis, unde ipsum lat. *monile* (v. Polyb. 2, 31. Pollux 5, 16, intpp. gr. V. T. apud Bielium et Schleusnerum, adde Schefferum de torquibus p. 22. 23). De syllaba *ik, k, ke*, terminatione diminutiva Persarum et Germanorum v. Jones persian gramm. p. 106, Grimmii gramm. germ. III p. 676. Grotefend in Encycl. univ. art. Diminutiva, simplex autem *mani* etiam sanscr. monile significat. Caeterum non improbabilis multorum opinio, monilis notionem secundariam esse, et *man, mon* proprie *lunam* significare in collari gestatam (cf. שַׂהֲרֹן). Apud Persas quidem hodiernos luna vocatur ماه, sed Nun primitivum abiectum esse produnt gr. *μήν, μήνη*, dor. *μάνα*, goth. *mana*, lat. *mensis*, nostr. *Mahn, Mond.* Geddesius ad Ex. XXV, 22 male comparabat lat. *manica* a manus, ה׳ proprie armillam notare censens.

הָמַס rad. inusit. i. q. هَمَس, هَشّ, quae dicuntur de *leni strepitu* (cf. הָמָה, הָמַן, הָמַל, הָמַר) varii generis, ut euntium, sarmentorum et ramorum inter se commixtorum et se frangentium (Knicken des Reisholzes), v. Lud. de Dieu ad Jes. LXIV, 1. Alb. Schult. origg. hebr. 1, c. 2. §. 20. 21, cf. transp. هشم fregit rem aridam, sarmenta, هشيم sarmenta (cf. حُطَام stipula arida, a حطم fregit) v. Kamûs II, 1710. Tebrizi ap. Reiskium ad Tar. p. 50. Cor. 18, 43. 54, 31. Hinc

הֲמָסִים m. pl. Jes. LXIV, 1 *sarmenta.* Optime Saad. retinuit الهمس, et Abulwalides interpretatur: الهشيم هو عشب اليابس i. e. *herba sicca.* R. Parchon: קוצים יבשים *spinae aridae.* Perperam vestigia eorum deserit Kimchius, cui radix est מָסַס, v. quae contra observat Alb. Schult. l. c.

הָמַר rad. Hebraeis inusit. Arab. هَمَر *fluxit aqua cursu effuso*, هُمْرَة pluvia, imber. Vide quae uberius exposuit Ev. Scheidius in diss. Lugd. p. 958 sqq. Origo haud dubie in *strependo* (cf. הָמָה), ut in הָמַל, quae radix ex nostra orta est, littera r emollita in l. Ex eadem profectum videtur gr. *ὄμβρος*, lat. *imber.* Cf. etiam מָר, נָגַר fluxit. Inde

מַהֲמֹרוֹת pl. f. *flumina* s. vortices, gurgites *aquarum.* Ps. CXL, 11. Vicinum est arab. غمرات gurgites, v. Scheidium l. c. Ex veteribus interpretibus verum vidit R. Parchon: פ׳ אשר הנחלים ההולך בחוזק ובזעף

est effusio torrentium, quae decurrit cum impetu et aestu. Symmachus, Hieron. et Hebraeorum plures *foveas* interpretantur, et מהמורה a Talmudicis ita usurpari observat Kimchius. Possit etiam hoc ferri, modo *foveas* intelligis *aqua plenas*, sed fortasse Talmudistarum usus ex nostri demum loci interpretatione repetitus est.

I. הֵן, sq. Makk. הֶן־ Num. XXIII, 9. 24. Iob. VIII, 19. XXXI, 35. XXXIII, 12 (v. Mas. ad Num. l. c. Tympii annot. ad Nold. no. 1157) 1) Adv. seu interj. demonstrandi: *en, ecce!* (Vocc. cognata sunt אִם q. v. litt. A., arab. إِنَّ ecce, هُنَا, هُنَا hic, gr. ἤν, ἠνὶ = הִנֵּה, ἠνίδε = הִנֵּה־זֶה, lat. *en*, it. chald. הֵן, הָהֵן, אֲהֵן pron. demonstr. hic, haec, hoc. Pronomina enim et adverbia demonstrandi saepe eodem vel simili vc. exprimuntur, cf. إِذًا, إِذْ ecce, et هُنَا hic; אֵי ubi et أَيّ quis? Fallitur autem Storrius de anal. et synt. p. 346, qui הֵן *ecce* statuit idem esse quod הֵן pl. f. *eae, ea*) Gen. III, 22. IV, 14. XI, 6. XV, 3. XIX, 34. XXVII, 11. XXIX, 7. XXX, 34. XXXIX, 8. XLVII, 23. Iob. VIII, 19 cet. Frequentius est הִנֵּה q. v.

2) Abit in particulam interrogandi: *num*, certe in interrogatione obliqua, *an* (ob). Jer. II, 10: רְאוּ הֵן הָיְתָה כָּזֹאת *videte, num tale quid factum sit.* Cf. chald. הֵן no. 2. Particularum demonstrativarum in interrogativas facilis transitus, cf. hebr. הֲ, אִם litt. B, adde arab. إِذًا *ecce!* et *quum* praet. temp. إِذْ *ecce!* et *quum* futuri temporis, syr. ܗܐ ecce, quod interrogative usurpant in nonnullis formulis, ut ܗܐ ܠܐ nonne? lat. *ecquid?* pro *en quid* vel *ecce quid.* Contra Kimchius negat, הן ipsum esse interrogativum, et interrogandi notam omissam esse statuit. Ita ille in libro rad. p. 116: הן היתה כזאת בדרך שאלה לא שיהיה הן בדרך אם כמו שכתב רבינו יונה אבל הן כשמעתו קיים הדבר בחבריו ויבא ענין השאלה הא השאלה בלא אם כמו אחה זה בני והדומה לו. Laudat Coccejus in Lex. et similiter disputat Koesterus l. c. (vide no. 3). Sed fac hanc esse locutionis originem, tamen, ut nunc se habet usus loquendi, הן revera est interrogandi vox.

3) part. conditionalis i. q. אִם litt. C, *si*, ut chald. הֵן, syr. ܐܢ, in recentioribus potissimum libris ad Chaldaismum deflectentibus. 2 Par. VII, 13: הֵן אֶעֱצֹר הַשָּׁמַיִם *si claudo coelum* cet., sequitur וְאִם אֲשַׁלַּח דֶּבֶר בְּעַמִּי. Iob. XL, 23. Jes. LIV, 15. Jer. III, 1, praeterea in Cod. Sam. Gen. XXX, 38. Num. XXII, 11. XXIII, 20: הן לברך לקחתי אברך לא אשיבנו *quum ad benedicendum assumtus sim, benedicam, neque revocabo.* Deut. IV, 32. Vide Comment. nostr. de Pent. Sam. p. 38. 57. LXX etiam alibi (Gen. IV, 23) passim reddunt εἰ. Quomodo orta sit haec vc. potestas, vides iam in his Pentateuchi locis Lev. XXV, 20: *quid edamus anno septimo* הֵן לֹא נִזְרָע *nam ecce non serimus* i. q. nisi serimus. Ex. VIII, 22. Adde הִנֵּה extr. Cf. Ewaldi gr. p. 500 et contra Storrium de anal. p. 448. Koesteri Erläuterungen p. 93.

הֵן chald. i. q. hebr. 1) *ecce! utique* Dan. III, 17. 2) *an, utrum* (ob) Esr. V, 17. 3) *si* Dan. II, 5. 6. III, 15. 16. 18. IV, 24. V, 16. Esr. V, 26. Ubi geminatur: *sive, sive* VII, 26.

הֵנָּה (Milel) adv. loci. a) *huc, horsum* (ex הֵן ecce, hic, et ה parag. locali) Gen. XV, 16. XLV, 5. 8. 13. Jos. II, 2. III, 9. XVIII, 6. Iud. XVI, 2. 2 Sam. V, 6. 14. Jes. LVII, 3 al. הֵנָּה וָהֵנָּה huc illuc Jos. VIII, 20. 2 Reg. II, 8. 1 Sam. XX, 21: מִמְּךָ וָהֵנָּה *a te horsum* i. e. *citra te*, opp. מִמְּךָ וָהָלְאָה v. הָלְאָה. עַד־הֵנָּה *hucusque* Num. XIV, 19. 1 Sam. VII, 12, *huc* 2 Sam. XX, 16, 2 Reg. VIII, 7, de tempore: *adhuc, hucusque* Gen. XV, 16. XLIV, 28. Iud. XVI, 13. 1 Sam. I, 16. 1 Paralip. IX, 18. XII, 29. Ps. LXXI, 17. Jerem. XLVIII, 47. Contr. dicitur עַדֶּנָּה, עַדֶּן q. v. sub rad. עֲדָה. b) *hic* (arab. هُنَا), ubi ה mere demonstrativum est Gen. XXI, 23, repetitum *hic, illic* Dan. XII, 5. הֵנָּה וָהֵנָּה hic illic 1 Reg. XX, 40. (Melit. *hynn, hynni, hynnae* illuc, illic Vassalli p. 237).

הִנֵּה (Milra), raro הִנֶּה Gen. XIX, 2 i. q. הֵן c. ה parag. vim demonstrativam habente (ut אֵיה, אֵי), part. demonstrandi *en, ecce!* Inservit tum personis, rebus locisque, tum actionibus monstrandis. Gen. XII, 19: הִנֵּה אִשְׁתְּךָ *en mulierem tuam.* XVI, 6. XVIII, 9: הִנֵּה בָאֹהֶל *ecce in tentorio* est. XX, 15. 16. I, 29: הִנֵּה נָתַתִּי לָכֶם וגו׳ *ecce! do vobis omnem herbam* cet. maxime in descriptionibus et in alacriore orationis genere, ubicunque novum quiddam digito quasi monstratur Jes. V, 7. 26. XVII, 14. XXXVII, 36. XXXVIII, 8. 17 et sexcenties, persaepe in visionibus Ez. I, 4: וָאֵרֶא וְהִנֵּה רוּחַ בָּאָה וגו׳ *et vidi, et ecce! ventus venit de aquilone.* II, 9. VIII, 2. 4. 5. 10. 14. 16. X, 1. 9. XI, 1. Zach. I, 8. 18. IV, 2. VI, 1. 12. VII, 7. 9, et in somniis Gen. XL, 9: בַּחֲלוֹמִי וְהִנֵּה גֶפֶן לְפָנָי *in somnio meo, ecce vitis ante me.* Comm. 16. XLI, 2. 3. Jes. XXIX, 8 cf. Dan. II, 31. VII, 5. 6. Passim est etiam excitantis Ps. CXXXIV, 1: הִנֵּה בָּרְכוּ אֶת יְיָ *agite! celebrate Dominum.*

Ubi res monstranda pronomine personali continetur, hoc suffigitur (ut ap. Plaut. eccum pro ecce eum) his formis: הִנְנִי *ecce me* (pronomen enim in *accus.* cogitandum, cf. Gr. §. 25) Gen. VI, 17. IX, 9. Ex. VIII, 17. IX, 18 cet. in Pausa הִנֵּנִי Gen. XXII, 1. 11. XXVII, 1, et הִנֶּנִּי XXII, 7. XXVII, 18; הִנְּךָ *ecce te* XX, 3, semel הִנְּכָה 2 Reg. VII, 2. f. הִנָּךְ Gen. XVI, 11; הִנּוֹ ecce eum, eccum Num. XXIII, 17, הִנְּנוּ ecce nos Jos. IX, 25, in Pausa הִנֵּנוּ Iob. XXXVIII, 35, הִנֶּנּוּ Gen. XLIV, 16. L, 18; הִנְּכֶם Deut. I, 10, הִנָּם Gen. XLVII, 1. — הִנֵּנִי *ecce me!* הִנֵּנוּ *ecce nos!* formula est, qua respondent vocati, se adesse vel praesto esse testaturi. 1 Sam. III, 5: הִנְנִי כִּי קָרָאתָ לִּי. 4. 6. 8.

9. Gen. XXII, 1. 7. 11. XXVII, 1. 8. XXXVII, 13. Num. XIV, 40. Iob. XXXVIII, 35. Jes. VI, 8. LII, 6. LVIII, 9. LXV, 1, ita etiam הִנֵּה Iob. IX, 19. (Syrus ܗܐ ܗܢܐ). Praeterea הִנֵּה cum Suff. in oratione vividiore saepissime praemittitur participio, ubi hoc pro verbo finito est, maxime pro futuro. Gen. VI, 17: הִנְנִי מֵבִיא אֶת הַ׳ *ecce adducturus sum diluvium* (pr. ecce me adducturum). XX, 3: הִנְּךָ מֵת *ecce te moriturum*, tu moriturus es, inde persaepe in vaticiniis Jes. III, 1. VII, 14. XVII, 1. XXXIX, 8. Jer. I, 15. II, 35. V, 15. VI, 19. 21. VIII, 17. IX, 6. 14. X, 18. XI, 11. 22. XII, 14. XVI, 9. 16. XVIII, 11. XIX, 3. 15. XX, 4. XXI, 4. XXIII, 2. 15. XXVII, 16. XXVIII, 16. XXX, 10; sed etiam pro praet. Gen. XXXVII, 7. 1 Par. XI, 25, et praesente Gen. XVI, 14. Ex. XXXIV, 11. Rarius sequitur verbum finitum, mutata persona, ut Jes. XXVIII, 16: הִנְנִי יִסַּד *ecce me*, qui *fundavit*. Sine verbo in formula: הִנְנִי אֲלֵיכֶם *ecce me contra vos* (v. אֶל p. 103 B, no. 4), הִנְנִי עַל הַנְּבִיאִים Jer. XXIII, 30—32. — Denique observandum: a) Quemadmodum apud Syros ܗܐ ܠܐ interrogative dicitur pro *nonne?* (v. J. D. Michaelis gr. syr. p. 298. Agrellii suppl. p. 293) ita הִנֵּה additur post interrogativum הֲלֹא Hab. II, 13: הֲלֹא הִנֵּה מֵאֵת יְיָ *nonne ecce* hoc *a Jehova?* Eundem syrismum magis etiam imitatur N. T. Act. II, 7: *οὐκ ἰδοὺ πάντες οὗτοί εἰσιν οἱ λαλοῦντες Γαλιλαῖοι;* et Alexandrini qui pro hebr. הֲלֹא ponunt *οὐκ ἰδοὺ* (Vulg. nonne ecce) 1 Sam. XXIII, 19. b) Ponitur ante sententias conditionales, omissa particula conditionali, velut Lev. XIII, 6: *inspiciat eum sacerdos* .... וְהִנֵּה כֵּהָה הַנֶּגַע *et ecce si pallida est plaga*. 5. 7. 8. 9. 13. 17. Deut. XIII, 15. XIX, 18. Cf. הֵן no. 3.

II. הֵן pron. pers. 3 pers. pl. fem. *eae*. Nonnisi c. Praef. בְּהֵן Gen. XIX, 29. XXX, 26. 37. Lev. X, 1. Num. XVI, 7, ubi vide Masoram, al. (alibi בָּהֶן), בָּהֵן Ez. XVIII, 14, מֵהֵן Ez. XVI, 47 (ubi nunquam בָּהֵן, מֵהֵן). Sed לָהֵן est adv. *propterea* i. q. לָכֵן Ruth I, 13 et differt a לָהֶן iis. V. chald.

לָהֵן chald. 1) *propterea* Dan. II, 6. 9. IV, 24, cf. hebr. Ruth. I, 13. Transit 2) in particulam adversativam (plane ut hebr. לָכֵן, q. v. sub rad. כּוּן) *nihilominus, tamen* Esr. V, 12, praevia negatione: *sed* (sondern) Dan. II, 30, *nisi* Dan. II, 11. III, 28. VI, 8.

הֵנָּה (Milel) i. q. הֵן no. II c. He parag. *eae*. Gen. XLI, 19, c. Art. 1 Sam. XVII, 28, it. *ipsae, αὐταί* XXXIII, 6. Saepe incluso verbo substant. Gen. VI, 21: כִּי טֹבֹת הֵנָּה, vel pro eo XLI, 26: שֶׁבַע פָּרֹת הַטֹּבֹת שֶׁבַע שָׁנִים הֵנָּה. 27. Cum Praeff. בָּהֵנָּה Lev. V, 22. Num. XIII, 19, מֵהֵנָּה Lev. IV, 2. Jes. XXXIV, 16, לָהֵנָּה Ez. I, 5. 23, כָּהֵנָּה Gen. XLI, 19. Iob. XXIII, 14 (sicut haec = eiusmodi). כָּהֵנָּה וְכָהֵנָּה nostr. so und soviel 2 Sam. XII, 8.

הִנֹּם n. pr. viri, a cuius filiis nominata est *vallis filiorum Hinnom*, de qua vide p. 280 B. Etymon incertum. Jo. Simonis ducit ab arab. هن arguta voce gemuit, flevit, ut vallis Hinnom dicta sit a fletu puerorum ibi immolatorum, sed *Hinnom* pr. non vallis, sed virorum nomen erat, qui illam regionem possidebant. Fortasse הִנֹּם pr. idem erat atque חִנָּם gratiosus.

הָנַע rad. inusit. et incerta. Arab. هنع inflexit, demisit se i. q. كنع. Inde

הֵנַע n. pr. urbis vel regionis ab Assyriis expugnatae Jes. XXXVII, 13. 2 Reg. XVIII, 34. XIX, 13, ubi copulatur cum עִוָּה, עַוָּה. Post Buerschingium (geogr. Asiae p. 382) plerique *Henam* eandem urbem esse putant, quae apud Abulfedam عانة appellatur, ad Euphratis ripas sita (v. Abulf. Mesop. in N. Repert. III p. 33. Assem. bibl. or. III, 2, p. 717), sed nuper Hitzigius (ad Jes. l. c.) הֵנַע *terram depressam* notare (v. rad.) et regionem ad Euphratis ostia sinui persico vicinam notare coniecit, quae fortasse Phoenicum (כְּנַעַן) patria fuerit (Her. 1, 1). Non liquet. Plura vide in Comment. ad h. l.

הַס interj. onomatopoëtica, qua silere iubetur, (nostr. *st, pst*): *sile!* Iud. III, 19. Am. VI, 10. Zach. II, 17. R. Parchon: זו המילה כמו שריקה ,שורק האדם למחברים כדי שישתקו *hoc vocabulum est ut sibilus, quo sibilat aliquis loquentibus, ut taceant*. Sq. מִפְּנֵי Hab. II, 20. Zeph. I, 7. Adv. *tacite* Am. VIII, 3. (LXX. *σιωπήν*). Sensim factum, ut declinaretur instar Imp. Pi. (cf. חַלֵּם arab. قُلْمّ pl. قُلْمُّوا), inde plur. הַסּוּ silete Neh. VIII, 11. Adeo novum verbum inde ortum

הָסָה fut. Hiph. וַיַּהַס *silere iussit, sedavit* Num. XIII, 30. Cf. nostr. *hissen*, gr. *σίζω*. Induratis litteris inde natum חָשָׁה q. v.

הָפַךְ fut. יַהֲפֹךְ 1) *vertit*, ut patinam 2 Reg. XXI, 13, placentam Hos. VII, 8. הָפַךְ יָדוֹ, יָדָיו vertit manum, manus i. e. retro flexit viam 1 Reg. XXII, 34. 2 Reg. IX, 23. 2 Par. XVIII, 33, sed הָפַךְ יָדוֹ בְּ manum suam vertit in aliquem, ad plagas ei infligendas Thren. III, 3. הָפַךְ עֹרֶף לִפְנֵי vertit cervicem coram aliquo i. e. fugit ab eo. Jos. VII, 8. Concise dicta sunt Ex. X, 19: וַיַּהֲפֹךְ יְהוָֹה רוּחַ יָם *et vertit Jehova ventum occidentalem* i. e. verso vento adduxit ventum occidentalem, er wandte daher. — Intrans. *vertit se* (ut *στρέφεσθαι* et ap. Hom. etiam *στρέφειν*, lat. *reverto* et *revertor*). 2 Chr. IX, 12: וַתַּהֲפֹךְ וַתֵּלֶךְ, praegn. 2 Reg. V, 26: הָפַךְ אִישׁ מֵעַל מֶרְכַּבְתּוֹ *convertit se vir* (postquam descenderat) *de curru suo* (coll. Comm. 21). Inde *terga vertit, fugit* Iud. XX, 39. 41. Ps. LXXVIII, 9.

2) *evertit, subvertit*, ut currum Hagg. II, 23 (den Wagen umwerfen), tentorium Iud. VII, 13: וַיַּהַפְכֵהוּ

לְמַעְלָה idque subvertit, ut summa ima fierent (kehrte das Unterste nach oben), urbes Gen. XIX, 21. 25 (cf. arab. المؤتفكات subversae κατ' ἐξοχὴν de Sodoma et Gomorrha Cor. IX, 71. LIII, 53. LXIX, 9). Deut. XXIX, 22. Jer. XX, 16. Thren. IV, 6 (sq. בְּ Am. IV, 11), montes Iob. IX, 5. XXVIII, 9, terram 2 Sam. X, 8. 1 Chr. XIX, 3: adeoque homines i. e. prostravit Prov. XII, 7. LXX. καταστρέφω.

3) *convertit* h. e. *mutavit* (verwandeln). LXX. *μεταστρέφω, μεταβάλλω.* Ps. CV, 25: הָפַךְ לִבָּם לִשְׂנֹא עַמּוֹ *convertit cor eorum ad odium populi sui.* Lev. XIII, 55: לֹא הָפַךְ הַנֶּגַע אֶת-עֵינוֹ *macula non mutavit speciem suam.* Jer. XIII, 23: *num Aethiops mutat cutem suam?* Brevius dicta sunt Iob. XXXIV, 25: הָפַךְ לַיְלָה *mutat noctem* sc. in diem. Ps. XLI, 4: כָּל-מִשְׁכָּבוֹ הָפַכְתָּ בְחָלְיוֹ nostr. *all' sein Krankliegen verwandelst du* sc. *in Gesundheit.* Plerumque sq. acc. et לְ mutavit aliquid *in* al. Ps. LXVI, 6: הָפַךְ יָם לְיַבָּשָׁה *mutat mare in siccum.* XXX, 12. LXXVIII, 44. CV, 29. CXIV, 8. Deut. XXIII, 6. Neh. XIII, 2. Jerem. XXXI, 13. Amos V, 7. 8. VI, 12. VIII, 10. Praegn. 1 Sam. X, 9: וַיַּהֲפָךְ יְהוָה לוֹ לֵב אַחֵר *et mutavit ei Jehova alium animum* i. e. mutavit pristinum animum et dedit alium novumque. Zeph. III, 9: אֶהְפֹּךְ אֶל עַמִּים שָׂפָה בְרוּרָה *mutabo gentibus labium purum*, dabo purum pro impuro. — Intrans. (ut no. 1) *mutatus est* in aliquid, sq. acc. (cf. Winerі Gramm. d. N. T. p. 192). Lev. XIII, 3: שֵׂעָר בַּנֶּגַע הָפַךְ לָבָן *pili in macula facti sunt albi.* Comm. 4. 10. 13. 20. Ps. CXIV, 8: הַהֹפְכִי צוּר אֲגַם מָיִם *qui rupem vertit in lacum.*

4) *pervertit* v. c. verba alic. Jer. XXIII, 36. De Jes. XXIX, 16 v. הֹפֶךְ.

Niph. נֶהְפַּךְ inf. absol. נַהֲפוֹךְ Esth. IX, 1 1) *versus est, vertit se.* Ez. IV, 8: *vincio te restibus, et non vertes te ab uno latere ad aliud.* Ps. LXXVIII, 57 (pro: terga vertit, fugit). Thren. I, 20: נֶהְפַּךְ לִבִּי בְּקִרְבִּי *vertit se cor meum in visceribus meis,* de vehementi doloris et miserationis affectu, cf. Hos. XI, 8 (ubi pro בְּקִרְבִּי est עָלַי, v. עַל no. 1, b). Prov. XVII, 20: נֶהְפָּךְ בִּלְשׁוֹנוֹ *versutae linguae est* (cf. arab. أفّاك i. q. كذّاب mendax Cor. XLV, 6, إفك mendacium Cor. XXIV, 11. 12). Sq. אֶל vertit se aliquo Jos. VIII, 20 (de exercitu), sq. בְּ contra aliq. Iob. XIX, 19, sq. עַל ad aliqu. 1 Sam. IV, 19: נֶהֶפְכוּ עָלֶיהָ צִירֶיהָ *convertebant se dolores ad eam* i. e. eam incessebant cf. Dan. X, 16. — *Verti ad* aliquem passim etiam est i. q. *transferri* in eum; sq. עַל Jes. LX, 5: כִּי יֵהָפֵךְ עָלַיִךְ הֲמוֹן יָם *si ad te transferuntur opes maris,* sq. לְ Thren. V, 2. — 2) pass. Kal no. 2. *everti, subverti,* de urbe Jon. III, 4, terra Iob. XXVIII, 5. — 3) *converti, mutari* Iob. XX, 14, sq. לְ in aliquid Ex. VII, 15. 17. Lev. XIII, 16. 17. 1 Sam. X, 6. Iob. XXX, 21. XLI, 20. Jes. XXXIV, 9. LXIII, 10. Joel III, 4. Thren. V, 15, plenius מִן — לְ Esth. IX, 22, et c. accus. Lev. XIII, 25. Jer. II, 20. Passim absol. est: *in peius mutari.* Dan. X, 8: הוֹדִי נֶהְפַּךְ *color faciei meae mutatus est* i. e. pallui, cf. gr. *τρέπεται χρώς* Hom. mutatur color, de eo qui pallescit, nostr. sich verwandeln Ps. XXXII, 4. Plenius dicitur Jer. XXX, 6: נֶהֶפְכוּ כָל-פָּנִים לְיֵרָקוֹן.

Hoph. הָהְפַּךְ sq. עַל *vertit se* contra aliquem, eum *adortus est* Iob. XXX, 15.

Hithpa. 1) *vertit, convertit se.* Gen. III, 24: חֶרֶב מִתְהַפֶּכֶת *gladius* continuo *se vertens* i. e. micans. Vulg. *versatilis.* De nube se vertente i. e. qs. ambulante in coelo Iob. XXXVII, 12. 2) *convertit* i. e. mutavit se. Iob. XXXVIII, 14. 3) *provolvit se* Iudd. VII, 13.

In linguis cognatis hanc radicem habent Syri, Chaldaei paulo ampliore etiam significatu, Pa. chald. respondit, syr. versavit. Aph. reddidit, reduxit, restituit, raro Arabes, quibus فيفك est i. q. ܚܡܩܐ *stulta,* perversa (cf. הֵפֶךְ), مُنهفك et مُهفك se vertens in incessu i. e. vacillans, nimirum qui propter debilitatem recta linea incedere non potest (cf. הֲפַכְפַּךְ). Vertendi convertendi cet. sensu hi frequentant أفك, quod habent etiam Chaldaei et Nasoraei.

הֶפֶךְ et **הֵפֶךְ** m. *inversum* i. e. contrarium Ez. XXXVI, 14. Rabb. לְהֵפֶךְ e contrario.

הֹפֶךְ *perversio* mentis, *stultitia.* C. Aff. Jes. XXIX, 16: הַפְכְּכֶם *o perversitatem vestram!* Dudum recte ita Jo. Simonis ed. 1—3. Aliis est inf. nominascens, a הָפַךְ, quod non licet per Dagesch lene in כ.

הֲפֵכָה f. *eversio, subversio* Gen. XIX, 29. V. rad. no. 2. *Perversionis* significatu legitur Deut. XXXII, 20 in Cod. Sam. דור הפכות, lege דּוֹר הֲפֵכוֹת pro hebr. דּוֹר תַּהְפֻּכֹת.

הֲפַכְפַּךְ adj. *curvus, contortus* Prov. XXI, 8, de via. Opp. יָשָׁר. Vide supra de usu Arabum.

מַהְפֵּכָה, nonnisi cstr. מַהְפֵּכַת f. *subversio, eversio,* כְּמַהְפֵּכַת סְדֹם Deut. XXIX, 22. Jer. XLIX, 18, et pass. מַהְפֵּכַת זָרִים *subversio ab hostibus facta* Jes. I, 7. More verbalium struitur c. casu verbi, nunc quidem accus. Jes. XIII, 19: כְּמַהְפֵּכַת אֱלֹהִים אֶת-סְדֹם *sicut eversio Sodomae a Deo facta.* Jer. L, 40. Am. IV, 11.

מַהְפֶּכֶת f. pr. *torsio, distorsio* i. q. *nervus, cippus* s. lignum duplex, cui collum, manus pedesque captivi ita inserebantur, ut curvus sedere cogeretur et neque collum tollere, neque manus pedesque movere posset, alibi סַד, gr. *ξύλον, κύφων* (a *κύπτω* curvo), quod ita declarat Schol. ad Arist. Plut. 476: *εἴρηται δὲ κύφων παρὰ τὸ τοὺς δεσμίους ἀναγκάζεσθαι κύφειν, δηλῶς ἅμα κολαζομένους, τῇ τε τοῦ τραχήλου πιέσει, καὶ τῷ μηδαμῶς ἀνανεύειν δύνασθαι· ἢ ἄλλως ξύλα ἐστιν ἐπιτεθέμενα εἰς τοὺς τένοντας τῶν καταδίκων ἵνα μὴ εὔρωσιν ἀνακύψαι.* Eodem modo Jos. Kimchi ap. filium in libro rad. *et pater*

meus scribit, esse duo ligna, in quorum medio sit locus pro collo inserendo, ita factus, ut captivi collum indant. Plura dabunt Bochartus in Hieroz. I, p. 694, intpp. ad Act. XVI, 24. et ad Hesych. et Suidam v. κύφων. Etiam in Anglia hoc poenae genus valde usitatum erat. Jer. XX, 2. 3. XXIX, 26. Hieron. *nervus*, et in Comment. vinculi lignei genus, cui pedes captivi inserebantur. Symm. βασανιστήριον ἢ στρεβλωτήριον. Chald. כִּיפְתָא (a כְּפַף = κύπτω) *cippus*. (LXX. καταῤῥάκτης i. e. cloaca subterranea). 2 Chr. XVI, 10: בֵּית הַמַּהְפֶּכֶת *domus nervi* i. e. carcer in quo nervus est. LXX. φυλακή. Syr. id. — Male nonnulli interpretes Hebraei מַהְפֶּכֶת carcerem ipsum esse voluerunt, contra etymon et structuram loci Jer. XX, 2. — Jo. Simonis ed. 1—3 מ׳ interpretabatur ergastulum insanorum (Tollhaus) coll. فيفك stulta, verendum autem, ut alia multa taceamus, ut Hebraei iam illo tempore carceres solis rabiosis destinatos habuerint.

תַּהְפֻּכוֹת f. pl. *perversitates, stultitia* Deut. XXXII, 20. 2) *fraudes, fallacia*. Prov. II, 11. 14. VI, 14. VIII, 13. X, 31. 32. XVI, 28. 30. XXIII, 33.

הָצַן rad. inusit. prob. i. q. حصن et خصن (ה et ח permutatis) *firmus et munitus fuit* (vic. hebraeo חָסַן), unde حصن munimentum, arma, aeth. ሐጺን: ferrum, spec. gladius (Iud. IV, 15), pl. ferramenta, v. Ludolf. Comment. ad hist. aeth. p. 205. Lex. aeth. p. 289. Inde

הֹצֶן m. Ez. XXIII, 24 (ubi tamen plures libri חֹצֶן) *arma*, ut bene Targg. et Kimchius. Talmudicis הוצן *fasciculum* (lini viridis) notat (v. Succa fol. 12 verso), unde suspicati sunt, posse illud ap. Ezech. fasces et corbes notare, quos struendis aggeribus adhibent in bello (gall. fascines, nostr. Faschinen): sed hoc longius petitum.

הַר mons, v. הָרַר.

הָרַג fut. יַהֲרֹג *interfecit*, creberrimi usus vc. LXX plerumque ἀποκτείνω, rarius ἀναιρέω, θανατόω, φονεύω. (In linguis cognatis nihil simile, nisi arab. هرج tumultuatus est, هرج seditio cum caede. Schult. ad Prov. I, 32 hoc thema valere notat *minutatim caedere, concidere*, sed sine ullo argumento. Vide autem sitne eiusdem originis atque nostr. *würgen*). Refertur a) ad homines, et usurpatur tam de homicidio inter privatos (de quo saepius etiam רָצַח) Gen. IV, 8 sq. Ex. II, 14, quam de caede hostium in bello Jes. X, 4. XIV, 20. Jos. X, 11. XIII, 23, et de caede quacunque 1 Reg. XIX, 10 sq. 2 Reg. XI, 18. Esth. IX, 6, sive gladio committitur Exod. XXII, 23. 2 Sam. XII, 9. Am. IV, 10, sive saxo coniecto Deut. XIII, 9. Iud. IX, 54. Inde tribuitur etiam pesti Jer. XVIII, 21, cf. Ps. LXXVIII, 34, viperae Iob. XX, 16, adeoque poët. moerori Iob. V, 2 (cf. lat. enecare). De morte violenta dicitur (opp. הֵמִית de morte, quae morbis cet. efficitur) Jes. XIV, 30. b) ad bestias Jes. XXVII, 1, inde pro *mactavit* Jes. XXII, 13. Metaph. c) refertur adeo ad plantas. Ps. LXXVIII, 47: יַהֲרֹג בַּבָּרָד גַּפְנָם *interfecit grandine vitem eorum*. Cf. מוּת Iob. XIV, 8, et quae observabimus infra h. v. Virg. Ge. IV, 330: *felices interfice messes*. Cstr. plerumque c. acc., raro sq. לְ 2 Sam. III, 30. Iob. V, 2. Ps. CXXXV, 11. CXXXVI, 19. 20, et sq. בְּ, quod est *caedem fecit inter* 2 Par. XXVIII, 9. Ps. LXXVIII, 31 (cf. בְּ no. 2), alibi cum בְּ instrumenti Jos. X, 11. 2 Sam. XII, 9. XXIII, 21.

Niph. pass. *occisus est*. Ez. XXVI, 6. 15. Thren. V, 21.

Pu. id. Jes. XXVII, 7. Ps. XLIV, 23.

הֶרֶג m. *occisio, caedes* Jes. XXVII, 7. XXX, 25. Ez. XXVI, 15. Esth. IX, 5. Prov. XXIV, 11, et

הֲרֵגָה f. id. צֹאן הַהֲרֵגָה grex mactandus Zach. XI, 4. 7 (cf. verbum Jes. XXII, 13). גֵּיא הַהֲרֵגָה vallis caedis Jer. VII, 34. XIX, 6. יוֹם הֲרֵגָה dies caedis Jer. XII, 3.

הָרָה 1) *concepit* mulier, *gravida facta est*. LXX. συλλαμβάνω, ἐν γαστρὶ λαμβάνω, ἐν γαστρὶ ἔχω. (Carent hac radice linguae sororiae. Origo haud dubie in exardescendo prae libidine, et הָרָה gutturali emollita ortum ex חָרָה exarsit, cf. יָחַם). Gen. XVI, 5: וַתֵּרֶא כִּי הָרָתָה. Jes. XXVI, 18: הָרִינוּ חַלְנוּ כְּמוֹ יָלַדְנוּ רוּחַ *concepimus, parturivimus* et *quum pareremus, ventus* erat. Gen. IV, 1: וַתַּהַר וַתֵּלֶד אֶת קַיִן *et concepit et peperit Caïnum*, et persaepe in eadem formula 17. XVI, 4. XXI, 2. XXV, 21. XXIX, 32. 33. 34. 35. XXX, 5. 7. 17. 19. 23. XXXVIII, 4. 18. Exod. II, 2. 1 Sam. I, 20. II, 21. 2 Sam. IV, 17 cet. Part. הוֹרָה *concipiens*, poët. de genitrice, matre Cant. III, 4. Hos. II, 7. Statuunt praeterea intpp. Hebraei, Plur. הוֹרִים quasi per zeugma (cf. arab. أبوان *uterque pater* de parentibus) de parentibus dici Gen. XLIX, 26, sed vide sub vc. הוֹר. — 2) metaph. *animo concepit*, hinc *meditatus est, molitus est* aliquid (cf. הרהר). Ps. VII, 15: הָרָה עָמָל וְיָלַד שָׁקֶר *concepit malum et peperit fraudem*. Iob. XV, 35. Jes. XXXIII, 11. LIX, 4, cf. 13.

Plane de nihilo est, quod nonnulli (vide intpp. ad Iob. III, 3, quibus adde Saad. ms. qui reddit: وُلِدَ رجل) huic verbo etiam pariendi significatum tribuerunt, provocantes ad 1 Par. IV, 17: וַתַּהַר אֶת־מִרְיָם: ibi enim partus mentio omissa est.

Pu. הֹרָה pass. *conceptus est*. Iob. III, 3: *et* (pereat) *nox*, quae *dixit* הֹרָה גָבֶר *conceptus est mas*. Bene Schultensius: „Inducitur nox illa (in qua Iobus con-

ceptus sit) quasi conscia mysterii et exultans ob spem prolis virilis."

Po. inf. absol. הֹרוֹ Jes. LIX, 13 i. q. Kal no. 2.

הָרֶה adj. nonnisi fem. הָרָה *gravida*. Ex. XXI, 22. 1 Sam. IV, 19. 2 Sam. XI, 5. Jes. XXVI, 17, sq. לְ viri, ex quo concepit Gen. XXXVIII, 18. 25. Vim participii habet, et propterea copulatur cum הִנֵּה: הִנָּךְ הָרָה וְיֹלַדְתְּ בֵּן *ecce tu gravida eris et paries filium* Iud. XIII, 5. 7, et *ecce gravida es et paries filium* Gen. XVI, 11 coll. Jes. VII, 14. — הָרָה לָלַת gravida partui vicina 1 Sam. IV, 19. הֲרַת עוֹלָם gravida in perpetuum Jer. XX, 17. — Plur. הָרוֹת Am. I, 13. Cum Suff. הָרוֹתֶיהָ ,הָרִיּוֹתֵיהֶם (formae dagessandae) 2 Reg. VIII, 12. XV, 16. Ex interpretibus Hebraeis R. Levi ad utrumque locum et in similibus (Am. I, 13. Hos. XIV, 1) הָרוֹת non (mulieres) *gravidas* interpretatur, sed מגדלים החזקים הבנוים בהרים *turres validas structas in montibus*, quasi sit pl. fem. a הַר. Non mulieres gravidas a militibus fissas, sed turres arcesve expugnatas ibi designari statuit. Consentit Gussetius p. 403. 404, neque obstat verbum בָּקַע (q. v.), sed manifesto obstat oratio contexta 2 Reg. VIII. et Hos. l. c. et nemo non videt, omne hoc interpretandi artificium ab apologetico Judaeorum tam immanis saevitiae opprobrium a maioribus avertendi studio profectum esse.

הָרִי (formae dagessandae) i. q. הָרָה, nonnisi fem. pl. c. Suff. הָרִיּוֹתָיו *gravidae eius* Hos. XIV, 1. Cf. פּוֹרִיָּה Ps. CXXVIII, 3, צוֹפִיָּה Prov. XXXI, 27.

הֵרָיוֹן m. *conceptio* Ruth IV, 3. Hos. IX, 11 et cod. Sam. Gen. III, 16.

הֵרוֹן m. *graviditas*, c. Aff. הֵרוֹנֵךְ Gen. III, 16: עִצְּבוֹנֵךְ וְהֵרוֹנֵךְ *labores tui* (molestiae) *et graviditas tua*, Hendiadys pro: molestiae graviditatis tuae.

הַרְהֹר v. הָרַר.

הָרַם rad. inusit. i. q. רָאַם ,רוּם ,אָרַם *altus fuit*. Arab. هرم magnificit, extulit, unde هَرَم pyramis, aedificium altum. Inde

הֹרָם (elatio, ad formam עוֹלָם, vel montanus, a הַר adiecto ם ‑) n. pr. regis canaanitici Jos. X, 33.

הָרָם (elatus) n. pr. viri 1 Par. IV, 8.

הַרְמוֹן i. q. אַרְמוֹן *arx*, *palatium*, de arce hostili. Am. IV, 3: וְהִשְׁלַכְתֶּנָה הַהַרְמוֹנָה *et proiiciemini* h. e. captivae contumeliose abducemini *in arcem hostilem*, הִשְׁלַכְתֶּנָה intransitive, nisi mavis cum LXX. Symm. Hieron. Syro et uno codice efferre הָשְׁלַכְתֶּנָה (v. de Rossi schol. crit.). הַרְמוֹן idem esse quod אַרְמוֹן statuunt praeter alios Kimchius, Gussetius, arab. هَرَم confert Golius in Lex. arab. p. 2538. De reliquis interpretum et Criticorum periculis haec habeas. a) Ex vett. Symm. Syr. Chald. *Armeniam* reddunt, vel *montes Armeniae*, quod vindicare studet Bochartus in Phaleg I, 3 p. 22. 23, cui הַרְמוֹנָה compositum videtur ex הַר et מִנִּי i. q. מִנִּי. Ab eo dictis addi possit, הוּרְמִינִי chald. pro Armenia dici. b) In Targg. (Iob. I, 12. II, 7) et Talmude הַרְמָנָא est mandatum regium (Firman), quod ipsum ignotae originis vc. h. l. Jarchius adhibet, hoc sensu: abiicietis auctoritatem i. e. fastum paene regium; invita sententia et accentu vocis ההרמונה, quod in penultima est, et He locale arguit. c) Vaterus *Hermonem* montem intelligi volebat, ut הַרְמוֹן idem sit quod חֶרְמוֹן vel cum nonnullis codd. legatur החרמונה. Paulo audacius d) nuper Hitzigius (Begr. der Kritik pag. 132) legendum coniecit: הִשְׁלַכְתֶּן הֲדַדְרִמּוֹנָה *ruetis Hadadrimmonem versus* i. e. Maximianopolin, oppidum planitiei Megidduntis (de quo v. suo loco). Favet ei quodammodo scriptura interpretis Alexandrini: ἀποῤῥιφήσεσθε εἰς το ὄρος τὸ Ῥομμὰν (השלכתן הר הרמון); sed oppidum tamen illud exiguum (modo tale exstitit, quod solo Hieronymo credimus) vix satis aptus fugae terminus fuerit.

הָרַס fut. יֶהֱרֹס Iob. XII, 14. Jes. XXII, 19 et יַהֲרֹס Ex. XV, 7. 2 Reg. III, 25 *diruit*, *destruxit*, *einreissen*, *niederreissen*. (Significatio primaria inest in syllaba רס, quae aeque ac רץ et gr. ῥήσσω, ῥήττω nostr. *reissen* lacerandi, rumpendi, diruendi potestatem habet, et onomatopoëtica est. Cf. רָצַץ ,רָצַח, it. פָּרַס, פָּרַץ *abreissen*, *abbrechen*, חָרַץ ,חָרַס, חָרַשׁ in etwas reissen, *ritzen*, *kratzen*, קָרַץ, adeoque יָרַשׁ pr. an sich reissen cet. Arab. هرس est contudit mortario, unde مِهْرَاس mortarium, it. vorax fuit, pr. *einhauen*, sed vic. هرت laceravit, dilaceravit). Proprie et plerumque est 1) *diruit* domum Prov. XIV, 1, parietem Ez. XIII, 14, altare Iud. VI, 25. 1 Reg. XVIII, 30. XIX, 10. 14, turres Ez. XXVI, 4, moenia XXVI, 12, urbes et munimenta Jes. XVII, 18. 2 Sam. XI, 25. 2 Reg. III, 25. 1 Chr. XX, 1. Saepe opponitur בָּנָה. Jer. XLV, 4: הִנֵּה אֲשֶׁר בָּנִיתִי אֲנִי הֹרֵס *ecce! quae exstruxi, ego diruam*. I, 10. XXIV, 6. XXXI, 28. Mal. I, 4. Iob. XII, 14. LXX plerumque καθαιρέω, κατασκάπτω, ter καταβάλλω. Translate Prov. XXIX, 4: *rex iustitiâ stabilit regnum*, וְאִישׁ תְּרוּמוֹת יֶהֶרְסֶנָּה *sed qui largitiones amat* i. e. rex iniustus *diruit* perdit *illud*. (Sententiam loci plane non ceperunt, qui verbo הרס h. l. *mores corrumpendi* potestatem tribuunt. Regnum comparatur aedificio, quod rege iusto stabilitur, rege iniusto subruitur et corruit). Dein est 2) *excussit* dentes (*ausreissen*). Ps. LVIII, 7: אֱלֹהִים הֲרָס־שִׁנֵּימוֹ בְּפִימוֹ *Deus! excute dentes in ore eorum*. De formula Arabum: *rumpat Deus os tuum*, v. quae observavit Reiske ad Abulf. Ann. 1, 166. 3) de hominibus: *decussit*, *deturbavit* aliquem de statione sua (herunterreissen von seiner Stelle) Jes. XXII, 19, *deturbavit*, *expulit* ex sedibus suis Jer. XLII, 10. Ps. XXVIII, 5 (opp. בָּנָה, quod vid. no. 1, b). Ex. XV, 7. 4) Elliptica est locutio: הָרַס אֶל *diruto* muro *irrupit* ad aliquem.

Ex. XIX, 21: יֶהֶרְסוּ אֶל־יְ׳ פֶּן ne irrumpant ad Jehovam. Comm. 24.

Niph. pass. no. 1 *dirutus*, *destructus est*, de domibus, moenibus, urbibus Ps. XI, 3. Prov. XI, 11. XXIV, 21. Jer. XXXI, 39. Joël I, 17. Ez. XXX, 4. XXXVI, 35. 36, etiam de montibus XXXVIII, 20.

Pi. i. q. Kal no. 1. Ex. XXIII, 24. Jes. XLIX, 17.

הֶרֶס ἅπαξ λεγόμ. idque dubiae auctoritatis Jes. XIX, 18, ubi plurimi libri mss. et editi, consentientibus Aqu. Theod. Syr.: עִיר הַהֶרֶס יֵאָמֵר לְאֶחָת ex vulgari usu linguae: *urbs eversionis vocabitur una* (harum quinque urbium) i. e. ex idiomate quodam Jesaiae *diruetur harum urbium una*, cf. ad אֲשֶׁר Niph. Qui hanc scripturam probabant, Judaei Palaestinenses, eam referebant ad Leontopolin eiusque templum ipsis invisum, cuius destructionem h. l. praedici censebant: atque huius ipsius urbis nomen his verbis significari volebat C. Ikenius (dissertatt. philol. crit. no. XVI), coll. فَرْس dilacerator, vorax i. e. leo. Sed multo probabilior est scriptura חֶרֶס q. v. Plura disputavimus in Comment. ad h. l.

הֲרִיסָה f. *quod dirutum est*, domus dirutae, tantum in pl. c. Aff. הֲרִיסֹתָיו Am. IX, 11.

הֲרִיסוּת f. *dirutio*, *destructio* Jes. XLIX, 19.

הַר c. art. הָהָר, בָּהָר, c. He locali הָרָה Gen. XIV, 10, sed הָהָרָה Gen. XII, 8. XIX, 17. 19 cet. pl. הָרִים cstr. הָרֵי, c. art. הֶהָרִים m. *mons*, nomen primitivum ad analogiam verb. med. gem. idque frequentissimum. (In reliquis linguis Semiticis non usit., congruit autem gr. ὄρος, slav. *gora*, coll. max. הוֹר ,הר). הַר גָּבֹהַּ mons altus Jes. XXX, 25. XL, 9. LVII, 7. הַר נִשְׁפֶּה mons calvus Jes. XIII, 2. Saepe addito nomine proprio, הַר שֹׁמְרוֹן, הַר תָּבוֹר, הַר גְּרִזִּים, הַר חֶרְמוֹן, הַר סִינַי ut et sq. art. in his: הַר הַלְּבָנוֹן, הַר הַכַּרְמֶל, ה׳ הַגִּלְעָד, ה׳ הַגִּלְבֹּעַ, contra ubique postponitur in הֹר הָהָר mons Hor (v. הֹר). הַר הַמַּשְׁחִית mons (arx) perditoris, Babylon Jer. LI, 25. — *Mons Dei* (הַר יְהוָֹה, הַר הָאֱלֹהִים) appellatur a) Sinai vel Horeb, utpote Jehovae sedes Ex. III, 1. IV, 27. XVIII, 5. XXIV, 23. Num. X, 33. 1 Reg. XIX, 8 (הַר הָאֱלֹהִים חֹרֵב). b) Zion, propter templum in Moria, parte Zionis, conditum Gen. XXII, 14. Ps. XXIV, 2. Jes. II, 3. Zach. VIII, 3. Ez. XXVIII, 16, plenius הַר בֵּית יְהוָֹה Jes. II, 2. et הַר הַבַּיִת Jer. XXVI, 18. Mich. III, 12, creberrime הַר קֹדֶשׁ אֱלֹהִים mons Dei sanctus Ez. XXVIII, 14, inde c. suff. הַר קָדְשִׁי, הַר קָדְשְׁךָ, הַר קָדְשׁוֹ Ps. II, 6. XV, 1. XLIII, 3. XLVIII, 2. Jes. XI, 9. LVI, 7. LVII, 13. LXV, 11. Jer. XXXI, 23. Joël IV, 17. Obad. 16. Passim etiam de Hierosolymis Jes. LXVI, 20. Dan. IX, 16 (ubi additur יְרוּשָׁלַיִם). c) semel est epitheton *montis Batanaeae* (הַר בָּשָׁן) i. e. Hermonis, utpote montis praealti Ps. LXVIII, 16. — Cum art. הָהָר pro contextu est mons proximus quisque, spec. Sinai Ex. XIX, 2 sqq. XXIV, 4. 12. 15. 17. 18. XXVI, 30. XXXII, 1. 15. 19. Deut. IV, 16. IX, 9, Libanus 1 Reg. V, 15, mons olivarum vel montes Hierolymis vicini Jes. XXII, 5 et poët. הַר sine art. de Zione Deut. XXXIII, 19. (Sam. הָרִי). Ps. LXXVIII, 54. Ex. XV, 17. — Plur. הָרִים Gen. VII, 19. 20. VIII, 5. XXII, 2 cet. מוֹסְדֵי הָרִים fundamenta montium Ps. XVIII, 8. עִיט הָרִים aves montium Jes. XVIII, 6. הָרֵי יִשְׂרָאֵל Ez. VI, 2. 3. XIX, 9. XXXIII, 28. XXXVI, 1. 4. 8. XXXVIII, 8. 21. XXXIX, 2. 4. 17. *Montes Dei* itidem de montibus terrae Israeliticae Jes. XIV, 25. XLIX, 11. LXV, 9. Zach. XIV, 9. De religione veterum, max. Hebraeorum, qua montes sanctos habebant numinumque sedes, vide quae disputavimus ad Jes. II, p. 316 sqq. et in praef. ad Gramberghi librum: die Religionsideen des A. T. p. XV sqq. In prophetis frequens mentio est sacrificiorum idolis in montibus oblatorum, v. Jes. LVII, 7. Jer. III, 6. XVIII, 16. Ez. VI, 13. XXII, 9. Hos. IV, 13.

2) Collect. *montes*, *montanum*, *regio montana*. Jos. XIV, 12. XVII, 16. 18. Additis nomm. pr. הַר שֵׂעִיר, הַר עֵשָׂו, הַר הָאֱמֹרִי, persaepe הַר יְהוּדָה tractus montanus in tribu Judae (v. יְהוּדָה), et הַר אֶפְרַיִם regio montana Ephraimi (v. אֶפְרַיִם). הָהָר κατ᾽ ἐξοχήν pro contextu est a) montana regio, mediam fere totius Palaestinae partem mare mediterraneum inter et Jordanem occupans Gen. XII, 8. Jos. IX, 1. XI, 2. 3. 21. XII, 8. XIII, 6, הָהָר הַטּוֹב Deut. III, 25; b) montanum Judae antiquitus Amoritis habitatum Num. XIII, 29 (ἡ ὀρεινή Luc. I, 39. 65). Deut. I, 2. 41. 43. Jos. II, 16. 22. X, 6. 40. XI, 16. 17. Iud. I, 9. 19. 1 Sam. XXIII, 14. Jer. XVII, 26, עָרֵי הָהָר Jer. XXXII, 44. XXXIII, 13. c) regio montana ab oriente maris mortui Gen. XIV, 10. XIX, 17. 19. 30 (ἡ ὀρεινή Judith V, 15).

Nomm. propria sunt: a) הַר חֶרֶס (mons solis) oppidum Samaritarum Iud. I, 35. b) הַר יְעָרִים, v. יַעַר.

הֹר et **הוֹר** 1) forma prisca et minus usitata pro הַר *mons*, ὄρος. Gen. XLIX, 26: הוֹרַי עַד (lege הֲרֵי עַד) *montes aeterni*, in altero hemistichio גִּבְעוֹת עוֹלָם *colles aeterni*. Masoretae quidem verba illa efferri voluerunt הוֹרַי עַד, eam interpretationem significaturi, quam amplexi sunt Vulg. Onk. Syr. Saad. omnesque Hebraei, ut הוֹרַי sit particip. verbi הָרָה *parentes mei*, עַד autem referatur ad ea quae sequuntur. Sed huic sententiae tum loci contrarii sunt huic similes Deut. XXXIII, 15. Hab. III, 6, tum etiam membrorum Parallelismus: adde quod *parentes* apte quidem poterant vocari יֹלְדִים Zach. XIII, 13 (nam יָלַד et parere significat et gignere), sed non הוֹרִים concipientes. Ex vett. veram sententiam praeiverunt LXX reddentes הורי עד ὀρέων μονίμων, et Cod. Sam. scribens הרי עד, ex recentioribus eam secuti sunt J. D. Michaelis in suppl. 572, Dathius, Ilgenius, Vaterus, Winerus, Maurerus, al. Vide de Pent. Sam. p. 33 et Schumannum ad Gen. l. c.

2) n. pr. duorum montium, quorum a) unus ad Idumaeae fines est, una statione et dimidia distans a mari mortuo versus meridiem. Ad eius radices sita est Petra

(סֶלַע). Eusebius: Ὤρ, ὄρος ἐν ᾧ τελευτᾷ Ἀαρών, πλησίον Πέτρας πόλεως. Num. XX, 22—27. XXI, 4. XXXIII, 37. 38. 41. XXXIV, 7. 8. Deut. XXXII, 50. Ab Aharone, qui in eo mortuus est, hodieque vocatur جبل نبی هارون (mons Aharonis prophetae), vel سيدنا هارون (Dominus noster Aharon). V. Legh in Macmichael Journey p. 220—222. 231. Burckhardt itin. p. 715. 716. b) alter in septentrionalibus terrae sanctae finibus situs est, inter mare mediterraneum et Hamatham, in boreali parte Libani. Num. XXXIV, 4. 7. Scriptores iudaici eum eundem esse putabant atque Amanam (אֲמָנָה) v. Lightfoot Opp. II, 219, quod male intelligens Hieronymus (ad Ezech. XLVII. T. III, pag. 1060 Martian.) Hebraeos terrae sanctae terminos ad Amanum et Taurum montes extendisse perhibet. Cf. Michaelis suppl. 568. Parum probabiliter Relandus (Pal. p. 119) הֹר הָהָר appellative accipit: τὸ assurgere montis (sc. Libani).

הָרָא (montanum, forma chaldaizans pro fem. הָרָה) n. pr. regionis in regno Assyriaco 1 Chr. V, 26, prob. *Mediae magnae* i. e. septentrionalis, hodie عراق العجم vel عراق اعاجمی *Irak Persicum*, quae terra montana est, propterea arabice etiam الجبال *montanum* dictum, pers. كوهستان, quod idem valet. De Hebraeorum Graecorumque consuetudine, nomina geographica peregrina in suam linguam convertendi v. יָרֵחַ, סִין Πηλούσιον al. Vide Bocharti Phaleg III, c. 14. Wahl Asien p. 541 sqq., Rosenmuelleri Alterthumskunde I, 294. 95. Geographorum arabicorum, ut Ibn Haukali, Jakuti, Kazwini, Abulfedae, Iracae Persicae descriptiones v. in P. J. Uylenbroeck diss. de Ibn Haukalo, cum descriptione Iracae Persicae, Lugd. Bat. 1822. 4. Ex illis Bochartus *Ariae* et *Ariorum* nomen, quod Media Medique antiquitus gessisse feruntur (Herod. 7, 72), a nostro הָרָא derivat, sed nescio an illud potius genuinum et domesticum Medorum nomen sit (v. Zendavesta II, p. 301 ed. germ.).

הֲרַר i. q. הַר *mons*. In singulari nonnisi c. Suff. הֲרָרִי Jer. XVII, 3 et הַרְרִי (qs. a הָרָר) Ps. XXX, 8, הֲרָרָם Gen. XIV, 6. Jer. l. c. הֲרָרִי בַּשָּׂדֶה — לָבַז אֶתֵּן *montem meum* (i. e. Zionem) *cum agro .... in praedam trado*, in membro parall. בָּמוֹתֶיךָ בְּחַטָּאת *excelsa tua cum peccato* i. e. cum idolis. (Muntinghius in diss. Lugdd. reddit: *maledictio meo in agro*, coll. فَرَّ = אָרַר, quod non probo). Ps. l. c. הֶעֱמַדְתָּה לְהַרְרִי עֹז *constitueras monti meo robur* i. e. firmiter muniveras montem meum, figurate pro: me, inaccessae munitionis instar, omnibus praesidiis tutum praestiteras, cf. de hac montis imagine Schult. ad Ham. p. 462. ad Iob. 386. Plur. cstr. הַרְרֵי poët. pro הָרֵי (ut עַמְמֵי pro עַמֵּי). הַרְרֵי אֵל Ps. XXXVI, 7, הַרְרֵי קֹדֶשׁ montes sancti (de Hierosolymis), Ps. LXXXVII, 1; cf. הַרְרֵי צִיּוֹן Ps. CXXXIII, 3, הַרְרֵי קֶדֶם Num. XXIII. 7. Deut. XXXIII, 15 (ubi cod. Sam. habet vulgare הרי) et הַרְרֵי עַד Hab. III, 5 montes aeterni, adde Ps. L, 10. LXXVI, 5. Cant. IV, 8. Forma absol. הררין apud Talmudicos in usu erat.

הֲרָרִי 2 Sam. XXIII, 33 et הָרָרִי Comm. 11 (montanus) n. pr., incola regionis montanae vel Judaeae vel Ephraimiticae.

הַרְאֵל v. אֲרִיאֵל p. 147 B.

הָרָם (montanus) v. בֵּית הָרָם p. 194 B.

הָרָן (id.) n. pr. a) fratris Abrahami Gen. XI, 26. 27. b) viri Levitae 1 Par. XXIII, 9. Sed בֵּית הָרָן v. p. 194 B.

* * *

הַרְהֵר chald. *cogitavit* (pr. mente concepit, vic. radici הָרָה) in Targg., unde הִרְהוּר cogitatio (ibid.). In V. T. exstat forma

הַרְהֹרִין m. pl. *cogitationes*, de visionibus somniantium (coll. רַעְיוֹן II, 29. 30. IV, 16). Dan. IV, 2. Syr. ܗܪܗܘܪܐ phantasma, imaginatio.

הררט cod. Sam. Gen. VIII, 4 pro אֲרָרָט q. v. p. 155 A.

הָשֵׁם (fort. i. q. חָשֵׁם pinguis) n. pr. m. 1 Par. XI, 34, in loco gemino יָשֵׁן 2 Sam. XXIII, 32.

הֲתָךְ n. pr. spadonis in aula Xerxis. Esth. IV, 5. Bohlenius confert ܗܬܐ veritas.

הָתַל c. derivatis הֲתֻלִּים, מַהֲתַלּוֹת v. sub rad. תָּלַל.

הָתַת rad. in Kal inusit. i. q. arab. هَتَّ *fregit, confregit, rupit* (vic. radd. חָתַת, חָדַד), inde sq. עַל *irrupit, irruit* in aliquem.

Po. Ps. LXII, 4: עַד אָנָה תְּהוֹתְתוּ עַל אִישׁ *quousque irruitis in virum?* Bene Alex. ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον. Vulg. *irruitis*. Liberius Aqu. ἐπιβουλεύετε, quem sequitur Hieron. insidiamini. Targ. מתרגשין *tumultuamini*. Syr. ܡܬܟܬܫܝܢ *pugnatis, rixamini*. Ex vett. interpretibus rad. הָתַת statuit etiam Abulwalides, sed idem etiam verbi arab. significationem arcessit, ita disputans: انا اشبهه بالفظ العربي اعني بقولة هتّ الرجل بنقطين على التي اذا اكثر الكلام فترجمة الكلام الى متى تهتهتون على الناس اى تطلقون السنتكم عليهم بالاذى *ego illud comparo vocabulo arabico, nimirum* هتّ الرجل (*The binis punctis munito*) *i. e. multiplicavit verba, et interpretatio verborum est: quousque laxatis linguas vestras contra homines in detrimentum s. vexationem?* Idem probat Kimchius his verbis: פירש ר' יונה תאריכו לשונכם על בני אדם ברע . ודמהו ללשון הערב הת אלרגול בשמרבה בדברים. (Editt. habent התאל רגול, sed vocabula ut fecimus dispescenda docet Abulwalides. S. Pagninus Kimchium reddens dedit:

insidiamini, pro תְּהוֹתְתוּ perperam legens תְּאָרִיבוּ). Sed nostrae interpretationi (quam dedit etiam Moserus), magis favet verbum תְּרַצְּחוּ in altero hemistichio. Minus probandi, qui radicem statuunt הוּת coll. arab. هات med. Waw et Je *clamavit*, hoc sensu: *quousque acclamabitis viro*, ut J. D. Michaelis, Rosenm. al., vel arab. هات intulit malum, grassatus est, ut volebat Jo. Simonis.

ו

Waw, sexta alphabeti littera, ubi numeri nota est, i. q. *sex*. Nomen וָו, passim etiam ויו scriptum, *clavum uncumve* notat (v. infra h. v.), cuius similitudinem vel hodierna huius elementi figura refert. Antiqua in monumentis phoeniciis obvia huic similis est, ita tamen ut uncus superne maior sit, v. Inscr. Melit. bilinguem lin. 2.

De duplice huius litterae munere et potestate consulendi sunt Grammatici. Quatenus consonantis officio fungitur, a) ab initio radicum rarissima est, siquidem Hebraei et Aramaei ex peculiari harum linguarum idiomate pro ו initiali substituunt י v. c. יָלַד pro וָלַד, ولد (v. Lgb. §. 105); nec frequentior b) in fine, velut שָׁלֵו (cf. Lgb. §. 109, b); plura exempla exstant c) radicum ע״ו mobilis, velut גָּוַע, עָוַל, עָוַר, צָוַח, it. כָּוָה, חָוָה, קָוָה, לָוָה, quarum ו passim permutatur cum א, ut תָּאָה et תָּוָה, נָאָה et נָוָה, et י, ut הָוָה, הָיָה; חָוָה, חָיָה, etiam cum aliis labialibus, ut ב (p. 171 A) et מ, velut chald. חֲמָה et חֲוָה. Permagnus autem est numerus verborum ע״ו quiescentium. Ea finitima esse aliis verborum bilitterorum generibus, ut verbis med. gem. v. c. גּוּד et גָּדַד, דּוּם et דָּמַם, verbis פ״י et פ״א, ut טוֹב et יָטַב, דּוּשׁ et אָדַשׁ, verbis ל״ה, ut בּוּז et בָּזָה, satis constat et alibi docetur (v. Lgb. p. 453—45. Thes. s. litt. א et י): minus notum, vocalem וּ in his radd. saepe ortam esse ex littera consona in sonum vocalem emollita. Ita וּ ortum a) ex litteris labialibus, iisque proxime cognatis α) ex Waw mobili, velut רָוַח et רוּחַ, שָׁוַע et שׁוּעַ (v. Lgb. p. 406. 407), adde בַּת־שֶׁבַע et בַּת שׁוּעַ, β) ex ב littera, velut שָׂבַךְ, סָבַךְ et שׂוּךְ plexit, sepivit, חָבַל et חוּל torsit, ligavit, שׁוּל syrma ex שֹׁבֶל coll. סֵבֶל; חֵיק, raro חוֹק sinus a חָבַק amplexus est, adeo γ) ex פ, labialium durissima, ut שָׁפַת et שׁוּת ponere, חָפַר et חוּר fodere, cavare, טָפַח et טוּחַ linere, streichen, gerade streichen. b) ex litteris א (v. pag. 3 A), ה (pag. 360 A) et ע, velut לוּעַ et לָעַז balbutivit. Persaepe c) ex liquidis, α) ex *Lamed*, velut chald. הוּךְ ex הֲלַךְ ivit, אוּץ i. q. אָלַץ ursit, עוּף i. q. עָלַף texit; β) ex *Nun*, velut עוּק et עָנַק premere, angustum esse, כָּנַף, עָנַף, עוּף tegere, פָּנַק; פּוּק, פּוּק vacillare, דָּנַג i. q. דּוּג, דָּאַג liquefieri, adde חוֹח pro חֹנַח ὄγκος, uncus, כּוֹס pro כֹּנֶס poculum, al. (cf. דּוּץ, כּוּשׁ). γ) ex *Resch*, veluti דָּרַשׁ et דּוּשׁ conculcare (cf. germ. dreschen, *dörschen*, *döschen*), פָּרַץ et פּוּץ, צָרַח, צָוַח et صاح, מוּת cf. sanscr. *mrityu*, zend. *meretyu* mors, pers. مردن mori, lat. mors, *mort*-is, nostr. *Mord*. Similiter in linguis europaeis *dulcis*, gall. *doux*, *caballus*, *cheval* pl. *chevaux*, *falsus* gall. *faux*, it. angl. *warm*, *dark*, *talk*, *walk*, quae efferuntur *wām*, *dāk*, *tāk*, *wāk*.

וְ, sq. Schwa mobili vel litteris בּמף וּ, ante monosyllaba et barytona, maxime accentu distinctivo munita וָ (v. plura Lgb. §. 155) part. copulativa hebr. et chald. *et*, *καὶ*, vulgo *Waw copulativum*, arab. وَ (in lingua vulgari *u* = וּ) et فَ (de quorum discrimine v. de Sacy gr. ar. I, §. 1201 sqq., Ewaldi gr. arab. §. 726 sqq.), syr. ܘ, aeth. ወ *wa*, cuius usus latissime patet. Hebraei enim, saepe quidem sententias connectendas probe sentientes, sed quomodo connectendae sint non satis discernentes, pro prisci sermonis simplicitate et tenuitate in hac una copula acquiescebant, ubi cultiores linguae particulis adversativis, causalibus, finalibus al. (quibus etiam hebraea lingua minime caret, sed parcius tamen utitur, v. Gramm. hebr. §. 152, 1) uti solent atque adeo debent, et perfrequenti eius usu praecipue solutior quaedam orationis hebraeae indoles tribuenda est. Proprie et creberrime est

1) mere *copulativum*, atque inservit copulandis et verbis (הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ Gen. I, 1, תֹהוּ וָבֹהוּ I, 2) et sententiis, maxime *orationi continuandae* Gen. I, 2: וְהָאָרֶץ הָיְתָה תֹהוּ וָבֹהוּ. De usu eius in *connectendis singulis verbis* notandum:

a) ubi tria, quattuor vel plura nomina verbave connectuntur, aut singulis copula interponitur Gen. VI, 21. Ex. XXV, 4. Deut. XII, 18. XIV, 5. 26. XV, 14, 1 Sam. XIII, 20. Jes. LI, 19, aut posterioribus tantum praeponitur, velut tertio, si tria sunt Gen. XIII, 2. Ex. XXVIII, 19. Deut. IV, 13, si quattuor sunt, tertio et quarto Deut. XVIII, 10, si quinque, tertio, quarto et quinto 2 Reg. XXIII, 5: לַבַּעַל לַשֶּׁמֶשׁ וְלַיָּרֵחַ וְלַמַּזָּלוֹת וּלְכֹל צְבָא הַשָּׁמָיִם, aut, quod a nostra consuetudine remotius, prioribus tantum inseritur, ut Ps. XLV, 9: מֹר וַאֲהָלוֹת קְצִיעוֹת *myrrha et aloë* et *cassia*. Comm. 5. Deut. XXIX, 22. Iob. XLII, 9. Jes. I, 13. De copula plane omissa, deque vocibus et formulis asyndetis v. Lgb. 842. Ewaldi gr. §. 564 no. 5.

b) Passim duo nomina copulantur per Waw, quorum prius genus designat, alterum species, vel certe posterius iam in priore continetur, ubi lat. dixeris: *et speciatim*, *et nominatim quidem*, *et praecipue*. Ita saepe יְהוּדָה וִירוּשָׁלַםִ

Juda et nominatim *Hierosolyma* Jes. I, 1. II, 1. XXXVI, 7. Jer. XVII, 25. XIX, 7. XXIX, 2. Dan. IX, 7. Zach. I, 9. 2 Reg. XVIII, 22. XXIII, 1. 2 Par. XXIV, 23. XXXIV, 3. 5. 29. XXXV, 24. XXXVI, 4. 10. Esr. X, 7, et eodem modo Ps. XVIII, 1: *ex potestate omnium hostium eius* (Davidis) *et* speciatim *ex potestate Sauli*. Jes. IX, 7: *Ephraim et* in his *incolae Samariae*. Jos. II, 1: *spectate terram et Hierichuntem*. Dan. I, 3. Rarius praeponitur nomen specialius, velut *Hierosolyma et* (reliqua) *Juda* 2 Reg. XXIII, 2. Zach. XIV, 21, *Zion et Hierosolyma* Jes. XXIV, 23. Ier. XXI, 7: *in manum Nebucadnezaris et in manum hostium* (reliquorum). Ita lat. *Poeni et Hannibal* Just. 29, 3 et *Hannibal et Poeni* Liv. 21, 40, *Virginius et* (reliqui) *tribuni* 3, 25, cf. Fritzsche ad Matth. p. 562. 786. Handii Tursell. II p. 481. 81.

c) Copula interiecta est vocabulis alibi per appositionem iunctis, ubi lat. *isque, et quidem*. 1 Sam. XXVIII, 3: בָרָמָה וּבְעִירוֹ *in Rama, eaque urbe patria eius*. XVII, 4 (ubi tamen incertum, utrum כְּלֵי רֹעִים et יַלְקוּט idem valeat). Chald. Dan. IV, 10: עִיר וְקַדִּישׁ *custos* (angelus) *et sanctus*, isque sanctus. Sed plerumque tamen haec copulae vis est, ut vocabulo, cui praemittitur, sive adiectivum est sive adverbium sive alia formula, aliquid ponderis accedat. 2 Sam. XIII, 20: וַתֵּשֶׁב תָּמָר וְשֹׁמֵמָה *et sedit Thamar eaque solitaria*. Ps. LXVIII, 10: נַחֲלָתְךָ וְנִלְאָה *peculium tuum* i. e. populus tuus *idque fatiscens* s. *viribus destitutum* (v. de h. l. Boettcheri spec. p. 86). Thren. III, 26: *bonum* est *ut exspectet* וְדוּמָם *idque tacite*. Jes. LVII, 11: *nonne ego silui* וּמֵעֹלָם *idque ab aeterno*. Am. III, 11: צַר וּסְבִיב הָאָרֶץ *hostis* aderit *et toto* quidem *circuitu terrae*. IV, 10: *ascendere feci foetorem exercituum vestrorum* וּבְאַפְּכֶם *eumque in nares vestras*. Jer. XV, 13: *tuas opes praedae exponam* וּבְכָל־חַטֹּאותֶיךָ *idque propter omnia peccata tua*. Eccl. VIII, 2. Dan. IX, 25. 1 Par. IX, 27. (Ita arab. و Ham. Schult. 320, lat. *et* Cic. Mil. 25: te enim iam appello et ea voce, ut me exaudire possis. Tac. Ann. 1, 1: inde consilium mihi, pauca de Augusto et extrema tradere, Tusc. 3, 20: et laudat, et saepe, virtutem, it. gr. καί, v. quae laudat Handii Tursell. II, 411).

d) Copula passim etiam ita connectit duo vocabula, sive nomina sunt sive verba, ut in unam notionem coalescant. α) In nominibus haec eius figurae (ἓν διὰ δυοῖν vocant Gramatici) vis est, ut posterius nomen priori definiendo inserviat eodem modo, quo vulgo genitivus solet. Gen. I, 14: *erunt* לְאֹתֹת וּלְמוֹעֲדִים *in signa et tempora* i. e. in signa temporum. III, 16: *augebo molestiam tuam et graviditatem tuam* i. e. molestiam graviditatis tuae. חֶסֶד וֶאֱמֶת *favor* et fides s. constantia (Gunst und darin Festigkeit) i. e. favor constans (v. אֱמֶת). Sed potest etiam praeponi nomen definiens, ut 2 Chr. XVI, 14: בְּשָׂמִים וּזְנִים *aromata et species* (*Gewürze und* zwar verschiedene *Arten* derselben) i. e. species aromatum. Iob. X, 17: חֲלִיפוֹת וְצָבָא *successiones et agmina* i. e. agmina continuo sibi succedentia, se excipientia. Caeterum vide quae de abusu in statuenda hac figura disputat Winerus in diss. de hypallage et Hendiady. Erlang. 1826. 4. Similiter

β) duo verba copula connectuntur, quorum posterius priori subiungitur, et saepius quidem in inf., gerundio, vel verbo finito omissa copula ponitur (Gramm. §. 139), velut Esth. VIII, 6: אֵיכָכָה אוּכַל וְרָאִיתִי *quomodo potero et spectabo?* quomodo potero spectare? Cant. II, 3: חִמַּדְתִּי וְיָשַׁבְתִּי *cupio sedere*, cf. הוֹאִיל ו Jos. VII, 7, saepe ita ut prius verbum in nostris linguis adverbio reddatur, v. c. וַיֹּסֶף וַיִּקַּח *addidit et sumsit* i. e. sumsit iterum Gen. XXV, 1, וַיָּשָׁב וַיַּחְפֹּר *rediit et fodit*, fodit iterum XXVI, 18, תָּשׁוּב וְנִבְנְתָה denuo aedificabitur Dan. IX, 25, פָּנִיתִי וְרָאִיתִי converti me et vidi i. e. vidi porro, deinde Eccl. IV, 1. 7. (Ita germ. dicimus: er fing an und las, pro zu lesen, ich bin im Stande und thue es, persaepe autem ita Syri, ܐܡܪܚ ܘ ausus est et fecit: pro ausus est facere, ܫܪܝ ܘ coepit facere, ܐܬܚܙܝ ܘ visus est esse, Agrellii suppl. §. 22). Sed potest etiam, ut fert utriusque verbi ratio, postponi verbum, in quo adverbii vis inest v. c. Jes. LXVI, 11: *ut sugatis et satiemini* i. e. ad satietatem (cf. arab. رَكَعَ وأَطَالَ inclinavit et diu fecit i. q. اطال الركوع diu fecit inclinationem, diu inclinavit. Ewaldi gr. arab. §. 729). Satietas enim ex sugendo demum proficiscitur (cf. Jes. LIII, 11. XXVI, 11), quemadmodum in exemplis supra laudatis reditus ad actionem ipsam actionem praecedit.

e) Copula utuntur etiam Hebraei, ubi personae primariae subnectuntur personae resve minus graves, et lat. utuntur praep. *cum*, ipsi Hebraei alibi accuratius עִם et particulis. ב Esth. IV, 16: אֲנִי וְנַעֲרֹתַי אָצוּם *ego cum ancillis meis ieiunabo* i. q. עִם נַעֲרוֹתַי. Ier. XXII, 7: קִדַּשְׁתִּי עָלֶיךָ מַשְׁחִתִים אִישׁ וְכֵלָיו *consecro contra te perditores, quemque cum armis suis*, ubi dici poterat בְּכֵלָיו. Gen. III, 24: *Cherubos et laminam gladii micantis* i. e. cum gladio nudo et micante. Ad horum similiumque locorum analogiam vett. interpretes accepisse videntur locum difficilem 1 Sam. XIV, 18: *erat arca illo tempore* וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל Vulg. *cum filiis Israël*. Syr. et Chald. ܥܡ, עִם. Sed vix et ne vix quidem ו *cum* in tali contextu ferendum erit, et malo vel cum Alex. reponere לִפְנֵי יִשְׂרָאֵל ἐνώπιον Ἰσραήλ, vel cum Hubigantio et Maurero בִּבְנֵי יִשְׂרָאֵל *cum* filiis Israël, quanquam etiam ב hoc sermonis nexu insolentius (v. ב no. 18). (De و concomitantia epro مع v. de Sacy anth. gr. p. 333).

f) Ut lat. *etiam, simul* ponitur in hac formula Pentateuchi et Josuae ab interpretibus vel neglecta vel obiter tractata. Num. XXXIV, 6: וּגְבוּל יָם וְהָיָה לָכֶם הַיָּם הַגָּדוֹל וּגְבוּל *et quod ad terminum occidentalem attinet, erit vobis mare magnum simul terminus*, vel *etiam pro termino*, so diene euch das grosse Meer *zugleich* zur Gränze. Graece dixeris: ἔσται ὑμῖν .... καὶ ὅριον, arab. معًا. Deut. III, 16: עַד נַחַל אַרְנֹן תּוֹךְ הַנַּחַל וּגְבוּל *usque ad rivum Arnonis*, usque ad *medium rivi*, qui *simul terminus* est. Comm. 17. Jos. XIII, 23: וַיְהִי גְּבוּל בְּנֵי רְאוּבֵן הַיַּרְדֵּן וּגְבוּל *et erat terminus Rubenitarum Jordanes*, qui

simul terminus erat. Comm. 27: הַיַּרְדֵּן וּגְבֻל *Jordanes, qui simul limes erat.* Et ita XV, 12. 47. Copulae positae ratio in his exemplis manifesto eadem est. Mare magnum, Jordanes, Arnonis rivus non termini limitesve erant proprie dicti, qualibus duae provinciae tribusve separantur, sed nonnisi terminorum vices sustinebant, erant igitur *simul termini, etiam pro terminis* (sie waren *zugleich mit* Grenzen). Ex vett. optime Alex. apud Jos. qui omisso ו reddit: Ἰορδάνης ὅριον, et ita ibid. Vulg. Syrus, Arabs, sed non bene Targ. in Pent. et Jos., Syr. Saad. in Pent. *et terminus eius* sc. maris, Jordanis, quod apto sensu caret, ut mireris, id placuisse etiam Rosenmuellero et Maurero ad Jos. l. c. Plerisque verba mendosa visa sunt. Clericus ad Jos. XIII, 23: *finis Rubenitarum* fuit ab occasu *Jordanes et fines* aliunde memorati, quae tamen sibi ipsi minus satisfaciunt, ut menda in textu inesse suspicetur. Quam medelam adhibuerint Critici Samaritani, vidimus in Comment. de Pent. Sam. p. 42. Adde Hubigantium ad Num. et Deut. l. c. Sed nil dubium, quin omnia sana sint

g) geminatio eiusdem nominis interposita copula notat non continuitatem vel diversitatem, ut observat Winerus p. 267, sed pro natura eius formulae α) pr. *duplicitatem* (ein Zweyerley, Mehrerley). Ps. XII, 3: בְּלֵב וָלֵב duplici corde i. e. animo ambiguo, ancipite, cf. בְּלֹא לֵב וָלֵב animo non ambiguo i. e. fido, probo. 1 Par. XII, 38: אֶבֶן וָאָבֶן *pondera duplicia*, quorum unum probum, alterum iusto levius et fallax Deut. XXV, 13. β) *singulas* eius generis res. Esr. X, 14: זִקְנֵי עִיר וָעִיר *seniores singularum urbium.* 2 Par. XI, 12: בְּכָל־עִיר וָעִיר *in urbibus omnibus et singulis.* XXVIII, 28. XXXI, 19. Esth. VIII, 11. IX, 28. Jer. XLVIII, 8; Esth. I, 8: כִּרְצוֹן אִישׁ וָאִישׁ *pro lubitu singulorum.* Ps. LXXXVII, 5; דּוֹר וָדוֹר singulae aetates (v. דּוֹר); יוֹם וָיוֹם Esth. III, 4 et בְּכָל יוֹם וָיוֹם II, 11 diebus singulis, cf. arab. أَحْوَالًا وَأَحْوَالًا singulis vicibus Schult. Imp. Joct. p. 154. Apud Syros usitatior est oratio dissoluta s. asyndeta v. Agrellii suppl. §. 67. Caeterum apud Hebraeos hae formulae serioris aetatis scriptoribus magis propriae.

h) Geminatum וְ — וְ est: *et, et.* Ps. LXXVI, 7: נִרְדָּם וְרֶכֶב וָסוּס *attoniti et currus et equi.* Dan. VIII, 13: וְקֹדֶשׁ וְצָבָא *et sacrarium et exercitus.* Num. IX, 14. Jos. VII, 24. Jes. XVI, 5: שֹׁפֵט וְדֹרֵשׁ מִשְׁפָּט וּמְהִר צֶדֶק *iudex et iuris studiosus et iustitiae peritus.* Jer. XXXII, 20. Eodem pertinent exempla, ubi lat. reddunt: *sive — sive*, v. c. Exod. XXI, 16: *qui furatur hominem* וּמְכָרוֹ וְנִמְצָא בְיָדוֹ *sive vendidit eum, sive reperitur in manu eius, is moriatur.* Pr. *et* si *eum vendidit, et si reperitur in manu eius*, vel *tam* si *eum vendidit, quam si reperitur* cet. Lev. V, 3: וְנֶעְלַם מִמֶּנּוּ וְהוּא יָדַע *sive latet eum, sive novit*, pr. *et* si, *et* si. Deut. XXIV, 7. Nam quod addunt

i) וְ etiam *disiunctive* poni, pro *aut* (v. Noldius p. 285. Bochartus in Hieroz. I, p. 755. Gussetius in Lex. p. 408 et nuper Ewaldus gramm. cr. 652. Winerus in Lex. 267) id magnopere coërcendum et vix uno probabili exemplo nititur. Ut taceam, quae Noldii congessit mira ἀκυρία, in exemplis a Winero laudatis Deut. III, 24. Jer. XLIV, 28 וְ est simpliciter *et;* 2 Sam. XXIV, 13, ubi correlata sunt הֲ — וְאִם, disiunctio inest in אִם, non in copula; Prov. XX, 20 eodem modo iudicandum atque Exod. XXI, 17; 1 Sam. XVII, 34 verba בָּא הָאֲרִי וְאֶת־הַדּוֹב iam Vulg. quidem reddidit: *venit leo vel ursus*, LXX Complut. λέων ἢ ἄρκτος (quod equidem secutus sum p. 168 B) probante et vindicante Bocharto l. c., sed parum feliciter, et dudum verum vidit Kimchius qui interpretatur, *leo et cum urso, isque cum urso*, cui minime obstat verbum sing. נָשָׂא, v. supra litt. c., max. Esth. IV, 16. — Exod. XXI, 15. 17 verba *percutiens patrem suum et matrem suam morietur* et *maledicens patri suo et matri suae morietur*, ita intelligenda sunt, ut verbum singulatim unicuique legis membro applicetur, *qui percutit patrem et qui percutit matrem.* Ibid. XII, 5 reddi quidem potest: מִן הַכְּבָשִׂים וּמִן הָעִזִּים תִּקָּחוּ *ex ovibus vel ex capris sumatis* (agnum paschalem), sed pr. est: *et* ex ovibus *et* ex capris eum sumere licet.

k) De usu eius, quo duos imperativos copulat, quorum posterior promissionem minasve continet, v. Gramm. §. 127, 2. V. c. Gen. XLII, 18: *hoc facite et vivite* i. e. et tum vivetis. Cf. Joh. VII, 52: ἐρεύνησον καὶ ἴδε, et tritum illud: divide et impera.

2) de usu eius comparativo v. infra ff.

In sententiis connectendis longe creberrime inservit verbis inter se copulandis et orationi continuandae, quo pertinet etiam usus Waw conversivi s. relativi (v. infra). De specialiore usu haec notamus:

aa) Passim, sed raro et varias ob causas, Copula etiam ab initio orationis collocatur, α) ab initio nonnullorum librorum Ex. I, 1. 1 Reg. I, 1. Esr. I, 1, in quibus antecedentium librorum historiae continuantur. β) bis (2 Reg. V, 6. X, 2) וְעַתָּה ab initio epistolae ponitur, omissa ut volunt salutatione cum exordio (cf. arab. اما بعد) v. Vatablum ad h. l., et Ewaldum gr. p. 655. Sed de וְעַתָּה ab initio posito adi etiam infra no. 4, et de *et* copula ab initio epistolarum (Cic. ad fam. 10, 1. 13, 62) et carminum (Ovid. Am. 3, 8. Prop. 1, 17) Handii Tursell. II. 494, cf. 492. 493. γ) Ex. II, 23: *et dixit* (Jethro) *filiabus* (quae adventum Mosis nunciaverant) וְאַיּוֹ *et ubi ille?* Ita saepe *et* Latinorum, v. Handium l. c. p. 493 no. 14. — Alia vide infra no. 4.

bb) passim וְ notat, celeriter et *statim* subsecutam esse actionem, cui copula praemissa est. Jes. VI, 7: הִנֵּה נָגַע זֶה עַל־שְׂפָתֶיךָ וְסָר עֲוֺנֶךָ *hoc tangit labia tua et statim recedet iniquitas tua* i. e. simulatque hoc tetigerit labia, abolitum erit peccatum tuum. Ps. XXXIII, 9: אָמַר וַיֶּהִי no. 3. Similia ex N. T. suppeditabit Wahlii cl. I, 774 litt. bb, α, v. c. Marc. I, 27: ἐπιτάσσει καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ. Ita etiam repetita copula Num. XXI, 8: וְהָיָה כָּל־הַנָּשׁוּךְ וְרָאָה אֹתוֹ וָחָי *et quicunque morsus est, et intuebitur eum* (serpentem) *et sanabitur*, simulatque intuebitur eum, statim sanabitur. 2 Reg. XI, 1 (ubi in Keri prius ו omittitur). Ita lat. *vix — et* Virg. Aen. 5, 857. Cf. Venema

ad Jer. II, 7, qui tamen plura laudat quae aliorsum pertinent.

cc) Copula incipit apodosin, maxime ubi haec paulo disertius notanda videtur, ut germ. da (cf. arab. فَ, v. de Sacy gr. arabe II, §. 701. 702. 704 ed. 2, praecipue praecedente أَمَّا et syr. ܘ in apodosi post ܟܕ quum, ܡܛܠ ܕ quoniam, ܒܬܪ ܕ postquam, Agrellii suppl. p. 294). Ita praecedente אִם (ut persaepe arab. إِنْ sq. فَ de Sacy I, §. 1204) Gen. XIII, 9: אִם הַשְּׂמֹאל וְאֵימִנָה אִם הַיָּמִין וְאַשְׂמְאִילָה *si sinistram petere vis, ego dextram petam, si dextram, ego sinistram.* Ps. LXXVIII, 34: אִם הֲרָגָם וּדְרָשׁוּהוּ *ubi interficiebat eos, quaerebant eum.* Lev. V, 1. XXV, 8. Deut. XXI, 14. XXV, 7. Iud. IV, 8. Ruth. III, 13. Jer. V, 1. XIV, 18. Thren. III, 32. Nah. III, 12. Iob. X, 14; praecedente יַעַן 1 Sam. XV, 23, עֵקֶב Deut. VII, 12, כִּי Gen. XXIX, 15. Jes. XXVIII, 18. 2 Par. XXIV, 20, בְּ cum inf. Gen. III, 5. Ex. XXXIII, 18: בְּשׁוּב צַדִּיק — וְ. Cf. in N. T. ὡς — καὶ ἰδού Luc. VII, 12. Act. X, 17. Copulam etiam in his exemplis proprie esse particulam temporis et orationem continuantis, vel ex eo apparet, quod in eandem sententiam, sed paulo fortius etiam, utuntur אָז particula (p. 58 inf.), ut lat. *tunc*, Cic. fam. 10, 6: haec si ages et senties, *tum* eris cet. Off. 3, 8.

Crebro et non sine vi ponitur etiam post verba et sententias absolute positas, maxime tempus designantes Ex. XVI, 6: עֶרֶב וִידַעְתֶּם *vesperâ, tum scietis*, am Abend, *da* sollt ihr erfahren. Lev. VII, 16: וּמִמָּחֳרָת וְהַנּוֹתָר מִמֶּנּוּ יֵאָכֵל *et postridie, tum reliquiae eius comedantur.* Prov. XXIV, 27: אַחַר וּבָנִיתָ בֵיתֶךָ *postea, tum aedificabis domum tuam*, hernach, da baue dein Haus. Gen. XL, 9: בַּחֲלוֹמִי וְהִנֵּה גֶפֶן לְפָנָי. XLVIII, 7. Jer. VII, 25. — Eodem pertinent exempla, in quibus copula in media sententia subiectum inter et praedicatum ponitur, ita quidem ut orationem imperfectam assumat. Variis hoc fit modis, α) ita ut subiectum praemittatur quidem, sed praedicato praeponatur copula. Prov. XXIII, 24: יוֹלֵד חָכָם וְיִשְׂמַח בּוֹ *qui sapientem generavit, is gaudere potest*, quod gravius dictum quam omisso Waw: pater sapientis gaudere potest. XXXI, 28: בַּעְלָהּ וַיְהַלְלָהּ *maritus eius, is laudat eam*, ihr Mann, der preiset sie. 1 Sam. XXV, 27: *hoc donum ...., detur hoc* (וְנִתְּנָה) *pueris, qui sequuntur dominum meum.* Gen. XXII, 14. Ex. XII, 15. Iob. XXVIII, 5. XXXVI, 26: שְׁנָיו וְלֹא חֵקֶר *anni eius, hi numerari non possunt, seine Jahre, da ist kein Zählen.* β) ita ut sententia ordiatur a praedicato, quod fit, ubi huic vim addere placet. 2 Sam. XV, 34: עֶבֶד אָבִיךָ וַאֲנִי מֵאָז *servus patris tui*, hoc *ego olim* eram. Iob. IV, 6: תִּקְוָתְךָ וְתֹם דְּרָכֶיךָ *spes tua*, haec est *integritas vitae tuae* i. e. in vita tua integra spes tua reposita esse potest. (Ita arab. أَمَّا الصِّدِّيقُ فَكُنْتُهُ iustus, is sum). γ) praemisso obiecto, ad eius pondus augendum. 2 Sam. XXII, 41: אֹיְבַי וָאַצְמִיתֵם *hostes meos, eos delebam*, cf. Ps. XVIII, 41 ubi copula deest. Num. XXIII, 3: וּדְבַר מַה יַּרְאֵנִי וְהִגַּדְתִּי לָךְ. (Arab. رَبَّكَ وَكَبِّرْ dominum tuum, eum honora, فَإِيَّايَ فَارْهَبُونِ me, timete me, v. Ewald gr. arab. II, p. 270). Etiam δ) post subst. cum adiectivo absolute positum, hunc in modum 1 Sam. II, 13: כָּל־אִישׁ זֹבֵחַ זֶבַח וּבָא נַעַר הַכֹּהֵן *aliquo sacrificante* i. e. si quis sacrificabat, *veniebat puer sacerdotis*, cf. Gen. IV, 15 (ubi deest copula).

dd) Copula *exaggerandi* vim habet, ut gr. καὶ, lat. *et adeo*, et contra etiam *diminuendi* (nostr. *auch nur*): nec mirum, utrumque enim proficiscitur ex eadem illa particulae potestate, qua aliquantum ponderis addit his, quibus praemissa est. α) Iob. V, 19: *e sex angustiis servabit te, et adeo in septem non laedet te malum.* Sic in simili sententia Prov. VI, 16. XXX, 15. 18 sqq. 21 sqq. 29 sqq. Am. I, 3. 6. 9. 11. Cf. Lgb. p. 702. — Inde auget vim particularum, ut וְגַם et etiam (p. 294 A), וְאַף כִּי et accedit quod (und noch dazu), וְאוּלָם et contra, וְלָכֵן et nihilominus cet. Diminuentis est β) Iob. XXI, 6: וְאִם זָכַרְתִּי וְנִבְהָלְתִּי *si vel recordor, contremisco*, wenn ich *auch nur* daran denke, schaudere ich. Cf. Od. 1, 58. ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι (auch nur den Rauch). Passov. lex. no. 8. Ita וְלֹא et ne quidem. Deut. XXVIII, 29: *vinum ne bibas* וְלֹא תֶאֱגֹר *et ne colligas quidem.*

ee) Copula nectuntur duo verba actiones designantia, quae eodem tempore facta esse dicuntur, ubi lat. utimur part. *quum*. Gen. VII, 6: *Noachus sexcentos natus erat annos et diluvium accidit*, quum diluvium accideret. Jes. LI, 15: רֹגַע הַיָּם וַיֶּהֱמוּ גַּלָּיו *compescens mare, ubi tumultuantur fluctus eius.* Iud. II, 21: *quae Josua reliquit et mortuus est*, pro: quum moreretur.

ff) Interponitur sententiis inter se comparandis, ad similitudinem significandam, quemadmodum particula עִם spec. etiam sortis communio et aequalitas significatur (v. עִם no. 1, e. f. g). וו השוואה Waw adaequationis vocant Grammatici, lat. reddas: *et ita*. Iob. V, 7: *ad aerumnas natus est homo, et* ita *filii fulguris* (i. e. aves rapaces) *alte volant*, pro: sicut aves rapaces alte volant. XIV, 19: *lapides cavant aquae, et fluctus eius auferunt pulverem terrae* וְתִקְוַת אֱנוֹשׁ הֶאֱבַדְתָּ *et ita spem hominis aufers.* XII, 11. XXXIV, 3. Prov. XXVI, 9. (Cf. sine copula Jer. XVII, 11). Omittitur etiam praedicatum et res sibi similes copula simpliciter connectuntur. Prov. XXV, 25: *aqua frigida in terra sicca* sc. dulcis est *et* ita *nuncius bonus ex terra remota.* Similiter in singulis verbis copula significatur sortis communio et aequalitas (cf. prae caeteris עִם l. c.) 1 Sam. XII, 15: *erit manus Dei* בָּכֶם וּבַאֲבֹתֵיכֶם *contra vos et contra maiores vestros* i. e. sicut contra maiores vestros. Ita iam Chald. Syrus. (LXX pro וּבַאֲבֹתֵיכֶם legunt וּבְמַלְכְּכֶם καὶ ἐπὶ τὸν βασιλέα ὑμῶν, probante Michaële et Boettchero, specc. p. 80). Iob. IX, 22: תָּם וְרָשָׁע הוּא מְכַלֶּה *integrum et impium ille perdit*, integrum perdit sicut impium, utriusque eadem est sors et ratio. (Ita Arabes, maxime in proverbiis, v. c. السُّوقِيَّةُ وَالْكِلَابُ السَّلُوقِيَّةُ mercatores et canes Seleucienses

at. similes sunt, Elhawabig. ed. H. A. Schult. no. 3. Carmen Tograi v. 2).

gg) Praemittitur sententiis per parenthesim insertis (ut lat. *et* ante parentheses Liv. 29, 23 §. 4: ut accensum cupiditate [et sunt ante omnes Numidae barbaros effusi in venerem] sensit etc.), ubi etiam relativo locus erat (v. quae de intima necessitudine inter copulam et relativum bene disputavit Harrisius, Hermes p. 66 ed. germ.). Gen. XLIX, 25: מֵאֵל אָבִיךָ וְיַעְזְרֶךָּ וְאֵת שַׁדַּי וִיבָרְכֶךָּ בִּרְכֹת שָׁמַיִם וגו׳ *a deo patris tui* (*isque adiuvit te*) *et* ab *omnipotente* (*isque benedixit tibi*), veniant *benedictiones coeli desuper* cet., quae non bene explicuit Winerus p. 268: und er hat *ebendadurch* (?) dir geholfen. — Iob. XXIX, 12: *nam opem ferebam misero* וְיָתוֹם וְלֹא עֹזֵר לוֹ *et orphano* cui *non erat auxiliator.* Omissa copula sententia eadem esset. Jes. X, 10. XIII, 14. Ps. LV, 20.

2) Praemittitur etiam sententiis *adversativis*, et lat. reddi potest *sed*, *et tamen*, *quum tamen*, quanquam hoc tenendum, vim adversativam magis in ipsarum sententiarum argumento inesse et verborum collocatione significari, quam ו particula: ubi enim oppositio fortius exprimenda est, particulis utuntur proprie adversativis, ut אוּלָם, אָכֵן, אֲבָל. Cant. I, 5: שְׁחוֹרָה אֲנִי וְנָאוָה *nigra ego*, *et* tamen *pulchra*. Gen. II, 16. 17: *de omnibus arboribus horti comedes*, וּמֵעֵץ הַדַּעַת טוֹב וָרָע לֹא תֹאכַל מִמֶּנּוּ *sed de arbore cognitionis boni et mali*, *de ea non comedes*. XVII, 21. XXXI, 7. XLII, 10: לֹא אֲדֹנִי וַעֲבָדֶיךָ בָּאוּ לִשְׁבָּר אֹכֶל *minime, domine mi, sed servi tui venerunt ad cibum emendum.* Eccl. I, 4. Hos. I, 7. Iud. XVI, 15: *cur dicis te amare me* וְלִבְּךָ אֵין אִתִּי *et* tamen *cor tuum non est mecum?* Ruth I, 21. Iob. VI, 26: *num verba arguere molimini*, וּלְרוּחַ אִמְרֵי נֹאָשׁ *quum tamen in ventos* abeant *verba desperati?* Ubi subiectum sententiae est pronomen personale, hoc praeponi solet, Gen. XV, 2: מַה־תִּתֶּן לִי וְאָנֹכִי הוֹלֵךְ עֲרִירִי *quid dabis mihi, quum tamen orbus abiturus sim?* Ita וְאָנֹכִי XVIII, 13. 27. Ex. VI, 12, וַאֲנִי Jes. XLIX, 21, וְאַתָּה Neh. II, 2. Ps. XXII, 4. L, 17, וְהוּא Jes. X, 7. XLII, 22. LIII, 7. 12. Gen. XLIV, 5. XLIX, 19. Iob. XIII, 28, וְאַתֶּם Gen. XXVI, 27. Jes. LVII, 3, וְהֵם Jes. I, 2. (Persaepe ita apud Arabes, v. c. Cor. 57, 8: *quidni creditis in Deum* والرسول يدعوكم *quum Muhammedes vocaverit vos?* 10: *quidni contribuitis ad causam Dei* ولله ميراث السموات والارض *quum tamen Deus possideat coelum et terram?* max. ante pronomina, ut وَهُوَ Locm. 23. 15. Saad. Jes. XLV, 9, وَأَنْتُمْ Cor. 3, 101. Ewaldi gr. arab. §. 730. Similiter lat. *et*, v. Handii Tursell. II p. 494 sqq. Apud illos haec exempla pertinent ad واو quod dicunt واو الحال Waw qualitatis, quod praeponitur sententiis conditionem statumque rei describentibus, v. c. قال وهو واقف *dixit isque stans* pro quum staret, *ne interficite feras* وانتم حرم *dum estis in sacris*, v. de Sacy gr. ar. I §. 1213, cuius usus etiam ab Hebraismo non alienus est v. v. c. Gen. XXV, 29. 2 Sam. IV, 7 et Roorda gr. hebr. §. 529 not. 530. 531).

Passim lat. recte vertitur *etsi*, *etiamsi* (ut ap. Arabes, v. Ewaldum l. c.), sed ו est nihil nisi *et*, *etiam* omissa conditionali particula. Iob. XV, 5: *nam os tuum docet culpam tuam* וְתִבְחַר לְשׁוֹן עֲרוּמִים *etsi eligis sermonem astutorum.* Mal. II, 14; cf. Jes. XXXII, 7: וּבְדַבֵּר אֶבְיוֹן מִשְׁפָּט *etiamsi pauper loquitur iustitiam* (ubi בְּ sq. inf. valet *quum*, *si*).

Exemplorum, in quibus ו interpretantur *alioquin*, non una est ratio. Ps. LI, 18 reddi potest: *non cupis sacrificium* וְאֶתֵּנָה *alioquin darem*, sed proprie est causativum: *nam* (si cuperes) darem. Et ita LV, 13. Sed CXLIII, 7: *ne abscondas faciem tuam a me* וְנִמְשַׁלְתִּי עִם יֹרְדֵי בוֹר noli reddere: *alioquin similis reddar descendentibus in foveam*, sed repetita negandi particula *ne similis reddar*, cf. Lev. XIX, 12 ibique Lud. de Dieu. In verbis Iob. VI, 14: *misero* decet *ab amico benevolentia* וְיִרְאַת שַׁדַּי יַעֲזוֹב recte quidem ad sensum: *alioquin deserit timorem omnipotentis*, sed non dixerim cum Umbreitio ו pr. valere *aut* (v. supra no. 1, i), videtur potius constructio ad sensum esse, ita enarranda: non decet amicum, benevolentiam negare misero, *nam* hoc facto desereret timorem Dei. Similiter explicuit Gussetius p. 407.

3) ponitur ante sententias *causales*, i. q. *nam*. Gen. XX, 3: *ecce tu moriturus es propter mulierem, quam sumsisti*, וְהִוא בְּעֻלַת בָּעַל *nam haec maritum habet.* VI, 17. Ps. VII, 10. LX, 13: *da nobis auxilium contra hostem*, *nam* (ו) *vanum est auxilium hominum.* Jes. III, 7. XXXIX, 1. Ita etiam arab. فَ redditur *nam*, *enim* Ewaldi gr. ar. II, 269 med., ubi disertius locuturi ponunt فَإِنَّ. Sed pendet etiam hoc ex usu copulativo (cf. germ. *denn* et *dann*) v. Gen. XXVI, 12: *Isaacus fructus percepit centuplos* וַיְבָרְכֵהוּ יְהוָה *nam benedixit ei Deus*, pr. et ita benedixit ei Deus.

4) ante sententias *conclusivas*: *itaque*, *igitur* (ut arab. فَ). Ez. XVIII, 32: *nolo mortem peccatoris* .... וְהָשִׁיבוּ וִחְיוּ *itaque convertimini et vivetis.* Zach. II, 10. Ps. LXXXI, 13. Huc referenda maxima pars locorum, in quibus Waw est ab initio orationis (de aliis v. no. 1, aa). Ubique enim in antecedentibus latet ratio, et propositio, cui ו praemissum, habet vim conclusionis. 2 Reg. IV, 41: וַיֹּאמֶר וּקְחוּ קֶמַח *et dixit:* quae cum ita sint *afferte farinam*, vel *afferte igitur farinam*, so holt Mehl. Jes. III, 14: וְאַתֶּם בִּעַרְתֶּם הַכֶּרֶם *vos igitur depavistis vineam* (sic enim intellexi causa cognita), vel: siccine vos cet. ubi *et* simul est indignantis. Ps. IV, 4: וּדְעוּ *scitote igitur*, so wisset *denn.* II, 10: וְעַתָּה מְלָכִים *agite igitur*, *reges* cet., cf. comm. 6. Gen. IX, 9. 2 Sam. XXIV, 3. Jes. XLVII, 9. LVIII, 2.

5) ante sententias *finales* et *consecutivas*: *ut*, *ita ut*, sq. futuro, eoque plerumque apocopato vel paragogico, ubi praecessit sententia, quae continet sive mandatum (Gen. XXVII, 4. XLII, 34. XXXIV, 12. 1 Sam. XV, 16), sive petitionem (Iob. X, 20. Iud. XVI, 28), sive inter-

rogationem (1 Reg. XXII, 7. Jes. XLI, 26. Jer. IX, 11), sive spem (Jer. XX, 10), v. c. Gen. XLII, 34: *adduc fratrem tuum minorem* וְאֵדְעָה *ut videam.* Iud. XVI, 28: *robora me huc una vice* וְאִנָּקְמָה *ut vindictam sumam.* 1 Reg. XXII, 7: *nonne praesto est propheta* וְנִדְרְשָׁה מֵאוֹתוֹ *ut percontemur ex eo.* Plura vide Lgb. p. 873. Plane easdem leges sequuntur Arabes in ponendo ف sq. futuro nasbato consilium indicante, v. DE SACY II, §. 56. cf. I, §. 1201, 3. 1212. II, §. 1114. EWALD gr. ar. §. 628.

6) ante sententias, quae pendent e verbis *videndi, dicendi*, ubi vulgo locus est coniunctionis relativae (כִּי), quae vero etiam omitti potest (Gr. §. 152, 4, d). Ita post scire Gen. XLVII, 6, iurare Jos. II, 12, ominari Gen. XXX, 27, irasci Gen. XVIII, 32. Jes. LXIV, 4, et sine verbo Jes. XLIII, 12: *vos testes mei* estis וַאֲנִי אֵל *me esse Deum.* (Comm. 10 eodem nexu: כִּי אֲנִי הוּא). Thren. III, 26: טוֹב וְיָחִיל וְדוּמָם, cf. Comm. 27, ubi טוֹב כִּי. Num. XIV, 21: חַי אָנִי וְ per me (iuro) quod cet.

De *Waw conversivo* Praeteriti, quod mere copulativum est, v. Lgb. 296. 97. EWALDI gr. cr. 292. 547 sqq. ROORDA gr. hebr. §. 533 sqq.

In universum autem etiam de usu copulae hebraeae dici possunt, quae de copula latina *et* bene observat HANDIUS, Tursell. II, 468: „Grammatici .... duplici hoc errore duci solent, quod huic particulae multiplicem significationem, quae semper una est, tribuunt, et quod variam notionum compositarum formam et conditionem ad ipsam particulam transferunt. ... Quare si quid est in hac re observandum, positum id est in vario notionum coniunctarum genere, et in singulari modo sententias coniungendi, qui quibusdam in partibus alius est apud veteres Latinos (et Hebraeos) quam apud nos." De vario usu copulae apud Arabes praeter libros grammaticos saepe laudatos v. Kamus p. 1970 (de copula و) et 1974 (de ف), DE SACY anthol. gramm. p. 72. 73. 177. 181. 217. 248.

De origine dissentiunt. Aliis enim Waw primitivum, aliis aliunde ductum videtur, vel a וָו clavus, pr. coniunctio (STORRII observv. 337. HEZEL gramm. hebr. p. 57), vel או quod copulativum esse dicunt Lev. IV, 23. 28 (J. D. MICHAELIS gr. hebr. 164 cf. Ewaldi gr. p. 652 not.). Si quid definiendum in re tam obscura, suadente universa linguae analogia (v. בְּ, כְּ, לְ) in Storrii sententiam concesserim, ex qua etiam Waw relativi (וְ·) forma facile explicari possit.

Aliquando ו in Chethibh omissum est, ubi in Keri adest, ut Jes. LV, 13. Dan. II, 43. Prov. XXIII, 24. XXVII, 24. Iob. II, 7. Thren. II, 2. 5. III, 5. 7 et vice versa 2 Sam. XVI, 10. 2 Reg. XI, 1. XVI, 17. Jer. IV, 5. V, 5. 24. XXVIII, 1. Prov. XXIII, 24. Thren. IV, 12. Dan. IX, 5. Neh. IX, 17 (Simonis).

וַ·, ante gutturales **וָ**, *Waw* quod vocant *conversivum* futuri in praeteritum (וָו הַהִפּוּךְ) vel *relativum*, וַיִּקְטֹל *et interficiebat.* De usu eius v. Gramm. §. 126, 3 et uberius EWALDI gr. crit. p. 539 sqq. ROORDA gr. §. 533 sqq. De origine eius disputationem libris grammaticis diiudicandam relinquo. Tres autem potissimum sunt Grammaticorum sententiae. *Una* est J. D. MICHAELIS, HEZELII, quam adoptavi et explicui Lgb. §. 87, consentientibus WINERO (Lex. p. 269), M. STUARTO al., ex qua וַ· ortum sit ex verbo substantivo הָיָה, ita ut primitus plene dictum sit הָיָה יִקְטֹל *fuit* (ut) *interficeret*, dein abiecto ה (quod etiam Syri in hoc vc. supprimunt, ܗܘܐ) הַיִּקְטֹל, וַה־יִקְטֹל contr. וַיִּקְטֹל (ut מַה זֶה contr. מַזֶּה), coll. كَانَ يَقْتُلُ *fuit* (ut) *interficeret* pro *interficiebat*, et aeth. ወአጥመቀ: *baptizabat;* Waw conversivum autem includat etiam copulativum (וַיֹּאמֶר pro וַיִּאמַר, quod nusquam reperitur). Altera, quam post alios (v. SIMONIS introd. p. 220) nuper commendavit EWALDUS (gr. cr. p. 539), וַיִּקְטֹל ortum esse statuit ex וְהָיָה יִקְטֹל. De tertia (JAHN gr. hebr. ed. 3. p. 215 sqq. 465 sqq. EWALDI gr. min. §. 475. BOETTCHERI spec. p. XII.), in quam nunc fere inclino, וַ· origine non differt a וְ, sed est nihil nisi forma eius paulo fortior (cf. לָמָּה, בַּמֶּה), notans: *et tum, et porro*, congruens fere cum arab. ف. Vide quae modo de origine Waw copulativi dicta sunt.

וְדָן n. pr. loci arabici esse videtur Ez. XXVII, 19: וְדָן וְיָוָן מְאוּזָּל בְּעִזְבוֹנַיִךְ נָתָנוּ *Wedan et Javan netum afferunt ad mercatus tuos.* Waw initiale ibi radicale esse, non copulativum, observat J. D. MICHAELIS (spicileg. geogr. II, 168), quum in toto hoc capite nuspiam Vav cop. primo nomini proprio ab initio aut versus aut sententiae praeponatur. Quod vero deinde coniicit (l. c. et suppl. 578), ודן legendum וְדָן = ودان (imo واديان) *duo rivi* esse urbem Arabiae felicis جبلة *Dschobla* etiam مدينة النهرين *urbem duorum fluviorum* appellatam, quia ad duos fluvios sita sit, id valde incertum. Equidem vereor ut omnino sana sint verba hebraea.

וָהַב rad. inusit. i. q. יָהַב dedit. Inde

וָהֵב vox dubia, semel obvia Num. XXI, 14. 15: *propterea dicitur in libro bellorum Jehovae:* אֶת וָהֵב בְּסוּפָה וְאֶת הַנְּחָלִים אַרְנוֹן וְאֶשֶׁד הַנְּחָלִים וגו׳ *Waheb in Supha, et torrentes Arnonis et defluxus torrentium* cet. Quanquam omnis hic sermo, utpote ex medio libro quodam deperdito depromtus, abruptus est et perobscurus, perquam tamen probabile, *Waheb in Supha* esse locum in confiniis Moabitarum et Amoritarum, et את acc. notam, ut ante nomina sequentia. Ita etiam Abulwalides et R. Parchon p. 15. 16. Quod CLERICUS coniicit eundem esse locum, qui Comm. 18 מַתָּן vocatur (nam והב وهب est i. q. hebr. נָתַן), in medio relinquo; universum autem locum bene illustravit DE ROSSI, schol. crit. p. 15. Codd. Rossiani undecim cum aliquot Kennicottianis iunctim scribunt אתוהב, quod etiam Kimchius in accuratis libris se reperisse testatur et a VATERO al. redditur: *dedit se* (Jehova) *in turbine*, sed parum apte ad contextum, cui accedit quod maior ac

midior codicum pars, cod. Sam., et Verss. antiquae tuentur scripturam receptam.

וָו, nonnisi pl. וָוִים Ex. XXXVIII, 28, cstr. וָוֵי Ex. XXVII, 10. 11. XXXVIII, 10. 11. 12. 17 c. suff. וָוֵיהֶם XXVI, 32. 37. XXVII, 17. XXXVI, 36. 38. XXXVIII, 19 m. *clavus*, *uncinus*, *paxillus*, l. c. de clavis ex quibus tentorii sacri vela suspendebantur. Ex vett. retinuit Onkelos. LXX. quinquies οἱ κρίκοι, semel αἱ ἀγκύλαι, sed male sexies αἱ κεφαλίδες capitula, quomodo etiam Syrus (ܩܦܠܣܝ) et Samarit. (פרחין). Bene autem Saad. زرافين quod non est, ut in Polyglottis et apud Castellum, capitella, sed annuli (cf. pers. زرفين et زرفين annulus ianuae), et Gr. Venet. πάτταλοι. — Perantiquum fuisse vocabulum videtur, quod postea in desuetudinem abiit, ut ex eo colligas, quod scriptores recentiores pro eo alio verbo utuntur (יָתֵד), et iam Alexandrinus interpres in eius significatu reddendo fluctuat. Originem eius ultra ipsius scribendi artis origines ascendere, illud arguit, quod nomen dedit *Waw* litterae (v. supra), quae ex alphabeto Phoenicum etiam ad Graecos transiit, in quorum alphabeto antiquissimo sexta littera erat *Βαῦ* (*F*), vulgo Digamma aeolicum. Retinuerunt et figuram et ordinem eius Latini (F) potestate paullulum immutata (*f* enim durius quam Waw): eiecerunt ex litterarum serie Graeci, retinuerunt tamen, ubi litteris utebantur pro notis arithmeticis, in quibus sextum locum occupabat ἐπίσημον *Βαῦ* (*F*). Vide Scaligerum ad Euseb. Chron. p. 112. 115 sq. Buhierum in diss. de priscis Graecorum Latinorumque litteris, post Montefalconii palaeogr. gr. p. 56.

וָזַר rad. Hebraeis inusit. arab. وزر *portavit*, unde وزير *Wezirus*, pr. negotiis publicis onustus (cf. *baiulus*, ap. medii aevi scriptores de legatis regiis, *chargés d'affaires*, unde nostr. *baillif*, ital. *bailo*), metaph. portavit onera aliena, poenas luit Cor. VI, 164. XXXV, 19. XXXIX, 9, pass. crimine gravatus est, peccavit Conj VII. crimen commisit, وِزْر crimen, v. locum Sunnae ap. Schult. ad Har. 5, p. 129 et Schult. ad Prov. XXI, 8. Peccatum enim Semitis onus est improbo homini impositum (Ps. XXXVIII, 4. Jes. LIII, 11), unde et נָשָׂא, αἴρω tollo, pro condono. Hinc

וָזָר m. *crimine onustus*. Prov. XXI, 8: הֲפַכְפַּךְ דֶּרֶךְ אִישׁ וָזָר *tortuosa est via viri criminibus onusti*. Ita post Lud. Cappellum, Alb. Schultens, J. F. Schelling, Umbreitius al. et recte quidem. Vocabulo rariore paroemiastes usus esse videtur ob paronomasiam inter וָזָר et יָשָׁר in altero membro. Rabbini, quos sequuntur ex nostratibus quicunque offendunt in nomine a Waw inchoante (sed v. וָלָד) reddunt: *tortuosa est via viri et aliena* i. e. haud recta, sed vereor ut זָר de via recte dici possit, et magis etiam dubium nam *vir* h. l. de viro impio recte accipiatur.

וַיְזָתָא (pers. ویزه purus pr. albus, nostr. *weiss*, cui congruit etiam בוץ, باص album esse) n. pr. pers. filii Hamani natu minimi. Esth. IX, 9.

וָלַד i. q. יָלַד *peperit*. Arab. ولد. Inde

וָלָד m. *proles* Gen. XI, 30 (sam. ילד) et

וָלָד m. id. 2 Sam. VI, 23. Keri cum codd. occidentalibus exhibet יֶלֶד.

וָנָה rad. inusit. i. q. وني torpuit, debilis, mansuetus fuit, unde ducunt יוֹנָה columba. Inde

וַנְיָה n. pr. viri. Esr. X, 36. Malim legere יוֹנָה.

וָפְסִי (fortasse i. q. יָסְפִּי additamentum meum) n. pr. viri Num. XIII, 14.

וַשְׁנִי n. pr. viri 1 Par. VI, 13 illud tamen mendosum, ut videtur, namque Vs. 18 et 1 Sam. VIII, 2 pro eodem est יוֹאֵל.

וַשְׁתִּי (pers. وشتى femina pulcra) n. pr. *Waschti*, Xerxis uxor et regina, a marito tertio imperii anno dimissa. Esth. I, 9—19. II, 1—17.

ז

Sain, septima alphabeti littera, ubi numeri nota est, i. q. *septem*. Nomen eius זַיִן i. q. syr. ܙܝܢܐ (armen. զէն *zen* arma) *telum* notat, teloque haec littera in monumentis phoeniciis similis est. Abiecto Nun vocatur etiam זַי pl. זיין (Mischna Schabbath 12, 5. II p. 47 Surenh.), unde gr. Ζῆτα (ex emphat. זַיְתָא), it. arab. زا plenius زاى (v. Notices et extraits VIII, p. 46), aethiop. *Zai*.

Quod ad pronuntiationem attinet, proprie est *ds*, sed saepe etiam neglecto sono dentali *s* lene. LXX propterea

plerumque reddunt littera ζ, ut זְכַרְיָה Ζαχαρίας, זְרֻבָּבֶל Ζοροβάβελ, עַזָּה Γάζα, rarius transposito sibilo sd, ut עֶזְרָא Ἔσδρας cf. pun. Hasdrubal (עזרובעל). Sed radices hebraeae ז habentes in lingua graeca et latina plerumque scribuntur per σ, s, v. זוּעַ σεύω, זָעַק σακχεύω, זָרַע sero, חָזַק ἴσχω, ἰσχύω, מָזַג μίσγω.

In lingua arabica duplex illa pronuntiandi ratio diversis elementis exprimitur. Alia enim vocabula, in quibus ז efferebatur ds, arabice scribuntur littera ذ (Dsal), ut זָבַח ذَبَحَ mactavit, זְאֵב ذِئْبٌ lupus, זָהָב ذَهَبٌ aurum, et in lingua aramaea abiecto sibilo habent ד, ut דְּבַח, ܕܒܚ; דְּהַב, ܕܗܒܐ (cf. dor. ἀδαλλός pro ἀζαλλός, ἀδαμιᾶν pro ἀζημιᾶν): alia, quorum ז dentalem sonum abiecerat, arabice habent ز, et apud Aramaeos retinent Zain, ut זָהַר, زَهَرَ, ܙܗܪ luxit, זָרַע, زرع, ܙܪܥ seminavit cet., quanquam etiam ذ (aram. ד) et ز utpote litterae cognatae inter se permutantur, v. c. בָּזַר, بذر et بزر, aram. בְּדַר; עָזַר, عزر sed ܥܕܪ auxiliatus est; גָּזַע, جذع et جزع amputavit, adde ذبر et زبر scripsit, ذعف et زعف contemsit. Raro autem Aramaei habent sibilantem ז, ubi Hebraei dentalem, v. c. דָּלַף aram. זְלַף stillavit, דְּבוֹרָה aram. זְבוּרְתָּא apis: soli Nasoraei amant sibilum, eumque retinent, ubi reliqui habent d, ut ܙܐܒܐ lupus, ܙܗܒܐ aurum, ܙܟܪܢ memoria. Aethiopes ut Hebraei habent H Zaï pro ز et ذ, v. c. זָמַר زمر ዘመረ: et זָכַר ذكر ዘከረ:.

Litterae finitimae sunt: a) Zade (ts), quae littera durior passim mitigatur in ז, maxime recentiore linguarum aetate, velut צָעַק apud seriores et in Aramaismo זְעַק, צָעַר apud seriores et Aramaeos זְעַר parvus fuit, צֵידָה aram. ܙܘܕܐ, זְוָדָה commeatus, צָדַק aram. ܙܕܩ iustus fuit, צָהַר et זָהַר, ܙܗܪ splenduit. Ita etiam קָצַץ mitigatum in קָזַז, קָצַר in גָּזַר, חָצַץ in חָזַז, ubi praeterea notandum, ז amare viciniam litterae ג, palatinarum mollissimae, ut contra copulari amant כס, קץ, nunquam קז, גץ (v. gramm. hebr. §. 30, 2). b) Samech et Sin, quae pronuntiatione non multum differebant a ז, si merus sibilus erat, v. c. זור et סור recedere, עָלַז et עָלַס exsultavit, נָסַע نزع evellit, שַׂק et زِقّ saccus, בָּזָה ܒܣܐ contemsit, זָמַם زم ligavit et transl. سم sibi proposuit, כָּזַר كسر fregit, adde זָלַל et סָלַל, כָּנַס et גָּנַז al. Maxime notandum ס Hebraeorum apud Arabes saepe abiisse in ز, ut סַרְגִּישׁ زرجس palmes, חָסַל خزل resecuit, חָסַם خزم constrinxit, חָסֵן خزن, חַסְפַּת cf. خزف squama. c) Daleth, v. pag. 305, A., raro etiam Tet, v. c. טָבַח et זָבַח (utrumque forte ex obsoleto צָבַח), נָזַם arab. نظم perforavit. Praeterea d) Resch, v. c. זָרַק et רָזַק zeu sparsit, חָרַם et חָזַם clausit (nasum) arab. خرم et خزم, فخر et فخز superbivit, adde אוֹפִיר et אוּפָז et lusum verborum in חָרוֹן et חָזוֹן Ezech. VII, 13. Perfrequens haec permutatio in Persismo, هوازى et هوارى tentorium conventus, شكر et شكز, vitriolum, et in Latinismo, v. c. Furius et Fusius, honor et honos, arbor et arbos, quaero et quaeso, gero sup. gestum (v. Schneideri gr. lat. I, 1, 342). — De sibilantium cognatione cum ה v. p. 360 A. Adde همهم et زمزم hummen, summen s. v. הָמָה.

זאב rad. inusit. quam cum Bocharto (Hieroz. III, c. 10) idem fuisse suspicor atque זָהַב, צָהֹב flavus, fulvus fuit, instar auri, unde sit

זְאֵב m. *lupus* (arab. ذِئْبٌ, melit. *dib*, syr. ܕܐܒܐ, ܕܐܒܐ, sab. ܙܐܒܐ id., aeth. ዝእብ: lupus et epic. lupa), a colore flavo et fulvo dictus, ut goth. *wulfs*, lat. *vulpes*, nostr. *Wulf* (vulpis autem et lupi nomina primitus eadem erant) itidem a colore *fulvo* (eiusdem originis sunt *fulvus*, *flavus*, *falvus*, *falb*, et *gilvus*, lat. med. *giallus*, *heluus*, *elvus*, nostr. *gelb*, *Gelf*), ad quod quidem etymon recte aestimandum probe tenendum, regionum orientalium et australium lupos et magnitudine corporis et pilorum colore ad vulpem propius accedere. Höst Beschr. v. Fes p. 294: Füchse gibt es zwey Arten, ثعلب *Täleb* die den europäischen gleichen, und ذيب *Dib* welche kurze Haare haben, und wie Hunde aussehen. Shaw itin. p. 151 vers. germ. der Dib ist von einer dunklern Farbe als der Fuchs, aber beynahe von derselben Grösse. Quam lupi speciem Oppianus (Cyneget. 314 sqq.) λύκον χρύσεον appellat, probabiliter est *canis aureus* (Goldwolf) nostratium. Vulgo ducunt a ذَأَبَ terruit, sed hoc a lupi significatu ductum, ut ذِئْبَ et ذَئِبَ lupo similis, improbus fuit, timuit lupum, ذُئِبَ damnum a lupo passus est (cf. A Schult. ad Ispahan. p. 7), quemadmodum etiam goth. *wilvan* rapere magis dictum putem a *wulfs*, quam contra. Gen. XLIX, 27. Jes. XI, 6. LXV, 25. Plur. זְאֵבִים Ez. XXII, 20, cstr. זְאֵבֵי עֶרֶב *lupi vespertini*, vespere praedatum exeuntes. Hab. I, 8. Zeph. III, 3 et זְאֵב עֲרָבוֹת Jer. V, 6 cf. λύκοι νυκτερινοί Oppian. Cyneget. 3, 266, νυκτιπόροι ibid. 1, 440 et Virg. Ge. 3, 537: non lupus ....., gregibus nocturnus obambulat. In universum v. Bocharti Hieroz. III, c. 10. — 2) n. pr. principis Midianitici Jud. VII, 25. VIII, 3. Ps. LXXXIII, 12.

זאת haec, v. זֶה.

זָבַב rad. inusit. i. q. arab. ذبذب fluctuavit, oscillavit, motitavit se in aëre, de insectis volatilibus, cf. דָּבַב reptavit in terra, de reptilibus. Prius germ. vertere possis: in der Luft wimmeln (schwärmen), posterius: auf der Erde wimmeln. Vicina sunt praeterea טָפַף, צָבַב. Inde

זְבוּב m. *musca*. (Arab. ذُبَاب cum nomine unitatis ذُبَابَة, melit. *dybbyn*, syr. ܕܒܒܐ et ܕܶܒܳܒܳܐ Ferrar. p. 116. chald. דְּבוּבָא, דִּבְבָא, talmud. etiam דִּבְדְּבָא, דודבא id.). Bis legitur Jes. VII, 18. Eccl. X, 1: זְבוּבֵי מָוֶת *muscae mortis* i. e. mortuae (non *mortiferae* s. venenosae, quod ab hoc contextu alienius est). LXX. *μυῖαι*. De בַּעַל זְבוּב autem v. supra בַּעַל no. 5, b. Adde Bochart. Hieroz. ed. Rosenm. III, p. 350. Caeterum non audiendi sunt, qui certam quandam muscarum culicumque speciem intelligunt, velut Oedmannus verm. Sammlungen VI p. 79, qui oestri s. tabani speciem a Brucio descriptam hoc vc. significari volebat. In universum v. Bocharti Hieroz. III, 341—352. Lips.

זַבַּי n. pr. viri Esr. X, 28. Neh. III, 20 Keri, sed fortasse mendose scriptum pro זַכַּי, ut Esr. II, 9. Neh. VII, 14 legitur.

זָבַד *donavit*, rad. semel in V. T. obvia Gen. XXX, 20, ubi Lea Sebulone nato: זְבָדַנִי אֱלֹהִים אֹתִי זֶבֶד טוֹב *donavit me Deus*, donavit *me dono pulchro*, quibus verbis (namque d et l litterae sunt finitimae, v. ad ל) alluditur nomini זְבֻלוּן, qua in re etiam vocabuli paulo rarioris arcessiti causa posita esse videtur, quanquam frequentioris in vetere lingua usus testes habemus nomm. propria inde derivata (praeter ea, quae statim sequuntur יוֹזָבָד, עַמִּיזָבָד, אֶלְזָבָד). De significatu egregie consentiunt et vett. intpp. et linguae cognatae. Ex illis LXX. *δεδώρηταί ὁ θεός μοι δῶρον καλόν*. Onk. יְהַב. Syr. et Pseudoj. rad. זבד retinent, utpote in sua etiam lingua usitatam (v. infra). Vulg. *dotavit me Deus dote bona*, et in eandem sententiam Saadias, uterque ex specialiori usu vocabuli apud Syros.

In linguis cognatis generaliori *dandi* et *erogandi* significatu habent Nasoraei et Palmyreni. Cod. Nasor. III, p. 86, lin. 5. ܐܢܫܐ ܢܟ̈ܠܐ ܙܒܕܘ ܡܠ̈ܐ ܕܣܪܝܩܘܬܐ *homines fraudulenti inania verba dabunt*. Ita etiam Inscr. Palmyr. IV lin. 5, ܙܒܕܘ Inscr. III. cf. nomina propria palmyrena inde derivata, ut זבדלא i. q. זַבְדִּיאֵל Theodorus Inscr. IV, 1, et זבדבול (quem dedit Baal, de בול = בעול, בַּעַל v. p. 224 B) Inscr. II. Apud Syros paulo specialior dotandi usus regnasse videtur. Versio simplex l. c., ut diximus, retinuit ܙܒܕܢܝ ܐܠܗܐ ܙܒܕܐ ܛܒܐ quibus declarandis haec inservit Bar Alii glossa: ܙܒܕܐ الجهاز الماهر. ܘܡܦܫܩ ܗܘ. ܕܒܐܘܪܝܬܐ ܙܒܕܢܝ ܐܠܗܐ ܙܒܕܐ ܛܒܐ ܗܘ ܕܝܢ ܡܗܪܐ ܕܡܟܘܠܐ ܡܗܪܐ ܠܟܠܬܐ مهرني وجهزني وزودني الرب i. e. זבדא *est dos, apparatus dotalis, inde verba Pentateuchi* (Gen. XXX, 20): *donavit me Deus dote pulchra, illud est quod sponsus offert sponsae: dotavit, instruxit me Dominus*. Adde nomen ܙܒܘܕܐ الجهاز supellex, apparatus dotalis Novar. pag. 207, et nom. proprium ܙܒܕܝ *Ζεβεδαῖος* Matth. IV, 21. De Arabum usu iam admonuit Abulwalides, cuius haec sunt verba ad v. זָבַד: مجانس للفظ العربى الذى يقول زبدت الرجل وزبدنى الرجل اى اعطيته او اعطاك شيا *cognatum hoc verbo arabico* زبد *i. e.* اعطى *dedit alicui aliquid*. Paulo uberius Dschauharius ap. Schult. in Origg. hebr. I, pag. 49: زبدت الرجل اى رضخت له من مال وفى الحديث انا لا نقبل زبد المشركين اى رفدهم i. e. זבדת אלרגל *dono ei aliquid de opibus. Et in traditione orali legitur: non accipimus* זבד *idololatrarum i. e. donum eorum*. Et iisdem verbis Kamus (p. 368), sed omisso Sunnae loco. Placuit quidem Schultensio in Origg. l. c. nonnisi de *vili* dono vocabulum explicari a Dschauhario, unde aliam ipse protulit explicationem satis contortam et loco nostro ineptam: *utrem mihi meum optima Deus agitavit agitatione* (cf. زبد utrem lactis agitavit), ut de parturiendo loquuntur Arabes. Verum, ut recte observat J. D. Michaelis in Suppl., nequaquam ex illo Dschauharii loco sequitur, id quod inde collegit Schultensius: namque non urgendum, quod رضخ declaratur: „dedit et quidem parum", et رفد, dicitur de quovis dono. Accedit auctoritas Abulwalidis inter Arabes viventis et poëtae arabici apud Dschauharium v. عبر. — Quod ad originem attinet, equidem putem זבד primitus idem fuisse atque chald. זְוַד, syr. ܙܘܕ, arab. زوّد viatico instruxit (cf. hebr. צֵידָה ,צַיִד), versorgen, beschenken für die Reise, ו indurato, ut apud Samaritanos, quibus ࠆࠁࠃ et ࠑࠉࠃ de viatico usurpatur. — Ad grammaticam loci explicationem observandum est, אֹתִי (quod neglexerunt omnino omnes interpretes) abundare, quum pronomen iam expressum sit in Suffixo verbi, et fortasse minus genuinum esse. Omittitur in 6 codd. Kennicotti et in omnibus Verss. vett.

זֶבֶד m. *donum*. ibid.

זָבָד (*donavit* eum sc. Deus) n. pr. complurium virorum 1) 1 Par. II, 36. 2) 1 Par. VII, 21. 3) ibid. XI, 41. 4) 2 Par. XXIV, 26. In loco gemino 2 Reg. XII, 22 est יוֹזָכָר.

זָבוּד (dono datus sc. a Deo) n. pr. viri 1 Reg. IV, 5.

זַבּוּד (id.) n. pr. viri Esr. VIII, 14 Chethibh.

זְבוּדָה (dono data) n. pr. matris regis Jojakim 2 Reg. XXIII, 36 Keri, sed Cheth. est זְבִידָה.

זַבְדִּי (prob. pro זְבַדְיָה donum Jehovae) n. pr. complurium virorum 1) Jos. VII, 1, in loco parallelo 1 Par. II, 6 זִמְרִי. 2) 1 Par. VIII, 19. 3) 1 Par. XXVII, 27. 4) Neh. XI, 17.

זַבְדִּיאֵל (donum Dei) n. pr. viri Neh. XI, 14, gr. Σαβδιήλ 1 Macc. XI, 17.

זְבַדְיָה (*donavit* eum *Jehova*) *Zebedaeus* (graece Ζεβεδαῖος) n. pr. complurium virorum 1) 1 Par. VIII, 15. 2) ibid. Comm. 17. 3) XII, 7. XXVII, 7. 4) Esr. VIII, 8. 5) X, 20. Syr. ܙܒܕܝ.

זְבַדְיָהוּ (id.) n. pr. virorum 1) 1 Par. XXVI, 2. 2) 2 Par. XVII, 8. 3) XIX, 11.

זָבַח 1) *mactavit.* (Arab. ذَبَحَ, syr. ܕܒܚ, sam. ࠆࠁࠇ, zab. ܕܒܚ et ܕܒܚ, aeth. ዘብሐ: Vicinum טָבַח. Vide sitne eadem radix in gr. σφάσσω, σφάζω, nimirum ΣΦαΓ). Gen. XXXI, 54. Deut. XII, 15. 1 Sam. XXVIII, 24. 1 Reg. XIX, 21. Ez. XXXIV, 3, sq. לְ pro aliquo 2 Par. XVIII, 2. Ez. XXXIX, 17. Eodem referri potest זָבַח פֶּסַח Deut. XVI, 2 sqq. mactavit pascha.

2) spec. *ad sacrificandum mactavit*, *sacrificavit*, *immolavit* (LXX. θύω, θυσιάζω). Cstr. sine casu Eccl. IX, 2, plerumque sq. acc. sacrificii, v. c. זָבַח זֶבַח 1 Sam. I, 21. II, 19, זָבַח זִבְחֵי שְׁלָמִים et שְׁלָמִים obtulit sacrificia eucharistica Lev. XVII, 5. X, 8. Deut. XXVII, 6. 1 Reg. VIII, 13, etiam de immolandis hominibus 1 Reg. XIII, 2. Ps. CVI, 37. Ez. XVI, 20. Passim additur בְּ loci, in quo sacrificium offertur Ps. XXVII, 6. Jes. LXV, 3. 2 Chr. XXXIII, 17, vel עַל (super quo) Ex. XX, 24. 1 Reg. XIII, 2 (sed aliud est Ex. XXIII, 18: *ne offeras sanguinem victimae* עַל חָמֵץ *ad fermentatum*, cum fermentato), et saepius etiam לְ eius, cui sacrificium offertur, sive Deus est Ex. VIII, 25. XIII, 15. XXII, 19. 1 Sam. XV, 15. 1 Reg. VIII, 63 et persaepe, sive idola Deut. XXXII, 17. 2 Chr. XXVIII, 23, rarius לִפְנֵי 1 Reg. VIII, 62. 2 Par. VII, 4. Lev. IX, 4. Non de sacerdotibus usurpatur victimas hostiasve mactantibus, sed de iis, qui suis sumtibus sacra faciunt Num. XXII, 40. Deut. XII, 21. XXVII, 6. 1 Sam. I, 4 et saepe. Caeterum זָבַח זֶבַח תּוֹדָה et זָבַח תּוֹדָה non solum proprie est (Lev. XXII, 27): obtulit sacrificium eucharisticum, sed etiam metaph. gratias Deo obtulit instar sacrificii Ps. L, 14. 23. CVII, 22. CVI, 17.

Pi. זִבַּח fut. יְזַבֵּחַ *sacrificavit*, i. q. Kal no. 2. 1 Reg. XII, 32, sed plerumque iterative de sacrificandi consuetudine 1 Reg. III, 2. 3. XXII, 44. 2 Reg. XI, 8. XII, 4. XIV, 4. XV, 4. XVI, 35. Hos. IV, 13. 14. XI, 2. XII, 12, et *multas victimas sacrificavit* 1 Reg. VIII, 5. 2 Par. V, 6. (Arab. ذَبَّحَ multum sacrificavit).

זֶבַח m. c. suff. זִבְחִי pl. זְבָחִים cstr. זִבְחֵי, c. suff. זִבְחֵיכֶם cet. semel זִבְחוֹתָם Hos. IV, 19. 1) *mactatio* (ein Schlachten). Jes. XXXIV, 6: כִּי זֶבַח לַיהוָה בְּבָצְרָה *nam mactationem* i. e. caedem *Jehova instituit Bozrae.* Jer. XLVI, 10. Ez. XXXIX, 17. הֵכִין זֶבַח instituit mactationem (caedem) Zeph. I, 7. Inde *carnes animalium mactatorum*, *epulae*. Gen. XXXI, 54. זֶבַח פֶּסַח epulae paschales Exod. XII, 27 cf. XXIV, 25. Prov. XVII, 1: זִבְחֵי רִיב *epulae rixosae*.

2) *sacrificium* (Opfer), tum de *sacrificandi actu* (Lev. XIX, 6: בְּיוֹם זִבְחֲכֶם), tum de hostia et victima, quae mactatur. Ps. LI, 18: לֹא תַחְפֹּץ זֶבַח *non cupis sacrificia*. Jes. I, 11: לָמָּה־לִּי רֹב זִבְחֵיכֶם. 1 Sam. XV, 22. Prov. XV, 8. XXI, 33. Hos. VI, 7 et saepe. זִבְחֵי צֶדֶק sacrificia debita, rite oblata, v. צֶדֶק. זִבְחֵי אֱלֹהִים sacrificia Deo placentia Ps. LI, 19. זָבַח זֶבַח sacrificium obtulit v. זָבַח, idem valet עָשָׂה זֶבַח Jer. XXXIII, 18, נָתַן זֶבַח Eccl. IV, 17. Opponitur tum מִנְחָה sacrificium incruentum 1 Sam. II, 29. III, 41. Ps. XL, 7. Jes. XIX, 21. Dan. IX, 27, tum עוֹלָה holocaustum Ex. X, 25. Lev. XVII, 8. Num. XV, 3. 5. 8. Jos. XXII, 26. 28. 29. 2 Reg. V, 17. Jer. VII, 22. XVII, 26 cet. ita ut זֶבַח sacrificia notet ex parte tantum concremanda, quorum maior pars in epulis sacrificalibus comedebatur, qualia praecipue erant sacrificia eucharistica, unde sexcenties זֶבַח שְׁלָמִים Lev. III, 1. IV, 10 cet., זֶבַח תּוֹדָה (v. תּוֹדָה rad. יָדָה). Saepe etiam dicitur de sacris magnis et solennibus (זֶבַח גָּדוֹל Iud. XVI, 23. 2 Reg. X, 19), quae cum epulis sacrificalibus coniunctae erant 1 Sam. IX, 12. 1 Reg. VIII, 62, זֶבַח הַיָּמִים sacrum annuum 1 Sam. I, 21. II, 19. XX, 6, זֶבַח מִשְׁפָּחָה sacrum gentile XX, 29 coll. IX, 12. 13. XVI, 3. (Arab. ذِبْح et ذَبِيح quod mactatur et sacrificatur, hostia, ܕܶܒܚܳܐ id.).

3) n. pr. regis Midianitici Iud. VIII, 5. Ps. LXXXIII, 12.

מִזְבֵּחַ cstr. מִזְבַּח c. Suff. מִזְבְּחִי, מִזְבַּחֲךָ 1 Reg. VIII, 31, plur. מִזְבְּחוֹת m. *altare* (arab. مَذْبَح, syr. ܡܰܕܒܚܳܐ) Levit. I, 9. 13. 15. 2 Chr. XXIX, 22 cet. LXX. θυσιαστήριον, rarius βωμός. De exstruendo altari dicunt בָּנָה מ׳ Gen. VIII, 20. XII, 7, עָשָׂה XXXV, 1. 3. 2 Par. XXVIII, 24, הֵקִים 1 Reg. XVI, 32. 2 Reg. XXI, 3. 1 Par. XXI, 18. Additur genit. a) materiae, velut מ׳ אֲדָמָה Ex. XX, 24, מ׳ אֲבָנִים XX, 25. Jos. VIII, 31. b) numinis, cui exstructum est altare, ut מִזְבַּח יי Lev. XVII, 6. Num. XII, 27. XVI, 21. Deut. XXVI, 4 cet. et מ׳ הַבַּעַל Iud. VI, 25. 28. 30. c) quo significatur sacrificii species. Nimirum in sacrario Mosaico et Salomoneo erant α) מִזְבַּח הָעֹלָה altare holocaustorum Ex. XXX, 28 s. מִזְבַּח הַנְּחֹשֶׁת altare aeneum Ex. XXXIX, 39, in vestibulo positum; β) מִזְבַּח הַקְּטֹרֶת altare suffitus Ex. XXX, 27. XXXI, 8 s. מ׳ הַזָּהָב altare aureum XXXIX,

38. XL, 5. 26 1 Reg. VII, 48 in navi templi (בְּהֵיכָל). In Plurali persaepe de altaribus idolorum Jes. XVII, 8. XXVII, 9. 2 Reg. XXI, 3. 4. 2 Chr. XIV, 2. XXXIII, 3. XXXIV, 4 cet.

זָבַל 1) pr. de nostra quidem sententia i. q. דָּבַל rotundus fuit, rotundum fecit, unde talmud. זָבָל, זֶבֶל fimus; isque rotundus, conglobatus, ut caprarum, camelorum, syr. et arab. ܙܒܠܐ, زِبْلٌ. Alias coniecturas v. apud J. D. Michaelem in suppl. qui primariam potestatem ponit in declinando, divertendo, quod ad habitationem translatum sit, coll. زال med Waw declinavit sol, et N. G. Schroederum in Observatt. phil. ad Ps. loca p. 32 sqq. qui *fovendi* notionem primariam putat, unde *stercorandi*, dein *amoris* significationes ductae esse possint: parum profecto probabiliter. Nec feliciora, quae tentat Boettcherus pericc. pag. 61. — 2) *habitavit* (cf. דּוּר no. 2). Gen. XXX, 20: יִזְבְּלֵנִי אִישִׁי *habitabit me* i. e. cohabitabit mecum *maritus meus* adiuncta notione concubitus. Habitandi enim verba copulata cum acc. cohabitationem notant, v. גּוּר, שָׁכַן. Vulg. *mecum erit.* Chald. *erit habitatio mariti mei apud me.* Abulwalides: يساكنني, addens illud brevitatis et elegantiae causa dictum pro יזבל עמי.

זְבוּל et זְבֻל m. 1) *habitatio, domicilium*, v. c. Dei. 1 Reg. VIII, 13: בָּנֹה בָנִיתִי בֵּית זְבֻל לָךְ *exstruxi locum domicilii tibi.* 2 Par. VI, 2. Jes. LXIII, 15. Praeterea Ps. XLIX, 15: *corpus eorum consumetur in orco* מִזְּבֻל לוֹ *ita ut non* sit *domicilium ei* i. e. ut non perduret, sed putredine absumatur corpus eius. Hab. III, 11: שֶׁמֶשׁ יָרֵחַ עָמַד זְבֻלָה *sol* cum *luna subsistit in domicilio suo*, i. e. suum locum in coelis obtinet. Cf. quae observavimus ad מַזָּלוֹת. Ad ה paragogicum in זְבֻלָה, quod mere demonstrativum est, cf. gr. hebr. §. 93, 1, b. Lgb. §. 154 not. 3. adde שָׁמָּה = שָׁם. Winerus confert εἰς οἶκον ἐστι Mc. II, 1 et similia, sed haec potius pertinent ad אֶל litt. B. — 2) n. pr. viri. Iud. IX, 28.

זְבֻלוּן, זְבוּלֻן, זְבוּלוּן (habitatio, v. Gen. XXX, 20) n. pr. 1) filii Jacobi natu decimi, quem ex Lea suscepit Gen. XXXV, 23. XLVI, 24 et tribus ex eo oriundae Num. I, 9. 30. 31. VII, 24. X, 16. Deut. XXXIII, 18. Iud. I, 30. IV, 6. 10. V, 14. 18. Ps. LXVIII, 28. Jes. IX, 1 cet. cuius fines in septentrionali Palaestinae parte, inter Naphtalitas, Aseritas, mare mediterraneum (Jos. XIX, 11, cf. Gen. XLIX, 13) et lacum Genesareth (Jos. Ant. V, 1 §. 22) describuntur Jos. XIX, 10—16 coll. Jos. Ant. l. c., ita tamen ut nonnihil obscuritatis supersit (v. Relandi Palaest. p. 159, Rosenm. Alterth. II, 1, 297). LXX. Ζαβουλών. Vulg. *Zabulon*, ad formam זַבְלוּן, unde etiam N. gent. זְבוּלֹנִי Num. XXVI, 27. Iud. XII, 11. 12.

2) Quae Jos. XIX, 29 memoratur זְבֻלוּן in confiniis Aseritarum et Sebulonitarum, plerisque (v. Relandi Palaest. p. 129. 1062. Rosenm. l. c. II, 2. p. 67 et ad Jos. l. c.) est urbs munita eius nominis prope Ptolemaidem a Josepho memorata (bell. jud. II, 18 §. 9: πόλιν καρτερὰν τῆς Γαλιλαίας Ζαβουλὼν ἣ καλεῖται ἀνδρῶν), sed vide possitne ipsa tribus Sebulon intelligi. Certe sine ulla causa etiam Iud. XII, 11. 12 ad hanc urbem referunt Rosenm. l. c. Winerus in lex. bibl. p. 629.

זְבַן chald. *emit, comparavit sibi*, persaepe in Targg. Pa. vendidit. Syr. ܙܒܢ emit, Pa. vendidit, ܙܘܒܢܐ venditio. Sam. et Zab. id. In V. T. semel Dan. II, 8: *certo scio* דִּי עִדָּנָא אַנְתּוּן זָבְנִין *vos tempus lucrari velle* (dass ihr Zeit gewinnen wollt), *quoniam videtis, exiisse a me mandatum* (supplicii) i. e. tergiversando et cunctando moras nectitis, quum non ignoretis, quae sors vos maneat. LXX. et Theod. ὅτι καιρὸν ὑμεῖς ἐξαγοράζετε. Vulg. *quod tempus redimitis.* Conferunt ἐξαγοράζεσθαι καιρὸν Eph. V, 16. Col. IV, 5, quod tamen sensu a nostro diverso est: tempore temporisque opportunitate sedulo uti. Alienum etiam a nostro loco *emere tempus* Cic. Verr. 1, 3.

זְבִינָא (emtus) n. pr. viri Esr. X, 43.

זגג rad. inusit. Sam. et zab. i. q. זָכַךְ purus, pellucidus fuit, unde [Samaritan] purus, [Samaritan] puritas, [Syriac] purus, [Syriac] puritas; et apud Syros Arabesque ܙܓܘܓܝܬܐ (zab. [Mandaic]), زُجَاج, زِجَاج, زَجَاج vitrum, crystallus (Schult. Opp. min. p. 62). Translate ad sonum clarum et acutum inde est aram. זַג, ܙܓܐ campana, tintinnabulum. Vicinum est chald. זוג clarus, nitidus fuit. Inde hebr.

זַג (formae חַם a חָמַם) m. *pellicula uvae*, utpote clara et vitri instar pellucida. Num. VI, 4: מֵחַרְצַנִּים וְעַד זָג לֹא יֹאכֵל *a vinaccis usque ad pelliculam non comedet* i. e. neque vinacea, neque pelliculam. Pluralem זגים eadem sententia habes in Mischna Maaser. 5 §. 4. Orla 1 §. 8. Ex vett. interpretibus retinuerunt hoc vc. Hebraeo-sam. [Samaritan], et Saad. زَجّ (quod deest in lexx. nostris, manifesto tamen significatu): recte interpretati sunt Gr. Venet. ἔλυτρον (folliculus). Onk. עֻצּוּרִין id. Arabs Erp. قشر cortex. Kimchius: קליפת ענבים, sed male LXX. Vulg. *acinos*, quam potestatem habet חַרְצַנִּים q. v. Idem tamen habet Pesch. ܦܘܨܥܐ quod Bar Ali explicat عجم العنب ossicula uvae i. e. acini. Significatio vel ex etymo satis certa, neque erat quod in ea definienda tantopere fluctuaret J. D. Michaelis in suppl. Minus feliciter etiam Lud. de Dieu ad Num. l. c. זג *carnem uvarum* interpretatur coll. aeth. ሥጋ: *caro.*

זוֹ m. perraro cum nomine fem. ut Jos. II, 17: שְׁבֻעָתֵךְ הַזֶּה et fort. Iud. XVI, 28, f. **זֹאת** (pro זָאת, a masc. זָא = זו), rarius **זֹה** Eccl. II, 2. 24. V, 15. 18. VII, 23. IX, 13. 2 Reg. VI, 19. Ez. XL, 45 (cf. כֹּה no. 4, c) et **זוֹ** Hos. VII, 16. Ps. CXXXII, 12 (quo loco relat. est, v. no. 2), semel זֹאתָה cum He demonstr. (ut in הֵמָּה) Jer. XXVI, 6 Chethibh, comm. **זוּ** et Plur. **אֵלֶּה, אֵל** (quae vide suis locis)

1) pron. demonstr. *hic, haec, hoc*, gr. *οὗτος, αὕτη, τοῦτο*. Ponitur a) seorsum, Iob. I, 17: עוֹד זֶה מְדַבֵּר *hic adhuc loquebatur*. Eccl. VI, 9: גַּם זֶה הֶבֶל *etiam hoc* est *vanum*. Ex. II, 6. Gen. XV, 4. Iob. XV, 17. 2 Sam. XXIII, 17: שַׁלְּחוּ־נָא אֶת־זֹאת *eiicite quaeso hancce*, in genit. 1 Reg. XXI, 2: כֶּסֶף מְחִיר זֶה *pecunia, pretium eius*, dat. לָזֶה huic 1 Sam. XXI, 12, לְזֹאת huic (mulieri) Gen. II, 23, passim contemtim, ut gr. *οὗτος*, lat. iste, arab. هذا DE SACY gr. ar. I, p. 442 not., 1 Sam. X, 27: מַה־יֹּשִׁעֵנוּ זֶה *quomodo servabit nos iste?* Ex. X, 7 (cf. etiam Ex. XXXII, 1. 32: זֶה מֹשֶׁה הָאִישׁ, quae ita per appositionem accipienda: iste, vir Moses); b) cum subst., ita quidem, ut plerumque, pariter atque adiectiva, substantivum sequatur et utrumque articulo munitum sit, velut הַדָּבָר הַזֶּה hoc verbum, הָאִשָּׁה הַזֹּאת haec mulier, בַּיּוֹם הַזֶּה hoc die, כַּיּוֹם הַזֶּה sicut hoc die cet. (exempla v. infra), raro indefinite, ubi nomen definitum est, הַדּוֹר זוּ Ps. XII, 8 (gr. §. 109, 2 not.), poët. etiam utroque indefinito, velut גֶּפֶן זֹאת haec vitis Ps. LXXX, 15. — Alibi זֶה sine articulo nomini definito praemittitur, quod fit aa) ubi in pronomine continetur praedicatum aut subiectum sententiae, et cogitando addendum est verbum substantivum. Ex. XXXV, 4: זֶה הַדָּבָר *hoc* est *verbum*. Iud. IV, 14: זֶה הַיּוֹם *hic* est *dies*. 2 Reg. VI, 13: לֹא זֶה הַדֶּרֶךְ וְלֹא זֹה הָעִיר *non haec* est *via neque haec* est *civitas*. Ps. CXVIII, 20. Gen. XX, 13. Ex. III, 15. Lex. VI, 13. Iud. IX, 38. 1 Sam. XXI, 12. Jes. XIV, 16. Iob. XXVII, 13, ut in plur. אֵלֶּה תּוֹלְדֹת נֹחַ *hae sunt generationes Noachi* (v. אֵלֶּה p. 94 A). bb) rarius etiam, ut in Aramaismo, Arabismo (cf. דְּנָה חֶלְמָא hoc somnium Dan. IV, 15, هذا الوقت hoc tempus, هذا الكتاب hic liber, ذاك الكتاب ille liber) et in Graecismo (*οὗτος ὁ οἶκος*), זֶה הַבַּיִת est i. q. הַבַּיִת הַזֶּה, ita tamen ut in illo maior sit vis demonstrativa. Esr. III, 12: זֶה הַבַּיִת *hoc templum*, opp. הַבַּיִת הָרִאשׁוֹן (LXX. *τοῦτον τὸν οἶκον*). 1 Reg. XIV, 14: זֶה הַיּוֹם *hoc die*. (LXX. *ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ*. Vulg. *in hac die*). Ps. XLIX, 14: זֶה דַרְכָּם Vulg. *haec via illorum*, LXX. *αὕτη ἡ ὁδὸς αὐτῶν*. Jos. IX, 12: זֶה לַחְמֵנוּ *hic panis noster*. Ps. XLVIII, 15: זֶה אֱלֹהִים *hic Deus* (ubi articulus deest ante אֱלֹהִים, ut persaepe in sermone poëtico). Denique cc) ubi זֶה est adverbialiter accipiendum, v. no. 3, a. Negavit nuper FAESIUS (Jahn's Jahrbb. IV, p. 198) in exemplis sub litt. bb. laudatis זֶה substantivo arcte iunctum esse, eaque vel ad primam struendi rationem (litt. aa) refert (1 Reg. XIV, 4: *hic* est *dies*) vel ad tertiam (litt. cc, v. infra no. 3, a), nimirum Jos. IX, 12: *ibi panis* Vulg. *en, panes* (da, das Brot!). Esr. l. c. זֶה הַבַּיִת *nunc templum*, sed legitimam esse illam, quam nos statuimus, structuram et זֶה revera pronomen esse sine ellipsi verbi substantivi manifestum est ex Jos. IX, 12: זֶה לַחְמֵנוּ *hic panis noster* coll. Comm. 13: וְאֵלֶּה נֹאדוֹת הַיַּיִן *hi uteri vini*. Ps. LXXIII, 12: הִנֵּה אֵלֶּה רְשָׁעִים *vide hos scelestos*. Hab. I, 11: זוּ כֹחוֹ *hoc robur eius*.

Quomodo זֶה, זֹאת differat a הוּא, הִיא, supra monstravimus s. v. הוּא no. 1. 3. Ponitur autem זֶה, זֹאת pariter atque *οὗτος, αὕτη, τοῦτο* et lat. *hic, haec, hoc* de re, quam tanquam praesentem digito quasi monstramus, neque non de tempore praesente. Gen. XXXVIII, 28: זֶה יָצָא רִאשֹׁנָה *hic natus est primus*. V, 29: *vocavit nomen eius Noachum et dixit*: זֶה יְנַחֲמֵנוּ *hic consolabitur nos*. Jes. XXIX, 11: קְרָא־נָא זֶה *lege, quaeso, hoc*. XXII, 7: הֲזֹאת לָכֶם עַלִּיזָה *num haec vobis* (civitas) *exultabunda?*, persaepe in formula בַּיּוֹם הַזֶּה hoc die i. e. hodie Levit. VIII, 34. Jos. VII, 25. 1 Sam. XI, 13. 1 Reg. II, 27, עַד הַיּוֹם הַזֶּה usque ad hunc diem s. hodiernum diem, quo haec loquor vel scribo (LXX. *ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης*) Gen. XXXII, 33. XLVII, 26. XLVIII, 15. Ex. X, 6. Lev. XXII, 30. Deut. II, 22. III, 14. X, 8. XI, 4. XXIX, 4. Jos. VI, 25. VIII, 28. 29. IX, 27. X, 26. XIV, 14. XV, 63. XVI, 10. XXII, 3. XXIII, 8. 9. Iud. I, 21. 26. VI, 24. X, 4. XV, 19 cet. כַּיּוֹם הַזֶּה sicut hodierno die (v. יוֹם), בַּדּוֹר הַזֶּה hac aetate Gen. VII, 1. In historiis conscribendis etiam ea tanquam praesentia cogitantur, a) quae nunc cummaxime memorata erant Gen. VII, 11: *die septimo decimo mensis*, בַּיּוֹם הַזֶּה וגו׳ *hoc die aperti sunt fontes* cet. Comm. 13: בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה *hoc ipso die*. Ex. XIX, 1: *tertiis calendis post exitum* בַּיּוֹם הַזֶּה *hoc die* cet. Gen. XXXIX, 11: כְּהַיּוֹם הַזֶּה *hoc tempore* i. e. eodem tempore, quo evenerant superius narrata. b) quae ut statim secutura indicantur et quasi monstrantur. Gen. V, 1: זֶה סֵפֶר תּוֹלְדֹת אָדָם *hic* est *liber generationis Adami*. VI, 15: זֶה אֲשֶׁר תַּעֲשֶׂה אֹתָהּ *hoc* est *quomodo facies eam* i. e. ita facies eam. LXX. *οὕτω ποιήσεις* (cf. Ex. XXIX, 38). XLV, 19: זֹאת עֲשׂוּ וִחְיוּ *hoc* (quod statim dicam) *facite et vivetis*. Exod. XXXV, 4: *hoc est verbum, quod Deus iussit*. XXX, 13. Deut. XXXI, 19. Ps. VII, 4: אִם עָשִׂיתִי זֹאת *si hoc feci*, quod sequitur. XLII, 5. LXXIV, 18. Jes. LVI, 2. LVIII, 6. LXVI, 2. Ita plur. אֵלֶּה q. v. et gr. *οὗτος* ap. PASSOV. h. v. no. 2. In prioris generis exemplis multo frequentius est הוּא (q. v. no. 3), sed etiam זֶה locum habere posse, ostendunt quae supra laudavimus.

Praeterea notandum: aa) repetitum: זֶה — זֶה est: *hic, ille; unus, alter* Iob. I, 16. 1 Reg. XXII, 20. Ps. LXXV, 18, זֹאת, זֹאת 1 Reg. III, 16, זֶה אֶל־זֶה unus ad alterum Exod. XIV, 20. Jes. VI, 3. — bb) Vivide demonstrantis est, ubi pronominibus interrogativis additur, ad vim eorum augendam. Jes. LXIII, 1: מִי זֶה בָּא *quis est iste veniens?* Iob. XXXVIII, 2: מִי זֶה מַחְשִׁיךְ *quis iste*,

qui obscurabat consilium Dei? XLII, 2. Idem est מִי הוּא (v. הוּא no. 2, d). Esse autem זֶה in hac formula revera pronomen, non adverbium (no. 3), arguit locutio paulo fortius etiam interrogans מִי הוּא זֶה *quis est iste?* Jer. XXX, 21. Ps. XXIV, 10 (fortius quam מִי זֶה Comm. 8), in qua הוּא verbi substantivi vices sustinet (v. הוּא no. 4).

Fuerunt, qui זֶה etiam indefinite dictum censerent pro אֶחָד *aliquis.* Sic enim incipit nova oratio 1 Sam. XVII, 12: וְדָוִד בֶּן־אִישׁ אֶפְרָתִי הַזֶּה Vulg. *David autem filius viri Ephrataei*, cuius in superioribus mentio non facta. Sed certissimum est, pericopam 1 Sam. XVII, 12—31 reliquae narrationi ex alio quodam fonte insertam esse, in quo Isaei iam mentio facta erat, v. Dathium et Maurerum ad h. l. — זֶה, quod 1 Sam. XVII, 34 est in Chethibh, haud dubie mendosum est pro שֶׂה, neque debebat interpretandi artificiis vindicari a Nanninga in diss. Lugdd. p. 914.

2) rarius et nonnisi poët. ponitur pro relat., ut germ. *der* pro *welcher*, *damit* pro *womit* (cf. דִּי no. 1, b, chald. דִּי, quod ortum ex־זֶה, it. הַלָּזֶה hic, arab. الذى qui). Ps. CIV, 8: אֶל־מְקוֹם זֶה יָסַדְתָּ לָהֶם *ad locum quem iis fundasti*, destinasti. Prov. XXIII, 22. Iob. XV, 17. Ps. LXXVIII, 54. Et hoc quidem significatu, aeque ac אֲשֶׁר, זֶה indeclinabile videtur, ponitur certe pro plur. Iob. XIX, 19. Semel (pro plur. fem.) legitur זוֹ Ps. CXXXII, 12. Pro nota relationis (ut אֲשֶׁר A, 2) Ps. LXXIV, 2: הַר צִיּוֹן זֶה שָׁכַנְתָּ בּוֹ *mons Zion, in quo habitas.* Jes. XXV, 9. — Exod. XIII, 8 זֶה reddunt *is qui*, sed est nonnisi demonstr. relat. omisso, cf. arab. ما ذا رايت *quid hoc quod vidisti?*

3) est Adv. demonstrandi. a) loci: *hic* Gen. XXVIII, 17. Num. XIII, 17. מִזֶּה hinc Gen. XXXVII, 17. Ex. XI, 1. מִזֶּה וּמִזֶּה *hinc et hinc*, utrinque Num. XXII, 24. Jos. VIII, 33. אֵי־זֶה et אֵיזֶה quis? אֵי־מִזֶּה unde? v. pag. 78. 79. Saepius etiam est nostr. *da* (ibi), lat. passim reddas *en.* Ps. CIV, 25: זֶה הַיָּם *da* (ist) *das Meer*, en mare. Iud. V, 5: זֶה סִינַי *da der Sinai*, en Sinai montem. Jes. XXIII, 13, et substantivis, pronominibus, particulis postponitur, Dan. X, 22: אֲדֹנִי זֶה nostr. *mein Herr da*, dominus meus, quem digito quasi monstro. Gen. XXVII, 21: הַאַתָּה זֶה בְּנִי עֵשָׂו אִם לֹא *num tu iste* (du da) *sis filius meus Esavus, nec ne?* Vivide demonstrantis est הִנֵּה זֶה *siehe da!* Cant. II, 8. 1 Reg. XIX, 3. Sunt qui in plerisque his exemplis sententia non multum mutata vim pronominalem retineant, ut: *hoc est mare, dominus meus iste*, neque magnopere repugno, sed plurimis tamen locis, ut Iud. V, 5. Jes. XXIII, 13 illa ratio accommodatior.

b) temporis: *nunc, iam*, gr. δή. Mich. V, 4: וְהָיָה זֶה שָׁלוֹם *et iam erit pax.* 1 Reg. XVIII, 24: זֶה יָדַעְתִּי *nunc novi.* עַתָּה זֶה nunc ipsum, νῦν δή Ruth II, 7. 1 Reg. XVII, 24. Saepe numeralibus praemittitur, max. tempus indicantibus, et significat ei qui scribat satis iam magnum videri numerum vel temporis spatium. Gen. XXVII, 36: זֶה פַעֲמַיִם *iam bis.* XXXI, 38: זֶה עֶשְׂרִים שָׁנָה *iam viginti annos.* Comm. 41. XLIII, 10. XLV, 6. Num. XIV, 22. XXII, 28. 32. XXIV, 10. Deut. VIII, 2. 4. Iudd. XVI, 15. Zach. VII, 3: זֶה כַּמֶּה שָׁנִים *iam tot annos.* 2 Reg. V, 22. Etiam in his formulis vis pronominalis retineri possit et transferri: *hoc* sc. quod effluxit temporis spatium, iam *viginti anni sunt*, ex quo cet., *das* sind schon *zehn Jahre*, dass cet., latinius: *hi* sunt *viginti anni*, cf. gr. τρίτον ἢ τέταρτον ἔτος τουτί Demosth. Olynth. III, §. 4. Reddiderunt etiam LXX Gen. XXXI, 38. 41: ταῦτα μοι εἴκοσι ἔτη, XLV, 6: τοῦτο γὰρ δεύτερον ἔτος, et Targg. דְּנָן עַשְׂרִין שְׁנִין *hi* sunt *viginti anni*, דְּנָן תַּרְתֵּין שְׁנִין *hi* sunt *duo anni.* Sed alii veteres et aliis locis זֶה adverbialiter reddunt, velut Syrus constanter ܗܐ *ecce*, LXX. Vulg. Gen. XXVII: ἰδοὺ δεύτερον τοῦτο, *en altera vice* (cf. Luc. XIII, 18: ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη), cap. XLII: ἤδη δίς, *iam vice altera;* Saad. ubique قد *iam*, et etiam veteres Hebraeos ita cogitasse vc. זֶה, ex eo recte colligas, quod ante pluralem indeclinata mansit: nimis enim durum videtur: *hoc* est *viginti anni.*

c) neglecta significatione loci et temporis, passim additur interrogativis, quo vim earum augeat, ut מַה־זֶּה *quid tandem?* τί ποτε; Gen. XXVII, 20, cur tandem? Iud. XVIII, 24. 1 Reg. XXI, 5, לָמָּה זֶה cur tandem? Gen. XVIII, 13. XXV, 22, arab. لماذا.

4) Cum praepositt. a) בָּזֶה *in hoc* sc. loco, *hic* (cf. no. 3, a) Gen. XXXVIII, 21. Ex. XXIV, 14, translate ad tempus, *tunc* Esth. II, 13: sed בְּזֹאת ea lege (v. בְּ no. 20), בְּכָל־זֹאת (v. ibid.), בְּזֹאת propterea 2 Par. XIX, 2 (v. בְּ no. 16, b).

b) לָזֹאת propterea, unde אֵי לָזֹאת quare? Jer. V, 7. Sed לְזֹאת Gen. II, 23. Iob. XXXVII, 1 est: *huic, per hoc.*

c) כָּזֶה qui *sicut hic* est, *talis* Gen. XLI, 38, quod *sicut hoc* est, *tale* Jes. LVIII, 3. Fem. כָּזֹאת *sicut hoc* i. e. *tale* Jes. LXVI, 8, et: *ita, similiter* Iud. VIII, 8. 1 Reg. VII, 37. 2 Par. XXXI, 20, כָּזֹאת id. Gen. XLV, 23. כָּזֶה וְכָזֶה *sic et sic* Iud. XVIII, 4. 1 Reg. XIV, 5, *et sicut hoc et sicut illud* 2 Sam. XI, 25, כָּזֹאת וְכָזֹאת sic et sic 2 Sam. XVII, 15. (Arab. كذا).

d) אַחֲרֵי זֹאת i. q. אַחֲרֵי כֵן p. 72 A.

e) עַל זֹאת propterea Ps. XXXII, 6. Neh. XIII, 14. Idem est בַּעֲבוּר זֹאת Ex. IX, 16.

De linguarum cognatarum in hoc pronomine concordia haec habeas. Apud Arabes forma simplex pron. demonstr. est ذا, raro ذاه hic, fem. ذى haec, in fem. quoque ذه, ذهى, تى, تهى, ته, تا, plur. أولى (hebr. אֵלֶּה q. v. p. 94). Huic proxime cognatum est ذو, gen. ذى acc. ذا fem. ذات (hebr. זֹאת), plur. أولى, أولوا, quod vulgo quidem redditur *dominus, domina; praeditus, a, um aliqua re*, sed re vera est pronomen, v. c. ذو لب

dominus cordis, cordatus, pr. qui cordis est, أُولِى بأس qui roboris sunt, robusti (v. Schult. ad Florileg. sent. p. 182), quo pertinet etiam ذا nota genitivi in lingua vulgari, سفر ذا الكتاب tomus libri (cf. chald. דִּי no. 3). Apud Arabes Tajitas ذُو indecl. est: qui, quae, quod (v. infra ad זוּ). Ex simplici illa forma varia orta sunt composita: praemisso ها ecce: هاذا, هذا, f. هَذِهِ hic, haec; addito dat. pronominis: ذَاكَ, ذَلِكَ, et addito etiam He: هَذَاكَ ille (v. de Sacy gr. I, p. 442 not.); addito articulo: أَلَّذِى (hebr. הַלָּזֶה) relat. *qui*, c. fem. et plur. in lingua eruditorum, sed indecl. in lingua vulgari. Congruit cum illo melit. *da*, *dâka* hic. Aethiopes habent demonstr. ዝ: hic, ዛ: haec, pl. *elu*, *ela* (v. אֵלֶּה), et ዝኩ: ዝንቱ: ille, iste, relat. ዘ qui (m.); ex Aramaeis Chaldaei דָּא hoc (זאת), דֵּךְ hic, דָּךְ haec (cf. ذَاكَ), comm. דְּנָה, relat. דִּי, דְּ (quae vide), Nasoraei דא hic, haec, hoc, Syri tantum in fem. ܗܳܕܶܐ, raro ܕܶܐ haec, et relat. ܕ, Samaritani ࠃࠍ *den* hic, ࠃࠉࠍࠄ, ࠃࠉࠊࠄ iste (cf. talmud. דֵּין). In linguis indo-europaeis congruunt articuli sanscr. *sas*, *sa*, *tad* hic, haec, hoc, zend. *sô* haec, ea, goth. *sa*, *so*, *that* (der, die, das), et in Germanicis permultae voculae demonstrativae littera d (quam litteram demonstrativam vocare possis, *Deutelaut*) ordientia, ut *da* (ant. do, dhoh, dii, tho), gr. δέ att. δὶ in ὅδε, τόδε, et part. δή, lat. *ce* in *hic-ce*, gall. *ce-ci*, cf. hebr. זֶה no. 3.

זוּ i. q. זֶה sed mere poët. et indecl. pro fem. et pl. 1) demonstr. הַדּוֹר זוּ haec aetas Ps. XII, 8. Hab. I, 11: זוּ כֹחוֹ לֵאלֹהוֹ *hoc robur eius ei pro numine* est. Neutr. *hoc* Ps. LXII, 12. Saepius 2) relat. Refertur ad masc. Ex. XV, 13: עַם־זוּ גָּאָלְתָּ *populus quem redemisti*. Comm. 16. Jes. XLIII, 21. Ps. XXXII, 8. CXLII, 4. CXLIII, 8, ad fem. Ps. IX, 16: רֶשֶׁת זוּ טָמָנוּ. XXXI, 5, ad pl. masc. Ps. XVII, 9: רְשָׁעִים זוּ שַׁדּוּנִי, pl. fem. Ps. X, 2. Omisso demonstr. *id quod* Ps. LXVIII, 29. (LXX. et Symm. τοῦτο ὅ. Vulg. hoc quod. Syr. ܗܳܢܳܐ ܕ). Pro nota relationis est Jes. XLII, 24: זוּ חָטָאנוּ לוֹ *contra quem peccavimus*.

(In Talmude זוּ haud raro exstat pro זֶה, max. in compositis ut איזו quisnam. Sed plane ut Hebraei, Arabes Tajitae ذو utebantur pro الذى nullo gen. et numeri discrimine. Vide Freytagii Lex. II, p. 98. Tebrizi ap. Schultens. ad Har. II, pag. 75. Addo notam ms. Pocockii ex eius commentario in Meidanii Proverbia, qui Oxonii asservatur. Ad Prov. 340: اتى عليهم ذو اتى venit super eos quod venit, haec annotata sunt: ذو in dial. tribus طى idem valet quod الذى, unde dicunt in plur. نحن ذو فعلنا كذا nos sumus qui ita fecimus, et in sing. هو ذو فعل كذا ille est qui cet. et etiam in fem. هى ذو فعلت كذا illa est quae cet. Sensus paroemiae est اتى عليهم الذى اتى على الخلق يعنى حوادث الدهر i. e. venit super eos illud quod venire solet super homines sc. temporis vicissitudines et accidentia. Ita Nisabûr.")

הַלָּזֶה (Milêl) m. i. q. הַזֶּה. Bis legitur Gen. XXIV, 65: הָאִישׁ הַלָּזֶה, XXXVII, 19: בַּעַל הַחֲלֹמוֹת הַלָּזֶה *somniator iste* (contemtim). Respondet arab. أَلَّذِى quod tamen vim relativam nactum est. Conflatum est ex art. הַל (cuius l proprie geminatum, cf. אֵלֶּה) et זֶה, et dictum pro הַלְזֶה, Schwa mobili sub littera geminata in vocalem plenam mutato, ut geminatio magis perspicue audiatur, cf. עֲמָדָם pro עֲמְדָם. Falluntur autem, qui singularem pronominis formam לָזוּ, לָז, לָזֶה statuant, ut Jo. Simonis ed. 1 — 3. Inde decurtatum est

הַלָּז *hic*, in scriptoribus Pentateucho posterioribus, c. subst. definito masc. Iud. VI, 20: הַסֶּלַע הַלָּז. 1 Sam. XVII, 26. 2 Reg. XXIII, 17. Zach. II, 8, fem. 2 Reg. IV, 28, seorsum sine subst. 1 Sam. XIV, 1. Dan. VIII, 16 (utrinque masc.). Praeterea in cod. Sam. Gen. XXIV, 65. XXXVII, 19 pro הַלָּזֶה. Eandem apocopen habent Arabes, qui pro الذى etiam dicunt أَلَّذْ, أَلَّذِ de Sacy gr. I p. 335, neque non هذ in nummis pro هذا, v. Fraehn recensio nummorum cuficor. I. p. 91. 100. 105. 106. 149. 178. 565. 593. 595.

הַלֵּזוּ (ex הַל et זוּ, pro הַלְזוּ cf. ad הַלָּזֶה) i. q. הַזֹּאת Ez. XXXVI, 35 (c. subst. definito fem.). Ac nonnullae quidem editt., secuti ben Ascherum penacute legunt הַלָּזוּ (ut הַלָּזֶה), alii ex scriptura ben Naphtali acute הַלֵּזוּ.

זָהַב rad. inusit., haud dubie idem notans quod צָהַב *splenduit*, *flavus fuit* instar auri, vic. verbis זָהַר, צָהַר, v. ad צָהַר.

זָהָב cstr. זְהַב, semel c. copula וּזְהַב Gen. II, 12 m. 1) *aurum*, dictum a colore flavo, ut כֶּסֶף argentum a colore pallido, cf. nostr. *Gold* a *gel* (gelb) flavus, pr. metallum flavum, facessat enim J. D. Michaelis coniectura, qui ducit a ذهب abiit, evanuit. (Arab. ذَهَبٌ, syr. chald. ܕܗܒܐ, דְּהַב, zab. ܕܗܒܐ id.) Gen. XXIV, 22. 53. XXXVI, 39. Exod. III, 22 et persaepe. Amat articulum (v. הַ no. 1, a), max. cum praefixis, v. c. Jos. XXII, 8. 2 Chron. II, 6. 13. IX, 18. Esr. I, 4. 11. Jerem. X, 4. Jes. XL, 19. Prov. XVII, 3. XXVII, 21. XXVIII, 1. De auro puro, depurato dicitur זָהָב טָהוֹר Exod. XXV, 11. 29. 31 sqq. ז׳ מוּפָז 1 Reg. X, 18 et פָּז q. v., ז׳ מְזֻקָּק 1 Chron.

XXVIII, 18, it. זָהָב טוֹב 2 Chr. III, 5. 8, ז׳ סָגוּר et סָגוּר aurum pretiosum (q. v.), de auro aliis ignobilioribus metallis temperato ז׳ שָׁחוּט (v. שָׁחַט). Pretiosissimum auri genus erat aurum Ophiriticum (v. אוֹפִיר, אוּפָז, פַּרְוַיִם). Poëtica auri nomina sunt: חָרוּץ χρυσός, כֶּתֶם, sed בֶּצֶר auri metalla (Gold-Erz) notat. — Ubi numeralia praemittuntur, cogitando addendum שֶׁקֶל, שְׁקָלִים v. c. עֲשָׂרָה זָהָב *decem* (sicli) *auri* Gen. XXIV, 22. — Imaginem praebet puritatis Iob. XXIII, 10, et inde nobilitatis Thren. IV, 1. — 2) Metaph. de *splendore coeli* aureo, fortasse de ipso sole Iob. XXXVII, 22 (cf. SCHULT. ad h. l. p. 1061); de *oleo purissimo*, auri instar splendido (nostr. hell wie Gold) Zach. IV, 12.

זָהָה rad. inusit. *nitendi*, *splendendi* potestatem habens, ut vicinae צָהָה, צָהַר. Arab. زها luxit, pulchra visa est res (Togr. 42. Tim. I, 536. II, 406 Mang.), laete viruit floruitque planta, pass. زُهِىَ gloriatus est, superbivit, زَهْوٌ pulchritudo faciei (v. זִיו), flos plantae (v. זִו), cf. quae observavimus ad אוֹרָה p. 56 A, adde Ovid. Fast. 5, 563: vel quia purpureis *collucent floribus* agri, *lumina* sunt nostros visa decere dies, et versus arab. ap. Jones poës. asiat. p. 342: hortus quem ornant flores splendidi instar stellarum. Finitimum est زَهَى (fortasse pro زَهَوَ, v. pag. 360 A) ornavit, pr. splendere fecit. V. vestitus est (vestibus ornatus est), زِىّ habitus, vestitus [ornatus]. Syr. ܙܗܐ superbivit, pr. splendere voluit. Aph. fucavit faciem, pr. nitere fecit. Ethpa. splendidus factus est, ܙܗܝܐ illustris, zab. ܙܗܘܐ splendor. Inde

זִיו chald. m. *splendor* (contr. ex זְהִיו) Dan. II, 31. IV, 33. Plur. de colore faciei bello hilarique Dan. V, 6. 9: זִיוֹהִי שְׁנַיִן עֲלוֹהִי *color eius immutabatur ei* i. e. palluit. V. 10. VII, 28. Cf. hebr. cap. X, 8. (Syr. ܙܝܘܐ. Arab. زِىّ id.).

זִו m. i. q. chald. זִיו (quod quidem multi libri exhibent) *splendor*, impr. florum (v. rad.), unde nomen *mensis Hebraeorum secundi*, a novilunio Maii ad Iunii novilunium (sec. Rabbinos a novilunio Aprilis ad Maii), q. d. mensis florum. 1 Reg. VI, 1. 37. Targ. יַרְחָא זִיו נִיצָנַיָּא *mensis splendoris florum*. Tanchum Hierosol. in Comment. ms. ad prophetas: ירח זו قد قلنا انه شهر ايار لما يظهر فيه من الضيا والازهار والحسن بالنسبة لزمان الشتاء المتقدم *iam diximus hunc esse mensem Ijar, quia in eo apparent splendor et flores et pulchritudo, comparatione facta cum tempore hiemis quod praecessit*. Arabs Pocockii: شهر الزهر *mensis florum*. Idem mensis Chaldaeis, Syris et Arabibus vocatur אִיָּר, ܐܝܪ, أَيَّار (et ita Vers. simpl. c. Arabe l. c., neque non Jos. Arch. 8, 3 §. 1) similiter a splendore (rad. אוֹר). Cf. germ. *Lenz*, suec. *Glenz* ver, itidem a splendore dictum.

זַיִת cstr. זֵית pl. זֵיתִים m. 1) *olea* arbor Iud. IX, 9. Gen. VIII, 11. Hab. III, 16. Jer. XI, 16. Ps. LII, 10 cet., plenius זֵית שֶׁמֶן dicta Deut. VIII, 8 et זֵית יִצְהָר 2 Reg. VIII, 32. שֶׁמֶן זַיִת oleum olivarum. Ex. XXVII, 20. XXX, 24. Lev. XXIV, 2. כֶּרֶם זַיִת olivetum Iud. XV, 5. הַר הַזֵּיתִים mons olearum ad Hierosolyma situs Zach. XIV, 4, iam in V. T. sacer habitus 2 Sam. XV, 30. 1 Reg. XI, 7. — 2) *oliva* fructus. Jes. XVII, 6. XXIV, 13. עֵץ הַזַּיִת arbor olivarum. Hagg. II, 19. דָּרַךְ זַיִת olivas calcavit. Mich. VI, 15. — 3) *ramus olivae, frons oleagina*. Zach. IV, 11 coll. 12.

Frequentatur in omnibus linguis cognatis, syr. et zab. ܙܝܬܐ olea, arab. زَيْتٌ oleum, زَيْتُونٌ oliva, aethiop. ዘይት: oleum et oliva, ex quibus migravit in copticam, ubi ϪⲰⲒⲦ est oliva, in armenicam (ձէթ *dsclh* olea, oliva), et in hisp., in qua *azeyte* oleum, *azeytuno* olea. Originem, quam ignorare se fatentur Etymologi (v. J. D. MICHAELIS suppl., JO. SIMONIS h. v.), nil dubitans quaero in rad. nostra זָהָה, زها et زَهِىَ, ita ut זַיִת sit fem. a forma זִי, زِىّ et *splendorem* notet, quae potestas translata est (v. ad rad.) ad virorem et pulchritudinem „*semper frondentis olivae*" (Ov. Met. 8, 295. Theophr. hist. pl. 1, 15. Plin. XVI, 20), cf. Hos. XIV, 7: וִיהִי כַזַּיִת הוֹדוֹ *erit ut oleae splendor eius* (הוֹד autem idem valet quod זִיו cf. Dan. VI, 9 et X, 8). Jer. XI, 16: זַיִת רַעֲנָן יְפֵה פְרִי תֹאַר. Ps. LII, 10: אֲנִי כְּזַיִת רַעֲנָן, Sir. XXIV, 14: ὡς ἐλαία εὐπρεπὴς ἐν πεδίῳ, idque nunc magis placet, quam quod nuper suspicatus sum (Lex. man. p. 300), nomen referendum esse ad *splendorem olei* (cf. יִצְהָר oleum a צָהַר splenduit, et זָהָב Zach. IV, 12 de oleo pellucido et splendente). Postquam vera origo in oblivionem abierat, ת littera pro radicali habita est: unde factum ut זַיִת masc. gen. sit, et Arabes novum verbum inde formaverint: زات oleo condivit II. oleum procuravit. Caeterum de olea arbore adi CELSII Hierobot. II, p. 330 —350.

זֵיתָן (olea arbor, arab. زَيْتُونٌ) n. pr. viri 1 Par. VII, 10.

זֵתָם (i. q. זֵיתָן olea) n. pr. viri 1 Chr. XXIII, 8. XXVI, 22.

זָחַל rad. perdubia, in cod. Sam. Deut. XXXII, 24 זהלי pro זֹחֲלֵי (serpentes), ex permutatione gutturalium Samaritanis familiari.

זָהַם in Kal inusit. Arab. زَهِمَ foetuit, max. de rancidis, زَهَمٌ foetor, hircus. Melit. *zehem* odor foetidus. Syr. et zab. ܙܘܗܡܐ, ܙܗܘܡܘܬܐ id. apud Zabios de aquae

putridae odore (Cod. Nas. II, 200 lin. 18). Chald. sorduit. Pi. inquinavit, max. de sordibus pinguibus et male olentibus, ut sudore, fimo. Origo est in pinguedine, cf. زهم, syr. ܙܗܡ pinguis fuit.

Pi. foetidum habuit, ut sordidum aversatus est, *fastidivit*. Iob. XXXIII, 20: וְזִהֲמַתּוּ חַיָּתוֹ לָחֶם *fastidit eum, panem*. Suffixum πλεονάζει v. Lgb. §. 195, 2.

זַהַם (pinguedo, pinguis) n. pr. filii Rehabeami regis 2 Chr. XI, 19.

זָהַר in Kal inusit. *splenduit*, *luxit* (vic. צָהַר). Arab. زهر splenduit, luxit, nituit (de vultu), IV. XI. floruit planta, زَهْر flos. Aeth. ዘሀረ: superbivit (splendorem prae se tulit, cf. הָלַל no. 3). Aram. ܙܗܪ Pa. et Aph. splenduit, ܙܗܪܐ, זִיהוּר, זְהוֹר lux, splendor, זְהוֹרִי coccineum (color splendens), sed saepius translate, v. infra ad Hi. et Ni. Cf. sanscr. *sur* splendidum, gloriosum esse.

Hiph. הִזְהִיר 1) *illustravit* (syr. et chald. Aph. id.), sed ubique metaph. a) *docuit*, *edocuit* (cf. אוֹר Hi. no. 3 et subst. litt. f, adde ܢܗܪ luxit, it. doctus, edoctus est Barhebr. 451, ܐܬܢܗܪ id. ibid. 453. Pa. docuit Ephr. II, p. 270. ܡܙܗܪܢܘܬܐ doctrina, scientia, aethiop. ዜከረ: IV. አዝሀረ: vituperavit, culpavit, pr. illuminavit), sq. acc. pers. 2 Par. XIX, 10, sq. dupl. acc. pers. et rei Ex. XVIII, 20: וְהִזְהַרְתָּה אֶתְהֶם אֶת־הַחֻקִּים *et doceas eos statuta*. b) *monuit*, *admonuit* aliquem, ut sibi caveat (*warnen*) 2 Reg. VI, 10. Ez. XXXIII, 3, ut desistat a pravitate Ez. III, 19. 20, sq. מִן *dehortatus est* al. ab aliqua re. Lev. XV, 31: וְהִזַּרְתֶּם אֶת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל מִטֻּמְאָתָם. Ez. III, 18: לְהַזְהִיר רָשָׁע מִדַּרְכּוֹ הָרְשָׁעָה *ad dehortandum improbum a vita sua improba*. Sed III, 17. XXXIII, 7: וְהִזְהַרְתָּ אֹתָם מִמֶּנִּי est *admoneas eos meo nomine*, meis verbis, nostr. von meinetwegen. — 2) intrans. *splenduit*, *fulsit* pr. *lucem sparsit* i. q. הֵאִיר Dan. XII, 3. (Chald. אַזְהַר id.).

Niph. 1) *edoctus est* Ps. XIX, 12 (sq. בְּ aliqua re). 2) *commonefactus est*, *admonitionem admisit*, *monitis paruit* Eccl. IV, 13. Ez. III, 20. XXXIII, 4—6, inde *cavit sibi* Eccl. XII, 12: וְיֹתֵר מֵהֵמָּה בְּנִי הִזָּהֵר *et quod ultra ea est, mi fili*, ab his *cave tibi*: מִן pendet ex יוֹתֵר, non ex verbo. (Chald. אִזְדְּהַר, syr. Ethpe. ܐܙܕܗܪ praemonitus, cautus est, cavit sibi, ܙܘܗܪܐ, ܙܘܗܪܢܐ admonitio, cautio, cautela. Arab. Conj. VIII. curam habuit rei, pr. cautus fuit in eâ).

זְהַר chald. id. Part. pass. זְהִיר *commonefactus*, *cautus*. Esr. IV, 22: זְהִירִין הֲווֹ — לְמָה *cauti estote* — *ne*. Syr. ܙܗܝܪܐ id., v. Hebr. XII, 15: ܘܐܙܕܗܪܘ ܕܠܡܐ ܐܢܫ pro gr. ἐπισκοποῦντες μή —. ܙܗܝܪܐܝܬ caute, adv.

זֹהַר m. *splendor*, coeli Ez. VIII, 2. Dan. XII, 3. V. supra rad. Arab. زُهْرَة, zab. ܙܘܗܪܐ id.

זוּב 1) *fluere*. Pr. de aqua Ps. LXXVIII, 20: *percussit rupem* וַיָּזוּבוּ מַיִם *et fluxerunt aquae*. CV, 41. Jes. XLVIII, 21. Dicitur a) de sanguine mulierum menstruo Lev. XV, 25: כִּי יָזוּב זוֹב דָּמָהּ *si fluit fluxus sanguinis eius*, et de fluxu seminis s. gonorrhoea viri. Lev. XV, 2: אִישׁ אִישׁ כִּי יִהְיֶה זָב מִבְּשָׂרוֹ זוֹבוֹ *vir quisquis est, si fluit fluxus ex pudendis eius*. *Fluere* autem ex idiomate linguae dicuntur res et personae, in quibus aliquid fluit, vel unde aliquid defluit. Inde part. זָב fluens i. e. gonorrhoea laborans (LXX. γονοῤῥυής) Lev. XV, 4—13. 32. XXII, 4. Num. V, 2. 2 Sam. III, 29, fem. זָבָה mulier menstrua patiens Levit. XV, 19, cf. Comm. 25 fin. Impr. dr. de affluentia et redundantia, c. acc. rei, qua quid affluit vel redundat. Ex. III, 8: אֶרֶץ זָבַת חָלָב וּדְבָשׁ *terra lacte et melle affluens*. V. 17. XIII, 5. XXXIII, 3. Lev. XX, 24. Num. XIII, 27. XIV, 8. XVI, 14. Deut. VI, 3. XI, 9. 15. XXVII, 3. XXXI, 20. Jes. V, 6. Jer. XI, 5. XXXII, 22. Ez. XX, 6. Sine casu Jer. XLIX, 4: זָב עִמְקֵךְ *redundat vallis tua* sanguine.

2) *diffluere*, *contabescere*. Thren. IV, 9. Vide de h. l. ad rad. דָּקַר. (Aram. דּוּב, ܕܒ fluere, diffluere, liquefieri. Arab. ذاب contabuit fame, morbo. Zab. ܙܘܒ, ܙܘܒܐ fluxus. Radices vicinae sunt צוּף fluere, זוּף liquefieri, fluere. Origo esse videtur in liquefaciendo, vide ad דָּאַב).

זוֹב m. *fluxus*, ut seminis virilis, gonorrhoea Lev. XV, 1—15, sanguinis menstrui Lex. XV, 16 sq.

זוּד vel **זִיד** 1) i. q. vic. דּוּד *effervescere*, de aqua, onomat. ut nostr. *sieden*, angl. *to seeth*, gr. ζέω, unde ζύθος (*Sud*, *Absud*), cf. simile σίζω. V. Niph. et Hiph. no. 1. Inde *redundavit* aqua fervens. Aeque ac gr. ζέω et lat. *ferveo* hoc

2) transfertur ad aestuosi animi intemperantiam, insolentiam et proterviam (cf. פָּחַז, arab. بغا et Schultens. Opp. min. p. 80). Inde *proterve*, *insolenter agere* in aliquem, sq. עַל Ex. XVIII, 11: בַּדָּבָר אֲשֶׁר זָדוּ עֲלֵיהֶם *in ea re, in qua proterve egerunt* (Aegyptii) *contra eos* (Israëlitas), אֶל Jer. L, 29: כִּי אֶל יְהוָה זָדָה *nam contra Jehovam insolenter agit*. Vide Hi. no. 2. et nomina derivata.

Niph. part. נָזִיד (a forma זִיד, quanquam haec verba alibi in Niphal adoptant formam עו cf. Lgb. p. 411; non enim est, quod radicem נָזַד statuas cum Kimchio,

Coccejo al.) *coctum, ferculum.* Gen. XXV, 29. 2 Reg. IV, 38—40. Hagg. II, 12.

Hiph. 1) *coxit* (v. Kal no. 1), coquendo paravit, Gen. l. c. וַיָּזֶד יַעֲקֹב נָזִיד *et coxit Jacobus ferculum.* LXX. ἥψησε δὲ Ἰακὼβ ἕψημα. Vulg. *coxit autem Jacob pulmentum.* Onk. בַּשֵּׁל תַּבְשִׁילָא.

2) i. q. Kal no. 2 *proterve, insolenter egit*, maxime de iis, qui consulto et scientes contra dei praecepta peccant. Deut. I, 43: וַתָּזִדוּ וַתַּעֲלוּ הָהָרָה *insolenter egistis et ascendistis in montem*, invito Dei mandato. XVII, 13. Neh. IX, 16: הֵם וַאֲבֹתֵינוּ הֵזִידוּ *ipsi et patres eorum insolenter egerunt.* 29, sq. gerundio Deut. XVIII, 20, sq. עַל pers. Ex. XXI, 14: כִּי יָזִד אִישׁ עַל רֵעֵהוּ לְהָרְגוֹ בְעָרְמָה *si quis proterve agit contra proximum suum, eum occidendo dolose.* Neh. IX, 10.

Superbiae et arrogantiae notionem praeter Hebraeos habent etiam Chaldaei (v. statim) et Nasoraei, quibus ܐܡܙܕܐ est superbus, ܐܡܙܕܘܬܐ superbia, fastus, cf. syr. ܐܙܕܘܬ superbivit, ܙܕܘܬܐ superbia, ܡܙܕܘܬܐ id. Ephr. I, p. 42, arab. زوزى superbivit (einherstolziren). Quae Lexx. arabica sub his litteris habent, nimirum زاد med. Je auxit, incrementa cepit, et زاد med. Waw Conj. II. commeatu s. viatico instruxit, primo obtutu ab usu Hebraeorum alieniora videri possint: sed utrumque a primaria effervescendi potestate profectum est. Namque زاد med. Je, quod saepe dicitur de fluviis crescentibus et ultra ripas redundantibus (v. زاد النيل crevit Nilus Elmacin. III p. 289, زيادة النيل incrementum Nili Abulpharag. dynast. p. 340. زيادة فى الدجلة ibid. p. 392) et transfertur ad exercitus inundantes (Tim. p. 93. 348. Gol. I, 312. II, 600 Mang.), proprie notare videtur *effervescere* (v. Hackmanni praecid. s. I, p. 15 sqq., nihil valent exempla a Hartmanno, lingu. Einl. p. 252 laudata); et ab eadem s. coquendi potestate etiam ductum esse potest زوّد aram. ܙܘܕ, זַוֵּד commeatu instruxit (zukochen zur Reise), ܙܘܕܐ, זְוָדָא, زاد commeatus, quanquam hoc etiam ad rad. צוד referri potest.

זוּד chald. Aph. inf. הֲזָדָה i. q. hebr. Hiph. no. 2. *proterve, insolenter egit.* Dan. V, 20. In Targg. est זֵידָן, זֵדוֹן superbus, זֵידוֹנָא, זְדָנוּתָא superbia.

זֵד adj. verbale, *superbus, protervus.* Prov. XXI, 24: זֵד יָהִיר לֵץ שְׁמוֹ עוֹשֶׂה בְּעֶבְרַת זָדוֹן *superbus et inflatus, irrisor est nomen eius, agit in abundantia superbiae.* Pl. זֵדִים protervi Jer. XLIII, 2, spec. homines superbi et protervi, qui spreta lege divina pios persequuntur Ps. LXXXVI, 14 (parall. עָרִיצִים). CXIX, 21. 51. 69. 78. 85. 122. Mal. III, 15. 19, neque aliter Ps. XIX, 14: גַּם מִזֵּדִים חֲשֹׂךְ עַבְדֶּךָ *etiam a superbis serva* i. e. tutum praesta *servum tuum* i. e. ab hominum protervorum et impiorum societate, ut bene Aben Esra, cf. verba sequentia: אַל יִמְשְׁלוּ בִי ne dominentur in me, i. e. vim exerceant in me, me ad flagitia seducant. (Kimchius aliique זֵדִים h. l. neutraliter accipiunt: superba, superbe gesta i. e. peccata a sciente commissa, coll. זָדוֹן Deut. XVII, 12. XVIII, 22, sed illud ad usum loquendi accommodatius). De Babyloniis superbis et impiis Jes. XIII, 11. LXX. ὑπερήφανος Ps. CXIX. Jes. XLIII, θρασύς Prov., ἄνομος Jes. XIII.

זֵידוֹן m. *superbus.* Ps. CXXIV, 5: הַמַּיִם הַזֵּידוֹנִים *aquae superbae* i. e. exaestuantes. Ita saepe Hebraei (v. גְּאוֹן גַּלֶּיךָ Iob. XXXVIII, 11 et עָשַׁק Iob. XL, 18) et Arabes, velut بحر زاخر mare superbum i. e. aestuans, نهر زخّار fluvius superbus i. e. Jordanes utpote extra ripas excrescens, طغى الما superba fuit aqua Cor. 69, 11. Tim. I, 40 Mang., طاغى Oxus aestuans, طما superbus fuit, de fluvio intumescente Doreid. 222, طلم violentus fuit, de mari Tim. I, p. 342. Caeterum in nostro vocabulo exaestuandi potestas primaria est.

זָדוֹן m. cstr. זְדוֹן Obad. 3. Jer. XLIX, 16 c. Suff. זְדֹנְךָ 1 Sam. XVII, 28 (Kamez abiecto, quasi a radice זָדָה i. q. זיד, זוד) *superbia, fastus.* Prov. XI, 2: בָּא זָדוֹן וַיָּבֹא קָלוֹן *venit fastus, et venit ignominia.* Opp. modestia. XIII, 10. XXI, 24. זְדוֹן לִבֶּךָ Obad. Jer. l. c. Concr. de Babylone fastuosissima Jer. L, 31. 32. Speciatim *superbiae* tribuitur, si quis sciens legem divinam migrat et ex propria auctoritate agit. Deut. XVII, 12: וְהָאִישׁ אֲשֶׁר יַעֲשֶׂה בְזָדוֹן לְבִלְתִּי שְׁמֹעַ אֶל־הַכֹּהֵן. XVIII, 22: *si propheta loquitur in nomine Dei, et non evenit vaticinium neque impletur* ..... בְּזָדוֹן דִּבְּרוֹ הַנָּבִיא *proterve hoc locutus est propheta* i. e. sua tantum auctoritate nixus, temere et arroganter. (Cod. Sam. in utroque loco scribit בזידון, coll. chald. זֵידָן, זֵידְנוּת). — LXX. ὑπερηφανία, quater ὕβρις, Jer. XLIX ἰταμία.

זָוָה rad. inusit. respondens arabicae زوى *abdidit, celavit* v. c. arcanum ab amico, spem ab herede Har. 43, p. 289 de Sacy, VII abdidit se, in angulum se recepit. Har. 38, p. 243 de Sacy. Inde

זָוִית (hunc enim nominativum statuendum esse, fuse disputat Abulwalides h. v., coll. syr. ܙܘܝܬܐ) f. *angulus.* (Arab. زاوية angulus, item cella, quam quis inhabitat, hist. Tim. II. pag. 880. lin. 13, spec. cella monachi ut gr. γωνία Abulf. Ann. 418 ed. Reiske p. 424. 426, asylum, Horst Beschreib. von Maroco p. 125. Syr. ܙܘܝܬܐ, sam. מזובה). In V. T. de angulis altaris Zach. IX, 15, per meton. de *columnis angularibus* (cf. arab. ركن angulus et columna angularis). Ps. CXLIV, 12: בְּנוֹתֵינוּ כְזָוִיֹּת מְחֻטָּבוֹת *filiae nostrae* sint *instar columnarum angularium* pulchre *excisarum.* Hae enim columnae

in quovis palatio et firmissimae sunt et elegantissimae. Cogita autem Caryatides in arte aegyptiaca frequentissimas. Aqu. ὡς ἐπιγώνια. Vulg. *quasi anguli*. Ita etiam Hebraei interpretes.

מְזֵו pro מִזְוֶה (ut מַעַל pro מַעֲלָה) Plur. מְזָוִים *cellae, promtuaria*, in quibus aliquid reconditur. Cf. rad. et arab. زاوية. Ps. CXLIV, 13. LXX. ταμεῖα. Hieron. et Vulg. *promtuaria*. Chald. תוסברין thesauri. Syr. ܙܘܝܬܐ (cf. Luc. XII, 3. 24). Hebraei interpretes, quos recentiorum plurimi sequuntur, *angulos* interpretantur, et Michaëlis promtuarii significationem ab *angulo* derivat. Utrumque minus bene. Promtuarii enim significatus a notione radicis derivandus.

זוּז rad. inusit. 1) *micare, radiare* i. q. צוּץ (v. Schroederi Observatt. ad origg. hebr. cap. VIII). Spec. *radiatim fluere*, de lacte uberis (v. זִיז no. 1, cf. דָּרַר no. 2. 3). 2) *movere se* (ut talmud.), inde זִיז no. 2. — A prima micandi potestate esse videtur talmud. זוּז moneta, it. lapis pretiosus (syr. ܐܙܕܘܙ superbivit huc minus pertinere videtur, v. ad זוּד, et sine auctoritate sunt, quae passim laudantur in Lexx. ܙܘ superbivit, زز micuit), ab altera talm. זָאז, זָז ramus, dictus ab agitatione.

זוּזִים m. pl. n. pr. populi antiquissimi, trans Jordanem habitantis Gen. XIV, 5, fortasse eiusdem atque זַמְזֻמִּים, qui erant aborigines Ammonitidis. LXX. ἔθνη ἰσχυρά, neque aliter Syr. Onk. Sam., cuius tamen etymi causam ignoramus. Clericus זוזים interpretatur gentem vagam (a זוּז movere se), sed ex etymo tam incerto nihil colligere licet. Minus etiam probandum, quod Michaelis suppl. 598 confert arab. زوزية breves et crassi homines, nam زوازية, زوزية (ita enim hoc vc. scribendum esse docet Firuzabadius) est a زاز et themate trilittero زوز (זוּז) et pr. magnum cacabum notat, iocose tantum ad talis staturae homines translatum.

זִיז vc. poët. 1) *radii lactis, lac* ex pleno ubere *radiatim* et abundanter *defluens, lactis ubertas* (v. rad. no. 1). Sic primigenia imagine servata Jes. LXVI, 11: לְמַעַן תָּמֹצּוּ וְהִתְעַנַּגְתֶּם מִזִּיז כְּבוֹדָהּ *ut sugatis et delectemini lacte divitiarum eius* i. e. abundantia, copia div. eius. Parall. מִשֹּׁד תַּנְחֻמֶיהָ. Cf. Comm. 16, ubi pro זִיז eodem contextu et parallelismo est חָלָב lac. Biblia Soncin. et nonnulli codd. pro זיז scribunt זיו (chald. splendor), atque ita vc. זִיז declarat Kimchius, si originem spectas, non male. Vide praeter N. G. Schroederum, Origg. hebr. cap. 8 §. 24 Kocheri quoque et nostram not. ad Jes. l. c. (In lingua melit. *zejzae* mammam notat, teste Vassalli p. 672. Iam quum Jes. l. c. pro זיז in altero membro sit שׁד, suspicari possis etiam illud pr. mammam notare, et finitimum esse vcc. דַּד, שַׁד. Nolim tamen זיז nostrum discernere a זִיז no. 2 et vc. illud melitense fortasse ne arabicae quidem originis est, sed italicae ex *zizza, cicoia mamma*).

2) *quod movetur*, was sich regt, was lebt und webt. Sic poët. זִיז שָׂדַי de bestiis agrestibus Ps. L, 11. LXXX, 14, ut bene Syrus. Abulwalides: وحش وحيوان *ferae et bestiae*. Kimchius: כלל לחיות השדה המדבריות *commune est bestiis agri deserticolis*. Ad etymon Bochartus in Hieroz. I, p. 979. 980 bene confert gr. κνώδαλον bestia pro κινώδαλον et κινώπετον a κινεῖσθαι, adde κνώψ a κινέω, πρόβατον a προβαίνω, arab. ماشية quadrupes a مشى ivit, aethiop. እንስሳ: animal a ሰሰሰ: movit se, ivit. Nugae sunt, quod Targ. utroque loco *gallum silvestrem* interpretatur, Aben Esra *avem*.

זִיזָא n. pr. duorum virorum a) 1 Par. IV, 37. b) 2 Par. XI, 20.

זִיזָה n. pr. viri 1 Par. XXIII, 11, cuius loco Comm. 10 est זִינָא.

זִיזָ (quem *movet* Deus, cui vitam motumque dedit Deus) n. pr. viri 1 Par. XXVII, 31.

מְזוּזָה f. *postis* ianuae portaeque, in quo cardines eius *moventur*. Ex. XXI, 6. 1 Sam. I, 9. Jes. LVII, 8. Ez. XLI, 21. XLIII, 8. XLV, 19. XLVI, 2. Plur. מְזוּזוֹת Deut. VI, 9. XI, 20. 1 Reg. VI, 31 (ad quem locum vide p. 44 A). 33. VII, 5. Prov. VIII, 34, שְׁתֵּי הַמְּזוּזוֹת Exod. XII, 7. 22. 23 (ubi distinguitur a מַשְׁקוֹף superliminari). Iud. VI, 3. LXX σταθμός, et, quod idem valet (non limen), φλιά v. Od. 17, 221, cf. Hesychium, Suidam et Schneideri Lex. gr. (ed. 3) h. v.

זוּל 1) i. q. זָלַל no. 2. *effundere, profundere*. Semel legitur Jes. XLVI, 6: הַזָּלִים זָהָב מִכִּיס *hi effundunt aurum ex crumena* i. e. prodigunt, cf. de hoc usu הַ demonstrativi gramm. min. §. 108, not. (Vicinum hac significatione arab. ذال med. Je vilipensa est res IV. vilem habuit rem, v. Hiph.).

2) *removere, amovere*, cf. arab. زال med. Waw et Je, amovit, et intrans. abiit, desiit, defecit.

Hiph. הִזִּיל (pro הֵזִיל, forma ad Rabbinismum deflectens, cf. radd. נוּחַ, סוּת, לוּן, מוּל et gramm. min. §. 71, not. 9) *vilipendit*, cf. Kal no. 1, ibique usum Arabum. Thren. I, 8.

זוּלָה f. *remotio, amotio, discessio*, nonnisi in st. cstr. זוּלַת in acc. *cum remotione* alicuius, quod abit in praep. *praeter* aliquem (pr. quum discesseris ab aliquo) 2 Reg. XXIV, 14: זוּלַת דַּלַּת עַם הָאָרֶץ *praeter pauperes terrae*, et ita etiam זוּלָתִי (cum Jod parag. i. q. זוּלַת) velut Deut. IV, 12: זוּלָתִי קוֹל *praeter vocem*. I, 36. 1 Reg. III, 18. XII, 20. Ps. XVIII, 32. Semel est conj. *praeterquam quod*, pro זוּלָתִי אֲשֶׁר Jos. XI, 13: זוּלָתִי אֶת־חָצוֹר לְבַדָּהּ שָׂרַף יְהוֹשֻׁעַ *praeterquam quod Josua cremavit*

solam urbem Chazor. Cum suff. זוּלָתִי praeter me (quum discesseris a me) Jes. LIV, 5. 21. Hos. XIII, 4, זוּלָתְךָ praeter te Ruth IV, 4. Jes. LXIV, 4, in pausa זוּלָתֶךָ 2 Sam. VII, 22. Jes. XXVI, 13. 1 Par. XVII, 20, זוּלָתָהּ praeter eam 1 Sam. XXI, 9.

זוּן in Kal inusit. Chald. syr. sam. (ܙܳܢ et ܙܰܝܶܢ) zab. *alere, pascere, cibare.* Semel legitur in

Hoph. Jer. V, 8 Chethibh: סוּסִים מְוּזָנִים *equi bene pasti* i. e. pingues. In Keri est מְיֻזָּנִים, de quo v. rad. יָזַן.

זוּן chald. id. in Targ. pro hebr. כִּלְכֵּל Gen. XLVII, 12, 15, רָעָה XLVIII, 15. Hos. XIII, 6.

Ithpe. fut. יִתְּזִין (aletur) Dan. IV, 9, cf. יִתְזָן Gen. XLI, 17, יִתְּזוּנוּן Hos. IX, 2 Targ.

זוֹנָה *meretrix*, quod a nonnullis male redditur *cauponaria*, v. rad. זָנָה.

מָזוֹן m. *cibus, alimentum.* Gen. XLV, 23. 2 Chr. XI, 23.

מְזוֹן chald. id. Dan. IV, 9. 18, cf. Ps. CXXXVI, 25 Targ. Syr. ܡܣܘܢܳܐ, et chald. זְיוּן id.

זוּעַ i. q. gr. σείω, σεῖω (cf. נוּעַ = νεύω) pr. *concutere, agitare* (v. Pil. et זְוָעָה), in Kal intrans. *agitari*, spec. *moveri, movere se* Esth. V, 9, *commoveri, tremere* Eccl. XII, 3. (V. chald. Arab. زاع med. Je intrans. nutavit, vacillavit, Har. VI p. 252 Schult.).

Pil. part. מְזַעְזֵעַ *agitans, divexans.* Hab. II, 7: *subito surgent vexantes te* וְיִקְצוּ מְזַעְזְעֶיךָ *et expergefient exagitantes te.* (Aram. זַעְזַע, ܙܳܥ commovit, concussit, arab. زعزع agitavit arborem ventus, quo sensu etiam scribitur زعزع. II. pass. commovit se, زعزع agitatus, vehemens, de vento Har. 3, p. 178 Sch., it. Ain emollito زأزأ commovit, terrefecit).

זוּעַ chald. *tremere, timere*, copulatur c. דְּחַל, sq. מִן קֳדָם, de timore regis Dan. V, 19, Dei VI, 27. Part. pl. זָאֲעִין, Keri זָיְעִין Dan. l. l. c. c. In Targg. est commoveri, contremiscere, pro נוּעַ Jes. VI, 4. VII, 2, רָגַז XIV, 9, רָעַשׁ XXIV, 19, spec. timore, pro חָרַד Exod. XIX, 16. Ithpal. אִזְדַּעְזַע contremuit, Aph. perterrefecit. Syr. ܙܳܥ movit, commovit se (v. Cast.), ܐܶܙܕܰܥܙܰܥ commotus est (gratia divina) Ass. III, 1. p. 179 b. Pa. ܙܰܝܶܥ commovit, concussit.

זְוָעָה f. (c. Waw mobili) *agitatio, divexatio* (ex rad. Pil.). Jer. XV, 4: וּנְתַתִּים לְזַעֲוָה לְכֹל מַמְלְכוֹת הָאָרֶץ *et tradō eos divexationi omnibus terrae regnis.* XXIV, 9. XXIX, 18. XXXIV, 17. 2 Par. XXIX, 8. Sed Keri in omnibus his locis exhibet formam זַעֲוָה, utpote prolatu faciliorem q. v. — 2) *terror.* Jes. XXVIII, 19: וְהָיָה רַק זְוָעָה הָבִין שְׁמוּעָה *et vel famam audire terrori est.* Iungenda sunt: רַק הָבִין שְׁמוּעָה (nonnisi rumorem audire), cf. quae observavimus ad גַּם p. 293 et אַךְ p. 89 A. (Syr. ܙܘܥܳܐ, ܙܘܥܬܳܐ, ܙܰܘܥܬܳܐ et eiecto Ee ܙܘܥܳܐ commotio, tumultus, tremor, timor, terror. Sam. ܙܘܥ et ܙܘܥܬ id.).

זַעֲוָה f. litteris transpositis pro זְוָעָה (ut עַלְוָה pro עַוְלָה) *vexatio, divexatio* Deut. XXVIII, 56. Ez. XXIII, 46, et praeterea Jer. XV, 4. XXIV, 9. XXIX, 18. XXXIV, 17. 2 Chr. XXIX, 8 in Keri. Inde

זַעֲוָן (inquietus) n. pr. viri Gen. XXXVI, 27. 1 Chr. I, 42.

זֵעָה *sudor*, v. rad. יָזַע.

זִיעַ (motio) n. pr. viri 1 Par. V, 13.

זוּף rad. inusit. prob. i. q. זוּב *fluere, liquefactum esse*, cf. arab. دف fluxit, liquatus est, دف liquatus est, liquescendo stillavit, زب fluxit, et in linguis indoeuropaeis *sapo, sapa*, nostr. *Seife, Saft* (v. Adelungium h. v.). Inde

זֶפֶת (ut קֶשֶׁת a rad. קוּשׁ) f. *pix*, a fluendo et liquefaciendo dicta (ut germ. *Schmalz* a verbo *schmelzen* et قَطْرَان pix, a قطر stillatim fluxit) Exod. II, 3. Jes. XXXIV, 9, cf. Mischna Schabb. c. 2. (Aram. ܙܶܦܬܳܐ, זִפְתָּא Ex. l. c. et זִפְּתָא Jes. l. c. id., arab. زِفْت, unde ortum novum verbum زَفَّت pice illevit, ut ܐܬܩܫܬ iaculatus est a קֶשֶׁת arcus, סַלַּת a סֹלֶת (rad. סָלַל), in quibus exemplis cunctis ת primitus servile deinde in radicale abiit).

זִיף (fluxus) n. pr. 1) duorum oppidorum in tribu Judae, quorum alterum in australi eius parte situm erat Jos. XV, 24, alterum in regione montana, ibid. Comm. 55. Hoc posterius postea a Rehabeamo munitum (2 Chr. XI, 8) deserto vicino nomen dedit מִדְבַּר זִיף 1 Sam. XXIII, 14. 15. Gentilicium est זִיפִי ibid. Comm. 19. XXVI, 1. Vide Euseb. et Hieron. v. *Zib*, Relandi Palaest. p. 1064. 2) viri 1 Chr. IV, 16.

I. זוּר 1) *comprimere, exprimere.* (Syr. ܙܳܪ, ܙܘܪ manu cepit. Arab. زرّ compressit spec. labium equi freno vel capistro. Origo est in coarctando, cf. vicinas radd. אָרַר, צוּר). Fut. Ind. VI, 38: וַיָּזַר אֶת־הַגִּזָּה *et expressit vellus.* Iob. XXXIX, 15: וַתִּשְׁכַּח כִּי רֶגֶל תְּזוּרֶהָ *et* (struthio) *obliviscitur non reputat, pedem ea* (ova)

comprimere s. conterere cf. Jes. LIX, 5. Intrans. Praet. זֹרוּ (de qua forma intransitiva v. Lgb. p. 401). Jes. I, 6: לֹא זֹרוּ (vulnera) *non sunt compressa*, expressa, sanguine purgata. — Part. pass. fem. Jes. LIX, 5: וְהַזּוּרֶה תִּבָּקַע אֶפְעֶה *et compressum* s. contritum (ovum) *finditur in viperam* i. e. ovo contrito excluditur vipera. זוּרֶה forma obtusior pro זוּרָה cf. Zach. V, 4. — Inde מָזוֹר.

II. זוּר (cui vicinum זור et סור, cf. de palatinis et sibilantibus inter se cognatis s. litt. צ) 1) *deflectere, recedere* (ut arab. زار med. Waw Conj. VI. VIII), sq. מִן ab aliquo. Iob. XIX, 13: וְיֹדְעַי אַךְ זָרוּ מִמֶּנִּי *noti mei prorsus recesserunt a me.* Ps. LXXVIII, 30: לֹא זָרוּ מִתַּאֲוָתָם *non recesserant a libidine eorum* i. e. non reliquerant carnem quam appetierant. Impr. *recedere a Deo*, a via recti verique. Ps. LVIII, 4: זֹרוּ רְשָׁעִים מֵרָחֶם *recesserunt impii inde ab utero.*

2) *alienum esse.* Part. זָר f. זָרָה *alienus*, vario sensu, spec. a) *alius populi, alienigena, peregrinus* Ex. XXX, 33. Iob. XV, 19: וְלֹא עָבַר־זָר בְּתוֹכָם *nec transiit peregrinus per medium eorum.* Joël IV, 17. Hos. VIII, 12. זְמֹרַת זָר palmes peregrini i. e. peregrina Jes. XVII, 10. מַיִם זָרִים aquae peregrinae 2 Reg. XIX, 24. Jer. XVIII, 14. אֵל זָר deus peregrinus i. e. peregrini populi deus domesticus, apud Hebraeos adventicius Ps. XLIV, 21. LXXXI, 10, ellipt. זָר Jes. XLIII, 12, pl. זָרִים Deut. XXXII, 16. Jer. III, 13. V, 19. — Plur. זָרִים *peregrini*, alius populi homines Jer. XXX, 8. Thren. V, 2, saepe adiuncta notione *hostium, barbarorum* (cf. lat. *hostis* olim i. q. *hospes*, peregrinus Cic. Off. 1, 12. Varro de ling. lat. IV sub init., XII tabb. ap. Forcellin., gr. ξεῖνος apud Lacedaemonios *hostis*, teste Herod. 9, 11: ξείνους ἐκάλεον [οἱ Λακεδαιμόνιοι] τοὺς βαρβάρους, ap. Ossianum *peregrini* saepe de hostibus; et contra sam. [Samaritan] hostes, pro peregrinis, v. Carm. sam. p. 62). Jes. I, 7: כְּמַהְפֵּכַת זָרִים. XXV, 2. 5 (parall. עָרִיצִים). LXI, 5. Jer. LI, 2. 51. Ez. VII, 21. XI, 9. XXVIII, 10. XXX, 12. XXXI, 12. Hos. VIII, 7. Cum Suff. זָרַיִךְ hostes tui. Jes. XXIX, 5. Adeo de *adversariis* in eodem populo degentibus, *inimicis* Ps. LIV, 5 (coll. Comm. 2). Iob. XIX, 26: *oculi mei videbunt* (Deum) וְלֹא זָר *et non tanquam adversarium.* LXX. καὶ οὐκ ἄλλος (cf. Prov. XXVII, 2), quod tamen paulo frigidius. — LXX *hostis* significatum habent Prov. VI, 1 (ἐχθρός), cf. XXII, 14 (παράνομος), Jes. XXV, 2. 5 (ἀσεβής), XVII, 10 (ἄπιστος), Jer. LI, 2 (ὑβριστής).

b) *alius familiae, gentis.* אִישׁ זָר vir alienus, ex aliena familia, opp. consanguineo, Deut. XXV, 5, opp. patri familias Iob. XIX, 15. Cf. etiam 1 Reg. III, 18. Plur. זָרִים viri alieni (opp. marito) i. e. adulteri, moechi Jer. II, 25. III, 13. Ez. XVI, 32. Ita in fem. אִשָּׁה זָרָה Prov. II, 16. VII, 5 mulier aliena (i. q. אֵשֶׁת רֵעַ VI, 29), alius viri uxor, etiam simpl. זָרָה Prov. V, 3. 20, pl. XXII, 14. XXIII, 33 de *adultera moecha.* LXX cap. V, 3: πόρνη. (*Adulterae* significatio etiam ita explanari possit, ut אִשָּׁה זָרָה pr. sit mulier *deflectens, recedens* a fide coniugali, cf. syr. et sam. [Syriac], [Samaritan] i. q. סור moechari, [Arabic] pr. transiens dein meretrix, adultera, it. [Samaritan] extranea, extra domum vagans i. e. meretrix, chald. נָפְקַת בָּרָא Gen. XXXIV, 31, sed illud tamen accommodatius ad vulgarem vc. usum. Neque hoc huius loci est, quod observant, meretrices plurimum peregrinas fuisse v. Donat. ad Ter. Andr. 1, 1. 3, 1). בָּנִים זָרִים filii alieni i. e. ex adulterio concepti, spurii Hos. V, 7. — Saepe de quovis alio homine Prov. XI, 15: כִּי עָרַב זָר *si spondet pro alieno.* XIV, 10. XX, 16. XXVII, 13. Ibid. comm. 2: יְהַלֶּלְךָ זָר וְלֹא פִיךָ *laudet te alius, non tuum os.*

c) Ubi opp. sancto, legitimo est i. q. *illegitimus, profanus.* אֵשׁ זָרָה ignis profanus, opp. igni sacro Lev. X, 1. Num. III, 4. XXVI, 61. קְטֹרֶת זָרָה suffitus profanus (LXX. θυμίαμα ἕτερον). Ex. XXX, 9. Saepe de hominibus profanis opp. sacerdotibus et Levitis Exod. XXIX, 33. Lev. XXII, 10. 12. 13. XVIII, 4. Num. I, 51. III, 10. 38. XVII, 5. XVIII, 7.

d) translate i. q. *novus, inauditus* Jes. XXVIII, 21. — De וָזָר Prov. XXI, 8 v. h. v. — LXX reddunt ἀλλότριος, ἀλλογενής, semel ἄλλος Iob. XIX, 27.

Alienum esse alicui paulo fortius est 3) i. q. *fastidio esse.* (Arab. ذار med. Je fastidivit, abhorruit). Iob. XIX, 17: רוּחִי זָרָה לְאִשְׁתִּי *animus meus* sc. agitatus, commotus, impatiens (cf. Prov. XXV, 28) i. q. querela mea *fastidio est uxori meae.* In altero membro: *et preces meae filiis uteri mei.* Syrus: [Syriac] alienus factus sum uxori meae. Hieron. *halitum meum exhorruit uxor mea*, sed illud praefero, neque est, quod ex hoc exemplo novam et diversam radicem esse statuamus.

Arabes a primaria deflectendi potestate habent etiam زار visitavit aliquem, زائر visitans, peregrinus, it. زور iniquitas, tyrannis, unde hostis et barbari notio duci possit, sed illud magis accommodatum ad significationum seriem in lingua hebraea.

Niph. נָזוֹר i. q. Kal no. 1. *recessit.* Jes. I, 4.

Hoph. part. מוּזָר *abalienatus* Ps. LXIX, 9.

זָרָא f. pro זָרָה (ut cod. Sam. et cod. Kennicotti 193) *fastidium* (v. rad. no. 3). Vulg. *nausea.* LXX χολέρα.

מָזוֹר m. (a זור no. I) *compressio, obligatio* vulneris, transl. de medela vulneribus reipublicae adhibita Jer. XXX, 13, inde *vulnus, ulcus*, quod eo modo comprimitur et obligatur Hos. V, 13. Alii מָזוֹר a fastidii potestate ducunt (v. rad. no. 3), ut sit *ulcus putridum*, quod Vernma ad Jer. l. c. revocat ad rad. [Arabic] מָזַר corruptum fuit (ovum). Sed illud praestat. Aliud מָזוֹר v. sub rad. מזר.

זָחַח in Kal inusit. Arab. زح et زحزح removit, dimovit rem de loco suo, v. Har. I, p. 26. II, p. 102 Schult. Cor. 2, 90. 3, 182. vit. Salad. p. 55. Chald. זוח est commoveri Deut. XX, 3 Jon. (modo scriptura vera) et removeri Iob. VIII, 14 Targ. Syr. ܐܙܚ motus est, abiit.

Niph. fut. יִזַּח Ex. XXVIII, 28. XXXIX, 21: וְלֹא־יִזַּח הַחֹשֶׁן מֵעַל הָאֵפוֹד *et ne removeatur pectorale ab humerali.* LXX. ἵνα μὴ χαλᾶται τὸ λογεῖον ἀπὸ τῆς ἐπωμίδος. Targ. יִתְפָּרַק. R. Salomo explicat נִתּוּק avulsio. Cod. Sam. utroque loco exhibet יזה (יִזֶּה) q. v. rad. נָזָה.

Part. Hiph. huius rad. esset מֵזִחַ: idque agnovisse videtur Syrus in verbis Jes. XXIII, 10: אֵין מֵזַח עוֹד, quae reddit ܠܝܬ ܬܘܒ ܕܢܕܚܦ ܠܟܝ *non est amplius, qui te propellat.* Sed vide מֵזַח s. rad. מָזַח.

זָחַל 1) *repsit, serpsit.* Part. זֹחֲלֵי עָפָר in pulvere repentes, poët. de serpentibus Deut. XXXII, 24. זֹחֲלֵי אֶרֶץ id. Mich. VII, 17. (Chald. זְחִיל vermis, זַחְלָא eruca, זָחֲלִין serpentes Deut. et Mich. l. l. c. c. et Jer. XLVI, 22 Targ. Syr. ܙܚܠܐ locusta repens, nondum alata. Sed serpendi significatus etiam translatus est ad *fluxum*, unde זוחלין in Mischna (Mikvaoth cap. 5) rivi, flumina, et ܙܚܠ zab. fluxit, ܙܚܠܐ fluxus. Arab. زحل praeter alia valet *moratus* est, *tardigradus fuit*, itidem a rependo, unde زاحل retromanens camela, et vicina sunt دحل ingressus fuit foveam, abdidit se, pr. irrepsit, دخل irrepsit, intravit, cf. Roedigeri ind. ad Locm. p. 18. Adde Schult. ad Iob. XXXI, 6. Ed. Pococke ad Port. Mosis p. 38).

2) *timuit*, pr. suspenso gradu accessit, i. q. aram. דְּחַל q. v. Iob. XXXII, 6: עַל־כֵּן זָחַלְתִּי וָאִירָא *propterea timebam et verebar.*

זֹחֶלֶת (serpens) n. pr. אֶבֶן הַזֹּחֶלֶת (lapis serpentis) saxum prope Hierosolyma 1 Reg. I, 9. Targ. אבן סכותא lapis speculae. Quae Tanchum Hierosol. in comment. ms. de hoc nomine disputavit, v. apud Roedigerum de libr. hist. interpretatione arab. p. 9.

זָחַת rad. reliquis quoque linguis semiticis ignota; unde

זוֹחֵת n. pr. viri 1 Par. IV, 20.

זִיד cum derivatis *fervere, effervescere* v. זוּד.

זִיו chald. *splendor* et זִו nomen mensis, v. rad. זָוָה.

זִיז, זִיזָא, זִיזָה v. rad. זוּז.

זִיף v. זוּף.

זִיקוֹת *malleoli* v. rad. זָנַק.

זַיִת olea, v. rad. זָוָה.

זֵיתָן et

זֵתָם v. ibid.

זָכָה i. q. זָכַךְ *purus fuit*, ubique sensu ethico, et nonnisi in sermone poëtico. Iob. XV, 14: מָה־אֱנוֹשׁ כִּי־יִזְכֶּה. XXV, 4. Ps. LI, 6. Mich. VI, 11: הַאֶזְכֶּה בְּמֹאזְנֵי רֶשַׁע *an purus ero cum bilancibus improbis?* (Arab. زكا purus fuit, inde pius, iustus fuit Cor. 24, 21. II. purum reddidit 2, 123, purum piumque censuit 2, 169, زكى purus, ingenuus. Syr. ܙܟܐ Pa. Aph. purgavit, ܙܟܝܐ purus, mundus, sed ܙܟܐ vicit [unde LXX pro זכה νικάω Ps. LI, 6], itidem a notione puritatis et iustitiae, quandoquidem victoria iustae causae praemium, clades impietatis poena habebatur, cf. רָשַׁע Hiph. Chaldaei habent דְּכָא persaepe in Targg. pro hebr. טָהֵר, Pa. purgavit, expiavit i. q. נִקָּה, adj. דַּכִּי purus, דְּכוּתָא purgatio, et זַכָּא sensu ethico impunis, innocens, iustus fuit, in Targg. pro צָדַק, נִקָּה. Pa. iustum declaravit. Et ita etiam Nasoraei ܙܟܐ iustus fuit Pa. iustum declaravit. In linguis indo-europaeis respondet ἅγιος, ἁγνός, lat. sac-er).

Pi. זִכָּה לְבָבוֹ mundavit cor suum i. e. puri animi fuit Ps. LXXV, 13. Prov. XX, 9, זִכָּה אֶת־אָרְחוֹ puram conservavit viam suam i. e. vitam moresque puros castosque servavit Ps. CXIX, 9.

Hithpa. imp. pl. הִזַּכּוּ *purgate vos* Jes. I, 16, pro הִתְזַכּוּ, ut יִשּׁוֹמֵם Eccl. VII, 16 pro יִשְׁתּוֹמֵם vel יִתְשׁוֹמֵם. Ita Kimchius, Jo. Simonis et recentiores plerique. In Lex. min. ed. 1—3 hanc formam referebam ad Niphal verbi זָכַךְ, eamque sententiam nuper revocarunt Hitzigius et Maurerus ad h. l.; erat tamen illa utique abiicienda (ut iam fecimus in Lex. man. lat.) propter toni rationem. Namque הִזַּכּוּ (Milra) arguit rad. לה; Niph. a זָכַךְ esset הִזַּכּוּ (Milel).

זָכוּ f. *puritas*, metaph. *innocentia*, *iustitia* Dan. VI, 23. In Targg. ponitur pro צְדָקָה Gen. XV, 6 et נִקָּיוֹן XX, 5.

זָכַךְ *purus fuit* i. q. זָכָה. (Origo esse videtur in claro et pellucido cf. vic. זַג, זָגַג, it. צָחַח. Bene LXX זַךְ Ex. XXX, 34 reddunt διαφανής). Dicitur sensu physico de nive Threu. IV, 7, sensu ethico Iob. XV, 15: שָׁמַיִם לֹא זַכּוּ בְעֵינָיו *coeli non puri sunt in oculis eius.* XXV, 5.

Hiph. purgavit, mundavit (manus) Iob. IX, 30.

Niph. v. זָכָה Hithpaël.

זַךְ (formae חַם a חָמַם) Exod. XXVII, 20. Levit. XXIV, 2 et **זָךְ** f. זַכָּה Adj. *purus* a) sensu physico (pellucidus) de oleo Ex. XXVII, 20. Lev. XXIV, 2, de thure Ex. XXX, 34. (LXX. διαφανής) Lev. XXIV, 7. 2) sensu ethico, de homine Iob. VIII, 6. XXXIII, 9, de agendi ratione Prov. XVI, 2. XX, 11. XXI, 8, de oratione alic. Iob. XI, 4. XVI, 17.

זְכוּכִית f. *vitrum* i. q. aram. זְגוּגִיתָא, ܙܓܘܓܝܬܐ, arab. زُجَاج (v. rad. זָגַג. Adde syr. ܙܓܘܓܝܬܐ quod vulgo quidem redditur alabastrum, pyxis aromatum, sed haud dubie *vitrum* valet). Semel legitur Iob. XXVIII, 17, ubi *vitrum* (non vile illud ut apud nos, sed permagni apud veteres pretii, v. J. D. Michaelis hist. vitri apud Hebraeos, in Commentt. soc. Gotting. T. IV. p. a. 1754 et Hambergeri hist. vitri ex antiquitate eruta, ibid.) recte reddiderunt LXX. Vulg. Syrus. Alii, ut Symmachus, malunt *crystallum*, quem eodem vc. arabico زجاج designari observat Schult. in Opp. min. p. 61. 62 (utrumque etiam complectuntur voce بلور pr. beryllus): sed hic duobus aliis vocabulis hebraeis designatur, גָּבִישׁ Iob. l. c. vers. 18 et קֶרַח q. v.

זַכַּי (purus, innocens) n. pr. v. זַכַּי (rad. זָכַךְ). Congruit Ζακχαῖος Luc. XIX, 2. 5. 8.

זָכַר fut. יִזְכֹּר 1) *meminisse, recordari, reminisci* (cf. de horum vcc. differentia Cic. Lig. 12, 35 et Doederlein lat. Synonymen und Etymologien I, 166), sq. acc. Gen. VIII, 1. XIX, 29 cet., rarius לְ Ex. XXXII, 13. Deut. IX, 27. Ps. XXV, 7. CXXXVI, 23. 2 Chr. VI, 42, בְּ Jer. III, 16, sq. כִּי Deut. V, 15. Iudd. IX, 2. Ps. LXXVIII, 35. 39. Iob. VII, 7. X, 9. Part. pass. זָכוּר (act.) memor Ps. CIII, 14. Spec. est *a) reminisci*, ἀναμιμνήσκειν, in memoriam revocare. Opp. oblivisci. Gen. XL, 23: וְלֹא זָכַר שַׂר הַמַּשְׁקִים אֶת־יוֹסֵף וַיִּשְׁכָּחֵהוּ *et non reminiscebatur Josephi princeps pincernarum sed obliviscebatur eum.* Comm. 14. XLII, 9. Num. XI, 5. 1 Sam. XXV, 31. Eccl. IX, 15. Ps. XCVIII, 3. Iob. XXI, 6. Jer. XLIV, 21 (syn. הֶעֱלָה עַל לֵב) Esth. II, 1. Thren. III, 1. Ez. XVI, 61 cet., addito לֹא שָׁכַח 1 Sam. I, 11 et contra לֹא זָכַר i. q. שָׁכַח Jes. LVII, 11. Ez. XVI, 22. 43. Saepe adiuncta notione curae: *denuo prospicere* alicui (i. q. פָּקַד) Gen. VIII, 1. XIX, 29. XXX, 22. 1 Sam. I, 19. Ps. CXV, 12. Iob. XIV, 13. — *b) meminisse, memorem esse* i. e. memoria tenere Ps. IX, 13. XCVIII, 3. CV, 8. 42. 2 Par. XXIV, 22. Ex. XIII, 3: זָכוֹר אֶת הַיּוֹם הַזֶּה *memor sis huius diei.* XX, 8. Sq. inf. Ps. CIX, 16: לֹא זָכַר עֲשׂוֹת חָסֶד. Ita memorem esse foederis Gen. IX, 15. Am. I, 9. 1 Chr. XVI, 15, legis Mal. III, 22, miraculorum divinorum 1 Chr. XVI, 2. Ps. CV, 5, max. Dei Neh. IV, 8. Ps. XLII, 7. Jer. LI, 50. Ez. VI, 9. Zach. X, 9. Jon. II, 8. — *c) in memoriam rei revolere, reputare* (bedenken). Deut. V, 15: *reputa, quod servus eras in Aegypto.* XV, 15. XVI, 12. XXIV, 18. 22. Iob. VII, 7: זְכֹר כִּי רוּחַ חַיָּי *reputa, quod halitus vita mea.* XXI, 6: וְאִם זָכַרְתִּי וְנִבְהָלְתִּי. Jes. XLVI, 8: זִכְרוּ זֹאת וְהִתְאֹשָׁשׁוּ *reputate hoc et viri estote* (parall. הָשִׁיב עַל לֵב). Ps. LXXVIII, 39. CIII, 14. — *d) in memoriam revocata contemplari* i. e. *recordari.* Ps. CXIX, 55: זָכַרְתִּי בַלַּיְלָה שִׁמְךָ יְהוָה *recordor noctu nomen tuum, Domine!* 52. 143. LXIII, 7. — e) Sequ. dat. pers. et acc. rei: *meminisse* alicuius rei vel in commodum vel in detrimentum alterius, *jemandem etwas gedenken*, in bonam partem sq. dat. pers. Neh. V, 19: זָכְרָה לִּי אֱלֹהַי לְטוֹבָה כֹּל אֲשֶׁר וגו׳ *memento, mi Deus, omnium, quae feci, ut ea aliquando remuneres.* VI, 14. XIII, 22. 31, in malam partem XIII, 29. Jer. II, 2: זָכַרְתִּי לָךְ חֶסֶד נְעוּרַיִךְ. Ps. LXXXIX, 8, sed paulum diversa est ratio locorum Lev. XXVI, 45: וְזָכַרְתִּי לָהֶם בְּרִית רִאשֹׁנִים *reminiscar in eorum gratiam foederis cum maioribus.* Ps. CVI, 45. — f) Refertur etiam ad res futuras, ut *reputare*, et *respicere*, *meminisse* in formulis tritissimis *respice finem, memento mori.* Thren. I, 9: *et non respexit* reputavit *finem.* Jes. XLVII, 7. Eccl. XI, 8. Inde *meditari, moliri* aliquid, auf etwas denken. Iob. XL, 32: זְכֹר מִלְחָמָה *denk an den Kampf*, i. e. aggredere, para pugnam. XXXVI, 24.

2) *memorare, commemorare* (ἐπιμνάομαι), *mentionem facere* personae vel rei. Jer. XX, 9: לֹא אֶזְכְּרֶנּוּ וְלֹא אֲדַבֵּר עוֹד בִּשְׁמוֹ *non memorabo eum* (Deum) *et non loquar amplius in nomine eius.* Vide Niph. no. 2 Hiph. no. 2. Pluribus etiam locis, ut Iob. XXI, 6. Jer. II, 2, hanc potestatem adhibent Alb. Schultens et Venema ad ea loca.

Respondet arab. ذكر meminit, memoravit, narravit. II. in memoriam revocavit, admonuit, it. laudavit, ذِكْر memoria, commemoratio, laudatio. Aethiop. ዘከረ: meminit, recordatus est, ዝክር: memoria. Aram. דְּכַר, ܕܟܰܪ id. v. h. v. Adde sab. זכו. De origine v. ad זָכַר.

Niph. 1) pass. Kal no. 1. *in memoriam revocatus est* (es ist jemandes gedacht worden). Iob. XXIV, 20: עוֹד לֹא יִזָּכֵר *nemo eius meminit amplius.* Jes. XXIII, 16: לְמַעַן תִּזָּכֵרִי *ut tui memoria redeat.* Esth. IX, 28: הַיָּמִים הָאֵלֶּה נִזְכָּרִים וְנַעֲשִׂים *horum dierum memores sint eosque celebrent* (cf. Ex. XX, 8 et זִכָּרוֹן no. 4). Ez. III, 19. Jes. LXV, 17. נִזְכַּר דָּבָר לִפ׳ es wird jemandem etwas gedacht (v. Kal 1, litt. e), servatur memoria rei in alic. detrimentum. Ezech. XVIII, 22: כָּל־פְּשָׁעָיו אֲשֶׁר עָשָׂה לֹא יִזָּכְרוּ לוֹ. XXXIII, 16.

2) pass. Kal no. 2 *memoratus est* (ore et lingua). Jer. XI, 19: שְׁמוֹ לֹא יִזָּכֵר עוֹד *nomen eius non memoratur ultra.* Hos. II, 19: לֹא יִזָּכְרוּ עוֹד בִּשְׁמָם *non memorabuntur amplius nominibus suis.* Iob. XXVIII, 18: רָאמוֹת וְגָבִישׁ לֹא יִזָּכֵר *coralia et crystallus non memorantur.* Ez. XXV, 10. Ps. LXXXIII, 5. נִזְכַּר אֶל יְיָ memorari apud Deum

Ps. CIX, 14, et לִפְנֵי יְיָ Num. X, 9. In aliis exemplis (Ez. III, 19. Zach. XIII, 2) dubitari potest, utrum huc pertineant, an ad no. 1.

3) denom. a זָכָר: *masculus natus est*. Ex. XXXIV, 19: כָּל־מִקְנְךָ תִּזָּכָר *omne pecus tuum quod natum est masculum*. Cod. Sam. habet תזכיר in Hiph. (Arab. ذكر IV. masculum peperit femina).

Hiph. הִזְכִּיר inf. c. Suff. הַזְכַּרְכֶם Ezech. XXI, 24 1) *memorem fecit, in memoriam revocavit, memoriam conservavit, renovavit*. Cstr. a) sq. acc. rei et אֶל pers. Gen. XL, 14: הִזְכַּרְתַּנִי אֶל פַּרְעֹה *in memoriam me revoca Pharaoni*. b) c. acc. rei, nulla mentione facta personae. 2 Sam. XVIII, 18: *non est mihi filius* — בַּעֲבוּר הַזְכִּיר אֶת שְׁמִי *qui memoriam nominis mei conservet*. Saepe dicitur הִזְכִּיר עָוֹן renovavit memoriam peccati. 1 Reg. XVII, 18: בָּאתָ אֵלַי לְהַזְכִּיר אֶת עֲוֺנִי *venisti ad me, ut peccati mei memoriam renovares* (apud Deum) *et filium meum interficeres*. Ez. XXI, 24. 28. XXIX, 16. Num. V, 15: מִנְחַת זִכָּרוֹן מַזְכֶּרֶת עָוֺן *fertum memoriae, revocans memoriam peccati* (apud Deum) i. e. quod Deum criminis commissi vindicem et ultorem quasi provocat. c) c. acc. pers. Jes. XLIII, 26: הַזְכִּירֵנִי *fac me memorem* (virtutum meritorumque tuorum), erinnere mich an deine Verdienste. d) omissa mentione et rei et personae. Ita in inscript. Pss. XXXVIII. LXX: לְהַזְכִּיר *ad revocandam memoriam* (suam apud Deum), quod non ineptum est ad argumentum horum carminum (cf. Ps. XXXVIII, 23. LXX, 2. 6). Al. simpliciter: ad laudandum (v. no. 2). Aben Esra hanc formulam statuit initium fuisse carminis deperditi, ad cuius modos hoc decantandum sit, sed hanc suam coniecturam ultra modum extendere videtur. Spec. est aa) *memoriae prodidit*. Inde Part. מַזְכִּיר subst. *memoriae prodens* i. e. cancellarius, historiographus, annalibus regiis praefectus, unus ex amicis et administris regiis apud Hebraeos, cuius erat, res gestas regis et historiam imperii conscribere. 2 Sam. VIII, 16. XX, 24. 1 Reg. IV, 3. 2 Reg. XVIII, 18. 37. 1 Chr. XVIII, 15. 2 Chr. XXXIV, 8. Jes. XXXVI, 3. 22. Idem munus memoratur in aula regia Persarum et veterum (Herod. 6, 100. 7, 90. 8, 100) et recentiorum (v. Chardin voyage en Perse T. III pag. 327; T. V p. 258 ed. Langlés. Paulsen Regierung der Morgenländer p. 279 sqq.), apud quos hic magistratus وقع نوش *Vaka Nuwisch* appellatur, Romanorum tempore Arcadii et Honorii ac deinceps, ubi *magister memoriae* appellatus est, adeoque Sinensium (v. Barrow itin. II p. 8. 9 vers. germ.). LXX. ἐπὶ τῶν ὑπομνημάτων, it. ὑπομνηματόγραφος. Hieron. *a commentariis*. Commentarii ab his viris exarati erant סִפְרֵי הַזִּכְרֹנוֹת, et דִּבְרֵי הַיָּמִים (v. זִכָּרוֹן). — bb) *sacrificium memoriale* (אַזְכָּרָה) *adoluit*. Jes. LXVI, 3: מַזְכִּיר לְבֹנָה *thura adolens* in sacrificium memoriale.

2) i. q. Kal no. 2 *memoravit* ore et lingua. (Arab. ذكر IV. memoravit, laudavit). Sq. acc. rei 1 Sam. IV, 18: כְּהַזְכִּירוֹ אֶת־אֲרוֹן הָאֱלֹהִים *quum memoraret arcam Dei*. Ex. XXIII, 13: שֵׁם אֱלֹהִים אֲחֵרִים לֹא תַזְכִּירוּ. Jes. XLIX, 1: מִמְּעֵי אִמִּי הִזְכִּיר שְׁמִי. Addito אֶל pers. Jes. XIX, 17, et לְ pers. Ps. LXXXVII, 4: אַזְכִּיר רַהַב וּבָבֶל לְיֹדְעָי *memoro Aegyptum et Babylonem amicis meis*, et sine acc. rei Jer. IV, 16: הַזְכִּירוּ לַגּוֹיִם *memorate* i. e. nunciate (hoc) *gentibus*. Spec. *commemoravit cum laude, laudavit*, c. acc. 1 Par. XVI, 4. Cant. I, 4: נַזְכִּירָה דֹדֶיךָ מִיַּיִן *laudabimus amorem tuum prae vino*. Ps. LXXI, 16: אַזְכִּיר צִדְקָתְךָ. LXXVII, 12. Jes. LXIII, 7, הִזְכִּיר שֵׁם יְהוָה. Ex. XX, 24. Jes. XXVI, 13; בְּשֵׁם יְהוָה ה׳ Jos. XXIII, 7. Ps. XX, 8. XLV, 18. Jes. XLVIII, 1. LXIII, 7. Am. VI, 10 cf. קָרָא בְּשֵׁם יְיָ, it. לַיהוָה ה׳ 1 Par. XXVIII, 4, sq. כִּי Jes. XII, 4: *praedicate, quod nomen eius excelsum*. Semel pro: *celebrari iussit* (nomen) Exod. XX, 24.

3) i. q. Kal no. 1. *meminit*, pr. memoriam revocavit apud se ipsum. Gen. XLI, 9: אֶת חֲטָאַי אֲנִי מַזְכִּיר הַיּוֹם *peccatorum meorum memini hodie*.

זָכָר m. *mas, masculus*. Dicitur de hominibus Gen. I. 26. V, 2. XVII, 10 sqq. XXXIV, 15 sqq. Jes. LXVI, 7. Jer. XX, 15. XXX, 6, et de bestiis Gen. VII, 3. Ex. XII, 8. 48. Lev. I, 3. 10. III, 1. 6. IV, 23 et saepe. Passim copulatur cum opp. נְקֵבָה, זָכָר וּנְקֵבָה mas et femina Gen. l. l. c. c. Plur. זְכָרִים mares Ex. XIII, 12. 15. Jos. V, 4. XVII, 2. Esr. VIII, 4—14. 2 Chr. XXXI, 16. Cf. verbum in Niph. 3.

Arab. ذَكَرٌ id., etiam membrum virile, aram. דְּכַר, דִּכְרָא mas q. v. p. 328. De etymo ambigunt. Plurimi, ut Jo. Simonis, marem dictum volunt qs. memoriam parentum, quia parentum memoria per eum propagetur cf. 2 Sam. XVIII, 8. Magis placet, quod nuper Boettcherus coniecit specc. p. 207, et זָכַר *meminit* et זָכָר *mas* esse a primaria pungendi, fodiendi potestate, ita ut זָכַר proprie idem valeat quod דָּקַר, et memoria dicta sit a penetrando [vide prae caeteris verba Eccl. XI, 11], ذكر, זָכָר autem pr. membrum virile talique membro praeditum denotet, et oppositum sit nomini נְקֵבָה. Cf. etiam Venema ad Jer. XLIV, 16. LI, 50, qui itidem originem verbi זָכַר in *acie* ponit, secus atque Alb. Schult., de cuius etymo v. ad זֵכֶר no. 2. Vestigia primariae illius significationis Boettcherus quaerit praeterea in talmud. ענבין דכרין uvae vermiculosae (fort. vermibus punctae, wurmstichige Trauben), דִּכְרָא „acies, extrema pars rei" BB. ap. Cast., arab. أَذْكَرُ acutior. Sed vereor ut haec satis certa sint. أَذْكَرُ redditur quidem: (gladius) acutus, et ذو ذكر gladius secans, sed pr. esse videtur chalybeus, cf. سيف ذكر gladius chalybeus, ذَكَرٌ ferrum durum, chalybs, ذُكْرَةٌ pars chalybea in securi et gladio: chalybis autem significatus a vi mascula ductus, metalla enim et φάρμακα fortiora veteres *mascula* vocabant, gr. ἀρσενικά.

De syr. ܕܟܪܐ Bar Bahlulum ipsum non consului, sed Bar Ali nihil tale habet: ܕܟܪܐ *arietem* reddit et ܐܝܠܐ ܡܬܚܣܐ = מְטַר רָחֵם.

זָכוּר i. q. זָכָר, nonnisi c. Suff. זְכוּרְךָ Deut. XX, 13, זְכוּרְךָ Ex. XXIII, 17. XXXIV, 23. Deut. XVI, 16.

זַכּוּר n. pr. complurium virorum, v. Num. XIII, 4. 1 Chr. IV, 26. XXV, 2. Neh. III, 2. X, 13. XIII, 13.

זֵכֶר et **זֶכֶר** (Ex. XVII, 14. Jes. XXVI, 14. Prov. X, 7, ubi tamen alii codd. זֵכֶר, v. J. H. Michaelis not. crit.) c. suff. זִכְרִי m. 1) *memoria* (Andenken), arab. ذِكْر. Sq. genit. et c. suff. memoria alicuius. Exod. XVII, 14: אֶמְחֶה אֶת־זֵכֶר עֲמָלֵק *exstinguam memoriam Amaleci.* Prov. X, 7: זֵכֶר צַדִּיק לִבְרָכָה. Ps. IX, 7: אָבַד זִכְרָם. Deut. XXV, 19. XXXII, 26. Esth. IX, 25. Iob. XVIII, 17. Eccl. IX, 5. Ps. XXXIV, 17. CIX, 15. CXLV, 7 (c. genit. temporis זֵכֶר עוֹלָם memoria aeterna Ps. CXII, 6), sq. לְ Jes. XXVI, 14: וַתְּאַבֵּד כָּל־זֵכֶר לָמוֹ *perdis omnem memoriam eorum.* Ps. CXI, 4. — 2) *nomen, quo memoramus*, appellamus aliquem (aliquid) i. q. שֵׁם. (LXX. ὄνομα Deut. XXV, 19, cf. J. D. Michaelis suppl. p. 615). Ex. III, 15: זֶה שְּׁמִי לְעֹלָם וְזֶה זִכְרִי לְדֹר וָדֹר *hoc est nomen meum in sempiternum, sic me nominabitis per omnes aetates.* Ps. XL, 5: הוֹדוּ לְזֵכֶר קָדְשׁוֹ *celebrate nomen eius sanctum.* XCVII, 12. Hos. XII, 6: יְהוָה זִכְרוֹ *Jehova est nomen eius.* XIV, 8: זִכְרוֹ כְּיֵין לְבָנוֹן *nomen eius ut vinum Libani* (cf. Cant. I, 2). Alb. Schult. ad Prov. X, 7 זֵכֶר h. l. odorem acrem, fragrantiam reddit, eaque in re originem huius rad. ponit, cf. הִזְכִּיר no. 1, bb adolevit, אַזְכָּרָה et arab. ذِكْر, cui fragrantiae odorem vindicare studet. Sed hoc posterius in locis a Sch. laudatis ubique famam notat, de origine rad. autem v. ad זָכַר). — 3) *laus, celebratio.* Ps. VI, 6: אֵין בַּמָּוֶת זִכְרֶךָ *non est apud mortuos laus tui,* non laudant te mortui. CII, 13. (Arab. ذِكْر fama, laudatio vit. Tim. I, p. 100 lin. 4. — 4) n. pr. viri 1 Chr. VIII, 31, qui etiam זְכַרְיָה appellatur IX, 37.

זִכָּרוֹן m. cstr. זִכְרוֹן Lev. XXIII, 24, etiam ante לְ Eccl. I, 11. II, 16, plur. זִכְרֹנוֹת Esth. VI, 1 c. suff. זִכְרֹנֵיכֶם Iob. XIII, 12 (a זִכְרֹנִים) 1) *memoria* (Andenken). Eccl. I, 11: לֹא יִהְיֶה לָהֶם זִכָּרוֹן *non supererit memoria eorum.* II, 16. Num. XVII, 5. XXXI, 54. Neh. II, 20. הָיָה לְזִכָּרוֹן לְ alicui in memoriam esse i. e. facere ut memoria (alicuius rei) apud aliquem vigeat, ex animo eius non discedat. Ex. XII, 14. Jos. IV, 7. Zach. VI, 4, cf. Ex. XIII, 9: *eritque tibi signum super manu tua* וּלְזִכָּרוֹן *et memoria* (i. e. signum memoriale) *inter oculos* בֵּין עֵינֶיךָ *tuos* i. e. in fronte tua. Paullo aliter Num. X, 10: וְהָיוּ לָכֶם לְזִכָּרוֹן לִפְנֵי אֱלֹהֵיכֶם *et erunt* (sacrificia illa) *vobis in memoriam coram Deo* i. e. vobis vestrisque rebus Deo in memoriam revocandis inservient (cf. Comm. 9). Exod. XXVIII, 29. XXX, 16. מִנְחַת זִכָּרוֹן fertum memoriae Num. V, 15. 18. אַבְנֵי זִכָּרוֹן lapides memoriae, quomodo appellantur duae gemmae in fibulis humeralibus, quibus summi sacerdotis vestis ornata erat Ex. XXVIII, 12. XXXIX, 7. שׂוּם זִכָּרוֹן memoriam condere i. e. propagare (liberis procreandis), sein Andenken stiften. Jes. LVII, 8 in descriptione scortationis: אַחַר הַדֶּלֶת וְהַמְּזוּזָה שַׂמְתְּ זִכְרוֹנֵךְ *pone ianuam et postem memoriam tuam condis* i. e. propagas. (Multas huius loci expositiones, sed parum probabiles, proposuit Boettcherus, spec. p. 205 sqq.). — 2) *res memoriae prodita* (gr. ὑπόμνημα, gall. mémoire). Ex. XVII, 14: כְּתֹב זֹאת זִכָּרוֹן בַּסֵּפֶר *scribe hoc memoriae causa in librum.* סֵפֶר זִכָּרוֹן Mal. III, 16, et pl. סֵפֶר הַזִּכְרֹנוֹת Esth. VI, 1 liber memoriarum i. e. annales, in quibus res gestae a Cancellario (מַזְכִּיר) memoriae proditae sunt (cf. דִּכְרָן). — 3) *sententia memorialis* (Denkspruch), ἀπόφθεγμα. Iob. XIII, 12. — 4) *celebratio* diei festi, solennitas (cf. verbum Esth. IX, 28. Ex. XX, 8). Lev. XXIII, 24: זִכְרוֹן תְּרוּעָה. (Aeth. ተዝካር፡ festum in memoriam rei celebratum).

זִכְרִי (famosus, celeber, vel pro זְכַרְיָה laus Dei) n. pr. complurium virorum, 1) Ex. VI, 21. 2) filius Asaphi 1 Par. IX, 15, pro quo זַכּוּר XXV, 2. 10. 3) Neh. XI, 9. 4) 1 Chr. VIII, 19. 5) ibid. Comm. 23. 6) ibid. Comm. 27. 7) 2 Chr. XXIII, 1. 8) ibid. XXVIII, 7. 9) 1 Chr. XXVI, 25. 10) ibid. XXVII, 16. 11) 2 Chr. XVII, 16.

זְכַרְיָה et **זְכַרְיָהוּ** (cuius Jehova meminit) n. pr. Ζαχαρίας, *Zacharias* (arab. زكريا, de cuius variis formis v. Freytagii Lex. II, 245), permultis viris commune, inter quos praecipui sunt 1) rex Israëlis, filius Jerobeami II., post sex mensium imperium anno a. Chr. 773 a Schallumo interfectus. 2 Reg. XIV, 29. XV, 8—11. — 2) filius Barachiae, Jesaiae aequalis Jes. VIII, 2 coll. Comm. 16. Potest is idem esse atque Zacharias ex familia Asaphi, Ezechiae aequalis 2 Chron. XXIX, 13; nequaquam qui 2 Chr. XXVI, 5 memoratur, propheta et Usiae aequalis, is enim, ut ex eodem loco apparet, rege superstite mortuus est. — 3) propheta, filius Jojadae, regnante Joaso in atrio templi interfectus 2 Chr. XXIV, 20 sqq. Vix dubium, de eodem dici Mt. XXIII, 35. 36, quanquam ibi (sive scriptoris, sive librariorum errore) filius Barachiae vocatur. Hieronymus: „In evangelio, quo utuntur Nazareni, pro filio Barachiae filium Jojadae reperimus scriptum.“ — 4) propheta regnante Dario Hystaspis filio florens, cuius oracula in canone supersunt. Barachiae erat filius, Iddonis prophetae nepos Zach. I, 1. 7; quanquam Esr. V, 1. VI, 17 brevius בַּר עִדּוֹא appellatur (בַּר enim, ut בֵּן no. 4, h. l. nepotem notat). — De reliquis eius nominis viris v. 2 Reg. XVIII, 2. 1 Chr. V, 7. IX, 21. 37. XV, 18. 20. 24. XVI, 5. XXIV, 25. XXVI, 2. 11. 14. XXVII, 21. 2 Chr. XVII, 7. XX, 14. XXI, 2. XXIV, 20. XXVI, 5. XXIX, 1. 13. XXXIV, 12. XXXV, 8. Esr. V, 1. VI, 14. VIII, 3.

11. 16. X, 26. Neh. VIII, 4. XI, 4. 5, 12, XII, 16. 35. 41.

אַזְכָּרָה f. 1) inf. Hiph. formae aramaeae pro הַזְכִּיר in cod. Sam. Gen. IX, 16.

2) verbale Hiphil ab ea radicis significatione, quae supra no. 1, bb exposita est, pr. sacrificium *memoriale*, *in memoriam revocans*. LXX. Vulg. *μνημόσυνον*, *memoriale*. Sic appellabatur ea fertorum pars, quae una cum thure in altari comburebatur, cuiusque suavis odor in coelum ascendens eius, qui sacrum obtulerat, memoriam numini commendare credebatur. Reliqua pars ferti in usum sacerdotum cedebat. Lev. II, 2. 9. 16. V, 12. VI, 8. Num. V, 26. Sed Lev. XXIV, 7 etiam thus, quo panes appositicii conspergebantur, אַזְכָּרָה nuncupatur. — Saad. interpretatur فوح i. e. odoramentum, suffimentum, quod nonnulli ita vindicant, ut radici זָכַר primam fragrandi et exhalandi potestatem tribuant (v. ad זָכַר no. 2). Sed cave credas; v. Lud. de Dieu et Rosenm. ad Lev. II, 2. Neque hoc probabile, quod J. D. Michaelis coniicit (suppl. p. 616), אַזְכָּרָה gener. esse sacrificium, coll. formula arab. ذكر اسم الله به super quo (cibo) nominatum est verbum Dei, quae in Corano pr. dicitur de cibis, pro quibus gratiae deo ante coenam actae sunt, et ellipt. ذكر به de iis, quae sacrificata sunt.

זָלָא rad. inusit. fort. i. q. דָּלָה, דְּלָא hausit. Inde

יִזְלִיאָה (quem *hauriat* i. q. servet deus) n. pr. viri 1 Chr. VIII, 18.

זָלַג rad. inusit., (observante Jo. Simoni) prob. i. q. arab. دلج *hausit* collatis vicinis דָּלָה, syr. ܕܠܐ hausit, chald. זלח Jes. XXX, 14 Venet. ubi al. דְּלַח. Inde

מַזְלֵג m. *fuscina*, qua caro ex aheno *hauritur* vel *extrahitur*. 1 Sam. II, 13. 14. LXX. *κρέαγρα*. Vulg. *fuscinula*. Longius petitum, quod J. D. Michaelis in suppl. originem ponit in lubricitate, qua fuscina per carnem transeat, coll. زلج lapsus pedis, caespitatio, et omnino commenticium, quod Lettius ad Caab ben Soheir p. 131 radici زلج radendi potestatem tribuit.

מִזְלָגָה f. id. nonnisi plur. מִזְלָגוֹת *fuscinae*, quae memorantur inter supellectilem altaris Ex. XXXVIII, 3. Num. IV, 14. 1 Chr. XXVIII, 17. 2 Chr. IV, 16. Cum Suff. מִזְלְגֹתָיו Ex. XXVII, 3.

זָלַל nostr. *schüttern*, *schütteln*, *schütten* (cf. vic. סָלַל et דָּלַל)

1) *concussit*, *quassavit*, v. Niph.

2) *effudit*, *profudit* saccum quasi excutiendo (ausschütten, ausschütteln) i. q. זול no. 1, inde *prodigus fuit*. Part. זוֹלֵל *prodigus* Prov. XXIII, 21. XXVIII, 7. Deut. XXI, 20 (quod bis copulatur cum סֹבֵא potator). Aqu. Symm. Theod. *συμβολοκόπος*. LXX. Deut. *συμβολοκοπιῶν*. Prov. XXIII *πορνοκόπος*. Prov. XXIII, 20: זוֹלְלֵי בָשָׂר *qui corporis sui prodigi sunt*, voluptuosi, voluptatibus dediti. (Zab. ܙܠ lascive egit, quod copulatur cum scortando, Norberg. lexid. p. 56). Profundimus autem et abiicimus nonnisi eas res, quas vilipendimus, hinc

3) intrans. *abiectus*, *vilis fuit*. Jer. XV, 19: אִם תּוֹצִיא יָקָר מִזּוֹלֵל *si separas pretiosum a vili*. Fem. זוֹלֵלָה vilis. Thren. I, 11. (Arab. ذل id., ذل vilitas, abiectio animi, ذليل, ذلان vilis, despectus; it. ذال id. IV. vilem habuit, تذلل vilis, despectus fuit. Syr. ܙܠ vilis fuit. Aph. despexit).

Niph. נָזַל (cf. de hac forma Lgb. §. 103, not. 7) *concussus est*, *contremuit*. Jes. LXIV, 2: מִפָּנֶיךָ הָרִים נָזֹלּוּ *ante faciem tuam contremiscunt montes*, ut bene Syr. Chald. (LXX. Vulg. *τακήσονται*, *defluerent*, qs. sit a rad. נָזַל). Non aliter intelligenda verba Jud. V, 5: הָרִים נָזְלוּ *contremuerunt montes*, נָזְלוּ enim ibi dictum pro נָזֹלּוּ Lgb. 103, not. 15. Bene LXX *ἐσαλεύθησαν* (gr. *σαλεύω*, *σάλος* adeo eiusdem originis est atque hebr. זלל), idemque exprimunt Chald. et Arabs Polygl. Vulgo sec. Vulg. *montes diffluxerunt* a rad. נָזַל, quae vero ubique stillandi fluendique vim habet, nunquam de eo dicitur, quod dissolvitur. (Arab. زلزل concussit terram Cor. 2, 209. 99, 1, زلزال terrae motus).

Hiph. הֵזִיל v. rad. זול.

זֻלּוּת f. [1] sec. plerosque *vilitas*, *ignominia* (v. rad. no. 3). Ps. XII, 9: *circumcirca ambulant impii* כְּרֻם זֻלּוּת לִבְנֵי אָדָם quod vulgo redditur cum Kimchio: *ubi exaltabuntur* (illi), *ignominia hominibus* (coll. Prov. XXVIII, 12. XXIX, 2), כְּרֻם pro כְּרֻמָם; apta quidem sententia, quanquam talis pronominis ellipsis idoneis exemplis firmari non potest (non plane congruunt, quae laudavimus Lgb. 734). Certior igitur interpretatio Jarchii et Aben Esrae: *ubi exaltatur ignominia hominum* i. e. ubi *evehentur* s. triumphabunt hi impii, qui *ignominia* sunt *hominibus*. Symmachus: ὅταν ὑψωθῶσιν οἱ εὐτελεῖς τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. Vilipendendi significatum tuentur etiam LXX et Aquila. Illi *κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας* (sec. Fischerum spec. cl. Verss. gr. pag. 56 i. q. *εὐώρησας* negligis) *τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων*, legentes, ut videtur זִלּוֹתָ: hic *κατὰ τὸ ὕψος εὐωνισμένοι τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων*. Sed possit etiam זלות ex primaria rad. potestate explicari: *tremor*, *terror*, ut sensus sit: *ubi surget terror hominibus*, ubi evehentur hi impii, qui terrorem incutiunt hominibus, vel (admissa illa ellipsi): *ubi*

surgent, terror erit hominibus. Plura dabit ROSENM. ad Ps. l. c.

זַלְזַלִּים m. *flagella, palmites,* a motu tremulo dictae. Jes. XVIII, 5. Vide rad. Niph. et cf. סַנְסִנִּים, סַלְסִלּוֹת, תַּלְתַּלִּים.

זַלְעַף quadril. inusit., quod *aestuandi* potestatem habuisse videtur i. q. זָעַף, inserto ל (cf. Lgb. 863 et زغب et زلغب lanugine praeditus fuit), minus apte enim J. D. MICHAELIS hoc quadrilitterum conflatum censet ex זָעַף et syr. ܐܠܦ hausit, aptius alii a זָעַף et زلع cremavit, sed haec radicis زلع potestas non satis certa est. Proprie enim valet: fissus fuit, et dicitur de cute fissa, max. ubi ustulata est, inde cremavit (igne pedes), v. Kamûs I p. 1029 et quae disputavimus Ephem. lit. Hal. 1820 no. 123. Quae praeterea ad illam potestatem stabiliendam confert Jo. SIMONIS ed. 1 — 3: „arab. زلعب VIII, ambusta et ustulata fuit cutis, et زغفل accendit" errore nituntur. Etenim زغفل non est „accendit", sed „accendit lignum زَغْفَل" et est denominativum ab hac arbore ductum; quae vero quadrilittero زلعب ibi tribuitur significatio, ea non huic radici competit, sed radici زلع conj. VIII, et CASTELLI verba (p. 1054) confudisse videtur SIMONIS cum J. D. MICHAELE (suppl. p. 623). Fidem faciet Firuzabadius T. II p. 1262 (de rad. زغفل), 1120 (de زلع) et I p. 97 (de ازلغبّ) cf. Ephem. lit. Hal. l. c. Inde

זַלְעָפָה pl. זַלְעָפוֹת Ps. XI, 6 cstr. זַלְעֲפוֹת Thren. V, 10 f. *aestus vehemens.* Ps. XI, 6: רוּחַ זַלְעָפוֹת *ventus aestuosus*, intellige ventum calidum et venenosum السموم dictum. Translate a) de ira (cf. זַעַף). Ps. CXIX, 53: זַלְעָפָה אֲחָזַתְנִי מֵרְשָׁעִים *aestus irae corripit me propter impios.* b) de fame. Thren. l. c. זַלְעֲפוֹת רָעָב *aestus famis.* Eandem imaginem habes Ez. V, 2. coll. 12. 16. 17, cf. gr. λιμὸς αἴθοψ Hesiod. op. 361, λιμὸς αἴθων Callimach., *ignea fames* Quinctilian. declam. 12 §. 8, *urit fames* ibid. §. 9, *furit ardor edendi* Ov. Met. 8, 828, *flamma gulae* ibid. 846, arab. وَقَدَ نَارُ ٱلْجُوعِ flagravit ignis famis Har. 5, p. 96 Schult., جوى الحاجى urunt viscera ibid. p. 122, اشتعل فيهم من الجوع اللهب flagravit inter eos flamma famis vit. Tim. I p. 34, lin. 11 Mang., سُعَار ignis, flamma, it. vehementia famis Dschauh. Firuz., ضَرِمَ arsit, spec. exarsit fame, ضَرِم ardens, esuriens. Ex Sunna laudatur: *fumo inediae nigrescit coelum* (Fundgruben des Orients I, pag. 164), cf. atra fames Claudian. Stilich. I, 279. Veterum intpp. explicationes diiudicavit J. D. MICHAELIS suppl. p. 622.

זָלַף rad. inusit. Chald. Pa. stillavit i. q. דָּלַף. Inde

זִלְפָּה (stilla) n. pr. ancillae Leae, quae Jacobo peperit Gadum et Aserum. Gen. XXIX, 24. XXX, 9—12. XXXV, 26. XXXVII, 2. XLVI, 18. LXX. *Ζελφά.* Vulg. *Zelpha.*

זָמַם praet. זָמַמְתִּי Zach. VIII, 14 et זַמֹּתִי Jer. IV, 28, fut. יָזֹם pl. יָזֹמּוּ pro יָזֹמּוּ (Lgb. p. 372. Gr. §. 66, not. 11, radix enim יָזַם, quam alii statuunt, ficticia est)

1) pr. *nexuit, ligavit* i. q. vicinum צָמַם. (Arab. زَمَّ ligavit, constrinxit, spec. capistro, زِمَام funiculus, habena, capistrum. Vide SCHULT. ad Har. II, p. 70 et ad Iob. XVII, 11, melit. *zamm* tenuit, retinuit, cohibuit. Aeth. ሀሞም: circulus naribus ferarum alligatus, itidem a capistrando. Chald. et zab. זְמַם, ܙܡܐ frenavit, capistravit, unde זְמָמָא frenum. Finitima sunt أَزَمَ constrictus est, cohaesit, حزم colligavit, constrinxit, خزم annulo constrinxit nares ferarum, capistravit). Inde

2) translate *consilium cepit, meditatus est aliquid, proposuit sibi.* (Arab. سَمَّ id. v. c. اذا سممت فافعل si proposuisti tibi aliquid, exsequere propositum. Verba nectendi plectendique saepe referri ad consilia, max. mala, satis constat, v. rad. אָרַב. Adde infra ad זִמָּה et arab. حزم colligavit, constrinxit it. firmo proposito fuit, حَزْم propositum firmum). Gen. XI, 6: *iisque non erit prohibitum* כֹּל אֲשֶׁר יָזְמוּ לַעֲשׂוֹת *quicquid facere sibi proponent.* Jer. LI, 12: גַּם זָמַם יְיָ גַּם עָשָׂה. Thren. II, 17: עָשָׂה יְהוָה אֲשֶׁר זָמָם. Zach. I, 6. Jer. IV, 28. Prov. XXXI, 16: זָמְמָה שָׂדֶה וַתִּקָּחֵהוּ *meditatur agrum* (emere cogitat) *eumque accipit.* Spec. *mala meditatus est, molitus est.* Ps. XXXI, 14: לָקַחַת נַפְשִׁי זָמָמוּ. Prov. XXX, 32: וְאִם זַמּוֹתָ יָד לְפֶה *et si mala meditatus es* in aliquem, *manum ad os*, tace de consiliis tuis. Deut. XIX, 19. Zach. VIII, 14.

3) *insidiatus est*, sq. לְ personae. Ps. XXXVII, 12: זֹמֵם רָשָׁע לַצַּדִּיק *insidiatur impius iusto.*

זָמָם m. *consilium, propositum.* Cum Suff. זְמָמוֹ Ps. CXL, 9.

זִמָּה f. 1) *consilium*, quod aliquis cepit, pr. quod aliquis *nexuit* (v. rad. no. 1. 2). Primigenia imago servata est in verbis Iob. XVII, 11: זִמֹּתַי נִתְּקוּ *consilia mea abrupta sunt*, nimirum instar funiculi plexi, cui comparatur consilium studiose excogitatum. (Simili imagine Arabes: شدّ حزام الحزم constrinxit cingulum propositi, vit. Tim. I, 90 Mang.). Spec. de consilio malo, Prov. XXIV, 9: זִמַּת אִוֶּלֶת חַטָּאת *consilium stultitiae est peccatum.* XXI, 27: *sacrificium impiorum abominatio est,* אַף כִּי בְזִמָּה יְבִיאֶנּוּ *multo magis si cum consilio pravo* (de facinore aliquo cogitans) *offert illud.* Inde

2) *scelus*, *sceleste factum* Ps. XXVI, 10. CXIX, 150. Prov. X, 23. Maxime de peccatis ex impudicitia ortis, ut stupro, etiam violento, et incestu. Lev. XVIII, 17 post leges contra matrimonia inter propinquos et consanguineos: זִמָּה הִוא *hoc scelus est*. Lev. XX, 14. Iob. XXXI, 11 (quibus in locis J. D. Michaelis in suppl. p. 625 זִמָּה male de ipso incestu explicat, coll. زم nuptiae, ذمّة clientela, foedus quo quis in clientelam recipitur, ut זִמָּה sit nuptiae cum uxore, quae in alic. clientela est, cuiusque pudicitiam defendere debebat: perquam contorte). עָשָׂה זִמָּה Levit. XVI, 43. Ezech. XXII, 9. Hos. VI, 9, plenius Iud. XX, 6: עָשׂוּ זִמָּה וּנְבָלָה בְּיִשְׂרָאֵל *patrarunt scelus et rem nefandam inter Israëlitas*. אֵשֶׁת הַזִּמָּה mulier scelesta Ez. XXIII, 44. Passim copulatur cum זְנוּתִים, תַּזְנוּתִים Jer. XIII, 27. Ez. XXIII, 27. — Lev. XIX, 29. Ezech. XVI, 27. 43. 58. XXII, 11. XXIII, 21. 35. 48. XXIV, 13.

3) n. pr. viri 1 Par. VI, 5. 27. 2 Par. XXIX, 12.

זִמָּה f. i. q. זִמָּה no. 1. *consilium*, *cogitatio*. Pl. זַמֹּתִי Ps. XVII, 3 (sec. accentus Milra) pro זְמוֹתַי (cf. עֶדְתִי Ps. CXXXII, 12 pro עֵדוֹתַי) *cogitationes meae*. Verba sunt: זַמֹּתִי בַּל יַעֲבָר־פִּי *cogitationes meae non transgrediuntur os meum* i. e. contextu iubente, nil discrepant a mente mea. Aben Esra: מחשבתי בדברי פיו ואיננה להפך cogitatio eius congruit cum verbis eius, neque mutatur. Mutato accentu (זַמֹּתִי Milel) sententia esset: proposui mihi, ne transgrediatur (deflectat a tramite) os meum, et ita Geierus al.: sed dubium est, num עָבַר ita absolute usurpetur.

מְזִמָּה semel cum He parag. Jer. XI, 15 pl. מְזִמּוֹת f. 1) *cogitatio*. Ps. X, 4: אֵין אֱלֹהִים כָּל־מְזִמּוֹתָיו *non est deus*, ita *omnes cogitationes eius*. Spec. *consilium*. Iob. XLII, 2: לֹא יִבָּצֵר מִמְּךָ מְזִמָּה *non inaccessum tibi est consilium*, nil est, quod tibi nimis arduum sit. Ps. XXXVII, 7: עֹשֶׂה מְזִמּוֹת *qui exsequitur consilia sua* (parall. מַצְלִיחַ דַּרְכּוֹ) i. e. cui prospere omnia cedunt. Al. cui prospere cedunt prava sua consilia. Nam plerumque dr. de *consiliis pravis* Ps. X, 2: יִתָּפְשׂוּ בִּמְזִמּוֹת זוּ חָשָׁבוּ. XXI, 12: חָשְׁבוּ מְזִמָּה בַּל יוּכָלוּ. Iob. XXI, 27. Jer. LI, 11. מְזִמּוֹת לִבּוֹ Jer. XXIII, 20. XXX, 24. — Inde 2) *insidiae, machinationes* (Ränke). אִישׁ מְזִמּוֹת vir insidiosus Prov. XII, 2. XIV, 17. בַּעַל מְזִמּוֹת XXIV, 8. Adeoque *scelus* i. q. זִמָּה Ps. CXXXIX, 20: יֹאמְרֻךָ לִמְזִמָּה *loquuntur contra te sceleste*. (In Targg. זְמוֹמִין machinationes, pro זְמוֹמִין Iob. XXI, 27. Ps. CXLVI, 4). 3) i. q. דַּעַת מְזִמּוֹת (Prov. VIII, 12) *consilium, prudentia* Prov. I, 4. III, 21, pl. מְזִמּוֹת id. V, 2.

זַמְזֵם quadril. inusit. i. q. arab. زمزم onomatop. *summen*, murmuravit, fremuit, unde زمزمة multitudo fremens. Vic. همهم nostr. *hummen*, v. ad. rad. הָמָה.

זַמְזֻמִּים m. pl. n. pr. gigantum Ammonitarum fines antiquitus habitantium, iam ante Mosen exstinctorum. Deut. II, 20. (In Talmude, Erubh. fol. 104 זמזומי dr. de instrumentis musicis, pr. a strependo). Lutherus in Gen. c. XI adnotat, זמזמים esse obstinatos ad aliquid faciendum, a signif. rad. זָמַם no. 2. 3. Jo. Simonis confert زمزم longa cervice praeditus (cf. עֲנָקִים), صمصم vir crassus, fortis, صمصم corporis mole praeditus: malim, si quid coniiciendum, *populos strepentes*, (v. rad.).

זָמַן pr. *praeparavit*, *statuit* vic. rad. זָמַם. In Kal (vel Pi.) semel legitur Gen. XI, 6 in cod. Sam. יזמנו (יִזְמְנוּ vel יְזַמְּנוּ) pro hebr. יָזְמוּ (i. e. יָזֹמּוּ) *meditabuntur*, *sibi proponent*. Samaritanismum redolet haec scriptura, in quo זמן usurpatur pro זָמַם Deut. XIX, 19. Cf. Comment. de Pent. sam. p. 55.

Pu. part. מְזֻמָּן *statutus*. עִתִּים מְזֻמָּנִים Esr. X, 14. Neh. X, 35 et עִתִּים מְזֻמָּנוֹת XIII, 31 tempora statuta. V. chald.

זְמַן chald. Pa. in Targg. paravit, praeparavit, destinavit ad aliquid, invitavit. Syr. et zab. invitavit. Arab. زمن III. praefinivit tempus. Sam. Aph. convenit, praeparavit, constituit. Ithpa. (vel potius more hebr. Hithpa.) הִזְדַּמַּן *convenire inter se*, pr. sibi invicem statuere, definire. In Targg. et Vers. Sam. passim pro נוֹעַד (Ex. XXV, 22. XXIX, 42. XXX, 36. Num. X, 3. 4. Sam. adde Carm. sam. IV, 8, et Am. III, 3 Targ. אִלָּהֵן אִם אִזְדַּמְּנוּ pro hebr. בִּלְתִּי אִם נוֹעָדוּ). Dan. II, 9 sec. Keri: מִלָּה כִדְבָה וּשְׁחִיתָה הִזְדְּמִנְתּוּן לְמֵאמַר קָדָמַי *verbum mendax et falsum convenistis inter vos mihi dicere*. Theod. *συνέθεσθε*. LXX. *συνείπασθε*. Sed in Chethibh l. c. est Aph. (Haph.) הַזְמִנְתּוּן (nisi mavis הִזְּמִנְתּוּן in Hithpa., v. זְבַן) i. e. parastis, statuistis, eaque scriptura, utpote insolentior, praeferenda videtur. Ita in Targg. אַזְמֵן praeparavit Gen. XXIV, 7 Jon. (pro: invitavit 1 Sam. XVI, 3), et in Vers. hebr. sam. saepius pro constituit Gen. XXIV, 14. XLI, 43.

זְמָן pl. זְמַנִּים m. *tempus statutum*, *καιρός*, recentioris Hebraismi vc. pro מוֹעֵד: non enim temporis spatium notat (ut עֵת), sed temporis momentum. Neh. II, 6. Esth. IX, 27: כִּכְתָבָם וְכִזְמַנָּם *secundum praescriptum eorum et tempus statutum eorum*. Eccl. III, 1: לַכֹּל זְמָן *cuique rei tempus certum quoddam*, i. e. nihil est quod perpetuitate gaudeat, omnia fluxa sunt et caduca, cf. VIII, 6. Plur. Esth. IX, 31. (Arab. زمن et زمان, aethiop. ዘመን; melit. zmyn, syr. et zab. ܙܒܢܐ, ܙܒܢ, sam. ࠆࠉࠌࠍ Carm. Sam. I, 7 id. et gener. tempus).

זְמַן Dan. II, 16, alibi **זְמָן** VII, 12, emphat. זִמְנָא plur. זִמְנִין chald. m. 1) i. q. hebr. *tempus* max. *statutum*. Dan. II, 16. בֵּהּ זִמְנָא eodem tempore III, 7. 8. IV, 33. Esr. V, 3. עַד זְמַן וְעִדָּן usque ad tempus statutum Dan. VII, 22. — VII, 25: יִסְבַּר לְהַשְׁנָיָה זִמְנִין

וְדָת sperat se mutaturum tempora et legem. Dan. II, 21. (In Targg. persaepe pro hebr. מוֹעֵד, nunquam pro עֵת, quod chaldaice redditur עִדָּן, v. Buxtorf. p. 675). — 2) Plur. זִמְנִין i. q. hebr. פְּעָמִים vices (Male). Dan. VI, 11: זִמְנִין תְּלָתָה tribus vicibus, ter. Ita saepius in Targg. cf. syr. ܙܒܢܐ, arab. وَقْت tempus pl. أَوْقَات vices, آوِنَة tempora et vices repetitae, آوِنَة repetitis vicibus vit. Tim. II, 566 Mang., تَارَة et حِين tempus, vicis (Ham. p. 328), aeth. ጊዜ: tempus, pl. vices. Angl. *three times*, ter).

זָמַר fut. יִזְמֹר pr. ut videtur, *carpsit* (v. Pi. no. 2), spec. *decerpsit* vitium sarmenta, *putavit vitem.* Lev. XXV, 3: תִּזְמֹר אֶת־כַּרְמֶךָ. Comm. 4. (Arab. m et b permutatis زبر putavit vitem, زِبْرٌ segmentum, portio, melit. *zabar* id. *zabbâr* putator, *zabra* putatio, segmentum. Sed origo esse videtur in carpendo et decerpendo. Vicina sunt צֶמֶר lana, ab abscindendo vel potius evellendo dicta; quandoquidem tonsores forfice carpebant et vellebant potius quam abscindebant, et arab. زبر III. villosus fuit pannus pr. lana tectus fuit. Praeterea vid. Pi.).

Niph. pass. Kal *putata est* (vinea) Jes. V, 6.

Pi. 1) *carpsit*, carpendo *abscidit*, ut forfice, inde part. מְזַמֶּרֶת plur. מְזַמְּרוֹת forfices, ut ψαλίς forfex a ψάλλω carpo, vello, v. infra. Quater legitur inter apparatum sacrum templi 1 Reg. VII, 50. 2 Reg. XII, 14. 2 Chron. IV, 22. Jerem. LII, 18, et intelligendae videntur (cum Mosero al.) forfices emunctoriae, quibus ellychnia igne usta praecidebantur. Similiter *cultros* reddunt Lutherus, Clericus, Michaelis (suppl. 633), Dathius, ex vett. LXX. 2 Chr. λαβίδες forcipes. Sed reliqui in alia omnia abeunt. Targg. retinent מְזַמְּרַיָּא, idque Kimchius interpretatur *psalteria* (הם כלים שמזמרין בהם), quod ipsum habet Vulg. apud Jerem., et inter recentiores calculo suo probarunt Iunius, Tremellius, Simonis (Lex. ed. 1—5); psalteria vero a plerorumque locorum contextu aliena (componuntur enim מזמרות cum poculis, pateris, ollis rebusque similibus), neque facile poterant ex auro et argento confici. LXX. 1 et 2 Reg. ἧλοι, confundentes מזמרות et מַסמרות. Vulg. *fuscinulae.* Syr. 1 Reg. ܢܦܛܐ, quod Arabs reddit شبه الشمع candelabra prob. intelligens, 2 Reg. ܡܨܠܐ Arabs مصاق i. e. cola, Jerem. ܨܦܢܐ lebetes.

2) *carpsit fides, fides pulsavit*, ψάλλειν (ut constanter reddunt LXX interpretes), unde etiam *cecinit ad citharae modos.* (Chald. syr. id. Aethiop. ዘመረ: cecinit, et sq. በ instr. pulsavit instrumentum. Longius ab origine abest arab. زمر I. II. cecinit fistula alioque instrumento, quod inflatur. Originem ita constituerunt Alb. Schultensius ad Har. II p. 92 et Rob. Lowthius de sacra poësi Hebraeorum p. 36 ed. Lips., ut pr. sit *incidis orationem*, protulit carmen ad numeros rhythmicos incisum coll. قَرِيض carmen pr. sermo incisus a قرض secuit, resecuit, sed magis placet ratio supra proposita a *carpendo*, quam significavit Boettcherus, specc. p. 72). Ps. XCVIII, 4. CVIII, 2. Is, qui carmine celebratur (non usurpatur autem, nisi de Deo celebrando), ponitur praevio לְ Ind. V, 3. Ps. IX, 12. XXVII, 7. XXX, 5. XXXIII, 2. XLVII, 7. LXVI, 4. LXXI, 22. 23. LXXV, 10. XCVIII, 5. CI, 1. CIV, 33. CV, 2. CXLVII, 7. CXLIV, 9. CXLVI, 2. CXLIX, 3, לְשֵׁם Ps. XVIII, 50. (2 Sam. XXII, 50). XCII, 2. CXXXV, 3; אֵל Ps. LIX, 18, in acc. Ps. XXX, 13. XLVII, 7. LVII, 10. LXVIII, 2. 33. Jes. XII, 5, addito שֵׁם Ps. VII, 18. IX, 3. LXI, 9. LXVI, 4. LXVIII, 5. Sed dr. etiam זַמֵּר כְּבוֹד יְיָ Ps. LXVI, 2, גְּבוּרֹת יְיָ XXI, 14, et c. acc. carminis Ps. XLVII, 8: זַמְּרוּ מַשְׂכִּיל. Passim additur בְּ instrumenti Ps. XXXIII, 2. XCVIII, 5. CXLIX, 3. Targg. constanter reddunt שַׁבַּח (laudare), praeter paucos locos, quibus retinetur זַמֵּר.

3) *saltavit* (arab. زمر), quod cum cantu modisque musicis coniunctum est (cf. צָחַק et שָׂחַק). Inde זֶמֶר.

זְמָר m. chald. *cantus instrumentorum musicorum* Dan. III, 5. 7. 10. 15.

זַמָּר m. chald. *cantor.* Ps. זַמָּרַיָּא Esr. VII, 24. Arab. زَمَّار psaltes, tibicen, fidicen.

זֶמֶר m. [1] Deut. XIV, 5, bestia ex cervorum et dorcadum genere, a *saltu* dicta (v. Pi. no. 3), sicut דִּישֹׁן a דּוּשׁ = דּוּץ. Arab. زمر et زمز saliit, saltavit dorcas. Syrus ܙܘܢܐ i. e. caper silvestris (quod quidem vocabulum etiam ap. Ferrar. p. 46 et Novar. p. 235 obvium sollicitare non debebat Michaelis in suppl., max. cum ܙܘܢܐ etiam de capricorno zodiaci usurpetur, et Hebraei quoque habeant n. pr. אֲרָן). Onk. et Jonath. דִּיצָא caprea silvestris. Camelopardalim s. girafam (زَرَافَة) interpretantur LXX. Hieron. Gr. Venet. (ζυράμφιος = زرافة), Persa, J. Jona, Kimchius, quod recte iam refutavit Bochartus in Hieroz. T. II. p. 273—279, quum haec bestia interiori Aethiopiae propria sit. Non felicius Lutherus *alcen* (Elendthier) interpretatur, quae septentrionales tantum regiones habitat.

זִמְרָה f. *cantus*, a) fidium. Am. V, 23: זִמְרַת נְבָלֶיךָ. Meton. זִמְרַת הָאָרֶץ *cantus terrae* i. e. laudatissimi proventus eius. Gen. XLIII, 11. Cf. gr. ἀοίδιμος carminibus celebratus i. q. celeber. Hartmannus (ling. Einleit. p. 389) confert arab. ثَمَر fructus: sed non est, quod hanc formulam a reliquo radicis usu divellamus.

Bene Kimchius: רוצה לומר ממיטב שירות הארץ. b) vocis Ps. LXXXI, 3. XCVIII, 5. Jes. LI, 3.

זִמְרִי m. (carmine celebratus, ἀοίδιμος, celeber) n. pr. 1) regis Israelis, qui Elae a se interfecto succedebat anno a. Chr. 930. 1 Reg. XVI, 9. 10. 2 Reg. IX, 31. Gr. *Ζαμβρί*. 2) Simeonitarum phylarchae Num. XXV, 14. 3) 1 Par. II, 6. 4) 1 Par. VIII, 36. IX, 42. — 5) videtur et Patron. esse a זִמְרָן pro זִמְרָנִי. Jer. XXV, 25.

זִמְרָן (id.) n. pr. filii Abrahami et Keturae, atque arabicae gentis ab eo oriundae Gen. XXV, 2. 1 Par. I, 32. Fortasse conferenda *Zabram*, urbs regia auctore Ptolemaeo, Meccam inter et Medinam sita. Cf. זִמְרִי no. 5.

זִמְרָת f. i. q. זִמְרָה *cantus*, meton. *obiectum cantici, laudis*. Exod. XV, 2: עָזִּי וְזִמְרָת יָהּ *gloria mea et carmen* meum est *Jehova*. Ps. CXVIII, 14. Jes. XII, 2.

זְמוֹרָה f. pl. c. suff. זְמֹרֵיהֶם Nah. II, 3 1) *palmes, flagellum vitis* a putando dictum (v. rad. in Kal). Num. XIII, 23. Jes. XVII, 10. Nah. l. c. 2) generatim *surculus, sarmentum*. Ex. XV, 2. VIII, 17: הִנָּם שֹׁלְחִים אֶת־הַזְּמוֹרָה אֶל־אַפָּם *en sarmentum naribus suis applicant*; quibus verbis respicitur mos Persarum, qui solem orientem adorantes virgarum fasciculum *Barsom* (برسم) dictum sinistra manu tenebant, v. Strabo XV p. 733 Casaub.: τὰς δ' ἐπῳδὰς ποιοῦνται πολὺν χρόνον ῥάβδων μυρικίνων λέπτων δέσμην κατέχοντες. Cf. Hyde de rel. vett. Persarum p. 345 (350 ed. 2), Zendavesta ed. Anquetil du Perron II, 532. De Judaeorum, crepitum ventris intelligentium interpretatione non magis obscoena quam inepta et ridicula v. Michaelis suppl. p. 631.

זָמִיר m. Cant. II, 12 *tempus, quo vites putantur*, de vere (ad formam בָּצִיר, חָרִישׁ v. Lgb. §. 120, no. 3). Bene LXX et Gr. Venet. καιρὸς τῆς τομῆς. Aqu. et Symm. κ. τῆς κλαδεύσεως. Vulg. tempus putationis. Syr. ܙܒܢܐ ܕܟܣܚܐ. Chald. קְטוֹף. Sed Jarchius, Kimchius et recentiores plerique, ut J. E. Faber ad Harmari observatt. I p. 32, זָמִיר de *avium cantu* interpretantur, quod non minus accommodatum est ad contextum (sequitur: vox turturis auditur in terra), modo ostendi possit, זמר زمر unquam de avium cantu dici: parum enim huc facit, quod زمر de voce struthiocameli maris usurpatur.

זָמִיר (Jes. XXV, 5) pl. זְמִירוֹת *cantus*. Ps. CXIX, 54. 2 Sam. XXIII, 1. Spec. *hymnus, paean*. Jes. XXIV, 16. Iob. XXXV, 10: *qui hymnos* (i. e. gaudium, laetitiam) *dat in nocte* (in infortunio); *cantus triumphalis* (tyrannorum) Jes. XXV, 5.

זְמִירָה (cantus) n. pr. m. 1 Par. VII, 8.

מִזְמוֹר *carmen*, idque *ad citharam decantatum* (LXX. ψαλμός), nonnisi in inscriptionibus Psalmorum, ubi variae sunt formulae. Plerumque sq. לְ auctoris מִזְמוֹר לְדָוִד Ps. III. IV. V. VI. VIII. IX. XII. XIII. XV. XX — XXIII. XXIX. XXXI. XXXVIII. XXXIX. XLI. LI. LXII — LXV. CXLI. CXLIII, מִזְמוֹר לְאָסָף Ps. L. LXXIII. LXXV. LXXVI. LXXIX. LXXXII, rarius eodem praemisso לְדָוִד מִזְמוֹר XXIV. XL. CI, לְאָסָף מִזְמוֹר LXXVII. LXXX, לִבְנֵי קֹרַח מ׳ XLVII. XLIX. LXXXIV. LXXXV. LXXXVII, vel sq. alio genit. מִזְמוֹר לְתוֹדָה C. Passim per appositionem iunguntur מִזְמוֹר שִׁיר (quorum prius specialius est, quam posterius) XXX. LXVII. LXVIII et שִׁיר מִזְמוֹר XLVIII. LXXXIII. LXXXVIII. CVIII. Raro seorsum ponitur ut Ps. XCVIII. Syr. retinet ܡܙܡܘܪܐ, arab. مزمور, Targ. תּוּשְׁבַּחְתָּא.

מְזַמְּרוֹת *forfices* v. rad. Pi.

מַזְמֵרוֹת f. pl. *falces*, quibus vites putantur Jes. II, 4. XVIII, 5. Mich. IV, 3. C. suff. Joël IV, 10.

זַן v. זַן.

זָנָב Pl. זְנָבוֹת, cstr. זַנְבוֹת m. (Jes. VII, 4) *cauda* animalium. (Arab. ذَنَبٌ et ذَنَبَةٌ, melit. *denb*, aethiop. ዘነብ: chald. דַּנְבָא, דְּנָבָא, זַנְבָא, zab. ܕܢܒܐ, syr. ܕܘܢܒܐ id. et apud plerosque etiam translate de extremitate, fine rei, opp. capiti s. initio. Secundarium est verbum ذنب pone sequutus est). Ex. IV, 4. Iud. XV, 4. Iob. XL, 16 (ubi Alb. Schultens et omnes interpretes, qui *Behemoth* elephantum esse volunt, eius *proboscidem* intelligunt, qui tamen alibi *nasus* انف et خرطم Tim. I, 416 vocatur, non *cauda*, quae nonnisi ad extrema quaeque transfertur). Metaph. *extremitas, extremum* rei. שְׁנֵי זַנְבוֹת הָאוּדִים duae extremae partes titionum Jes. VII, 4. Dein *vile, contemptum*, max. opp. ראשׁ Deut. XXVIII, 13: *caput, non caudam, Jehova te faciet*. Vs. 44. Jes. IX, 13: ראשׁ וְזָנָב *caput et cauda* i. e. nobiles et ignobiles (quanquam aliter explicat Comm. 14, idque tamen pro spurio habendum). XIX, 15. (In eandem sententiam Arabes opponunt انف وذنب nasum et caudam, ut in formula قوم هم الانف والاذناب غيرهم nonnulli erant nasus, alii cauda i. e. alii erant principes, alii plebeji, Cam. v. انف, اذناب الناس candae hominum et simpl. اذناب plebeji, infimi Tim. II, 682 Mang. Ut h. l. *caput* et *cauda* opponuntur in verbis Ibrahimi ibn Adham apud de Sacy ad Har. XXIX p. 310. Inde verbum denom.

Pi. זִנֵּב pr. *caudam laesit, abscidit*, translate *agmen extremum* (arab. ذنب vit. Tim. I, p. 308, unde مُسْتَذْنِبٌ qui in extremo agmine est, gr. οὐρά, οὐραγία) *exercitus carpsit, abscidit*. Deut. XXV, 18: *quomodo tibi occurrit* (Amalec) *in via* וַיְזַנֵּב בְּךָ כָּל־הַנֶּחֱשָׁלִים אַחֲרֶיךָ *et abscidit omnes debiles post te*, qui agmen tuum sequebantur. LXX. καὶ ἔκοψέ σου τὴν οὐραγίαν τοὺς κοπιῶντας ὀπίσω σου.

Vulg. et extremos agminis tui, qui lassi residebant, ceciderit. Saad. تَطَرَّفَ abscidit extrema. Syr. et chald. occidit extremos. Jos. X, 19: *persequimini hostes* וְזִנַּבְתֶּם אוֹתָם *et decaudate eos* i. e. agmen extremum intercludite a reliquis. LXX. *καταλάβετε τὴν οὐραγίαν αὐτῶν*. Vulg. et extremos quosque fugientium caedite. Arabs: تَطَرَّفُوهُمْ et extremum agmen eorum abscindatis. Abulwalides: تقطعون اخرهم *abscindatis extremum eorum*, laudato loco Mischnae (Schebiith cap. 4): המזנב בגפנים qui decaudat in vitibus, i. e. qui amputat extremitates palmitum, quod paulo ante vindemiam fieri solet. Alium Mischnae locum (quem invenire non contigit, neque habet Arûch) laudat Tanchum Hieros. his verbis: זנב, מזנב באילן هو قطع الاطراف لان ذنب الحيوان هو طرفه والنص ויזנב בך i. e. *decaudans in arbore* (den Baum stutzend), i. e. *amputans extremitates eius*, *quandoquidem cauda animalis est extremitas eius. Et ita in S. S. Deut. XXV*, 18. Verba denominativa a membris corporis ducta apud Hebraeos et Arabes (vide Ibn Mokri ap. A. Schult. ad Meid. prov. p. 170) laesionem horum membrorum notare, permulta exempla arguunt, v. גָּרַם, לִבֵּב, עָרַף, עִצֵּם, adde بطن in ventre percussit, كَبَدَ laesit in hepate, كَبِدَ, كَبُدَ laboravit in eo, ناب laesit in dente canino, جلد cutem laesit, neque placet Maurerus ad Jos. l. c., qui זִנֵּב interpretari mavult *caudam agitare*, quam *laedere*, *abscindere*. Minus etiam probandi, qui praeeunte Chald. et Syro זִנֵּב reddunt *assequi*, coll. ذنب *sequutus est*, nam non solum assequi debebant Israëlitae postremos hostes, verum etiam intercipere.

זָנָה fut. יִזְנֶה apoc. וַיִּזֶן 1) *scortatus est*. Plerumque dicitur de muliere, sive nupta est (Hos. III, 3. Jes. LVII, 3), sive non est Gen. XXXVIII, 24. Lev. XIX, 29. XXI, 9. Deut. XXII, 21. Hos. IV, 13. 14, etiam de stupro violento, non voluntario i. q. *comprimi*. Am. VII, 17. Construitur sq. acc. viri moechi Ez. XVI, 28, neque non sq. בְּ (scortari *cum*) Ez. XVI, 17, אֶל XVI, 26. 28, אַחֲרֵי pr. scortari sectando moechos, den Buhlen nachlaufen ibid. XVI, 34. Maritus contra, a quo scortando deficit mulier adultera et scortatrix, ponitur praevio עַל, pr. scortata est *iuxta* maritum, praeter maritum Iud. XIX, 2 (ubi non sollicitanda est scriptura). Ez. XVI, 15. Alias structuras v. no. 1. Raro dicitur de viris moechis, sq. אֶל (scortari accedendo *ad* mulierem). Num. XXV, 1: וַיָּחֶל הָעָם לִזְנוֹת אֶל בְּנוֹת מוֹאָב *et coepit populus scortari cum filiabus Moabitarum*. (Arab. زانٍ pro زانِيٌ moechus).

2) Saepius translate usurpatur, a) de idololatria et superstitionibus cum ea coniunctis. Rationem enim, quae Deum inter et populum Israëliticum intercedat, coniugii imagine adumbrant prophetae, ita ut populus alienos deos colens mulieri moechae et adulterae comparetur (v. Hos. I. II. Ezech. XVI. XXIII). Falluntur enim, qui hunc linguae usum ab idolorum nonnullorum cultu impudico (v. קָדֵשׁ, קְדֵשָׁה) repetitum existimant. Hos. IV, 15: אִם זוֹנֶה *si tu scortaris* (idola colis) *Israël*. Jer. III, 6. 8. Ps. CVI, 39. Ez. VI, 9: לִבָּם הַזּוֹנֶה *cor eorum scortabundum*. Cstr. (pariter atque no. 1) sq. acc. idolorum Jer. III, 1, sed plerumque in hac formula: זָנָה אַחֲרֵי אֱלֹהִים אֲחֵרִים scortari alienos deos sectando Ex. XXXIV, 15. Lev. XVII, 7. XX, 5. 6. Deut. XXXI, 16. 1 Chr. V, 25. Jud. II, 17, אַחֲרֵי הַבְּעָלִים Iud. VIII, 33, אַחֲרֵי הַמֹּלֶךְ Lev. XX, 5 cf. Ez. XX, 30. Iud. VIII, 27. Semel tribuitur oculis Ez. VI, 9: עֵינֵיהֶם הַזֹּנוֹת אַחֲרֵי גִלּוּלֵיהֶם. Sic זָנָה אַחֲרֵי הָאֹבוֹת scortari sectando necromantes Lev. XX, 6. Sed זָנָה אַחֲרֵי הַגּוֹיִם est: scortari imitando exemplum populorum gentilium Ez. XXIII, 30, cf. Levit. XX, 5 et formulam זָנָה אַחֲרֵי לְבַבְכֶם, אַחֲרֵי עֵינֵיכֶם scortari sectando cordis oculorumque impura desideria. Num. XV, 39. Deus, a quo uxor adultera deficit, ponitur praevio מִן Ps. LXXIII, 27: כָּל־זוֹנֶה מִמֶּךָּ, מֵאַחֲרֵי Hos. I, 2, מִתַּחַת (pr. defecit, quae sub dominio eius fuerat) ibid. IV, 12 et תַּחַת Ez. XXIII, 5 (cf. Num. V, 19. 29), מֵעַל Hos. IX, 1. — Ez. XVI, 15: וַתִּזְנִי עַל שְׁמֵךְ *scortata es non obstante nomine tuo*, quod a me Deo marito tuo inditum habes, ut bene explicuit Mangerus in diss. Lugdd. II, p. 1046. — b) de commerciis populorum gentilium inter se. De Tyro Jes. XXIII, 17: *scortata est cum omnibus terrae populis* cf. Nah. III, 4 et אֶתְנַן.

Part. זוֹנָה *scortum*, *meretrix*. LXX ubique *πόρνη*. Gen. XXXIV, 31. XXXVIII, 15. Lev. XXI, 14. Deut. XXIII, 19. Jos. VI, 22. 25. Prov. VII, 10. XXIII, 27. Jes. XXIII, 16. Mich. I, 7. Joël III, 3, plenius אִשָּׁה זוֹנָה Lev. XXI, 7. Jos. II, 1. VI, 22. Iud. XI, 1. XVI, 1. Jerem. III, 3. Ezech. XVI, 30. XXIII, 44, translate de populo idololatriae dedito Jer. II, 20, de urbe idola colente Jes. I, 21. Plur. זֹנוֹת scorta 1 Reg. III, 16. XXII, 38. Prov. XXIX, 3. Ez. XVI, 33. Hos. IV, 14. Nonnulli interpretes, tum Judaei tum Christiani, perverso quodam rei apologeticae studio ducti et *meretricis* mentione nonnullis certe in locis (Jos. II, 1 coll. Matth. I, 5. Jac. II, 25. Hebr. XI, 31. — Iud. XI, 1. XVI, 1. 1 Reg. III, 16) offensi, זוֹנָה in his mulierem cauponariam significare volunt, a rad. זוּן cibare. Ita Targg. l. l. c. c. et Ez. XXIII, 44 reddunt פּוּנְדְּקִיתָא i. e. gr. *πανδοκεύτρια* quae diversorio quosvis excipiebat, quibus accedit Josephus (Arch. 5, 1 §. 2: *ὄντες ἐν τῷ τῆς Ῥαχάβης καταγωγίῳ*), R. Jona, R. Salomo, Levi ben Gerson, ex recentioribus Fesselius in advers. sacris I, p. 173, aliique apud Pfeifferum in dubiis vexatis p. 323. Alii, ut Kimchius, voc. זוֹנָה et פּוּנְדְּקִיתָא non meretricem, sed concubinam significare volunt (v. Buxtorfii Lex. s. v. chaldaea), vel זוֹנָה passim etiam de femina gentili et extranea usurpari credunt (Jo. Fr. Frisch de muliere peregrina apud Hebraeos minus honeste habita. Lips. 1744. 4. Hering in bibl. Bremensi nova Cl. IV fasc. 2. p. 310). Sed graviter obstant non solum grammaticae rationes (cibatrix

enim a rad. זוּן esset זָנָה, quandoquidem participia formae קוֹם nonnisi a verbis intransitivis formantur), sed etiam mores illius aevi (v. מָלוֹן, quanquam a recentiorum Hebraeorum consuetudine hospitia non plane aliena sunt, v. גֵּרוּת Jer. XLI, 17 et πανδοχεῖον Luc. X, 34, talmud. פונדקי Kiddusch. 4, 12. Aboda sara 2, 1, syr. ܦܘܢܕܩܐ caupo). Vide Masium, Clericum, J. D. Michaelem ad Jos. l. c. Recte iam LXX ubique πόρνην habet, quod ipsum tamen Chrysostomus (serm. 2. de poenit.) et Schleusnerus (Lex. v. πόρνη) πανδοκεύτριαν interpretati sunt, perversitate perversius.

Pu. זוּנָּה scortatio facta est. Ez. XVI, 34: אַחֲרַיִךְ לֹא זוּנָּה *non te sectantur scortando* (moechi). Vide Kal no. 1 fin.

Hiph. הִזְנָה fut. apoc. יָזֶן 1) ad stuprum seduxit Ex. XXXIV, 16. 2 Chr. XXI, 11. 13, scortari passus est Lev. XIX, 29. 2) intrans. ut Kal pr. *stupra fecit* Hos. IV, 10. 18. V, 3. 2 Chr. XXI, 13 (in verbis כְּהַזְנוֹת בֵּית אַחְאָב).

In linguis cognatis est arab. زنى scortatus est, part. زانٍ scortator, زانِيَة scortatrix, melit. *zana* id., chald. syr. ܙܢܐ, זְנָא Pe. et Pa., ܙܢܝܐ, זַנַּאי scortator, זַנְיָא scortum, aeth. ዘመወ: scortatus est, ዘማ scortum, sed Nun retinetur in ዘርእ: semen concubitus Ludolf. p. 478. Origo esse videtur in semine spargendo, ita ut זָנָה aethiop. זמו eiusdem originis sit atque זָרָה (זָרַע ,זָרַח) cf. gr. μοιχός pr. mejens, mingens i. e. semen emittens, v. Pott disquisitt. etymol. p. 205. Apud Zabios ܙܢܐ translate est: defecit a fide data.

זְנוּן, nonnisi in pl. זְנוּנִים m. 1) *stupra, scortationes.* Ez. XXIII, 11. 29. Gen. XXXVIII, 24: הָרָה לִזְנוּנִים *gravida ex stupris.* Hos. I, 2: אֵשֶׁת זְנוּנִים וְיַלְדֵי זְנוּנִים *mulier metricia et liberi spurii* ex meretrice nati. II, 6: רוּחַ זְנוּנִים. IV, 12. V, 4. Cap. II, 4: וְתָסֵר זְנוּנֶיהָ מִפָּנֶיהָ *ut removeat adulteria sua* (i. e. vultum protervum, cf. Hor. Carm. 1, 19, 7. 8) *a facie sua* (cf. Ez. VI, 9). — 2) Translate a) de *idololatria* 2 Reg. IX, 22. b) de commercio cum exteris nationibus. Nah. III, 4 de Ninive: מֵרֹב זְנוּנֵי זוֹנָה טוֹבַת חֵן *ob multas scortationes meretricis pulchrae* .... הַמֹּכֶרֶת גּוֹיִם בִּזְנוּנֶיהָ *quae gentes vendidit* i. e. in servitutem tradidit *scortationibus suis* i. e. artibus callidis, cf. verbum Jes. XXIII, 17.

זְנוּת f. *scortatio, stuprum,* ubique translate a) de idolorum cultu Jer. III, 9. XIII, 27. Ez. XXIII, 27. XLIII, 7. 9. Hos. IV, 11. VI, 10. b) de quavis perfidia in Deum, v. c. populi seditiosi et queruli (v. supra sub.) Num. XIV, 33. Pl. Num. l. c.: נָשְׂאוּ אֶת זְנוּתֵיכֶם *ferent perfidias vestras* i. e. poenas vestrae perfidiae luent. Jer. III, 2.

תַּזְנוּת f. id. *scortatio*, metaph. idolorum cultus. Ez. XVI, 26. 29. XXIII, 8. 17. Plur. c. suff. תַּזְנוּתַיִךְ Ezech. XVI, 15. 20. 25. 33. 34. 36. XXIII, 29. 35, תַּזְנוּתֶיהָ XXIII, 7. 11. 14. 18. 19. 43.

זָנַח 1) *rancidus fuit, foetuit*, v. Hiph. (Arab. زنخ et سنخ id. max. de oleo rancido, it. de aliis rebus, ut utre, cibo, homine squalido, v. quae laudat N. G. Schroederus in docta de hac rad. disputatione in Observatt. ad origg. hebr. cap. V, §. 3. Vicina sunt طنخ pinguis fuit, צָחַן, זָהַם foetuit, et in linguis indo-europaeis non solum gr. τάγγος, ταγγή rancor, ταγγός rancidus, σικχός fastidium movens, sed fortasse etiam lat. *rancor*, *rancidus*, s et r permutatis. Quod Schroederus l. c. §. 3 sqq. primariam potestatem ponit in *sidendo* coll. צָנַח, spec. de aquis sidentibus, stagnantibus, unde foetendi significatio orta sit, in medio relinquo: subdubito tamen, quum foetendi potestas tam late pateat in linguis). Metaph. *abominabilis fuit.* Hos. VIII, 5: זָנַח עֶגְלֵךְ שֹׁמְרוֹן *foetet vitulus tuus, Samaria* i. e. abominatio est mihi. Cf. בָּאַשׁ. Alii, ex vulgari verbi usu (v. no. 2): *reiecit vitulus tuus* sc. populum i. e. causa est, cur reiiciatur. Dein

2) trans. *fastidivit, respuit, reiecit.* Hos. VIII, 3: זָנַח יִשְׂרָאֵל טוֹב *respuit Israël bonum.* Saepe de Jehova populum repudiante i. e. auxilio destituente. Ps. XLIII, 2: לָמָּה זְנַחְתָּנִי *cur reiicis me?* XLIV, 10. LX, 3. 12. LXXXVIII, 15. LXXXIX, 39. CVIII, 12. Thren. II, 7. Zach. X, 6, passim omisso accusativo Ps. XLIV, 24: הָקִיצָה אַל תִּזְנַח לָנֶצַח *expergiscere! ne reiice in aeternum!* LXXIV, 1. LXXVII, 8. Thren. III, 31. Sq. מִן *repulit* ab aliqua re. Thren. III, 17: וַתִּזְנַח מִשָּׁלוֹם נַפְשִׁי *repulisti a tranquillitate animum meum*, abstulisti mihi tranquillitatem.

Hiph. 1) i. q. Kal no. 1. pr. *foetorem emisit.* Jes. XIX, 6: הֶאֶזְנִיחוּ נְהָרוֹת *foetorem emittunt flumina*, utpote deficiente aqua lutulenta et vadosa. LXX. ἐκλείψουσιν οἱ ποταμοί. Vulg. deficient flumina. (Quod attinet ad formam הֶאֶזְנִיחוּ, ea, modo sana est, haberi possit pro denominativo ab adj. inusitato אֶזְנָח, ad formam אֶזְרָח; sed probabilior est coniectura J. E. Fabri ad Harmari observatt. II, p. 328, genuinam scripturam esse הֶאֶזְנִיחוּ, quae quidem forma chaldaizans a librariis declarata sit forma vulgari הִזְנִיחוּ, duplicem vero hanc scripturam postea coaluisse in unam האזניחו. Similia exempla sunt: נְפִישְׁסִים n. pr. Neh. VII, 52 pro נפיסים Esr. II, 50 Keri, ex נפיסים et נפושים; סִיעֲהָא Esr. II, 44 pro סִיעָא Neh. VII, 47, ortum ex סיעא et סיעה). Causat. foetidum reddidit i. e. *polluit, profanavit.* 2 Chr. XXIX, 19: *omnia vasa* אֲשֶׁר הִזְנִיחַ הַמֶּלֶךְ אָחָז בְּמַלְכוּתוֹ *quae polluerat rex Ahas, cum regnaret.* Alii: *quae reiecerat* i. e. reprobaverat, ab usu removerat. Bene LXX μιαίνειν, Vulg. *polluere.*

2) i. q. Kal no. 2 *reiecit.* 1 Par. XXVIII, 9, sq. מִן 2 Par. XI, 14: כִּי הִזְנִיחָם יָרָבְעָם וּבָנָיו מִכַּהֵן לַיהוָה *nam repulerat eos Jarobeamus cum filiis a sacerdotio Jovae.*

זָנוֹחַ (foetidus, fort. locus palustris cf. rad. Hiph. no. 1) n. pr. 1) duorum oppidorum tribus Judae, quorum alterum in planitie situm erat Jos. XV, 34, alterum in montanis Comm. 56. Utrum sit Neh. III, 13. XI, 30, non constat. 2) viri 1 Chr. IV, 18.

זָנַן rad. inusit. prob. i. q. سَنَّ (vic. hebr. שָׁנַן) formavit, formam dedit, unde سُنَّة forma, species, سُنَن regula, modus. Inde

זַן m. forma, inde *species*, Art, Gattung (cf. מִין a rad. מוּן), cuius originem se ignorare questi sunt etymi scrutatores, quanquam radicem esse זנן, recte iam observavit J. D. Michaelis. (Chald. זַן id. in Targg. pro hebr. מִין, semel זִין 2 Chr. XVI, 14 Targ. Syr. ܙܢܐ, ܙܢܐ, unde ܙܢܝܐ varii, diversi). Ps. CXLIV, 13: מִזַּן אֶל זַן *a specie ad speciem* i. e. cuiusvis speciei. (Mire Vett. intpp. h. l. reddunt quasi sit i. q. זֶה, דַּן). Plur. זְנִים (quod neglecta origine analogiam verborum לה sequitur) 2 Chr. XVI, 14: בְּשָׂמִים וּזְנִים *aromata et species* i. e. variae species aromatum, v. ad Vav copulat. no. 1. LXX. γένη μύρων.

זַן chald. id. Plur. cstr. זְנֵי Dan. III, 5. 7. 10. 15.

זָנַק in Kal inusit. Syr. ܙܢܩ iecit sagittam, spec. longius proiecit (etiam translate: reiecit i. e. reprobavit libros, Assem. III, I p. 83), ܙܢܩܐ iactus, proiectio ulterior. Talmud. prosiliit, eiaculatus est, de rebus fluidis (spritzen), arab. litteris transpositis نزق assiluit (equus), cui addit Bochartus (Hieroz. I, p. 739), aeth. ፈንጸ: quod in Vers. aeth. Cant. II, 8 exstat pro πηδῶν. Origo est in *constringendo*, coll. זִקִּים no. 1 et אֲזִקִּים, arab. زنق substrinxit, syr. ܙܢܩܐ filum, quo onus constringitur, ܙܢܩܐ calceus, a constringendo dictus; quod spec. transfertur ad bestias, quae, dum saltum parant, pedes contrahunt, ut eo maiore nisu se proripiant (cf. קָפַץ, قفز), sich zusammenziehn zum Sprunge, sich fortschnellen, it. ad sagittam iaculatam.

Pi. זִנֵּק *prosiliit* vehementius (sich hervorschnellen). Deut. XXXIII, 22: *Dan est catulus leonis* יְזַנֵּק מִן הַבָּשָׁן *qui prosilit ex Batanaea*. LXX. Vat. ἐκπηδήσεται, Alex. Ald. Compl. ἐκπηδήσει. Gr. Venet. ἁλεῖται. Arabs Erp. يقفز proripiet se (v. supra). Abulwalides: זנק מן הבשן معناه عندي يأشر ويخطر من كثرة *) غنم / نعم البثنية وهذا اللفظ مجانس لقول الاوايل דיה אם זינקה فكان ترجمة זנק يرمح ويذكى اشرا لان معنى אם זינקה ان ارتكضت

*) Ita cod. Oxon.

de mea sententia est: gestit et exsultat de multitudine gregum Batanaeae. Eaque vox finitima est locutioni Talmudicae (Cholin fol. 37, 1) דיה אם זינקה [*sufficit, si prosilire facit sc. hostia mactata sanguinem ex vulnere*]. *Et est interpretatio eius: iaculatur et alacer est et laetabundus, quandoquidem* אם זינקה *valet, si prosilit*. Hanc Abulwalidis interpretationem iisdem fere verbis refert etiam R. Tanchum in Lex. Morschid, ita tamen ut ipse aliam probet, de qua זנק in loco Talmudico valet ronchum bestiae mactatae (الغطيط والشخير) et inde in Deut.: *rugitum* leonis (יזנק يزعق). Saliendi contra significationem habent etiam Aben Esra, et Kimchi: ידלג. — Vulg. *fluet largiter de Basan*, Onk. *terram eius* (Dani) *potant amnes, qui fluunt ex Mathnan*, a fluendi (sed pr. prosiliendi) significatu, qui est in Chaldaismo. Syr. ܢܝܢܩ sugit (ex scriptura יונק pro יזנק).

זִקִּים pro זְנִקִּים (a singulari deperdito זֵק pro זֶנֶק) m. pl. 1) *vincula*, *compedes*, quibus vinciuntur captivi a constringendo, quae est primigenia radicis potestas. Vulgo ducunt a rad. זקק, quae apud Talmudistas copulandi et metaph. obligandi potestatem habet, coll. chald. זִקִּין vincti Jes. LX, 11 Targ. Sed haec ipsa potestas secundaria videtur a nomine זִקִּים ducta, neque est, quod זִקִּים *vinculorum* et *sagittarum* significatu a se invicem seiungamus, quum utrumque ex notione verbi זנק supra exposita proficiscatur. Multo minus audiendi, qui compedes a fundendo (v. rad. יָצַק) dictas volunt. Ps. CXLIX, 8. Jes. XLV, 14. Nah. III, 10. Iob. XXXVI, 8. (Chald. זִקִּין id. 2 Sam. III, 34 Targ.).

2) *malleoli*, *tela ardentia* Prov. XXVI, 18, a זָנַק proiiciendi significatu, v. rad. Arab. زُنَّق tenuis cuspis sagittae. Plures codd. Kennicotti et de Rossii זיקים et ita

זִיקוֹת f. pl. *malleoli* Jes. L, 11 pro זִקּוֹת, cuiusmodi exempla dedimus Lgb. p. 145, adde אִיתִיאֵל pro אִתִּיאֵל, קִיצוֹן pro קִצּוֹן, הֵתִימְךָ Jes. XXXIII, 1 pro הֲתִמְּךָ et ex indogermanicis *mille* et *mîle* al. apud Grimmium, gramm. germ. I, p. 15. Scripturam productiorem amant Syri, apud quos ܙܝܩܐ est *telum*, *fulmen* Sap. V, 22. Ezech. I, 14. Caeterum de telis ardentibus v. Ammian. Marcell. 23, 4. Wetsten. et Wolfius ad Eph. VI, 16.

אֲזִקִּים Jer. XL, 1. 4 m. pl. i. q. זִקִּים (addito א prosthetico, quo carent tamen Comm. 1 nonnulli libri apud Kennic. et de Rossium) *vincula*, neque est quod arcessatur (cum Alb. Schult. ad Ham. p. 323) arab. أزق coarctavit Ham. p. 336. Cum art. הָאֲזִקִּים Jerem. l. c. Comm. 4, cum praef. בָּאֲזִקִּים Comm. 1.

זָעַךְ in Kal inusit. i. q. דָּעַךְ (v. ad ד p. 309 A) *exstinctus est*. Semel legitur in

Niph. Iob. XVII, 1: יָמַי נִזְעָכוּ *dies mei exstincti sunt*. Tres codd. Kennicotti et novem de Rossii נדעכו.

Targ. זְעִירוּ. Syr. ܐܬܒܨܪܘ. Nihili est, quod obiicit J. D. Michaelis (p. 638), non aptam esse phrasin: *dies exstincti sunt* pro *exstincta est vita* (יָמִים enim *vitae dies* et *vitam* notat): et parum apte Cromaierus et J. D. Michaëlis arcessito arab. زعكوك (brevis, vilis) reddunt: *dies mei abbreviati sunt*, quanquam idem, ex solo contextu coniicientes, exhibent Vulg. *dies mei breviabuntur*, et Aben Esra.

זָעַם fut. יִזְעֹם Num. XXIII, 8 et יִזְעָם Prov. XXIV, 24 pr. *spumavit*. (Arab. زغم Conj. V. spumam in ore agitavit camela, cum ira locutus est, v. Schult. ad Prov. p. 316. Eiusdem stirpis est *Schaum*, *schäumen*, angl. *to scum*, *to skim*, gall. *écume*, cf. etiam זָעַף). Inde 1) *vehementer iratus est*. Ps. VII, 12: אֵל זֹעֵם בְּכָל־יוֹם, saepe addita poenae notione, sq. acc. Mal. I, 4. Zach. I, 12: עָרֵי יְהוּדָה אֲשֶׁר זָעַמְתָּה *oppida Judae*, *quae iram tuam experta sunt*. Jes. LXVI, 14; sq. עַל Dan. XI, 30. Part. זְעוּם יְהוָֹה cui Deus irascitur Prov. XXII, 14. 2) *exsecratus est*, c. acc. Num. XXIII, 7: לְכָה זֹעֲמָה יִשְׂרָאֵל *age! exsecrare Israël*. Comm. 8. זֹעֲמָה Imp. pro זְעַמָה Lgb. pag. 170. Prov. XXIV, 24. Part. pass. Mich. VI, 10: *modius iusto minor* זְעוּמָה *exsecrabilis* est.

Niph. qs. pass. Hiph. *ad iram concitatus est*. Prov. XXV, 23: פָּנִים נִזְעָמִים *facies irata* i. e. morosa. Vulg. facies tristis (cf. זָעַף). Inde

זַעַם c. Suff. זַעְמִי pr. *spuma* (et ita fortasse Jes. XXX, 27: שְׂפָתָיו מָלְאוּ זַעַם), inde *saevitia*, *ira*. Hos. VII, 16: מִזַּעַם לְשׁוֹנָם *propter saevitiam linguae eorum*, videlicet qua Deum lacessunt. Alibi nunquam non de *ira Dei*, quae in puniendo populo suo cernitur. Ps. LXXVIII, 49. CII, 11. Nah. I, 6: לִפְנֵי זַעְמוֹ מִי יַעֲמוֹד. Jer. X, 10. זַעַם אַפּוֹ saevitia irae eius Thren. II, 6. שְׁפָךְ זַעְמוֹ עַל effudit iram suam super al. Ps. LXIX, 25. Zeph. III, 8. Ez. XXI, 36. כְּלֵי זַעְמוֹ instrumenta irae eius, de copiis hostilibus, quae consiliis divinis de populo suo puniendo exsequendis inserviunt. Jes. XIII, 5. Jer. L, 25. Meton. etiam de instrumento irae. Jes. X, 5: מַטֶּה הוּא בְיָדָם זַעְמִי *baculus*, qui *est in manu eorum*, est *instrumentum irae meae*, quanquam etiam intelligi potest מַטֵּה זַעְמִי.

Etiam absolute הַזַּעַם (Dan. VIII, 19) et זַעַם *iram Dei* significat Hab. III, 12. Jerem. XV, 17: כִּי זַעַם מִלֵּאתָנִי *nam ira divina implevisti me* i. e. diris vaticiniis iram divinam spirantibus. Speciatim autem dici videtur de ira, qua Deus per certum quoddam tempus populo suo irascitur eumque castigat, postea eidem denuo propitius futurus (cf. Jes. LIV, 7. 8). Jes. X, 25: כָּלָה זַעַם *absolutum est tempus irae*. Dan. XI, 36: עַד כָּלָה זַעַם. Jes. XXVI, 20: עַד יַעֲבָר זַעַם. Dan. VIII, 19: בְּאַחֲרִית הַזָּעַם. Apud Danielem irae tempus est tempus persecutionum Antiochi IV, de quo in libris Apocryphis frequentatur ὀργὴ θυμοῦ, ὀργὴ μεγάλη, ὀργὴ τοῦ κυρίου 1 Macc. I, 64. II, 49. 2 Macc. VIII, 5, cf. θυμὸς τοῦ θεοῦ de exilio Bar. 2, 13.

זָעַף fut. יִזְעַף inf. c. suff. זַעְפּוֹ 2 Chr. XXVI, 19 1) *iratus est*, sq. עַל Prov. XIX, 3, עִם 2 Chr. l. c. (Syr. ܐܙܕܥܦ iratus pro hebr. זָעֵף 1 Reg. XX, 43. XXI, 4, cf. Sap. XI, 11 ubi est pro ἀπότομος severus, ܙܥܝܦܐܝܬ iracunde. Part. Ethp. ܡܙܕܥܦܝܢ pro ἀγανακτοῦντες Marc. XIV, 5. Sam. ࠆࠏࠐ est flavit, inflavit Gen. II, 7, inde increpuit XXXVII, 10, cf. etiam chald. זַעְפָא ventus vehemens, unde colligas, originem esse in *anhelitu* et *fremitu* iracundi, coll. רוּחַ et אַף. Sed Alb. Schultensius ad Prov. XIX, 3 *aestuandi* vim origini proximam censet, et inde repetit etiam arab. ذعف et زعف repentina morte interfecit, impr. veneno, ذُعَاف venenum, ut veneni potestas ducta sit ab aestu interno, coll. חֵמָה. Tutius ad hanc potestatem firmandam provocaveris ad syr. ܐܙܕܥܦ aestu percitus, combustus, crematus est Bar Bahlul ap. Castell., coll. quadrilittero זַלְעָף. Sed mihi prius praeferendum videtur, quamvis etiam suspicari possis, זָעַף idem valere quod זָעַם et primam originem in *spumando* quaerendam esse, cf. זַעַם אַפּוֹ Thren. II, 6 et זַעַף אַף Jes. XXX, 30).

2) *morosus*, *tristis*, *tetricus fuit* (cf. de significationum nexu s. v. עָצַב). Part. pl. זֹעֲפִים *tristes*, *tetrici*. Gen. XL, 6: זֹעֲפִים הִנָּם, cf. Comm. 7: מַדּוּעַ פְּנֵיכֶם רָעִים. Vulg. tristes, et Comm. 7 facies tristior. Bene Symm. V. 6 σκυθρωποί (et ita LXX Comm. 7 πρόσωπα σκυθρωπά). Dan. I, 10: *ne videat vultus vestros* זֹעֲפִים מִן הַיְלָדִים וגו׳ *magis tetricos quam iuvenum* cet. Theod. τὰ πρόσωπα ὑμῶν σκυθρωπὰ παρὰ κ. τ. λ. Vulg. facies macilentiores. Intelligitur vultus tristis ac tetricus idemque macilentus ex diuturno ieiunio, cf. σκυθρωπός Matth. VI, 16, et פָּנִים נִזְעָמִים Prov. XXV, 23.

זָעֵף adj. *iratus* 1 Reg. XX, 43. XXI, 4.

זַעַף m. *furor*, *ira*, v. c. regis Prov. XIX, 12. 2 Chr. XVI, 10: כִּי בְזַעַף עִמּוֹ עַל זֹאת *nam in ira erat secum propter hanc rem*, bellatorum 2 Chr. XXVIII, 9, Dei Mich. VII, 9. Jes. XXX, 30 (ubi זַעַף אַף ex etymo est anhelitus irae, sec. alios aestus, spumatio irae), metaph. maris Jon. I, 15 cf. maris ira Ovid. Met. 1, 330. Val. Flacc. 1, 37, mare irascens Plin. 9, 36, iratum mare Hor. Epod. 2, 6.

זָעַק fut. יִזְעַק imp. זְעַק i. q. צָעַק (quod posterius antiquioribus libris paene proprium est, v. ad litt. צ) 1) *clamavit*, *vociferatus est*, praecipue prae dolore, conquerendi et opem implorandi causa 1 Reg. XXII, 32. Thren. III, 8, v. c. de muliere parturiente Jes. XXVI, 17, saepe de universo populo ob communem quandam calamitatem lamentante Exod. II, 23. 1 Sam. IV, 13. V, 10. Jes. XV, 4. Jer. XXV, 34. XLVII, 2. XLVIII, 20. Ez. XXI, 17. XXVII, 30 (ubi passim copulatur cum הֵילִיל) cet. Hab. II, 11: אֶבֶן מִקִּיר תִּזְעָק ipse *lapis ex pariete*

clamat sc. iniuriam, i. e. adeoque inanima de raptu et iniuria conqueruntur. — Esth. IV, 1: וַיִּזְעַק זְעָקָה גְדֹלָה וּמָרָה *et sustulit clamorem magnum et acerbum*. Ez. XI, 13: וָאֶזְעַק קוֹל גָּדוֹל, cf. זָעַק בְּקוֹל גָּדוֹל 1 Sam. XXVIII, 12. — Ubi sequuntur verba, quae quis clamando vel lamentando profert, vel interponitur verbum אָמַר Ez. IX, 8: וָאֶזְעַק וָאֹמַר אֲהָהּ יְיָ. 1 Sam. V, 10: וַיִּזְעֲקוּ הָעֶקְרֹנִים לֵאמֹר. XII, 10. XXVIII, 12, vel omittitur 2 Sam. XIX, 5: וַיִּזְעַק הַמֶּלֶךְ קוֹל גָּדוֹל בְּנִי אַבְשָׁלוֹם. Hos. VIII, 2. Is, cuius auxilium imploratur, sive homo est (2 Sam. XIX, 29), sive, quod longe frequentius, Deus, ponitur praevio אֶל Iud. III, 9: וַיִּזְעֲקוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל אֶל יְיָ. Ps. CXLII, 6: זָעַקְתִּי אֵלֶיךָ יְהוָֹה. Iud. III, 15. VI, 6. 7. X, 14. 1 Sam. VII, 8. 9. XII, 8. XV, 11. 2 Chr. XX, 9. Ps. XXII, 6. CVII, 13. 19. CXLII, 2. Hos. VII, 14. Joël. I, 14. Mich. III, 4. Jer. XI, 11. 12. Jon. I, 5, rarius sq. לְ Hos. VIII, 2. 1 Chron. V, 20, et accus. Iud. XII, 2: וָאֶזְעַק אֶתְכֶם וְלֹא הוֹשַׁעְתֶּם אוֹתִי *auxilium vestrum imploravi, sed non servastis me*. Neh. IX, 28. Contra id, de quo conqueruntur s. cuius causa lamentantur et auxilium implorant, ponitur praevio עַל Jer. XXX, 15: מַה־תִּזְעַק עַל שִׁבְרֵךְ *quid clamas ob ruinam tuam?* Iob. XXXI, 38: אִם עָלַי אַדְמָתִי תִזְעָק *si propter me clamat ager meus*, utpote fraude et rapina partus et legitimo possessori ablatus, עַל אוֹדוֹת Iud. VI, 7, לְ Jes. XV, 5: לִבִּי לְמוֹאָב יִזְעָק *animus meus eiulatur propter Moabum* (cf. ad לֵב). Jer. XLVIII, 31, מִלִּפְנֵי 1 Sam. VIII, 18, et accus. Hab. I, 2: אֶזְעַק אֵלֶיךָ חָמָס (quamdiu) *conquerar apud te de iniuria?* Jer. XX, 8. Iob. XIX, 7.

Niph. pass. Hiph. no. 3 *convocatus est* Iud. XVIII, 22. 23, inde *congregavit se* Jos. VIII, 16. 1 Sam. XIV, 20. Iud. VI, 34: וַיִּזָּעֵק אֲבִיעֶזֶר אַחֲרָיו *et congregaverunt se Abiesritae post eum* i. e. eius partes secuturi. Comm. 35.

Hiph. 1) i. q. Kal *clamavit* (pr. clamorem edidit), *proclamavit* Ion. III, 7, *lamentatus, conquestus est* Iob. XXXV, 9 (sq. מִן causae). 2) *vocavit, invocavit*, sq. acc. Zach. VI, 8. Quod ubi refertur ad multos, est 3) *convocavit* 2 Sam. XX, 4. 5. Iud. IV, 10. 13.

Respondet chald. syr. sam. זְעַק (q. v.), ܙܥܩ, ࠆࠏࠒ clamavit, syr. Aph. id., ܙܥܩܬܐ clamor. Arabes habent زعق (et زعق) clamavit, terruit, de sono graviore v. c. tubae vit. Tim. II, 670 Mang., ululavit, de bubone ibid. II, 258, زعاق clamor.

זְעַק chald. i. q. hebr. Dan. VI, 21, cf. plur. זְעִיקוּ Ex. II, 23. XIV, 10 Targ.

זְעָקָה f. *clamor*, isque maxime a dolore et luctu expressus Jes. LXV, 19. Jer. XVIII, 22. XX, 16. XLVIII, 4. 34. LI, 54. Ez. XXVII, 28. Esth. IX, 31, vel quo auxilium implorant Iob. XVI, 18. Prov. XXI, 13. Neh. V, 6. IX, 9. זַעֲקַת שֶׁבֶר clamor, qualem de ruina s. alia quadam maiore calamitate tollunt (ein Zetergeschrey). Jes. XV, 5 (sec. Hitzigium ad Jes. XXII, 5 per hyperbolen, clamor tam vehemens, ut metuendum sit, ne aër tali clamore concussus domos evertat coll. similibus hyperbolis 1 Reg. I, 40 et זְעָקָם קִיר Jes. XXV, 4. Sed has facile feras, de illa statuenda equidem dubito). — Sq. genit. זַעֲקַת חֶשְׁבּוֹן clamor Hesbonitarum Jer. XLVIII, 34, et obiective זַעֲקַת סְדֹם clamor ob Sodomitas, i. e. quem tollunt a Sodomitis vexati vel crudeliter habiti. Gen. XVIII, 20. — Semel de clamore incondito et iactabundo principis stulti Eccl. IX, 17.

זָעַר rad. in verbo non usitata i. q. צָעַר, sed recentiori linguae aetati propria (v. ad זָעַק et צָעַק). Chald. et syr. זְעַר, ܙܥܪ parvus, paucus, diminutus est, in Targg. pro hebr. צָעַר, קָטֹן, מְעַט. Aph. diminuit. זְעֵיר parvus (v. infra), זְעֵירוּת paucitas, ܙܥܘܪܐ parvus, paucus, paulum. Arabes habent زعر paucos pilos habuit (pr. tenuis fuit), زعير paucas opes habens.

זְעֵיר m. pr. adj. (v. chald.) *parvus, paucus*, inde *paulum, paululum*. Jes. XXVIII, 10. 13: זְעֵיר שָׁם זְעֵיר שָׁם *paulum hic paulum illic*. Adv. temporis *parumper, paulisper* Iob. XXXVI, 2. (In Targg. pro קָטֹן parvus et adv. pro מְעַט).

זְעֵיר chald. adj. i. q. hebr. *parvus, exiguus*. Fem. זְעֵירָה (de cornu) Dan. VII, 8.

מִזְעָר m. *parvitas, paucitas*. Jes. XVI, 14. XXIV, 6: אֱנוֹשׁ מִזְעָר *pauci homines*. De tempore: בְּעוֹד מְעַט מִזְעָר nostr. ein klein wenig (Zeit), admodum paulum (temporis) Jes. X, 25. XXIX, 17.

זָפַר rad. inusit. Arab. ذفر fragravit, max. de plantis graviter olentibus (al. de foetore hirci). Inde

זִפְרֹן (odor gravis, fragrantia) n. pr. oppidi in limitibus Palaestinae septentrionalibus, semel legitur Num. XXXIV, 9. „Hieron. ad Ezech. XLVII scribit, *Ibunt confinia usque ad Zephrona, quam urbem hodie Zephyrium oppidum Ciliciae vocant*. Sed nimis longe abest haec urbs a terra Israëlitica.“ Relandi Palaestina p. 1064. Cf. de Hieronymi circa boreales Palaestinae terminos errore s. v. הוֹר no. 2.

זֶפֶת *pix*, v. rad. זוּף.

זִקִּים, אֲזִקִּים vincula, sagittae, v. rad. זָנַק.

זָקָן comm. (m. 2 Sam. X, 5. XX, 9. f. Jes. XV, 2. Jer. XLVIII, 37) *mentum barbatum* a) leonis 1 Sam. XVII, 35: וְהֶחֱזַקְתִּי בִּזְקָנוֹ *eum prehendi in mento* (barbato). b) viri. Et in aliis quidem exemplis *α*) pr. *mentum* intel-

figendum est. Lev. XIV, 9: *tertio die* וְגִלַּח אֶת־כָּל־שְׂעָרוֹ אֶת־רֹאשׁוֹ וְאֶת־זְקָנוֹ *tondeat omnes crines, tum in capite, tum in mento.* Ez. V, 1: *accipias novaculam* וְהַעֲבַרְתָּ עַל־רֹאשְׁךָ וְעַל זְקָנֶךָ *eamque transire facias super caput et mentum tuum.* Esr. IX, 3: שְׂעַר רֹאשִׁי וּזְקָנִי. Ita saepius opponitur ראשׁ Lev. XIII, 29. 30. Alibi β) est *barba.* 2 Sam. XX, 9: *prehendit sinistra Joabi barbam Amasae,* לִנְשָׁק־לוֹ *ut eam oscularetur* (cf. de more Orientalium, quo barbam osculantur d'Arvieux Voyage p. 17, Harmari Beobachtungen II, p. 61 ed. germ.). Ps. CXXXIII, 2. פְּאַת הַזָּקָן angulus barbae (Backenbart) v. פֵּאָה. Non solum dicitur גִּלַּח הַזָּקָן (barbam rasit) 2 Sam. X, 4. Jer. XLI, 5, גָּרֻעַ זָקָן Jer. XLVIII, 37 (adeoque גְּרֻעָה Jes. XV, 7), סָפָה ז׳ Jes. VII, 20 (quod etiam ad mentum referri possit coll. גִּלַּח הָרֹאשׁ v. supra), sed etiam צִמַּח הַזָּקָן germinat barba 2 Sam. X, 5. 1 Chr. XIX, 5. LXX ubique *πώγων.* (Arab. ذَقَن et ذِقْن est mentum, non barba, ut nonnulli posuerunt, sed syr. ܕܩܢܐ mentum et barba, sam. ࠃࠒࠍ zab. ࡃࡒࡍࡀ barba. Denominativa sunt ذَقَنَ mento innixus est, percussit in mento, أَذْقَن longiore mento praeditus, adeoque ذَقَن verberavit in barbam i. e. maledixit in os, cf. gall. *rire dans la barbe.* In linguis indo-europaeis respondet abiecto sibilo gr. *χόννος, γένειον,* quod utrumque et mentum est et barba, et ita germ. *Kinn,* anglosax. *cinn,* ap. Raban. Maur. *chinni*). Inde

זָקֵן fut. יִזְקַן *senex fuit, senuit.* (Arab. ذَقِنَ decrepitus, caducus, senex. Senectutis autem significatus ductus videtur non a barba, senectutis indice, ut volebat Jo. Simonis ed. 1. 2, sed a mento pendulo, coll. ذَقُون camela cui laxius pendet mentum. Nescio autem sitne in his etiam origo lat. *senex, senec-s, senec-tus,* quod vulgo absurde pro *seminex* dictum existimant). Gen. XVIII, 12. XIX, 31. XXIV, 1. XXVII, 1. 2. Jos. XIII, 1. 1 Sam. IV, 18. VIII, 1. 1 Reg. I, 1. 2 Reg. IV, 14. Ps. XXXVII, 25: נַעַר הָיִיתִי גַּם זָקַנְתִּי. Passim ad augendam verbi vim additur מְאֹד (valde senex fuit) 1 Sam. II, 22. 2 Sam. XIX, 33. 1 Reg. I, 15, alibi pro verbositate sermonis בָּא בַיָּמִים aetate provectus 1 Reg. I, 1. Jos. XXIII, 1. 2 (cf. 1 Sam. XVII, 12, ubi pro בָּא בַאֲנָשִׁים itidem legendum videtur בָּא בַיָּמִים), שְׂבַע יָמִים 1 Chr. XXIII, 1. Usurpatur etiam de mulieribus Prov. XXIII, 22: זָקְנָה אִמֶּךָ, Ruth. I, 12: זָקַנְתִּי מִהְיוֹת לְאִישׁ. Gen. XVIII, 13. — Synonymum שׂוב pr. valet canum esse, cf. יָשִׁישׁ canus, senex; יָשֵׁן vetus fuit, nonnisi de rebus usurpatur.

Hiph. senuit (pr. senectutem contraxit) Prov. XXII, 6, etiam de plantis, quae vigorem amittunt Iob. XIV, 8, cf. Plin. XVIII, 28: senescunt prata. XV, 19: ficus senescunt in arbore.

זָקֵן cstr. זְקַן Gen. XXIV, 2 pl. זְקֵנִים cstr. זִקְנֵי m. *senex* †. Vel adiective ponitur addito substantivo, ut אֲבִיכֶם הָאִישׁ הַזָּקֵן pater vester senex Gen. XLIII, 27, Iud. XIX, 17, הַנָּבִיא הַזָּקֵן 1 Reg. XIII, 25. 29, בַּעַל הַבַּיִת הַזָּקֵן Iud. XIX, 22, vel seorsum substantive, ut Gen. XIX, 4: מִנַּעַר וְעַד זָקֵן a puero ad senem i. e. et pueri et senes, ad unum omnes. Jos. VI, 21. Esth. III, 13, נְעָרִים וּזְקֵנִים Jes. XX, 4. III, 5. Thren. II, 21, בַּחוּרִים וּזְקֵנִים Jer. XXXI, 13, זָקֵן וְיָשֵׁשׁ *senex et canus* 2 Chr. XXXVI, 17. — Prov. XVII, 6: עֲטֶרֶת זְקֵנִים בְּנֵי בָנִים *corona senum* sunt *filii filiorum.* XX, 29: הֲדַר זְקֵנִים שֵׂיבָה *ornamentum senum* est *canities.* — Passim plenius dicitur זָקֵן וּשְׂבַע יָמִים senex et satur vitae Gen. XXXV, 29, זָקֵן וְשָׂבֵעַ XXV, 8, זָקֵן וּבָא בַיָּמִים senex et aetate provectus Iud. XIX, 16, זָקֵן עִם־מְלֵא יָמִים Jer. VI, 11. Sq. מִן comparative Iob. XXXII, 4: כִּי זְקֵנִים הֵמָּה מִמֶּנּוּ לְיָמִים *nam ipso* (Elihuo) *aetate seniores* erant *illi.* — זְקַן בֵּיתוֹ senior familiae eius (Abrahami) i. e. natu maximus servorum, qui rei familiari praeerat, domino prae caeteris carus et familiaris Gen. XXIV, 2, ita in plur. זִקְנֵי בֵיתוֹ de senioribus inter aulicos Pharaonis Gen. L, 7, Davidis 2 Sam. XII, 17 i. q. זִקְנֵי עֲבָדָיו (v. בַּיִת no. 9, p. 193 a).

In Plur. הַזְּקֵנִים, זִקְנֵי הָעָם, זִקְנֵי הָעִיר persaepe dicitur de *senioribus populi* singularumque urbium (*οἱ γέροντες*), qui magna apud cives auctoritate pollentes in foro ad portam congregati (Ruth IV, 9. 11. Deut. XXII, 15. Iob. XXIX, 7 sqq.) de bono publico deliberare, in privatis causis arbitros agere, in publicis universi populi personam gerere et legati esse solebant. Ita הַזְּקֵנִים c. art. 1 Reg. XX, 8. XXI, 8. 11. 2 Reg. VI, 32. X, 5, זִקְנֵי יִשְׂרָאֵל Ex. III, 16. IV, 29. XII, 21. XVII, 6. XVIII, 12. Num. XVI, 25. 1 Sam. IV, 3. VIII, 4. 2 Sam. V, 3. XVII, 4. 1 Reg. VIII, 1. 3. Ezech. XX, 3, זִקְנֵי יְהוּדָה 1 Sam. XXX, 26. Ez. VIII, 1, זִקְנֵי הָעָם Num. XI, 16, ז׳ הָעֵדָה Lev. IV, 15. Iud. XXI, 16, ז׳ הָאָרֶץ 1 Reg. XX. 7. Jer. XXVI, 17, זִקְנֵי הָעִיר Deut. XIX, 12. XXI, 3. 4. 6. 19. XXII, 15 sqq. Jos. XX, 4, זִקְנֵי מוֹאָב Num. XXII, 7, זִקְנֵי מִדְיָן XXII, 4, זִקְנֵי גְבָל Ez. XXVII, 9, זִקְנֵי גִלְעָד Iud. XI, 5 sqq. Cum iis copulantur חֹרִים (nobiles) 1 Reg. XXI, 11, שֹׁפְטִים Esr. X, 14, שֹׁטְרִים Num. XI, 16. Deut. XXIX, 10. XXXI, 28. רָאשֵׁי הָאָבוֹת Esr. III, 12, שָׂרִים Jes. III, 14, חֲכָמִים Ezech. XXVII, 9, et passim etiam זְקֵנִים neglecta senectutis notione in muneris nomen abiisse, et *optimates, proceres* populi significare videtur, quanquam alibi *aetatis* significatio urgetur Jos. XXIV, 31. 1 Reg. XII, 6. (Ita sensim in nomina munerum abierunt arab. شيخ senex, dein phylarcha, *γέροντες,* max. apud Lacedaemonios, unde *ἡ γερουσία* senatus, legatio, *πρέσβεις* senes, dein proceres, principes, *πρεσβεύς* legatus, *πρεσβεία* legatio, in ecclesia christiana *οἱ πρεσβύτεροι,* germ. *Graf* comes pr. i. q. *graw, krawo* canus, cf. lat. *senatus* a senibus dictus. Alibi *senioris* appellatio certe honoris titulus factus est, ut in linguis e latina natis ital. *signor,* gall.

seigneur, *sieur*, hisp. *señor*, angl. *sir*, quae cuncta sunt a lat. *senior*, in lingua pers. خواجه senex, dein doctor, magister, dominus, v. D'HERBELOT v. *Khuageh*, prae caeteris autem in lingua sinica, in qua regis Administri etiam iuvenes appellantur *senex pater*, *magnus senex pater*, A. REMUSAT gramm. chin. §. 319). Metaph. de populo sene i. e. senio confecto et debilitato Jes. XLVII, 6. — Pl. fem. זְקֵנוֹת vetulae Zach. VIII, 4.

זֹקֶן m. *senectus* Gen. XLVIII, 10.

זִקְנָה f. *senectus* Gen. XXIV, 36. 1 Reg. XI, 4. XV, 23. Ps. LXXI, 9. 18. Metaph. de populo Jes. XLVI, 4 (cf. XLVII, 6).

זְקֻנִים m. pl. id. Gen. XXI, 2. 7: כִּי יָלַדְתִּי בֵן לִזְקֻנָיו *quod peperi filium senectuti eius* i. e. ei seni. XLIV, 20. בֶּן־זְקֻנִים filius in senectute genitus Gen. XXXVII, 3. (De huius formae denominativis v. Lgb. §. 122, no. 13).

זָקַף *erexit* (v. chald.), translate *solatio erexit*, *solatus est* afflictum. Ps. CXLVI, 18: יְהוָה זֹקֵף כְּפוּפִים *Jehova erigit afflictos.* CVL, 14.

זְקַף chald. *erexit*, *sustulit*, inde *suspendit* maleficum in palo. Esr. VI, 11: וּזְקִיף יִתְמְחֵא עֲלוֹהִי *et sublatus affigatur ad illud* (lignum), non, ut BUXTORFIUS interpretatur: *in erecto* (ligno) *deleatur* i. e. *suspendatur*, זְקִיף enim ad hominem pertinet, non ad lignum. In Targg. non raro valet *erexit* (pro hebr. נָשָׂא), dein suspendit, *in crucem egit* Esth. VII, 11. IX, 13 Targ. sec., זְקִיפָא patibulum, crux ibid. VII, 10. Syr. ܙܩܦ Pe. Pa. erexit, elevavit. Ethpe. crucifixus est, ܙܩܝܦܐ crucifixus, ܙܩܘܦܐ qui in crucem agit. Zab. erexit.

זָקַק i. q. שָׁקַק *percolavit*, *liquavit* sacco liquatorio, inde *purgavit* a) vinum (v. Pu.). b) metalla Iob. XXVIII, 1: וּמָקוֹם לַזָּהָב יָזֹקּוּ *et fodina est auro*, *quod purgant*. (Hoc significatu congruunt σάκκος, σάκος cilicium, pannus liquatorius, σακκέω, σακκεύω, σακκίζω, lat. *saccus*, *saccare* i. e. vinum percolare Martial. 2, 40, eadem stirps est in *seihen*, *seigen*, *seigern*, vc. proprio de metallis, fortius *sickern*). 2) *fudit*, *effudit* in univ., ut gall. *couler* a lat. *colare*. Iob. XXXVI, 27: יָזֹקּוּ מָטָר לְאֵדוֹ *fundunt* (guttae) *pluviam* quae orta est *ex vapore eius*. (Chald. זְקַק purgavit aurum, argentum. In lingua syr. arabica, aethiop. percolandi significatus certe in derivatis superest, velut زِقّ vinum recens percolatum, et زِقّ uter vini, follis, fort. saccus v. A. SCHULT. ad Ham. p. 323. epist. 1 ad Menk. p. 43 sqq. aeth. ዝቅ: uter, syr. ܙܩܐ saccus picatus vino ferendo, MASIUS ap. Cast. — Apud Talmudicos זקק valet etiam ligavit, copulavit, unde in Lex. manuali et percolandi potestatem duxi [percolatio enim fit sacco liquatorio firmiter adstricto] et nomina זִקִּים, אֲזִקִּים vincula: sed verbum illud talmudicum ab his demum nominibus derivatum horumque radix esse videtur זָנַק).

Pi. זִקֵּק *liquavit*, *purgavit* aurum Mal. III, 3.

Pu. liquatum est vinum i. e. faecibus (שְׁמָרִים) purgatum, defaecatum (cf. σακκίζειν οἶνον, σακκίας = οἶνος διϋλισμένος Poll. VI, 2) Jes. XXV, 6, metallum 1 Chr. XXVIII, 18. XXIX, 4. Ps. XII, 7.

זִקִּים, אֲזִקִּים v. rad. זָנַק.

זָר *alienus*, v. rad. זור.

זֵר *margo*, v. rad. זרר.

זָרָא *nausea*, v. rad. זור.

זָרַב rad. ἅπαξ λεγομένη, in Pu. Iob. VI, 17, ubi de rivis per hiemem aqua repletis, sed per aestatem deficientibus dicitur: בְּעֵת יְזֹרְבוּ נִצְמָתוּ Vulg. *tempore quo fuerunt dissipati*, *perierunt*. Potiores interpretandi rationes cum auctoribus recensere iuvat Kimchii verbis: ויתכן לפרשׁ מלשׁון מרזב בדברי רבותינו ז״ל והוא הפוך כלומר בעת שתראה אותם נגרים במרזב בעת ההיא נצמתו . ורבינו סעדיה פירשׁו לשׁון קור דומה ללשׁון רבותנו ז״ל שׁאמרו כסא דכספא נמי אסיר משׁום דמרזיב כלומר שׁמצנן וכן הוא הפירושׁ בזמן החרף ובימי הקור נצמתו כלומר נתאספו יחד אפיקי הנחלים ונצמתו מלשׁון צומת הגידים בדברי רבותינו ז״ל מקום אסיפת הגידים . ורבי משׁה בן גקטיליא פירשׁ יקרבו כמו יצורבו כלומר בשׁעה שׁיתחממו נכרתו כמו שׁאמר בחמו נדעכו ממקומם i. e. *potest explicari collato talmudico* מרזב *canalis*, *per transpositionem*, *ut sententia sit*: *quo tempore vides eos effusos instar canalis*, *eodem tempore pereunt*. *Rabbi Saadias ei tribuit frigoris potestatem*, *collato dicto talmudico*: *solium argenteum dicitur prohibitum propterea quod refrigerat* (מרזיב), *et ita instituit interpretationem*: *tempore hiemis et frigoris congregantur omnes rivi convallium*, *namque* נצמתו *congregandi sensu accipit*, *coll. talmudico* צומת הגידים *i. e. congregatio* (*trium*) *nervorum* (*in genu*). *Denique Mose Gekatilia* יזרבו *accipit pro* יצרבו, *nimirum*, *quo tempore incalescent*, *peribunt*, *sicut in altero hemistichio*, *ubi incalescent exstinguentur de loco suo*. Missa Saadiae interpretatione satis contorta, de prima et tertia sententia, quarum neutra contemnenda, paulo accuratius videamus. De illa comparatur chald. זְרַב Ithpe. effundere, diffluere, unde עַרְזָב fusorium, litteris transpositis מַרְזֵב canalis, arab. زَرِبَ fluxit aqua, زَرْبٌ, مِزْرَابٌ et litteris transpositis مِرْزَابٌ canalis: neque tamen cum Kimchio [et R. Levi] reddiderim: *quo tempore videbis eos instar canalis effusos*, sed: *quo tempore* simulatque *diffluxerunt* (aquae nive liquefacta auctae), *pereunt* s. *deficiunt* (rivi), *sobald sich das Schnee-*

wasser verlaufen hat, verschwindet sie, ut fere HOTTINGERUS et CRAMAYERUS, ex vett. interpretibus Vulg. (v. supra). De hac (MOSIS GEKATILIAE) interpretatione, quam praeiverunt Targ. (אִשְׁתְּרַבוּ non *ambusti sunt*, neque *creverunt*, neque *dissipati sunt*, sed *exsiccati sunt*: a rad. שְׁרַב, coll. אִשְׁתְּרַבוּ מַיָּא Gen. VIII, 1 pro וַיָּשֹׁכּוּ הַמָּיִם) et Syrus (ܒܥܕܢܐ ܕܢܫܒ ܫܡܫܐ quo tempore oritur super eos sc. sol), et sequuntur etiam R. SAMUEL B. ZEMACH, R. NATHAN, MERCERUS, COCCEJUS, explicandum: *quo tempore uruntur* i. e. solis ardorem experiuntur, in quam sententiam ALB. SCHULTENSIUS praeter hebraeorum צָרַב confert etiam arab. ضرب feriit, dein de solis ictu. Num recte ille arcessiverit verbum arabicum, in medio relinquo, sed immerito J. D. MICHAELIS (suppl. 643) et litterarum permutationem obiecit et sententiam rerum naturae non satis aptam, novam ipse explicationem propositurus, quam deinceps secuti sunt plurimi (EICHHORNIUS, ROSENM., UMBREITIUS) et ipse secutus sum (ed. 1. Lex. man. ed. 2—4) a syr. ܙܪܒ coarctavit, constrinxit, ܙܪܝܒܐ strictus, coarctatus, زرب septum fecit gregi, fortasse coarctavit gregem, ut vertendum sit: *quo tempore coarctantur* rivi, i. e. ripis suis, super quos exundaverant antea, continentur, mox *pereunt*. Re vera copia magis quam inopia explicationum satis probabilium laboramus. Equidem in priorem illam fere inclino: neque huic opponi potest, quod observat Michaëlis, *fluendi* potestatem secundariam esse et a canali (מרזב) ductam, eius enim potestatis alia quoque vestigia, eaque certissima, supersunt in radd. cognatis זָרַם et זָרַף.

זְרֻבָּבֶל v. rad. זָרָה.

זָרַד rad. inusit. Syr. ܙܪܕ seminavit, talmud. זרד arbores putavit, frondibus ramisque privavit, זֶרֶד luxuries arborum. Inde

זֶרֶד n. pr. vallis (Num. XXI, 12) et rivi in ea fluentis (Deut. II, 13. 14) in finibus Moabitarum ad orientem maris mortui. Dubitari potest utrum intelligendus sit *rivus salicum* (נַחַל הָעֲרָבִים Jes. XV, 7) in australem maris mortui extremitatem influens terminumque Moabitarum australem constituens, hodie *Wadi el-Ahhsa* وادى الاحسا (v. BURCKHARDTI itin. Syriae p. 674. 1066 ed. nostr.), an *Wadi Kerrek* وادى كرك, qui in radicibus montis Kerrek oriundus inter illum rivum et Arnonem in medium fere mare supra dictum se exonerat. Prior sententia esse videtur Jonathani, qui Num. l. c. reddit: נַחֲלָה דִּמְרַבֵּי הִילְפֵי וְגַלֵּי וְסִיגְלֵי *vallis, quae abundat salicibus et rore marino et mandragoris* [מְרַבֵּי rescripsi ex auctoritate Buxtorfii in Lex. p. 773, pro mendoso מירבי, quod est in Polygl. Lond., חִלְפֵי salicem esse, non vimina, ut vult Hitzigius loco citando pag. 13, et גִּלָּא esse salicis speciem in festo tabernaculorum adhibitam ibid. docetur, fort. est rosmarinus, alibi גלא דימא salix maris] et Deut. נַחַל סַרְוַיָּא *vallis corbium*, quae ex virgis saliceis fiunt (coll. סִירְיָיא ap. Buxt.), ex recentioribus ROSENMUELLERI, bibl. Alterthumsk. III, p. 54, posteriorem ipse proposui in mappa terrae Moabiticae (ad Jes. XV. XVI) et vindicavit HITZIGIUS (Jonas Orakel üb. Moab, p. 12). Haud enim probabile, *Wadi el-Ahhsa* tribus nominibus appellatam fuisse apud Hebraeos (נַחַל עֲרָבִים Jes. l. c. נַחַל הָעֲרָבָה Am. VI, 14 et זֶרֶד), *Wadi Kerrek* ne uno quidem; cui accedit, quod Numerorum et Deuteronomii loci non favent rivo terminum constituenti, qualis est *Wadi-el-Ahhsa*.

זָרָה 1) *sparsit, dispersit*. (Arab. ذرا sparsit semen, dispersit ventus pulverem Cor. 18, 143, ventilavit. Syr. et chald. ܕܪܐ, דְּרָא, aethiop. ዘረወ: et ዘረወ: id. Vicina sunt, quae spargendi vim habent omnia, verba זָרַע, זָרַק, זרר no. II, it. זָרַח, arab. ذرّ sevit, consevit terram, ذرى sparsum semen, ذرىء canus fuit, pr. canitie sparsus, cf. זָרַק, ذرع sparsit terram. In linguis indogermanicis respondent sansc. *sri* dissipare, *sero*, et ad sibilum addito p et t sanscr. *stri* sternere, *στορέω*, *streuen*, *sterno*; *σπείρω*, *spargo*, goth. *spreihan* i. e. spargere, *sprühen*, *Spreu*). Ex. XXXII, 20: וַיִּזֶר עַל פְּנֵי הַמַּיִם *et sparsit super aquam*. Num. XVII, 2. Jes. XXX, 22. Impr.

2) *ventilavit* Jes. XXX, 24. Jer. IV, 11. Ruth. III, 2: הִנֵּה־הוּא זֹרֶה אֶת־גֹּרֶן הַשְּׂעֹרִים *en ille ventilat aream hordeo repletam*. Transfertur ad hostes dispergendos Jer. XV, 7: וָאֶזְרֵם בְּמִזְרֶה *et ventilabo eos ventilabro*. Jes. XLI, 16. Ez. V, 2.

3) *expandit* (ut lat. arbores dicuntur ramos spargere, cornua se spargere in ramos cet. Plin. 16, 33. 34 fin., cf. hebr. זָרַע sparsit et expandit), unde זֶרֶת spithama, v. Pu.

Niph. dispersus est Ez. VI, 8 (ubi הִזָּרוֹתֵיכֶם est more nominum pluralium pro הִזָּרוֹתְכֶם). XXXVI, 19.

Pi. זֵרָה 1) *sparsit* Mal. II, 3: זֵרִיתִי פֶרֶשׁ עַל פְּנֵיכֶם *spargam* (i. e. sparsum coniiciam) *stercus in vultus vestros*. Prov. XV, 7: שִׂפְתֵי חֲכָמִים יְזָרוּ דָעַת *labia sapientum spargunt sapientiam*, dein *dispersit*, v. c. ossa Ez. VI, 5, max. populum 1 Reg. XIV, 15. Zach. II, 2. 4. Jer. XXXI, 10. LI, 2: *mittam e Babylone* זָרִים וְזֵרוּהָ *hostes, et dispergent eam*, saepe זֵרָה בַּגּוֹיִם dispersit (populum) inter gentes Lev. XXVI, 33. Ps. XLIV, 12, בָּאֲרָצוֹת in terras (hostiles) Ez. XII, 15. XX, 23. XXII, 15. XXIX, 12. XXX, 23. 26. Ps. CVI, 27, לְכָל־רוּחַ in omnes ventos Jer. XLIX, 32. Ez. V, 12. XII, 14. לְכָל־רוּחוֹת Jer. XLIX, 36. — Prov. XX, 8: *rex* — *dispergit vultu suo omnes malos*.

2) spec. *ventilavit*. Prov. XX, 26: מְזָרֶה רְשָׁעִים מֶלֶךְ חָכָם *ventilat impios rex sapiens*. Atque hinc

3) *eventilavit, excussit*, ideoque *exploravit*. Ps. CXXXIX, 3: אָרְחִי וְרִבְעִי זֵרִיתָ *me ambulantem et decumbentem explorasti*. Hieron. *eventilasti*. LXX. ἐξιχνίασας.

Syr. *nosti*. (Significatio translata est in arabico درى cognovit, unde tritum illud لا ادرى nescio). Hebraei interpretes verbo זֵרִיתָ h. l. *cingendi*, *circumdandi* potestatem tribuunt, ductam illam a nomine זֵר limbus, margo, eamque h. l. ad cognoscendi vim translatam statuit A. Schult. in animadvv. coll. arab. أحاط cinxit sc. بعلمه scientia sua, pro cognovit, cognitum habuit Cor. Sur. 2, 18. 8, 49; sed a זֵר (rad. זָרַר) vix huius formae denominativum duci possit, et non est quod verbo nostro in uno loco originem prorsus diversam tribuamus.

Pu. *sparsus est*. Iob. XVIII, 15; fort. *conspersus est* Prov. I, 17: כִּי חִנָּם מְזֹרָה הָרָשֶׁת *nam frustra conspergitur rete*, sc. granis. Sed malim coll. Kal no. 3: *frustra expansum est rete*. LXX. .... ἐκτείνεται δίκτυα. Targ. מְטוּל דְמַגָּן פְּרִיסָא מְצוּדְתָא *quia frustra expanditur rete*. Vulg. *frustra autem iacitur rete;* quanquam non est quod cum Dathio arcessatur arab. مزر aequaliter distendit, aut cum Muntinghio اتمطّى extensus, pandiculatus est. — Quod huc referunt, זֹרֶה Jes. XXX, 24 est part. Kal impers. accipiendum, et זֹרוּ Ps. LVIII, 4 est a rad. זוּר.

זֵר v. זָרַר.

זֶרֶת f. (a זָרָה, ut כֶּסֶת a כָּסָה, קֶרֶת a קָרָה) *spithama*, dicta a digitis *sparsis* i. e. *expansis* (v. rad. no. 3), ut germ. *Spanne* a verbo *spannen*, gr. σπιθαμή a σπίζω i. q. ἐκτείνω. Jes. XL, 12, alibi *mensura*, eaque trium palmorum (טֶפַח). Ex. XXVIII, 16. XXXIX, 9. 1 Sam. XVII, 4. Ez. XLIII, 13. Ex vett. interpp. hoc vc. retinent Targg. (זַרְתָּא, זֶרְתָּא), Syrus (ܙܪܬܐ, quod habet etiam Barhebr. p. 355), et eodem praeterea utuntur Talmudici et Zabii (ܙܪܬܐ زرت in masc. Cod. Nas. 1, 294); videtur adeo in linguam aegyptiacam transiisse vc. semiticum, semiticae certe originis videtur aegypt. ⲦⲈⲢⲦⲰ, quod spithamam valet teste de Sacy in Description de l'Égypte VI, p. 39. LXX et Josephus (Antiqu. VI, 9, §. 1) ubique σπιθαμήν reddunt, Saad. شبر, in uno Vulgato offendere possis, qui *palmum* reddit, sed *maiorem* haud dubie *palmum* intelligens duodecim digitorum, spithamae aequalem (Vitruv. 3, 1): Hieronymus enim in commentario ad Jes. XL, 13 etiam gr. σπιθαμή reddit *palmus*.

זְרֻבָּבֶל (pro זְרוּבָבֶל in Babyloniam dispersus, vel pro זְרוּעַ בָּבֶל in Babylonia genitus) *Serubabel* (LXX Ζοροβάβελ, et ita Matth. I, 12. 13. Luc. III, 27), n. pr. viri ex posteris Davidis, quo duce prima Judaeorum exulum colonia in patriam rediit Esr. III, 2. IV, 2. 3. V, 2. Neh. VII, 7. XII, 1. 47. Hagg. I, 1. 12. 14. II, 2. 4. 21. 23. Zach. IV, 6—10.

מִזְרֶה m. *ventilabrum* Jes. XXX, 24. Jer. XV, 7. Arab. et aram. مذرى, ܡܕܪܝܐ id.

מְזָרֶה part. pi. *dispergens*, pl. מְזָרִים Iob. XXXVII, 9 *sparsores*, *dispergentes*, poët. de *ventis borealibus*, quippe qui nubibus dispersis frigus afferant serenum. Bene Kimchius: רוחות נושבים ומזורים *venti flantes et dispergentes*, quem sequuntur Coccejus et Alb. Schultensius. Addere poterant, etiam arab. ذاريات *dispergentes* Cor. 51, 1 et روامس, رامسات id. de ventis dici. Vulg. *Arcturus*. LXX ἀκρωτήρια, ubi tamen reponendum videtur cum Lamb. Bosio (Prolegg. in LXX cap. 3) ἀρκτῷα vel ἀρκτοῦρος. Aben Esrae et J. D. Michaëli מְזָרִים idem esse videtur quod מַזָּרוֹת et sidus quoddam boreale denotare, sed non est quod ad tales confugiamus coniecturas. Plures dabit Th. Hyde in Syntagm. dissert. I, p. 89 sqq.

מַזָּרוֹת v. rad. נָזַר.

זָרַח fut. יִזְרַח 1) *ortus est* sol. (Pr. est radios *sparsit*, cf. vic. זָרָה, זָרַע. In linguis cognatis haec radix varie mutata est, apud Arabes et Aethiopes inde ortum شرق ሠረቀ:, apud Aramaeos דְּנַח, ܕܢܚ, ר et נ permutatis. Nuper nonnemo comparavit lat. *surgo*, sed hoc est pro *sursum ago*, cf. pergo). 2 Sam. XXIII, 4. 2 Reg. III, 22. Iob. IX, 7. Ps. CIV, 22. Eccl. I, 5. Nah. III, 17. כִּזְרֹחַ הַשֶּׁמֶשׁ oriente sole Iud. IX, 33. Jon. IV, 8. Sq. לְ pers. ortus est sol alicui i. e. solem orientem vidit Gen. XXXII, 32, sq. עַל Ex. XXII, 2: אִם זָרְחָה הַשֶּׁמֶשׁ עָלָיו *si sol ortus est super eum* (furem) i. e. si sole iam orto deprehenditur. Tribuitur etiam luci Jes. LVIII, 10. Ps. CXII, 4, splendori Dei Jes. LX, 1. 2. Deut. XXXIII, 2.

2) Transfertur a) ad lepram in cute exorientem 2 Par. XXVI, 19, in derivatis etiam b) ad foetum ex utero erumpentem (v. זֶרַח et Gen. XXXVIII, 30) et c) ad plantam progerminantem i. q. פָּרַח, v. אֶזְרָח. (Ita arab. طلع ortus est sol, dicitur etiam de dente promicante, de planta germinante et gemmante, unde طلع gemmae palmarum).

זֶרַח m. 1) *ortus* lucis Jes. LX, 3. 2) n. pr. virorum a) filii Judae ex Tamare nuru suscepti Gen. XXXVIII, 30. Num. XXVI, 20. c) Num. XXVI, 13, pro quo alibi זֹחַר. d) 1 Chron. VI, 6. 26. e) 2 Chron. XIV, 8. Graec. Ζαρά.

זַרְחִי patron. a זֶרַח no. 2, a. Num. XXVI, 13. 20. V. אֶזְרָחִי.

זְרַחְיָה (cui Jehova ortum dedit), v. rad. no. 2, b n. pr. virorum 1) 1 Chr. V, 32. VI, 36. Esr. VII, 4, pro quo יִזְרַחְיָה 1 Chr. VII, 3. 2) Esr. VIII, 4.

אֶזְרָח (pro זֶרַח cum א prosthetico) 1) *arbor indigena*, necdum in aliud solum transplantata et propterea laetius virescens, dicta ab oriendo i. e. progerminando, v. rad. no. 2, c. Ps. XXXVII, 35: *vidi impium violentum*

הָאֶזְרָח מְעָרֶה רַעֲנָן, *qui diffundebat se instar arboris indigenae laete virentis.* Simili imagine utuntur Arabes in voce عرق arbor semper virens; Dschauharius h. v. (ap. Muntinghium ad Ps. l. c.): العرق من الشجر الذي لا يزال باقيا في الأرض ولا يذهب وجمعه عرى ويشبه به النبك من الناس قال مهلهل
خلع الملوك وسار تحت لوايه
شجر العرى وعراعر الاقوام
i. e. ערוה *dicitur de arbore, quae manens in terra non dimovetur, nec transplantatur. In Plur. est* ערי. *Translate dicitur de nobilissimis populi. Dicit Mohalhel*
deponit reges et sunt sub vexillo eius
arbores indigenae et culmina populorum.
Adde quae observavimus ad rad. אָצִיל p. 144 A. LXX. Vulg. *κέδρος, cedrus*, nimirum legebant ארזה pro אֶזְרָח, quod calculo suo probare non debebant Hubigantius, Koehlerus al.

2) *indigena*, de hominibus, opp. peregrino (גֵּר), Exod. XII, 49. Levit. XVI, 29. XVII, 15. XVIII, 26. XXIII, 42. XXIV, 16. 22. Num. XV, 13. 29. 30. Jos. VIII, 33. Ez. XLVII, 22. Plenius אֶזְרַח הָאָרֶץ Ex. XII, 19. 48. Num. IX, 14.

אֶזְרָחִי n. patron. *Esrachita*, qui ex posteris Esrachi (אֶזְרָח) est, de Ethano 1 Reg. V, 11 (IV, 31). Ps. LXXXIX, 1, et de Hemano Ps. LXXXVIII, 1. Uterque commemoratur 1 Chr. II, 6 in posteris Serachi (זֶרַח), filii Judae, et אֶזְרָחִי idem esse videtur atque זַרְחִי: caeterum iidem viri, Ethan et Heman, alibi inter Levitas et praefectos cantorum recensentur 1 Chr. XV, 17. 19 cf. ea de re Bertholdti introd. in V. et N. T. p. 1974 et quae contra observavimus in Ephemerid. litt. Hal. 1816, EB. p. 646.

יִזְרָח c. art. 1 Chr. XXVII, 8 prob. pro יִזְרָחִי, i. q. אֶזְרָחִי. זַרְחִי.

יִזְרַחְיָה m. (cui *Jehova ortum dedit*) n. pr. duorum virorum 1) 1 Chr. VII, 3, v. זְרַחְיָה. 2) Neh. XII, 42.

מִזְרָח m. *ortus solis*, sed ubique de *oriente* s. *coeli plaga orientali*. Ps. CIII, 12. Dan. VIII, 9. Am. VIII, 12 cet. אֶרֶץ מִזְרָח terra orientalis Zach. VIII, 7. שַׁעַר הַמִּזְרָח porta orientalis (Hierosolymorum) Neh. III, 29, רְחוֹב הַמִּזְרָח forum orientale 2 Chr. XXIX, 4. Sq. genit. מִזְרַח יְרִיחוֹ ab oriente Hierichuntis Jos. IV, 19, מִזְרַח הַיַּרְדֵּן 1 Chr. VI, 63, עַד לְמִזְרַח הַגַּיְא IV, 39, et eodem sensu sq. לְ: מִזְרָח לַמִּזְבֵּחַ ab oriente altaris 2 Chr. V, 12, עַל־כָּל־פְּנֵי מִזְרָח לַגִּלְעָד ab omni latere orientali Gileadi 1 Chr. V, 10. — Cum Praeposit. a) לַמִּזְרָח orientem versus Neh. III, 26. 1 Chr. XII, 15, semel לְמִזְרָחָה 2 Chr. XXXI, 14. b) מִמִּזְרָח *ex oriente*, ex terris orientalibus Jes. XLI, 2. XLIII, 5. XLVI, 11. Dan. XI, 44. Ps. CVII, 3, et *ab oriente* = ad orientem, in parte orientali (v. מִן no. 3, c) Jos. XI, 3. XVII, 10, et ita paulo plenius מִמִּזְרַח שֶׁמֶשׁ *ex oriente* Iud. XI, 18. Jes. XLI, 25, מִמִּזְרַח שֶׁמֶשׁ עַד מְבוֹאוֹ ab oriente ad occidentem Ps. L, 1; et *ab oriente* = in orientali parte Num. XXI, 12. Iud. XX, 43. — Adde c) in accus. מִזְרָח orientem versus 1 Chr. IX, 24. Neh. XII, 37, et מִזְרַח הַשָּׁמֶשׁ Deut. IV, 47. Jos. I, 15. XIII, 5. XIX, 12. 27. 34 et d) addito ־ָה parag. מִזְרָחָה id. Exod. XXVII, 13. XXXVIII, 13. Num. II, 3. III, 38, מִזְרְחָה שָׁמֶשׁ Deut. IV, 41. Jos. XII, 1. Iud. XXI, 19.

זָרַם i. q. זָרַב et זָרַף (q. v.) *fluxit*, idque vehementius, *inundavit*. Semel in Kal, Ps. XC, 5: זְרַמְתָּם שֵׁנָה יִהְיוּ *inundas eos* i. e. inundando abripis, *somnium sunt*.

Po. causat. *fudit*. Ps. LXXVII, 18: זֹרְמוּ מַיִם עָבוֹת *nubes fundunt aquas*. Targ. demittunt (אַחִיתוּ) aquas nubes. Syr. ܙܪܦܘ ܡܝܐ *stillant aquas* (duplici errore J. D. Michaëlis suppl. 646. 647 Syro tribuit scripturam ܙܪܦ, citatque Ps. XC pro LXXVII).

Bene iam Kimchius et Aben Esra fluendi inundandique potestatem (שטיפה) verbo tribuunt, tum ex derivatis tum ex verbis cognatis satis certam: neque audiendus J. D. Michaëlis, qui Ps. XC abrumpendi s. resecandi vim adhibet, coll. صرم abrupta fuit res. Non placent etiam Alb. Schult. ad Ispah. p. 12. ad Har. p. 81. 82, A. Driessen in diss. Lugdd. p. 1096, qui fluendi potestatem ab aestuando et ardendo esse volunt, coll. arab. ضرم arsit, efferbuit, et lat. *torrens* a *torrendo*. Quod autem Winerus (Lex. 291) excitat syr. ܙܪܡ fluxit, et zab. ܙܪܡ Ethpe. effusus, diffusus est, id perperam factum: syriace nihil tale significat, in lingua nasoraea vero ܐܙܕܪܡ non est effusus, diffusus est, sed, ut exempla a Norbergio (Lexid. p. 58) citata luculenter arguunt, ܐܙܕܪܡ, ܐܙܕܪܡܐ (quod ad hanc rad. vix traxeris) agitatus est, contremuit.

זֶרֶם m. *imber*, isque vehementior et inundans. Jes. IV, 6 (ubi copulatur cum מָטָר). XXX, 30. XXXII, 2. זֶרֶם בָּרָד imber cum grandine Jes. XXVIII, 2. זֶרֶם הָרִים imber in montibus cadens Iob. XXIV, 8. זֶרֶם קִיר imber parietis i. e. tam vehemens et cum tempestate coniunctus, ut parietes evertat. Jes. XXV, 4.

זִרְמָה f. *fluxus seminis*, de equis admissariis. Ez. XXIII, 20.

זָרִים pro זְרָם dictum esse statuebant nonnulli intpp., ut Saadias (السيول), Aben Esra, Michaelis, Lowthus al. in verbis Jes. I, 7: כְּמַהְפֵּכַת זָרִים quae reddere malebant: *velut subversio imbris* s. *torrentis*, quam *velut subversio hostium*, quum revera subversio ab hostibus facta describatur. Sed de tali usu כְּ particulae v. hac voce no. 5.

זָרַע fut. יִזְרַע 1) *sparsit*, *dispersit* i. q. זָרָה, זָרַק (v. ad זָרָה). Zach. X, 9: אֶזְרָעֵם בָּעַמִּים *dispergam eos inter gentes*.

2) *semen sparsit*, *sevit*, *seminavit* (arab. et melit. زرع, syr. ܙܪܥ, aeth. HCO: et HCA: id.). Constr. a) absol. Gen. XXVI, 12: וַיִּזְרַע יִצְחָק בָּאָרֶץ הַהִוא. Lev. XXV, 11. Iud. VI, 3. Mich. VI, 15: אַתָּה תִזְרַע וְלֹא תִקְצוֹר. Eccl. XI, 4. Ps. CXXVI, 5. Jes. XXVIII, 24. XXXVII, 30. Part. זֹרֵעַ sator Jes. LV, 10. Jer. L, 16. Addito עַל loci Jes. XXXII, 20: זֹרְעֵי עַל־כָּל־מָיִם *qui serunt ad omnes aquas*, in loca irrigua, אֶל Jer. IV, 3: אַל תִּזְרְעוּ אֶל קוֹצִים *ne seratis inter spinas*. Semel c. acc. temporis Lev. XXV, 22: וּזְרַעְתֶּם אֵת הַשָּׁנָה הַשְּׁמִינִת *et* (si) *seritis anno octavo* (nostr. das achte Jahr) cf. Lgb. 685 not. i. Adde Plin. 23, 1: Si statim bina stadia ambulentur. Aen. 8, 94. — b) c. accus. seminis sparsi, v. c. זָרַע חִטִּים triticum seminavit Jer. XII, 13. Hagg. I, 6: זְרַעְתֶּם הַרְבֵּה. Lev. XXVI, 16. Eccl. XI, 6. c) c. accus. agri: *consevit* Gen. XLVII, 23: וּזְרַעְתֶּם אֶת־הָאֲדָמָה *conserite agrum*. Ps. CVII, 37. Ex. XXIII, 10. Lev. XXV, 3. 4. Jer. II, 2: אֶרֶץ לֹא זְרוּעָה *terra non consita*. d) c. gem. acc. seminis et agri. Lev. XIX, 19: שָׂדְךָ לֹא תִזְרַע כִּלְאָיִם *agrum tuum ne conseras heterogeneis*. Deut. XXII, 9. Jes. XXX, 23. Iudd. IX, 45: וַיִּזְרָעֶהָ מֶלַח *et consevit eam sale*. Jerem. XXXI, 27: זָרַעְתִּי אֶת־בֵּית יִשְׂרָאֵל .... זֶרַע אָדָם וְזֶרַע בְּהֵמָה *conseram domum Israëlis et domum Judae semine humano et semine quadrupedum* i. e. eam augebo hominibus et pecudibus iumentisque. De loco Hos. II, 25 v. infra ad יִזְרְעֶאל. *Semen spargere* dicitur etiam ipsa planta semen ferens Gen. I, 29, cf. 12. — Metaph. dicunt α) *seminare iustitiam* Prov. XI, 18, et contra *nequitiam* XXII, 8, *pravitatem* Iob. IV, 8, *ventum* Hos. VIII, 7 i. e. bonis malisve actionibus praemia poenasve sibi parare: ubi opponitur messis imago, cf. Gal. VI, 8 ibique intpp., adde similes locutiones Arabum, ut من زرع الاحن حصد المحن qui serit simultates, metit calamitates Elnawab. no. 13, من يزرع الشوك لا حصد به عنبا qui serit spinas, non metet uvam vit. Tim. II, p. 754. Paulo aliter Hos. X, 12: זִרְעוּ לָכֶם לִצְדָקָה קִצְרוּ לְפִי חֶסֶד *serite vobis secundum iustitiam*, *metite secundum* (Dei) *favorem*. β) Ps. XCVII, 11: אוֹר זָרֻעַ לַצַּדִּיק *lux* i. e. felicitas *sparsa* parata *iusto*.

3) *sevit* i. q. *plantavit*, c. gem. acc. Jes. XVII, 10: זְמֹרַת זָר תִּזְרָעֶנּוּ *palmite peregrina consevisti eam*.

4) A *spargendo* (no. 1) proficiscitur etiam *expandendi* potestas (cf. זָרָה no. 3, פָּרַשׂ no. 1. 2, lat. *spargere brachia* pro expandere Val. Flacc., *sparsae manus* i. e. expansae Virg.). Hinc ذراع זְרוֹעַ brachium, unde denominativum ذرع invasit, occupavit IV. brachiis prehendit.

Niph. 1) *dispergi*. Ex. XXXVI, 9. 2) *seri* Lev. XI, 37, *conseri* (de agro) Deut. XXI, 4. XXIX, 22. Trop. Nah. I, 14: לֹא יִזָּרַע מִשִּׁמְךָ עוֹד *non seminabitur de nomine tuo amplius* i. e. nomen tuum non amplius propagabitur. 3) *conseri* i. e. fecundari, de muliere Num. V, 28: וְנִזְרְעָה זָרַע *et fecundabitur semine* i. e. fertilis erit, prolem concipiet et pariet. (Eadem imagine utuntur Romani Lucret. 4, 1100: *et muliebria conserat arva*, Virg. Ge. 3, 135: *genitale arvum*, et Arabes, Cor. Sur. 2, 222, ubi mulieres cum agris comparantur).

Pu. pass. Kal no. 2. Jes. XL, 24.

Hiph. 1) *semen fecit* i. e. protulit, genuit planta. Gen. I, 11: עֵשֶׂב מַזְרִיעַ זֶרַע, cf. comm. 29, ubi eodem contextu זֹרֵעַ זֶרַע. 2) *semen concepit* mulier, *fecundata est*. Lev. XII, 2, cf. Niph. no. 3. (Sed cod. Sam. h. l. habet Niph., ut Num. V, 28).

זֶרַע, cstr. זֶרַע, semel זֵרַע Num. XI, 7, c. Suff. זַרְעִי, plur. c. Suff. זַרְעֵיכֶם (1 Sam. VIII, 15)

1) *satio* (das Säen, Besäen). Gen. XLVII, 24: לְזֶרַע הַשָּׂדֶה zum Besäen des Ackers, quae etiam plantationem comprehendit (v. rad. no. 3). Jes. XVII, 11, inde *sementis* i. e. tempus serendi Gen. VIII, 22. Levit. XXVI, 5.

2) a) *semen* (syr. ܙܪܥܐ, arab. زرع, aeth. HCO: et HCA: id.), tum plantarum, tum arborum, tum segetis Gen. I, 11. 12. 29. XLVII, 19. Lev. XI, 37. XXVI, 16. Deut. XXII, 9. Eccl. XI, 6 et saepe. Jes. V, 10: זֶרַע חֹמֶר *Chomer* decem modii *seminis*. מֶשֶׁךְ הַזָּרַע semen traxit i. e. sparsit, v. מָשַׁךְ. זֶרַע v. חַיָּה v. חָיָה. Ex. XVI, 31: זֶרַע גַּד לָבָן *semen coriandri albi*. b) *quae ex semine oriuntur*, *segetes*, *sata* 1 Sam. VIII, 15. זֶרַע הָאָרֶץ segetes terrae Lev. XXVII, 30, opp. fructibus arborum. Zach. VIII, 12: זֶרַע הַשָּׁלוֹם *segetes* erunt (segetes) *pacis* i. e. incolumes, tutae; *proventus agri* Iob. XXXIX, 12 (15). Jes. XXIII, 3. Pariter atque lat. *semen*, dicitur etiam c) de *viviradice* (Ableger, Schössling) arboris vel vitis. Ez. XVII, 5: וַיִּקַּח מִזֶּרַע הָאָרֶץ *et sumsit de semine terrae* de malleolis, viviradicibus terrae *idque posuit in terra* cet. — Jer. II, 21: *ego plantavi te vitem generosam* כֻּלֹּה זֶרַע אֱמֶת *totam seminis veri* i. e. indolis genuinae. (Varr. 2, 2: videndum ut boni seminis pecus habeas. ibid. cap. 3: melioris seminis eae caprae, quae bis pariunt).

3) *semen virile* Lev. XV, 16 sqq. XVIII, 21. XIX, 20. XXII, 4 (cf. verbum in Hiph. no. 3, Hiph. no. 2), inde, quod ex semine oritur, a) *proles*, *soboles* hominum, *posteri* Gen. XII, 7. XIII, 15. 16. XV, 5. 13. 18. XVI, 10. XVII, 7. 9. 10. XXI, 13. XXII, 17. 18. XXIV, 7. 60. XXVI, 3. 4. 24. XXVIII, 4. 14. XXXII, 13. XLVIII, 4. 11. XXXV, 12. XXXVIII, 9. Iob. V, 25 et persaepe. Gen. III, 15: *et ponam inimicitiam inter te* (serpentem) *et inter mulierem*, וּבֵין זַרְעֲךָ וּבֵין זַרְעָהּ *et inter prolem tuam* i. e. serpentes (absurde veteres Theologi, diabolum, utpote serpentis prolem) *et prolem eius* i. e. genus humanum. Ps. XXII, 31: זֶרַע יַעַבְדֶנּוּ *posteri colent eum*. Jes. LIII, 10: יִרְאֶה זֶרַע *videbit posteros*. הֵקִים זֶרַע לְ excitavit alicui semen, posteros, de leviratu

(v. הֵקִים). Dr. etiam de uno filio, si quidem haec tota alicuius progenies est, Gen. IV, 25. 1 Sam. I, 11: זֶרַע אֲנָשִׁים *proles mascula*. זֶרַע זַרְעֲךָ proles prolis tuae i. e. nepotes tui Jes. LIX, 21. זֶרַע אֱלֹהִים proles a Deo promissa Mal. II, 15 (sec. alios, ut Lud. de Dieu, proles, quae Deum colet). Jes. LVII, 3: זֶרַע מְנָאֵף וַתִּזְנֶה *proles adulteri et eius quae scortatur* i. e. scorti. זֶרַע אַבְרָהָם proles Abrahami Ps. CV, 6. Jes. XLI, 8. Jer. XXXIII, 25, זֶרַע אַהֲרֹן Lev. XXI, 21. XXII, 4, זֶרַע יִשְׂרָאֵל 2 Reg. XVII, 20. Neh. IX, 2. Jes. XLV, 25. Jer. XXXI, 36. 37, זֶרַע אֶפְרַיִם Jer. VII, 15, זֶרַע דָּוִד 1 Reg. XI, 39. Jer. XXXIII, 22. — b) *stirps, gens, familia*. זֶרַע הַמַּמְלָכָה, זֶרַע הַמְּלוּכָה stirps regia, regio semine orti 2 Reg. XI, 1. 2 Reg. XXV, 25. Jerem. XLI, 1. Dan. I, 3. Dan. IX, 1: מִזֶּרַע מָדָי *e gente Medica*. זֶרַע הַקֹּדֶשׁ gens sancta Esr. IX, 2. Jes. VI, 13. — c) *genus hominum*, haud quidem eodem semine ortorum, sed moribus sibi simillimum et quasi fratrum. זֶרַע בְּרוּכֵי יְהוָה Jes. LXV, 23, זֶרַע צַדִּיקִים Prov. XI, 21, זֶרַע עֲבָדָיו Ps. LXIX, 37, saepius in malam partem (gr. *γέννημα* Mt. III, 7. XII, 37, nostr. Brut, *race*), ut זֶרַע מְרֵעִים Jes. I, 4, זֶרַע רְשָׁעִים Ps. XXXVII, 28, זֶרַע שָׁקֶר Jes. LVII, 4. Cf. פִּרְחָח. (De *prole* usurpatur etiam gr. *σπέρμα* v. Pochen. de puritate styli V. T. §. 109 et Chr. Sigb. Georgii vindiciae N. T. ab Hebraismis p. 87, cf. Wineri gr. N. T. p. 13, lat. *semen*, ut semina Phoebi, de Aesculapio, semen Lyci infandum Senec., syr. ܙܪܥܐ, v. c. ܙܪܥܐ ܕܛܘܫܩܝܐ proles, gens Tschingischani Barhebr. 438, ܙܪܥܐ ܕܙܢܝܘܬܐ semina immunditiae i. e. spurii, ex scortatione orti Assem. III, 1 p. 389, arab. ذُرِّيَّة semen, it. posteri, posteritas).

זְרַע chald. i. q. hebr. no. 3, litt. b *semen*, pro *stirpe*, *gente*. Dan. II, 43. In Targg. minus usitatum, in quibus passim usurpatur זַרְעִית pro מִשְׁפָּחָה, זֶרַע = זַרְעָא.

זְרוֹעַ utriusque sexus vc. (persaepe f. Jes. LIX, 16. Zach. XI, 17, rarius masc. Jes. XVII, 5. LI, 5, maxime signif. no. 2, a. Cf. Lgb. p. 470) pl. זְרֹעוֹת, ubi brachia notat f., ubi exercitus m. Dan. XI, 31, rarius זְרֹעִים, estr. זְרֹעֵי masc. Gen. XLIX, 24. Jes. LI, 5. Dan. XI, 31

1) *brachium* ab expandendo dictum (v. rad. no. 4), ut זֶרֶת spithama, a זָרָה. 2 Sam. I, 10. Cant. VIII, 6. Jes. XVII, 5. XL, 11 cet. maxime anterius (v. אֶזְרוֹעַ); in animalibus *armus*, *βραχίων* Num. VI, 19. Deut. XVIII, 3. (Arab. ذِرَاع, melit. *drygh*, aram. דְּרָע, ܕܪܥܐ brachium, it. cubitus, ulna, aeth. ዘሐረት: id. Ludolf. p. 476). Jes. XLIV, 12: בִּזְרוֹעַ כֹּחוֹ *brachio suo robusto*. Iob. XXVI, 2: זְרוֹעַ לֹא עֹז *brachium robore carens*. — Spec. nota formulas: a) *confringere brachium alic.* i. e. robur eius frangere, v. שָׁבַר זְרוֹעַ, et quae observavimus p. 268 B. — b) *brachium meum mihi opem tulit* i. e. mea ipsius virtute victoriam reportavi, v. יָשַׁע Hiph. — c) זְרוֹעַ רָמָה *brachium altum* s. *sublatum* i. e. minax (hominum improborum) Iob. XXXVIII, 15. — d) זְרוֹעַ נְטוּיָה *brachium exporrectum*, plerumque copulatur cum יָד חֲזָקָה et tribuitur Deo, ad significandam *potentiam eius* in populo servando tuendoque promtam et efficacem Deut. IV, 34. VII, 19. IX, 29. XI, 2. Ex. VI, 6. 2 Reg. XVII, 36. Jer. XXXII, 17. 21. Ps. CXXXVI, 12, sed Jer. XXVII, 5 ad creationem refertur. Similiter *brachium nudatum* Jes. LII, 10. Ez. IV, 7, *brachium robustum* Ps. LXXXIX, 11. Jes. LXII, 8, et simpl. *brachium Dei* Jes. LI, 5. LIII, 1. Ps. LXXI, 18, Iob. XL, 9, pl. *brachia Dei* Deut. XXXIII, 27.

2) Trop. est a) *robur*, *vires*, *potentia*. 2 Chron. XXXII, 8: זְרוֹעַ בָּשָׂר *potentia humana*. בִּזְרֹעַ cum robore Ps. LXXVII, 16. זְרֹעֵי יָדָיו vires manuum eius. Gen. XLIX, 24. Inde *militum vis*, *copiae*, *exercitus*. זְרוֹעַ גְּדוֹלָה magna vis copiarum Ez. XVII, 9, pl. זְרֹעִים et זְרֹעוֹת Dan. XI, 15. 22. 31 (cf. *βραχίων πεζῶν* Judith IX, 7, et chald. אֶדְרָע q. v. Male autem Michaelis suppl. p. 652 Comm. 22 brachia s. alveos fluvii interpretatur). — b) *violentia* Iob. XXXV, 9. אִישׁ זְרוֹעַ violentus Iob. XXII, 8. — c) robur, quod alicui praebemus eum adiuvando, inde *praesidium*, *auxilium*. Ps. LXXXIII, 9: הָיוּ זְרוֹעַ לִבְנֵי לוֹט *auxilio sunt filiis Lothi*. Jer. XVII, 5: שָׂם בָּשָׂר זְרֹעוֹ *qui carnem* (i. e. mortales) *facit praesidium suum*. Ez. XXXI, 17: וּזְרֹעוֹ יָשְׁבוּ בְצִלּוֹ *et adiutores eius sedent in umbra eius*. Jes. XXXIII, 2: הֱיֵה זְרֹעָם *sis auxilium eorum*. Inde *adiutor*, *socius*. Jes. IX, 19: אִישׁ בְּשַׂר זְרֹעוֹ יֹאכֵלוּ *unusquisque carnem socii sui vorat*, cf. Jer. XIX, 9, ubi pro זְרוֹעַ est רֵעַ. LXX. cod. Alex. *ἀδελφός*. Targ. קָרִיב. (Eadem imagine utuntur Arabes et Syri. His ܒܪ ܕܪܥܐ filius brachii est adiutor BB. ap. Cast., illis عَضُد brachium ita usurpatur. Har. 13 p. 127 de Sacy لما أوهى الدهر الاعضاد *quum fortuna confregisset brachia*, ad quae Schol. ap. Sch. ad Iob. 604: الاعضاد اى الاعوان والانصار brachia sunt opitulatores et adiutores. Vit. Tim. I p. 28 Mang.: *fidem date* ان تكونوا لى ظهرا وعضدا *vos mihi futuros dorsum et brachium* i. e. praesidium et adiutores. Cor. 18, 49. Inde عضد I. III. opitulatus est. Contra ساعد brachium pr. est fulcitor, adiutor, a rad. سعد, סָעַד. Har. IV p. 41 كنت لى ساعدا *erat mihi brachium*, adde Meidan. prov. 490 بالساعدين تبطش الكفان brachiis apprehendunt manus, quod dicitur ubi duo viri se invicem adiuvant et Freytagii Lex. III, p. 172).

זֵרֹעַ (verbale Pi.), nonnisi in pl. זֵרֹעִים sata i. e. plantae, *viridia*, *olera*, qualia in semiiciunio comeduntur, opp. carni cibisque delicatioribus Dan. I, 12, pro quo Comm. 16 זֵרְעֹנִים, a sing. זֵרָעוֹן. Maimonides in הלכות תבואות cap. 1 זֵרְעוֹנִין triplicia esse statuit, primo כלאים

ut triticum, hordeum, speltam, dein קִטְנִיּוֹת legumina, ut fabas, lentes, denique זרעוני גינה semina hortensia; quibus modo integri agri conserantur, מיני זרעים, modo areolae minores, מיני ירקות. LXX. σπόρια. Syr. retinet ܙܪܥܘܢܐ.

זֵרוּעַ (verbale Pi.) id. *satum*, Lev. XI, 37, pl. זֵרוּעִים olera hortensia Jes. LXI, 11.

זֵרְעֹנִים v. זֵרוּעַ.

אֶזְרוֹעַ i. q. זְרוֹעַ cum Aleph prosthetico (cf. chald. אֶדְרָע) m. *brachium* Jer. XXXII, 21, de brachio anteriori (opp. brachio superiori). Iob. XXXI, 22. Idem valet etiam lat. *brachium* κατ' ἐξοχήν. Cels. 8, 1. 10, 3.

יִזְרְעֶאל 2 Reg. IX, 10, alibi semper יִזְרְעֶאל, cum He locali יִזְרְעֶאלָה Jos. XIX, 18 (pro יִזְרַע אֵל quod *Deus sevit* s. plantavit) n. pr. 1) oppidi Issacharitarum Jos. XIX, 18 (non Manassitarum, ut post Eusebium et Hieron. in Onom. ex recentioribus Simonis in Onomast. al.) 1 Sam. XXIX, 11. 2 Sam. II, 9 (ubi fortasse est totius provinciae nomen) IV, 4. 1 Reg. IV, 12, in quo regia sedes Ahabi et Jorami 1 Reg. XVIII, 46. XXI, 1. 23. 2 Reg. IX, 10 sqq. X, 1 sqq., unde דְּמֵי יִזְרְעֶאל Hos. I, 4 de sanguine ab Ahabo et Jehu ibi fuso. In vicinia urbis erat fons 1 Sam. XXIX, 1 (prob. idem, qui Tubania appellatur a Guil. Tyrio 22, 26): ipsa autem sita in lata planitie עֵמֶק יִזְרְעֶאל Jos. XVII, 16. Iud. VI, 33. Hos. I, 5 dicta (postea τὸ μέγα πεδίον Ἐσδρηλών Judith I, 8, et κατ' ἐξοχὴν τὸ πεδίον μέγα 1 Macc. XII, 49, hodie مرج ابن عامر pascuum filii Amer, v. Burkhardti itin. II, 579), pugnis in ea commissis nobilis (Iud. VI, 33. 1 Sam. XXIX, 1. XXXI, 1 sqq.), in qua magnam cladem populi futuram (יוֹם יִזְרְעֶאל Hos. II, 2) praedicit Hoseas (I, 5). Teste Eusebio sita erat inter Legionem et Scythopolin, a qua sec. itin. Hierosol. decem millia passuum abfuit. Apud LXX nomen scribitur Ἰεζραέλ, Compl. Ἰεζραήλ, Ἰεσδραήλ, Vulg. *Jezraël*, apud Josephum ἡ Ἰεσράελα Arch. 9, 6 §. 1—4 et Ἰεσράηλα 8, 13 §. 6, semel (ibid.) Ἰεσράηλα Ἰζάρου (al. Ἀζάρου) πόλις, et nude πόλις Ἰζάρου 8, 13 §. 8 (ubi tamen discrepant codd., vide ad 9, 6 §. 1 et Relandi Palaest. p. 602. 603), apud Eusebium Ἰεζραέλ, in itin. Hierosol. *Stradela*, Guil. Tyrii tempore (v. l. c.) illud *parvum Gerinum* nuncupatum est. N. gent. est יִזְרְעֵאלִי 1 Reg. XXI, 1 sqq. 2 Reg. IX, 21. 25, fem. יִזְרְעֵאלִית 1 Sam. XXVII, 3. 2 Sam. III, 2, et יִזְרְעֵלִית 1 Sam. XXX, 5. 2 Sam. II, 2. Ab hac urbe et a magna clade, quam ibi futuram praedixerat (I, 5), Hoseas filio suo tum temporis nato *Jesreëlis* nomen dedit (I, 4), et hunc ipsum postea una cum fratre *Lo-Ammi* et sorore *Lo-Ruchama* (II, 24. 25) imagines fecit populi post poenas et dispersionem in patriam revocandi (II, 2) novisque beneficiis augendi. Sic intelligenda verba ab interpretibus male vexata II, 24: *terra exaudiet frumentum et mustum et oleum, et haec* (terrae dona) *exaudient Jesreëlem*, i. e. terra coelo fecundata (V. 23) Jesreëli denuo proventum suum offeret. Pergit vates allusione ad Jesreëlem facta V. 25: וּזְרַעְתִּיהָ לִּי בָּאָרֶץ *hunc autem plantabo in terra, et denuo amabo Lo-Ruchamam* (non-amatam) *et populum vocabo Lo-Ammi* (non-populum) i. e. universum Israëlis populum, qui tribus prophetae liberis significatur, denuo plantabo, amabo, mihique tanquam proprium vindicabo. יִזְרְעֶאל h. l. cstr. c. fem. tanquam collect., ut Ephraim Jes. XVII, 10. 11 al. — 2) oppidi in montanis Judae Jos. XV, 56. — 3) filii Hoseae (de quo vide no. 1) et alius viri 1 Chr. IV, 3.

מִזְרָע cstr. מִזְרַע m. *locus consitus*. Jes. XIX, 7: מִזְרַע יְאוֹר *arva Nili* i. e. a Nilo rigata. Arab. مَزْرَعَةٌ, مَزْرَعَةٌ, مُزْرَعَةٌ ager consitus, arvum. Minus accurate Michaelis confert مَزَارِع agri sativi, quod est plur. a part. مُزْرُوع.

זָרַב rad. inusit. idem valens quod זָרַב et זָרַם *fluxit*. Arab. ذرف fluxerunt lacrimae, lacrimas fudit oculus Amralk. 20. vit. Salad. p. 173, ذَوَارِف aquae fluentes. Syr. ܙܘܪܒܐ imber, pluvia vehemens, in Vers. syra pro זֶרֶם Iob. XXIV, 8. Jes. IV, 6. XXV, 4, adde Barhebr. 491: ܡܛܪܐ ܙܘܪܒܐ ܚܣܝܢܐ pluvia et imber vehemens. Inde quadril.

זַרְזִיף (prima radicali inter alteram et tertiam denuo inserta, cf. זַרְזִיר a זָרַר, et arab. ܩܘܼܡ et ܩܡܩܡ accendit) m. *irrigatio*. Ps. LXXII, 6: יֵרֵד כְּמָטָר עַל גֵּז כִּרְבִיבִים זַרְזִיף אָרֶץ *descendit instar pluviae super gramen detonsum, sicut guttae* quae sunt *irrigationes terrae*, irrigantes terram. Ita LXX. σταζουσαι ἐπὶ τὴν γῆν. Vulg. *stillantia super terram*, it. Syr. et Chald. Consentit praeter Aben Esram Kimchius, qui laudato loco talmudico (Joma p. 87 A): מטא זרזיפא דמיא על ראשיה, verbo stillandi potestatem (לשון נטיפה וזלה) tribuit. Idem tamen laudat aliam eamque tunc temporis vulgarem interpretationem, quam ipsius verbis referre placet: *est herba detonsa et succisa. Particula* עַל *in altero hemistichio repetenda est* [v. exempla Jes. XXX, 1. XXVIII, 7. XLIV, 28], *quasi plene legeretur* ירד כמטר על גז כרביבים על זרזיף ארץ. *Huic simile est Talmudicum* פרזלא דזריף *ferrum quod incidit*. Nec displiceret haec ratio, quae parallelismo eximie commendatur, modo de incidendi usu certius constaret.

זָרַק *sparsit*, ut vicinae radices זָרָה, זָרַע, a) res aridas, ut pulverem 2 Par. XXXIV, 4, fuliginem Exod. IX, 8. 10, prunas Ez. X, 2; b) saepius res liquidas

(sprengen, sprützen), at aquam Num. XIX, 13. Ex. XXXVI, 25, sanguinem Ex. XXIV, 6. XXIX, 16. 20. Lev. I, 5. 11. III, 2. 8. 13. VII, 14. VIII, 19. XVII, 6. 2 Chr. XXIX, 22. XXX, 16. XXXV, 11. Sq. עַל sparsit *super* al., de rebus aridis Iob. II, 12, de liquidis Num. XVIII, 17. 2 Reg. XVI, 15. Ez. XLIII, 18. Semel intrans. Hos. VII, 9: גַּם שֵׂיבָה זָרְקָה לּוֹ *etiam canities ei inspersa est*, canescere coepit. Spargendi vocabulum in eadem re frequentant Romani et Arabes. Prop. 3, 4, 24: sparserit et nigras alba senecta comas; arab. ذرا sparsit, med. Kesr. canuit anteriore capitis parte pr. conspersus est canis capillis, inde أذرا f. ذرآ sincipite canescens, ذرأة canities sincipitis, v. quae laudat Dschauh. in spec. Scheidiano p. 88, it. ذرّ sparsit, et canuit in sincipite. (In reliquis linguis semiticis haec radix rarioris usus est. Arabes verbo زرق utuntur tantum in re chirurgica de clystere iniiciendo, von Einsprützungen in den After, v. Avic. ap. Castell., unde مزرقة syringa, instrumentum chirurgicum. In Targg. vel retinetur זְרַק, vel pro eo ponitur דְּרַק Iob. II, 12 et Ex. XXIV, 6. XXIX, 20 Ion. Syr. ܙܪܩ dispersit Ephr. I, 523. In Vers. Sam. ברק Ex. XXXVI, 36 est pro hebr. יָצַק).

מִזְרָק m. pl. מִזְרָקִים Zach. XIV, 20, cstr. מִזְרְקֵי Am. VI, 6, saepius מִזְרָקוֹת c. suff. מִזְרְקֹתָיו Ex. XXVII, 3 pr. *vas unde spargitur* (sanguis victimarum), *phiala* s. *patera sacrifica* Num. IV, 14. VII, 13. 19. 25 sqq. Ex. XXXVIII, 3. 1 Reg. VII, 40. 50. 2 Reg. XXV, 15. 2 Chr. IV, 11. 22. Jer. LII, 18. 19. De cratere vini Am. l. c. LXX ferme ubique φιάλη. Arabs Erp. Num. VII, 13 sqq. retinuit مزرق, sed alia eius vc. auctoritate in lingua arabica caremus.

I. זָרַר pr. *sparsit* i. q. arab. ذرّ, vic. radd. זָרָה, זָרַק, זָרַע. Inde

Po. זוֹרֵר *sternutavit*, quod fit muci particulas e naribus dispergendo (ita gr. lat. πταίρω, πταρνύω, *sternuo* itidem a spargendo, cf. σπορέω, σπείρω, sanscr. *sri*, *stri* spargere). 2 Reg. IV, 35: וַיְזוֹרֵר הַנַּעַר עַד שֶׁבַע פְּעָמִים *et sternutavit puer septies.* (Cf. chald. זְרִיר quod Iob. XLI, 9 Targ. Venet. habet pro hebr. עֲטִישֹׁת). Recte propterea Kimchius laudato Iobi loco אשתרנודר i. e. sternutatio. Targ. vulgo אתמזרק, sed rectius Venet. אתמקק, Reg. אתמקמק, quod idem Targ. ponit etiam Iob. l. c. pro hebr. עֲטִישֹׁת. — Vulg. *oscitavit*, Syr. ܐܬܦܬܚ id. ex mera coniectura. Arabs (qui in hac libri parte ipsa hebraea expressit): شرر بعينيه nictavit oculis suis, coll. arab. زرّ mordere, arcte oculos comprimere (v. no. II). In eandem sententiam incidit nulla Arabis mentione facta Michaelis in suppl. p. 653, sed non est quod a priore illa interpretatione recedamus.

II. זָרַר rad. inusit. i. q. arab. زرّ constrinxit, ut fibulis, infibulavit vestem, praeterea momordit, arcte compressit oculos, vellicavit pilos, vic. rad. אָזַר no. I, neque non צָרַר et צור. A quadrilittero זַרְזִיר (v. זַרְזִיר) apud Chaldaeos et Zabios ortum est novum trilitterum זְרַז, cinxit.

זֵר m. *limbus*, *margo* (a constringendo et cingendo dictus) mensae, arcae foederis Ex. XXV, 11. 24. 25. XXX, 3. XXXVII, 2. 11. 12. 26. Cum suff. זֵרוֹ XXX, 4. XXXVII, 27. (Respondet syr. ܙܪܐ torques, collare: quod vero arabico زرّ limbi, marginis, orae potestatem tribuunt Giggeius et Castellus, id valde suspectum, quum nil tale habeant Lexicographi domestici).

זַרְזִיר (verbale a Pilp. זִרְזֵר) *constrictus*, *cinctus*, semel legitur Prov. XXX, 31, ubi inter quattuor animantia pulchra incessu memoratur: זַרְזִיר מָתְנַיִם *succinctus lumbis*, quibus verbis describi videtur *equus bellator* fibulis lorisque in lumbis ornatus (cuius generis plures in anaglyphis Persepolitanis conspiciuntur), cf. arab. محبوك adstrictus sec. Firuzabadium i. q. الفرس القوى equus fortis, et *succinctus veredus* Mart. 14, 86. Ita post Junium, Tremellium et Fullerum (miscell. sacr. 5, 12), Bochartus in Hieroz. I, p. 103, Alb. Schultens ad Prov. l. c., Rosenmuellerus ad Boch. et ad Prov. et recentiores plerique. Ex veteribus intpp. plerique *gallum gallinaceum* intelligunt, ita dictum ab animo acri et alacri, quo militis instar ad pugnam accincti inter gallinas incedat. LXX. ἀλέκτωρ ἐμπεριπατῶν θηλείαις εὐψύχως. Aqu. Theod. ἀλεκτρυὼν νώτῳ. Vulg. gallus succinctus lumbos, et ita etiam Targ. Syr. Arabs, Josephus Kimchi al. Sed hoc longius petitum, nec melius, quod alii *canem gallicum* s. *leporarium*, *vertagum* (Windhund) interpretantur, utpote lumbis constrictis i. e. tenuibus praeditum (Gr. Venet. λαγωοκύων, Kimchius, Levi ben Gerson, Dav. Kimchi, Luth.: Wind von guten Lenden): alii apud Aben Esram *aquilam*, adeoque *apem*, cuius lumbi cincti, i. e. insecti sint. Ludolfus in hist. aethiop. 1, c. 10 p. 150 et Simonis in peculiari exercit. ad calcem Arcani form. p. 688 sqq. *Zebram* intelligunt dictum a striis s. fasciis quibus totum eius corpus ornatum est, quod tamen animal, utpote interiori Africae proprium, in illa quaternione non exspectaveris, cui accedit quod haec asini silvestris species non lumbos, sed universum corpus habet striatum, et a gressu superbo vix celebrari potest. Plura dabunt Fullerus, Simonis l. l. c. q.

זֶרֶשׁ n. pr. uxoris Hamani. Esth. V, 10. VI, 13. Simonis in Onomast. p. 587 *stellam Veneris* interpretatur coll. pers. زرواش، زواش، زاوس et praeterea confert

Ζαρῶγιν, quae teste Hesychio est *Ἄγγελος Περσικός*. Malim cum Bohlenio (symb. p. 36) conferre pers. زر *ser* aurum, addita terminatione ش (cf. כַּרְכְּמִישׁ): sed ne huic quidem coniecturae multum tribuendum est.

זַרְזִיר *spithama* v. rad. זָרָה.

זָרַע rad. inusit. fortasse i. q. aram. דְּתָא = דְּשָׁא germinavit, unde

זַתּוּא n. pr. viri Esr. II, 8. X, 27. Neh. VII, 13. X, 15.

זֵתָם n. pr. v. sub rad. זַיִת.

זֵתַר (fort. i. q. שְׁתַר stella) n. pr. eunuchi Xerxis Esth. I, 10.

ח

Cheth חֵית, octava Hebraeorum littera, ubi numeri nota est i. q. *octo*. Nomen huius elementi, cuius figura in monumentis phoeniciis et in nummis Hebraeorum est 𐤇 𐤇 (unde Graecorum *H*), probabiliter *septum* notat, a rad. حاط, سَلَحَ circumdedit, cinxit, ח et ט inter se permutatis. Respondet nomen litterae aethiopicae ሐ *Haut*. Ewaldus (gr. hebr. p. 16) huius litterae nomen ducit a „ܚܝܬܐ חֲיָתָא pera a حات circumdare", sed neque talmud. חֲיָתָא Buxt. p. 748 sacculus, uter (nimirum cibarius victui ferendo, a rad. חיה) repetitur a حات, neque hoc circumdandi potestatem habet, sed circumvolitandi: male autem tam recentis auctoritatis vocabulum antiquissimae litterarum appellationi adhibueris.

Quod ad pronunciationem attinet, haec littera inter gutturales durissima, antiquitus modo lenius prolata esse videtur, instar duplicis *h*, modo durius fortiusque instar litterarum *kh*, quod quidem duplex elementum Arabes et Aethiopes duabus figuris postea discreverunt, nimirum ح, ሐ (Haut) = *hh* et خ, ኀ (Harm) = *kh* (quanquam apud Aethiopes postea hoc discrimine denuo neglecto et pronunciatione emollita utrumque *h* pronunciatur), eamque ob causam eadem radix hebraea in lingua arabica saepe dupliciter scribitur, ut רָצַח interfecit, arab. رضح et رضخ confregit, comminuit. Saepius tamen variae unius radicis hebraeae significationes in lingua arabica hac duplici pronuntiandi ratione distinguuntur, ut חָלַק 1) laevis fuit (arab. حلق trans. laevem, calvum fecit, totondit); 2) laevigavit, formavit, finxit (arab. خلق finxit, creavit); חָלַל 1) perforavit (arab. خَلَّ Conj. I. V.); 2) aperuit, solvit (arab. حَلَّ), v. radd. חָבַב, חָבַט, חָרַם, חָרַשׁ. Cf. Lgb. p. 16, Gramm. §. 6, 2 not.

Ex duplici illa pronunciatione porro explicandum, quod LXX interpretes aliique scriptores graeci in nominibus propriis ח Hebraeorum aliorumque Semitarum modo litteris durioribus *χ* et *κ* exprimunt, modo spiritu aspero, lenique adeoque mera vocali, v. c. חָם *Χάμ*, חָרָן *Χαῤῥάν* gr. *Κάῤῥαι*, פֶּסַח *φασέκ* 2 Par. XXX, 1, טֶבַח *ταβέκ* Gen. XXII, 24, חֲלַח *Καλαχηνή* Strab., חוּבָה *Χωβά*, et contra חֶרְמוֹן *Ἀερμών*, חָרָן *Αὐράνιτις*, Jos., חַוָּה *Εὔα*, חִוִּי *Εὐαῖος*, חָפְרַע *Οὐαφρή* (*Οὐαφρὶς* Maneth.), מָשִׁיחַ *Μεσσίας* in N. T., חַזָּאֵל *Azelus* Justin. 36, 2 (cf. in punicis חַנִּיבַעַל Hannibal, gr. *Ἀννίβας*): adeoque in eodem nomine utraque nobis pronunciandi ratio occurrit, ut רָחָב *Ῥαχάβ* et *Ῥαάβ*, חַבּוֹר *Χαβώῤῥας* et *Ἀβόρας* al. (v. Bocharti Hieroz. III. p. 264), ut facile intelligas, quomodo factum ut nomen syriacum חַלְפַי in N. T. modo *Ἀλφαῖος* scribatur Matth. X, 3, modo *Κλεωπᾶς* Joh. XIX, 25 cf. Lightfooti Comment. ad Act. I, 13. Eadem est ratio radicum vocabulorumque hebraeorum, quae linguis semiticis cum indo-europaeis communia sunt, v. c. חרק *χρίζω* (rad. *χριγ*), חָרַשׁ, חָרַת *χαράσσω*, *χαράττω*, חָרוּץ *χρυσός*, חָלָה *κηλέω*, חֹם cf. *γάμος*, חָשַׂף transp. scabo, *σκάπτω*, et contra חֵלֶב *ἀλείφω*, חָמַל *ὠμαλός* et *ἀμαλός*, חֶרֶב *ἅρπη*, חָנַק *ἄγχω*, *ango*, חוֹחַ *ὄγκος*, *uncus*, חָזַק et חָשַׁק *ἴσχω*.

Cum aliis litteris non ita saepe permutatur. Permutatur tamen 1) cum aliis gutturalibus, maxime ה v. pag. 359, rarius cum א p. 2, et ע, vide חָשַׁק عشق adhaesit, חָנַק et עָנַק angustus fuit, רָעֵב et ረኀበ: esurivit, חָמַס et ዐመፀ: iniuriam fecit, cf. Hitzig ad Jes. VI, 30. 2) vicinum est palatinis a) litterae ג cf. חוּל, גִּיל et גּוּל in orbem ivit, חָדַר et גָּדַר, חָצַץ, חָזָה et גָּזַז, חָרִיץ, syr. ܓܒܬܐ caseus; b) litterae כ, cf. חָמָה et כָּמַהּ, חָבַר, כָּבַר, גָּבַר, חָבַל, כָּבַל, גָּבַל; זָכַר et ዘከረ: monumentum sepulcrale; c) litterae ק, ut זָרַח شرق ortus est sol, בָּקַשׁ بحث quaesivit, קָצַר ኀጸረ: brevis fuit. 3) sibilantibus, חָלַק et צָלַח lapsus est, lubricus fuit, חָבַט aeth. ሀጠጠ: decussit, excussit.

Passim, pariter atque א et ה, trilitteris praemissum quadrilitteris formandis inservit, v. חַרְגֹּל, חֲנָמַל, חֲבַצֶּלֶת, Lgb. 865. Bocharti Hieroz. II, p. 580.

חָבָא in Kal innsit h. q. חָבָה absconditi. Arab. خبا I. II. abscondit, occultavit, V. VIII. pass., v. Dschauhari in Scheidii spec. pag. 61, it. خبا exstinxit (pr. abscondit) ignem, X. occultavit se. Aeth. ኀብአ: id. Cognatae sunt radd. חָבָה, חָפָה, חָפַף et origo est in *tegendo*, cf. خفا I. IV. occultavit, pr. texit.

Niph. נֶחְבָּא, inf. הֵחָבֵא, הֵחָבֵה 1 Reg. XXII, 25. 2 Reg. VII, 12, semel נֶחְבָּה Jer. XLIX, 10 *abscondit se, latuit* Gen. III, 10. Iud. IX, 5. 1 Sam. XIX, 2. Jer. XLIX, 10. Dan. X, 7. Iob. XXIX, 8: רָאוּנִי נְעָרִים וְנֶחְבָּאוּ *videbant me iuvenes et abscondebant se* i. e. retro cedebant, reverentia et pudore pleni, et similiter Comm. 10: קוֹל נְגִידִים נֶחְבָּאוּ *vox principum abscondebat se* i. e. conticiscebat, vocem continebant proceres verecundia atque modestia ducti. Locus, in quo quis occultatur, ponitur praevio בְּ Jos. X, 16. 2 Sam. XVII, 9. 2 Reg. VII, 12. Am. IX, 3, quem petit se absconditurus, praevio אֶל 1 Sam. X, 22 (cf. Jos. X, 27 et II, 16, ubi cstr. c. שָׁם et שָׁמָּה). Sq. inf. vim habet adverbii *clam* (ut λανθάνω sq. part.) Gen. XXXI, 27: לָמָּה נַחְבֵּאתָ לִבְרֹחַ *quare clam aufugisti?* Semel est i. q. *tutum esse* a periculo, nostr. *geborgen seyn*. Iob. V, 21: בְּשׁוֹט לָשׁוֹן תֵּחָבֵא *a flagello linguae tutus eris.*

Pu. id. pr. *ad occultandum se coactus est* Iob. XXIV, 4.

Hiph. הֶחְבִּיא *occultavit* Jos. VI, 17 (ubi הֶחְבְּאָתָה est 3 praet. f. cum He parag. pro הֶחְבִּיאָה) 25. 1 Reg. XVIII, 13. 2 Reg. VI, 29. Jes. XLIX, 2. — *Hoph.* pass. Jes. XLII, 22 (sq. בְּ loci).

Hithp. i. q. Niph. Gen. III, 8. 1 Sam. XIV, 11. XXIII, 23. 2 Reg. XI, 3. 1 Par. XXI, 20. 2 Par. XXII, 12, sq. בְּ loci 1 Sam. XIII, 6. XIV, 22. 2 Par. XXII, 9, et omisso בְּ Iob. XXXVIII, 30: כָּאֶבֶן מַיִם יִתְחַבָּאוּ *sicut lapide abscondunt se aquae.*

מַחֲבֵא m. *latibulum.* Jes. XXXII, 2: מַחֲבֵא־רוּחַ *latibulum in quo tuti sunt a vento.* Symm. ἀποκρυφὴ ἀπὸ πνεύματος.

מַחֲבֹאִים m. pl. *latibula.* 1 Sam. XXIII, 23.

חָבַב *amavit*, semel legitur Deut. XXXIII, 3: אַף חֹבֵב עַמִּים *etiam amat tribus* (Deus). Ita omnes Verss. vett., etiam Alex., quanquam hic liberius: καὶ ἐφείσατο τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Arab. حَبَّ I. III. X. id. حُبّ, حِبّ et حِبَّة amor, مَحْبُوب amatus, melit. *khabb*, syr. ܚܒ Pe. et Pa. Originem nuper Fäsius posuit in tegendo, protegendo, cf. חָבָא, חָבָה, חָפַף, unde sit etiam חֹב gremium; equidem malim in fovendo s. calefaciendo, quod fit afflatu calido, nostr. hegen und pflegen, insbesondere durch wärmenden Anhauch, cf. هَبَّ flavit, spiravit, it. libidine actus est, et plura de vi et potestate syllabae חב, הב, אב s. v. הָבַל p. 362. 363. Manifestum huius originis vestigium est in syr. et sab. ܚܒ exarsit ignis, ܡܚܒܐ incendium, ardor, nimirum a sufflando.

חֹב c. suff. חֻבִּי *sinus, gremium*, in quo fovemus Iob. XXXI, 33. Chald. חוּבָּא, חוּבָה, חֻבָּא id., sam. ℵℑ id.

חֹבָב (dilectus) n. pr. soceri Mosis Num. X, 29. Iud. IV, 11, qui alibi יֶתֶר, יִתְרוֹ appellatur, v. h. v.

חָבָה i. q. חָבָא *abscondit.* Semel intrans. חֲבִי *absconde te* Jes. XXVI, 20.

Niph. inf. הֵחָבֵה, v. חָבָא.

Saepius haec verbi forma comparet in cod. Sam., ut אחבה pro אֶחָבֵא Gen. III, 10, יתחבה pro יִתְחַבֵּא III, 8, et נחבת pro נַחְבֵּאתָ XXXI, 26.

חוֹבָה (latibulum) n. pr. oppidi a sinistro i. e. a septentrione Damasci, semel legitur Gen. XIV, 15, cf. Χωβὰ Judith XV, 5 et IV, 4 (ubi tamen equidem scribere malim Χῶρα i. e. *el-Ghor*, Syr. ܚܘܒܐ). Eusebius in Onomast. v. Χωβά hoc oppidum idem esse putat atque Κωχάβη, Χώχαβα, quod est Batanaeae oppidum, Nazaraeorum et Ebionitarum sedes (Epiphan. adv. haeres. p. 123. 126. 142. 291. Euseb. h. eccl. 1, 7); sed male, quum hoc ab austro Damasci situm sit et satis magno spatio ab ea distet, illud a septentrione; et minus etiam ferendum, quod Relandus (Palaest. pag. 727) Chobam *Caucabam* (كوكب) esse suspicatur, arcem in monte, qui Tiberiadi impendet (v. Schult. ind. ad vit. Salad. v. *Caucheba*) atque Grimmius (in mappa Palaest.) Chobam facit *Kaukabam* vicum ab austro Damasci (Burckhardt itin. II, 548). Quod vero Troilo (oriental. Reisebeschr. p. 581) a septentrione Damasci memorat vicum hodie superstitem *Choba*, id mihi valde suspectum, quum eundem faciat Ebionitarum sedem, et alii (v. Bueschingii Erdbeschr. p. 368 ed. 3) hunc locum *Jobar* appellent.

חֲבַיָּה (quem Jehova occultat i. e. tuetur) n. pr. viri Esr. II, 61 pro quo חֳבַיָּה Neh. VII, 63.

חֶבְיוֹן m. *velamen* Hab. III, 4.

יְחֻבָּה (absconditus i. e. protectus, verbale Pu.) n. pr. viri 1 Par. VII, 34.

נַחְבִּי (occultus, verbale part. Niph.) n. pr. viri Num. XIII, 14.

חָבַט fut. יַחְבֹּט fuste *decussit, excussit* a) poma olivasque de arbore Deut. XXIV, 20. Jes. XXVII, 12, b) frumentum excussit baculo Iud. VI, 11. Ruth II, 17. (Arab. خبط I. VIII. fuste decussit folia ex arbore, خَبَط folium decussum. Latius patet apud Syros et Chaldaeos ܚܒܛ, חֲבַט, quod non solum ponunt pro hebr. חָבַט, sed etiam pro concussit Marc. IX, 18. 20 Pesch. Aeth. hac significatione habent ዘበጠ:, ח in sibilum mutato).

Niph. pass. Kal litt. b. Jes. XXVIII, 27.

חָבַל fut. יַחְבֹּל Deut. XXIV, 6, saepius יַחֲבֹל Ex. XXII, 25. Deut. XXIV, 17, pl. יַחְבֹּלוּ, in Pausa יַחֲבֹלוּ Iob. XXIV, 3. 9.

1) *ligavit*, *funem adstrinxit*, *contorsit*, unde חֶבֶל funis. (Arab. حَبَلَ fune strinxit; quae verbi significatio abest quidem a Golio, sed vide Firuzabad. p. 1219, it. retia tetendit, حَبْلٌ funis, chorda, vinculum, it. frenum, حِبَالَةٌ, حِبَالَةٌ rete, decipula. It. خَبَلَ fut. O. ligavit. Cognatae radd. sunt כָּבַל, נָבַל, it. ר et ר permutatis חָבַר, כָּבַר, גָּבַר, atque media radicali emollita חול, cf. p. 393 A). Part. חֹבֵל pr. constringens, colligans, poët. pro *fune*. Ita intelligendum nomen parabolicum baculi s. pedi חֹבְלִים Zach. XI, 7. 14 nimirum *pedum ligaminum s. funium*, i. e. foederis, quo fracto irritum fit foedus fraternum Comm. 14. Cf. arab. حَبْلٌ foedus, حَبَلَ foedus iniit. Lud. de Dieu: „Nos vertimus *foederatos*. Nam حبل non modo *funem*, sed et in Alcorano saepe *foedus* significat [v. c. حبل الله Cor. 3, 97, plur. حبال Cor. 20, 69], quia solennis Orientalibus ritus est, funem nectere seu nodare, quum foedus ineunt, quod عقد dicunt Arabes, et eundem rursus enodare, seu nodum dissolvere, quum foedus frangunt, quod نقض ipsis dicitur.“ Ex vett. Alex. Symm. Aqu. σχοίνισμα, Vulg. *funiculi*, ex recentioribus ita Calvinus, Fullerus (Misc. 6, 17) al., quorum nonnulli tamen חֲבָלִים legunt, praeter necessitatem. Alii, ut Buxtorfius in vindd. p. 557, interpretantur: (baculus) *perdentium* (v. Pi. no. 2) vel *dolore afficientium* (v. Pi. no. 1) i. e. irae et severitatis, opp. baculo נֹעַם i. e. gratiae et clementiae, Luth. *der Stab Wehe* (opp. Stab *Sanft*): sed prorsus invita orationis serie, ex qua apparet, hunc baculum pariter atque priorem beneficiorum divinorum, non poenarum symbolum esse. Varias veterum et recentiorum interpretationes collegit et diiudicavit Jo. Ge. Abicht in diss. de baculo iucunditatis et corrumpentium, Lips. 1704, repetita in Thes. theol. philol. novo I, p. 1092 sqq.

2) *pignore obligavit* aliquem, nostr. jemanden *pfänden* (cf. germ. *Pfand*, germ. inf. *Pand*, lat. *pignus*, quae eiusdem originis esse atque *binden*, *Band* dudum monstrarunt Etymologi, v. Adelungium III p. 705. Arab. خَبَلَ mutuo dedit, خَبْلٌ aes alienum, foenus, v. Kamus. p. 1434, syr. ܚܒܘܠܐ debitum, usura, foenus, chald. חֲבוּלְיָא). Inde a) *pignus accepit* vel potius *abstulit* ab aliquo. Iob. XXII, 6: כִּי תַחְבֹּל אַחֶיךָ חִנָּם *nam pignora abstulisti a fratribus tuis gratis* i. e. temere, praeter ius et legem. Prov. XX, 16. XXVII, 13. b) *cepit*, *abstulit* rem *pro pignore* c. acc. rei. Deut. XXIV, 6: לֹא יַחֲבֹל רֵחַיִם *ne capiat pro pignore molam*. Comm. 17. Exod. XXII, 25. Iob. XXIV, 3. Ez. XVIII, 16. Eodem pertinet Iob. XXIV, 9: וְעַל עָנִי יַחְבֹּלוּ pro וַאֲשֶׁר עַל עָנִי יַחְבֹּלוּ quae super pauperem sunt i. e. vestes pauperis *pro pignore auferunt*, v. עַל no. 1, a, α, Am. II, 8: בְּגָדִים חֲבֻלִים *vestes pro pignore ablatae*.

3) *pervertit*; et intrans. *perversus*, *pravus fuit*; *prave egit* i. q. שִׁחֵת, הִשְׁחִית. (Syr. Pa. prave egit. Aethiop. ሕብል: fraus, dolus, ሐብለየ: defraudavit, pr. perverse egit). Neh. I, 7: חֲבֹל חָבַלְנוּ לָךְ *prave egimus in te*, quae optime reddidit Arabs: إِنْ أَفْسَدْنَا أَفْعَالَنَا بَيْنَ يَدَيْكَ *ecce prava fecimus opera nostra ante te*. Iob. XXXIV, 31: אֶל אֵל הֶאָמַר נָשָׂאתִי לֹא אֶחְבֹּל *Deo dicendum est: pertuli* poenas lui *non* amplius *prave agam*. R. Levi: לא אשחית non perdite agam, et ita Kimchi, Sal. ben Melech, ex recentioribus Mercerus, Grotius, Rosenmuellerus al. Vide Pi. no. 2, in quo haec significatio frequentior. Sunt, ut Gussetius in Lex. pag. 443. 444, Alb. Schultensius ad Iob. l. c., quibus nuper accessit Hengstenbergius (Christol. II, p. 232), qui *prave agendi* significatum coniugationi Kal abiudicent, et utrique loco *pignerandi* potestatem adhibeant, modo diverso. Apud Neh. l. c. Gussetius proprie exponit: *pignora cepimus tibi*, quod in lege vetitum, Schultensius: *pignore tibi obstricti tenemur ad poenas*, Iob. l. c. Gussetius Deo haec verba tribuens: *condonavi*, *non capio pignora*, Schultensius verba Iobo tribuens (quod praestat): *num Deo dicere licet: accepi cuius pignus non cepi* i. e. quanquam pignore (i. e. crimine, iniuria) ad poenam luendam obligatus non sum, coll. dictione Arabum كل نفس بما كسبت رهينة omnis anima in eo quod patrat pignerata est (Cor. 74, 41), et aliis, velut: omnis homo morti est pigneratus, omnis maleficus pigneratus est poenae. Omnia, si quid video, longius petita, neque ulla est causa idonea, cur huic coniugationi abiudicemus significationem, quae ex primaria radicis potestate facile profluit (vide observationem etymol.), in Pi. et manifesta est et satis frequens, et praeterea Aramaeorum usu firmatur, cf. ad Pi. Ni., חֲבַל no. 3, et chald. חֲבוּלָה prave factum).

Niph. pass. Pi. no. 2 *perditus est*, *pessum ivit*. Prov. XIII, 13: *qui spernit verbum* admonitionis יֵחָבֶל לוֹ *perdetur sibi*. Opp. יְשֻׁלָּם. Ad לוֹ cf. נִגְזַרְנוּ לָנוּ Ez. XXXVII, 11. Sed Schultensius: *ei oppignerabitur* sc. ad poenam, quod non placet, v. ad Kal no. 3. Praeivit tamen quodammodo Vulg. *ipse se in futurum obligat*.

Pi. 1) i. q. Kal no. 1. *torsit*, inde *cum tormentis et doloribus enixa est*, *peperit* (cf. חָבַל et cogn. חוּל, חִולֵּל). Cant. VIII, 5: שָׁמָּה חִבְּלַתְךָ אִמֶּךָ *ibi te enixa est mater tua*. Metaph. peperit (calamitatem) Ps. VII, 15. (Syr. ܚܰܒܶܠ, Ethpa. ܐܶܬ݂ܚܰܒܰܠ id.). Quum Ps. l. c. sequatur הָרָה concepit, Michaelis in suppl. 657 ad tollendum ὕστερον πρότερον חִבֵּל idem valere censet quod arab. حَبِلَ concepit, cuius tamen significationis in usu Hebraeorum nullum vestigium exstat.

2) *evertit*, *disturbavit*, *disiecit* (um- und umwenden, zerstören), inde *vastavit* vineam Cant. II, 15, terram

Jes. XIII, 6. LIV, 16. Mich. II, 10, *perdidit* homines Jes. XXXII, 7: לְחַבֵּל עֲנָוִים בְּאִמְרֵי שֶׁקֶר *ad perdendum miseros verbis fraudulentis*. Eccl. V, 5: וְחִבֵּל אֶת־מַעֲשֵׂה יָדֶיךָ *et* (quare) *perdat* Deus *opus manuum tuarum?* (Chald. Pa. id., חֲבָל laesio, חֲבַל noxa, v. infra, חִבּוּלָא laesio, damnum, חַבָּלָא, מְחַבְּלָא, מְחַבְּלָנָא vastator, spec. angelus vastator i. q. מַשְׁחִית. Syr. ܚܒܠ destruxit, perdidit. Ethpa. pass., ܚܒܠܐ corruptor, ܚܒܠܐ interitus, exitium, ܡܚܒܠܢܐ, ܡܚܒܠܐ perdens, corruptor, cf. de Nasoraeis Norberg. p. 61. Ex lingua arabica huc pertinet خَبْلٌ et خَبَلٌ corruptio membrorum, debilitas in uno corporis latere, الخابل corruptor, Satanas, خَبِلَ vitiata, corrupta est manus, it. mente alienatus est, demens fuit, nostr. verrückt seyn. Dicitur igitur de depravatione physica membrorum, et metaphysica mentis).

Pu. pass. Pi. no. 2. Jes. X, 27: וְחֻבַּל עֹל מִפְּנֵי שָׁמֶן *et evertitur* excutitur *iugum propter pinguedinem* iuvenci, excutit Israël iuvenci pinguis et lascivi instar Assyriorum iugum (cf. ad metaphoram Deut. XXXII, 14. Hos. IV, 16). Iob. XVII, 1: רוּחִי חֻבָּלָה *spiritus meus destructus est* i. e. vis vitalis periit, exhausta est.

Plerique, ut Simonis, Eichhornius, Winerus, in verbo חָבַל duas radices coaluisse statuebant pro diversa litterae ח appellatione, alteram ligandi, torquendi, pignerandi significatione (v. Kal no. 1. 2. Pi. no. 1, cf. חֶבֶל, חֵבֶל al.), alteram corrumpendi (v. Kal no. 3. Niph. Pi. no. 2). Sed ex orthographia Arabum hanc causam minus recte diiudicari, et radd. حبل et خبل ex eodem fonte profectas esse, vel ex eo apparet, quod arab. خَبْلٌ aes alienum, foenus, utpote ad pignerandi significatum pertinens, per خ scribitur. Fuerunt quoque, qui hoc intelligentes de utraque significatione concilianda cogitarent, quanquam diversas rationes ingressi, velut Abicht l. c. p. 1100, qui *perdendi* significatum ab *irretiendo*, *illaqueando* ducit (cf. Hengstenberg Christol. II, 233), Faesi in philol. Jahrbb. IV p. 170, qui eundem a *dolendi* vi repetit. Quid nobis placeat, supra diximus, ad Kal no. 3. Pi. no. 2. Etenim ad notionem ligandi et torquendi cum cognatis (*binden*, *pfänden*, sich *winden*) prope accedit *vertendi* (*wenden*), inde *pervertendi*, *evertendi* potestas, quae ad nonnullos locos (Jes. X, 27) accommodatior est, quam, quae vulgo fertur, *corrumpendi*: *pravitas* autem (Kal no. 3) a *perversitate* dicta est, cf. עָוֶל, עַוָּל, quae fortasse (litteris mitigatis) eiusdem originis sunt.

חֲבַל chald. in Pe. inusit.

Pa. i. q. hebr. Pi. no. 2. 1) *evertit* (templum) Esr. VI, 12 (arborem) Dan. IV, 20. In Targg. saepe. 2) *laesit* (in corpore) Dan. VI, 23.

Ithpa. eversum est regnum Dan. II, 44. VI, 27. VII, 14.

חֲבָל chald. *laesio* Dan. III, 25.

חֲבָל chald. id. *noxa* Esr. IV, 22. Syr. ܚܒܠܐ id.

חֵבֶל in sing. semel Jes. LXVI, 7, pl. חֲבָלִים estr. חֶבְלֵי m. *tormenta*, *dolores*, spec. parturientium, ὠδῖνες, v. rad. Pi. no. 1. (Syr. ܚܒܠܐ id. Dolor s. tormentum dicitur a torquendo, constringendo, cf. אֵלָם no. 1, חִיל no. 3, חִרְצֵב, arab. حِيَاصَةٌ constrictio, it. dolor). Jes. XIII, 88. XXVI, 17. Jer. XIII, 21. XLIX, 24. בָּאוּ חֲבָלִים לְ dolores invadunt aliquem (aliquam). Jes. LXVI, 7. Jer. XXII, 23. Hos. XIII, 13. — Iob. XXXIX, 3 de cervis parientibus: חֶבְלֵיהֶם תְּשַׁלַּחְנָה (ubi) *dolores suos abiiciunt* i. e. cum doloribus pullos edunt. Schult. ad h. l. „Apud Graecos nil tritius. Euripid. Jon. 14: λαθραῖον ὠδῖν' εἰς θεοῦ ῥίψαι δόμον, item Aeschyli Agam. 1427 [1418 Schütz.]: ἔθυσεν αὐτοῦ παῖδα, φιλτάτην ἐμοὶ ὠδῖνα. Apud Arabes idem multo frequentissimum. In Div. Hud. الاحبال بمسقطة اتيتهم ingruo in eos malo, quod dolores facit prolabi, similiter in Hamasa احبالها الحواص تبيل داهية calamitas, quae mejere facit matronas dolores suos i. e. iis foetus abortivo partu excutit.“ Adde Pind. Olymp. 6, 51: κρύψε δὲ παρθενίαν ὠδῖνα κόλποις. — De aliis doloribus semel Iob. XXI, 17.

חֶבֶל m. (semel f. Zeph. II, 6) c. suff. חֶבְלוֹ Iob. XVIII, 10, pl. חֲבָלִים cstr. חֶבְלֵי Ps. XVIII, 5. 6. CXVI, 3. CXIX, 61. Jos. XVII, 5, sed cum ב praef. בְּחַבְלֵי Hos. XI, 4. Jes. V, 18. Prov. V, 22. Iob. XXXVI, 8. Esth. I, 6

1) *funis*, *funiculus*. (Arab. حَبْلٌ, syr. ܚܒܠܐ, aeth. ሐብል: id. Respondet gr. κάμιλος i. e. rudens Suid. Phavor. Schol. ad Arist. Vesp. 1030, lat. *copula*, nostr. Koppel, koppeln, gall. *cable*. Non erat quod vc. graecum modo memoratum et Grammaticorum auctoritate firmatum reprobarent nonnulli, v. intpp. ad Matth. XIX, 24. Passov. Lex. 1, 779, neque adeo absurdi erant intpp. apud Theophyl. Euthymium cet. qui etiam κάμηλον ap. Matth. l. c. de rudente explicarent). Jos. II, 15. 1 Reg. XX, 31. 32. Jer. XXXVIII, 6. 11. 13. Esth. I, 6. Ez. XXVII, 24, de funibus tentorii Jes. XXXIII, 20, navis XXXIII, 23. חֶבֶל הַכֶּסֶף funis argenteus i. e. ex filis argenteis textus Eccl. XII, 6. Metaph. Jes. V, 18: *vae illis qui poenam attrahunt funibus peccati* i. e. qui peccato ceu fune attrahunt poenam. Hos. XI, 4: *funibus humanis eos attraxi*.

Spec. a) *funis mensorius* (plenius חֶבֶל מִדָּה Zach. II, 5). Am. VII, 17. Ps. LXXVIII, 55. 2 Sam. VIII, 2 (ubi minime cum nonnullis certa quaedam mensura intelligenda est). הִשְׁלִיךְ חֶבֶל proiicere funem mensorium Mich. II, 5. Inde α) *ager admensus, sorte alicui tributus*, ut fieri solet in hereditate distribuenda. Jos. XVII, 14. XIX, 9. Ezech. XLVII, 13, itaque *ager hereditarius* Ps. XVI, 6: חֲבָלִים נָפְלוּ לִי בַּנְּעִמִים *hereditas mihi contigit in*

regionibus amoenis, cf. Jos. XVII, 5. Ps. CV, 11: *faciam Cananaeam* חֶבֶל נַחֲלַתְכֶם *terram hereditariam vestram*. Ps. LXXVIII, 55. 1 Chr. XVI, 18. Deut. XXXII, 9: יַעֲקֹב חֶבֶל נַחֲלָתוֹ *Jacob est hereditas eius* (Dei). Inde β) universe *tractus terrae*, Jos. XIX, 29. חֶבֶל אַרְגֹּב Deut. III, 4. 13. 14. חֶבֶל הַיָּם tractus maritimus Zeph. II, 5. 6. — γ) *laqueus*, *pedica*. (Arab. حَبْل id., حِبَالَة, حُبَالَة decipula, rete. Lebid. 55, حَبَلَ I. VIII. retia tetendit, reti cepit). Ps. CXIX, 61. CXL, 6. Iob. XVIII, 10. חֶבְלֵי שְׁאוֹל Ps. XVIII, 6. 2 Sam. XXII, 6, חֶבְלֵי מָוֶת Ps. XVIII, 5. CXVI, 3 laquei orci, mortis. Fingitur enim orcus venatoris instar laqueos tendere et insidias struere hominibus, cf. formulam arabicam: احتبل الموت في حبايله venata est eum mors in retibus suis, v. Tauriz. ad Ham. p. 504. Praeterea trita figura de *reti infortunii* s. calamitatis apud Hebraeos (Iob. XXXVI, 8: חַבְלֵי עֹנִי), Arabes et Graecos. SCHULTENS ad Iob. V, 6: „Sic poëta vetus in Div. Hudeil. فَلَلْتُمْ بِهَا حَبْلًا مِنَ ٱلدَّهْرِ حَابِلًا posuistis ei rete infortunii circumretiens. Notatum ibi a Scholiaste ...... dicitur rete retium de prodigioso infortunio, nec non homine vafro et scelesto, qui et serpens serpentium. In Lexico Golii habes حَبْل malum, intellige infortunium gravius, داهية, ut Gjauharius explicat.“ Cothurnus est Aeschyl. Prom. vinct. 1071: μηδὲ πρὸς Ἄτης θηραθεῖσαι Μέμψησθε τύχην, μηδὲ ποτ' εἴπη- Θ' ως Ζεὺς ὑμᾶς εἰς ἀπρόοπτον Πῆμ' εἰςέβαλε· .... εἰδυῖαι γαρ .... εἰς ἀπέραντον δίκτυον Ἄτης Ἐμπλεχθήσεσθ' ὑπ' ἀνοίας. Idem Agam. 366 dabit muris Trojae iniectum στεγανὸν δίκτυον et μέγα γάγγαμον Ἄτης παναλώτου. Iterum vers. 1124. 1125 δίκτυον Ἀΐδου, quamvis ibi aliud adhuc subsit, ob quod et Clytaemnestra ἄρκυς ἡ ξύνευνος, ἡ ξυναιτία φόνου vocatur, quippe quae fatali veste irretierit virum, ab adultero mactandum. Haec omnia habent aliquid proverbiale. Tritum quoque ἐντὸς ἀρκύων ἔχειν Lucian. I, 767, et ἐντὸς ἀρκύων γίνεσθαι p. 462. Plut. Lucull. p. 493. Eurip. Med. 1278. Philo. 982. 864. 629. Id Aeschylus cothurnate extulit Pers. 99: παράγειν βροτὸν εἰς ἀρκύστατα, ὅθεν οὐκ ἔστιν φυγεῖν cet.“ *Laqueos peccati* habes Prov. V, 22. — δ) funis, quo utuntur pro *freno* Iob. XL, 20.

2) *caterva* hominum (eine *Bande*, Rotte) 1 Sam. X, 5. 10. Cf. אֲגֻדָּה no. 3. LXX. χόρος.

3) *perditio*, *vastatio* (cf. Pi. no. 2) Micha II, 10, ubi bene Syr. et Vulg.

חֲבֹל m. *pignus* Ez. XVIII, 12. 16. XXXIII, 15, cf. rad. Kal no. 2.

חֲבֹלָה f. id. Ez. XVIII, 7.

חֲבוּלָה f. chald. *prave factum*, *scelus* Dan. VI, 23, v. rad. hebr. Kal no. 3.

חִבֵּל m. *malus nauticus*, ita dictus a funibus quibus religatur. Semel legitur Prov. XXIII, 34 de ebrio: *et eris sicut cubans in medio maris* כְּשֹׁכֵב בְּרֹאשׁ חִבֵּל *sicut cubans in capite mali nautici* i. e. in carchesio. Ita R. SAADIAS ap. Kimchium, SCHULTENSIUS, ROSENM. al. Possit etiam *funis magnus*, *funis ancorarius* intelligi, ut חִבֵּל sit forma intensiva pro חֶבֶל, חֹבֵל, et sententia sit: *eris ut iacens in capite funis ancorarii*, sed illud magis placet. Kimchius: „R. Jona interpretatur rem (int. sedem pensilem) ex funibus factam, natantem super aqua, ubi bituminant navem, et ex qua agnoscunt locum bituminandum: qui in ea iacet, in magno periculo est.“ Veteres intpp. omnes liberius reddunt. Vulg. sicut sopitus gubernator omisso clavo. Gr. Venet. ὡς καθεύδων ἐν κρατὶ χάλως. Chald. ut nauta dormiens in navi. Contextum minus perpendisse videtur Ewaldus (gr. hebr. p. 240), qui *orcum* intelligit, utpote *perdentem* (v. rad. no. 3).

חֹבֵל m. 1) *ligans* i. e. funis, v. Kal no. 1. — 2) (denom. a חֶבֶל funis nauticus) *nauta*. Ez. XXVII, 8. 27—29. רַב הַחֹבֵל princeps nautarum, nauclerus Jon. I, 6.

תַּחְבֻּלוֹת et **תַּחְבּוּלוֹת** pl. f. 1) *gubernationes* (denom. a חֶבֶל funis nauticus, חֹבֵל nauta) Iob. XXXVII, 12 (de nubibus Deo gubernante in coelo circumactis), maxime reipublicae Prov. XI, 14. 2) ars gubernandi, inde *consilium prudens*, in bonam partem Prov. I, 5. XX, 18. XXIV, 6, *consilium callidum* in malam partem XII. 5.

חֲבַצֶּלֶת f. Cant. II, 1. Jes. XXXV, 1 flos pratensis, quem modo *lilium* interpretantur vett. intpp. (LXX. Vulg. Targ. ap. Jes.), modo *narcissum* (Targ. in Cant. נרקום, lege נרקוס, Saad. Abulw. النرجس), modo *rosam* (Kimchi, Aben Esra, Gr. Venet. Luth.). Posterius protinus abiiciendum est, ח enim florem esse e bulbo pullulantem, arguit etymon, sive חֲבַצֶּלֶת conflatum putabis ex חָמֵץ acer et בָּצָל bulbus (Ewald. ad Cant. l. c.), sive ortum ex בָּצָל praemissa gutturali ח, quae saepius quadrilitteris formandis inservit (v. supra p. 436 B). Intelligi possit (cum IKENIO, de lilio Saronitico. Bremae 1728) *lilium*, quanquam huius alia appellatio exstat שׁוֹשַׁנָּה, vel (cum BOCHARTO in Hieroz. 1, 533. 34 et CELSIO in Hierobot. I, 488) *narcissus*; sed verum haud dubie dedit Syrus interpres ap. Jes., qui vocabulo harmonico reddit ܚܡܨܠܝܬܐ i. e. testibus Lexicographis Syris, quorum verba dedimus et explicuimus in Comment. ad Jes. l. c., *colchicum auctumnale*, flos pratensis isque auctumnalis, croco similis, coloris albi et violacei e bulbis venenosis proveniens.

חֲבַצַּנְיָה n. pr. viri Jer. XXXV, 3. Appellat. fort. lucerna Jehovae, a chald. בוציצא lampas et יָהּ, praeposito ח, v. חֲבַצֶּלֶת.

חָבַק 1) *implicuit, complicuit* (manus), de homine pigro. Eccl. IV, 5. (Arab. حبك pr. plexuit, inde contexuit, محبوك constrictus, inde fortis. Aeth. ሐቀፈ: i. q. hebr. litteris transpositis, b et p permutatis. In hebraicis vicinum est חָמַק). 2) *amplexus est* aliquem, c. acc. 2 Reg. IV, 16, absol. Eccl. III, 5.

Pi. חִבֵּק i. q. Kal no. 1. *amplexus est* Eccl. III, 5, sq. acc. Gen. XXXIII, 4. Prov. IV, 8. V, 20. Cant. II, 6: וִימִינוֹ תְּחַבְּקֵנִי *dextra eius me amplectitur.* VIII, 3, sq. dat. Gen. XXIX, 13. XLVIII, 10. *Amplecti rupem* Iob. XXIV, 8 et *amplecti stercus* Thren. IV, 6 dicitur pro his incumbere ceu lecto.

חִבּוּק m. *complicatio* manuum, quae inertium est. Prov. VI, 10. XXIV, 33.

חֲבַקּוּק (amplexus, similis forma est שַׁעֲרוּר) n. pr. *Habacuci* prophetae Hab. I, 1. III, 1. LXX. Ἀμβακούμ (Compl. Ἀμβακούκ) et ita hist. Bel. comm. 32 sq., quae forma orta est ex hebraea חֲבַקּוּק, duplici b in μβ mutato (cf. *Ambubaja* tibicina Hor. ex syr. אבוביא) et *K* depravato in *M* (v. Hieron. in praef. ad Hab.).

חָבַר pr. *ligavit, colligavit* (vic. rad. חָבַל, ubi vide, cf. כָּבַר et גָּבַר) v. Pi. Inde

1) *coniunxit*, sed in Kal intrans. *coniunctus est, cohaesit*, sq. אֶל Ex. XXVI, 3: *quinque aulaea sint* חֹבְרֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ *coniunctae inter se.* XXVIII, 7. XXXIX, 4; de alis Cherauborum Ez. I, 9. 11. Inde *consociatus est.* Gen. XIV, 3: כָּל־אֵלֶּה חָבְרוּ אֶל עֵמֶק הַשִּׂדִּים *hi omnes convenerunt consociati in vallem Siddim.* Part. pass. Hos. IV, 17: חֲבוּר עֲצַבִּים consociatus cum idolis. (Syr. ܚܒܰܪ consociavit. Aeth. ተሐበረ: et ተኃበረ: coniunctus, consociatus, concors fuit, አኃበረ: connexuit). Vide חָבֵר c. fem., חֶבֶר no. 1 et חֶבְרָה.

2) *fascinavit*, i. e. incantationibus et artibus magicis, quae nodis magicis ligandis exercebantur (lat. ligare ligulam, gall. nouer l'aiguillette), *vinxit* et *conclusit* aliquem (aliquid), gr. καταδέω (κατάδεσμος), βασκαίνω i. e. fascino (a fasci), nostr. *bannen*, i. q. *binden*, cf. plurima verba ligandi, quae in re magica usurpantur, ut arab. عقد السحر ligatio magica, مربوط magice vinctus (Germ. a Silesia fabr. p. 453), sam. ࠇࠁࠓ ligatio, incantationis species Num. XXIII, 23 cf. Castell. annot. samarit., aeth. አሠረ: vinxit in arte magica Lud. p. 340, opp. ፈትሐ: de solutione fascini Hen. cap. 8, v. intpp. ad Virg. Ecl. 8, 77. Millii dissertt. VIII §. 10. 14. Salmas. ad Solin. p. 766. — Ita Ps. LVIII, 6 de incantatore serpentum חוֹבֵר חֲבָרִים מְחֻכָּם, et Deut. XVIII, 11 post alia magiae genera: חֹבֵר חָבֶר, quod Pseudojon. explicat מְחַבְּרִין וְאָסְרִין חֵיוָן *qui vinciunt et fascinant serpentes.* Sunt, qui usum verbi nostri in re magica non a ligando ducant, sed a verbo arab. خبر scivit, quandoquidem sapiendi vcc. ad eiusmodi superstitiones transferuntur (cf. יִדְּעֹנִי, arab. طبّ, عرف): sed non est quod aliunde arcessamus, quod ipsa nostra radix offert, cui accedit quod Deut. Ps. ll. cc. speciale incantationis genus tantum non flagitant. Cf. ex derivatis חֶבֶר no. 2.

3) *virgis, lineis notatus est, virgulatus, variegatus est* (gestreift seyn). Arab. حبر II vestem striatam fecit, حِبَرة vestis striata, pass. حُبِر striata est cutis, nimirum verberum vestigiis vibicibusque notata. Kamus p. 491. Inde חַבּוּרָה vibex, et חֲבַרְבֻּרוֹת virgulae in pelle leopardi. Cf. Schult. ad Har. V, 156. 157. Vulgo etiam hanc radicis significationem a primo ligandi s. copulandi significatu secernunt, ita ut Eichhornius tres, Winerus duas diversas radices in hac nostra coaluisse statuat, sed *striatus* nihil aliud est atque *fasciis, taeniis notatus* (gleichs. gebändert), cf. עָקֹד striatus, ab עָקַד ligavit.

Pi. חִבֵּר causat. Kal no. 1 1) *coniunxit, connexuit*, aulaea Ex. XXVI, 6 sqq. XXXVI, 10 sqq., sq. אֶל Ex. XXVI, 6. 2) *consociavit.* 2 Par. XX, 36: וַיְחַבְּרֵהוּ עִמּוֹ *et consociavit eum secum* i. e. societatem cum eo iniit.

Pu. חֻבַּר, semel חֻבָּר (Ps. XCIV, 20) 1) *coniunctus est* Ex. XXVIII, 7. XXXIX, 4, et Eccl. IX, 4 Keri. Ps. CXXII, 3 de Hierosolymis restitutis: כְּעִיר שֶׁחֻבְּרָה לָּהּ יַחְדָּו *sicut urbs, quae iuncta sibi est invicem* i. e. cuius ruinae lapidesque diu disiecti iterum coniuncti sunt, cf. קָשַׁר Neh. III, 38 et arab. عرش coniunxit, compegit, inde struxit domum Cor. 7, 137. 16, 68. Vulgo interpretantur: cuius aedificia arcte iuncta sunt sine interstitiis ob hominum frequentiam, et opp. vicis, quorum domus dispersae sunt interiectis hortis; quod frigidius videtur. 2) *consociatus est.* Ps. XCIV, 20: הַיְחָבְרְךָ כִּסֵּא הַוּוֹת *num tibi consociatum solium scelestum?*

Hiph. i. q. Kal no. 1. *nectere, serere* verba, maxime inania, falsa, cf. חבר שִׁקְרָא עַל Ps. CXIX, 69 Targ. pro hebr. טָפַל שֶׁקֶר עַל. Iob. XVI, 4: אַחְבִּירָה עֲלֵיכֶם בְּמִלִּים *necterem contra vos verba* sc. inania, mendacia, vestro exemplo. Offendunt interpretes tantum non omnes in ב voci מִלִּים praefixo, quod paulo uberius explanare placet, simili modo in altero hemistichio occurrens: אָנִיעָה עֲלֵיכֶם בְּמוֹ רֹאשִׁי, praeterea bis eodem capite, V. 9: חָרַק עָלַי בְּשִׁנָּיו. 10: פָּעֲרוּ עָלַי בְּפִיהֶם. Scilicet Hebraei in compluribus formulis modo accusativum ponunt ex verbo activo pendentem, modo verbum absolute ponunt cum ב instrumenti. Ita הֵנִיעַ רֹאשׁ quassavit caput, κινεῖν τὴν κεφαλήν Ps. XXII, 8. CIX, 25. Thren. II, 15 et הֵנִיעַ בְּרֹאשׁוֹ (nostr. mit dem Kopfe schütteln) ut h. l.; חָרַק שִׁנַּיִם (die Zähne knirschen) Ps. XXXV, 16. XXXVII, 12. CXII, 10 et חָרַק בְּשִׁנַּיִם frendere dentibus, mit den Zähnen knirschen Iob. XVI, 9; adeoque, quae longius absunt a nostra dicendi consuetudine, non solum פֵּרַשׂ יָדַיִם expandere manus Jes. I, 15. XXV, 11. LXV, 2, sed etiam פֵּרַשׂ בְּיָדֶיהָ Thren. I, 17 q. d. expansionem facere manibus; item הִפְטִיר בְּשָׂפָה hiatum facere labio Ps. XXII, 8, פָּעַר בְּפֶה hiatum facere ore Iob. XVI, 10. cf. XXIX, 23.

Prorsus eadem ratio est loci nostri, ubi dici poterat: אַחְבִּירָה עֲלֵיכֶם מִלִּים *necterem contra vos verba*, et 'א' ע pr. בְּמִלִּים *nexus facerem contra vos verbis*. Bene Seb. Schmidius et J. H. Michaelis: „necterem contra vos argumenta l. nexus. Verbum suum verbale nomen includit." In Lexx. min. inde ab ed. 2. reddebam: *consociarem me contra vos cum verbis* l. *foedus facerem* contra vos *cum verbis*, metaphora a foedere bellico petita; et similiter Umbreitius et Faesius: ich könnte mit Wortes-Schaaren (immo: Wörter-Schaaren) euch entgegenziehen, eig. mich zusammenschaaren mit Worten und gegen euch anrücken, metaphora ab acie petita; sed veriora supra dixisse mihi videor.

Hithp. הִתְחַבֵּר et (per Syriasmum) אֶתְחַבַּר *consociavit se*, sq. עִם *cum* aliquo 2 Chr. XX, 35. 37. Dan. XI, 6. Inf. Syrorum more formatus seu Verbale Hithpaël est הִתְחַבְּרוּת Dan. XI, 23 *consociatio*, sq. אֶל.

חָבֵר, c. suff. חֲבֵרוֹ, pl. חֲבֵרִים cstr, חַבְרֵי *socius*, isque operis Jes. XLIV, 11, belli Iud. XX, 11, criminis Jes. I, 23: חַבְרֵי גַּנָּבִים *socii furum* (cf. Prov. XXVIII, 24), dignitatis Ps. XLV, 8: מֵחֲבֵרֶיךָ *prae sociis tuis* i. e. reliquis regibus (cf. Barhebr. p. 328). Saepe de amico Cant. I, 7. VIII, 13, adiutore Eccl. IV, 10. Sq. לְ (cf. רֵעַ לְ, אֹהֵב לְ, φίλος τινί, ἑταῖρός τινι) Ps. CXIX, 63: חָבֵר אָנִי לְכָל־אֲשֶׁר יְרֵאוּךָ. Prov. l. c.

חֲבֶרֶת f. *socia*, *coniux*. Mal. II, 14.

חֲבַר chald. i. q. hebr. חָבֵר. Dan. II, 13. 17. 18.

חַבְרָה chald. f. *socia*, dein i. q. רְעוּת *altera* Dan. VII, 20.

חַבָּר i. q. חָבֵר (forma intens.) *socius*. Pl. חַבָּרִים socii i. e. piscatores, qui piscaturae causa societatem inierunt. Iob. XL, 30. Vide s. v. כָּרָה.

חָבוֹר (coniunctus, consociatus) n. pr. *Chaboras*, Mesopotamiae fluvius, qui ortus prope *Râs el Ain* (ita unanimi consensu Arabes, sec. Ptolemaeum in montibus Masiis, in quibus non Chaboras oritur, sed Hirmasus, ܗܪܡܣ, هرماس postea in Chaboram influens) ad Circesium in Euphratem se effundit 2 Reg. XVII, 6. XVIII, 11. 1 Chr. V, 26, apud Ezechielem כְּבָר I, 3. III, 15. 23. X, 15. 22. Priorem scribendi rationem habes in arab. خابور ap. Abulf. Edris. Jakutum, posteriorem in syr. ܟܒܘܪ et ܟܒܪ Assem. II, p. 222. 226. LXX prius efferunt Ἀβώρ, posterius Χοβάρ, et ita in scriptoribus profanis Χαβώρας Ptolem. 5, 18, reliqui sine Χ, Ἀβόῤῥας Strab. XVI p. 748 Casaub. (ita omnes codd., nusquam Ἀββόῤῥος, Ἀβώρας, quod Straboni tribuit Winerus, Realwörterb. p. 253), Ἄβορος Steph. Byz. v. Ῥέσινα, Ἀβόρας Evagr. hist. eccl. 5, 9, *Aboras* Ammian. Marcell. 23, 11 (cf. Vales. ad Ammian. 14, 3. Fuller. miscell. 4, 3). Est etiam alius fluvius cognominis (خابور) ad ditionem Mosul pertinens et ab oriente in Tigridem influens (v. Schult. ind. geogr. ad Salad. v. Chaboras), et fuerunt propterea, ut Schult. l. c., Chr. B. (cuius verba Simonis Onomastico adscripta dabit Dindorfii Lex. I, p. 855) et J. D. Michaelis suppl. p. 665, Jahnius in Archaeol. I, 1 p. 17, qui distinguerent inter חָבוֹר et כְּבָר, et priorem Assyriae fluvium esse suspicarentur; Wahlius adeo (Vorder- und Mittelasien p. 708. 709. 718), quem sequuntur in Lexx. Eichhornius et Winerus (qui tamen meliora dedit in Lex. bibl. l. c.), ambos in Assyria quaerit: sed utrumque sine causa idonea. Caeterum ad 2 Reg. XVII, 6 cf. quae supra disputavimus s. v. גּוֹזָן p. 276 A.

חַבּוּרָה Jes. LIII, 5 et חַבֻּרָה f. *vibex*, plagarum vestigium lividum in cute remanens (Strieme), v. rad. in Kal no. 3. Gen. IV, 23. Exod. XXI, 25. Jes. I, 6. Plur. Prov. XX, 30. Ps. XXXVIII. 6: נָמַקּוּ חַבּוּרֹתָי *saniae diffluunt vibices mei*. Kimchi 'ח bene explicat plagam, ex qua sanguis non effluit, sed una cum pure collecto sub cute tenetur. LXX. μώλωψ. (ܡܘܠܘܦܣ sec. Cast. vulnus, cicatrix, sed nescio an rectius vibex).

חֶבֶר m. 1) *societas*. Hos. VI, 9: חֶבֶר כֹּהֲנִים in malam partem: *sodalitium sacerdotum*. Prov. XXI, 9: בֵּית חָבֶר *domus socialis*. XXV, 24. — 2) *fascinatio* (Bann) Deut. XVIII, 11. Plur. חֲבָרִים Jes. XLVII, 9. 12. — 3) n. pr. plurium virorum a) Gen. XLVI, 17, pro quo חֵבֶר Num. XXVI, 45. b) Iud. IV, 11. 17. c) 1 Chr. VIII, 17. d) IV, 18. A litt. a est patron. חֶבְרִי Num. XXVI, 45.

חֶבְרָה f. *societas*, in malam partem *sodalitium* Iob. XXXIV, 8.

חֶבְרוֹן (consociatio) n. pr. *Chebron* (LXX. Χεβρών) 1) urbs Cananitarum antiquissima, in regione montana ab austro Hierosolymae (a qua 22 milliaribus distabat, v. Euseb. v. Ἀρχώ) sita, prius קִרְיַת אַרְבַּע dicta (q. v. Jos. XIV, 13—15), septem annos ante Tanin Aegyptiorum exstructa (Num. XIII, 22 cf. Jos. b. jud. IV, 9 §. 7), in cuius vicinia Abrahamus vitam degere solebat Gen. XIII, 18. XXIII, 2. 19. XXXV, 27. XXXVII, 14, tempore Josuae sedes regia Jos. X, 3. 5. 23. XII, 10, ab Hebraeis expugnata et familiae Calebi ib. XIV, 13—15. XV, 13. 14. Iud. I, 9. 10, dein sacerdotibus tributa Jos. XXI, 11, et urbs asyli facta Jos. XX, 7. Per septem primos imperii annos Davidis regia erat 2 Sam. II, 1. 11. III, 2. V, 5. 1 Reg. II, 11, postea a Rehabeamo munita 2 Par. XI, 10. Post exilium (Neh. XI, 25) in Idumaeorum potestatem cessit (1 Macc. V, 65), in bello iudaico a Romanis occupata et incendio vastata est (Jos. bell. jud. IV, §. 7). Post conditum imperium Hierosolymitanum sedes facta est episcopalis *St. Abraham* dicta, cum quo congruit nomen eius hodiernum الخليل, i. e. (oratorium) *amici* sc. Dei i. e. Abrahami (v. Sur. 4, 124. 25, 30), pleno مسجد الخليل ابراهيم oratorium amici (Dei) Abrahami, Ibn el Wardi ap. Koehlerum ad Abulf. Syr. p. 185, apud Abulfedam (Syr. p. 87) eadem بيت حبرون

appellatur. *Hebran* (حبران) BURCKHARDTI (itin. Syr. 1, 166), quod cum nostro confudit WINERUS (Realwörterb. ed. 2 p. 568), in Auranitide situm est. Plura dabunt RELANDUS in Palaest. p. 709 sqq. ROSENMUELL. Alterthumsk. II, 2 p. 298.

2) Est nomen complurium virorum a) filii Kahath, nepotis Levis Ex. VI, 18. Num. III, 19. 1 Par. VI, 3. 18. XV, 9. XXIII, 12. 19. b) viri in stemmate Judae 1 Par. II, 42. 43. A priore est patron. חֶבְרֹנִי Num. III, 27. XXVI, 58. 1 Par. XXVI, 23. 30. 31.

חֹבֶרֶת f. *iunctura*, Ex. XXVI, 4. 10.

חֲבַרְבֻּרוֹת f. pl. vulgo *maculae* pardi Jer. XIII, 23. LXX. ποικίλματα. Targ. שַׁלְמֵי רְקָמְתֵיהּ *scuta variegata eius*. Malim *virgas*, *strias* (v. rad. no. 3) leopardi, ita ut נָמֵר etiam leopardum (striatum, non maculatum) notet. Caeterum arab. حبر non solum de striis dicitur, sed etiam de maculis, unde مُحَبَّر a pulicibus punctus.

מַחְבֶּרֶת f. *iunctura*, pr. locus quo res alteri adiungitur (v. rad. no. 1), veluti aulaeorum Ex. XXVI, 4. 5. XXXVI, 11. 12. 17, partium epomidis ib. XXVIII, 27. XXXIX, 20.

מְחַבְּרוֹת pl. f. pr. part. Pi. *iungentes*, *copulantes* 1) *trabes* ligneae ad copulandum 2 Par. XXXIV, 11. 2) *fibulae* ferreae 1 Par. XXII, 3.

חָבַשׁ fut. יַחֲבֹשׁ, pl. et cum Suff. יַחְבְּשׁוּ, יַחְבְּשֵׁנוּ Hos. VI, 1, semel יַחְבֹּשׁ Iob. V, 18 1) *ligavit, obligavit, circumligavit* Ex. XXVII, 24, spec. a) tiaram. Exod. XXIX, 9: וְחָבַשְׁתָּ לָהֶם מִגְבָּעֹת *et circumliga iis tiaras*. Lev. VIII, 13. Ez. XXIV, 17. Jon. II, 6: סוּף חָבוּשׁ לְרֹאשִׁי *alga circumligata est capiti meo*, est ornamentum et tanquam tiara capitis mei. De ornamento capitis etiam intelligenda sunt verba Ez. XVI, 10: וָאֶחְבָּשֵׁךְ בַּשֵּׁשׁ i. e. tiara byssina caput tuum ornavi; ut recte Chaldaeus, quum LXX. Vulg. Syr. contra locum de cingulo byssino intelligant. b) *obligavit vulnus*. Iob. V, 18: כִּי הוּא יַכְאִיב וְיֶחְבָּשׁ *is enim* (Deus) *vulnerat et obligat* vulnera, iis medetur. Jes. XXX, 26. Ez. XXX, 21. Hos. VI, 1. Sq. לְ (ut רָפָא לְ) Ez. XXXIV, 4: וְלַנִּשְׁבֶּרֶת לֹא חֲבַשְׁתֶּם *et vulneratum non obligatis*. 16. Jes. LXI, 1: לַחֲבֹשׁ לְנִשְׁבְּרֵי לֵב. Part. חֹבֵשׁ *medicus*, qui vulneribus reipublicae mederi possit Jes. III, 7.

2) *stravit* iumenta, quod fit clitellis alligandis, sq. acc. iumenti. Gen. XXII, 3: וַיַּחֲבֹשׁ אֶת־חֲמֹרוֹ *et stravit asinum suum*. Num. XXII, 21. Iud. XIX, 10. 2 Sam. XVI, 1. XVII, 23. XIX, 27. 1 Reg. II, 40. XIII, 13. 23. 27. 2 Reg. IV, 24.

3) *clausit, conclusit*. (Syr. ܚܒܫ conclusit, inclusit, incarceravit v. c. Barhebr. 232, ܡܚܒܫܐ claustrum, carcer, arab. حَبْس id. حَبْس carcer). Iob. XL, 13 (8): פְּנֵיהֶם חֲבֹשׁ בַּטָּמוּן *faciem eorum* (vel *personam eorum*) *claude in occulto* in tenebris orci.

4) *imperio coërcuit*, *imperavit* (cf. עָצַר no. 1. 3). Iob. XXXIV, 17: הַאַף שׂוֹנֵא מִשְׁפָּט יַחֲבוֹשׁ *num etiam*, *qui ius odit*, *imperare potest?* KIMCHIUS: ענין הממשלה למי שהמושל אוסר וחובש למי שעברים על מצותיו. Similiter ABEN ESRA, R. LEVIS, ex recentioribus SEB. SCHMIDIUS, ROSENM. al. *Imperandi* potestatem tuentur etiam LXX, qui Jes. III, 7 חֹבֵשׁ reddunt ἀρχηγός. Alii, ut J. H. MICHAELIS: *num etiam, qui ius odit, obligabit* s. sanabit? i. e. res humanas et terrestres curabit, ut Deus facit? Denique SCHULTENSIUS, quem sequuntur UMBREITIUS, WINERUS, אַף iram esse statuit, et ita interpretatur: *num iram, qui ius odit, coërcebit?* Sed priorem structuram tuetur locus parallelus XL, 8. 9 (הַאַף — וְאִם): cui accedit quod obiectum verbi vix ita collocari poterat. Vett. etiam intpp. omnes אַף pro particula habent.

Pi. 1) i. q. Kal no. 1, b. Ps. CXLVII, 3: מְחַבֵּשׁ לְעַצְּבוֹתָם *obligat* i. e. sanat *dolores eorum*. 2) i. q. Kal no. 3 *obstruxit*. Iob. XXVIII, 11: מִבְּכִי נְהָרוֹת חִבֵּשׁ *e fletu rivos cohibet* metallicus, i. e. aquam subterraneam in puteis destillantem obturat. Alii, ut REIMARUS: *ex fletu fluvios colligit* i. e. ex guttis destillantibus colligit maiora fluenta ad faciendos corrugos, sed dubito, num חָבַשׁ (*colligavit*, non *collegit*) ita usurpatum sit.

Pu. obligatum est (vulnus) Jes. I, 6. Ez. XXX, 21.

חָבַת rad. inusit. prob. *coxit* panem. Aethiop. ኅብስት: panis pro ኅብዝት: a rad. ኀብዘ: pinsuit panem, ኀባዚ: pistor, arab. خُبْز panis, خبز panem coxit, ז, ס et ת permutatis. Ex linguis indoeuropaeis Jo. SIMONIS confert ἕψω (rad. *heps*), ὀπτάω coquo. Inde

חֲבִתִּים m. pl. *cocta*, *frixa* in sartagine (מַחֲבַת). 1 Par. IX, 31: עַל מַעֲשֵׂה הַחֲבִתִּים. Vulg. praefectus erat eorum quae in sartagine frigebantur. Paulo explanatius LXX. ἐπὶ τὰ ἔργα τῆς θυσίας τοῦ τηγάνου τοῦ μεγάλου ἱερέως. Intelligitur enim fertum quod in sartagine frixum (עַל מַחֲבַת) quotidie offerebatur a sacerdote magno. Lev. VI, 13 sqq. De eodem in Mischna usurpatur חביתין, ut Menach. 11, §. 3: חביתי כהן גדול frixa summi sacerdotis, Joma 2 §. 3: הסולת והחביתין והיין simila et frixa et vinum, Tamid 1, §. 3: העמידו עושי חביתין לעשות חביתין constituerunt facientes frixa, ut facerent frixa. Ibid. 3, §. 1. 4 §. 3. Videtur autem חֲבִתִּים dictum esse pro חֲבִיתִים, ut צִצִּים 1 Reg. VI, 18 pro צִיצִים flores, סִגִּים Jes. I, 22 in nonnullis libris pro סִיגִים scoriae, בְּעֻלָּה Gen. XX, 3 pro בְּעוּלָה. Vulgo חֲבִתִּים *sartagines* esse volunt, et מַעֲשֵׂה חֲבִתִּים reddunt: opus sartaginum, in quam sententiam singularem statuere possis חֲבִתָּה pro חֲבַת (cf. מַחֲבַת): sed illud praefero, v. Sheringham ad Joma l. c. (Surenh. II, 214).

מַחֲבַת f. (Ez. IV, 3) contr. ex מַחְבֶּבֶת *sartago* Lev. II, 5. VI, 14. VII, 9. 1 Par. XXIII, 29. Ez. l. c. Arab. مُحْبِز apud Arabem Erp. Lev. l. c. Melit. *makhbez sartago*, v. Vassalli p. 449. Male radicem ponunt خبت humilis, planus fuit, ut notet vas planum, non profundum (Jarchi); vel adeo חָבָה, ut sit scutella abscondita i. e. aperta (Aben Esra), quod quidem posterius refellitur et forma מַחֲבַת (non מַחֲבָה) et cognato חֲבִתִּים.

חָגָא v. ad rad. חָגַג.

חָגַב rad. inusit. Arab. حجب *velavit*, v. Bocharti Hieroz. III, 154 Lips. Inde ducunt

חָגָב m. 1) *locusta*, eaque alata et esculenta (Lev. XI, 22), ita dicta, ut volunt, quia terram operiat, vel solem coelumque obvelet (v. Rosenm. ad Bochart. l. c.). Sed aliud etymon proposuit Crednerus ad Joël. pag. 309. Nimirum intp. Sam. Lev. l. c. pro hebr. חָגָב habet חרגב quod *salientem* reddere possis, coll. חַרְגֹּל, חָרַג: ex illa autem forma quadrilittera dein ortum esse censet hebr. חָגָב extrusor, cf. חָגָל pro חַרְגֹּל. 2 Chr. VII, 13. Eccl. XII, 5: וְיִסְתַּבֵּל הֶחָגָב *molesta est* (seni) *locusta*, quia aegre ab illo manducatur et concoquitur, quanquam grati saporis. Antecedunt et sequuntur esculenta (amygdala et capparis): possit tamen et cicadae cantus utpote seni ingratus intelligi. Caeterum alias prorsus significationes vocabulo nostro h. l. vindicant Chaldaeus cum Hebraeis, et Bochartus in Hieroz. III, p. 334 sqq. Ille verba reddit: יִתְנַפְּחוּן אַסְתְּוָרֵי רַגְלָיךְ *intumescunt tali pedum tuorum* (quod in senibus fit) v. de אַסְתְּוָרִין quod pr. *gressus* notat, dein *pedum malleolos*, dividentes crus a pede, Bochartum l. c. p. 338. Buxtorf. 177: accedit Aben Esra, cui חָגָב est קַרְסֹל talus, cf. Hieronymum in comment., qui eiusdem potestatis mentionem facit haud dubie auctore magistro suo hebraeo. Hac adscita significatione reddi possit: *molestus* s. *gravis fit talus*, i. e. gravior, tardiorque fit senis incessus (schwerfällig wird der Knöchel). In eandem sententiam Bochartus intelligit *caput femoris* s. costae i. q. arab. حُجْبَة, dual. حجبتان utrumque femoris caput, verbaque reddit: *grave fit femoris caput.* Equidem et Hebraeorum et linguae arabicae auctoritatem detrectare non ausim: in vulgari tamen vocabuli potestate acquiesci posse putem. Varias loci interpretationes collegerunt Rosenm. ad Boch. l. c. et Winzerus ad h. l. in Comment. theol. ed. Rosenm. I, 1 p. 91. Plur. חֲגָבִים Num. XIII, 33. (ubi cod. Sam. pro כַּחֲגָבִים habet כהגבים, lege כַּחֲגָבִים, quod idem valet). Jes. XL, 22. — 2) n. pr. viri Esr. II, 46.

חֲגָבָה (locusta) n. pr. viri Esr. II, 45, etiam חֲגָבָא Neh. VII, 48.

חָגַג pr. in orbem ivit (vicinum rad. חוּג), inde 1) *saltavit, tripudiavit* 1 Sam. XXX, 16. Kimchi: כלומר מרקדין ומטוזין ומכרכרין בשמחה.

2) *festum celebravit*, a choreis et tripudiis sacris, quibus festa celebrari solebant (Ex. XXXII, 19. Iud. XXI, 19. 21. Kimchi: לפי שמרקדין ומטפחין בשמחת יום טוב. Sec. alios, quia festa annua in orbem eant). Constr. a) addito accus. חָגַג חַג celebravit festum Lev. XXIII, 39. Num. XXIX, 12. Nah. II, 1. Zach. XIV, 16. 18. 19 b) cum duobus accusatt. Ex. XII, 14: וְחַגֹּתֶם אֹתוֹ חַג לַיהוָה *idque celebrabitis festum Jehovae.* c) absol. Ps. XLII, 5: הָמוֹן חוֹגֵג *multitudo ferians*, addito dat. eius, cui festum celebratur Ex. XXIII, 14: שָׁלֹשׁ רְגָלִים תָּחֹג לִי בַּשָּׁנָה *tribus vicibus festum celebrabis mihi quotannis.* V, 1. Deut. XVI, 15. (Syr. ܚܓ Pa. ܚܰܓܶܓ id. Sed arab. حج spec. est Meccam peregrinatus est panegyrin celebraturus).

3) *vertigine correptus est*, de ebriis Ps. CVII, 27, de pavido, v. חָגָּא.

חַג, cstr. et sq. לְ חַג, c. art. הֶחָג, accedente praef. בֶּחָג, c. suff. חַגִּי, pl. חַגִּים m. 1) *festum* Deut. XVI, 14. 1 Reg. VIII, 65. Ps. LXXXI, 4 et saepe. חָגַג חַג (v. חָגַג) et עָשָׂה חַג celebravit festum Deut. XVI, 10. 12. 1 Reg. XII, 32. Esr. III, 4. VI, 22. *Festum Jehovae celebratum* est חַג לַיהוָה Exod. XXXII, 5, et חַג יְהוָה Iud. XXI, 19, sed dicitur etiam עָשָׂה חַג לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל instituit festum pro filiis Isr. 1 Reg. XII, 31. Praecipua festa erant: חַג הַמַּצּוֹת Ex. XXIII, 15 etiam חַג הַפָּסַח dictum XXXIV, 25; חַג שָׁבֻעוֹת ib. 22 s. חַג הַקָּצִיר ib. XXIII, 16; et חַג הַסֻּכּוֹת Lev. XXIII, 34 s. חַג הָאָסִיף Ex. l. c. — הֶחָג κατ' ἐξοχήν est pro contextu *pascha* Jes. XXX, 29 cf. ἡ ἑορτή Mt. XXVII, 15. Joh. V, 1, et festum tabernaculorum 1 Reg. VIII, 2 (2 Par. V, 3). XII, 32. Neh. VIII, 14. Ez. XLV, 25. — Plur. חַגִּים festa Jes. XXIX, 1. Nah. II, 1. Amos V, 21. VIII, 10. Ez. XLV, 17.

2) meton. *sacrificium festivum, victima.* Ps. CXVIII, 27: אִסְרוּ־חַג בַּעֲבֹתִים *ligate victimam funibus.* Ex. XXIII, 18: חֵלֶב־חַגִּי *adeps victimae meae.* Mal. II, 3. Cf. מוֹעֵד 2 Chr. XXX, 22.

חָגָּא more chaldaeo pro חָגָה (quod habent 6 codd. et 2 editt.) *pavor, terror*, inde *causa pavoris* Jes. XIX, 17, v. rad. no. 3. LXX. φόβητρον. Hieron. *pavor.* Chald. דַּחְלָא id. Kimchi: חנועה פחד ורעדה. In altero membro est פַּחַד. Minus apta Alb. Schultensii (animadvv. ad h. l.), Michaelis (suppl. p. 667) al. interpretamenta recensuit et convellit Rosenm.

חַגַּי (festivus i. q. חַגִּי, forma chaldaizante) n. pr. *Haggaeus*, propheta Serubabelis et Darii Hystaspis coaevus Esr. V, 1. VI, 14. Hagg. I, 1. 3. 13. II, 1. 10. 13. 14. 20. LXX. Ἀγγαῖος. Vulg. *Aggaeus.*

חַגִּי (id.) n. pr. filii Gad Gen. XLVI, 16. Num. XXVI, 15. Patron. חַגִּי (pro חַגִּיִּי) ibid.

חַגִּיָּה (festum Jehovae) n. pr. viri 1 Par. VI, 15.

חַגִּית (festiva) n. pr. uxoris Davidis, matris Adoniae 2 Sam. III, 4. 1 Reg. I, 5. 11. II, 13. 1 Par. III, 2.

חָגָה rad. inusit. i. q. arab. حجا sq. الى i. q. لجا confugit ad aliquem, Firuz. (nam Dschauh.. hoc non adnotavit), unde مَحْجَا refugium. Inde

חֲגָוִים m. pl. cstr. חַגְוֵי סֶלַע *refugia petrarum*, de fissuris s. speluncis, in quibus columbae nidos faciunt Cant. II, 14, de summis petrarum verticibus, qui hostibus inaccessi sunt Obad. 3. Jer. XLIX, 16. Ita A. Schult. in Animadvv. ad Jes. XIX, 17 et Mich. suppl. 672, in quam sententiam etiam vulgo conferunt syr. „ܚܓܘܐ, ܚܓܝܐ rupes, praecipitium Cast." Id vero incertum: nam quod Iob. XXX, 7 legitur pl. ܚܓܘܐ pro hebr. חָרוּל, ab Arabe quidem redditur الشَّوَارِف acroteria, sed vide sitne illud potius i. q. ܚܘܚܐ, ܚܘܚܐ spinae. — Schnurrerus ad Obad. l. c. conferre mavult حَجَى tractus, regio, a rad. حجا constitit in loco, ita ut חַגְוֵי סֶלַע sint regiones petrarum, quod paulo languidius putem. Ex veteribus alii *rimas s. foramina petrarum* reddunt (Obad. LXX. ὀπαί, Vulg. *scissurae*; Jerem. LXX. τρυμαλιαί, Vulg. *cavernae*, Cant. *foramina*, Syr. ܢܩܒܐ, Kimchi: בקיעי סלע), quod probat Ewaldus ad Cant. coll. خَجَّ fidit, laceravit, sed ad Obad. et Jerem. hoc minus aptum: alii *vertices* (Chald. Obad. et Jerem. שִׁנֵּי כֵיפָא, Syr. Obad. ܚܘܣܢܐ munimenta, Jer. ܥܘܫܢܐ vertices): neutrum genuinam vocabuli vim exprimere videtur.

חָגַל rad. inusit. Arab. حجل subsultim incessit, more cornicis, corvi, perdicis, vel hominis compedibus vincti. Ortum videtur hoc trilitterum ex quadrilittero חַרְגֹּל eiecto ר, cf. ad חָגָב. Vicinum est syr. ܚܓܠ claudicavit. Inde

חָגְלָה (perdix, arab. حَجَلٌ v. Forskalii Fauna p. 7. Hoest descr. Marocc. 296, syr. ܚܓܠܐ Ephr. ad Jer. XVII, 11. Sir. XI, 31) n. pr. mulieris. Num. XXVI, 33. XXVII, 1. XXXVI, 11. LXX. Ἐγλά, cod. Alex. Αἰγλά. Cf. בֵּית חָגְלָה p. 194 B.

חָגַר fut. יַחְגֹּר *cinxit, cinctus est.* (Cognatum est arab. حَجَرَ cohibuit, inhibuit, a prima ligandi potestate, et fort. etiam syr. ܚܓܪ claudicavit, pr. pede ligatus fuit). Construitur a) sq. accus. membri cingendi. 2 Reg. IV, 29: חֲגֹר מָתְנֶיךָ. IX, 1, pass. Ex. XII, 11: מָתְנֵיכֶם חֲגֻרִים. Et accedente בְּ cinguli Dan. X, 5. Translate Prov. XXXI, 17: חָגְרָה בְעוֹז מָתְנֶיהָ *cingit robore lumbos suos.* — b) sq. accus. vestis, cinguli, gladii, quo quis cingitur (more verborum induendi, ut לָבַשׁ), velut חָגַר שַׂק cinxit se sacco s. veste lugubri (ein Trauerkleid *umgürten*) 2 Sam. III, 31. Jes. XV, 3. XXII, 12. Jerem. IV, 8. XLIX, 3. Thren. II, 10. Ezech. VII, 18. XXVII, 31. חָגַר אֶת־הַחֶרֶב gladio se cinxit (das Schwert *umgürten*) 1 Sam. XVII, 39. XXV, 13. Ps. XLV, 4 (ubi additur עַל יָרֵךְ super femur) cf. Deut. I, 41. Translate Ps. LXV, 13: גִּיל גְּבָעוֹת תַּחְגֹּרְנָה *iubilo cinguntur colles.* LXXVI, 11: שְׁאֵרִית חֵמֹת תַּחְגֹּר *reliquiis irae cinge te* i. e. extrema tua ira instrue te. CIX, 19. Part. act. 2 Reg. III, 21: מִכֹּל חֹגֵר חֲגֹרָה *ab omnibus cinctis cingulo* i. e. arma gerentibus. Part. pass. חָגוּר אֵפוֹד *cinctus* i. e. indutus *humerali* 1 Sam. II, 18 cf. 2 Sam. XX, 8. Iud. XVIII, 11, sq. genit. Joël I, 8: חֲגֻרַת שַׂק. Per ellipsin dicta sunt haec Joël I, 13: חִגְרוּ וְסִפְדוּ הַכֹּהֲנִים *cingimini* (sacco) *et lugete, sacerdotes.* In uno Kennicotti codice additur שַׂק, in alio quodam שַׂקִּים. 2 Sam. XXI, 16: וְהוּא חָגוּר חֲדָשָׁה *isque cinctus erat novo* gladio. Recte ita supplent Vulg. Syrus cum Arabe, cf. Scheidius in diss. Lugdd. pag. 970. Male Chald. Theod. novo cingulo. Perraro cum בְּ cinguli Lev. XVI, 4: וּבְאַבְנֵט בַּד יַחְגֹּר. — c) sq. duplici accus. pers. et cinguli (ut הִלְבִּישׁ, אָזַר). Exod. XXIX, 9: וְחָגַרְתָּ אֹתָם אַבְנֵט. Lev. VIII, 13, etiam c. acc. p. et בְּ cinguli Lev. VIII, 7. — d) absol. *cinxit se.* 1 Reg. XX, 11: אַל יִתְהַלֵּל חֹגֵר כִּמְפַתֵּחַ *ne glorietur accinctus sicut discinctus*, nemo triumphum canat ante victoriam. Ez. XLIV, 18. Eodem pertinet 2 Sam. XXII, 46: וְיַחְגְּרוּ מִמִּסְגְּרוֹתָם praegn. *accincti prodeunt ex claustris suis:* quod tamen minus aptum ad orationem contextam, si quidem accingi est in pugnam prodeuntium (1 Reg. XX, 21), non in deditionem se tradentium. Praeferenda igitur scriptura וַיַּחְרְגוּ Ps. XVIII, 46, coll. Mich. VII, 17. Hos. XI, 11 ex qua nostra demum orta esse videtur. Possit quidem etiam nostra auctore Kimchio in similem sententiam explicari: *claudicant ex claustris suis* coll. syr. ܚܓܪ claudicavit, sed parum verisimile, verbum frequens חָגַר semel acceptum esse significatione a vulgari usu aliena.

חָגוֹר adj. verbale: *cinctus.* Ez. XXIII, 15: חֲגוֹרֵי אֵזוֹר *cincti cingulo* (cf. 2 Reg. III, 21).

חֲגוֹר m. *cingulum.* 2 Sam. XX, 8. Prov. XXXI, 24. C. Suff. 1 Sam. XVIII, 4.

חֲגוֹרָה f. *cingulum*, militum 2 Sam. XVIII, 12. 1 Reg. II, 8. 2 Reg. III, 21, mulierum Jes. III, 24, lugentium (quo saccus alligatur) ib. XXXII, 11. Plur. *subligacula* pudendis velandis Gen. III, 7.

מַחֲגֹרֶת f. *cinctura* (vestis lugubris) Jes. III, 24.

חָדַד 1) *acutus fuit.* (Arab. حَدَّ fut. I id., unde حَدٌّ acies ferri, mucro, حَادٌّ acutus, حَدِيدٌ

acutus, max. de ferro, aeth. ሐጺን: ferrum. Vicinae radd. sunt גָּדַד incidit, secuit, קָדַד fidit, adeoque גָּזַז, קָצַץ, חָצַץ, cf. *caedo*, *scindo*, σχίζω rad. σχιδ, pers. چیدن scindere, خودن i. q. angl. to cut). Fut. A. Prov. XXVII, 17 v. Hiph.

2) metaph. *acer*, *vehemens*, *celer fuit*, arab. حَدَّ fut. O. vehemens fuit, durus in ira, pugna (cf. plura synn. similiter translata, ut gr. ὀξύς, θοός, lat. *acer*, syr. ܚܪܝܦ, aeth. ጠሊቅ: acutus, velox). Hab. I, 8 de equis Chaldaeorum: חַדּוּ מִזְּאֵבֵי עֶרֶב *acriores sunt lupis vespertinis*. Describitur animus acer et praeceps, quo in hostiles acies luporum instar irruunt equi, cf. genus *acre* luporum Virg. Ge. III, 246, *acri* gaudet equo Aen. 4, 156. LXX. ὀξύτεροι. Vulg. *velociores*, quod vim vocabuli hebraei non exhaurit. Parall. celeriores sunt pardis. Quum arab. حَدَّ de *visu* etiam acuto dicatur (البصر الحديد), qui et lupis et equis tribuitur ab Arabibus, sunt qui ὀξυδερκίαν h. l. indicatam velint (Schult. Opp. min. p. 348), quod tamen longius petitum est et vel parallelismo convellitur.

Hiph. acuit. Prov. XXVII, 17: בַּרְזֶל בְּבַרְזֶל יָחַד וְאִישׁ יַחַד פְּנֵי־רֵעֵהוּ *ferrum acuitur in ferro, et vir acuit vultum* i. e. obtutum, aciem mentis et ingenii *socii sui*. יָחַד est fut. A. Kal pro יֵחַד; יַחַד fut. Hiph. more chald. formatum pro יָחֵד, יָחֵד, ut יָחֵל Num. XXX, 3, אָחֵל Ez. XXXIX, 7. Vide Lgb. §. 38, 1. 103, not. 14.

Hoph. הוּחַד *exacutus est* gladius. Ezech. XXI, 14. 15. 16.

חַד adj. *acutus*, tantum in fem. חַדָּה ubique de gladio. Ps. LVII, 5. Prov. V, 4. Jes. XLIX, 2. Ez. V, 1. — Aliud est חַד *unus*, v. p. 63.

חֲדַד (acumen, nisi potius idem valet quod הֲדַד numen Aramaeorum) n. pr. filii Ismaëlis Gen. XXV, 15. 1 Par. I, 50.

חַדּוּד adj. *acutus* (cf. חַלּוּק, שַׁבּוּל). Inde Iob. XLI, 22 (21) de scutis crocodili: חַדּוּדֵי חָרֶשׂ i. e. *acutae testarum* i. e. testae acutae. Cf. XLI, 7 et Lgb. p. 678. Eodem modo apud Aelian. hist. anim. 10, 24 scuta crocodili dicuntur similia esse ὀστράκοις καρτεροῖς. — Symm. σιδήρια τέκτονος, Theod. σιδήριον τέκτονος, legentes חַדּוּדֵי חָרָשׁ *fernamenta fabri*, cf. حَدِيد ferrum acutum, sed nihil necesse a vulgari scriptura recedere.

חָדִיד (acutus fort. *scopulus* v. infra) n. pr. oppidi Benjaminitarum Neh. XI, 34, in vicinia Lyddae et Onûs Esr. II, 33. Neh. VII, 37, prob. Ἀδιδά, quae in Sephela ponitur 1 Macc. XII, 38. XIII, 13 cf. Jos. Ant. 13, 6 §. 5: Ἀδδιδὰ πόλις ἥτις ἐπ' ὄρους κειμένη τυγχάνει, ὑφ' ἧς ὑπόκειται τὰ τῆς Ἰουδαίας πεδία. 15 §. 2. bell. jud. 4, 9, 1.

חָדָה fut. apoc. יִחַדְּ *gavisus, laetatus est*. (Chald. חֲדָא, syr. ܚܕܐ id. Adde sam. et zab. et ex indogerm. γηθέω, γαθέω, *gaudeo*, fortasse etiam ἦδος, dor. ἆδος deliciae, et ἡδύς. Sed nihil tale significat arab. خدى quod habent Eichhornius et Winerus: neque cum Hartmanno, lingu. Einl. p. 248, origo verbi quaeri potest in splendore (cf. Simonis ad rad. חָדַד), nam rad. حدّ, ut scribendum erat pro خدّ, neque in locis citatis neque alibi laevoris et splendoris potestatem habet). Ex. XVIII, 9 (sq. עַל rei). Iob. III, 6: אַל יִחַדְּ בִּימֵי שָׁנָה *ne gaudeat* illa nox *inter dies anni*, ubi fingitur pulchra nox de se ipsa gaudere.

Pi. exhilaravit, c. acc. Ps. XXI, 7.

חֶדְוָה f. *gaudium*, vc. chaldaizans. 1 Par. XVI, 27. Neh. VIII, 10.

חֶדְוָה chald. id. Esr. VI, 16. In Targg. saepe. Syr. ܚܕܘܐ, ܚܕܘܬܐ id.

יַחְדִּיאֵל (quem Deus *exhilarabit*) n. pr. viri 1 Par. V, 24.

יֶחְדְּיָהוּ (quem *Jehova exhilarabit*) n. pr. duorum virorum a) 1 Par. XXIV, 20. b) XXVII, 30.

חֲדִי emphat. חֲדְיָא chald. *pectus* i. q. hebr. חָזֶה. Ex. XXIX, 26 Targ. Syr. ܚܕܝܐ id. Plur. חֲדוֹהִי Dan. II, 32. Nomina membrorum plurali numero delectari constat, v. Gr. hebr. §. 106, 2.

חָדַל et **חָדֵל** Iud. V, 7. 1 Sam. II, 5, fut. יֶחְדַּל, in pausa יֶחְדָּל Iob. X, 20, c. He parag. אֶחְדְּלָה XVI, 6, pl. יֶחְדְּלוּ, in pausa יֶחְדָּלוּ, conv. וַיֶּחְדְּלוּ Gen. II, 8. Ex. IX, 33.

1) *cessavit*, *desiit* (de origine v. infra). Constr. sq. gerundio Gen. XI, 8: וַיַּחְדְּלוּ לִבְנֹת הָעִיר *et desierunt exstruere* urbem. XLI, 49. 1 Sam. XII, 23. XXIII, 13. Iud. XX, 28 (opp. הוֹסִיף perrexit). Ruth I, 18. Prov. XIX, 27. Jer. XLIV, 18, impers. Gen. XVIII, 11: חָדַל לִהְיוֹת לְשָׂרָה אֹרַח כַּנָּשִׁים, poët. sq. inf. nudo Jes. I, 16: חִדְלוּ הָרֵעַ *desinite male agere*, et nomine verbali Iob. III, 17: חָדְלוּ רֹגֶז *desinunt tumultuari*. Ubi absolute ponitur est a) *cessavit* (aliquid), *esse desiit*. Ex. IX, 34: חָדַל הַמָּטָר וְהַבָּרָד *cessavit pluvia et grando*. Comm. 29. 33. Jes. XXIV, 8, it. i. q. *defecit* (fehlen) Deut. XV, 11: לֹא יֶחְדַּל אֶבְיוֹן *non deficiet pauper*, nicht wird es an Armen fehlen. Iud. V, 7: חָדְלוּ פְרָזוֹן *deficiebant duces*, es fehlte an Führern. Iob. XIV, 7: וְיֹנַקְתּוֹ לֹא תֶחְדָּל *propagines eius non deficient*. Prov. X, 19. b) *cessavit* (a labore), *otiatus est*, *feriatus est*. 1 Sam. II, 5: רְעֵבִים חָדֵלּוּ *esurientes feriabuntur*, opp. strenue laborabunt. (Schkidius ad Cant. Hisk. p. 57 esurientes

carnosi fiunt, ex usu Arabum, de quo vide infra, quem tamen nolim huic loco adhibere). Iob. XIV, 6: שְׁעֵה מֵעָלָיו וְיֶחְדָּל *oculos averte ab eo, ut ferietur* i. e. quiescat, aliquamdiu quiete fruatur. Iud. V, 6: חָדְלוּ אֳרָחוֹת *feriabantur viae* i. e. erant hominibus vacuae metu hostium (cf. Jes. XXXIII, 8).

2) *destitit ab* (aliquo, ab aliqua re), a) sq. מִן pers. i. q. *missum fecit* aliquem. (Opp. detinere, persequi eum). Exod. XIV, 12. Iob. VII, 16: חֲדַל מִמֶּנִּי *desiste a me*, fac me missum, noli amplius me persequi. 2 Paral. XXXV, 21: חֲדַל לְךָ מֵאֱלֹהִים *desiste a Deo* i. e. noli amplius ei adversari. Omisso מִן Iob. X, 20: *pauci sunt dies mei* יֶחְדַּל *desistat* igitur (Deus a me exagitando). Iud. XV, 7: *deinde desistam* a Philistaeis exagitandis. Am. VII, 5. Jer. XLI, 8. b) *missum fecit* hominem (olim dilectum et amice habitum) i. q. *deseruit*. Iob. XIX, 14: *missum me faciunt cognati mei*. V. infra adj. חָדֵל no. 3. c) *missam fecit* rem (susceptam, prius sedulo tractatam), *abiecit* eam, etwas aufgeben, darauf Verzicht leisten. 1 Sam. IX, 5: פֶּן־יֶחְדַּל אָבִי מִן־הָאֲתֹנוֹת *ne desistat pater meus ab asinabus*, ne eas missas faciat. Iud. IX, 9 sqq. Jes. II, 22: חִדְלוּ לָכֶם מִן הָאָדָם *missos facite homines* i. e. mittite vanam fiduciam in hominibus repositam. (לָכֶם post imp. redundat, ut 2 Par. XXV, 16. XXXV, 21). Omisso מִן Ps. XLIX, 9: חָדַל לְעוֹלָם *desistit in aeternum* (a consilio fratris redimendi Comm. 8). — d) sq. מִן ante inf. 1 Reg. XV, 21, inde *cavit sibi* ab aliqua re facienda Exod. XXIII, 5 (v. de hoc loco s. v. עָזַב).

3) *misit*, *omisit* aliquid facere, *non fecit* (etwas lassen, unterlassen), opp. fecit. 1 Reg. XXII, 6. 15: הֲנֵלֵךְ .... אִם נֶחְדָּל *num eamus* .... *an mittamus* i. e. non eamus? gehen wir, oder lassen wir es? Ez. II, 5: אִם יִשְׁמְעוּ וְאִם יֶחְדָּלוּ *sive audient, sive non audient*. Comm. 7. III, 11. 27. Jer. XL, 4. Iob. XVI, 6: *si loquor* .... וְאֶחְדְּלָה *et si non loquor*. Zach. XI, 12. Sq. gerundio Num. IX, 13: וְחָדַל לַעֲשׂוֹת הַפֶּסַח *et* qui *omittit celebrare pascha*. Deut. XXIII, 23. Ps. XXXVI, 4. Jer. LI, 30.

Not. Iud. IX, 9. 11. 13 ter legitur הֶחֳדַלְתִּי (num missum faciam?) mendose, ut videtur, pro הֶחֱדַלְתִּי (in Kal) vel הֶחֱדַלְתִּי (in Hiph., omisso He interrogativo), quod nonnulli codd. exhibent (v. J. H. Mich.), quanquam conj. Hiphil praeterea nullum vestigium exstat. Simile exemplum esse videtur הֶחֳרָבוֹת (vastae, desertae) Ez. XXXVI, 35. 38, ubi exspectes הֶחֳרָבוֹת, et Segol ante (ֳ) in הֶחֳדָשִׁים, לֶחֳדָשִׁים (menses, mensibus), de quibus formis v. Ewald gramm. min. §. 127, 2 et vir doct. in Ephem. Jen. 1830 IV, 370: quorum neuter tamen satisfecit in explicanda vocali o in חֳרָבוֹת, חֳדַלְתִּי.

Primaria huius radicis significatio est *pendulus*, *flaccidus*, *debilis fuit*, quae potestas inest in syllaba דל (vide supra ad דָּלַל) et refertur ad *remissionem operis*. Respondet arab. خَذَلَ „debilis, flaccidus fuit" Gol. ex Maruphide, coll. هدل V. laxus deorsum pependit. De خذل forte dubitaveris, cum illius auctoris non satis certa fides, sed de Conj. VI ita Dschauharius: تخاذلت رجلاه اى ضعفتا قال الاعشى ..... خذول الرجل من غير كسح i. e. خذل Conj. VI. *debilis fuit pes, auctore A'scha: flaccidi pedes cum infirmitate manuum* (quae iisdem verbis habet Kamus p. 1435, sed omissa auctoritate poëtae), item الخاذل المنهزم i. e. خاذل *senio fractus et debilitatus*. Ad eandem notionem pertinet خذلاء mulier habens crura et brachia carnosa (pr. pendula), it. خذلم quod quidem valet (v. Dschauhar. ap. Scheid. ad cant. Hisk. pag. 55, qui de hoc etymo docte disputavit p. 53 sqq.). Adde melit. *hhydel* torpuit, vigorem amisit. Translate apud Arabes est Conj. I. VII: *derelictus*, *ope destitutus fuit* (cf. supra 2, b). II. ope destituit. VI. destituerunt se invicem; خَاذِل amicum destituens, مخذول destitutus, v. quae laudant Lette ad Iud. V, 6 in diss. Lugdd. p. 614, et Sypkens ibid. p. 928. Adde, nam perfrequens est hoc vc., Ispah. pag. 22. Abulf. Ann. I, 316. 384. 386. 464.

חָדֵל adj. verbale m. 1) *desinens* esse (v. rad. 1, a). Ps. XXXIX, 5: *scire cupio* מֶה חָדֵל אָנִי *quando desinam* esse, quando moriar. Chald. אֵימָתַי אֶפְסוֹק מִן עָלְמָא. 2) *omittens* aliquid facere, *non faciens* (v. rad. no. 3). Ez. III, 27. 3) intrans. *destitutus* ab amicis, i. q. arab. مَخْذُول (v. rad. no. 2, b, et supra de usu Arabum). Jes. LIII, 3: חֲדַל אִישִׁים *destitutus ab hominibus*. (Symm. ἐλάχιστος ἀνδρῶν).

חֶדֶל m. *orcus* Jes. XXXVIII, 11, vel utpote *locus otii et quietis* (cf. דּוּמִיָּה et rad. 1, b), vel i. q. *mors*, qua esse desinunt (v. חָדֵל no. 1), inde locus mortuorum, vel denique a prima significatione flaccidi et debilitatis *locus flaccidorum* i. e. *manium* (רְפָאִים) v. Scheid. ad cant. Hisk. l. c.

חַדְלַי (pro חֲדַלְיָה feriae Dei) n. pr. viri 2 Par. XXVIII, 12.

חָדַק rad. inusit. i. q. خزق *pupugit* v. c. ferro, cui cognatae sunt حذق acidus fuit, de aceto, حدق acute vidit, unde حدقة pupilla.

חֵדֶק m. Mich. VII, 4 et **חֵדֶק** Prov. XV, 19 *spinae* genus. Mich. l. c. *optimus eorum* est *instar spinae*, *probissimus instar sepis*. Prov. XV, 19: *via pigri* est כִּמְשֻׂכַת חֵדֶק *instar sepis spinae*. Arab. حَدَق spec. est melongena spinosa, pomum Hierichuntis, in Phoenicia crescens, fructus producens magnitudine nucis iuglandis, sed nomen hebraeum latius patuisse et maiores etiam spinas comprehendisse videtur sepibus adhibendas, in quibus melongenae nullus usus est. Plura de verss. antiquis, et de planta حدق dabit Celsius in Hierob. II, p. 35—46.

חִדֶּקֶל n. pr. *Tigris* fluvius Gen. II, 14. Dan. X, 4. Aramaeis vocatur דִּגְלַת, ܕܹܩܠܲܬ, arab. دِجْلَة, دَجْلَة, simplex igitur forma est דקל, cui in lingua hebraea praepositum est חַד acer, velox, unde חִדֶּקֶל pr. Tigris velox. Ignorasse enim videntur Hebraei, ipsum nomen proprium דקל aciei et velocitatis potestatem habere: cuius generis pleonasmi ex eodem fonte coorti passim in linguis obvii sunt, ut מֶלֶךְ פַּרְעֹה (pr. rex rex), nostr. *l'Al*coran Josephus (Ant. I, 1, 3), qui חִדֶּקֶל interpretatur *μετὰ στενότητος ὀξύ*, primae syllabae vim recte assecutus est, secundae et tertiae non item. Meliora dedit Plin. 6, 27, qui de Tigride: ipsius qua tardior fluit (nomen) *Diglito* [ܕܹܩܠܲܬ], unde concitatur a celeritate *Tigris* incipit vocari. Ita appellant Medi *sagittam*." Vana quidem distinctio inter Diglito et Tigrim, nam prius est nomen aramaeum, sed posterius confirmant Strabo 11 p. 527: *Μήδων τίγριν καλούντων τὸ τόξευμα.* Curt. 4, 36: „itaque a celeritate qua defluit Tigris nomen est inditum, quia persica lingua Tigrim *sagittam* vocant" cf. rapidus Tigris Hor. Carm. 4, 14, 46. Atqui in hodierna lingua persica (et in curdica) et sagitta et Tigris fluvius تیر *Tir* appellatur, in lingua zendica *Tedjer* (Tedjerem scribit Anquetil du Perron II, 439, ubi nescio an *em* sit terminatio accusativi), in pehlevica *Tedjera* est *fluvius* („fleuve, courant"), *tâgur* celer, sanscr. *tigra acutus*, *vélox* a rad. *tidsch* acuere (v. *Bohlen* de ling. zend. p. 48): quae omnia hunc in modum conciliaverim. Genuina vocabuli forma in lingua medo-persica fuisse videtur *Teger* i. e. *sagitta* et *fluvius celer*, utrumque a celeritate, unde partim ortum gr. *Τίγρις*, quod origini proximum, partim litteris varie emollitis et contractis semit. *Dekel*, *Digla* et neo-pers. *tir*: eiusdem originis esse potest *tigris*, bestiae nomen. — Ad veteres illorum locorum interpretes obiter annoto, קפלוסה quod Vers. sam. habet pro חִדֶּקֶל *tigridem* bestiam notare, coll. chald. קיפלוס tigris. — Cod. Sam. Gen. l. c. pro חדקל habet הדקל, lege הַדֶּקֶל, quae est simplex nominis forma, v. supra.

חָדַר i. q. syr. et zab. ܚܕܰܪ (chald. חֲזַר) *cinxit, circumdedit*, et in malam partem *obsedit*. (Radicum cognatarum, in quibus cunctis cingendi, circumdandi potestas primaria inest, magnam vim habet lingua hebraea, velut גָּדַר, חָדַר; כָּתַר, עָטַר; אָזַר, עָזַר; אָצַר, עָצַר, חָצַר. Eadem radicum propago late regnat in linguis occidentalibus, et modo rem sepientem modo spatium septum designat, cf. lat. med. *cadarum*, ital. *catarata*, nostr. *Gatter*, *Gitter*, et litteris transpositis *χόρτος*, *hortus*, nostr. *Gurt*, gürten, it. *Garten*, *Hürde*, slav. *gorod* urbs munita. Sub his litteris Arabes habent خِدْر velum, cortina, a circumdando, dein latibulum quodvis et inde خدر commoratus est. II. VIII. abdidit se. Aeth. ኀደረ: habitavit, v. Lud. p. 286). Ex illo primario significatu explico Ez. XXI, 19: חֶרֶב הַחֹדֶרֶת לָהֶם *gladius qui eos* undique *obsidet*, iis circumquaque insidiatur. Abulwalides: الخادرة اى الكامنة *latibula ingrediens, id est insidiabunda*, et Kimchi: הארבת להם בחדר, uterque insidiandi potestatem repetens a latendo in penetralibus, cf. יָשַׁב sedit, habitavit et وثب insidiatus est. Vett. interpp. reddunt: *gladius terrens eos*, quasi חֹרֶדֶת sit i. q. חֹרֶדֶת.

חֶדֶר cstr. חֲדַר, c. suff. חֶדְרוֹ pl. חֲדָרִים cstr. חַדְרֵי m. *conclave*, max. interius, *penetrale* Gen. XLIII, 30. Iud. XVI, 9. 12. Ps. CV, 30. Deut. XXXII, 25 (ubi מֵחֲדָרִים est in conclavibus, opp. מִחוּץ foras), in quo dormiunt (plenius חֲדַר הַמִּשְׁכָּב Ex. VII, 28. 2 Sam. IV, 7. 2 Reg. VI, 12. Eccl. X, 20, חֲדַר הַמִּטּוֹת 2 Reg. XI, 2. 2 Par. XXII, 11) et aegroti iacent 2 Sam. XIII, 10. 1 Reg. I, 15, in quo mulieres habitant Cant. III, 4, ubi thalamus est Iud. XV, 1. Joël II, 16. Cant. I, 4, et promtuaria Prov. XXIV, 4, ubi numen adorant (Jes. XXVI, 20), praecipue idola (Ez. VIII, 12). חֲדַר הַמְּקֵרָה conclave refrigeratorium Iud. III, 24. בּוֹא חֶדֶר בְּחֶדֶר ire a conclavi in conclave, dicitur de homine latibulum quaerente in intimis conclavibus 1 Reg. XX, 30. XXII, 25. 2 Par. XVIII, 24, cf. 2 Reg. IX, 2, ubi הֵבִיא חֶדֶר בְּחֶדֶר est: duxit in intimum conclave.

Metaph. חַדְרֵי תֵמָן Iob. IX, 9 conclavia s. promtuaria venti australis, in modum speluncarum Aeoli (LXX. *ταμιεῖα Νότου* cf. אוֹצְרוֹת שֶׁלֶג XXXVIII, 22), unde XXXVII, 9: מִן הַחֶדֶר תָּבוֹא סוּפָה *ex conclavi* (venti) *venit turbo*. (A. Schultens IX, 9 intelligit „sidera in meridianam mundi partem penitius abdita", et XXXVII, 9 חֶדֶר interpretatur austrum, utpote coeli partem nubibus clausam, observans Arabes verbo خدر uti de nubium et pluviae velo, v. c. خدر IV. pluvia nubeque obvelatus fuit dies i. e. pluviosus fuit, يوم خدر dies veli i. e. nubibus obvelatus, pluviosus; sed in lingua hebraea ubique *conclavis* et *penetralis*, nusquam *veli* vim habet. Magis placerent: *penetralia austri* i. e. coeli plagae australes et remotissimae, cf. יַרְכְּתֵי צָפוֹן). חַדְרֵי בֶטֶן penetralia pectoris Prov. XVIII, 8. XX, 27. 30. XXVI, 22. חַדְרֵי מָוֶת penetralia mortis i. e. orci Prov. VII, 27.

חַדְרָךְ n. pr. perobscurum, ut plurimi volunt, urbis vel regionis Syrae. Zach. IX, 1: מַשָּׂא דְבַר יְהוָה בְּאֶרֶץ חַדְרָךְ וְדַמֶּשֶׂק מְנֻחָתוֹ *effatum verbi Dei* pronunciatum est *in terram Hadrachi, et Damascus* est *locus quietis eius* sc. verbi divini. Ex veteribus Cyrillus: *γῆ δὲ Ἀδρὰχ χώρα που πάντως ἐστὶ κατὰ τὴν ἑῴαν κειμένη, ἧς γείτων Ἡμὰθ ἔξεις ἐστὶν Ἐπιφάνεια, τῶν Ἀντιοχέων προσωτέρα βραχύ*, Theodoretus: *Ἀδρὰχ πόλις ἐστὶ τῆς Ἀραβίας*, prae caeteris autem R. Jose apud Jarchium: „*dicebat illi Rabbi Jose, filius Damascenae mulieris, in disputatione: coelum et terram super me invoco: natus sum Damasci, estque locus aliquis cuius nomen est Hadrach*", cui addunt testimonium Josephi Abbassi, hominis Transjordanensis, qui 1768 Gottingae commoratus, et a J. D. Michaeli interrogatus, nossetne urbem حدرك, respondebat, esse eius nominis urbem, decimo forte a Damasco milliari

desertum versus, nunc parvam, sed olim maiorem, multa de eius regibus et principibus narrare Arabes, ferri etiam gigantum sedem fuisse, et Muhammedem ex ea ortum esse. Hos vero omnes, et nominatim quidem R. Josen atque Josephum Abassi, ante oculos habuisse urbem *Adraa*, *Adraga*, arab. اذرعات, ادرعات (hebr. אֶדְרֶעִי v. pag. 354), monstravit Hengstenberg (Christol. II, p. 92 sqq.): cuius disputationi in eo etiam assentior, quod חַדְרָךְ vel urbis vel provinciae Syriacae nomen fuisse omnino negat. Namque persuasum mihi est, urbis nedum provinciae nomen vix et ne vix quidem prorsus interire potuisse: nominis autem حدرك nec vola est nec vestigium apud Arabum Geographos, quotquot evolvi, evolvi autem impressos omnes, manuscriptos non paucos. Nihilo tamen magis probanda ipsius interpretatio, qua cum Hieron. Kimchio, Jarchio חַדְרָךְ *acutum et mollem* (comp. ex חַד et רַךְ) interpretatur, quanquam non cum his Messiam, sed *regnum Persicum* intelligit. Ut dicam quod sentio, prae caeteris placet coniectura Bleekii nuper coram mecum communicata, qua חַדְרָךְ nomen regis cuiusdam Damasceni censetur, a quo ipsa Damascus poët. *terra Hadrachi* appellata sit. Unius enim regis nomen facile interire poterat: totius regionis non ita. Quid vero si eius regis vestigium superesse statuamus in his Justini hist. 36, 2: „post Damascum Azelus (חֲזָאֵל), mox *Adores* ..... reges (Damasci) fuere"? Unum obiici possit, *Adorem* probabilius Hadadesarem vel Hadar-esarem (הֲדַדְעֶזֶר, הֲדַרְעֶזֶר) esse; sed facilius tamen Adores oriatur ex חַדְרָךְ, quam ex הֲדַרְעֶזֶר. In similem opinionem incidit Hieron. van Alphen in dissert. de terra Hadrach et Damasco (Traj. 1723. 8. et in Ugolini thes. VII no. 20), qui חַדְרָךְ Atergatin s. Derceto, idolum Syrorum, esse coniicit, et *terram Hadrach* itidem Damascum interpretatur. Sed, ut alia taceamus, difficile dictu fuerit, quo sensu חַדְרָךְ de Derceto dicatur, de cuius orthographia syra iam supra (p. 320 A) sententiam nostram diximus. — Ex vett. intpp. LXX. γῆ Σεδράχ, Targ. אַרְעָא דָרוֹמָא *terra australis* (prob. coll. Iob. IX, 9. XXXVII, 9).

חָדַשׁ in Kal inusit. *novus fuit.* (Arab. حدث novus, recens fuit. IV. recens protulit, sed Conj. III. IV etiam *polivit* ensem. Atque in secando, caedendo, poliendo primariam eius potestatem esse, non male observarunt Etymologi, v. dissertt. Lugd. p. 936. Eiusdem enim familiae est atque חָדַד, חָדַר, חָדַק, et novitatis significatus ab acuto, polito, splendido proficisci videtur, cf. 2 Sam. XXI, 16. Aram. חֲדַת id. q. v. Aeth. ሐደሰ: innovavit, ሐዲስ: novus).

Pi. renovavit, velut aedificia, oppida 2 Paralip. XXIV, 4. Jes. LXI, 4, altare 2 Par. XV, 8, it. dies alic. Thren. V, 21, regnum 1 Sam. XI, 14, animi indolem Ps. LI, 12, testes (i. e. novos quotidie protulit) Iob. X, 17.

Hithp. renovavit se Ps. CIII, 5.

חָדָשׁ m. חֲדָשָׁה f. adj. *novus*, v. c. de plaustro, tribulo 1 Sam. VI, 7. Jes. XLI, 15, utre Jos. IX, 13. Iob. XXXII, 19, veste 1 Reg. XI, 29, de domo Deut. XX, 8, porta Jer. XXVI, 10. XXXVI, 10, de novo rege Ex. I, 8, nova uxore Deut. XXIV, 5, de carmine Ps. XXXIII, 3. XL, 4. XCVI, 1. XCVIII, 1. CXLIV, 9. CXLIX, 1. Jes. XLII, 10, nomine Jes. LXII, 2, foedere Jer. XXXI, 31, animo Ez. XI, 19. XVIII, 31. XXXVI, 26 cet. De חָגוּר חֲדָשָׁה 2 Sam. XXI, 16 v. חָגַר litt. b. — אֱלֹהִים חֲדָשִׁים dii novi, aliunde adsciti, peregrini (dii novi Ov. Fast. 1, 510) Deut. XXXII, 17. Iud. V, 8. Saepe est *recens*, *hornus* de frumento (opp. יָשָׁן) Lev. XXVI, 10 cf. Cant. VII, 14, *inauditus* Eccl. I, 9: אֵין כָּל־חָדָשׁ תַּחַת הַשָּׁמֶשׁ *nihil novi est sub sole.* חֲדָשָׁה novi quid Jes. XLIII, 19, pl. חֲדָשׁוֹת nova, inaudita XLII, 9. XLVIII, 6.

חֹדֶשׁ m. (semel constr. more femininorum Gen. XXXVIII, 24 in verbis מִשְׁלֹשׁ חֳדָשִׁים, pro מִשְּׁלֹשֶׁת חֳדָשִׁים) 1) *novilunium*, dies quo primum conspicitur nova luna, a quo orditur mensis lunaris, et qui veteribus Hebraeis (pariter atque Graecis et Romanis Macrob. Sat. 1, 15. Spencer legg. rit. p. 805) festus erat. Num. XXVIII, 11 sqq. Am. VIII, 5. 1 Sam. XX, 5. 18. 24. Ex. XIX, 1: בַּחֹדֶשׁ הַשְּׁלִישִׁי *tertio novilunio* i. e. calendis mensis tertii. Hos. V, 7: עַתָּה יֹאכְלֵם חֹדֶשׁ *iam novilunium absumet eos* i. e. novilunii tempore absumti erunt. Plur. חֳדָשִׁים *novilunia* (saepe copulantur cum sabbatis, festis) c. art. הֶחֳדָשִׁים (pro הַחֳדָשִׁים), cum praef. לֶחֳדָשִׁים, 2 Par. II, 3. VIII, 13. XXXI, 3. Esr. III, 5. Neh. X, 34. Jes. I, 13. 14. Ez. XLV, 17. XLVI, 3.

2) *mensis* isque lunaris, a novilunio incipiens (persaepe). Cf. syn. יֶרַח. חֹדֶשׁ יָמִים einen Monat Zeit (v. יָמִים). בֶּן חֹדֶשׁ filius mensis, i. e. mensem aetate agens (v. בֵּן no. 10). In antiquissimis libris menses tantummodo secundum numeros distinguuntur, ut *mensis primus* et ellipt. *primus* Gen. VIII, 13, *mensis secundus* VII, 11, *mensis septimus* VIII, 4. Lev. XXIII, 41, *mensis decimus* Gen. VIII, 5, raro addita sunt alia nomina, ut חֹדֶשׁ הָאָבִיב (v. אָבִיב); postea sensim usu recepta videntur nomina max. partem chaldaica, ex quorum numero in V. T. reperiuntur haec: 1) נִיסָן q. v. 2) זִו; 3) סִיוָן; 6) אֱלוּל; 7) יֶרַח הָאֵיתָנִים 1 Reg. VIII, 2; 8) בּוּל; 9) כִּסְלֵו; 10) טֵבֵת; 11) שְׁבָט; 12) אֲדָר, quanquam etiam his nominibus propriis passim additur numerus ordinalis Zach. I, 7. Esth. VIII, 12. Vide Carpzovii apparat. p. 357 sqq. J. D. Michaelis de mensibus Hebraeorum in eiusd. Comment. Bremae 1769. no. 11. Singuli mensium dies hunc in modum indicantur: Gen. VIII, 13: בָּרִאשׁוֹן בְּאֶחָד לַחֹדֶשׁ *primo* mense, *uno* i. e. primo die *mensis*. VII, 11: בְּשִׁבְעָה עָשָׂר יוֹם לַחֹדֶשׁ *die septimo decimo mensis*. VIII, 14. Ex. XII, 3. XVI, 1. XL, 2. Levit. XXIII, 5. 27. 32. Jer. II, 24: בְּחָדְשָׁהּ יִמְצָאוּנְהָ *in mense eius* i. e. quo mense asinae silvestres solent maris appetitu fervere *invenient eam*.

3) n. pr. mulieris. 1 Par. VIII, 9.

חָדְשִׁי 2 Sam. XXIV, 6: אֶרֶץ תַּחְתִּים חָדְשִׁי, n. pr. regionis, de qua nil constat, et vix pro sano habendum.

חֲדַת chald. i. q. hebr. חָדַשׁ *novus fuit.* Inde

חֲדַת adj. *novus*, *novum* Esr. VI, 4. In Targg. saepe. Syr. ܚܕܬܐ id.

חָוָא v. חָוָה.

חוּב *reum esse* vel *fieri.* In Kal inusit. In Targg. persaepe pro hebr. אָשַׁם, חָטָא. Syr. ܚܳܒ id. ܚܰܝܳܒܳܐ debitor, reus, arab. حاب peccavit, deliquit, حَابٌ, حُوبٌ, حَوبٌ peccatum, crimen. Sed primaria potestas est in *debito* et *obligatione* (v. חוֹב), ut recte observat Hartmann, lingu. Einleit. p. 296.

Pi. חִיֵּב *reum fecit.* Dan. I, 10: וְחִיַּבְתֶּם אֶת־רֹאשִׁי לַמֶּלֶךְ *caput meum reum facitis regi*, quod bene ita reddidit Alex. καὶ κινδυνεύσω τῷ ἰδίῳ τραχήλῳ.

חוֹב m. *debitum* (cf. חוֹב 2 Reg. IV, 7 Targ., talm. חַיָּב debet, obstrictus est Berach. 9, 5. Terumoth 3, 1 et saepe, syr. ܚܰܝܳܒܺܝܢ ܚܢܰܢ pro gr. ὠφείλομεν Luc. XVII, 10). Ez. XVIII, 7: חֲבֹלָתוֹ חוֹב *pignus suum pro debito*, pro vulgari חֲבֹלַת חוֹבוֹ (pignus pro debito suo, ut דַּרְכֵּךְ זִמָּה XVI, 27 pro דַּרְכֵּךְ זִמָּתֵךְ. Male de hoc loco egit Hitzigius (Ephem. Jen. 1830, IV p. 373), חוֹב *debitorem* (מְחַיֵּב) notare censens: scrupulos facile eximat locus parallelus XVI, 27.

חוֹבָה v. rad. חָבָה.

חוּג *circulum describere*, *circinare.* (Syr. et zab. ܚܳܓ circuivit, ܚܽܘܓܳܐ circulus, gyrus, orbis. Cognatae radd. sunt חָגַג et syllabâ primariâ in fine auctâ חָגַר, it. עָגַג; paulo remotiores חָבַק, חָבַק, חָמַק). Iob. XXVI, 10: חֹק חָג עַל פְּנֵי מָיִם *terminum circinavit super aquas* i. e. finibus certis circumdedit maria, Oceanum. Intelligi videtur margo rotundus orbis terrarum, in quo inniti credebatur hemisphaerium coeli, quâ de re iisdem fere verbis Prov. VIII, 27: בְּחוּקוֹ חוּג עַל פְּנֵי תְהוֹם.

חוּג m. *orbis*, *sphaera*, de orbe terrarum Jes. XL, 22, de hemisphaerio coeli Prov. VIII, 27 (v. supra). Iob. XXII, 14.

מְחוּגָה f. *circinus* Jes. XLIV, 13.

חוּד i. q. arab. حاد deflexit, declinavit a re, sq. عن, v. multa exempla ap. Castell. II. nodos fecit, حَيْدٌ nodus in baculo, in cornu capri montani. Inde חִידָה fraus *aenigma*, *parabola.* Ab hac significatione ductum est,

2) denom. חוּד חִידָה aenigma proponere (pr. flectere, ein Räthsel schlingen, wie einen Knoten) Iud. XIV, 12. 13. 16, *parabolam proponere* Ez. XVII, 2.

חִידָה f. pr. *implexum*, *perplexum*, spec. 1) *fraus* pl. חִידוֹת fraudes, insidiae Dan. VIII, 23. Vide ad rad. אָרַב, adde στροφαί fraudes, malae artes, حِيلَة calliditas, a حال.

2) *oratio inflexa*, *perplexa* (περιπλοκὴ λόγων Eurip. Phoen. 497, στροφαὶ λόγων Sap. VIII, 8, στροφαὶ παραβολῶν Sir. XXXIX, 2, cf. Aesch. Prom. 610: οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ᾽ ἀλλ᾽ ἁπλῷ λόγῳ) a) *aenigma* (cf. מְלִיצָה, et arab. لُغْز aenigma, a لغز IV. distorsit sermonem). Iud. XIV, 12. De aenigmate proponendo dicunt חוּד חִידָה (v. supra rad. no. 2), de solvendo מָצָא XIV, 18, הִגִּיד XIV, 12. 15. 17. 19, quae ita differunt, ut prius sit recte assequi, posterius indicare solutionem. b) *sententia* max. *perplexior* et aenigmatica Prov. I, 6; c) *parabola* Ezech. XVII, 2; d) *carmen* Ps. XLIX, 5. LXXVIII, 2. e) *oraculum* Num. XII, 8. Cf. Hartmann ling. Einl. 255.

אֲחִידָה f. chald. *aenigma* Dan. V, 12. Syr. ܐܘܚܕܬܐ, unde novum verbum ܐܘܚܕܬܐ ܐܚܕ aenigma proposuit.

חָוָה rad. in Kal inusit. 1) pr. *spiravit*, i. q. הָוָה, הָיָה, חָיָה, quae formae cunctae ex hac tamquam ex communi fonte profluxerunt: cf. quae de syllaba primaria *hav* אב, אוּ, הב, הו, חו, חב, et spirandi potestate varie inflexa, quae in ea inest, observavimus s. v. הָבַל. Inde

2) *vixit* i. q. חָיָה, cf. חַוָּה. Quae de origine verborum חָוָה et חָיָה, quae ponenda sit in notione *introrsum flectendi* („die Grundsylbe חו malt nämlich ein mit angestrengtem Streben rund auf einen Punkt hin Gebeugtes, etwas mit zuneigender Strebkraft besonders in sich selbst Gekrümmtes bilden") commentus ne dicam nugatus est Boettcherus, apud eum Specc. p. 83 sqq. legat eique credat qui velit. Arab. حوى, ad quod unum forte provoces (nam *pudoris* vim nemo facile cum Boettchero a retro flectendo profectam existimabit), omnino est V. in gyrum convolutus est serpens, unde حَوِيَّة gyrus rei in se convolutae, pl. intestina: sed haec secundaria sunt, ducta a חַוְיָא, חִוְיָא, حَيَّة animal, spec. *serpens*: neque ullum eius potestatis vestigium est in Hebraismo (de חָוָה v. infra no. 2).

Pi. חִוָּה pronunciavit, indicavit vc. poët. pro pedestri הִגִּיד (Aram. v. statim, arab. transp. وحى id., ut צִוָּה arab. وصى. Genuina vis est efflavit, unde pronunciavit, fortasse proprie de rebus arcanis, quae quis temere effutit; sec. Boettcherum p. 85 pr. fecit ut corpus inclinaret ad al., zu Wahrnehmung mit Leib und Seele sich hinneigen, zum Anhören, Ansehen sich hinbeugen lassen, quae et ab introrsum flectendi vi et ab usu huius verbi prorsus aliena sunt). Sq. acc. rei Iob. XXXII, 10: אֲחַוֶּה דֵעִי אַף אָנִי pronunciabo sententiam meam etiam ego. 17. Accedit dat. pers. Ps. XIX, 3, sed saepius accus. Iob. XXXII, 6: מֵחַוֹּת דֵּעִי אֶתְכֶם, inde c. suff. XV, 17. XXXVI, 2.

חֲוָה chald. inusit.

Pa. חַוֵּא i. q. hebr. חִוָּה indicavit c. acc. rei Dan. II, 4, et לְ pers. ib. 24, sed saepius cum acc. pers. ib, 11. V, 7. Persaepe in Targg. Syr. ܚܰܘܺܝ id., ܚܽܘܳܝܳܐ demonstratio, ܬܚܘܝܬܐ demonstratio, argumentum, exemplum.

Aph. (s. Haph.) fut. יְהַחֲוֵה inf. לְהַחֲוָיָה id. c. acc. rei Dan. II, 6. 7. 10. V, 15, c. dat. pers. II, 16. 27, c. acc. p. II, 6. 9. In Targg. haec coniugatio non usitata est.

חַוָּה f. 1) *vita* i. q. חַיָּה. Inde n. pr. primae mulieris, utpote matris omnium viventium (אֵם כָּל־חָי) Gen. III, 20. IV, 1. Bene LXX III, 20: Ζωή, et ita Josephus et Philo. Alia eaque falsa nominis interpretamenta collegit Fabric. in cod. pseudep. V. T. 1, 103. LXX graece scribunt Εὔα (cf. חִוִּי Εὐαῖος) et ita in N. T. 2 Cor. XI, 3. 1 Tim. II, 13. Vulg. *Heva*. Arabs حَوَّا.

2) *vicus*, *pagus* Num. XXXII, 41, inde חַוֹּת יָאִיר *vici Jaïri*, quomodo vocabatur Batanaea vel pars eius a Jaïro, filio Manassis, qui eius regionis vicos occupaverat Num. l. c. Deut. III, 14. Jos. XIII, 30. Sed teste Iud. X, 4 coll. 1 Reg. IV, 13 hoc nomen gesserunt *triginta urbes* Gileaditidis a Jaïro indice ita cognominatae: quae quomodo inter se conciliaverint viri docti, vide ap. Rosenm., bibl. Alterth. II, 1 p. 279. Conferunt vulgo arab. حِوَاءٌ tabernaculum Arabum campestrium, plures domus inter se propinquae, et huius atque hebraei vocabuli originem ducunt a حوى in gyrum se flexit. Clericus ad Num. XXXII, 41. Faber Archaeol. p. 158. Equidem, vc. arabicum (quippe non *vicum*, sed *tabernaculum* notans, a nostra igitur disputatione alienius) nil curans hebraei originem quaero potius in *vivendo* alicubi i. e. *commorando*, *habitando*, cf. angl. *to live* vivere pro habitare, nostr. *—leben* in innumeris nomm. pr. oppidorum et vicorum, veluti *Aschersleben* = Ascaniae gentis vicus, sanscr. *was* esse et commorari, habitare).

חִוִּי (paganus, a חַוָּה no. 2, pro חַוִּי) *Hevita*, collect. *Hevitae* (LXX. Εὐαῖος), populus Cananiticus, ad radices Hermonis et Libani (Jos. XI, 3. Iud. III, 3), praeterea Sichemi quoque (Gen. XXXIV, 2) et ad Gibeonem (Jos. IX, 1. 7. XI, 19) degens, Davidis adhuc tempore superstes 2 Sam. XXIV, 7. 1 Reg. IX, 20, saepe una cum aliis gentibus Cananaeis commemoratus Ex. III, 8. 17. XXIII, 23. 28. XXXIII, 2. XXXIV, 11. Deut. VII, 1. XX, 17. Jos. III, 10. XII, 8. XXIV, 11.

אַחֲוָה f. verbale Hiph. *declaratio*, *indicatio* sententiae Iob. XIII, 17.

אַחֲוָיָה chald. f. (pr. inf. Aph.) *indicatio* Dan. V, 12.

יְחִיאֵל (pro יְחַוֶּה אֵל, quem *Deus vivum servet*, hoc certe aptius videtur quam: *quem Deus indicabit* cf. יְחִיאֵל) n. pr. viri 2 Chr. XXIX, 14.

מַחֲוִים 1 Par. XI, 46 n. gentil. aliunde non cognitum, exspectes certe מַחֲוִי.

חוּז rad. inusit. prob. i. q. עוּז *confugere*, ע et ח permutatis, ut saepe. Inde facile duci potest

מָחוֹז m. *refugium*, inde *portus*. Ps. CVII, 30: *et ducit eos* אֶל מְחוֹז חֶפְצָם *ad portum desiderii eorum*. LXX. ἐπὶ λιμένα θελήματος αὐτῶν. Vulg. *in portum voluntatis eorum*. Syr. ܠܡܚܘܙܐ ܕܨܒܝܢܗܘܢ. Chald. בִּמְחוֹז רַעֲוָתְהוֹן cf. מְחוֹזֵי יַמָּא Ps. LXXXIX, 26 Targ., et עַלּוֹן וּמְחוֹזוֹי Num. XXXIV, 6 Jon. Eodem vocabulo Targumistae et Talmudistae praeterea utuntur de finibus (Gebiet) Iob. V, 10, de platea (pro חוצות Thren. II, 19. IV, 14), de urbe (Tamid cap. 4), et similiter Hebraei interpretes fluctuant in vc. biblico interpretando. Kimchius: „significat vel *urbem*, vel terrae *tractum*, vel *terminum*. Beatus pater meus ad hanc radicem refert etiam Iob. XXIV, 1: יֹדְעָו לֹא חָזוּ יָמָיו, in quo חָזוּ sit i. q. גְּבוּל. Ita מְחוֹז l. c. i. q. גְּבוּל, collato arab. حوز." Ad *urbis* significatum conferri potest syr. ܡܚܘܙܐ, de quo ita Bar Ali: ܡܚܘܙܐ ܩܪܝܬܐ ܙܥܘܪܬܐ المداين i. e. *Mechuse sunt parvae urbes*; ad *termini tractusve* arab. حَوْزٌ tractus terrae Dschauh., حُوزٌ ora, margo Gol. ex Maruph. v. Schnurreri dissertt. pag. 495 sqq. Equidem vulgarem portus significationem praefero ex etymo supra a me proposito illustrandam.

חוֹזַי v. חָזָה.

חוֹחַ *spina* v. rad. חָחַח.

חוּט chald. *suere*, *consuere*. In Targg. חִיט pro תָּפַר, et pro eodem חַטַּם Gen. III, 7, cf. Ez. XIII, 18. Syr. ܚܳܛ id. Arab. خاط med. Je consuit, خَيْطٌ filum.

חוּט m. *filum* Iud. XVI, 12. 1 Reg. VII, 15. Jer. LII, 21. חוּט מְשֻׁלָּשׁ filum triplex Eccl. IV, 12. חוּט הַשָּׁנִי filum coccineum Cant. IV, 3, collect. Jos. II, 18. Proverbialiter dictum est Gen. XIV, 23: מִחוּט וְעַד שְׂרוֹךְ נַעַל *neque filum neque corrigiam calcei* i. e. ne minimam quidem et vilissimam rem. Congruit lat. *neque hilum* i. e. neque filum (Lucr. 3, 784. Enn. ap. Varr. l. l. 4, 22), unde *nihil*, et eodem proverbio utuntur Arabes v. c. in Hamas. 404 Schult. فَلَمْ تَرَ مِنْ رَأْيٍ فَتِيلًا *at illa consilii ne hilum quidem cernit* i. e. consilii inops est, et ما أَغْنَى عَنْكَ فَتِيلًا وَلَا فَتِيلَةً *ne hilum quidem lucrati sunt a te* Kamus p. 1516 (de qua phrasi minus accurate retulerunt Giggejus III, 843 et qui eum sequitur Castellus col. 3102). Similes locutiones arabicas v. apud Jahnium, gr. arab. p. 87.

חָוַל rad. inus., de cuius significatione nihil definio.

חוִיל (חָוִיל) legitur in cod. Sam. Gen. X, 23 pro n. pr. חוּל q. v.

חֲוִילָה *Chavila*, n. pr. 1) tractus Arabum Joctanitarum (Gen. X, 29. 1 Par. I, 23), in finibus orientalibus Ismaëlitarum (Gen. XXV, 18) et Amalecitarum (1 Sam. XV, 7). Intelligo Χαυλοταίους Strabonis (XVI, p. 728 Casaub.) Nabathaeis et Hagrensibus vicinos, ad sinum Persicum habitantes, in cuius littore Niebuhrius (Arabiae p. 342) Chawilae oppidum regionemve (حويلة) recenset. Malo autem propter locos Gen. et 1 Sam. Chavilam in his regionibus quaerere, quam cum Bocharto (Geogr. s. lib. 2 cap. 28), Niebuhrio (l. c. p. 270), Michaeli (spicil. 202. suppl. 685) conferre regionem خولان *Haulan* Nubiensi (Clim. 2 part. 5. p. 55. 56 Rom.) commemoratam media via inter Sanaam et Meccam in Tehama sitam. V. Schultensii Parad. p. 105 sq.

2) regionis Cuschitarum (Gen. X, 7. 1 Chr. I, 9) in Aethiopia quaerendae. Mihi intelligendi videntur *Avalitae* ad Avalitem sinum (hodie *Zeila*) habitantes, a meridie freti Bab el Mandeb dicti (Plin. 6, 28. Ptolem. 4, 7), eademque videtur iam Saadiae sententia fuisse, qui ter in Genesi pro חוילה posuit زويلة = زيلة Zeila. Bochartus (l. c. IV, cap. 11) Chaulotaeos intelligit (de quibus no. 1): J. D. Michaëlis l. c. regionem حولان Sanaae vicinam (Niebuhrii Arab. pag. 286): sed Cuschitae extra Africam nobis minus certi videntur.

3) Prior illa חֲוִילָה (no. 1), ni fallor, viam monstrabit ad inveniendam *terram Havilae* אֶרֶץ הַחֲוִילָה Gen. II, 11 (Sam. utpote in n. pr. omittit articulum), auro, margaritis (vulgo: bdellio) et onyche feracem, Pischone (probabiliter Indo) circumfluam, siquidem חֲוִילָה etiam Gen. X, 29 Ophirae et Sabae, terris auriferis, iungitur, atque, utpote ad mare persicum sita, Indiae vicina est. Intelligenda est, si quid video, *India*, ex usu loquendi *veterum*, quatenus haec Arabiam australem et septentrionalem includit, de cuius situ et limitibus neque Graecis antiquioribus, neque Hebraeis accuratius constabat, ita ut essent, qui Aethiopiam adeo Indiae nomine appellarent. V. Assem. T. III. P. II. p. 568—70. Turnebi Adversaria XXI, 9. Ludolfi comment. ad hist. aethiop. lib. 1. c. 1. no. 23. p. 77. Bohlenii India p. 9. (Contra etiam *Arabia felix* usurpatur pro India Diod. 1, 15. 3, 64). *Indiam* reddunt ex vett. Pseudojon. et Targ. Hieros. Gen. X, 7. 29, ex recentioribus Castellus in Heptagl. al. Quibus Pischon Araxes est, ut Michaëlis (Suppll. 686 sq.), ad Chavilam parum probabiliter conferunt antiquum Chvaliscorum populum ad mare caspium, a quo caspium mare Russis *Chwalinskoje More* dicitur (Büschings Magazin f. neue Historie und Geogr. XVI, p. 287 sq.): qui pro Phaside pugnant, ut Relandus, Rosenmuellerus (bibl. Alterthumskunde I, 302), *Colchidem* intelligunt, eoque in nomine reliquias hebraei חוילה sibi invenire videntur. Conf. עֵדֶן.

חוּל et חִיל fut. יָחוּל et יָחִיל (sed hoc frequentius), apoc. וַיָּחֶל Jer. LI, 29, וַתָּחֵל Ps. XCVII, 4, וַיָּחֶל 1 Sam. XXXI, 3, imp. חוּלִי Mich. IV, 10, pl. חִילוּ Ps. XCVI, 9, inf. absol. חוּל Ez. XXX, 16 pr. *torquere*, *vertere*, *circumagere*, et intrans. *torqueri*, *verti*, *circumagi*. (Arab. حَالَ med. Waw: conversa, mutata fuit res, II. vertit, mutavit, حَوْلَ circum, حَوْلٌ annus, حُوَّلٌ, حُوَلَةٌ, حُوَّلَةٌ versutus, v. Schult. ad Ham. pag. 361 sqq. J. W. Schroeder ad Ps. X. p. 97—103. Cognatae radd. sunt גּוּל in orbem ire, saltare, אוּל et אִיל pr. volvere, v. Lex. man. p. 24 et thes. append., gr. εἰλέω, εἰλύω, ἴλλω: praeterea חָבַל cf. p. 439 A). Inde

1) *saltare* in orbem (cf. גִּיל). Iud. XXI, 21. Cf. Pil. no. 1 et nomen מָחוֹל.

2) *torqueri*, *contorqueri* in aliquid (geschwungen, geschleudert werden), inde *irruere*, pr. de gladio. Hos. XI, 6: וְחָלָה חֶרֶב בְּעָרָיו *torquebitur gladius in urbes eius*, de turbine Jer. XXX, 23: *turbo* עַל רֹאשׁ רְשָׁעִים יָחוּל *irruet in caput impiorum*. XXIII, 19, et translate 2 Sam. III, 29: יָחֻלוּ עַל רֹאשׁ יוֹאָב *irruet* (caedes Abneri) *in caput Joabi*. Thren. IV, 6: לֹא חָלוּ בָהּ יָדָיִם *et non immissae sunt manus*, sine manuum (humanarum) ope. (Idem valet חוּל in Targg., quae propterea hoc verbum retinent Hos. l. c. et Jer. XXX, 23; Ez. XXX, 4 pro בָּאָה חֶרֶב ponunt תֵּחוֹל חַרְבָּא; Jer. VII, 20. XLIV, 6 est formula: *ecce furor meus* חָל עַל אַתְרָא הָדֵין *irruit super hunc locum*, cf. Deut. XXXII, 26. Ez. XX, 21. 1 Reg. VIII, 46 et Buxt. Lex. chald. p. 719. In lingua arab. cf. حَالَ insiluit in equum, sich aufs Pferd *schwingen*. IV. irruit in aliquem flagello feriens, sq. على pers., et acc. [Taraph. 42] nec non بـ flagelli pr. die Geissel schwingen über jem. cf. de duplici hac constructione ad verbum חָבַר Hi. Conj. V. desiluit de equo in equum).

3) *torqueri doloribus, dolere.* (Cf. חָבַל Pi. no. 1. In linguis indogerm. ad hanc significationem prope accedit nostr. *Quaal*, ap. Notk. *chala* dolor.) Jer. V, 3. Max. de parturientibus. Jes. XXIII, 4: לֹא חַלְתִּי וְלֹא יָלַדְתִּי *non parturivi, neque peperi.* XXVI, 18: חַלְנוּ כְּמוֹ יָלַדְנוּ רוּחַ *parturivimus, quum pareremus, ventus* erat. XIII, 8. LIV, 1. LXVI, 7. 8. Mich. IV, 10. Adeo pro *parere.* Jes. XLV, 10: *vae ei qui dicit patri: quid generasti? et matri:* מַה־תְּחִילִין *quid parturivisti?* Vide Pil. Metaph. *dolere* propter aliq. rem, sq. לְ Mich. I, 12: חָלָה לְטוֹב *dolet propter bonum* (ablatum).

4) *tremere, contremiscere*, a tremore parturientis, cf. no. 3, חִיל, et חַלְחָלָה. Ps. LV, 5: לִבִּי יָחִיל בְּקִרְבִּי. Jes. XXIII, 5: יָחִילוּ כְּשֵׁמַע צֹר. Ez. XXX, 16: חוּל תָּחוּל סִין. Zach. IX, 5, etiam de inanimatis Ps. LXXVII, 17. XCVII, 4. Hab. III, 10, sq. מִן eius, qui tremorem incutit 1 Sam. XXXI, 3. 1 Par. X, 3, מִפְּנֵי Deut. II, 25. Joël II, 6. Jer. V, 22. Ps. XCVI, 9. מִלִּפְנֵי Ps. CXIV, 7. 1 Par. XVI, 30.

5) *firmum, robustum esse*, unde חַיִל vis, robur. Verba enim ligandi, torquendi referuntur ad robur, v. ad חָזַק no. 3. (Arab. حال med. Waw. vi polluit, potens, validus fuit. Gol. ex Maruph., حَوْلٌ vires v. Tim. II, 674. خَيْلٌ robur, خَيْلَةٌ potestas Cor. 4, 10. Aethiop. ኀየለ: fortis fuit, valuit, ኀይል: robur, ኀያል: validus, fortis, robustus. Aram. חֵיל, ܚܝܠ roboravit. Ethpa. roboratus est, fortiter egit). Ps. X, 5: יָחִילוּ דְרָכָיו *firmae sunt viae eius* i. e. prospere cedunt res eius. Iob. XX, 21: לֹא יָחִיל טוּבוֹ *non firma erit* non duratura est *felicitas eius.* Alex. οὐκ ἀνθήσει. Syr. Ar. non durabit. A durando est

6) *manere*, inde *praestolari* (ut vic. יָחַל). Gen. VIII, 10 (cf. Comm. 12). Schultens ad Prov. XXI, 7: „Sciatur ...... illud *morari* sub חוּל a torquendo esse profectum, plane ut στρέφειν; itemque ἑλιννύειν, quod apud Hesych. inter alia est λήγειν, ὀκνεῖν, ἀναπαύεσθαι, στραγγεύεσθαι, ἢ διατρίβειν; quae verba omne genus morae amplectuntur."

Hiph. causat. 4. *tremere fecit* Ps. XXIX, 8. — *Hoph.* fut. יוּחַל pass. no. 3. *in lucem editus est*, poët. de creatione terrae Jes. LXVI, 8.

Pil. חוֹלֵל 1) i. q. Kal no. 1. Iud. XXI, 23. — 2) causat. Kal no. 3: *parturire fecit* Ps. XXIX, 9, deinde i. q. *parturivit, peperit* Iob. XXXIX, 1 (4). Jes. LI, 2: אֶל שָׂרָה תְּחוֹלֶלְכֶם *ad Saram*, quae *peperit vos*; et translate *creavit, genuit, finxit.* Deut. XXXII, 18: אֵל מְחֹלְלֶךָ *Deus creator tuus.* Ps. XC, 2. Prov. XXV, 23: *boreas gignit pluviam.* XXVI, 10: רַב מְחוֹלֵל כֹּל *magister creat omnia* (opp. qui stultum conducit, conducit transeuntes); i. e. artifex peritus omnia bene perficit, ein Meister bringt Alles zu Stande. Bene dudum Luth. ein guter Meister macht ein Ding recht, aber wer einen Hümpler dinget etc. In alia omnia abeunt recentiorum plurimi. — 3) i. q. Kal no. 4. *contremuit* Iob. XXVI, 5. — 4) i. q. Kal no. 6. *exspectavit*, sq. לְ Iob. XXXV, 14. — Aliud חוֹלֵל est Po. rad. חָלַל.

Pul. pass. Pi. no. 2. *natus est.* Ps. LI, 7: הֵן בְּעָווֹן חוֹלָלְתִּי. Iob. XV, 7: לִפְנֵי גְבָעוֹת חוֹלָלְתָּ. Prov. VIII, 24. 25.

Hithpal. הִתְחוֹלֵל 1) pass. Kal no. 2. *contorqueri*, geschleudert werden, inde *irruere*, de turbine Jer. XXIII, 19. — 2) *torqueri* (doloribus, metu) Iob. XV, 20 de impio heautontimorumeno. — 3) i. q. Kal no. 6. Pil. no. 4. *exspectavit*, sq. לְ Ps. XXXVII, 7.

Hithpalp. הִתְחַלְחַל *doluit* (metaph.) Esth. IV, 4.

חוּל n. pr. regionis Aramaeae Gen. X, 23, ubi uterque cod. Sam. ࠇࠅࠋ. Josephus (Ant. 1, 6 §. 4) Οὖλον (ut pro Ὦτρος recte reposuit Havercampius) ponit in Armenia, in qua est Χολοβοτήνη provincia, ex Bocharti coniectura h. l. intelligenda (Phaleg 2, cap. 9). Michaelis (spicileg. II pag. 135) mavult *Coelesyriam*, coll. חוּל vallis, Schulthessius (Parad. p. 282) Mesopotamiae partem australem, ab *arena* dictam: sed etymi in his rebus non magna est auctoritas. Probabilius *Rosenmuellerus* (Alterthumsk. II, 309) confert *tractum Hhule* (ارض الحولة Burckhardti itin. I p. 8) Jordanis fontibus vicinum, ad quam sententiam commendandam provocare possis ad Saadiam حولة reddentem, est tamen hic tractus iusto minor et ad Aramaeam vix pertinuerit. Non liquet.

חוֹל m. *arena* (syr. ܚܠܐ, sam. ࠇࠅࠋࠀ, ࠇࠉࠋࠀ, ࠇࠋ, ࠇࠅࠋ, adeo armen. աւազ, quod ab Aramaeis petitum) a volvendo et rotando dicta (q. d. Gerölle) vel utpote turbine circumacta (Jer. XXIII, 19), secundum Simonem a copia (quandoquidem vocabula roboris, etiam ad numerum et copiam referuntur, ut עֹצֶם, גֶּבֶר, lat. magna *vis*). De arena deserti Ex. II, 12, et, quod longe frequentius, maris. Deut. XXXIII, 19. Jerem. V, 22. Persaepe ingens multitudo comparatur cum arena maris, variis formulis: כַּחוֹל אֲשֶׁר עַל שְׂפַת הַיָּם לָרֹב Gen. XXII, 17. Jos. XI, 4. Iud. VII, 12. 1 Sam. XIII, 5. 2 Sam. XVII, 11. 1 Reg. IV, 20. V, 9, כַּחוֹל Jes. XLVIII, 19. Hab. I, 9, כְּחוֹל הַיָּם Gen. XXXII, 12. XLI, 49. Jes. X, 22. Hos. II, 1, כְּחוֹל יַמִּים Ps. LXXVIII, 27, מֵחוֹל Ps. CXXXIX, 18, מֵחוֹל יַמִּים Jer. XV, 8. (Ita ap. Hom. κόνις, ψάμμος Il. 2, 800. 9, 385). Alibi eidem ingens pondus tribuitur Iob. VI, 3. Prov. XXVII, 3.

In verbis Iob. XXIX, 18: *cum nido meo exspirabo* וְכַחוֹל אַרְבֶּה יָמִים *et sicut arenam multiplicabo dies* interpretes Hebraei *phoenicem* avem intelligunt, quem in suo genere unicum post annorum DIX aetatem senescentem ex casia thurisque surculis nidum exstruere in eoque accenso cremari fabulabantur (v. Plin. 10, 2. Ovid. Met. 15, 391 al.); adeo codd. Babylonii discriminis causa scribunt חוּל, et nescio an eandem traditionem exegeticam secuti sint LXX reddentes: ὥσπερ στέλεχος φοίνικος πολὺν χρόνον βιώσω Hieron. *et sicut palma* multiplicabo dies, quae

ut nunc se habent verba, ad palmam quidem referenda sunt utpote arborem vivacem, fortasse tamen ex eadem illa interpretatione (חול φοίνιξ) profecta sunt ab interprete male intellecta, nisi cum Tychsenio (ad Physiol. Syr. p. 98) statuere mavis στέλεχος esse librarii cuiusdem glossema. Caeterum omne hoc interpretamentum profectum videtur a coniectura ingeniosa magis quam vera ex verbis: *cum nido meo moriar* ducta, neque est quod a vulgari significatu formae כַּחוֹל (v. supra) recedamus. Plura disputavit Bochartus in Hieroz. III, 809 sqq. Lips., qui quidem ipse Hebraeorum coniecturam probat, adde Schultens. animadvv. et Comment. ad h. l.

חַיִל cstr. חֵיל, pl. חֲיָלִים, c. suff. חֵילֵיהֶם Jes. XXX, 6 1) *vis*, *robur* (v. rad. no. 5, adde syr. et arab. حيل vis, virtus, exercitus, ܡܚܝܠܐ fortis, potens). Ps. LXXIII, 12. LXXXIV, 8. Deut. XXXIII, 11. Prov. XXXI, 3: *ne des mulieribus robur tuum.* Zach. IV, 6 (ubi copulatur cum כֹּחַ et de viribus humanis dicitur, opp. רוּחַ). גָּבַר חַיִל viribus auctus est Iob. XXI, 7. אָזַר חַיִל (v. אָזַר). *Robur arboris* poët. dicuntur fructus eius Joel II, 22 (cf. Iob. XXXI, 39). Plur. *vires* Eccl. X, 10. Sed maxime de *fortitudine bellica.* עָשָׂה חַיִל fortem se praestitit Num. XXIV, 18. Ps. LX, 14. CVIII, 14. CXVIII, 15. 16 (de alia huius formulae potestate v. no. 3). גִּבּוֹר חַיִל miles strenuus (v. גִּבּוֹר p. 262, no. 1, b). אִישׁ חַיִל, pl. אַנְשֵׁי חַיִל vir fortis, strenuus Iud. III, 29. XX, 44. 46. 1 Sam. XXXI, 12. 2 Sam. XI, 16. XXIII, 20 Keri. XXIV, 9, iron. de potatoribus strenuis Jes. V, 22, allegor. fort. de pedibus Eccl. XII, 3 (sec. Chald. de brachiis). בֶּן חַיִל id. 1 Sam. XVIII, 17. 2 Reg. II, 16. 2 Sam. II, 7: הֱיוּ לִבְנֵי חַיִל *estote viri strenui.* XIII, 28. XVII, 10. 1 Reg. I, 52. — Inde

2) vis bellica i. e. *copiae, exercitus.* (Cf. זְרוֹעַ no. 2, a, gr. δύναμις, v. Wahlii cl. no. 4, Sturzii Lex. Xenoph. hh. vv., ἰσχύς Aesch. Pers. 12, Xenoph., lat. *vis militum*, *vires* Liv. saepe de copiis; Simonis confert gr. εἴλη, ἴλη = חַיִל turma militum ab ἴλλω = חול). Ex. XIV, 28. 1 Reg. XX, 25. 2 Reg. VI, 15. Dan. XI, 7 et saepe, etiam plene חֵיל הַצָּבָא (nostr. Heeresmacht). 1 Par. XX, 1. 2 Par. XXVI, 13. De magno exercitu dr. חַיִל גָּדוֹל 2 Reg. VII, 6. Ez. XVII, 17, חַיִל כָּבֵד 2 Reg. VI, 14. שַׂר הַחַיִל dux exercitus 2 Sam. XXIV, 2, pl. שָׂרֵי הַחַיִל ibid. 4, et שָׂרֵי חֲיָלִים 1 Reg. XV, 20. 2 Reg. XXV, 23. Passim arctiore sensu de *peditibus* dici videtur (v. אִישׁ no. 1, l) et copulatur cum *equitibus* et *curribus bellicis* Exod. XIV, 9. 17. XV, 4. 2 Reg. VI, 14. Esr. VIII, 22. Neh. II, 9. — Poët. *de expeditione bellica.* Ps. CX, 3: בְּיוֹם חֵילֶךָ *die militiae tuae* i. e. quo in bellum egrederis. — Dicitur etiam de alia *vi hominum* Ezech. XXXVII, 10, v. c. de magno comitatu reginae Sabaeae 1 Reg. X, 2, cf. etiam 1 Sam. X, 26 (ubi al. explicant בְּנֵי הַחַיִל, opp. בְּנֵי בְלִיַּעַל).

3) *opes*, *bona*, *divitiae*, quibus aliquis valet polletque (nostr. Vermögen, gr. δύναμις Sturzii Lex. Xenoph. h. v., lat. *vires* pro opibus Gronov. Observatt. 4, 24) Gen. XXXIV, 29. (Onk. נִכְסִין, sed Alex. *mancipia* intelligit) Ps. XLIX, 11. LXII, 11. Iob. V, 5. XV, 29. XX, 15. 18. XXXI, 25. Jes. VIII, 5. Jer. XV, 13. XVII, 3. Zeph. I, 13 cet. חֵיל גּוֹיִם opes gentium Jes. LX, 5. 11. LXI, 6, חֵיל עַמִּים id. X, 14. עָשָׂה חַיִל et עָשָׂה לוֹ חַיִל opes sibi comparavit Deut. VIII, 17. 18. Ruth IV, 11. Prov. XXXI, 29. Ez. XXVIII, 4. גִּבּוֹר חַיִל vir opibus pollens (v. גִּבּוֹר no. 1, d). — Plur. חֲיָלִים opes. Jes. XXX, 6. — LXX saepe πλοῦτος.

4) Translate ad animum est *virtus*, *bonitas* (nostr. Bravheit, Tüchtigkeit, cf. etiam *fromm*, quod olim *fortem* notabat, v. Adel. II, 320). אַנְשֵׁי חַיִל viri boni Gen. XLVII, 6 (h. l. i. q. strenui, industrii). Exod. XVIII, 21. 25. אֵשֶׁת חַיִל mulier proba Ruth. III, 11. Prov. XII, 4. XXXI, 10. בֶּן חַיִל vir probus 1 Reg. I, 52, pl. Iud. XVIII, 2. גִּבּוֹר חַיִל id. (v. גִּבּוֹר no. 1, c).

חַיִל chald. cstr. חֵיל c. suff. חַיְלֵהּ Dan. III, 20 m. i. q. hebr. 1) *vis*, *robur*. Esr. IV, 23. גִּבָּרֵי חַיִל viri fortes Dan. III, 20. קָרֵא בְחַיִל clamavit vehementer III, 4. IV, 11. V, 7. 2) *exercitus.* III, 20. חֵיל שְׁמַיָּא i. q. צְבָא הַשָּׁמַיִם IV, 32. — In Targg. saepe pro חַיִל, כֹּחַ.

חַיִל (ad formam לַיִל) Jes. XXXVI, 2, et חֵל (de lectionis varietate circa scriptionem plenam et defectivam v. Mich. suppl. 736) pr. i. q. חַיִל, inde

1) *exercitus* 2 Reg. XVIII, 17. Jes. XXXVI, 2, semel חֵל Obad. 20. Eodem referunt Ps. X, 10 sec. Keri: חֵל־כָּאִים quod reddunt: multitudo (v. חַיִל no. 2 fin.) afflictorum, sed praestat sequi Chethibh, v. חֶלְכָה, rad. חָלַךְ.

2) *munitio*, spec. pars quaedam munimentorum, nimirum *antemurale* s. murus minor et exterior fossam ambiens, una cum pomoerio. Thren. II, 8: חֵל וְחוֹמָה. Jes. XXVI, 1: חוֹמוֹת וָחֵל. 1 Reg. XXI, 23: *canes vorabunt Isabelam* בְּחֵל יִזְרְעֶאל *in pomoerio Jesreëlis* (sed in loco parall. 2 Reg. IX, 36 בְּחֵלֶק יִז׳) 2 Sam. XX, 15: *aggerem fecerunt contra urbem* וַתַּעֲמֹד בַּחֵל *qui pertinebat usque ad antemurale* (vel pomoerium), *et omnes*, *qui cum Joabo erant*, *laborabant in diruendo muro.* Nah. III, 8. Ps. XLVIII, 14 (v. חֵילָה). CXXII, 7. LXX ter (et praeterea Ez. XLII, 20. XLVIII, 15 pro חֹל). it. anon. gr. Ps. CXXII προτείχισμα, semel περίτειχος Jes. XXVI, 1, Symm. bis in Ps. περίβολος. Vulg. bis *antemurale* (cf. Hieron. ad Jes. XXVI, 1). Kimchius: *Magistri nostri hoc vc. interpretantur murum minorem*, *qui ante maiorem est. Interrogatus quid sit* חל וחומה *Rabbi Chanina respondit: murus et filius muri.* Et ita Syrus ap. Jes. ܫܘܪܐ ܘܒܪ. At vero praeter murum minorem etiam pomoerium comprehendere hoc vc. confici videtur ex 1 Reg. et 2 Sam. l. c., cui accedit quod apud Talmudistas חיל legitur pro pomoerio templi s. de spatio, quod templi murum ambibat (v. Lightfoot Opp. II, pag. 193 cf. *Faber* Archaeol. p. 289). Ipse Kimchius etiam aliam proponit sententiam, Coccejo et J. D. Michaeli (suppl. 735 sqq.)

probatum, de qua חַיִל pr. *vallis* sit (chald. חֵילָא), dein *fossa*, quam firmant coll. حَوْلَ circum; sed illud tamen simplicius, ut *munimenti* significatus a *robore* ductus sit. — Vulgo huc referunt Hab. III, 19: *Jova Dominus* חֵילִי est *munimentum meum*, sed quidni: *robur meum*?

חֵילָה f. Ps. XLVIII, 14 sec. scripturam vulgarem i. q. חֵיל no. 2, sed 18 codd. exhibent חֵילָהּ (a חֵיל), quod ipsum exprimunt LXX. Vulg. Syr. Chald. Hieron., idque praestat.

חִיל m. *tremor* (v. rad. no. 3) Ex. XV, 14, max. parturientis, cui ingentem timorem comparare solent. Mich. IV, 9: הֶחֱזִיקֵךְ חִיל כַּיּוֹלֵדָה. Ps. XLVIII, 7. Jer. VI, 24. XXII, 23. L, 43.

חִילָה f. *dolor*, *tormentum* Iob. VI, 10, v. rad. no. 2.

חֹלוֹן (arenosum, a חול et וֹן—) et חֹלֹן n. pr. 1) oppidi Moabitarum Jer. XLVIII, 21; 2) oppidi sacerdotalis in montanis Judae Jos. XV, 51. XXI, 15, quod quidem posterius חִלֵן scribitur. Cf. חִילֵן.

חֵלוֹן (fortis) n. pr. viri Num. I, 9. II, 7.

חֵילָם 2 Sam. X, 16 (1 Kennic. חילאם) c. He locali חֵילָמָה, Chethibh חֵלְאמָה (3 codd. חילאמה) Comm. 17 n. pr. loci inter Jordanem et Euphratem, pugna Davidis cum Hadadesare nobilis, de quo praeterea nihil constat. Quid sit חֵילָם, iam Paralipomenôn auctorem latuisse videtur, qui in loco parallelo (1 Chr. XIX) V. 16 omittit verba וַיָּבֹאוּ חֵילָם, et V. 17 pro חֵלָאמָה ponit אֲלֵהֶם: LXX dant V. 17 *Χαλαμὰκ* (multi codd. *Χαλαάμ*), V. 18 *Αἰλάμ*, unde Jos. (Ant. VII, 6 §. 3) effinxit regem Mesopotamiae *Χαλαμάν* dictum.

חִילֵן n. pr. oppidi sacerdotalis in tribu Judae 1 Par. VI, 43, quod apud Josuam חֹלֹן appellatur, v. חלן no. 2.

חַלְחָלָה m. *dolor* parturientis, cum *tremore* coniunctus (cf. ad no. 4 et חִיל). Nah. II, 11: חַלְחָלָה בְּכָל־מָתְנַיִם, Jes. XXI, 3, quocum comparari solet terror maximus Ez. XXX, 4. 9.

מָחוֹל m. 1) *saltatio*, *chorea* (Reigentanz), quam saltabant puellae tympana pulsantes Jer. XXXI, 4. 13, etiam in sacris Ps. CIL, 3. CL, 4. — Ps. XXX, 12: *mutasti luctum meum in choream*. Thren. V, 15. — 2) n. pr. viri 1 Reg. V, 11.

מְחֹלָה f. i. q. מָחוֹל no. 1. *chorea* Cant. VII, 1, pl. *choreae* Ex. XXXII, 19. Iud. XXI, 21, maxime ad victoriam celebrandam institutae Iud. XI, 34. 1 Sam. XVIII, 6. XXI, 12. XXIX, 5.

חוּם rad. inusit. *nigrum esse*, pr. *adustum esse*, conf. חָמַם حَمَّ caluit, sed arab. etiam niger fuit, أَحَمّ niger, gr. *αἴθων*, *αἴθοψ* niger de fumo Od. 10, 152. Pind. Pyth. 1, 44, ab *αἴθω* uro. Eiusdem originis est syr. ܐܘܟܡܐ niger. Inde

חוּם adj. *niger*, *fuscus* Gen. XXX, 32, 33. 35. 40.

חוֹמָה f. *murus*, v. חָמָה.

חוּס fut. יָחוּס, יָחֹס, יָחֹס, sed 1 pers. אָחוּס 1) *misereri alicuius*, sq. עַל Ps. LXXII, 13: יָחֹס עַל דַּל וְאֶבְיוֹן *miseret eum tenuis et inopis*. Refertur etiam ad res, quarum interitum iacturamve *dolemus*. Jon. IV, 10: אַתָּה חַסְתָּ עַל הַקִּיקָיוֹן וַאֲנִי לֹא אָחוּס עַל נִינְוֵה *te miseret ricini* emortui, *et me non misereat Ninives* delendae? dir ist's leid um den Wunderbaum, und mir sollte es nicht leid thun um Ninive? (cf. infra Gen. XLV, 20). Hinc 2) *parcere*, sq. עַל Neh. XIII, 22: חוּסָה עָלַי כְּרֹב חַסְדֶּךָ *parce mihi pro clementia tua*. Jer. XXI, 7. Joël II, 17, absol. Jer. XIII, 14. Ez. XXIV, 14. (Chald. חוּס id., חֲיָס misericordia, syr. ܚܣ sq. ܥܠ pepercit, v. Castell. adde Barhebr. 385. 440, ܚܘܣܢܐ indulgentia, misericordia. Arab. حَاسَ fut. I sq. لِ propitius, clemens, misericors fuit).

Caeterum in hac radice struenda observandum est, miserendi et parcendi actum plerumque non tam ipsis hominibus, sed *oculis* tribui (ut alibi et robur et remissio manibus cf. חָזַק, רָפָה, contabescentia itidem oculis v. כָּלָה), 1) significatione *miserendi* et *dolendi* Gen. XLV, 20: עֵינְכֶם אַל תָּחֹס עַל כְּלֵיכֶם *ne misereatur oculus vester supellectilis vestrae* i. e. ne doleatis supellectilem relinquendam: 2) *parcendi* significatu Deut. VII, 16: לֹא תָחוֹס עֵינְךָ עֲלֵיהֶם *ne parcat iis oculus tuus* i. e. ne parce iis. XIII, 9. XIX, 13. 21. XXV, 12. Jes. XIII, 18. Ez. V, 11. VII, 4. 9. VIII, 18. IX, 5. 10. XVI, 5. XX, 17 (Judith II, 11: *οὐ φείσεται ὁ ὀφθαλμός σου*). Semel ellipt. 1 Sam. XXIV, 11: וַתָּחָס עָלֶיךָ *et* (oculus meus) *tibi pepercit*. Ex his colligas originem esse in *oculis* s. *vultu clemente*, *misericorde*, *indulgente* (cf. عين الرحمة oculus misericordiae vit. Tim. 1, 542, ܥܝܢܐ ܡܪܚܡܢܝܬܐ id. Assem. III, 2 p. 113), et Schultensio (clav. dial. p. 263), Storrio (observ. 29. 30) al. חוּס pr. est oculos compressit; inde connivuit, indulsit, cf. nostr. nachsehn, durch die Finger sehn, coll. حاص oculos ex parte clausit (pr. consuit coll. חוּט), حَوِصَ angustis oculis fuit, III compressit oculos acutioris visus causa vel solem intuens. Mihi tamen probabilius, primariam vim esse in *dolendo* (i. q. talmud. חשש v. Buxtorf. h. v.) et חוּס עַל pr. esse *dolere propter* (aliquem, aliquid).

חוֹף littus, v. חָפַף.

חוּפָם n. pr. vide ibid.

חוּץ rad. inusit. Syr. Pa. ܚܰܝܶܨ cinxit, cf. ܚܽܘܨܳܐ, حاط circumdedit. (Quod praeterea Simonis eiusque editores laudant aeth. ሐረፀ circumdedit, ex Castello prob. petitum, id delendum, si quidem አንተሐረፀ nihil aliud est atque observavit, v. Ludolf p. 61). Inde

חוּץ pr. paries, murus (i. q. חַיִץ), dein spec. *latus exterius* (aedium), unde sibi opponuntur מִבַּיִת וּמִחוּץ a latere interiore et exteriore (intrinsecus et extrinsecus), pr. a latere aedium et parietis, von der Haus-Seite und von der (äussern) Wand-Seite. Gen. VI, 14. Exod. XXV, 11. XXXVII, 2. Inde est

1) subst. *quidquid foris est*, max. extra domum, sed passim etiam extra conclave (2 Sam. XIII, 18. Neh. XIII, 8), extra urbem (Hos. VII, 1), extra castra (Deut. XXIII, 13). מִן הַחוּץ ab-extra domum (von ausser dem Hause, von draussen her) Iud. XII, 9. 2 Reg. IV, 3. אֶל הַחוּץ (nach aussen hin) Ez. XLI, 9, דֶּרֶךְ חוּץ hinauswärts ib. XLVII, 2. Inde

a) *platea*, ut quae *extra domum* est. Ier. XXXVII, 21: חוּץ הָאֹפִים *platea pistorum*, quae Hierosolymis erat. IX, 20. Ies. LI, 23. Prov. VII, 12 (ubi opp. foro). Plur. חוּצוֹת *plateae*. Ies. V, 25. X, 6. XV, 3. XXIV, 11. Thren. IV, 5. 8. 14. Ier. VII, 17. XI, 6. XXXIII, 10. XLIV, 6 et saepe. חוּצָה in plateam Prov. V, 16. טִיט חוּצוֹת lutum platearum Ps. XVIII, 43. Mich. VII, 10. Zach. IX, 3. X, 5. בְּרֹאשׁ כָּל־חוּצוֹת in quovis angulo platearum Ies. LI, 20. Nah. III, 10. Thren. II, 19. IV, 1. — 1 Reg. XX, 34: חֻצוֹת תָּשִׂים לְךָ בְדַמֶּשֶׂק כַּאֲשֶׁר שָׂם אָבִי בְּשֹׁמְרוֹן *plateas fac tibi Damasci, sicut fecit pater meus Samariae*, exstrue tibi domos integrasque plateas in urbe mea regia tanquam in proprio solo. (Al. fac tibi fora rerum venalium, unde vectigalia accipias: sed חוּץ distinguitur a רְחוֹב Prov. VII, 12. Grotius intelligit *munitiones* et praesidia militaria in agro Damasceno condenda, invito linguae usu: alii *pascua*, sed vix dicas: שִׂים חֻצוֹת לְ facere sibi pascua, pro: uti pascuis, praesertim quum חוּצוֹת non tam *pascua* significet, quam *deserta*).

b) quod extra urbem est, *campus*, *rus*, *ager* (cf. chald. בַּר i. q. חוּץ et: campus, rus, Marc. I, 45: ἔξω ἐν ἐρήμοις τόποις). Iob. XVIII, 17: לֹא שֵׁם לוֹ עַל פְּנֵי חוּץ *non supererit nomen eius in rure*. Parall. מִנִּי אָרֶץ. Eodem pertinet מִחוּץ foris i. e. in campis (proelii), opp. מֵחֲדָרִים in conclavibus. Deut. XXXII, 25. Thren. I, 20 cf. Mt. XXIV, 26: ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν τοῖς ταμιείοις. — Plur. חוּצוֹת Iob. V, 10: שֹׁלֵחַ מַיִם עַל פְּנֵי חוּצוֹת *demittens pluviam super campos*. Parall. עַל פְּנֵי אָרֶץ. Prov. VIII, 26: עַד לֹא עָשָׂה אֶרֶץ וְחוּצוֹת *dum nondum creata erat terra cum campis*.

2) adv. *foris* Deut. XXIII, 14, unde מוֹלֶדֶת חוּץ foris (extra domum) nata Lev. XVIII, 9, et *foras* Deut. XXIII, 13. Cum He parag. חוּצָה *foras* post verba motus Ex. XII, 46 (additur מִן הַבַּיִת). 2 Chr. XXIV, 8. XXIX, 16. Num. XXXV, 4, et poët. *foris* (extra urbem) Ies. XXXIII, 7, et 1 Reg. VI, 6 (ubi tamen pr. est: *nach aussen hin*). Cum art. הַחוּץ *foras* Neh. XIII, 8. Iud. XIX, 25, et c. He locali הַחוּצָה id. Gen. XV, 5. XIX, 17. XXIV, 29. XXXIX, 12. 13. 15. 18. Deut. XXIV, 11. Jos. II, 19 (ex domo in plateam). 2 Sam. XIII, 17 (e conclavi); it. *foris* (nostr. nach aussen) 1 Reg. VIII, 8. 2 Par. V, 9.

Cum praeposit. a) בַּחוּץ *foris*, extra tentorium Gen. IX, 22, extra domum (in platea) Ex. XXI, 19. Deut. XXIV, 11. 2 Reg. X, 24. Esr. X, 13. Iob. XXXI, 32. Prov. I, 20. XXII, 13. Cant. VIII, 1. Ies. XLII, 2. Jer. VI, 11 cet.; extra urbem Gen. XXIV, 31. Hos. VII, 1. — b) לַחוּץ poët. id. Ps. XLI, 7. Ez. XLI, 17. XLII, 7. לַחוּצָה (draussen hin) 2 Chr. XXXII, 5. — c) מִחוּץ *foris* i. e. in campis (v. supra 1, b), *extrinsecus* (von aussen), opp. מִבַּיִת von innen. מֵהַחוּץ id. Ezech. XLI, 25. Sq. לְ: מִחוּץ לְ *extra*, post verba quietis, v. c. מִחוּץ לָעִיר extra urbem Gen. XIX, 16. XXIV, 11. מִחוּץ לַמַּחֲנֶה extra castra Ex. XXIX, 14. XXXIII, 7. Lev. VIII, 17. XIII, 46, מִחוּץ לִירוּשָׁלַםִ 2 Reg. XXIII, 4 et saepe; raro post verba motus 1 Reg. XXI, 13. מִחוּצָה לְ id. Ez. XL, 40. 44. — d) אֶל הַחוּצָה *foras* (hinaus) Ez. XXXIV, 21. — e) אֶל מִחוּץ לְ *extra* (post verba motus), nostr. *hinaus vor*. Lev. IV, 12: אֶל מִחוּץ לַמַּחֲנֶה hinaus vor das Lager. 21. VI, 4. X, 4. 5. XIV, 3. XVI, 27. XXIV, 14. אֶל מִחוּץ לָעִיר Levit. XIV, 40. 41. 45.

3) Abit in praepos. חוּץ מִן *praeter* (ausser). Eccl. II, 25: מִי יֹאכַל וּמִי יָחוּשׁ חוּץ מִמֶּנִּי *quis epulatus est et quis genio indulsit praeter me?* LXX. παρὲξ αὐτοῦ (pro ממנו) et ita Syr. ܠܒܪ ܡܢܗ, sed Targ. בַּר מִנִּי *praeter me*, cf. de chald. בַּר מִן quod in Targg. frequentatur pro זוּלַת, לְבַד מִן Buxtorf. pag. 347, de syr. et zab. ܠܒܪ ܡܢ Ephraem. III, 503. Norb. p. 22. Kimchi: זוּלָתִי. Aben Esra: לְבַד מִמֶּנִּי. Jarchi: מִבַּלְעָדַי. Ipsum nostrum חוּץ habes in Mischna Kilaim 2, 5: הַכֹּל חוּץ מִמִּין אֶחָד מִן *totum praeter speciem unam*, et apud Rabbinos in formula: חוּץ מִכְּבוֹדוֹ *salvo honore eius*. Fuerunt, qui sententiam illam minus idoneam iudicarent, quum *praeter* Salomonem etiam alii genio indulserint, et propterea חוּץ comparative acciperent: *magis quam ego*. Ben Melech: יוֹתֵר מִמֶּנִּי. Luth. *wer hat fröhlicher gegessen und sich ergetzet denn ich?* et ita *Geierus*, *Noldius* (Vindic. p. 880). Sed per linguae usum hoc vix licebit, et sana erit sententia, modo verbum cum emphasi pronunciatur: quis *vere* genio indulsit? quis dicere potest, se genio vere indulsisse, praeter me?

חַיִץ m. *paries* Ez. XIII, 10. Arab. حائط id.

חִיצוֹן m. חִיצוֹנָה f. adj. *exterior*, *exterius*. Opp. פְּנִימִי Ez. XLI, 17. חָצֵר הַחִיצוֹנָה atrium exterius Ez. X, 5. XL, 17. 31. XLII, 1. 14. XLVI, 20 cet. מְלָאכָה הַחִיצוֹנָה negotium externum i. e. civile (opp. sacro) 1 Par. XXVI, 29. Neh. XI, 16. — לַחִיצוֹן foris 1 Reg. VI,

29. 36, et חִיצוֹנָה (Milel) id. pr. nach dem Ausssern ... 2 Reg. XVI, 18 id.

חָוַק rad. inusit. i. q. arab. حاق circumdedit, amplexus est. Orta videtur ex חָבַק, ב emollito, v. 393 A. Inde

חוק Ps. LXXIV, 11 Chethibh i. q. חֵיק sinus. Sed Prov. VIII, 29. חוּקּוֹ est pro חֻקּוֹ a rad. חָקַק.

חֵיק, raro **חֵק** Prov. XVII, 23, c. suff. חֵיקִי Ps. XXXV, 13 et חֵקִי Iob. XIX, 27 m. 1) *sinus* i. e. pectus cum brachiis, ab *amplectendo* dictus (cf. חבק חֵיק Prov. V, 20), it. *sinus vestis* i. e. ea pars vestis, qua sinus tegitur. Exod. IV, 6. 7. Prov. VI, 27. XVI, 33. Nota formulas: a) שָׁכַב בְּחֵיק פ׳ *cubuit in sinu* (viri, mulieris, uxoris), de complexu venereo 1 Reg. I, 2. Mich. VII, 5 cf. Gen. XVI, 5. 2 Sam. XII, 8. Prov. V, 20, unde אִישׁ חֵיקָהּ vir, in cuius sinu cubat i. e. coniux dilectus Deut. XXVIII, 56, et ita אֵשֶׁת חֵיקֶךָ XIII, 7. XXVIII, 54. Sed b) *cubare in sinu* matris et nutricis dicuntur etiam infantes Ruth IV, 16. 1 Reg. III, 20. XVII, 19, cf. Thren. II, 12. 2 Sam. XII, 3 de ovicula: *in sinu eius cubabat, eratque ei instar filiae.* Contra parentes dicuntur *in sinu gestare* infantes (נָשָׂא בְחֵיק) Num. XI, 12, unde Jes. XL, 11 de pastore: *in sinu gestat* (agnos tenellos). Aliud tamen esse videtur Ps. LXXXIX, 51: *memento, o Deus, ignominiae servorum tuorum* שְׂאֵתִי בְחֵיקִי כָּל־רַבִּים עַמִּים ubi per sententiam vix licebit interpretari: *quod in sinu gestavi populos multos*, quanquam durior videtur vulgaris interpretatio: quod in sinu pertuli ignominiam populorum multorum. (Cf. gr. εἰς κόλπον εἶναι Joh. I, 18, in sinu et complexu alic. esse Cic., in sinu gestare Ter.). — c) שִׁלֵּם אֶל חֵיק Jer. XXXII, 18, הֵשִׁיב אֶל חֵיק Ps. LXXIX, 12, שִׁלֵּם עַל חֵיק Jes. LXV, 6 rependit alicui in sinum (Deus actiones) et מָדַד עַל חֵיק mensus est in sinum Jes. LXV, 7, id quod alibi est הֵשִׁיב בְּרֹאשׁ Iud. IX, 57. 1 Sam. XXV, 39. Joël IV, 7, neque audiendus Winerus (Lex. p. 323), qui plenam mensuram hac formula significari docet non manu sed sinu vestium excipiendam coll. Luc. VI, 38: nihil enim aliud in ea inest, quam aliquid eo redire unde profectum sit, cf. etiam locutionem Arabum رد في نحوره redit in ingulum eius, vit. Tim. I p. 30 Mang. cf. Willmeti Lex. arab. p. 716. Aliorsum pertinet Ps. XXXV, 13: וּתְפִלָּתִי עַל חֵיקִי תָשׁוּב *et precatio mea in sinum meum revertebatur,* i. e. contextu ferme flagitante: precabar capite in sinum inclinato id est ardentissime. — Ad *sinum vestis* referuntur hae formulae: d) שֹׁחַד בַּחֵק donum s. largitio in sinum (ingesta) Prov. XXI, 14 et שֹׁחַד מֵחֵק donum ex sinu i. e. clam datum Prov. XVII, 23 (cf. lat. sinum laxare et sinum expedire, quod est munera exspectantium Sen. epist. 119. Sen. Thyest. 430). Ps. LXXIV, 11: מִקֶּרֶב חֵיקְךָ כַלֵּה *e medio sinu* extrahe manum et *perde.* In sinu enim reconditur manus, dum nil agit. — Denique *sinus* est etiam i. q. קֶרֶב. Iob. XIX, 27: כָּלוּ כִלְיֹתַי בְּחֵקִי. Eccl. VII, 9: כַּעַס בְּחֵיק כְּסִילִים יָנוּחַ.

2) metaph. est a) *sinus currus* i. e. cava pars eius 1 Reg. XXII, 35; b) *sinus altaris* i. e. basis, fundamentum eius (יְסוֹד Lev. IV, 7), in quo altare quasi recumbit Ez. XLIII, 13. 17, plenius חֵיק הָאָרֶץ Comm. 14. R. Levi: זה יסוד. Targ. et alii ex Hebraeis *mediam partem* intelligunt, Simonis eam partem, in qua ignis alitur, utrumque repugnante contextu.

חָוַר fut. יֶחֱוַר 1) *candidus fuit*, inde *palluit* facies. Jes. XXIX, 22: לֹא עַתָּה פָּנָיו יֶחֱוָרוּ *iam non pallescet facies eius* i. e. non pudefactus erit. Etenim non erubescere tantum est hominis pudefacti, sed etiam pallescere (v. Zeph. II, 1). LXX. τὸ πρόσωπον μεταβαλεῖ. Targ. לָא אַפֵּיהוֹן יִשְׁתַּנּוּן. Saad. لا يبيض وجههم. Abulwalid: المعنى في פניו יחורו هو معنى قول الاوايل פניו חוורו ברבים *in verbis Jes. XXIX, 22* יֶחֱוָרוּ *idem valet quod in verbis talmudicis: facies eius expalluit in multitudine.* Kimchi: *designat pudorem pallore, quia pallescit facies hominis, qui pudore suffunditur, et ita dicitur in Talmude* (Sanhedrin fol. 107 recto): המלבין פני חבירו ברבים *qui facit ut pallescat facies socii sui coram multitudine.* Eadem formula est Berach. fol. 43 verso. Chethuboth fol. 67 verso. Facile igitur caremus coniectura a Seckero et Lowtho proposita יחפרו, quanquam non inepta, quum חָפֵר et בּוֹשׁ saepe copulentur v. Jes. I, 29. Ps. XXXV, 4. 26. (Syr. ܚܘܪ albus fuit, Pa. Aph. dealbavit. ܚܘܪܐ syr. et zab. albus, candidus, ܚܘܪܐ albedo. Chald. חֲוַר id. Arab. med. quiesc. حار candidus fuit, de veste, oculo Conj. IX. id. حَوارِى candidus, nitens, de cute. De permutatione verborum עו mobil. et quiesc. v. Lgb. 407. Etiam apud Hebraeos haec forma est in nomm. חוּר, חוֹר, חֹרִי, et nomm. pr. חִירָם, חוּרָם).

2) translate: *splendidus, nobilis fuit* i. q. חָרַר no. 2. Vestigia huius significationis v. in חוּרָם, חִירָם.

חוּר m. *linteum candidum* et subtile. Esth. I, 6. VIII, 15. LXX. βύσσος. Saadias: מֶשִׁי i. e. sericum. Affine est حَرِير sericum album, v. Schroeder de vest. p. 40. 245, unde الحريرى venditor sericorum, aethiop. ሐሪር: bombycinum, auctore Ludolfo p. 36. Aliud חוּר v. s. rad. חוּר.

חוֹר i. q. חוּר. Plur. חוֹרָי poët. pro חוֹרִים panni lintei et byssini. Jes. XIX, 9. LXX. βύσσος. Kimchi: בגדים לבנים. Vulg. subtilia. Qui praefracte negant, ־ַי esse terminationem pluralem, quibus equidem accedere non possum, cum Verbruggio (de plurali numero §. 96) ־ַי h. l. accipiunt pro terminatione adj. (ut in כִּילַי), vel, ut Hitzigius, formam חוֹרִי a חָרָה = חָרַר, חוּר petitam

consent. Pluralem praeter Vulg. et Kimchium agnovit etiam Targ. מַצְדָן.

חוֹר *foramen* v. rad. חור.

חוֹר, חֹר *nobilis* v. rad. חָרַר.

חִוָּר chald. *candidus*. Dan. VII, 9.

חוּרִי (fortasse lintearius, ut arab. حريرى) n. pr. viri 1 Par. V, 14.

חוּרִי v. חֹרִי p. 366 A.

חֹרִי m. *panis albus, similagineus*, prob. a חור quod *farinam albam, similaginem* significasse videtur et terminatione ־ִי, Brot aus feinem Semmelmehl, Kuchen. Semel in V. T. legitur Gen. XL, 16: סַלֵּי חֹרִי i. e. *canistra panis* (Brot-Körbe), sive panibus plena, sive in quibus vulgo panis portabatur. Sed praeterea in tractatu Mischnico Edajoth 3 §. 10: פתין גריצין חורי *panes magni et panes albi* opponuntur panibus tenuibus רקיקין et a Maimonide explicantur מין מן הפת גדול *species panis magni*. Ex vett. optime Saadias simili vocabulo usus حُوَّارَى panis albus, farina alba, et similiter LXX. κανᾶ χονδριτῶν. Aqu. κόφινοι γυρέως. Vulg. canistra farinae. Syr. ܣܠܐ ܚܘܪܐ alba. Gr. Venet. κόφινοι πελάνου. Onk. סַלֵּי דְחִירוּ. Et ita Jon. Sam. Alii חֹרִי repetunt a חור foramen, et canistra intelligunt perforata, reticulata, quod frigidius videtur. Ita tamen Symm. κανᾶ βαϊνά: et eandem interpretationem Kimchius ab albedinis potestate repetit, nimirum canistra ex viminibus albis et decorticatis contexta intelligens. — Aliud חֹרִי v. rad. חור.

חוּרָם (fort. nobilis, ingenuus, v. rad. no. 2) *Huram* n. pr. quod gessit 1) rex Tyrius, Davidis et Salomonis aequalis et amicus, qui foedere cum his regibus inito Davidi regiam, Salomoni templum et classem exstructuro ligna et artifices misit. In Paralipp. (1 Par. XIV, 1. 2 Paralip. II, 2. 11. 12. VIII, 2. 18. 21) nomen eius constanter (praeter I, 14, 1 Cheth.) scribitur חוּרָם, sed 2 Sam. V, 11. 1 Reg. V, 1—18. IX, 11. 12. 14. 27. X, 11 חִירָם. Plura de eo tradunt Dius et Menander Ephesius ap. Jos. c. Apion. 1, 17. 18, ubi idem Εἴρωμος (חירם) appellatur, Abibalis filius, et patre defuncto 34 annos regnasse dicitur. Eandem formae varietatem habes no. 2.

2) artifex Tyrius ab Hiramo rege Salomoni missus 2 Par. IV, 11, etiam חִירָם dictus 1 Reg. VII, 13, חִירוֹם ib. Comm. 40. Idem dicitur 2 Par. II, 12 (in epistola Hirami ad Salomonem) חוּרָם אָבִי, et IV, 16 חוּרָם אָבִיו, quod vulgo pleniorem nominis proprii formam esse volunt, appellative accipiendam vel: *nobilis est pater meus, pater eius* i. e. filius nobilis, vel *Huram est pater meus* i. q. filius Hurami (vide de patre eius 2 Par. II, 13). Sed non negligendum videtur, in priore loco, ubi Hiramus rex loquitur, prima persona dici ח׳ אָבִי, in posteriore, ubi scriptor, ח׳ אביו; et propterea non displicet interpretatio J. Fr. de Meyer (der Tempel Salomo's, p. 49 sqq.), qui אָבִי, אָבִיו appellative accipit: II, 12: *Huramum patrem meum* i. e. vel qui mihi a consiliis est, vel magistrum meum, meinen Rathgeber, meinen Meister (cf. אב no. 4. 5), et IV, 16: *Huramus pater eius*. Ita LXX II, 12, Vulg. utroque loco, Targ. חוּרָם רַבָּא H. magister, ח׳ רַבֵּיהּ H. magister eius. Ad priorem locum certe haec ratio egregie accommodata est, frigidior videtur in posteriore, ubi etiam LXX אביו omiserunt.

3) viri Benjaminitae. 1 Par. VIII, 5.

חוּרָה (nobilitas) n. pr. viri Adullamitae Gen. XXXVIII, 1. 12.

חִירָם v. חוּרָם no. 1. 2.

חִירוֹם v. חוּרָם no. 2.

חָוַר rad. inusit., quam *perforandi, cavandi* vim habuisse monstrant nomina derivata, cogn. radd. כּוּר no. I, עור no. III. Congruunt nonnulla derivata rad. خار, ut خَوْرَانٌ foramen ani, خَوْرٌ ostium fluminis.

חוֹר et **חֹר** (Jes. XI, 8) 1) *foramen*, ut viperae Jes. XI, 8, inde de carcere subterraneo et pessimo (nostr. Loch) Jes. XLII, 22, ubi בַּחוּרִים idem est, quod in altero hemistichio בְּבָתֵּי כְלָאִים.

2) n. pr. complurium virorum a) regis Midianitarum Num. XXXI, 8. Jos. XIII, 21. 2) mariti Mirjamae, sororis Mosis Exod. XVII, 10. XXIV, 14. c) 1 Chr. II, 19. 50. IV, 1. 4, cf. II, 20. Ex. XXXI, 2. d) Neh. III, 9. e) 1 Reg. IV, 8. — Aliud v. sub rad. חָרַר.

חוֹר et **חֹר** Ez. VIII, 7 1) *foramen* 2 Reg. XII, 10. Ez. l. c., de fenestra Cant. V, 4, de cavo oculi Zach. XIV, 12. 2) *caverna* Iob. XXX, 6. 1 Sam. XIV, 11, de lustro ferarum Nah. II, 13. — Alia v. sub rad. חָוַר et חָרַר.

חֹרִי (troglodyta, cavernas habitans, a חור et terminatione ־ִי) n. pr. 1) populi, qui antiquissimo tempore montana Seïr rupibus excavatis abundantia (v. Burckhardti itin. Syr. II, 204 sqq.) habitabat (Gen. XIV, 6), ab Edomitis postea pulsus est (Deut. II, 12. 22) Gen. XXXVI, 20—30. Plur. חֹרִים Deut. II, 12. In reliquis locis sing. חֹרִי collect. est positus. 2) complurium virorum a) viri Horitae Gen. XXXVI, 22. 1 Par. I, 39. b) Num. XIII, 5. — Aliud חֹרִי v. rad. חָוַר.

חַוְרָן (terra cavernarum, a חוּר = חור et ־ָן) n. pr. regionis ab austro Damasci, inter Trachonitin, Gaulonitin (גּוֹלָן) et Ituraeam sitae Ez. XLVII, 16. 18, a cavernis dictae, quibus ea regio abundat, gr. Αὐρανῖτις (v. LXX. l. c.), quae apud Josephum plerumque copulatur cum Trachonitide et Ituraea (Archaeol. 17, 11 §. 4. bell. jud. 1, 20 §. 4. 2, 17 §. 4). Nomen hebraeum etiam in Talmude obvium est (v. Lightfoot cent. geogr. ad Luc. I), et congruit cum arabico حوران Abulf. Syr. p. 106. Schult. ind. geogr. v. Hauran, quod hodieque in

usu est. Cf. Relandi Palaest. pag. 105, prae caeteris autem uberiorem eius regionis descriptionem in Burckhardti it. Syr. p. 111 sqq. 393 sqq. 446 sqq. ed. germ.

חוֹרוֹן (caverna), v. בֵּית חוֹרוֹן p. 195 A.

חוֹרֹנַיִם (duae cavernae) n. pr. oppidi Moabitarum in clivo siti Jes. XV, 5. Jer. XLVIII, 3. 5. 34. Nom. gent. חֹרֹנִי Neh. II, 10. 19.

חוּשׁ semel חִישׁ (Ps. LXXI, 12 Chethibh) 1) *festinare*. (Arab. حاش med. Je trepide fugit. Est haec rad. ex onomatopoëticis et sonum celerrimi cursus imitatur, ut germ. *huschen*, transit. *haschen*, it. *hasten*, *Hast*, *hetzen*. Vicina sunt arab. فزّ movit, agitavit, excitavit ad alacritatem, hissen, hetzen; فزفز id., فزع agitavit, intrans. celer fuit, خشى timuit, hebr. חָסָה fugit, confugit, עוּשׁ, עוּז, عاذ q. v.). Constr. a) absol. 1 Sam. XX, 38, etiam pro cito advenire, adproperare Deut. XXXII, 35. b) sq. עַל: ad aliquid. Iob. XXXI, 5. (Forma וַתַּחַשׁ in hoc loco est pro וַתָּחַשׁ, c. Dag. forti occulto, coll. וַתַּעַט 1 Sam. XV, 19 et וַיַּעַט XIV, 32 Keri pro וַיַּעַט a rad. (עוּט, עִיט). c) sq. gerundio: festinare ad aliquid faciendum Ps. CXIX, 60. Hab. I, 8, it. dativo nominis. Ps. XXII, 20: לְעֶזְרָתִי חוּשָׁה *festina ad auxilium mihi ferendum*. XXXVIII, 22. XL, 14. LXX, 2. LXXI, 12, et eadem sententia d) c. dat. pers. Ps. LXX, 6: אֱלֹהִים חוּשָׁה לִּי *Deus, succurre mihi cito*. CXLI, 1. Part. pass. (potestate activa) *festinus*. Num. XXXII, 17.

2) Transfertur a) ad *vehementiorem motum* internum. Iob. XX, 2: בַּעֲבוּר חוּשִׁי בִי *propter impetum* s. *fervorem meum in me* i. e. quo agor, et inde b) ad *animi passiones, voluptates* et libidines. Eccl. II, 25: מִי יֹאכַל וּמִי יָחוּשׁ *quis epulatus est et quis genio indulsit?* s. vitae voluptatibus fructus est. Ex contextu tale quid certum, quanquam in isto verbi usu confirmando subsidia nostra non satisfaciunt. Veteres e contextu coniiciunt (LXX et Syr. *quis edet et bibet?* Vulg. *quis deliciis affluit?*) et linguae cognatae nihil offerunt, quod magnam lucem praebeat, nimirum nil nisi *sentiendi* et *dolendi patiendique* significatum, eumque magis in rad. חָשַׁשׁ, quam in חוּשׁ. Apud Rabb. est חוּשׁ sensus, de quinque sensibus, part. Ho. מוּחָשׁ, quod sensibus percipitur, sensibile, חוּשִׁי id., aeth. ሕዋስ፡ sensus; arab. حَسَّ itid. est: sensit, persensit IV. id. Cor. XXI, 12, حِسّ intellectus Har. 4 p. 40 Sch., حَاسَّة sensus, quales quinque sunt, syr. ܚܘܫܐ id. Ephr. III, 184, ubi haec sunt verba: ܟܕ ܚܫ ܐܒܪܗܡ *postquam sensit Abramus, Deum esse* cet. *Dolendi*, inde *sollicite curandi* potestate חשׁשׁ perfrequens est in Mischna (v. Buxtorf. et Hartmann. in suppl. ad lex. nostr. e Mischna p. 130, et in Wineri theol. Zeitschr. I, p. 38) et ita fut. יָחוּשׁ est Ps. LXXIII, 21 Targ. pro יִתְחַמָּץ; *patiendi* vim habet syr. ܚܫ passus est, unde ܚܫܐ etiam de animi passione, ܚܫܐ ܕܪ̈ܓܬܐ 1 Thess. IV, 5 pro gr. πάθος ἐπιθυμίας. Quae ubi accurate consideraveris, non multa ea profecto suppeditabunt, quae usui biblico respondeant. Alii quidem, ut H. Alb. Schult. (apud J. H. van der Palm ad h. l.) a sentiendi potestate hanc derivant interpretationem: *quis sensibus indulsit?* i. e. voluptatibus corporis, vel, ut barbare dicunt, sensualibus, sed nulla exstant exempla, in quibus radd. חוּשׁ, arab. حَسَّ ad voluptates referantur ope sensuum perceptas. Alii, quos laudat Kimchius, coll. talmud. חשׁשׁ hunc in modum interpretabantur: מִי יהיה חושש להתענג ולאכל ולשמח יותר ממני *quis magis sollicite curat ut delicate vivat et edat et gaudeat, quam ego?* Hartmannus l. c. verba חוּשׁ et חָשַׁשׁ mediae significationis fuisse et praeter *dolendi* etiam *gaudendi sensus* significasse suspicatur, sed exemplis non probat: quod quam incertum sit, in promtu positum est. Fuerunt propterea, qui de scriptura mutanda cogitarent, ut v. d. Palm, qui tentat: מִי יָחוּץ מִמֶּנִּי idque reddit: *quis lautius vixit quam ego?* radici חוּץ aut חצץ tribuens potestatem arab. حظّ et حظى bona sorte et felicitate usus est. Quid mihi in tanta sententiarum turba optandum videatur, supra iam dixi. Similiter Kimchius, Geierus al. festinandi vim retinent, hac fere sententia: dem Vergnügen nacheilen, nachjagen. Etiam nostrates celeriter vivere dicunt eos, qui laute vivunt genioque suo indulgent (geschwind leben).

Hi. 1) causat. *acceleravit* c. acc. Jes. V, 19: יָחִישָׁה מַעֲשֵׂהוּ *acceleret opus suum*. LX, 22. Ps. LV, 9: אָחִישָׁה מִפְלָט לִי *accelerarem fugam mihi* i. e. celeriter aufugerem. 2) i. q. Kal *festinavit* Iud. XX, 37. 3) *fugit* Jes. XXVIII, 16, ut contra fugiendi vocabula ad celeritatem et festinationem referuntur, v. נוּס.

חוּשָׁה (festinatio) n. pr. (v. שׁוּחָה), unde patron. חֻשָׁתִי 2 Sam. XXI, 18. XXIII, 27. 1 Par. XI, 29. XX, 4. XXVII, 11.

חוּשַׁי (festinans) n. pr. *Husai*, Davidis amicus eique in bello adversus Absalonem gesto a consiliis 2 Sam. XV, 32. 37. XVI, 16—18. XVII, 5 sqq. 1 Par. XXVII, 33. 1 Reg. IV, 16.

חוּשָׁם (festinatio) n. pr. regis Edomitarum 1 Par. I, 45, defective חֻשָׁם Gen. XXXVI, 34. 35.

חוּשִׁים (festinantes) n. pr. 1) filii Dani Gen. XLVI, 23, v. שׁוּחָם. 2) alius viri 1 Par. VIII, 12. 3) mulieris 1 Par. VIII, 8. 11.

חִישׁ adv. *festinanter*. Ps. XC, 10.

חוּת rad. spuria a nonnullis posita propter formam יְחִיתַן Hab. II, 17, quae tamen est pro יְחִתַּן a rad. חָתַת q. v.

חָזָה fut. יֶחֱזֶה apoc. יַחַז Mich. IV, 11 in Pausa אָחַז Iob. XXIII, 9 1) *vidit*, *spectavit*, i. q. רָאָה, sed maxime in poëtico sermone. (Apud Aramaeos ܚܙܐ, חֲזָא, ܚܙܐ pertritum est pro hebr. רָאָה. Arab. حزى auguria cepit, hariolatus est, quod nescio an ab Hebraeorum usu no. 1, b profectum sit. Origo fortasse est in *acie* oculorum, cf. חָזַז, cogn. שָׂכָה et quae ibi notamus). Ps. XLVI, 9. LVIII, 9. Prov. XXII, 29. XXIV, 32. Hiob XXIII, 9. Jes. XXVI, 11. XXXIII, 17. 20. XLVIII, 6. Spec. a) *Deum spectare* pr. dicitur de aspectu speciei divinae Exod. XXIV, 11 (Comm. 10 in eadem formula est רָאָה). Iob. XIX, 26. 27 (cf. XXXVIII, 1): dein de iis, qui templum adeunt Ps. LXIII, 3. Sed *faciem Dei spectare* est i. q. Deum propitium habere, imagine petita a regibus, qui eos tantum, quibus favent, ad se admittunt Ps. XI, 7. XVII, 15. b) חָזָה est vocabulum proprium de his, quae prophetarum menti divinitus obiiciuntur, sive visionibus proprie dictis (Num. XXIV, 4. 16. Ez. XII, 27), sive oraculis. Hab. I, 1: הַמַּשָּׂא אֲשֶׁר חָזָה ח׳ *effatum quod vidit Habacucus* i. e. quod huic divinitus oblatum, patefactum est. Jes. I, 1: חֲזוֹן יְשַׁעְיָהוּ .... אֲשֶׁר חָזָה עַל יְהוּדָה וגו׳ II, 1. XIII, 1. Am. I, 1. Mich. I, 1. חָזָה שָׁוְא spectare mendacia, de falsis prophetis Ez. XIII, 6. 7. 9. 23. XXII, 28, חָזָה שֶׁקֶר id. Zach. X, 2. Sq. לְ pers. *visa* divinitus patefacta *pronunciavit* alicui, i. e. *vaticinatus est* alicui. Thren. II, 14: נְבִיאַיִךְ חָזוּ לָךְ שָׁוְא *vates tui tibi mendacia vaticinantur*. Ez. XIII, 16. XXI, 34. Jes. XXX, 10.

2) *adspexit*, *intuitus est* (anschauen), a) sq. בְּ. Jes. XLVII, 13: הַחֹזִים בַּכּוֹכָבִים *qui stellas intuentur* i. e. astrologi (cf. aeth. ረአዮ: ከከብ: Hen. cap. 8. Lud. p. 134, pers. ستاره شناسان), max. cum voluptate, *aspectu rei delectatus est* Ps. XXVII, 4. Cant. VII, 1. Iob. XXXVI, 25. Mich. IV, 11. (Cf. רָאָה בְּ no. 2). b) c. acc. *prospexit* rei i. e. *curavit* rem (auf etwas sehen), cf. רָאָה no. 2, c. Ps. XVII, 2: עֵינֶיךָ תֶּחֱזֶינָה מֵישָׁרִים *oculi tui prospiciunt iustitiae*, sehen aufs Recht (cf. XXXVII, 37: רְאֵה יָשָׁר). c) *providit sibi* aliquid, i. e. *elegit* sibi (sich ausersehen), cf. רָאָה no. 2, f. Ex. XVIII. 21: אַתָּה תֶחֱזֶה מִכָּל־הָעָם אַנְשֵׁי חַיִל. Jes. LVII, 8: יָד חָזִית *locum eligis*, ubi concumbas cum moechis.

3) Verbo nostro, pariter atque syn. רָאָה (no. 3), utuntur etiam a) de iis, quae aliis sensibus percipimus, ut idem valeat quod *sentire* (v. רָאָה no. 3, a). Ita satis audaci metaphora de plantae radicibus, quae in terra lapides sentiunt i. e. in lapidibus offendunt Iob. VIII, 17: בֵּית אֲבָנִים יֶחֱזֶה *locum lapidosum sentit* i. e. experitur. (Hebraeorum quidam חָזָה h. l. idem esse volunt quod יְסֻבָּכוּ in altero hemistichio: *intricat se*, coll. קֶרֶן חָזוּת Dan. VIII, 5, quod reddunt cornu perplexitatis, perplexum. Sed frustra et sine ulla ratione). b) de iis quae vivendo experimur (erleben). Iob. XV, 17: זֶה חָזִיתִי וַאֲסַפֵּרָה *quae expertus sum*, *ea narrabo*. Ita *videre vindictam* Ps. LVIII, 11, *videre dies iudicii* in impios Iob. XXIV, 1.

Part. חֹזֶה v. infra.

חֲזָה et **חֲזָא** chald. *vidit*, sq. acc. (aliquid) Dan. II, 34. 41. 43. 45. III, 25. IV, 6. 17. V, 5 et saepe, sq. לְ III, 19, etiam absol. *spectavit* (zusehen) II, 34: חָזֵה הֲוַיְתָ עַד־דִּי וגו׳. VII, 4. 9. 21. חֵלֶם חֲזָה vidit somnium IV, 2. 15. VII, 1. Part. pass. חֲזֵה III, 19: חַד שִׁבְעָה עַל דִּי חֲזֵה *septuplo* (magis) *quam unquam visum*. Inf. מֶחֱזֵא Esr. IV, 14.

חָזֶה m. *pectus* brutorum, pr. *pars antica*, *aspectui patens*. Ex. XXIX, 26. 27. Lev. VII, 30. 31. VIII, 29. X, 15. Num. VI, 20. XVIII, 18. Plur. חָזוֹת Lev. IX, 20. 21. (Chald. in pl. חֲדִין q. v.).

חֹזֶה m. 1) part. Kal *videns*, subst. *vates*, *propheta* (Seher), argenteae maxime aetatis vc. i. q. נָבִיא (quocum copulatur 2 Reg. XVII, 13 Chethibh). 1 Par. XXIX, 29. 2 Par. IX, 29. XII, 15. XIX, 2. XXIX, 30. Cstr. חֹזֵה דָוִד 2 Sam. XXIV, 11 et חֹזֵה דָוִיד 1 Par. XXI, 9, חֹזֵה הַמֶּלֶךְ 1 Par. XXV, 5. 2 Par. XXIX, 25. XXXV, 15 vates Davidis, regis i. e. quem rex consulere solebat. Plur. חוֹזִים 2 Par. XXXIII, 18. Mich. III, 7. Jes. XXIX, 10 (ubi tamen הַחֹזִים spurium videtur, v. comment. nostrum). XXX, 10.

2) abstr. i. q. חָזוּת *visio*. 2 Reg. XVII, 13 Keri: כָּל־נְבִיאֵי כָל־חֹזֶה *omnes vates omnis visionis*, inde *foedus* Jes. XXVIII, 15 (cf. חָזוּת Comm. 18 et infra h. v. no. 2): *pepigimus foedus cum morte*, *et cum orco* עָשִׂינוּ חֹזֶה *fecimus pactum*. (LXX. συνθήκας. Targ. שְׁלָמָא). Cf. Lucan. Pharsal. 9, 898 de Psyllis: *pax* illis *cum morte data est*. Vel est forma participialis cum vi abstracti (ut רֹאֶה, אֹבֵד Jes. XXVIII, 7 pro רְאִי), vel, quod praefero, חֹזֶה et רֹאֶה sunt formae segolatae. Masorethae posuerunt quidem tonum in ultima, quod a formarum segolatarum ratione abhorret (vide tamen in st. cstr. רֵעֶה 2 Sam. XV, 37. XVI, 16, et absol. כּוֹבַע Ez. XXVII, 10), sed his חֹזֶה re vera erat participium i. q. צוֹפֶה speculator. Quo sensu, sat ingeniose docet Abulwalides: عم שאל עשינו
חוזה وليس يبعد ان يكون من معنى כי חוזה נקם اى قد
اتخذنا له طليعة ينظرنا (quod quidem vo. in Ms. fere evanidum) بما اقترابه منا فنستدفعه i. e. *non improbabile* חֹזֶה *Jes. XXVIII*, 15 *repetas a* חָזָה *videndi significatu et vertas: posuimus ei excubitores, qui nos certiores facerent de appropinquatione eius* (mortis), *ut precibus eam averteremus*. Kimchi: פירושו רבי יונה כן כבר כמנו צופה עם שאל שיודיענו עת בואו ובקרבת עתו נדחה אותו. Ipsi Kimchio est abstr. pro מַחֲזֶה *speculatio*, *specula*, in eandem sententiam. Namque ad verba 2 Reg. XVII, 13 Keri: כָּל־נְבִיאֵי כָל־חוֹזֶה ita commentatur: *eodem modo accipi potest* חוֹזֶה *Jes. XXVIII*, 7, *videlicet ita*: *speculam posuimus apud orcum et foedus fecimus cum eo*, *ne raperet nos*.

חוֹזַי (vates) n. pr. viri proph. prophetae, qui historiam Manassis regis memoriae prodidit. 2 Par. XXXIII, 19. Ita Vulg. Targ. Kimchio חוזי dictum est appellative pro חוזים vates, prophetae, quod non probandum, quum articulo careat.

חֲזוֹ (visio) n. pr. filii Nahoris Gen. XXII, 22.

חֵזוּ emph. חֶזְוָא Dan. II, 19, c. suff. חֶזְוִי VII, 2 pl. cstr. חֶזְוֵי m. visio. Dan. VII, 20. חֶזְוָא דִי לֵילְיָא II, 19, חֶזְוֵי רֵאשִׁי חֶלְמִי IV, 6, visiones capitis mei, quae phantasiae meae obversabantur. IV, 2. 7. 10, cf. II, 28. VII, 1. 15. חָזֵה הֲוֵית בְּחֶזְוֵי לֵילְיָא VII, 13.

חָזוֹן m. 1) visio, ut חֲזוֹן לַיְלָה visio nocturna (de somnio) Jes. XXIX, 7, spec. visio divinitus (tum in somnio, tum vigilantibus) oblata ad res futuras spectans Thren. II, 9. Ez. XII, 27. Mich. III, 6. Ps. LXXXIX, 20. Dan. I, 17. VIII, 1. 2. 13. 15. 17. 26. IX, 21. X, 14. XI, 14. חֲזוֹן שֶׁקֶר visio mendax Jer. XIV, 14, ח׳ שָׁוְא Ez. XII, 24, חֲזוֹן לִבָּם visio a proprio animo (propria phantasia) oblata, opp. visioni divinitus oblatae Jer. XXIII, 16. Inde 2) oraculum quodvis, etiam tale quod verbis, non imaginibus propheticis, continetur Ez. VII, 13. Dan. IX, 24. Hos. XII, 11. Hab. II, 2. 3. 1 Par. XVII, 15. Ita in inscriptionibus Obad. 1. Nah. I, 1, et collective. Jes. I, 1: חֲזוֹן יְשַׁעְיָהוּ וגו׳ oracula Jesaiae ..... quae vidit in diebus Usiae, Jothami, Ahasi, Ezechiae, ex quibus verbis apparet, חָזוֹן non ad unum oraculum (cap. I), sed ad oraculorum collectionem, qualiscunque ea erat, referri. Quod vero 2 Par. XXXII, 32 laudatur, חֲזוֹן יְשַׁעְיָהוּ, in quo Ezechiae historia uberius enarrari refertur, pro nostra vaticiniorum Jesaianorum collectione haberi non potest, v. comment. ad Jes. I p. 24. 25. — Passim 3) generatim est revelatio divina 1 Sam. III, 1. Prov. XXIX, 18.

חָזוֹת f. visio, coll. visiones, oracula: 2 Par. IX, 29: חֲזוֹת יֶעְדִּי, liber, in quo plura ad Salomonis historiam pertinentia relata erant.

חֲזוֹת chald. f. prospectus. Dan. IV, 8: וַחֲזוֹתֵהּ לְסוֹף כָּל־אַרְעָא et prospectus eius patebat ad finem totius terrae. Comm. 17. Recte LXX. Syr. Vulg. aspectus eius. Sed Theod. τὸ κύτος αὐτοῦ i. e. amplitudo eius. Gr. Venet. οἱ ὄσδοι i. q. ὄζοι rami. Vers. hebr. פארותיו. Quae interpretatio unde sit, docet Kimchius: חֲזוֹתֵהּ ענפיו כמו קֶרֶן חָזוּת. Vide infra ad חָזוּת Dan. VIII, 5.

חָזוּת cstr. חֲזוּת (Kamez impuro) Dan. VIII, 8. Jes. XXVIII, 18 f. 1) species, max. magna et pulchra i. q. מַרְאֶה. Dan. VIII, 5: קֶרֶן חָזוּת cornu speciei i. e. conspicuum, magnum. LXX. Theod. κέρας θεωρητόν. Vulg. cornu insigne. Syr. ܩܪܢܐ ܚܕܐ ܡܫܬܡܗܐ (Sed Gr. Venet. κέρας ξυμπλοκῆς. Aben Esra, Kimchi: קרן מסבך cornu perplexum, a חזה, cui implicandi significatum affingunt ex loco Iob. VIII, 17, de quo vide supra). Comm. 8: וַתַּעֲלֶנָה חָזוּת אַרְבַּע et surgebant quattuor (cornua) conspicua. Sic enim interpretandum videtur propter Comm. 5, sine quo statuere possis חזות esse i. q. דְּמוּת Ez. I, 5. 26. 28, et vertendum: aliquid instar quattuor cornuum. Vide ad דְּמוּת no. 3. Quod Michaëlis suppl. p. 704 utroque loco legendum coniicit, חֲדוֹת, acumina (a rad. חָדַד), unde V. 5: cornu acuminum, et V. 8: quattuor acumina, id neque necessarium, neque a contextu commendatur.

2) visio prophetica Jes. XXI, 2, inde revelatio, lex ibid. XXIX, 11, ideoque foedus, cuius signum et conditio est lex (unde contra בְּרִית foedus etiam de lege dicitur, v. h. v. no. 2) XXVIII, 18, cf. חֹזֶה Comm. 15 et s. h. v. supra no. 2. In altero hemistichio est בְּרִית. Hitzigius foederis significatum a visione s. oraculo ita repetit, ut in foederibus iungendis oracula consulta esse, et oraculi verbum ad foedus transiisse sumat; quod minus placet. Facilius foederis potestatem a notione legis proficisci, quae certa est XXIX, 11, quam a visione, manifestum est.

חֶזְיוֹן (visio) n. pr. viri 1 Reg. XV, 18.

חִזָּיוֹן Jes. XXII, 1. 5. 2 Sam. VII, 17, alibi cstr. חֶזְיוֹן c. suff. חֶזְיֹנוֹ Zach. XIII, 4, pl. חֶזְיֹנוֹת visio a) nocturna, somnium. חֶזְיוֹן לַיְלָה Iob. XX, 8. XXXIII, 15, pl. חֶזְיֹנוֹת לַיְלָה IV, 13 et חֶזְיֹנוֹת VII, 14. b) prophetica. 2 Sam. VII, 17. Zach. XIII, 4. Joël III, 1. גֵּי חִזָּיוֹן Jes. XXII, 5 (et inde Vers. 1) vallis visionis vel collect. visionum i. e. Hierosolyma, utpote sedes, patria et tanquam seminarium prophetarum et revelationis divinae Jes. II, 3. Luc. XIII, 33, in valle sita et montibus cincta Zione et Moria altioribus (Ps. CXXV, 2. Jer. XXI, 13. Phocas ap. Relandum Palaest. p. 839). Hieron. (Hierosolyma) haec enim civitas seminarium prophetarum est, in qua exstructum templum et visiones Dei multiplicatae sunt.

חֲזָאֵל (quem Deus intuetur i. e. curat) et חֲזָהאֵל 2 Reg. VIII, 8. 15 Hasaël, n. pr. regis Syriae, qui inter Benhadadum II et III imperium tenebat (v. בֶּן־הֲדַד pag. 218 A), bellis cum Joramo, Jehuo et Joahaso, Samariae regibus, feliciter gestis celebris 1 Reg. XIX, 15. 17. 2 Reg. VIII, 8 sqq. IX, 14. 15. X, 32. XII, 18. 19. XIII, 3. 22 sqq. 2 Par. XXII, 5. 6. בֵּית ח׳ pro Damasco Am. I, 4. Apud Justin. 36, 2 eius nomen scribitur Azelus.

חֲזִיאֵל (visus a Deo) n. pr. viri 1 Par. XXIII, 9.

חֲזָיָה (quem Jehova intuetur) n. pr. viri Neh. XI, 5.

יַחֲזִיאֵל (quem Deus intuetur) n. pr. complurium virorum 1 Par. XII, 4. XVI, 6. XXIII, 19.

יַחְזְיָה (quem Jehova intuetur) n. pr. viri Esr. X, 15.

מַחֲזֶה m. visio Gen. XV, 1, spec. prophetica Num. XXIV, 4. 16. מַחֲזֵה שָׁוְא visio mendax Ez. XIII, 7.

מֶחֱזָה f. fenestra 1 Reg. VII, 4. 5.

מַחֲזִיאוֹת (visiones) n. pr. viri 1 Par. XXV, 4. 30.

חָזַז rad. inusit. Arab. خَزَّ I. VIII. transfodit, transfixit telo, خَزَّ incidit, sauciavit, perforavit, melit. *hazz* incidit. Vicina sunt חָצַץ q. v., חָדַד al. Inde

חָזִיז vel **חֲזִיז** pr. telum, inde poët. חֲזִיז קֹלוֹת telum tonitruum, de fulgure Iob. XXVIII, 26. XXXVIII, 25. Plur. חֲזִיזִים fulgura Zach. X, 1. Alia omnia habent Verss. vett., quas excussit Michaëlis in suppl. p. 705.

חָזַק fut. יֶחֱזַק 1) *ligavit, constrinxit,* spec. fortius, v. Pi. (Arab. حزق et حزك constrinxit fune v. Scheid. ad Cant. Hisk. p. 205—207, melit. *hazzak* id. Syr. ܚܙܩ cinxit. Eiusdem familiae sunt חָשַׁק et חָשַׁק, gr. ἴσχω, ἰσχύω, ἰσχύς, tum haerendi, tum roboris significatu). In Kal intrans. *constrictus est.* Jes. XXVIII, 22: פֶּן יֶחֶזְקוּ מוֹסְרֵיכֶם *ne firmius adstringantur vincula vestra.* Inde *firmiter adhaesit.* 2 Sam. XVIII, 9: וַיֶּחֱזַק רֹאשׁוֹ בָאֵלָה *et adhaesit caput eius terebintho.* Metaph. ח׳ בְּתוֹרָה legi adhaesit, legis studiosus fuit 2 Par. XXXI, 4, sq. לְ c. inf. adhaesit rei faciendae i. e. perstitit in ea facienda. Deut. XII, 23: רַק חֲזַק לְבִלְתִּי אֲכֹל הַדָּם *duntaxat in eo persiste, ut sanguinem non comedas.* Jos. XXIII, 6. 1 Par. XXVIII, 7.

2) *firmavit, firmum reddidit.* (Verba enim ligandi, constringendi, accingendi referuntur ad firmitatem et robur, quandoquidem lacertis constrictis lumbisque accinctis fortiores sumus, discincti remissiores. Vide radd. חָבַל, חוּל, קָשַׁר, it. شَدَّ ligavit, fortis fuit, رَبَطَ, وثق IV ligavit, dein animum obfirmavit, cf. Schult. Opp. min. p. 101). Ez. XXX, 21: *et ecce non religatum est* (brachium fractum) .... לְחָזְקָהּ לִתְפֹּשׂ בֶּחָרֶב *ut firmetur, ad prehendendum gladium.* Sed longe frequentius est intrans. *firmus fuit,* et *factus est.* Dicitur a) de corporis valetudine: *convaluit* Jes. XXXIX, 1; b) de voluntate firma et stabili. 2 Sam. XXIV, 4: וַיֶּחֱזַק דְּבַר הַמֶּלֶךְ אֶל יוֹאָב *firmum mansit verbum regis ad Joabum.* 1 Par. XXI, 4. c) de imperio: *confirmatum est.* 2 Reg. XIV, 5: חָזְקָה הַמַּמְלָכָה בְּיָדוֹ *confirmatum est imperium in manu eius.* 2 Par. XXV, 3. d) in malam partem: *obfirmatum est* cor. Ex. VII, 13. 22. VIII, 15. IX, 35.

Metaph. *animo firmo et imperterrito fuit.* Sic in formula creberrima חֲזַק forti sis animo (ἴσχυε) 2 Sam. X, 12. 2 Par. XXV, 8. Jes. XLI, 6. Hagg. II, 4. Ps. XXVII, 14, חֲזַק וֶחֱזָק Dan. X, 19, plenius חֲזַק וֶאֱמָץ Jos. I, 6. 7. 9. 18. 1 Par. XXII, 13, חֲזַק וַעֲשֵׂה 1 Par. XXVIII, 10. 20, quibus passim additur אַל תִּירָא 2 Par. l. c., pl. חִזְקוּ 2 Sam. XIII, 28. Ps. XXXI, 25, חִזְקוּ וְאִמְצוּ Deut. XXXI, 6. Jos. X, 25. 2 Par. XXXII, 7, חִזְקוּ וַעֲשׂוּ 2 Par. XIX, 11, addito אַל תִּירָאוּ Jes. XXXV, 4. Eadem sententia dicitur: *firmae sunt manus alicuius* i. e. forti animo fuit. Iud. VII, 11: וְאַחַר תֶּחֱזַקְנָה יָדֶיךָ et *tunc forti animo eris.* 2 Sam. II, 7. XVI, 21. Ez. XXII, 14. Zach. VIII, 9. 13.

3) *fortem fecit, corroboravit,* inde *adiuvit* 2 Par. XXVIII, 20. Sed alibi semper intrans. *fortis fuit* et *factus est, valuit,* de populo, qui viribus augetur Deut. XI, 8. Esr. IX, 12. Dan. XI, 5, de rege 2 Par. XXVI, 15. Sq. מִן praevaluit alicui 1 Sam. XVII, 50. 2 Sam. X, 11. XIII, 14. 1 Reg. XX, 23. 1 Par. XIX, 12 (cf. 2 Reg. III, 26), sq. עַל id. 2 Par. VIII, 3. XXVII, 5. Dan. XI, 5, c. acc. 1 Reg. XVI, 22. Jer. XX, 7. (Syr. ܚܙܩ sq. acc. praevaluit).

4) *gravis, vehemens fuit* et *factus est,* ut de fame ingravescente Gen. XLI, 56. 57. XLVII, 20 (sq. עַל). 2 Reg. XXV, 3. Jer. LII, 6, de verbis duris et vehementibus Mal. III, 13. Sq. עַל: *gravius ursit* aliquem, *institit ei* Ex. XII, 33. Ez. III, 14: יַד יְהוָה עָלַי חָזָקָה *manus Domini institit mihi* i. e. fortiter me impulit. Cf. infra חָזְקָה no. 2.

Pi. חִזֵּק 1) causat. no. 1. *adstrinxit cingulum* alicui, *cinxit* eum, sq. dupl. acc. viri et cinguli Jes. XXII, 21, sq. acc. membri cingendi Nah. II, 2: חַזֵּק מָתְנַיִם.

2) *firmavit, firmum reddidit* (v. Kal no. 2), v. c. aliquid clavis Jes. XLI, 7. Jer. X, 4, malum funibus Jes. XXXIII. 23, paxillos tentorii Jes. LIV, 2, cf. Ps. CXLVII, 3, spec. *refecit* aedes ruinosas 2 Reg. XII, 7. 8. 9. 13. 15. XXII, 5. 6. 2 Paralip. XXIV, 5. 12. XXXIV, 8. 10, sq. לְ 1 Par. XXVI, 27, absol. (aedes) refecit, restituit (sich wieder anbauen) Neh. III, 19, *munivit* arcem, munimenta 2 Par. XI, 11. 12. XXVI, 9. XXIX, 3. XXXII, 5. Translate est: a) *sanavit* aegrum Ez. XXXIV, 4. 16 (v. Kal no. 2, a). b) in malam partem: חִזֵּק לֵב פ׳ *obfirmavit* animum alic. (das Herz jem. verstocken) Ex. IV, 21. IX, 12. X, 20. 27. XI, 10, XIV, 4. 8. 17. Jos. XI, 20. חִזֵּק פָּנָיו obfirmavit faciem suam i. e. contumacem se praestitit. Jer. V, 3. — Ps. LXIV, 6: יְחַזְּקוּ לָמוֹ דָּבָר רָע *obfirmant apud se male facta,* sie befestigen bey sich böse That. c) Crebra est formula: חִזֵּק יַד, יְדֵי פ׳ firmavit manum, manus alic., scil. alloquio, i. e. animum ei addidit hortando et monendo, animum eius firmavit Iud. IX, 24. Jer. XXIII, 14. Ez. XIII, 22. Iob. IV, 3, 1 Sam. XXIII, 16: וַיְחַזֵּק אֶת־יָדוֹ בֵּאלֹהִים *firmavit animum eius cum Deo* i. e. deum ei monstrans adiutorem rerumque suarum vindicem. חִזֵּק יָדָיו manus suas firmavit, i. e. animum cepit. Jes. XXXV, 3. Neh. II, 18. Etiam omissa manus mentione dicitur: *firmare* aliquem sc. alloquio Deut. I, 38. Jes. XLI, 7. Dan. X, 18. 19, sq. לְ ad aliquid 2 Par. XXXV, 2. —

3) *confortavit, roboravit* aliquem (stärken). Iud. III, 12. XVI, 28. 1 Par. XXIX, 12. 2 Par. XI, 17 (novis copiis, nostr. verstärken). חִזֵּק זְרֹעוֹת פ׳ corroboravit brachia alic. (Deus) i. e. vires eius auxit Hos. VII, 15. Ezech. XXX, 24. Inde *adiuvit* alium (i. q. in Kal

2 Par. XXVIII, 20). 2 Par. XXIX, 34: וַיְחַזְּקוּם אֲחֵיהֶם הַלְוִיִּם *eos adiuvabant fratres eorum, Levitae.* Esr. VI, 22. (Cf. vit. Salad. p. 249: *et comites mihi dedit* لتقوية اليد على ذلك *ad corroborandam manum meam ad hoc* ad me adiuvandum). Sq. בְּ Esr. I, 6: *omnes vicini* חִזְּקוּ בִידֵיהֶם בִּכְלֵי־כֶסֶף *firmabant manus eorum* (i. e. donabant eos) *vasis aureis* (cf. נָשָׂא פ׳ בְּ 1 Reg. IX, 11. Esr. I, 4).

Hiph. הֶחֱזִיק 1) *firmiter adstrinxit* rei, inde *adiunxit*. Propriam verbi vim habes in formula: הֶחֱזִיק יָדוֹ בְּ manum suam adiunxit alicui rei i. e. prehendit rem (cf. gr. ἴσχω teneo, it. ἐμφῦναί τινι). Gen. XXI, 18: הַחֲזִיקִי אֶת־יָדֵךְ בּוֹ *manum tuam adiunge ei* i. e. prehende eum manu. Dein: הֶחֱזִיק בְּ *prehendit* aliquem Deut. XXII, 25. Iud. XIX, 25. 29. Prov. VII, 13. 2 Sam. XIII, 11. 2 Par. XXVIII, 15. Jes. IV, 1, aliquid v. c. vestes alic. 2 Reg. II, 12. 1 Sam. XV, 26. Zach. VIII, 23, pedes 2 Reg. IV, 27, caput 2 Sam. II, 16, cornua altaris utpote asyli 1 Reg. I, 50. (cf. Jes. XXVII, 5: יַחֲזֵק בְּמָעֻזִּי), aures canis Prov. XXVI, 17, scipionem 2 Sam. III, 29, ubi *prehendens scipionem* est senex baculo se fulciens, cf. Iob. VIII, 15. Persaepe dicitur: הֶחֱזִיק בְּיַד פ׳ *prehendit manum* alic., max. ad eum ducendum et sustentandum Gen. XIX, 16. Iud. XVI, 26. Jes. LI, 18, spec. de Deo pios ducente et sustentante Jes. XLII, 6. XLV, 1. Iob. VIII, 20. Rarius struitur sq. לְ 2 Sam. XV, 5, עַל Iob. XVIII, 9, poët. sq. accus. Jes. XLI, 9. 13. Jer. VI, 23. 24. VIII, 21. L, 43. Ps. XXXV, 2. הֶחֱזִיק יָד Ez. XVI, 49. Zach. XIV, 13 (ubi manum alic. prehendere est i. q. manus conserere cum eo). Mich. IV, 9: הֶחֱזִיקֵךְ חִיל *prehendit te dolor.* Sed contra Jer. XLIX, 24: רֶטֶט הֶחֱזִיקָה prehendit terrorem, cf. אָחַז no. 1, b. (Sic lat. dicunt *ignis comprehendit lignum*, et contra *domus prehendit ignem*).

Prehendere, tenere aliquem, aliquid, passim est a) i. q. *retinere* Ex. IX, 2. Iud. VII, 8. XIX, 4. 2 Reg. IV, 8. Jer. L, 33. b) *potitus est* (regno), sq. acc. Dan. XI, 21: הֶחֱזִיק מַלְכוּת בַּחֲלַקְלַקּוֹת *potietur imperio blanditiis.* Fortasse Comm. 7 (sine casu). c) *capere, complecti* aliquid (in sich fassen, halten), de vase i. q. הֵכִיל 2 Par. IV, 5.

2) *adhaesit* alicui, velut Deo Jes. LXIV, 6, diis alienis 1 Reg. IX, 9. 2 Par. VII, 22, iustitiae, innocentiae Iob. II, 3. 9. XXVII, 6, sapientiae Prov. III, 18, disciplinae IV, 13, foederi Jes. LVI, 4. 6, et contra fraudi Jer. VIII, 5, sq. acc. הֶחֱזִיק אַפּוֹ Mich. VII, 18; sq. עַל pers. adhaesit alicui, partes alicuius secutus est Neh. X, 30.

3) *firmavit*, inde a) *refecit, instauravit* aedificia ruinosa Neh. V, 16. Nah. III, 14. Ez. XXVII, 9. 27, omisso accus. Neh. III, 4: עַל יָדָם הֶחֱזִיק *ad latus eorum* (domum suam) *instauravit*, et ita Comm. 7 — 32. b) *confirmavit* imperium 2 Reg. XV, 19.

4) *fortem fecit, corroboravit* Ez. XXX, 25. 2 Sam. XI, 25: הַחֲזֵק מִלְחַמְתְּךָ אֶל הָעִיר וגו׳ *fortem fac pugnam tuam contra hanc urbem et dirue eam.* Jer. LI, 12: הַחֲזִיקוּ הַמִּשְׁמָר *corroborate augete custodiam.* Inde a) intrans. *invaluit, vicit* (cf. lat. *robur facere*, ital. *far forze*) 2 Par. XXVI, 8. Dan. XI, 7. 32. b) *adiuvit* sq. בְּ Lev. XXV, 35. Ez. XVI, 49, sq. acc. XXX, 25. Part. מַחֲזִיק adiutor Dan. XI, 1, sq. acc. Vers. 6.

Hithpa. 1) *confirmatus est*, saepe de novo rege, cuius imperium firmatur 2 Par. I, 1. XII, 13. XIII, 21. XVII, 1. XXI, 4; *confirmavit se* i. e. vires collegit Gen. XLVIII, 2. Iud. XX, 22, animos cepit Num. XIII, 20. 1 Sam. XXX, 6 (ubi additur: בַּיהוָה). 2 Par. XV, 8. XXIII, 1. XXV, 11. XXXII, 5. Esr. VII, 28. Dan. X, 19. — 2) *fortem se praestitit* 1 Sam. IV, 9. 2 Sam. X, 12. 1 Reg. XX, 22, sq. לִפְנֵי *contra* aliqu. 2 Par. XIII, 7. 8, sed sq. בְּ *cum* aliquo i. e. *adiuvit eum* 2 Sam. III, 6, et ita sq. עִם 1 Par. XI, 10. 2 Par. XVI, 9. Dan. X, 21.

חָזָק m. חֲזָקָה f. adj. 1) *firmus*, in malam partem *obfirmatus*, Ez. III, 7: חִזְקֵי מֵצַח וּקְשֵׁי לֵב *obfirmatae frontis et animi obdurati.* II, 4. III, 8, inde *durus* Iob. XXXVII, 18. Ez. III, 9.

2) *fortis, validus* Ps. XXXV, 10 opp. debili Num. XIII, 18. Jos. XIV, 11, aegro Ez. XXX, 22, it. *potens* Jes. XXVIII, 2. Am. II, 14. Ez. XXVI, 17; Jes. XL, 10: בְּחָזָק יָבוֹא *tanquam fortis veniet*, cf. בְּ no. 17; in malam partem *violentus* Iob. V, 15. Crebra est formula יָד חֲזָקָה manus valida, quae tribuitur a) hominibus et est i. q. *vis armata* Ex. III, 19. VI, 1. Num. XX, 20 (ubi copulatur cum עַם כָּבֵד), frequentius b) Deo, de *vi divina* Deut. III, 24. VII, 19. XI, 2. XXXIV, 12. 1 Reg. VIII, 42, max. in populo suo liberando conspicua Ex. XIII, 9. XXXII, 11. Deut. IV, 34. V, 15. VI, 21. VII, 8. IX, 26. XXVI, 8. Ps. CXXXVI, 12. Jer. XXXII, 21. Ez. XX, 33. 34. Dan. IX, 15. Neh. I, 10, ubi copulatur passim cum זְרוֹעַ נְטוּיָה, כֹּחַ גָּדוֹל. Idem valet זְרֹעַ חֲזָקָה Jer. XXI, 5.

3) *vehemens*, de vento Ex. X, 19. 1 Reg. XIX, 11, de morbo 1 Reg. XVII, 17, de fame 1 Reg. XVIII, 2, de sonu tubae Ex. XIX, 16.

חָזֵק adj. *invalescens* Ex. XIX, 19. 2 Sam. III, 1.

חֵזֶק m. *robur*, idque pro *auxilio*. Poët. חִזְקִי de Deo Ps. XVIII, 2.

חֹזֶק m. id. Am. VI, 13. Hagg. II, 22. בְּחֹזֶק יָד i. q. בְּיָד חֲזָקָה manu valida Ex. XIII, 3. 14. 16.

חֶזְקָה f. nomen actionis 1) *invalescere, fortem et potentem fieri.* כְּחֶזְקָתוֹ quum robur nactus esset, invaluisset 2 Par. XII, 1. XXVI, 16. Dan. XI, 2: וּכְחֶזְקָתוֹ בְּעָשְׁרוֹ *et ubi invaluerit divitiis suis.* 2) *graviter urgere, impellere*; subst. *impetus.* Jes. VIII, 11: בְּחֶזְקַת הַיָּד *in impetu manus* (Dei) i. e. vis divinae, impellente me spiritu divino, ἐν ἐκστάσει, ἐν πνεύματι. Cf. rad. no. 4, ibique Ez. III, 14. Bene Chald. בְּמִתְקַף נְבוּאֲתָה *in impetu prophetiae.*

חָזְקָה f. 1) *vis, vehementia.* בְּחָזְקָה per vim, violenter, 1 Sam. II, 16. Ez. XXXIV, 4; *vehementer, valde*

Iud. IV, 3. VIII, 1. Jon. III, 8. 2) *refectio* (aedium) 2 Reg. XII, 13, cf. verbum Pi. no. 2.

חִזְקִי (validus) n. pr. viri 1 Chr. VIII, 17.

חִזְקִיָּה et **חִזְקִיָּהוּ** (robur Jehovae i. e. a Jova datum, q. d. germ. *Gotthard*) n. pr. gr. Ἐζεκίας, lat. *Ezechias*, quod gerunt 1) rex Judae, filius Ahasi, pietate erga Deum insignis, idololatriae infestus, quo regnante Sanherib, Assyriae rex, Judaeam invasit cum exercitu, qui magnam partem peste interiit. Regnabat autem ab anno 728 ad 699 a. Chr. 2 Reg. XVIII—XX. 1 Par. IV, 41. 2 Par. XXIX, 18 sqq. XXX—XXXII. Jes. XXXVI—XXXIX. Prov. XXV, 1. Jer. XXVI, 18. Nomen eius scribitur etiam יְחִזְקִיָּה et יְחִזְקִיָּהוּ (pro יְחַזְקִיָּהוּ, יְחַזְקִיָּה, more derivatorum Futuri, ut יְחֶזְקֵאל pro יְחַזְקֵאל) Hos. I, 1. Jes. I, 1. — 2) unus ex Sophoniae prophetae maioribus, quem nonnulli eundem esse arbitrantur, atque Ezechiam regem Zeph. I, 1. Vide Huetii demonstr. evang. p. 512 Lips. et quae contra observavit Rosenm. in prolegg. ad Zephan. 3) 1 Chr. III, 23. 4) Neh. VII, 21. X, 18.

יְחֶזְקֵאל (pro יְחַזְקֵאל, יְחַזֵּק אֵל quem Deus corroborabit, Patach correpto in Segol, cf. אֶכְלְךָ Ex. XXXIII, 3 pro אֲכַלְּךָ Gr. §. 25, not. 1) n. pr. 1) prophetae nobilissimi, qui in prophetarum canone tertius est, filii Busi sacerdotis. Una cum Jechonja rege in exilium abductus in Judaeorum colonia ad Chaboram vixit suaque vaticinia edidit usque ad annum sextum decimum post Hierosolyma a Nebucadnezare expugnata (Ez. XXIX, 17). Ez. I, 3. XXIV, 24. LXX. Ἰεζεκιήλ et ita Sir. XLIX, 8 (10). Vulg. *Ezechiel* (cf. יְחִזְקִיָּה Ἐζεκίας, Ezechias). Luth. graeca imitatus *Hesekiel*. Ἐζηκίηλον, tragoediarum scriptorem, hominem Judaeum, fortasse Alexandrinum, laudat Clem. Alex. Strom. 1, 344 Sylb. cf. Euseb. praep. evang. IX, 28. 29. 2) sacerdotis 1 Par. XXIV, 16.

יְחִזְקִיָּה v. חִזְקִיָּה no. 1.

יְחִזְקִיָּהוּ n. pr. viri aetate Ahasi 2 Par. XXVIII, 12.

חָזַר rad. inusit. Chald. et syr. חֲזַר, ܚܕܪ rediit, circumivit, volvit. Arab. خزر angustos (porcinos?) oculos habuit, quod nescio an denominativum sit.

חֲזִיר m. *porcus*, sec. nonnullos a volutando dictus vel a forma rotunda et terete. (Syr. ܚܙܝܪܐ, arab. خنزير quod Ibn Saïd aliique Arabes ap. Boch. in Hieroz. 1, 696 dictum volunt a خزر angustos oculos habuit, alii conflatum censent ex hoc verbo et خنز foetuit. Videtur tamen forma hebraea vetus et genuina esse, postea inserto Nun diducta, et utrumque verbum arabicum possit a nomine illo ductum esse). Lev. XI, 7. Deut. XIV, 8. Prov. XI, 22. דַּם חֲזִיר sanguis porcinus Jes. LXVI, 3 et בְּשַׂר הַחֲזִיר caro porcina LXV, 4. LXVI, 3. חֲזִיר מִיַּעַר porcus silvestris, aper Ps. LXXX, 14.

חֵזִיר (porcus) n. pr. viri 1 Par. XXIV, 15. Neh. X, 21.

יַחְזֵרָה (quem *reducat* Deus, fut. Hi. parag. a חזר) n. pr. viri 1 Par. IX, 12. Num forte legendum יַחְזִיָה?

חָח *uncus* v. rad. חחה.

חָטָא fut. יֶחֱטָא 1) pr. *aberravit a scopo* iaculator (opp. metam attigit, feriit), v. Hiph. no. 1, *pede erravit* et *lapsus est* (Prov. XIX, 2: אָץ בְּרַגְלַיִם חוֹטֵא *qui festinat pedibus, labitur*, cf. Hithpa. no. 1 et חַטָּאת no. 1) germ. *fehlen*, *verfehlen*, spec. *fehlschiessen*, *fehltreten*. (Eadem origo est in arab. خطئ aberravit a scopo, opp. صاب scopum feriit, v. Dschauharium in spec. a Scheidio edito p. 67—71, et gr. ἁμαρτάνω, de telo Il. 10, 372. 4, 491, de via Od. 7, 292). Opp. מָצָא attigit, invenit, nostr. *treffen*. Prov. VIII, 36: וְחֹטְאִי חֹמֵס נַפְשׁוֹ *qui a me aberrat, nocet vitae suae*. Opp. מֹצְאִי V. 35. Iob. V, 24: *lustras pascuum tuum* וְלֹא תֶחֱטָא *et nihil desideras*, nihil deest, omnes pecudes adsunt. (Hoc significatu congruit aethiop. ኃጥአ: non reperit, non habuit, defuit ei, caruit re, nostr. fehlen, sed ኃጥእ: peccator, quod ab illo segregare non debebat Ludolf Lexic. aeth. p. 288. Comment. ad hist. aeth. p. 205).

2) *peccavit* (pr. pede aberravit et lapsus est in virtutis tramite, cf. gr. ἁμαρτάνω, nostr. sich vergehn, fehlen, einen Fehltritt begehen). Syr. chald. ܚܛܐ, חֲטָא, arab. خطئ, melit. *khata* id. Iob. I, 22. II, 10. 1 Sam. XXVI, 21. Jes. XLIII, 27 et persaepe. חָטָא חַטָּאת peccare peccatum Lev. IV, 3. 28. 35. V, 6. 10. XIX, 22. 1 Reg. XV, 30. XVI, 19. 2 Reg. XXI, 17. Ez. XVIII, 24. XXXIII, 16, חָטָא חֲטָאָה גְדֹלָה commisit magnum peccatum Exod. XXXII, 21. 30. 31. Ezech. XVI, 51: כַּחֲצִי חַטֹּאתַיִךְ לֹא חָטָאָה. Constr. a) sq. לְ eius, *in quem* peccatur, ut in Deum Gen. XX, 6. XXXIX, 9. Ex. X, 16. XXXII, 33. Jos. VII, 20. 1 Sam. II, 25. VII, 6. Ps. LI, 6. Jer. L, 14 cet., regem Gen. XX, 9 XL, 1. Iud. XI, 27. 1 Sam. XIX, 4. XXIV, 12. Jer. XXXVII, 18, patrem Gen. XLIII, 9. XLIV, 32, proximum quemcunque 1 Reg. VIII, 31. Sed b) persona resve, *in qua* peccatur (woran, wodurch man sich versündigt), ponitur praevio בְּ. Gen. XLII, 22: אַל תֶּחֶטְאוּ בַיֶּלֶד *ne peccetis in puero*. 1 Sam. XIX, 4: אַל יֶחֱטָא הַמֶּלֶךְ בְּעַבְדּוֹ בְדָוִד כִּי לֹא חָטָא לָךְ *ne peccet rex in servo suo Davide, is enim non peccavit in te*, contra te. — Levit. V, 22. IV, 23: *peccatum eius*, אֲשֶׁר חָטָא בָהּ. Neh. IX, 29: וּבְמִשְׁפָּטֶיךָ חָטְאוּ בָם *in legibus tuis peccabant*, leges tuas violabant, versündigten sich an deinen Gesetzen.

Construitur etiam sq. עַל rei Lev. V, 5. Num. VI, 11. Neh. XIII, 26. c) Instrumentum, quo peccatur, ponitur praevio בְּ. Ps. XXXIX, 2: חֲטוֹא בִלְשׁוֹנִי. — Praegnans constructio est in his Lev. V, 16: אֵת אֲשֶׁר חָטָא מִן־הַקֹּדֶשׁ *quod surripiendo peccavit de rebus sacris*. Part. חוֹטֵא peccator Prov. XI, 31. XIII, 22. XIV, 21; חוֹטֶא (forma chald.) Eccl. VIII, 12. IX, 18. Jes. LXV, 20.

3) *reus factus est alicuius rei*, sq. acc. Lev. V, 7: הֵבִיא אֶת־אֲשָׁמוֹ אֲשֶׁר חָטָא שְׁתֵּי תֹרִים *offerat pro sacrificio, cuius reus factus est, duos turtures*, cf. V. 11: אֶת־קָרְבָּנוֹ אֲשֶׁר חָטָא. Prov. XX, 2: חוֹטֵא נַפְשׁוֹ *vitae suae fit reus*, vitam in discrimen adducit, cf. Hab. II, 10. Gen. XLIII, 9: *nisi eum reduxero*, וְחָטָאתִי וגו׳ *reus ero* i. e. culpam feram *per omnem vitam*.

Caeterum ita inflectitur haec radix, ut passim formas mutuetur a verbis לה. Praet. 3 fem. חָטָאת pro חָטְאָה Ex. V, 16 (cf. Lgb. p. 718 et Maurer. ad h. l.). Part. חוֹטֵא et חוֹטֶא (v. supra no. 2), pl. חֹטְאִים 1 Sam. XIV, 33, fem. חֹטֵאת Ez. XVIII, 4. 20. Inf. חֲטֹא Exod. IX, 34 et חֲטוֹ Gen. XX, 6, c. aff. חֲטָאתוֹ Ez. XXXIII, 12.

Pi. חִטֵּא 1) *luit peccatum*, sq. acc. Gen. XXXI, 39: אָנֹכִי אֲחַטֶּנָּה *ego luebam illud*, damnum praestabam, pro אֲחַטְּאֶנָּה. Inde 2) *sacrificium expiatorium obtulit*. Lev. VI, 19: הַכֹּהֵן הַמְחַטֵּא אֹתָהּ יֹאכְלֶנָּה *sacerdos illud* (sacrificium exp.) *offerens ulem etiam comedat*. IX, 15: וַיְחַטְּאֵהוּ *et offeret eum* (hircum) *tanquam sacrificium piaculare*. Quod quum fiat sanguinem altare versus spargendo, intelligis quid sit 2 Par. XXIX, 24: וַיְחַטְּאוּ אֶת־דָּמָם הַמִּזְבֵּחָה *spargebant sanguinem eorum versus altare* ad expiandum. 3) *expiavit*, sacro ritu *mundavit* i. q. כִּפֶּר (quocum passim copulatur Ez. XLIII, 20), velut homines Num. XIX, 19. Ps. LI, 9, vasa, templum, altare Exod. XXIX, 36. Levit. VIII, 15. XIV, 49—52. Ezech. XLIII, 20. 22. XLV, 18, sq. עַל Ex. XXIX, 36. LXX. καθαρίζειν.

Hiph. הֶחֱטִיא 1) causat. Kal no. 1. *fecit ut a scopo aberraret* (sagitta, lapis fundae). Iud. XX, 16. Kimchi bene supplet: אבן sc. החטיא. (Arab. conj. IV. v. supra ad Kal no. 1.). — 2) causat. no. 2 *ad peccandum induxit* l. *seduxit* aliquem Jer. XXXII, 35. 1 Reg. XVI, 2, sq. לְ eius *in* quem peccatur Ex. XXIII, 33, persaepe in hac formula 1 Reg. XV, 26: וּבְחַטָּאתוֹ אֲשֶׁר הֶחֱטִיא אֶת־יִשְׂרָאֵל *et in eius peccato, ad quod Israëlem seduxerat* (de idolorum cultu). Comm. 30. XVI, 26. XXII, 53. 2 Reg. III, 3. X, 29. 31. XIII, 2. 6. 11. XIV, 24. XV, 9. 18. 23. 28. XXI, 16. XXIII, 15 cet. — 3) *peccati reum fecit* Deut. XXIV, 4. Eccl. V, 5 (v. ad בָּשָׂר no. 2), it. i. q. הִרְשִׁיעַ *reum declaravit*, *damnavit* in foro Jes. XXIX, 21. — Praet. sine א: הֶחֱטִי 2 Reg. XIII, 6 Chethibh, inf. הַחֲטִיא et sine א Jer. XXXII, 35.

Hithpa. 1) i. q. Kal *aberravit* a via, de homine terrore perculso et attonito, ideoque in praecipite fuga a via aberrante (cf. Jes. XXXI, 9 et lat. fugere praeter casam Ter. Phorm. 5, 2, 3). Iob. XLI, 17: מִשְּׁבָרִים יִתְחַטָּאוּ *prae terrore a via aberrant*. Schult. in Opp. min. p. 94: „Ita ضل arab. est deviare, errare, Conj. 4 errare fecit saepissime in Alcor. et amentavit, ضلة error et attonitae mentis incertitudo et stupor, ecstasis prae metu. Sic تاه arabice est errare, unde תיה locus vastus in quo aberratur, hoc etiam ad mentem transfertur, et notat attonitum, mente turbatum esse. Idem memini me observasse in verbo خطا apud Arabes, at memoriae nimis fretus locum adnotare neglexi.“ Cf. etiam aethiop. ተኃጥአ: aufugit, subduxit se clam. — 2) reflex. Pi. no. 3. *expiavit se*. Num. XIX, 12 sqq. XXXI, 19. 23. — Comm. 20 constr. sq. acc. hunc in modum: וְכָל־בֶּגֶד וְכָל־כְּלִי עוֹר תִּתְחַטָּאוּ *et expiabitis vos quod attinet ad omnes vestes et omnes res coriaceas* i. e. mundabitis omnes vestes cet. quanquam Hithpa. non est re vera transitivum.

חֵטְא (forma segolata) c. suff. חֶטְאִי, pl. חֲטָאִים Eccl. X, 4, cstr. חֲטָאֵי (Kamez servato, Lgb. §. 130 not. 1) 2 Reg. X, 29. Ezech. XXIII, 49, c. suff. חֲטָאֵיכֶם Jes. I, 18 m. 1) *peccatum*, *crimen*. (Arab. خطء error data opera commissus). Hos. XII, 8: עָוֹן אֲשֶׁר חֵטְא, v. עָוֹן no. 2. Ps. LI, 7: בְּחֵטְא יֶחֱמַתְנִי אִמִּי *cum peccato concepit me mater mea* i. e. concepit me peccatrix ex patre peccatore. חָטָא חֵטְא peccavit peccatum Deut. XIX, 15. חֵטְא מָוֶת peccatum morte dignum Deut. XXII, 26, cf. XXI, 22. מוּת בְּחֶטְאוֹ mori pro peccato suo Num. XXVII, 3. Deut. XXIV, 16. 2 Reg. XIV, 6. נָשָׂא חֶטְאוֹ peccatum suum luit (v. נָשָׂא 2, b), נָשָׂא חֵטְא עַל peccatum luit propter aliq. Lev. XIX, 17. XXII, 9. Num. XVIII, 32. הָיָה חֵטְא בְּ incumbit alicui peccatum Deut. XV, 9. XXIII, 22. 23. XXIV, 15. חֲטָאֵי גִלּוּלֵיכֶן peccata idolis cultis commissa Ezech. XXIII, 49. — 2) *poena peccati*, inde *calamitas* Thren. III, 39.

חַטָּא m. (formae קַטָּל, Kamez impuro) 1) *peccator*, non eo sensu, quo omnes peccatores sumus, sed homo peccando assuetus, peccato familiaris, ἁμαρτωλός. Saepe in pl. חַטָּאִים. Gen. XIII, 13: אַנְשֵׁי סְדֹם רָעִים וְחַטָּאִים. Jes. I, 28: שֶׁבֶר פֹּשְׁעִים וְחַטָּאִים. Num. XVII, 3. XXXII, 14. Ps. I, 1. 5. XXV, 8. XXVI, 9. LI, 15. CIV, 35. Prov. I, 10. XIII, 21. XXIII, 17. Jes. XIII, 9. XXXIII, 14. — 2) *qui peccatum luit*, *reus*. 1 Reg. I, 21. (Syr. ܚܛܝܐ peccator).

חֲטָאָה f. 1) *peccatum*. Ps. XXXII, 1. Saepius in hac formula: חָטָא חֲטָאָה גְדֹלָה Gen. XX, 9. Ex. XXXII, 30. 31. 2 Reg. XVII, 21. 2) *sacrificium pro peccato* Ps. XL, 7.

חַטָּאָה f. 1) *peccatrix*, a masc. חַטָּא Am. IX, 8. 2) i. q. חַטָּאת a) *peccatum* Ex. XXXIV, 7. b) *poena peccati* Jes. V, 18.

חַטָּאָה chald. *sacrificium pro peccato* Esr. VI, 17 Keri. In Chethibh est חַטָּיָא.

חַטָּאת semel **חַטָּת** Num. XV, 24, cstr. חַטַּאת (pro חַטַּאַת, a forma חַטָּאָה) c. suff. חַטָּאתִי, חַטָּאתוֹ, sed חַטַּאתְכֶם Ex. XXXII, 30 pl. חַטָּאוֹת Iob. XIII, 23, cstr. חַטֹּאתֵינוּ (pro חַטָּאוֹת) et חַטֹּאת, c. suff. חַטֹּאתֶיךָ, חַטֹּאות f. 1) *aberratio, lapsus pedis.* Prov. XIII, 6 (v. rad. סָלַף). Eodem Schult. aliique referunt etiam X, 16, ubi malo interpretari: *merces iusti ad vitam*, vitae sustentandae adhibetur, *proventus impii ad peccatum* malis usibus insumitur; et XXI, 4, ubi sensus est: *lucerna* splendor *impiorum est peccatum.*

2) *peccatum* (syr. ܚܛܗܐ id.) Gen. IV, 7. Iob. X, 6. XIV, 16. XIII, 23. 1 Sam. XX, 1. Jes. VI, 7 cet. cet. Dicitur, pariter atque חֵטְא, de singulis peccacatis (inde sexcenties in plurali), raro (quanquam hoc in nomine dagessato exspectes) de *peccandi consuetudine* (Sündigkeit, Sündhaftigkeit) Prov. XIV, 34. Jes. III, 9, שׁוּב מֵחַטָּאתוֹ Ez. XXXIII, 14. 1 Reg. VIII, 35. Passim copulatur cum synonymis (in vulgari linguae usu non subtiliter a nostro vocabulo distinctis) עָוֹן (q. v.) Deut. XIX, 15. Iob. XIII, 23, פֶּשַׁע Gen. XXXI, 36. Ps. LIX, 4, מַעַל 2 Par. XXXIII, 19. — שִׁית ח׳ עַל imponere alicui culpam peccati Num. XII, 11; *condonare* peccatum est נָשָׂא ח׳, סָלַח, כִּסָּה (q. v.), expiare כִּפֶּר ח׳. — Ps. LIX, 13: חַטַּאת פִּימוֹ *peccatum oris eorum*, ore commissum. מֵי חַטָּאת aqua peccato lustrando i. q. מֵי נִדָּה aqua lustralis Num. VIII, 7. — Meton. etiam de *re qua peccant* Deut. IX, 21. Hos. X, 8.

3) *sacrificium pro peccato* oblatum. Ex. XXIX, 14. Lev. IV, 1—35. VI, 17—23 al. 24—30. XIV, 22. 31. XV, 15. XVI, 9. Num. VIII, 12. XXVIII, 22. XXIX, 5. 11. 2 Reg. XII, 17. Neh. X, 34 et persaepe. Quomodo hoc sacrificium differat ab אָשָׁם sacrificio pro delicto, non prorsus constat, v. quae disputavimus pag. 160 B. — Hos. IV, 8 de sacerdotibus impiis: *peccatum populi mei comedunt* (i. e. sacrificia pro peccato oblata) *et avidi sunt sceleris eius.*

4) *poena* peccati (v. חַטָּאָה Jes. V, 18). Thren. IV, 6: חַטַּאת סְדֹם *poena Sodomi.* Zach. XIV, 19: *haec* (cf. Comm. 17) *erit poena Aegypti et poena omnium populorum, qui non ascendent ad festum tabernaculorum*, ubi plane inepta *peccati* significatio, quam adhibuit Hengstenberg. ad h. l. Inde pl. *calamitates* Jes. XL, 2.

חֲטָי chald. *peccatum*, unde c. aff. חֲטָיָךְ Dan. IV, 24.

חַטָּיָה chald. *sacrificium pro peccato* Esr. VI, 17 Chethibh.

חַטָּת v. חַטָּאת.

חָטַב 1) *cecidit* lignum, addito עֵצִים Deut. XIX, 5, hoc omisso Ez. XXXIX, 10. Part. חוֹטֵב עֵצִים Deut. XXIX, 10, pl. חֹטְבִים 2 Par. II, 9 et חֹטְבֵי עֵצִים Jos. IX, 21. 23. 27. Jer. XLVI, 22 caedentes ligna. (Arab. حَطَبَ lignatus est, حَطَب lignum caesum, materia foci Cor. 72, 15. Aeth. ሐጠበ: fidit ligna. Vicinum est חָצַב cecidit lapides, it. קָצַב et quae ibi laudantur).

2) med. E. intrans. pr. *virgis caesus est*, inde *virgulatus, striatus*, fort. *acu pictus est* (gestrichelt, streifig seyn), cf. חָבַר no. 3. (Arab. خَطِبَ variegatus, versicolor fuit. IV. striata fuit colocynthis, أَخْطَب striatus, de colocynthide, asino, pica, خُطْبَانَة colocynthis flava striis viridibus, Kamûs p. 77. Syr. ܚܘܛܒܐ sec. Barbahl. vestis acu picta, tessellata, pr., ni fallor, striata. Chald. חֲטַב in Baal Aruch exponitur צַיֵּר figuris ornavit, spec. fimbrias vestium filis sericis. Conf. etiam ܚܘܛܒܐ, chald. קְטִיפָה tapetum, arab. قَطِيفَة pallium fimbriatum). Inde part. pass. Prov. VII, 16: *stragulis stravi lectum meum* חֲטֻבוֹת אֵטוּן מִצְרָיִם *virgulatis filo Aegypti:* ubi חֲטֻבוֹת est adiectivum referendum ad מַרְבַדִּים (forte a sing. מַרְבַדָּה). Kimchius ח׳ male interpretatur *ligna* (lecti) *affabre excisa.*

Pu. part. pass. pulchre *excisus* (de statuis). Ps. CXLIV, 12.

חָטַט rad. inusit. Syr. ܚܛ fodit, eruit, arab. خَطَّ sculpsit, scripsit. Inde

חֲטִיטָא (fossio) n. pr. viri Esr. II, 42. Neh. VII, 45.

חִטָּה *triticum*, v. rad. חָנַט.

חָטַל rad. inusit. Arab. خَطِلَ pendulus, laxus fuit, vic. חָטַר. Inde

חַטִּיל (vacillans) n. pr. viri Esr. II, 57. Neh. VII, 59.

חָטַם *obturavit* os bestiae capistro, *capistravit* i. q. arab. خَطَمَ (poët. ap. Schroeder. origg. p. 47. Caab 23), unde خِطَام capistrum, chald. et talmud. חֲטָם annulus naribus immissus, חוֹטֶם nasus. (Cognata sunt חָסַם, עָצַם, it. חָתַם, cf. quae de vi et potestate syllabae תם, טם, דם observavimus p. 344 B. In linguis indogerm. nostrae rad. vicinum est *domare*, *dämmen*, *zudämmen*, *zähmen*). Metaph. Jes. XLVIII, 9: אֶחֱטָם־לָךְ לְבִלְתִּי הַכְרִיתֶךָ *capistro s. domo* (iram meam) *contra te, ne perdam te.*

חָטַף fut. יַחְטֹף i. q. חָתַף *rapuit* mulieres Iud. XXI, 21, *diripuit* miserum Ps. X, 9. Cf. cod. Nasor. 1, 328: ܠܐ ܬܚܛܦܘܢ ܡܣܟܢܐ ܡܛܠ ܚܘܒܝܟܘܢ ne diripiatis propter debita vestra inopes. (Chald. חֲטַף id. חֲטוֹף, חֲטוֹפָא rapina, violentia, iniuria, pro hebr. חָמָס, חָטוֹפָא raptor. Syr. et zab. ܚܛܦ, arab. خَطَفَ id. Cor. 37, 10, ܚܘܛܦܐ rapina, violentia, ܚܛܘܦܐ raptor, الخاطف raptor i. e. lupus, v. Schult. ad Prov. 297. J. W. Schroeder ad Ps. X p. 199 sq.

חֲטִיפָא (raptus) n. pr. viri Esr. II, 54. Neh. VII, 56.

חָטַר rad. inusit. Arab. خطر (vic. radicibus חָסַל, خطل, عطل, aliisque, quarum syllaba primaria est *dal, tal, sal*, penduli, nutandi, vacillandi potestatem habens, v. ad דָּלַל p. 340 B) *vibravit* virgam, hastam (*schwenken*), motitavit caudam (*wedeln*), clunes (*schwänzen*) Saad. Jes. III, 16, iactavit manus inter eundum (Har. 17, 171 de Sacy), v. Alb. Schult. Hamas. p. 350. 51. epist. ad Menken. II, p. 61.

חֹטֶר m. *virga lenta* Prov. XIV, 3, *ramus, surculus* et metaph. *proles, prognatus* (cf. gr. ϑάλος, ἔρνος, lat. *germen*) Jes. XI, 1. (Arab. خِطْرٌ ramus, syr. et zab. ܚܘܛܪܐ baculus, virga, sceptrum. Sam. ࠀࠈࠈ id. Aleph et Chet inter se permutatis).

חָטַשׁ rad. inusit., fort. i. q. حتش congregavit se (de populo). Inde

חַטּוּשׁ (congregatus) n. pr. virorum 1) 1 Par. III, 22. Esr. VIII, 2. 2) Neh. III, 10. 3) ib. X, 5. XII, 2.

חַי *vivus* v. rad. חָיַי.

חִידָה *aenigma* v. rad. חוּד.

חָיָה inf. absol. חָיֹה Ez. XVIII, 9 et חָיוֹ III, 21. XVIII, 28, cstr. c. Suff. חֲיוֹתָם Jos. V, 8, c. Praef. לִחְיוֹת Ez. XXXIII, 12, imp. c. Vav praef. וִחְיֵה Gen. XX, 7, pl. וִחְיוּ XLII, 18, fut. יִחְיֶה apoc. יְחִי, וַיְחִי.

1) *vixit*, vc. usitatissimum. (De etymo v. infra). Constr. a) c. acc. temporis Gen. V, 3: וַיְחִי אָדָם שְׁלֹשִׁים וּמְאַת שָׁנָה *et vixit Adamus centum et triginta annos*. 6 sqq. XI, 11 sqq. L, 22. Eccl. VI, 3. 6. XI, 8. Iob. XLII, 16. Jer. XXXV, 7. b) sq. בְּ loci Thren. IV, 20; sed saepius rei, *unde* vivitur 2 Reg. IV, 7, et *per quam* vivimus et valemus. Hab. II, 4: צַדִּיק בֶּאֱמוּנָתוֹ יִחְיֶה *iustus vivit* (bene valet) *probitate sua*. Ezech. XX, 25. XXXIII, 12. Neh. IX, 29. c) sq. עַל rei, qua sustentamur, v. עַל no. 1, a, litt. γ. d) sq. מִן vixit ultra aliquid, etwas *über*leben. Num. XXIV, 23: מִי יִחְיֶה מִשֻּׂמוֹ אֵל *quis vivet ultra* tempus quo *haec patrabit Deus?*

Vivere autem saepe dicitur aa) pro *bene vivere, valere, vigere*. Deut. IV, 1. VIII, 1. XXX, 16. Prov. IV, 4. XV, 27. Huc referri potest laeta acclamatio: יְחִי הַמֶּלֶךְ vivat rex 1 Sam. X, 24. 2 Sam. XVI, 16. 1 Reg. I, 25. 31. 34. 39. 2 Reg. XI, 12. 2 Paralip. XXIII, 11. יְחִי לְבַבְכֶם *vivat* i. e. vigeat, hilare sit *cor vestrum* Ps. XXII, 27. LXIX, 33. bb) *vivum servari* (opp. occidi, mori). Jos. VI, 17: רַק רָחָב הַזּוֹנָה תִּחְיֶה *una Rahab meretrix vivat*, superstes sit. Esth. IV, 11. Jerem. XXI, 9. XXXVIII, 2. Ezech. III, 21. XVIII, 9. 17. 21. 23. XXXIII, 11. 13. 16 cet. Passim additur לֹא מוּת, ut Gen. XLII, 2: וְנִחְיֶה וְלֹא נָמוּת *ut vivamus, neque moriamur*. XLIII, 8. Num. IV, 19. Contra לֹא יִחְיֶה *non vivet* est i. q. morietur, moriendum est ei, occidetur. Gen. XXXI, 32. Ex. XIX, 13. 2 Reg. X, 19. Zach. XIII, 3, et passim additur moriendi verbo. 2 Reg. XX, 1: מֵת אַתָּה וְלֹא תִחְיֶה *moriturus es, neque vives*, non in vita servaberis. Jes. XXXVIII, 1. Plenior formula est: חָיְתָה נַפְשִׁי anima mea vivit i. e. vivus servor, non interficior, non pereo Gen. XII, 13. XIX, 20. 1 Reg. XX, 32. Ps. CXIX, 175. Jes. LIII, 3. Jer. XXXVIII, 17. 20, cf. ζήσεται ἡ ψυχὴ ἡμῶν Judith VII, 27.

2) *revixit*. Iob. XIV, 14: אִם יָמוּת גֶּבֶר הֲיִחְיֶה *ubi moritur vir, num reviviscit?* 1 Reg. XVII, 22. 2 Reg. XIII, 21. Jes. XXVI, 14. Ezech. XXXVII, 5 sqq. (cf. syr. ܚܝܐ pro ἀναζάω Luc. XV, 24. 32 Pesch.). Inde a) *convaluit*. (Cf. syr. ܢܦܫ Ethpa. animatus est, dein: sanatus est, convaluit a morbo). Gen. XX, 7. Jos. V, 8. 2 Reg. VIII, 10. 14. XX, 7. Jes. XXXVIII, 21, sq. מִן ex morbo 2 Reg. I, 2: אִם אֶחְיֶה מֵחֳלִי זֶה. VIII, 8. 9. b) *refocillatus est*, de fesso Iud. XV, 19: וַתָּשָׁב רוּחוֹ וַיֶּחִי *rediit animus eius et revixit* i. e. refocillatus est; de tristi Gen. XLV, 27: וַתְּחִי רוּחַ יַעֲקֹב *et revixit animus Jacobi*.

(Arab. حَيِّ, quae forma etiam in Hebraismo est, v. חָיִי. Aeth. ሐየወ: syr. ܚܝܐ id. Origo est in *spirando*, quandoquidem animantium vita in spirando cernitur, cf. נֶפֶשׁ, et antiquior eius forma est חָוָה q. v. Eadem origo est in graeco γάω, ζάω, ζώω, cui cognatum ἄω, ἄημι spiro, et quod ap. Aeschylum etiam de ventis spirantibus usurpatur. Hesych. ζάει, πνεῖ, Κύπριοι· ζαέντες, πνέοντες· ζαής, πνέων. Aliud etymon supra diiudicavimus, v. חָוָה, et simile haud probabilius proponit A. Schult. ep. ad Menk. p. 89. ad Iob. p. 125, cf. diss. Lugd. p. 904 sqq. a contrahendo et compingendo, quod ad vigorem firmum et robur relatum sit. Videant autem linguarum scrutatores, sintne eiusdem stirpis atque חָיָה sanscr. *dschîv* vivere, gr. βιόω, lat. *vivo*).

Pi. חִיָּה 1) *vivere iussit, vivificavit* aliquem, *vitam dedit* alicui. Iob. XXXIII, 4: נִשְׁמַת שַׁדַּי תְּחַיֵּנִי *spiritus Omnipotentis vitam mihi dedit.* Mulier *vivificare* dicitur *semen* senis, ubi semen prolis ex eo elicit et ex eo concipit Gen. XIX, 32. 34, similiter Hos. XIV, 8: יְחַיּוּ דָגָן *vivificabunt frumentum* in terra deserta, agris denuo cultis et semine sparso. Metaph. a) Hab. III, 2: *Jehova, opus tuum vivifica* i. e. exsequere. b) *fecit, ut bene valeret, vigeret, floreret.* Eccl. VII, 12: הַחָכְמָה תְּחַיֶּה בְעָלֶיהָ. Iob. XXXVI, 6.

2) *vivum servavit* aliquem (v. Kal no. 1, bb). Gen. XII, 12: *interficient me* וְאֹתָךְ יְחַיּוּ *et te vivam servabunt.* Ex. I, 17. 22. Num. XXXI, 15. Jos. IX, 15. Iud. XXI, 14 (ubi opp. caèdi, unde לֹא חִיָּה i. q. interfecit Exod. XXII, 17. Deut. XX, 16. 1 Sam. XXVII, 9. 11). Ps. XXXIII, 19. CXXXVIII, 7 (ubi opponitur: perire passus est), inde de Deo res creatas *conservante* Deut. VI, 24. Neh. IX, 6. Jer. XLIX, 11. Plenius dicitur: חִיָּה נֶפֶשׁ פ׳ 1 Reg. XX, 31. Ez. XIII. 19, unde חִיָּה נַפְשׁוֹ conservavit vitam suam Ez. XVIII, 27, et i. q. sustentavit vitam Ps. XXII, 30. חִיָּה בָקָר aluit s. sustentavit boves Jes. VII, 21, cf. 2 Sam. XII, 3. 1 Reg. XVIII, 5. חִיָּה זֶרַע conservavit semen Gen. VII, 3.

3) *in vitam revocavit, vitae restituit.* Deut. XXXII, 39. 1 Sam. II, 6. Ps. XXX, 4, hinc a) *valetudini reddidit, sanavit* Hos. VI, 2, b) *refocillavit* (cf. nostr. *laben*, causat. a *leben*) Ps. LXXI, 20. LXXXV, 7. CXIX, 25. 37. 40. 50. 88. 93. 107. 137. 149. 154. 156. 159 (cf. ἀναζώειν eodem sensu). c) metaph. *instauravit* urbem. 1 Par. XI, 8: יוֹאָב יְחַיֶּה אֶת־שְׁאָר הָעִיר *et instaurabat Joabus reliquam partem urbis.* Bene Kimchius: *instauravit murum reliquae urbis* (praeter Millo). *Verbo* חִיָּה *utitur, quia urbs diruta quasi mortua est;* cui consentiunt recentiores tantum non omnes. Similem metaphoram habes Neh. IV, 1. Contextum vix reputavit Fäsius, qui nuper interpretabatur: Joabus reliquos urbis incolas superstites esse sivit. Neh. III, 34: הַיְחַיּוּ אֶת־הָאֲבָנִים *num vivificabunt lapides?* num lapides disiectos coniungent in aedificia. Metaphora petita est ab ossibus mortuis et disiectis denuo coniungendis, ut corpus vivum oriatur. Eodem modo transfertur syr. ܐܚܝ vivificavit mortuos, dein ܐܚܝ ܬܫܥܝܬܐ vivificavit (i. e. instauravit) ruinas, nova metaph. pro: collegit dispersa historiae fragmenta Assem. II, p. 312, cf. ܚܘܝܐ ܕܬܫܥܝܬܐ p. 352. Addit Simonis gr. ἀναβιώσκεσθαι instaurari Dio Cass.

Hiph. הֶחֱיָה 1) i. q. Pi. no. 2. *vivum servavit* aliquem i. e. a) vitam concessit, non interfecit Num. XXII, 33. XXXI, 18. Jos. II, 13. VI, 25. XIV, 10. Iud. VIII, 19. 20. 2 Sam. VIII, 2. Ez. XIII, 22. b) perire non passus est, morti eripuit Gen. VI, 19. 20. XLVII, 25. L, 20, sq. לְ XLV, 7.

2) i. q. Pi. no. 3. *in vitam revocavit, vitae reddidit.* 2 Reg. V, 7. VIII, 1. 5. Inde: *valetudini reddidit* Jes. XXXVIII, 16, metaph. *refocillavit, refecit* animum afflicti Jes. LVII, 15.

חֲיָה et **חֲיָא** chald. id. Dan. II, 4: מַלְכָּא לְעָלְמִין חֱיִי *vive in aeternum, rex,* solennis formula, qua reges salutantur. III, 9. V, 10. VI, 7. 22, cf. Neh. II, 3: הַמֶּלֶךְ לְעוֹלָם יִחְיֶה. 1 Reg. I, 31. Judith XII, 4 et Aelian. var. hist. I, 32: βασιλεῦ Ἀρταξέρξη, διʼ αἰῶνα βασιλεύοις.

Aph. part. מַחֵא *vivum servans,* cf. syr. ܡܚܐ Dan. V, 19.

חָיֶה adj. pl. f. חָיוֹת *vividae,* robustae, validae. Ex. I, 19. V. חַי no. 2.

חֵיוָא f. (pro חַיְוָא, formae עִנְוָה) chald. *animal, bestia* i. q. hebr. חַיָּה Dan. IV, 13, cum ה, חֵיוָה Dan. VII, 5. 7, emphat. חֵיוְתָא ibid. 6. 11. 19. 23. Plur. חֵיוָן VII, 3, emph. חֵיוָתָא 12. 17, sed saepe etiam in sing. collective חֵיוְתָא bestiae max. agrestes, ferae Dan. IV, 11. 12. V, 21, חֵיוַת בָּרָא bestiae ruris II, 38. IV, 9. 18. 20. 22. 29.

יְחִיאֵל (*vivit Deus* sec. Sim.) n. pr. virorum 1) 1 Par. XV, 18. XVI, 5. XXIII, 8. XXIX, 8, qui יְחִיָּה vocatur XV, 24. 2) XXVII, 32. 3) 2 Par. XXI, 2. 4) 2 Par. XXIX, 14 (ubi in Keri est יְחִיאֵל). XXXI, 13. 5) ibid. XXXV, 8. 6) aliorum Esr. VIII, 9. X, 2. 21. 26. A no. 1 est patron. יְחִיאֵלִי 1 Par. XXVI, 21. 22. Per Aphaeresin inde ortum

חִיאֵל (pro יְחִיאֵל) n. pr. viri, qui Hierichuntem instauravit 1 Reg. XV, 34.

יְחִיָּה (vivit Jehova) v. יְחִיאֵל no. 1.

מִחְיָה f. 1) *vitae conservatio.* Gen. XLV, 5: לְמִחְיָה שְׁלָחַנִי אֱלֹהִים לִפְנֵיכֶם *ad vitam vestram servandam Deus me misit ante vos.* 2 Par. XIV, 12: *ceciderunt ex Cuschaeis* לְאֵין לָהֶם מִחְיָה *ita ut nemo eorum servaretur.* Esr. IX, 8. 9. Simile est פְּלֵיטָה. Inde *victus* Iud. VI, 4. XVII, 10.

2) esse videtur: *vivum quid, pars corporis in qua est caro viva s. cruda* (rohe Stelle), dein *plaga, vestigium, nota* in cute. Lev. XIII, 10: מִחְיַת בָּשָׂר חַי *plaga carnis crudae.* 24: וְהָיְתָה מִחְיַת הַמִּכְוָה בַּהֶרֶת לְבָנָה *et si nota ustionis est macula alba.* Syr. Chald. Saad. *signum, notam* reddunt, paene flagitante contextu, quod SIMONIS ita declarat, ut nos supra fecimus, alii repetunt a חָוָה = חָיָה indicavit, alii a מָחָה, unde מִחְיָה (formae לִוְיָה) pr. plaga. Quanquam etiam hoc ferri possit, noluimus tamen necessitate non urgente, hanc nominis vim a priore prorsus secernere.

חָיִי i. q. חָיָה *vixit,* sed verbum med. gem. instar arabici حَيَّ. Nihil reperitur nisi 3 praet. Kal, masc. (de fem. vide infra) חַי, max. in Pentateucho. Gen. V, 5: כָּל־יְמֵי אָדָם אֲשֶׁר חַי *omnes dies Adami, quos vixit.* XI, 12. 14: וְשֶׁלַח חַי שְׁלֹשִׁים שָׁנָה *et Schelach vixit triginta annos.* XXV, 7. 1 Sam. XX, 31. — Gen. III, 22:

וְאָכַל וָחַי לְעוֹלָם (ne forte) *edat et vivat in aeternum.* Num. XXI, 8: וְרָאָה אֹתוֹ וָחָי *intuebitur eum et vivet* i. e. convalescet, vivus manebit. 9. Ex. XXXIII, 20. Lev. XVIII, 5 (ubi cod. Sam. וחיה). Deut. IV, 42. XIX, 4. Neh. VI, 11. Jer. XXXVIII, 2. Ez. XVIII, 13. 24. XX, 11. 13. 21. — חַי in his exemplis praeteritum esse, non adiectivum (ut volebat Vaterus ad Gen. III, 22), inde a Kimchio statuebant Lexicographi et Grammatici, quos inspexi, omnes et recte quidem, nam a) non solum praecedit verbum in praeterito, sed in eadem formula, ubicunque praecedit futurum, ponitur וַיְחִי, וַיֶּחִי. Cf. Gen. XI, 12. 14 et V, 3. 6. 7. 9; Num. XXI, 8 et Iud. XV, 19. 1 Reg. XVII, 22. 2 Reg. XX, 7; Deut. IV, 42 et Comm. 33. b) praeteritum חָיָה, quod in his exemplis desideraveris, in Pentateucho nusquam et nonnisi in recentiore Hebraismo obvium est (Neh. IX, 29. Esth. IV, 11. Eccl. VI, 6. Jer. XXI, 9. XXXVIII, 2. Ez. XVIII, 23. XXXIII, 11). Similiter autem arab. حَيَّ nonnisi in paucis formis, nominatim in 3 praet., sequitur analogiam verborum surdorum, in reliquis verborum لى. c) ubi adiectivum est חַי, praemittitur הוּא, ut Gen. IX, 3: *omne reptile* אֲשֶׁר הוּא חַי, in plur. Deut. IV, 10: *omnes dies* אֲשֶׁר הֵם חַיִּים *quos vivunt.* XII, 1. 1 Reg. VIII, 40. Adiectivum est etiam, ubi copulatur cum עוֹד, ut Gen. XLIII, 7: הַעוֹד אֲבִיכֶם חַי. 27. 28. XLV, 3. 26. 28. XLVI, 30. XXV, 6. — 3 praet. f. est Ex. I, 16: וָחָיָה אִם בַּת הִיא וָחָיָה *si filia illa, vivat,* ubi expectes וְחָיָה. Simoni, quem sequitur Ewaldus (gr. min. §. 438) forma חָיָה imitari videtur analogiam verborum עו (immo עי), mihi Dagesch eiectum videtur propter Pausam (gramm. §. 68, not. 11 *).

חַי cstr. חֵי A) adj. f. חַיָּה (de quo infra separatim) pl. חַיִּים 1) *vivus, vivens.* Lev. XVI, 10. Jos. VIII, 23. 1 Sam. XX, 31, opp. מֵת 1 Reg. XXI, 15. Jes. XXXVIII, 19 cet. Adde exempla, in quibus חַי praedicatum enunciati est, sub חָיִי litt. c. כָּל־חַי c. art. כָּל־הַחַי Gen. VI, 19 omne vivum Gen. VIII, 21. Iob. XII, 10. XXVIII, 21. XXX, 23, spec. omnis homo Gen. III, 20. Ps. CXLIII, 2. CXLV, 16. Plur. חַיִּים *vivi* Num. XVI, 30. 33. Deut. IV, 4. 1 Reg. XX, 18. 2 Reg. VII, 12, it. *viventes* omisso verbo substant. pro verbo Deut. IV, 10. XII, 1. XXXI, 13. 1 Reg. VIII, 40, et pro subst. *viventes* (homines). Eccl. IV, 2: *felices praedicabam mortuos* מִן הַחַיִּים אֲשֶׁר הֵמָּה חַיִּים עֲדֶנָה *prae viventibus, qui adhuc vivebant.* 15. IX, 4. 5. X, 19. VI, 8: יֹדֵעַ לַהֲלֹךְ נֶגֶד הַחַיִּים *et qui scit incedere coram hominibus* i. e. prudenter inter eos versari. Jes. VIII, 20. אֶרֶץ חַיִּים terra viventium, haec terra viventibus habitata, opp. orco. Ps. XXVII, 13. LII, 7. Jes. LIII, 8. Jer. XI, 19. Ez. XXVI, 20. XXXII, 5. 23. 24. 26. 27. 32, c. art. אֶרֶץ הַחַיִּים Ps. CXLII, 6. Iob. XXVIII, 13, pl. אַרְצוֹת הַחַיִּים Ps. CXVI, 9.

Saepe tribuitur Deo. Iob. XIX, 25: אֲנִי יָדַעְתִּי גֹּאֲלִי חָי *equidem scio; quod redemtor meus vivus est,* Deum redemtorem meum superstitem esse et in causa mea efficacem se praebiturum. Inde Deus appellatur אֵל חַי (arab. الحى Vivus i. e. Deus Cor. 25, 60) i. e. Deus in aeternum vivens (plenius חֵי הָעוֹלָם Dan. XII, 7), potens, efficax, verus (opp. idolis utpote *mortuis* i. e. nihil valentibus Ps. CVI, 28). Jos. III, 10. Ps. XLII, 3. LXXXIV, 3. Hos. II, 1, אֱלֹהִים חַי 2 Reg. XIX, 4. 16, אֱלֹהִים חַיִּים Deut. V, 23. 1 Sam. XVII, 26. 38. Jer. XXIII, 36, v. max. Jos. l. c., Jer. X, 10: יְהוָֹה אֱלֹהִים אֱמֶת הוּא אֱלֹהִים חַיִּים וּמֶלֶךְ עוֹלָם, et 1 Thess. I, 9: Θεὸς ζῶν καὶ ἀληθινός, opp. τοῖς ματαίοις Act. XIV, 15. 2 Cor. VI, 16. Solennis formula iurandi est: חַי יְהוָֹה *vivus* est *Jehova* i. e. per Deum vivum, ita vivus sit Jehova Iud. VIII, 19. Ruth III, 13. 1 Sam. XIV, 45. XIX, 6. XX, 21. XXV, 34. XXVI, 10. 16. XXVIII, 10. XXIX, 6. 2 Sam. IV, 9. XII, 5. XIV, 11. XV, 21 et saepe (sed nusquam in Pentateucho), passim addita sententia relativa, v. c. 2 Reg. V, 16: חַי יְהוָֹה אֲשֶׁר עָמַדְתִּי לְפָנָיו, 1 Reg. II, 24: חַי יְהוָֹה אֲשֶׁר הֱכִינַנִי ... עַל כִּסֵּא דָוִד, Jer. XVI, 14. 15. XXIII, 7; similiter חַי הָאֱלֹהִים 2 Sam. II, 27, poët. חַי אֵל Iob. XXVII, 2, et חַי אָנִי ita vivam, ubi Jehova ipse iurat Num. XIV, 21. 28. Jes. XLIX, 18. Jer. XXII, 24. Ezech. V, 11. XIV, 16. 18. XVII, 16. 19. XVIII, 3. XX, 3. 31. 33. XXXIII, 11. 27. XXXIV, 8. XXXV, 11. Zeph. II, 9, plenius חַי אָנֹכִי לְעוֹלָם ita vivam in aeternum Deut. XXXII, 40. Caeterum Ps. XVIII, 47. 2 Sam. XXII, 47 extra iuramentum est: *vivus est Jehova,* non, ut alii volunt, optantis: *vivus sit Jehova.* Ubi per homines resque creatas iuratur, ponunt חֵי (v. litt. B).

2) *vividus, vegetus* (v. חָיֶה) 2 Sam. XXIII, 20 Chethibh, sed praestat Keri (אִישׁ חַיִל), *valens, incolumis* sec. nonnullos 1 Sam. XXV, 6 (sed vide litt. B).

3) *vivus,* dicitur etiam de inanimatis, ut de planta Ps. LVIII, 10, de carne *cruda* 1 Sam. II, 15 (opp. coctae) Lev. XIII, 14 sqq., de aqua viva i. e. fluente: מַיִם חַיִּים (opp. stagnanti et putrescenti, quae arab. الماء الميت aqua mortua appellatur, it. ما قاعد aqua sedens, ما راقد aqua dormiens) Gen. XXVI, 19. Lev. XIV, 5. 6. 50. XV, 13. Num. XIX, 17. Cant. IV, 15. Jer. II, 13. XVII, 13. Zach. XIV, 8.

4) *reviviscens,* v. חָיָה A, no. 2.

B) subst. *vita.* Lev. XXV, 36: וְחֵי אָחִיךָ עִמָּךְ *ut* sit, maneat, servetur *vita fratris tui apud te* i. e. ut vivat frater tuus apud te. (Kimchio חֵי h. l. est 3 praet. = חַי, ad formam פָּעֵל). 1 Sam. XXV, 6: וַאֲמַרְתֶּם כֹּה לֶחָי *et dicatis ita: ad vitam* i. e. ad salutem, salve. Videtur formula salutandi fuisse, cf. formulam arab. حياك الله vivere te iubeat Deus, vel حيا الله وجهك vivere iubeat Deus vultum tuum, unde حَيَّى et حَيِّى salutavit. Ham. 342. Teblebi ad Har. 2, p. 63 Schult. (Kimchius iungit: *et dicatis: ita ad vitam* i. e. ita ut hodie valeas per omnem vitam, sed contra accentus. Al. *et dicatis ita valenti,* incolumi (v. no. 2), quod minus placet, praesertim quum

sequens oratio ordiatur a Waw). Eodem pertinet n. pr. בְּאֵר לַחַי רֹאִי (puteus vitae visionis) p. 175 B. Saepius in formula iurandi, ubicunque iuratur per res creatas (cf. supra A, no. 1), ut חֵי פַרְעֹה in acc. (non enim est, quod cum Winero suppleas בְּ) per vitam Pharaonis Gen. XLII, 15. 16, חֵי נַפְשְׁךָ אֲדֹנִי 1 Sam. I, 26, חֵי נַפְשְׁךָ הַמֶּלֶךְ 2 Sam. XIV, 19. 1 Sam. XVII, 55, חֵי אֱלֹהֶיךָ דָן וְחֵי דֶּרֶךְ בְּאֵר שָׁבַע Am. VIII, 14. Passim utraque formula copulatur: חַי יְהוָֹה וְחֵי נַפְשְׁךָ 1 Sam. I, 23. XXV, 26. 2 Reg. II, 4. 6. IV, 30. Longe usitatior hac significatione est

Plur. חַיִּים, semel חַיִּין (Iob. XXIV, 22) *vita* Gen. III, 14. 17. Deut. IV, 9. VI, 2. XVI, 3. XXX, 19. 2 Sam. XV, 21. Prov. XVIII, 21. XXII, 4. Jes. IV, 3, et persaepe in utroque orationis genere. חַיֵּי עוֹלָם vita sempiterna Dan. XII, 2. רוּחַ חַיִּים halitus vitae Gen. VI, 17, נִשְׁמַת חַיִּים id. II, 7, et נִשְׁמַת רוּחַ חַיִּים VII, 22. יְמֵי שְׁנֵי חַיֵּי אַבְרָהָם Gen. XXIII, 1, plenius שְׁנֵי חַיֵּי שָׂרָה Gen. XXV, 7. XLVII, 9. כֹּל־יְמֵי חַיָּיו Deut. XVII, 19. Jos. IV, 14. 1 Sam. I, 11. VII, 15 cet. עֵץ הַחַיִּים arbor vitae eiusque longioris et *θεοειχέλον*, i. q. arbor immortalitatis Gen. II, 9 (cf. III, 22. 24 et ad rem, quae in mythis Persarum traduntur de arbore *Hom* immortalitatem praebente v. Kleukeri Zendav. III, 206. 304, et in mythis Indorum de arbore *Amret*, v. Rosenm. Morgenl. ad Gen. l. c.); metaph. arbor vitae i. e. felicitatis Prov. III, 18. XI, 30. XIII, 12. XV, 4, cf. ξύλον τῆς ζωῆς Apoc. II, 7. XXII, 2. 19. Inde a) *victus*, ut gr. *βίος*, lat. *vita* (Vechneri Hellenolex. 2, 5) Prov. XXVII, 27. b) *recreatio* Prov. III, 22. c) *prosperitas, salus* (cf. syr. ܚܝܐ Luc. XIX, 9 pro graeco *σωτηρία*), *felicitas*, Ps. XXXIV, 13. Prov. VIII, 35. XII, 28. XVI, 15. XXI, 21. אֹרַח חַיִּים via salutis II, 19. V, 6. XV, 24, דֶּרֶךְ חַיִּים ib. VI, 23. מְקוֹר חַיִּים fons salutis Ps. XXXVI, 10. Prov. X, 11. XIII, 14. XIV, 27. XVI, 22.

חַי chald. A) adj. i. q. hebr. *vivens*, *vivus*. חַי עָלְמָא vivus in aeternum Dan. IV, 31 (cf. hebr. חַי הָעוֹלָם XII, 7). אֱלָהָא חַיָּא Deus vivens (v. hebr.) Dan. VI, 21. 27. Plur. emphat. חַיַּיָּא viventes (homines), Dan. II, 30. IV, 14. — B) pl. חַיִּין *vita*. Esr. VI, 10. Dan. VII, 12.

חַיָּה f. A) adj. fem. a masc. חַי 1) *viva*, v. c. צִפּוֹר חַיָּה avis viva Lev. XIV, 6. 7. 53, pl. צִפֳּרִים חַיּוֹת XIV, 4. 2) *reviviscens* (v. חָיָה no. 2). Ita in formula כָּעֵת חַיָּה Gen. XVIII, 10. 14. 2 Reg. IV, 16. 17 ubi revixerit hoc tempus (ex כְּ temporis particula, הָעֵת c. art. et חַיָּה, quod utpote praedicatum sententiae articulo caret) i. e. anno proximo hieme praeterlapsa (vere proximo, ut vult Ev. Scheidius ad Ibn Doreid 97), *περιπλομένου ἐνιαυτοῦ* Od. 11, 247. Tribus locis, id est praeter Gen. XVIII, 10 omnibus, additur לַמּוֹעֵד, לַמּוֹעֵד הַזֶּה hoc tempore, et Gen. XVII, 21 idem exprimitur his verbis: לַמּוֹעֵד הַזֶּה בַּשָּׁנָה הָאַחֶרֶת, quibus collatis de sensu formulae ambigi non potest, cf. praeterea ad rem 1 Sam. I, 20. (In alia omnia abeunt interpretes. Vulg. *si vita comes fuerit*, Syr. Chald. 2 Reg. *modo tu vives*, Kimchi: כעת הזאת בשנה הבאה שתהיה חיה. Luth. so ich lebe. — Al. tempore, quo filius vivet, Luth. ed 1: über ein Jahr, nach der Zeit die Frucht leben kann. — LXX. integram phrasin לַמּוֹעֵד הַזֶּה כָּעֵת חַיָּה transferunt 1 Reg. *εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον ὡς ἡ ὥρα ζῶσα*, Gen. XVIII, 14: *εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας* et ibid. 10 etiam pro verbis כָּעֵת חַיָּה ponunt *κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον εἰς ὥρας*, contextum supplentes ex Comm. 14, ut fallantur intpp. ad Rom. IX, 9, qui *κατὰ τὸν καιρόν* respondere existimant verbis hebraeis כָּעֵת חַיָּה. Nolim etiam cum *Jo. Simoni* eiusque editoribus ad formulam hebraeam conferre gr. *χρόνῳ τῷ ζῶντι καὶ παρόντι* Soph. Trach. 1159 Herm., quanquam verba Alexandrini interpretis inde illustrari possunt).

B) subst. *viva*, *vivum*, hinc *bestia*, *animal*. (Chald. חֵיוָא v. supra. Arab. حَيَّةٌ *animal* v. Freytag ex Div. Hudeil. spec. serpens, quod posterius secundarium). Gen. IX, 5. חַיָּה טְמֵאָה animal impurum Lev. V, 2, חַיָּה רָעָה bestia fera Gen. XXXVII, 20. 33. חַיַּת קָנֶה Ps. LXVIII, 31 bestia arundinis i. e. crocodilus. Plur. חַיּוֹת Ps. CIV, 25. Jes. XXXV, 9. Ez. I, 5. Dan. VIII, 4, sed saepius tamen in sing. collective, כָּל־הַחַיָּה omnia animalia Gen. VII, 14. VIII, 1. 17. 19. Usurpatur autem a) sensu amplissimo de omnis generis bestiis, etiam aquatilibus Gen. l. c. Lev. XI, 10 (cf. 46). b) de quadrupedibus et agrestibus et domesticis (בְּהֵמָה), opp. avibus. Gen. I, 28. Lev. XI, 2. 27. XVII, 13. Jes. XLVI, 1, plenius חַיַּת הָאָרֶץ Gen. I, 24. 30. IX, 2. 10, et חַיַּת הַשָּׂדֶה II, 19. 20. c) creberrime de animalibus agrestibus, opp. בְּהֵמָה Gen. VII, 14. 21. VIII, 1. 19, plenius חַיַּת הָאָרֶץ Gen. I, 25. 1 Sam. XVII, 46. Iob. V, 22. Ez. XXIX, 5. XXXIV, 28, חַיַּת הַשָּׂדֶה Gen. III, 1. 14. Ex. XXIII, 11. 29. 2 Sam. XXI, 10. 2 Reg. XIV, 9. 2 Chr. XXV, 18. Iob. V, 23. XXXIX, 15. XL, 20. Ps. LXXIX, 2. Jes. XLIII, 20. Jer. XII, 9. Hos. IV, 3. Ez. XXXVIII, 20. XXXIX, 4 cet. poët. חַיְתוֹ שָׂדָי Ps. CIV, 11, חַיְתוֹ יָעַר Ps. L, 10. CIV, 20, חַיְתוֹ בַיָּעַר Jes. LVI, 9; it. חַיָּה רָעָה bestiae ferae Lev. XXVI, 6. Ez. V, 17. XIV, 14. 20. XXXIV, 25, חַיְתוֹ גוֹי bestiae gregatim viventes Zeph. II, 14. — De forma חַיְתוֹ cum Waw parag. quod, pariter atque Jod, statui constructo additur, v. Lgb. §. 127, 3. Gramm. §. 78. Ew. gr. §. 407.

2) *agmen hominum* (pr. *viva* collect. pro *vivis*, חַיַּת = חַיִּים vivi, homines). 2 Sam. XXIII, 13: חַיַּת פְּלִשְׁתִּים *agmen Philistaeorum*, pro quo in loco parallelo 1 Par. XI, 15: מַחֲנֵה פְלִשְׁתִּים. Comm. 11: וַיֵּאָסְפוּ פְלִשְׁתִּים לַחַיָּה *et congregaverunt se Philistaei in agmen.* Inde poët. de populo Israëlitico Ps. LXVIII, 11: חַיָּתְךָ יָשְׁבוּ בָהּ *agmen tuum habitabat in ea.* Aben Esra: קְהִלָּתְךָ. Raschi: עֲדָתְךָ.

Congruit arab. حَىٌّ tribus, spec. minor, pars maioris tribus, pr. turma, agmen, Schaar. Togr. 17. Amrulk. 4. Ham. 426. Kimchius in Lex. חַיַּת idem esse statuit quod חַוָּה *vicus*, et similiter Boettcherus (specc. p. 84)

2 Sam. et Ps. non hominum turbam, sed *castra* interpretatur, ab inflectendi potestate, quam verbis חוּה et חָיָה tribuit. Sed neque tali etymo quidquam efficitur, neque locis parallelis 1 Par. XI, 15. 1 Sam. XVII, 1, in quibus מַחֲנֶה non castra, sed agmen significat. Contra vide possintne in hunc censum venire verba 1 Sam. XVIII, 18: מִי אָנֹכִי וּמִי חַיַּי מִשְׁפַּחַת אָבִי בְּיִשְׂרָאֵל ubi paululum friget interpretatio: *quis ego, quae vita mea, familia patris mei in Israël, ut evadam gener regis?* et malim וּמִי חַיַּי interpretari מִי אֲנָשַׁי (v. supra חַיִּים Eccl.) wer sind meine Leute? qui sunt propinqui mei, vel, quod eodem redit, i. q. חַיָּתִי arab. حَيِّي *familia mea*, ita ut חַיַּי declaretur sequentibus verbis. Cf. Nanninga in diss. Lugdd. p. 903. 904.

3) subst. *vita*, nonnisi poët. i. q. חַיִּים Iob. XXXIII, 18. 22. 28. Ps. CXLIII, 3. Ez. VII, 13: וְעוֹד בַּחַיִּים חַיָּתָם *etsi adhuc vita* (anima) *eorum inter vivos est*, etsi superstites sint. Sic in נֶפֶשׁ חַיָּה c. art. נֶפֶשׁ הַחַיָּה animal vitae i. e. vivum, v. נֶפֶשׁ no. 4. Vita autem dr. de *vigore*, robore. Jes. LVII, 10: חַיַּת יָדֵךְ מָצָאת *vigorem in manu tua adhuc invenis.* Inde

4) i. q. נֶפֶשׁ no. 2 *vis vitalis*, *anima*, cui tribuitur fames, sitis, taedium Iob. XXXIII, 20 cf. 18. 22. 28. מִלֵּא חַיָּה XXXVIII, 39 i. q. מִלֵּא נֶפֶשׁ animam explere i. e. satiare. Poët. חַיַּת נֶפֶשׁ etiam dr. pro *animo*, ut נֶפֶשׁ no. 3, cui praeter alia etiam libido et sanguinolentia tribuitur (Ps. XXVII, 12. XLI, 3). Ita interpretor Ps. LXXIV, 19: אַל תִּתֵּן לְחַיַּת נֶפֶשׁ תּוֹרֶךָ *ne tradas animo* sanguinolento hostium *turturem tuum* i. e. populum tuum innocentem.

חַיּוּת f. *vita* 2 Sam. XX, 3.

חִיל v. חוּל.

חִיל, חַיִל, חֵיל, חִילָה, חֵילָם, חֵילָן v. rad. חוּל.

חֵךְ v. חָנַן.

חִיצוֹן, חַיִץ v. rad. חוּץ.

חֵיק sinus, v. rad. חוּק.

חִירָם, חִירָה v. rad. חוּר.

חִישׁ festinare, v. rad. חוּשׁ.

חֵךְ palatum, v. rad. חָנַךְ.

חָכָה *exspectavit* (Alb. Schultensius ad Iob. III, 21 originem quaerit in nectendo, coll. arab. حكا nodum adstrinxit et lat. *moram nectere* ap. Senecam Trag. et Val. Flacc.). In Kal semel Part. cstr. חוֹכֵי Jes. XXX, 18 sq. לְ. Usitatius est

Pi. id. Dan. XII, 12. 2 Reg. IX, 3, sq. עַד VII, 9, sq. לְ *exspectavit* aliquid Iob. III, 21. Hab. II, 3. Ps. CVI, 13, sed max. חִכָּה לַיהוָה exspectavit Jehovam i. e. auxilium eius, spem et fiduciam suam reposuit in Deo Ps. XXXIII, 20. Jes. VIII, 17. LXIV, 3. Zeph. III, 8; sq. acc. Iob. XXXII, 4: *Elihu* חִכָּה אֶת־אִיּוֹב בִּדְבָרִים *exspectabat Iobum verbis* i. e. exspectabat finem sermonum Iobi. — Jes. XXX, 18: יְחַכֶּה יְהוָה לַחֲנַנְכֶם *exspectat Jehova ut vobis propitius sit* i. e. differt poenam, ut poenitentiae locum relinquat. Inf. more chaldaeo חַכֵּי Hos. VI, 9.

חָכַל rad. inusit. cui *rubedinis* potestatem tribuit Alb. Schultens. ad Prov. XXIII, 29, provocans ad Firuzabadium s. v. حكل, cuius tamen glossam vir magnus minus recte accepit. Verba Kamusi (p. 1426 Calc.) ita se habent: الحُكْلُ مَا لَا يُسْمَعُ صَوْتُهُ كَالذَّرِّ ...... وبهاء العُجْمَةُ فِي الكَلَامِ وحَكَلَ عَلَى الخَبَرُ أَشْكَلَ كَأَحْكَلَ ...... واحْتَكَلَ أَشْتَكَلَ وتَعَلَّمَ العُجْمِيَّةَ بَعْدَ العَرَبِيَّةِ والحَاكِلُ المُخَمَّرُ [المخمّس Wankuli] i. e. حُكْل *est cuius sonus non auditur velut parvae formicae; ...... addito He* حُكْلَة *peregrinum in sermone;* حَكَلَ sq. على *pers.* i. q. اشكل *i. e. confusus et obscurus fuit nuncius alicui, ita Conj. IV; ..... Conj. VIII i. q.* اشتكل *confusus fuit, et didicit barbare loqui post linguam arabicam;* حاكل *est vino ebrius* [vel sec. scripturam Kamusi turcici v. Freytagii Prolegg. ad Lex. arab. p. XI *obscure, per coniecturam dicens aliquid*]. Apparet ex his, verbi potestatem esse in *obscuritate*, tum soni, tum sermonis, tum nuncii, dici etiam (modo genuina est scriptura Calcuttensis) de oculo caligante ebrii (v. חַכְלִילִי); et haud scio an cognatum sit verbo כָּחַל denigravit (cf. Danzii interp. p. 9), cui Simonis addit גָּחַל, unde גַּחַל. Schultensius vero l. c. (quem secuti sunt Simonis ed. 1—3, Rosenm. ad Gen. XLIX, 12 al.) arab. شكل Conj. IV. VIII dubia et obscura fuit res (pr. ni fallor, intricata fuit) eo sensu accipit, quem habet nomen شُكْلَة, اشكل, videlicet rubedinis, qua suffusum est album oculi, quod quam illegitimum sit, nemo non videt (v. ad haec a me iam in praef. ad Lex. min. ed. 2. p. XXXVIII disputata, Rosenm. ad Prov. XXIII, 29. Kosegarten in Ephemerid. Jen. 1824, IV p. 54). Caeterum in lingua hebraea proprius, in lingua arabica translatus verbi significatus locum habuisse videtur.

חֲכִילָה (tenebrosus?) n. pr. collis prope desertum Siph 1 Sam. XXIII, 19. XXVI, 1. 3.

חַכְלִילִי adj. *caligans*, de oculo ebrii vel bene poti. Gen. XLIX, 12: חַכְלִילִי עֵינַיִם מִיָּיִן *caligans oculis a vino*, quod h. l. in bonam partem accipiendum de vini in tribu Judae ubertate. Cf. supra arab. حاكل, quanquam eius non satis certa fides. Ex vett. Onk. Saadias ap. Aben Esram, Kimchi *rubedinem* oculorum intelligunt ex vino ortam, quod vero ex etymo probari non potest. Reliqui e contextu fere coniiciunt. LXX. χαροποιοὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου. Vulg. pulchriores sunt oculi eius vino.

חַכְלִלוּת f. *caligatio* oculorum, quae ex ebrietate oritur. Prov. XXIII, 29.

חֲכַלְיָה (quem Jova conturbavit? sed hoc mali ominis esset: fort. pro חֲכַמְיָה quem sapientem fecit Jova) n. pr. patris Nehemiae, Neh. I, 1. X, 2.

חָכַם fut. יֶחְכַּם *sapuit*, *sapiens fuit* et *factus est*. (Chald. syr. zab. sam. חֲכַם, ܚܟܡ id. et scivit, cognovit, arab. حَكَمَ scivit, sapiens, doctus fuit, it. iudicavit, imperavit, حَكَمٌ, حَاكِمٌ iudex, dominus, حُكْمٌ iudicium, imperium. Non male ALB. SCHULTENS. de defect. ling. hebr. §. 206 — 213 originem ponit in firmitate solida et qs. densitate, Derbheit, Tüchtigkeit, cf. arab. حكم firmiter solideque fecit aliquid IV. firmavit, munivitque rem, X firmus, bene firmatus fuit, et gr. πυκινός, πυκνός, quod proprie *densum*, *solidum*, dein *prudentem*, *cordatum* significat. Adde Hitzig ad Jes. XI, 2). Deut. XXXII, 29. 1 Reg. IV, 31. Iob. XXXII, 9. Prov. VI, 6. VIII, 33. IX, 12. XIX, 20. XX, 1. XXI, 11. XXIII, 19. XXVII, 11. Eccl. II, 15. VII, 23, in malam partem, de prudentia civili (Tyri et Sidonis) Zach. IX, 2. Sq. acc. *sapienter comparavit* aliquid. Eccl. II, 19: עֲמָלִי שֶׁעָמַלְתִּי וְשֶׁחָכַמְתִּי *opes meae, quas cum labore et sapientia comparavi.*

Pi. sapientem fecit aliquem, sapientiam docuit. Iob. XXXV, 11. Ps. CXIX, 98. CV, 22: זְקֵנָיו יְחַכֵּם *senes eius* (Aegypti) *sapientiam docuit* (Josephus), ubi non bene SCHULT. l. c. §. 212 interpretatur *capistrat*, *coërcet*, coll. حَكَمَ frenavit, cohibuit (parall. אָסַר).

Pu. part. מְחֻכָּם *sapientiam edoctus* Prov. XXX, 24, de incantatore artis suae *perito* Ps. LVIII, 6.

Hiph. i. q. Pi. Ps. XIX, 8.

Hithpa. sapientem se gessit Eccl. VII, 16, in malam partem *callidum se gessit* (cf. gr. σοφός i. q. πανοῦργος Eurip. Med. 409. Andromed. 937), sq. לְ *callide decepit* aliq. Ex. I, 10.

חָכָם adj. i. q. gr. σοφός, spec. 1) artium *peritus*. Jes. III, 3: חֲכַם חֲרָשִׁים *peritus artificiorum*. XL, 20. 1 Par. XXII, 15: חָכָם בְּכָל־מְלָאכָה. 2 Par. II, 6. 12. 13, plenius חֲכַם־לֵב v. c. Exod. XXVIII, 3. XXXI, 6. XXXV, 10. 25. XXXVI, 1. 2. 8 (cf. hom. ἀδαῆαι νοαπίδεσ). Jer. X, 9: מַעֲשֵׂה חֲכָמִים *opus artis peritorum*. Ibid. IX, 16: חֲכָמוֹת (praeficae) *peritae* sc. קִינָה lamentationis. IV, 22: חֲכָמִים הֵמָּה לְהָרַע *periti sunt malefaciendi.*

2) *sapiens*, i. e. *intelligens* (φρόνιμος, verständig), ratione praeditus eaque utens Deut. IV, 6. XXXII, 6. Prov. X, 1. XIII, 1. Hos. XIV, 10 cet. *consilii nunquam expers* 2 Sam. XIII, 3. Jer. XVIII, 18. Jes. XIX, 11. XXIX, 14, vitae experientia edoctus rerumque humanarum (Prov. I, 6. Eccl. XII, 11) et divinarum peritus (Gen. XLI, 8, hinc de incantatoribus et magis Ex. VII, 11 cf. chald. חַכִּים), *iudicandi facultate pollens* (1 Reg. II, 9), providus cautusque (Eccl. II, 14: הֶחָכָם עֵינָיו בְּרֹאשׁוֹ), adeoque *callidus* Iob. V, 13 (cf. Prov. VIII, 12. XIV, 18), animi fortis sibique constantis Jes. XXXI, 2. Quis fuerit virtutum ingeniique dotum, quas hoc vc. complectebantur Hebraei, ambitus, bene colligitur ex eorum historia et moribus, quorum sapientia in proverbium apud eos abierat, ut Salomonis (1 Reg. V, 9 sqq.), Danielis (Ez. XXVIII, 3), Aegyptiorum (1 Reg. l. c.). Sic Salomonis sapientia cernitur in iudicii acumine (III, 16. X, 1 sq.), in plurimarum rerum maximé naturae cognitione (V, 13), in carminum sententiarumque copia, quae vel ipse composuerat vel memoria tenebat (V, 12. Prov. I, 1), in recto de rebus humanis iudicio cet.; praeterea sapientia etiam rerum civilium peritiam (Jes. XIX, 11), vaticinandi, somnia explicandi, incantandi artes (Exod. VII, 11. Dan. V, 11), prae caeteris autem *virtutem* (Ps. XXXVII, 30: צַדִּיק יֶהְגֶּה חָכְמָה. LI, 8. Prov. X, 31) et *pietatem* (Ps. CXI, 10: רֵאשִׁית חָכְמָה יִרְאַת יְהוָה, Iob. XXVIII, 28: יִרְאַת אֲדֹנָי הִיא חָכְמָה. Prov. IX, 10. XV, 33) complectitur, cf. Umbreitii Comment. in Prov. p. III sqq. et ad I, 7. Humanâ maior et illustrior sapientia tribuitur angelis 2 Sam. XIV, 20, Deo Iob. IX, 4 cf. XXVIII, 1 sq. Sedes eius ponitur in corde, hinc saepe לֵב חָכָם Prov. XVI, 23, et חֲכַם לֵב XI, 29. XVI, 21. Saepe copulatur cum נָבוֹן Gen. XLI, 33. 39. Deut. IV, 6. 1 Reg. III, 12 (cf. Prov. XVI, 21: לַחֲכַם לֵב יִקָּרֵא נָבוֹן), צַדִּיק Eccl. IX, 1; opp. נָבָל Deut. XXXII, 6, אֱוִיל Prov. XVII, 28, כְּסִיל Eccl. II, 14. VI, 18. — חָכָם בְּעֵינָיו qui sibi sapiens videtur Prov. XXVI, 5. 12. XXVIII, 11. Jes. V, 21.

Pl. חֲכָמִים sapientes Eccl. IX, 17. XII, 11, de sapientibus (magis) Aegyptiorum Gen. XLI, 8. Jes. XIX, 11. 12, Idumaeorum Obad. 8, Babyloniorum Jer. L, 35. LI, 57, Tyri et Bybli Ez. XXVII, 8. 9, Persarum Esth. I, 13 cet.

חַכִּים chald. *sapiens*, in Targ. saepe pro hebr. חָכָם. Plur. חַכִּימִין Dan. II, 21, max. *sapientes* in aula regis versantes i. q. magi Dan. II, 13. 27. V, 15. חַכִּימֵי בָבֶל ib. II, 12. 14. 18. 48. IV, 3. חַכִּימֵי מַלְכָּא V, 8. (Syr. ܚܟܝܡܐ, arab. حَكِيمٌ id. etiam philosophus, medicus).

חָכְמָה f. i. q. σοφία, 1) *peritia* artificis Exod. XXVIII, 3. XXXI, 6. XXXVI, 1. 2, plenius חָכְמַת לֵב

XXXV, 36. — 2) *sapientia*, de cuius notione v. plura s. v. חָכַם no. 2. Iob. XI, 6. XII, 2. 12. XIII, 5. XV, 8. XXVI, 3 et saepe. Complectitur ea doctrinam variam Dan. I, 17, pietatem in Deum (Iob. XXVIII, 28): tribuitur imperatori Deut. XXXIV, 9, regi Jes. XI, 2, sublimior quaedam et illustrior hominibus impervestigabilis Deo Iob. XII, 13. XXVIII, 12 sq., sed חָכְמַת אֱלֹהִים 1 Reg. III, 28 est sapientia a Deo data. Copulatur cum similis potestatis vocabulis, ut בִּינָה Jes. XI, 2, תְּבוּנָה Ex. XXXI, 3. 1 Reg. VII, 14, דַּעַת Jes. XXXIII, 6. Eccl. IX, 10, מַדָּע 2 Par. I, 10—12. Opp. הוֹלֵלוֹת, סִכְלוּת Eccl. II, 12. (Arab. حِكْمَة, syr. ܚܶܟ݂ܡܬ݂ܳܐ id.).

חָכְמָה chald. *sapientia*. Dan. II, 30. חָכְמַת אֱלָהִין sapientia Dei V, 11. Emphat. חָכְמְתָא II, 20. 21. 23. (In Targg. etiam חוּכְמָא, חָכְמָא).

חָכְמוֹת i. q. חָכְמָה Ps. XLIX, 4. Cuius numeri sit hoc vocabulum, iam vigente lingua dubitasse videntur, copulatur enim cum sing. (ut חָכְמוֹת) Prov. IX, 1, cum plur. XXIV, 7 et I, 20 (ubi תָּרֹנָּה rectius pro plur. habetur, quam pro sing. parag.; sequitur tamen sing. תִּתֵּן קוֹלָהּ). Revera singulare esse videtur i. q. חָכְמוּת (sec. Hitzigium, Begriff der Kritik p. 155, ortum ex *chochma-ut*, contr. *chochmôt*).

חָכְמוֹת id. cum sing. Prov. XIV, 1.

חַכְמֹנִי (formae אַלְמֹנִי, sapiens) n. pr. viri 1 Par. XI, 11. XXVII, 32. In loco priori parallelo est

תַּחְכְּמֹנִי 2 Sam. XXIII, 8.

חֵל v. חֵיל rad. חוּל.

חֹל *profanus*, v. rad. חָלַל.

חָלָא (vic. חָלָה) 1) prob. *trivit*, it. *strinxit*, reiben, aufreiben, streichen, aufstreichen. (Arab. حَلَأ *trivit* oculisque *illevit* collyrium, aufstreichen, *percussit* gladio, streichen; pellem detraxit, abstreifen, v. Schult. Origg. hebr. lib. I. c. 9).

2) *aegrotus fuit* pr. *attritus fuit* i. q. חָלָה no. 2. 3. Semel legitur וַיֶּחֱלָא 2 Par. XVI, 12.

חֶלְאָה f. 1) *aerugo* ollae cupreae fort. a deterendo dicta. Ezech. XXIV, 6. 11. 12. — 2) n. pr. mulieris 1 Par. IV, 5. 7.

חֲלָאִים monilia, a sing. חֲלִי, rad. חָלָה.

תַּחֲלוּא, tantum in pl. תַּחֲלוּאִים m. *morbi*. Deut. XXIX, 21. Ps. CIII, 3. Jer. XVI, 4: מְמוֹתֵי תַחֲלֻאִים יָמֻתוּ *mortes morborum morientur* i. e. morbis morientur. Concr. XIV, 18: תַּחֲלוּאֵי רָעָב *fame confecti*.

חלב rad. inusit. *pinguis fuit*. (Origo est in lubricitate rerum pinguium, quae notio inest in syllabâ לב, v. לָבָב. Ἔλφος, βούτυρον, Κύπριοι, et Ἔλπος, ἔλαιον, στέαρ. Hesych. Congruunt in linguis indogermanicis gr. λίπα, λιπάω, λιπόω, ἀλείφω, lat. *labi*, *lippus*).

חָלָב c. art. הֶחָלָב cstr. חֲלֵב Ex. XXIII, 19. XXXIV, 26 (tanquam a חָלָב), c. suff. חֲלָבִי m. *lac*, dictum a pinguedine Gen. XLIX, 12. Thren. IV, 7. Prov. XXVII, 27 cet. Speciatim est *lac recens et dulce* et differt a חֶמְאָה lac spissum Gen. XVIII, 8. Jes. VII, 22. Prov. XXX, 33, quanquam alibi etiam de lacte spisso dici videtur, v. 1 Sam. XVII, 18: חֲרִיצֵי הֶחָלָב et Iud. V, 25, ubi intelligendum videtur lac acidum utpote inebrians (Jos. Arch. V, 5 §. 4: γάλα διεφθορὸς ἤδη, adde R. Tanchum et Kimchium ad h. l.). De formula אֶרֶץ זָבַת חָלָב וּדְבָשׁ v. sub rad. זוּב cf. Joël IV, 18. *Lac* populorum *sugere* poët. pro opibus eorum pasci Jes. LX, 16. (Arab. حَلَبٌ, حَلِيبٌ id., unde حَلَبَ mulsit lac, aeth. ሐለበ: lac).

חֵלֶב et **חֶלֶב** (Jes. XXXIV, 6) c. suff. חֶלְבּוֹ m. 1) *pinguedo*, *adeps*, persaepe de adipe victimarum Lev. III, 3. 4. 9. 10. 15. 16. 17. IV, 8. 9. 19. 31. 35. VII, 3. 4. 30. 31. Deut. XXXII, 14. Jes. I, 11. XLIII, 24 cet., de adipe hominis Iud. III, 22. 2 Sam. I, 22. Iob. XV, 27. Plur. חֲלָבִים cstr. חֶלְבֵי adipes Gen. IV, 4. Lev. VIII, 26. IX, 19. 20. 24. X, 15 cet. Metaph. *optimum*, *praestantissimum* cuiusque generis. חֵלֶב הָאָרֶץ pinguedo terrae i. e. optimi eius fructus Gen. XLV, 18. חֵלֶב חִטִּים Ps. LXXXI, 17, חֵלֶב חִטָּה CXLVII, 14 adeps tritici (gr. στέαρ πυροῦ quod Suidas interpretatur κάλλιστον σῖτον, arab. لُبَابُ الْبُرِّ cor tritici Meidan., cf. no. 2, مُخّ medulla, ut purior meliorque rei pars, (خالص كل شى) et חֵלֶב כִּלְיוֹת חִטָּה Deut. XXXII, 14 (cf. Jes. XXXIV, 6) adeps renum tritici, i. e. triticum optimum. Num. XVIII, 12: כֹּל חֵלֶב יִצְהָר וְכָל־חֵלֶב תִּירוֹשׁ וְדָגָן *omnis adeps olei et omnis adeps musti et frumenti* i. e. oleum, mustum et frumentum praestantissimum.

2) *cor*, itidem a pinguedine dictum, pariter atque לֵב q. v. Ps. XVII, 10: חֶלְבָּמוֹ סָּגְרוּ *cor suum claudunt*. LXXIII, 7: *prodit e corde scelus eorum* (sec. scripturam עֵוֹנֵמוֹ, quam tuentur LXX. Syr.). Arab. خِلْبٌ pericardium, itidem a pinguedine dictum, quanquam sub rad. خلب Arabes alia omnia habent.

3) n. pr. tribuni militum Davidis 2 Sam. XXIII, 29, pro quo 1 Chr. XI, 30 חֵלֶד et XXVII, 15 חֶלְדַּי.

חֶלְבָּה (pinguedo i. e. regio fertilis) n. pr. oppidi Aseritarum, Iud. I, 31.

חֶלְבּוֹן (pinguis, fertilis) n. pr. urbis Syriae, gr. Χαλυβών, vini generosi feracis, quod Tyrum advehebatur (Ez. XXVII, 18) et regum Persarum mensis apponebatur

(Strabo XV p. 1068. Athen. I, 22: ὁ Περσῶν βασιλεὺς τὸ Χαλυβώνιον μόνον οἶνον ἔπινεν· ὅν φησι Ποσειδώνιος κἀν Δαμασκῷ τῆς Συρίας γίνεσθαι, Περσῶν αὐτόθι καταφυτευσάντων τὰς ἀμπέλους). Seleucus Nicator urbi *Berrhoeae* vel *Beroeae* nomen dedit (2 Macc. XIII, 4) a cognomine Macedoniae urbe, quod tamen apud ipsos Orientales mox in desuetudinem abiisse videtur: his enim haec urbs medio aevo celeberrima et etiamnum florentissima (v. Freytag selecta ex historia Halebi. Lutetiae 1819) arab. حَلَب, syr. ܚܠܒ appellatur (v. Abulf. Syria p. 118. Ibn el Wardi ibid. p. 187. Khalil ben Schahin in Rosenm. Anall. III, p. 24. Golius ad Alferg. p. 270 sqq. Assemani T. III, 2 p. 716, v. *Alepus*, Schultens ind. geogr. v. *Halebum*. Russel natural history of Alep I, p. 348), medii aevi scriptoribus graecis *Χαλέβ* (Niceph. Chon. in Jo. Comneno c. 7. Niceph. Callist. 14, 39), hodie forma italica *Aleppo*, v. de ea Russel l. c. T. I, Pococke descr. Orientis II, 219 sqq. Volney Voyages IV p. 172 sqq. — Mich. in Suppl. p. 748 sqq. urbem Kennesrin intelligi coniicit, quae a nonnullis *Aleppo vetus* vocatur, quod tamen non necessarium.

חֶלְבְּנָה f. *χαλβάνη*, *galbanum*, gummi graveolens (Virg. 3, 415. 4, 764) ferulae galbaniferae in Syria et Arabia nascentis (Bubon galbanum Linn.). Ex. XXX, 34, cf. Theophr. hist. pl. 9, 7. Dioscor. 3, 97. Plin. 12, 25. Celsii Hierob. 1, 267 sqq. De scriptura cod. Sam. v. p. 377 A. Syr. ܚܠܒܢܝܬܐ, quod Bar Bahlul explicat: ܠܛܘܣ ܚܠܒܢܝܬܐ ܘ ...... ميعة قنة بارزد *stacte*, *galbanum*, *pers. parzed* ..... *sec. Bar Saruschwai styrax recens*.

אַחְלָב (pinguedo, locus fertilis) n. pr. oppidi Aseritarum Iud. I, 31.

חָלַד Vulgo post Bochartum (Hieroz. I, pag. 1030) duas diversas radices esse volunt, unam I) fodiendi significatu, coll. syr. ܚܠܕ *fodit* (v. infra glossam Barbahluli ad ܚܘܠܕܐ), unde חֹלֶד talpa; II) alteram i. q. خلد perennavit, sempiternus fuit (v. Dschauh. et Firuz. ap. Scheid. ad cant. Hi. p. 40—52. Sur. 2, 23. 37. 75), خُلْد perennitas, aeternitas, unde explicant חֶלֶד *vitae tempus*. Sed חֶלֶד nunquam tempus perenne et duraturum significat, sed vitam humanam, utpote fluxam et caducam, quod a خلد non bene repetitur; accedit quod duae tam diversae significationes in una radice parum probabiles sunt. Equidem de hac radice ita statuo, ut pr. valeat *motum lubricum et celerem*, nostr. *schlüpfen* i. q. חָלַף, סָלַף, unde et חֶלֶד vitae tempus fluxum, breve et caducum (die schnell entschlüpfende Lebenszeit), et חֹלֶד mustela, a motu celere et agili dicta, ut chald. כַּרְכּוּשְׁתָּא mustela a ܟܪܟ ultro citroque se egit, nisi mavis ab *insinuando se in foramen et foveam* (vom *Hineinschlüpfen* in den *Schlupf*winkel): hanc enim significationem habent Syri in verbo ܚܠܕ Jes. XXXIV, 15. 2 Tim. III, 6 (pro gr. *ἐνδύνω*), Barhebr. 217 (ubi usurpatur de mulieribus exploratricibus in domos se insinuantibus), unde ܚܘܠܕܐ insinuatio, ܡܚܠܕܢܘܬܐ ingressus, irreptio; et Talmudici, apud quos חלד (hineinschlüpfen) usurpatur de cultro, quod inter mactandum ita penetrat in carnem, ut plane abscondatur (v. Fulleri miscell. 3, 14. Buxtorf. p. 756), et de radicibus in terram *se insinuantibus* (Bava bathra fol. 19, b) eamque emollientibus et quasi suffodientibus. Nostrae autem radici *elabendi* atque *fugiendi* significatu finitimae videntur חָרַד, עָרַד, אָרַד, cf. etiam חָלַק, חָלַף, primaria enim potestas est in *lubrico* et *glabro*, quod inest in syllaba חל. Alia, ut Merceri, Schindleri, Fulleri, חָלַד et חָלַר conciliandi pericula, v. apud Bochartum l. c., quae tamen arbitraria sunt omnia.

חֶלֶד m. 1) *vita*, eaque cito praeterlabens, fluxa et caduca. Ps. LXXXIX, 48: *memento, Domine* (pro אני cum J. Olshausenio conj. in V. T. p. 10 repono אדני: quam eandem coniecturam iam anno 1824 mecum communicaverat Studerus Bernensis V. Cl.): מֶה־חָלֶד *quae sit vita* i. e. quam brevis et fluxa sit. XXXIX, 6: חֶלְדִּי כְאַיִן נֶגְדֶּךָ. Iob. XI, 17: מִצָּהֳרַיִם יָקוּם חָלֶד *meridie serenior surget vita*. Inde 2) *hic mundus*, in quo vivimus, vitam transagimus, cuius res fluxae et caducae sunt (q. d. diese Zeitlichkeit, opp. aeternitati). Ps. XLIX, 2: יֹשְׁבֵי חָלֶד *habitatores mundi*, et XVII, 14: מְתִים מֵחֶלֶד *homines ex mundo* i. e. rebus mundanis et terrestribus dediti, quare additur: חֶלְקָם בַּחַיִּים. Bene Kimchius: שכל תאותם וחפצם בזה העולם. (Arab. عَالَم est: seculum, mundus, homines mundani).

חֹלֶד m. animal impurum, quod cum muribus copulatur, prob. *mustela* (Wiesel), a motu lubrico et celeri dicta, v. rad. Levit. XI, 29. Ita LXX. *γαλῆ*. Vulg. *mustela*. Jon. כַּרְכּוּשְׁתָּא (vitiose in Polygl. בַּרְכּוּשְׁתָּא) id. v. Bochart. I, p. 1022, syr. ܟܪܟܘܫܬܐ id. (non felis, ut volebat Kirschius in praef. ad Barhebr. p. VIII, v. Lorsbach Archiv I p. 204). Gr. Venet. *μυγαλῆ*. (Reliqui, ut Onk. Sam. Saad. Arabs Erp. nomen hebraeum retinent). Atque ita חולדה apud Talmudicos de mustela usurpatur. His quae dedit Bochartus I p. 1027 addere placet glossam Tanchumi Hierosol., quae talis est: وانما חולדת הסנאים وقيل فيه في شرح المشنه انه حيوان يشبه الكلب في الصورة وهو اصغر خلقة منه وهو نوع من الثعالب i. e. de *mustela ruborum* (Chilaim cap. 8) *dicitur in interpretatione Mischnae*, *eam esse animal forma sua cani simile*, *sed illo minus et speciem vulpium* (re vera mustela silvestris vulpeculae vel sciuro similis est). In illam interpretationem propterea consentiunt Hebraeorum plerique, ut Kimchius et Abulwalides.

In lingua syr. et arabica ܚܘܠܕܐ, et خُلْد, خَلَد *talpam* significat. De illo (quod J. D. Mich. ad Cast. p. 297 *lacertae genus* significare contendit, sine causa idonea) praeter Bochartum I p. 1022 v. hanc Barbahluli glossam: ܚܘܠܕܐ ܗܘ ܕܠܝܬ ܠܗ ܥܝܢܐ ܘܚܦܪ ܒܐܪܥܐ خلد فار اعما ܘܐܦ ܡܢ ܓܢܣ ܥܘܩܒܪܐ ܪܒܐ ܘܠܝܬ ܠܗ ܥܝܢܐ ܘܚܦܪ ܬܕܝܪܐܝܬ ܘܡܛܠܗܕܐ ܐܬܩܪܝ ܚܦܪܐ . ܘ ܚܘܠܕܝ ܐܪܥܐ خلد الارض الذى ليس له اعين ܚܘܠܕܝܢ i. e. ܚܘܠܕܐ, *qui oculis caret, et in terra fodit, talpa, s. mus coecus, sec. Bar-Saruschwai mus maior sine oculis, qui continuo fodit et propterea appellatur* ܚܘܠܕܐ *fossor:* ܚܘܠܕܝ ܐܪܥܐ *talpae terrae, qui coeci sunt instar talparum:* de hoc vide Bochartum p. 1023. Atque eandem potestatem plurimi post Bochartum tribuunt etiam hebraeo חֹלֶד, v. Oedmann verm. Sammlungen II, p. 50. Rosenm. ad Bochartum l. c. Equidem haud scio an retinenda sit mustela, quae commendatur a) etymo supra proposito quod et huic vocabulo congruit et cognato חֶלֶד; b) usu talmudico, cui accedit c) auctoritas Alex. et Syri interpretis, qui quidem posterior non sine causa vc. harmonicum (sed aliud significans) vitasse videtur. Satis autem constat, animalium nomina persaepe in hac lingua hoc, in alia cognata aliud, id vero simile, animal significare. Adde d) aliud exstare linguae hebraeae vocabulum, quod probabiliter *talpa* redditur, חֲפַרְפָּרָה; e) חֻלְדָּה esse n. pr. mulieris, cui mustelae, animalis lepidi, nomen optime convenit, *talpae* nomen inditum esse vix credas.

חֻלְדָּה (mustela) n. pr. prophetissae tempore Josiae regis 2 Reg. XXII, 14. 2 Par. XXXIV, 22.

חֶלְדַּי (vitalis, mundanus) n. pr. virorum 1) v. חֵלֶב no. 2. 2) Zach. VI, 10, pro quo V. 14 חֵלֶם scribitur.

חָלָה 1) pr. *polivit, trivit* i. q. חָלָא et arab. حَلَا v. Schult. Origg. hebr. 1, c. 9 et Vindic. p. 111 sqq., et intrans. *laevis, politus fuit.* (Neque tamen primam originem cum Schult. l. c. in terendo quaesiverim, sed in *laevi et glabro*, ut חָלָה, חָלַב vicinum sit verbis חָלַק, חָלַף, חָלַב, adeoque חָלַד q. v.). Inde חֲלִי mundus muliebris, a politura dictus, syr. ܚܠܐ dulcis, suavis (pr. laevis) fuit, Pa. ornavit, ܚܠܝܐ suavis, et a soni dulcedine et suavitate aeth. ሐለየ: cecinit, unde hebr. מַחֲלַת.

2) *viribus attritus, infirmus fuit.* Iud. XVI, 7 sqq. Jes. LVII, 10: עַל כֵּן לֹא חָלִית *propterea non infirma es,* i. e. animum non despondes. Inde

3) *aegrotavit.* Gen. XLVIII, 1. 1 Sam. XXX, 13. 1 Reg. XIV, 1. 5. XVII, 17. 2 Reg. VIII, 7. 29. XX, 12. Jes. XXXIII, 24. XXXVIII, 1. XXXIX, 1. Neh. II, 2. Ps. XXXV, 13, de morbo ex vulnere 2 Reg. I, 2 (ubi וַיָּחַל est fut. apoc. in pausa pro וַיִּחַל). VIII, 29. 2 Par. XXII, 6. חָלָה חֳלִי gr. *νοσεῖν νόσον* 2 Reg. XIII, 14. חָלָה אֶת־רַגְלָיו pedibus laboravit 1 Reg. XV, 23. חוֹלַת אַהֲבָה aegra amore Cant. II, 5. V, 8. הַחוֹלָה pecus aegrum Ez. XXXIV, 4. 16. Metaph. רָעָה חוֹלָה malum aegrum i. e. non facile sanabile Eccl. V, 12. 15.

4) *doluit, dolorem sensit,* quod aegrotorum est. Prov. XXIII, 35: הִכּוּנִי בַל חָלִיתִי *percutiunt me, non doleo;* dolorem non sentio. Eadem locutio Jer. V, 3. Metaph. *sollicitus fuit,* sq. עַל 1 Sam. XXII, 8: אֵין חוֹלֶה מִכֶּם עָלַי *et nemo vestrum sollicitus est de me,* und niemand von euch *kränket* sich meinetwegen. Lud. de Dieu ad h. l. „In lingua aethiopica חלה aut חלי [ሐለየ:] significat *sollicitum esse, sollicite cogitare,* ut Mat. VI, 28: *de vestimento* quid *μεριμνᾶτε solliciti estis?* Aethiopicus interpres תחליו [ተሐለዩ:] et nomen חלין [ሐሊና:] sollicitudines Marc. IV, 19." Hactenus quidem bene: quod vero addit, aethiopicum חלו esse *tristis fuit, luxit,* in eo humani quid passus est vir doctus; non enim חלו hanc vim habet, sed לחו ላሐወ: cf. ipsa loca ab Lud. de Dieu laudata Mt. V, 4. IX, 15. Marc. XVI, 10. — Cf. Niph. no. 3.

Niph. 1) *viribus attritus est.* Jer. XII, 13: נֶחְלוּ לֹא יוֹעִלוּ *viribus atteruntur* i. e. vires consumunt laborando, *nihil proficiunt.* — 2) *morbo affectus est* (krank *werden*) Dan. VIII, 27. מַכָּה נַחְלָה vulnus aegrum, aegre sanabile Jer. XIV, 17. XXX, 12 cf. X, 19. Nah. III, 19; et נַחְלָה ellipt. id. Jes. XVII, 11: בְּיוֹם נַחֲלָה וּכְאֵב אָנוּשׁ *die* vulneris *aegri et doloris acerbi,* v. Aben Esra et Kimchi ad h. l. — 3) i. q. Kal no. 4. metaph. *doluit, sollicitus fuit propter* aliq., sq. עַל Am. VI, 6.

Pi. חִלָּה 1) *demulsit, permulsit* faciem alic., a primaria radicum חָלָא et חָלָה potestate atterendi, abstergendi, stringendi, palpandi, v. ad חָלָא et cf. gr. *κηλέω* mulceo, blandior, aeth. ሐለያን: munus quod indici offertur corrumpendi causa vel pro obtinendo sacerdotio, Ludolf. p. 29. 30. Ubique plene dicitur: חִלָּה פְּנֵי פ׳ demulsit faciem alic. a) de blandiente, adulante, veluti regi, nobili Iob. XI, 19. Prov. XIX, 6. Ps. XLV, 13: *donis tibi adulantur ditissimi populorum.* b) חִלָּה פְּנֵי יְיָ Dei gratiam imploravit Ex. XXXII, 11. 1 Sam. XIII, 12. 1 Reg. XIII, 6. 2 Reg. XIII, 4. 2 Par. XXXIII, 12. Jer. XXVI, 19. Zach. VII, 2. VIII, 21. 22. Mal. I, 9. Dan. IX, 13. Ps. CXIX, 53. (Cf. Iliad. 8, 371. 10, 454 sq., syr. ܫܦܐ fricuit, conteruit Ephr. 1, 226 Aph. morigerum se praebuit, concessit alicui aliquid pr. adulatus est Barhebr. 420. 471. 606. Perquam inhoneste Arabes dicunt حك في دبر pro morigerari, adulari, Doepke ad Mich. Chrest. Syr. p. 163). 2) *aegrum fecit, morbo affecit.* Sq. בְּ Deut. XXIX, 21: *plagas huius terrae et morbos eius,* אֲשֶׁר חִלָּה יְהוָה בָּהּ *quibus eam affecit Jehova.* Ps. LXXVII, 11: חַלּוֹתִי הִיא *hoc*

aegrum me fecit. Alii: *haec est precatio mea*, quasi plene dicatur חַלּוֹתִי פָנֶיךָ, neque negari potest, eiusmodi ellipsin obiecti frequentis ferri posse, cf. כָּרַת pro כָּרַת בְּרִית.

Pu. debilis factus est (instar manium orci) Jes. XIV, 10.

Hiph. praet. הֶחֱלִי (forma syriaca pro הֶחֱלָה) Ies. LIII, 10 *aegrum fecit* vulnus Jes. l. c. Mich. VI, 13. Hos. VII, 5: הֶחֱלוּ שָׂרִים חֲמַת מִיָּיִן *principes aegrum faciunt calorem ex vino* i. e. vino incalescentes morbum sibi contrahunt. Metaph. *aegritudine affecit* (animum) Prov. XIII, 12.

Hoph. debilis et aeger factus est (ex vulnere). 1 Reg. XXII, 34. 2 Par. XVIII, 33. XXXV, 23.

Hithpa. 1) *aegrotavit* (prae moerore) 2 Sam. XIII, 2. 2) *aegrotum se simulavit*, ibid. Vers. 5. 6.

חֲלִי m. 1) *monile*, a poliendo dictum, v. rad. no. 1. (Arab. حَلْيٌ mundus muliebris, tum ex metallo confectus tum ex lapidibus pretiosis, spec. monile, unde حَلَّى monilibus ornavit, حَلِيَ monilibus ornata fuit mulier). Prov. XXV, 12: חֲלִי כָתֶם. Plur. חֲלָאִים pro חֲלָיִים (Lgb. p. 575) Cant. VII, 2. — 2) n. pr. oppidi Aseritarum Jos. XIX, 25.

חֹלִי, in pausa חֹלִי, cum suff. חָלְיוֹ, pl. חֳלָיִים Deut. XXVIII, 59. 2 Par. XXI, 15. Jes. LIII, 4 m. 1) *morbus* Deut. VII, 15. XXVIII, 61. 1 Reg. XVII, 17. 2 Reg. I, 2. XIII, 14. 2 Par. XVI, 12. XXI, 19. Jes. LIII, 3. Jer. VI, 7. X, 19. 2 Par. XXI, 18: *Jehova percussit eum in visceribus* לָחֳלִי לְאֵין מַרְפֵּא *ad morbum non sanabilem*, ut aegrotaret neque sanari posset. De morbo ex vulnere Jes. I, 5. 2) *aegritudo*. Eccl. V, 16: חָלְיוֹ fort. pro חֳלִי לוֹ, v. Lgb. p. 730. 3) *malum*, *calamitas* (ein Uebel). Eccl. VI, 2: חֳלִי רָע *ein böses Uebel*.

חֶלְיָה f. i. q. חֲלִי no. 1. Hos. II, 15.

אַחֲלַי v. p. 69 B.

מַחֲלֶה m. *morbus* Prov. XVIII, 14. 2 Par. XXI, 15.

מַחְלָה (morbus, cf. ad formam part. Ni. נַחְלָה) n. pr. 1) mulieris Num. XXVI, 33. XXVII, 1. Jos. XVII, 3. 2) 1 Par. VII, 18, ubi sexus incertus.

מַחֲלָה f. i. q. מַחֲלֶה *morbus* Ex. XV, 26. XXIII, 25. 1 Reg. VIII, 37. 2 Par. VI, 28.

מַחְלוֹן (aegrotus, a voce מַחֲלָה et terminatione וֹן) n. pr. viri Moabitici Ruth I, 2. IV, 9. 10.

מַחְלִי (id.) n. pr. virorum 1) Ex. VI, 19. Num. III, 20. 2) 1 Par. XXIII, 23. XXIV, 30.

מַחֲלֻיִים m. pl. *morbi* 2 Par. XXIV, 25.

מָחֲלַת f. *cithara*, qua fidibus canitur Ps. LIII, 1. LXXXVIII, 1, cf. aeth. ማሕሌት፡ hymnus, carmen, a rad. ሐለየ፡ cecinit, ማሕሌ፡ cantor, cf. Ludolf. pag. 272. Vide ad rad. no. 1. Quod ad formam attinet, מָחֲלַת dictum est pro מַחֲלָה, ad instar nominum בָּרֶקֶת, אַיֶּלֶת.

מָחֲלַת (id.) n. pr. 1) filiae Ismaëlis, uxoris Esavi Gen. XXVIII, 9. 2) uxoris Rehabeami 2 Par. XI, 18.

חֲלַח n. pr. provinciae assyriacae, in quam decem tribuum pars a Salmanassare deportata est 2 Reg. XVII, 6. XVIII, 11. 1 Par. V, 26. Esse videtur Καλαχηνή Strab. XI, p. 530 Casaub. XVI, p. 736, Καλαχανή ibid. XI, p. 503, Καλακινή Ptolem. VI, 1, borealis Assyriae provincia ad Armeniae fines et Tigrim fluvium (cf. Bocharti Phaleg 3, 14. Michaelis suppl. pag. 767). Teste Assemano (bibl. or. III, 2 p. 418. 419. 753) etiam *Holwan* حُلْوَان, urbs quattuor aut quinque dierum itinere a Bagdado boream versus distans (v. d'Anvillii mappam 63 — 64° long. 34 — 35° lat.) syriace ܚܠܘܢ appellatur, quod tamen ad nomen biblicum non retulerim. Cf. ad כֶּלַח.

חָלַט rad. ἅπαξ λεγομένη in Hiph. 1 Reg. XX, 33: וַיְמַהֲרוּ וַיַּחְלְטוּ הֲמִמֶּנּוּ. Apud Talmudicos חָלַט in Kal et Hiph. valet *simpliciter, absolute pronunciavit, confirmavit* (v. Buxtorf. p. 762. Eruchin 9 §. 4. Kelim 6, 3), quo adhibito apte ad contextum explicari potest: *et properarunt viri eumque pronunciare iusserunt num ab ipso?* i. e. studiose id egerunt, ut rex sententiam suam denuo uno verbo declararet et confirmaret: וַיַּחְלְטוּ pro וַיַּחְלִיטוּ cf. 1 Sam. XIV, 22. XXXI, 2. Lgb. 322. Arab. حلط est studiose contendit, iuravit, quod tamen minus aptum est ad h. l. LXX. ἀνελέξαντο τὸν λόγον ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. Vulg. *rapuerunt verbum ex ore eius*. Chald. חַטְפוּהָ מִנֵּיהּ. Hi omnes ita interpretantur, quasi scriptum sit וַיַּחְלְטוּהָ מִמֶּנּוּ; et חָלַט sit i. q. חָלַץ. Abulwalides: حقيقة اللفظة ויחלטוה إي واختلسوها منه *verior scriptura esset* וַיַּחְלְטוּהָ *i. e. arripuerunt illud ab eo*. Kimchius: כלומר חטפו האמירה ממנו שאמר אחי הוא. — Reliquarum linguarum cognatarum usus nihil suppeditat, quod huic locutioni simile sit.

חָלַךְ rad. inusit. Arab. حلك *niger* et metaph. *infelix*, *miser fuit*, ut عمر حالك vita misera hist. Tim. II, 838, فعل حالك opus infaustum, v. Dschauhar. ap. J. W. Schroeder ad Ps. X p. 176. Schult. Opp. min. pag. 182. Nigredinis autem vis ad miseriam transfertur, cf. يوم أسود dies ater i. e. infelix. (Origo fortasse est in urendo, ita ut haec radix litteris emollitis orta sit ex chald. חֲרַךְ, arab. حرق adussit, cf. חוּם niger et חָמַם). Inde

חֶלְכָה (pro חֶלְכָא) adj. quadril. (in fine additis א et ה, v. Lgb. 865) *miser*, *infelix*. Ps. X, 8: עֵינָיו לְחֶלְכָה

יִצְפֹּנוּ *oculi eius insidiantur misero* i. e. miseris, ut recte transtulerunt Alex. Aqu. Sym. Vulg. Chald. Syr. Radicem חָלַךְ iam ex Rabbinis agnoverunt Menahem, Kimchi: sed dubitari potest, num recte se habeant vocales. Hae enim, quas textus masoreticus offert, pendent ex interpretatione Masoretarum (v. Mas. magnam ad Ex. VII, 27) et Jarchii pro חֵילְכָה (quod ipsum exhibent 3 codd. Kenn. et pauci Rossiani) *agmen tuum:* in quadrilittero exspectes חֶלְכָּה a simpl. חֵלֶךְ. Ibid. Comm. 14: עָלֶיךָ יַעֲזֹב חֵלְכָה, et pl. Comm. 10: וְנָפַל בַּעֲצוּמָיו חֵלְכָּאִים, fort. rectius חֵל כָּאִים, ubi Masoretae (cum 5 codd.) divisim scribunt, et Hebraeorum plerique interpretantur: *agmen contritum*, pro חֵיל־כָּאִים, a כָּאָה.

חָלַל 1) *perforavit, confodit, transfodit* (arab. حَلّ I. V. id.) et intrans. *transfossus, vulneratus est*. Ps. CIX, 22: לִבִּי חָלַל בְּקִרְבִּי *vulneratum est cor meum in pectore meo.* Inde חָלָל, חָלִיל, חַלָּה, חַלּוֹן, מְחִלָּה. Cf. Pi. no. 1. et Po.

2) *aperuit, solvit.* (Arab. حَلّ solvit, exsolvit, dissolvit. In linguis indogerm. congruit χαλάω). Cf. Pi. Hiph.

3) denom. a חָלִיל: *tibia cecinit*, v. Pi. no. 4. Ps. LXXXVII, 7: וְשָׁרִים כְּחֹלְלִים *et cantores pariter atque tibicines*, ubi male Rosenm. aliique reddunt *saltantes*, quasi esset a rad. חוּל.

Pi. 1) i. q. Kal no. 1 *vulneravit*. Ez. XXVIII, 9.

2) *solvit, dissolvit*, ut foedus Ps. LV, 21. LXXXIX, 35, quamquam hoc etiam ad no. 3 referri potest, nam foedus res sacra est, idque qui profanat, etiam violat et dissolvit.

3) *profanavit*, ab aperiendo, quae enim sacra habentur, plebis aditui non patent. (Arab. حَلّ Conj. X. profanavit, violavit, vit. Tim. II, 294 Mang., حِلّ وبِلّ profanum et promiscuum. Syr. ܐܚܠ profanavit. Sic alia eiusdem potestatis verba a solvendo, aperiendo, revelando proficiscuntur, v. c. שְׁרָא, ܫܪܐ solvit, sam. ࠎࠓࠀ profanavit, ܫܪܝܐ profanus, فتك rupit velum, revelavit, dein violavit sacra, violavit virginem). Proprie refertur ad res sacras, et profanari ac violari dicuntur sanctuarium Lev. XXI, 12. 23. Ps. LXXIV, 7. Ez. XXVIII, 18. Zeph. III, 4. Dan. XI, 31 cet., res sacrae Lev. XIX, 8, sabbatum Ex. XXXI, 14. Neh. XIII, 17. 18. Jes. LVI, 2. 6. Ezech. XX, 16. 21. 24. XXII, 8. XXIII, 38, nomen Dei Ez. XXXVI, 22. Mal. I, 12, sacerdotes Jes. XLIII, 28, gens sacerdotalis Lev. XXI, 5, terra sancta Jer. XVI, 18. Jes. XLVII, 6, imperium iudaicum utpote sanctum Thren. II, 2, leges divinae Ps. LXXXIX, 32, foedus (v. no. 2), cubile patris (utpote sacrum) Gen. XLIX, 4: transfertur etiam ad res pulchras et superbas Jes. XXIII, 9: לְחַלֵּל גְּאוֹן כָּל צְבִי *ut profanetur* i. e. destruatur *omnis splendor magnificentiae*. Ez. XXVIII, 7 (cf. Ps. LXXXIX, 40). — Additur אֶל pers. Ez. XIII, 19: וַתְּחַלֶּלְנָה אֹתִי אֶל עַמִּי *profanastis me populo meo* i. e. auctoritatem et sanctitatem meam apud populum meum violastis. — Praegnanter dictum est Ps. LXXXIX, 40: חִלַּלְתָּ לָאָרֶץ נִזְרוֹ *profanas coronam eius* (proiiciendo) *in terram*. LXXIV, 7. Ez. XXVIII, 16: וָאֲחַלֶּלְךָ מֵהַר אֱלֹהִים *et profanavi te* deiiciendo *de monte Dei*. — Spec. a) sacerdos dicitur *profanare filiam suam*, ubi pudicitiam eius prostituit Lev. XIX, 29 (cf. XXI, 7. 14). b) חִלֵּל כֶּרֶם est vineam (usui sacro primum destinatam) rebus profanis adhibuit Lev. XIX, 23 i. e. fructus eius in proprium usum convertit Deut. XX, 6. XXVIII, 30. Jer. XXXI, 5. (Opp. est حبس ligavit, it. in usum sacrum convertit, usuque profano interdixit Conj. II. IV id.). Cf. חֹל, חָלִילָה.

4) i. q. Kal no. 2 *tibia cecinit* 1 Reg. I, 40.

Pu. pass. Pi. no. 1 *vulneratus est* Ez. XXXII, 26, pass. no. 3 *profanatus est* ib. XXXVI, 23.

Po. חוֹלֵל *vulneravit, transfodit*. Jes. LI, 9: מְחוֹלֶלֶת תַּנִּין *qui draconem* (int. Aegyptum) *confodit*. Pass. מְחֹלָל *vulneratus* Jes. LIII, 5. Alex. ἐτραυματίσθη.

Niph. נִחַל (ex נִחְלַל) Ez. XXV, 3 pl. נִחֲלוּ VII, 24, inf. הֵחֵל XX, 9. 14. 22, c. suff. לְהֵחַלּוֹ Lev. XXI, 4, fut. יֵחַל Jes. XLVIII, 11, תֵּחֵל Lev. XXI, 9 pass. Pi. no. 3 *profanatus est*, de templo Ez. VII, 24, nomine divino Jes. l. c. Ez. XXII, 16: וְנִחַלְתְּ בָּךְ לְעֵינֵי גוֹיִם *profanata eris a te* ipsa *coram populis*. Lev. XXI, 4: לְהֵחַלּוֹ *ita ut profanetur*.

Hiph. הֵחֵל fut. signif. 1. 3 יָחֵל, sed signif. 2 (distinctionis causa) יַחֵל forma chaldaizante Lgb. §. 103, not. 14 (in inf. tamen הַחִלָּם incipere eorum Gen. XI, 6, et praet. הַחִלּוֹתִי Deut. II, 31) 1) *solvit, liberavit*. Hos. VIII, 10: וַיָּחֵלּוּ מְּעָט מִמַּשָּׂא מֶלֶךְ *hi* (populi hostiles) *liberabunt* eos *mox ab onere regis* i. e. imperio molesto eius.

2) *fregit* (fidem datam) Num. XXX, 3, et *profanavit* (i. q. Pi. no. 3) Ez. XXXIX, 7. In utroque loco est יַחֵל, אַחֵל.

3) *incepit, coepit*, quod a *solvendo* et *aperiendo* ductum (v. Kal no. 2, ut complura synn. v. c. فتح aperuit, incepit, syr. ܫܪܐ solvit, aperuit, incepit, germ. *eröffnen*). Constr. sq. gerundio Gen. VI, 1: וַיְהִי כִּי הֵחֵל הָאָדָם לָרֹב. X, 8. XI, 6. XLI, 54. Deut. III, 24. Iud. XX, 40. 1 Sam. XIV, 36. 2 Reg. X, 32. XV, 37. 1 Par. XXVII, 24. 2 Par. XXXI, 7. XXXIV, 3. Esth. VI, 13 cet., sq. inf. nudo Deut. II, 25. 31. Jos. III, 7, rarius sq. verbo finito, Deut. II, 24: הָחֵל רָשׁ. 1 Sam. III, 12: הָחֵל וְכַלֵּה *incipiendo et finiendo* i. e. ab initio usque ad finem, et adj. verbali 1 Sam. III, 2: עֵינָיו הֵחֵלּוּ כֵהוֹת *oculi eius coeperunt* esse *hebetes*. Adeo sq. subst. Gen. IX, 20: וַיָּחֶל נֹחַ אִישׁ הָאֲדָמָה *Noachus coepit agricola* i. e. primus erat, qui agriculturam exerceret, machte den Anfang als Landmann. Cf. Gramm. §. 139, 4.

Is (id), a quo initium fit (*bey dem man anfängt*), ponitur praevio בְּ Gen. XLIV, 12, et מִן Ez. IX, 6. Sed הֵחֵל בְּ est etiam *initium fecit rei* (anfangen *mit* etwas). 2 Par. XX, 22: הֵחֵלּוּ בְרִנָּה וּבְתְהִלָּה *initium fecerunt cantandi et laudandi.* Deut. XVI, 9.

Neutr. est *initium cepit*, *ortus est*. Num. XVII, 11: הֵחֵל הַנָּגֶף *coepit plaga*, orta est plaga. 2 Par. XXIX, 27: הֵחֵל שִׁיר יְיָ.

Hoph. coeptum est Gen. IV, 26, sq. gerundio.

חָלָל adj. m. 1) *confossus* inde a) *vulneratus*, *sauciatus*, max. in bello. Iob. XXIV, 12: נֶפֶשׁ חֲלָלִים תְּשַׁוֵּעַ. Ps. LXIX, 27. Jer. LI, 52, saepe etiam in sing. collect. Jer. LI, 52: בְּכָל־אַרְצָהּ יֶאֱנֹק חָלָל *in omni terra eius gemunt vulnerati.* Thren. II, 12. Ez. XXVI, 15. XXX, 24. b) *interfectus*, α) proprie *telo*, *gladio confossus*, max. in bello Jos. XI, 6. Iud. IX, 40 et persaepe. Dan. XI, 26: וְנָפְלוּ חֲלָלִים רַבִּים *et cadent multi interfecti.* Jer. LI, 4. 1 Par. V, 22. Etiam in sing. collect. Deut. XXXII, 42. Ez. VI, 7. XI, 6. XXVIII, 8. 23. XXX, 4. 11. Rarius de homine, qui privato homicidio periit Deut. XXI, 1. 2. 3. 6. Additur genit. tum instrumenti, חַלְלֵי חֶרֶב confossi gladio Ez. XXXI, 17. 18. XXXII, 20. 21. 25. 28. 29. 32. Jer. XIV, 18, tum eius qui interfecit, חַלְלֵי יְהוָֹה a Jehova interfecti Jes. LXVI, 16. Jer. XXV, 33, tum populi cuius cives interfecti sunt חַלְלֵי פְלִשְׁתִּים 1 Sam. XVII, 52 cf. Jes. XXII, 2. Ez. XI, 6. XXXV, 8. β) audaci quadam translatione etiam de eo, qui fame, pesti, libidinibus periit. Thren. IV, 9: טוֹבִים הָיוּ חַלְלֵי חֶרֶב מֵחַלְלֵי רָעָב *beatiores confossi gladio quam fame.* Jes. XXII, 2: חֲלָלַיִךְ לֹא חַלְלֵי חֶרֶב *interfecti tui non gladio perierunt*, sed fame, pesti. Prov. VII, 26 de adultera: כִּי רַבִּים חֲלָלִים הִפִּילָה וַעֲצֻמִים כָּל־הֲרֻגֶיהָ.

2) *profanus* Ez. XXI, 30. Fem. חֲלָלָה *profanata* i. e. meretrix Lev. XXI, 7. 14.

Fuerunt, qui nomini חָלָל etiam *militis* significationem vindicare studerent, ut KENNICOTTUS (diss. I. super ratione textus hebr. V. T. ed. Teller p. 87—112) laudatis locis 2 Sam. XXIII, 18. Iud. XX, 31. Ps. LXXXIX, 11. Prov. VII, 26. Ezech. XI, 6. 7. 2 Sam. I, 19. 22. 25, et provocans ad Alex. interpr., qui 2 Sam. XXIII, 18 in cod. Vat. habeat στρατιώτας; cui assensi sunt Tingstadius (suppl. p. 64) et Mahnius (Berichtigungen p. 185), nisi quod ille hanc vc. potestatem repetebat ab arab. حَلَّ castra metatus est, حلاحل vir audax, hi, quod facilius ferendum, חָלָל active accipiebant i. q. *confossor* (cf. ad דָּקַר p. 338). Sed nil ista disputatione levius, siquidem id, quod de Cod. Vat. scriptura refertur, errore nititur (vide edit. Holmesianam), et in omnibus locis laudatis nullus sit, in quo militis significatio aptior sit, nedum necessaria, multi contra, quibus haec ita inepta est, ut per singula exempla id persequi taedeat (v. ad Jes. XXII, 2).

חָלִיל m. 1) subst. *tibia*, a perforando dicta, Jes. V, 12. XXX, 29, pl. 1 Reg. I, 40. Inde denom. חָלַל no. 3.

2) adj. *profanus* (v. rad. Pi. no. 3) neutr. *profanum*, inde cum He parag. חָלִילָה, חָלִלָה (Milêl) pr. *ad profana* i. e. *absit*, vox detestantis, de cuius etymo dubitare non debebat Mich. in suppl. 776, nam respondet chald. חוּלִּין הוּא לָךְ profana haec tibi i. e. absit a te Gen. XVIII, 25 Targ., et talm. חולין הוא לך מעשות כדבר הזה Berach. 32, 1. — 1 Sam. XX, 2: חָלִילָה לֹא תָמוּת *absit! non morieris*, cf. II, 30. XXII, 15. Plerumque additur dat. pers. detestantis חָלִילָה לִּי *absit a me*, חָלִלָה לְּךָ *absit a te*, pr. ad profana mihi, tibi, a) sq. מִן c. inf. Gen. XVIII, 25: חָלִלָה לְּךָ מֵעֲשׂת כַּדָּבָר הַזֶּה *absit a te*, *ut ita agas*. XLIV, 7. 17. Jos. XXIV, 16. 1 Sam. XII, 23, etiam sq. מִן cum nomine Iob. XXXIV, 10: חָלִלָה לָאֵל מֵרֶשַׁע *absit a Deo impietas.* b) sq. לְ cum inf. Jos. XXII, 29, v. infra. c) sq. אִם cum futuro Iob. XXVII, 5: חָלִילָה לִּי אִם־אַצְדִּיק אֶתְכֶם Vulg. *absit a me*, *ut iustos vos esse iudicem*, pr. ad profana mihi, si iustos vos pronunciarem. 2 Sam. XX, 20: חָלִילָה חָלִילָה לִּי אִם אֲבַלַּע. 1 Sam. XIV, 45 (ubi לִּי omissum). Passim vis formulae ita augetur, ut post חָלִלָה addatur מֵיְהוָֹה πρὸς θεοῦ pr. von Seiten Gottes betrachtet, inde mit Rücksicht auf Gott, nostr. *um Gotteswillen* (cf. πρὸς Διός, πρὸς θεῶν per Deos, in formulis iurandi et adiurandi, v. Passov. s. v. πρός A, 2, d; πρός autem sq. genit. respondet hebraeo מִן). 1 Sam. XXIV, 7: חָלִילָה לִּי מֵיְהוָֹה אִם אֶעֱשֶׂה אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה. XXVI, 11. 1 Reg. XXI, 3. Et ita מֵאֱלֹהַי per deum meum 1 Par. XI, 19, sed 2 Sam. XXIII, 17 sine מִן: חָלִילָה לִּי יְהוָֹה מֵעֲשֹׂתִי זֹאת *absit a me, o Deus! ut hoc faciam*, ubi Chald. tamen reddit, quasi legerit, מֵיְהוָֹה, מִן קֳדָם יְיָ. Insolentior est haec structura Jos. XXII, 29: חָלִילָה לָּנוּ מִמֶּנּוּ לִמְרֹד בַּיהוָֹה *absit a nobis per eum* (Jehovam), *ut peccemus contra Jehovam*, et 1 Sam. XX, 9: חָלִילָה לָּךְ כִּי אִם יָדֹעַ ..... אֵדַע וְלֹא אֹתָהּ אַגִּיד לָךְ *absit a te, ut, si cognoverim ..... tibi non indicem.* Pro dat. personae detestantis h. l. additur dativus eius, in cuius commodum haec iurantur. — LXX μὴ γένοιτο, bis ap. Iob. μὴ εἴη, μηδαμῶς, ἵλεώς μοι, cf. de hac et similibus detestandi formulis, ut chald. חַס, syr. ܚܣ ܠܟ, arab. حاشا لك Fulleri Miscell. II, 2.

חֹל subst. *profanum* (opp. קֹדֶשׁ). Lev. X, 10. Ez. XXII, 26. XLII, 20. XLIV, 23. XLVIII, 15. In genit. postponitur substantivis (pariter atque קֹדֶשׁ) לֶחֶם חֹל panis profanus 1 Sam. XXI, 5, דֶּרֶךְ חֹל Comm. 6.

חַלָּה f. *placenta*, ita dicta utpote perforata et puncta, quod fieri solet, ne bullae oriantur Lev. XXIV, 5. Num. XV, 20. חַלַּת מַצָּה Lev. VIII, 26. Num. VI, 19 placenta non fermentata, חַלַּת לֶחֶם placenta panis Ex. XXIX, 23. Lev. VIII, 26. Plur. חַלּוֹת מַצּוֹת Exod. XXIX, 2. Lev. II, 4, cf. מַצָּה.

חַלּוֹן utriusque sexus vc. (m. Jos. II, 18. f. Ezech. XLI, 16. 26) *fenestra*, a rad. no. 1. Gen. VIII, 6. XXVI, 8. Jos. II, 15. 18. 21 cet. הִשְׁקִיף בְּעַד הַחַלּוֹן prospexit e fenestra, v. בְּעַד in append. Plur. חַלּוֹנִים Joël II, 9. Ez. XL, 25, cstr. חַלּוֹנֵי 1 Reg. VI, 4, et חַלּוֹנוֹת Cant.

II, 9. Ez. XL, 16. 25. 29. 33. XLI, 16. Obsoletiorem pluralis formam habes Jer. XXII, 14: וְקָרַע לוֹ חַלּוֹנָי *et excidit sibi fenestras* multas (ad palatium ornandum). Kimchius: כמו חלונים. Pluralem exprimunt etiam vett. intpp. omnes. In alia omnia abeunt, qui ־ָי terminationem pluralem esse negant, ut Verbruggius (de plurali numero §. 79), qui interpretatur: *fenestellam* (o splendidum palatii regii ornamentum!), Ewaldus, qui in gr. crit. p. 298 reddit: *fenestras meas* (qua, quaeso, sententia?), melius in gr. min. ed. 2 §. 359: *fenestras duplices* ut ־ַי sit i. q. ־ַיִם; Boettcherus (specc. p. 38): *fenestris plenus* (fenstrig, fensterreich), ut sententia sit: *et excidit sibi* (eam) *fenestris plenam*, qua structura in tali oratione nil durius cogitari potest. — De חַלּוֹנִים אֲטֻמוֹת v. p. 77.

מְחִלָּה f. *caverna*, *foramen* terrae, semel legitur in Plur. Jes. II, 19. Targ. מְחִלִּין, de cuius usu ap. Judaeos v. Buxtorf. 767. 68. Syr. ܡܚܠܐ̈ cavernae.

תְּחִלָּה f. *initium* (v. rad. Hi. no. 3). Am. VII, 1. Dan. IX, 23, v. c. messis Ruth. I, 22. 2 Sam. XXI, 9. 10, habitationis 2 Reg. XVII, 25, imperii Esr. IV, 6, verborum Eccl. X, 13 (ad Hos. I, 2 cf. דִּבֶּר), sapientiae Prov. IX, 10. בַּתְּחִלָּה *ab initio* Gen. XIII, 3. XLI, 21. Jes. I, 26, inde *prima vice* (zum ersten Male) Gen. XLIII, 18. 20. Dan. VIII, 1. IX, 21, *primum* (zuerst), ita ut initium faciat Iud. XX, 18: מִי יַעֲלֶה לָּנוּ בַתְּחִלָּה *quis ascendet primus?* I, 1.

חָלַם fut. יַחֲלֹם 1) *pinguis, fortis fuit* et *factus est*, ut fit in pubertate, inde spec. *puber factus est.* (Arab. حلم I. V pinguis fuit, pinguescere coepit, de infante, pecude, lacerta. VIII. ad pubertatem pervenit, حُلُم pubertas, حَلِيم animal pingue. Lexicographos Arabum dedit Scheid. ad Jes. XXXVIII p. 140. 141. Apud Syros est validi, valetudinis potestas, de qua v. ad Hiph. Cognata sunt chald. אֲלַם et עֲלַם fortis, robustus fuit, עֵלִים, אֵלִים fortis, robustus, אֱיָלוּת robur, prae caeteris autem غَلِم puber factus est, inde libidinosus, coëundi cupidus fuit. Origo autem est in pinguedine [cf. חֵלֶב], quae refertur ad fortitudinem, v. שֶׁמֶן). Iob. XXXIX, 4 (7) de ibicibus: יַחְלְמוּ בְנֵיהֶם *roborantur* adolescunt et puberes fiunt *filii* (pulli) *eorum.* Cf. Hiph. no. 1.

2) *somniavit.* (In hac significatione cum priore illa concilianda magnopere laborarunt viri docti; esse enim concilianda, arguebant linguae cognatae, quae somnium iisdem litteris scribunt, atque pinguedinem, arab. حلم, aeth. ሐለመ: syr. ܚܠܡ. Ac *Schultensio* ad Har. VI pag. 279 somnium dictum videbatur a convolvendo et concrescendo, *Jo. Simoni* a crassitudine, „quia ab humoribus sive vaporibus crassis somnus et insomnia oriri soleant, v. Arist. de somno et vigilia c. 3,“ quae quam longe arcessita sint, nemo non videt. Ad veram rationem inveniendam hae glossae viam monstrabunt: حُلُم pubertas, somnium, visio; حُلْم somnium, visio, *concubitus in somnio*, pollutio; حَلَمَ nocturnam pollutionem passus est, somniavit, vidit in somnio; VIII. id. et *ad pubertatem pervenit*, intelligens factus est, حَلِيم pinguis, it. intelligens, mansuetus, ܐܬܚܠܡ pollutus est in somnio, ܚܠܡܐ ܕܠܠܝܐ pollutio in somnio. Significat enim haec radix, ut supra no. 1 vidimus, pariter atque غلم, pubertatem eamque aetatem, qua iuvenes coëundi appetitum sentientes somniis libidinosis vexantur, unde generalior somniandi vis profecta est. A pubertatis potestate praeterea est intelligentia, mansuetudo, opp. petulantiae puerili, das verständige Wesen des mannbaren Alters). Gen. XXVIII, 12. XLI, 1. Jes. XXIX, 8. Ps. CXXVI, 1: הָיִינוּ כְּחֹלְמִים *eramus sicut somniantes*, i. e. tanta erat praesens nostra laetitia, ut dubitaremus, num vera esset, an in somnio percepta. Saepe dicitur חָלַם חֲלוֹם Gen. XXXVII, 6. 10. XL, 8. XLI, 15. Iud. VII, 13. Jer. XXIII, 25. Dan. II, 3. Quandoquidem autem somnia ad res futuras saepe referebantur et a numine missa credebantur (Joël III, 1. Num. XII, 6), חֹלֵם חֲלוֹם somnians somnia est i. q. vates, hariolus Deut. XIII, 2. 4.

Hiph. 1) fortem fecit, inde *sanavit*, *sanitati restituit* (aegrum Deus). Jes. XXXVIII, 16. Cf. Kal no. 1. (Syr. ܚܠܡ Pe. et Ethpe. convaluit, sanitati restitutus est. Aph. sanavit, Ettaph. pass., ܚܠܝܡܐ sanus, valens, ܚܠܝܡܘܬܐ sanitas).

2) causat. Kal no. 2. *somniare fecit.* Part. plur. מַחְלְמִים (a sing. מַחְלֵם). Jer. XXIX, 8: *neque aurem praebeatis somniis vestris* אֲשֶׁר אַתֶּם מַחְלְמִים *quae vos somniare facitis* vos, quae ex vestra phantasia orta, non a numine missa sunt, secundum illud Terentii: somniat ea quae vigilans vult. Aliis Hiph. est i. q. Kal, Alex. ἃ ὑμεῖς ἐνυπνιάζεσθε.

חֲלוֹם m. pl. חֲלֹמוֹת *somnium.* Gen. XXXVII, 5 sqq. XL, 9 sqq. et persaepe. חֲלוֹם לַיְלָה somnium nocturnum. Gen. XX, 3. XXXI, 24. De somniis aegri Iob. VII, 14, sed saepius de somniis ex communi opinione fatidicis et divinitus immissis Num. XII, 6. 1 Reg. III, 5. Iob. XXXIII, 15. Somnium praebet imaginem rei cito evanescentis Iob. XX, 8. Ps. LXXIII, 20. Dicitur etiam pro *nugis* Eccl. V, 6, et concr. fortasse pro *nugatore* Comm. 2.

חֵלֶם n. pr. v. חֶלְדַּי.

חֲלֵם chald. i. q. hebr. חֲלוֹם *somnium.* Dan. IV, 2. VII, 1. Emphat. חֶלְמָא II, 4 sqq. IV, 3—5. 15. 16. VII, 1. Plur. חֶלְמִין V, 12.

חַלָּמוּת f. ἀπ. λεγόμ. Iob. VI, 6 multis interpretum coniecturis vexatum, quorum tamen plurimi in eo recte consentiunt, connexam orationem cibum quendam insulsum et insipidum flagitare. Ea enim talis est: *Num comeditur insulsum sine sale, an sapor est* בְּרִיר חַלָּמוּת *in saliva ......?* — Potiores sententiae sunt: 1) Targg. cum Rabbinis חַלָּמוּת interpretantur = חֶלְמוֹן *vitellum ovi*, ut *saliva vitelli* sit *albumen ovi.* Targ. duplicem habet versionem, una est: בְּחֶלְבּוֹן בֵּיעֲתָא וְחֶלְמוֹנָא *in albumine ovi et vitello* (sed legendum דְחֶלְמוֹנָא vitelli), altera בְּרִירָא דְחֶלְמוֹנָא *in saliva vitelli.* Saad. ms. et Abulwalides لعاب البيض *saliva ovi*, prior addita hac glossa: וח' البيض من قولة المشنه חלמון מבפנים . ويقال في الشام لصفرة البيض חלמון i. e. ח' *sunt ova, secundum dictum talmud.* חלמון מבפנים, *in Syria autem luteum ovi appellatur* חלמון. Num haec satis accurata sint ferme dubitem, accuratius Kimchius: *est luteum ovi, et ita in Talmude* (Cholin fol. 64, 1): חלבון מבחוץ וחלמון מבפנים *chelbon est exterius, chelmon interius: idque ita appellatur, quia cibus pinguis est.* (Addit idem: *Medicus R. Isaac* ריר חלמות *interpretatur salivam sanitatis, quia saliva hominis sine sapore sit, in saliva aegri autem insit unum ex quattuor acrimoniis in corpore eius regnantibus*). Ex recentioribus assensi sunt permulti, neque deest etymon vitello satis aptum, quum חַלָּמוּת vel *pinguedinem ovi*, vel *robur vitale* significare possit. Acquiesci igitur potest in hac sententia, quamquam 2) non contemnenda est altera, eaque Syri interpretis: ܒܪܘܩܐ ܕܚܠܡܘܬܐ, quam Arabs reddit: في ريق الحمقاء *in saliva* (oleris) *fatui* i. e. *portulacae.* Portulaca enim s. porcilaca est oleris genus fatuum et insipidum, foliis crassis et pinguibus succo aquoso repletis, qui *saliva* eius apte appellari poterat, nisi *portulacae coctae iusculum* ironice ita dictum existimabis. Huius oleris fatuum saporem apud Arabes in proverbium abiisse docet non solum appellatio البقلة الحمقا olus fatuum (v. lexx.) sed etiam formula proverbialis: احمق من الرجلة *magis fatuus quam portulaca* (v. Golius ad sent. arab. no. 81. Meidanii prov. ed. H. A. Schult. no. 344. pag. 219, ubi bene notantur Arabes in origine et significatione proverbii indicandis halucinantes): et simili proverbio apud Graecos et Romanos frequentant μωρὸν λάχανον, βλίτον (olus iners et sine sapore Plin. 20, 22), unde βλίτων, βλιτάς, βλιτομάμας Arist. Nub. 997 de homine fatuo, *bliteus* Plaut. Trucul. 4, 4, 1, τεύτλια μικρά Arist. Ran. 913 pro insipide dictis, *betizo* et *lachanizo* pro *langueo* Octav. ap. Suet. Oct. 87. Vocabulum syrum ܚܠܡܘܬܐ eam plantam significasse, facile credimus interpreti eius arabico, eiusque in vocabulo antiquo maior apud me fides, quam serioris aevi Lexicographorum apud Barbahlulum, qui (ipsa eorum verba mox edam et uberius explicabo in Anecdott. orient. fasc. II) partim *althaeam* interpretantur, partim *anchusam* s. *lithospermum.* Syrum vero interpretem חַלָּמוּת recte interpretatum esse *portulacam*, haud quidem probari potest talmudico חלמית, quod itidem althaeam esse (non oleris genus) ibid. docebo, sed non male comparabis aeth. ሐመልማል: olus, unde ሐመልማለ: olera collegit, nec deest probabile etymon, sive a foliis pinguibus dictam existimabis portulacam (cf. ሐመልማለ: ፋርስ: genus oleris a pinguedine dictum), sive a *fatuitate:* potest enim חַלָּמוּת somnolentia reddi, hinc fatuitas (cf. Eccl. V, 2. 6), et translate cibus fatuus, insulsus, ut gr. μωρός ap. Dioscoridem de radicibus insipidis usurpatur. 3) Veterum auctoritate destituitur eorum sententia, quibus ח' est i. q. arab. خالوم lac coagulatum, et ריר חַלָּמוּת saliva coaguli i. e. serum lactis (v. Hotting. smegma orient. p. 152. Arnoldi ap. H. Alb. Schult. in Vers. Iobi p. 184). — Cibum etiam intelligit Vulg. his verbis: *aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem?* ח' compositum ratus ex חֵלֶב מָוֶת, quod quam falsum sit, facile apparet. Ii autem interpretes, qui *cibum* intelligi negant, חַלָּמוּת somnolentiam reddunt, inde fatuitatem, et *sermones fatuos* interpretantur. Praeivit Alex. εἰ δὲ καί ἐστι γεῦμα ἐν ῥήμασι κενοῖς; quem secuti sunt Alb. Schult., J. D. Michaelis, Ilgenius (de natura et indole Iobi p. 145) coll. gall. *bavarder* pr. salivare, dein futilia et absurda loqui; sed contextus haec vix admittit.

אַחְלָמָה (in pausa Milêl, v. Lgb. p. 178) f. nomen gemmae in pectorali summi sacerdotis Ex. XXVIII, 19. XXXIX, 12, sec. LXX. Vulg. ἀμέθυστος, *amethystus* (non ἀχάτης, ut habet Wineri Lex. pag. 331, quod respondet hebr. שְׁבוֹ), gemma violacea, ita dicta, quod ebrietatem a gestantibus depellere credebatur (v. Anthol. gr. IV, 18. Plin. 37, 9. Marbod. de gemmis c. 4: „contrarius ebrietati"). A simili commento haec gemma apud Hebraeos nomen accepisse videtur אַחְלָמָה verbale Hi. a חָלַם, auctore Kimchio, quia somnia inducat gestantibus. Syr. Onk. Pseudoj. oculus vituli, quod eandem gemmam significare videtur. Plura dabunt Braunius de vestitu sacerd. II, 16. Bellermann Urim und Thummim p. 55.

נַחְלָמִי m. patron. a nomine aliunde non cognito Jer. XXIX, 24. 31. 32.

חַלָּמִישׁ n. quadrilitt. *silex*, lapis durus Iob. XXVIII, 9. Ps. CXIV, 8. Jes. L, 7. צוּר הַחַלָּמִישׁ petra lapidis durissimi Deut. VIII, 15 et constr. חַלְמִישׁ צוּר lapis petrae XXXII, 13. Respondet arab. خَلَنْبُوس, quemadmodum scribendum esse docet Kamûs pag. 753 scribitque etiam Freytagius pro خَلَنْبُوس apud Gigg. et Cast., i. e. pyrites. Compositum esse volunt ex חָלַם firmus, durus fuit et خمس validus, constans fuit, sed hae significationes non satis certae. Malim originem quaerere in glabritie, quae

significatio inest in radd. tantum non omnibus a חל ordientibus, v. חָלַב, חָלָד, חָלָה, חָלַם (pinguedo enim a glabritie), חָלַק, חָלַץ, חָלַף. Contiguum est gr. χάλιξ, adeoque *silex*. Caeterum LXX adiective reddunt ἀκρότομος, semel στερεός Deut. XXXII, 13, atque ita Kimchius חזק ותקיף *firmus et fortis*.

חָלַף fut. יַחֲלֹף i. q. סָלַף, שָׁלַף, nostr. *schlüpfen*, angl. *to slip*, de motu celeri, max. in via laevi et lubrica, qui latine uno verbo dici vix potest, ex parte respondet *labi* c. derivatis. (Origo est in notione *laevitatis* et *lubrici*, quae inest non solum in radd. a חל ordientibus, v. חַלָּמִישׁ, sed etiam in syllaba לב, לף, v. לָבַב et quae ibi laudantur, חָלַב, סָלַף, שָׁלַף, gr. ἀλείφω, nostr. *slip*, *schleifen*, *schlüpfen*, lat. abiecto sibilo *labi*). Inde 1) *praeterlapsus est*, *cito transiit* (*vorüberschlüpfen*). Iob. IX, 11: יַחֲלֹף וְלֹא אָבִין לוֹ *praeterlabitur*, *eumque non animadverto*. IV, 15: רוּחַ עַל פָּנַי יַחֲלֹף *ventus ante faciem meam praeterlapsus est*. IX, 26. Cant. II, 11: הַגֶּשֶׁם חָלַף *pluvia praeterlapsa est*; inde *abiit* 1 Sam. X, 3, *periit* Jes. II, 18, *migravit* legem (nostr. über das Gesetz hinwegschlüpfen, dah. übertreten). Jes. XXIV, 5. (Arab. خالف transgressus est legem).

2) *perlapsus est* (durch etwas schlüpfen), *pertransiit*, sed nonnisi causat. *transire fecit*, inde a) *perforavit* (cf. arab. نفذ pertransiit, et perforavit Iud. V, 26 Ar.). Iud. V, 26: חָלְפָה רַקָּתוֹ *perforavit tempora eius* (LXX: διήλωσεν. Vulg. perforans. Chald. Syr. אעברת, ܥܒܪܬ). Iob. XX, 24: תַּחְלְפֵהוּ קֶשֶׁת נְחוּשָׁה *perforat eum arcus aeneus* sc. sagittis missis. b) *succrescere fecit* nova germina (neue Sprossen durchkommen, durchschlüpfen lassen), inde *revirvit*, *viruit* planta. Ps. XC, 5: בַּבֹּקֶר כֶּחָצִיר יַחֲלֹף *mane viret instar graminis*. Comm. 6. Metaph. Hab. I, 11: אָז חָלַף רוּחַ *tunc revirescit* (renovatur) *animus*.

3) intensive: *celeriter latus est*, *invasit*, de flumine Jes. VIII, 8, de vento XXI, 1; de Deo hostiliter invadente Iob. XI, 10.

4) *mutatus est*, qs. pass. Pi. et Hi. no. 3. Ps. CII, 27.

Pi. mutavit, *permutavit* (pr. transire fecit), ut vestes Gen. XLI, 14. 2 Sam. XII, 20. Ita Syr. v. infra.

Hiph. 1) i. q. Pi. *mutavit*, ut vestes Gen. XXXV, 2. Ps. CII, 27, mercedem Gen. XXXI, 7. 41, *permutavit* (vertauschen), pecudem. Lev. XXVII, 10.

2) causat. Kal no. 2, b. *revirescere fecit* arborem. Jes. IX, 9: אֲרָזִים נַחֲלִיף *faciemus*, *ut cedri succrescant* i. e. in domorum lignearum locum palatia cedrina erigemus. Intrans. *revirvit* arbor Iob. XIV, 7. Addito כֹּחַ: innovavit vires suas, novas vires cepit Jes. XL, 31, XLI, 1, et sine eo Iob. XXIX, 20: קַשְׁתִּי בְּיָדִי תַחֲלִיף *arcus in manu mea revirescet*.

E linguis cognatis ad usum biblicum proxime accedit aeth. ኀለፈ: praeterlapsus est, transiit, max. de rebus fluxis et vanis, v. Ludolf. p. 272. Arab. خلف Conj. I praeter alia est: fugit, sed frequentius: successit, quod pertinet ad no. 2, b. III. transgressus est legem. IV. plumas mutavit avis. Syr. ܚܠܦ mutavit. Ethpe. pass. Aph. revirvit, ܚܠܦܐ novum germen. Apud Chaldaeos est: transiit, sed saepius: mutatus est.

חֲלַף chald. *praeteriit*, tempus Dan. IV, 13. 20. 29.

חֵלֶף m. 1) subst. *permutatio*, inde praep. *pro*, *loco* i. q. ܚܠܦ, חֲלַף. Num. XVIII, 21. 31. 2) n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. XIX, 33, ubi codd. et editt. discriminis causa חָלֶף, v. J. H. Michaëlis.

חֲלוֹף pr. *abitio* (v. rad. no. 1), spec. talis, qua alios relinquimus, inde *mors parentum*, qui liberos post se relinquunt. Arab. خلف II. retro et post se reliquit (quod faciunt cito praetereuntes), max. moriens uxorem, liberos. Ham. 416. Marc. XII, 19. 20. Act. XVIII, 19. Inde Prov. XXXI, 8: בְּנֵי חֲלוֹף *filii relicti* i. q. יְתוֹמִים. Optime ex vett. Symm. υἱοὶ τῶν ἀποιχομένων, et Jarchius, ex recentioribus ita Schultensius, qui tamen *orphanos* inde dictos existimat, quod ope vicaria indigeant, quum Arabes orphanos ita alloqui soleant: خلف الله عليك vicem tibi praestet Deus, et كان الله خليفة والدك ait Deus vicarius patris tui, quod longe arcessitum.

חֲלִיפָה f. 1) *mutatio*. Ps. LV, 20 de impiis hominibus: אֲשֶׁר אֵין חֲלִיפוֹת לָמוֹ *quibus nullae sunt mutationes*, apud quos mutatio et emendatio morum non est speranda. Spec. dicitur de vestibus. 2 Reg. V, 5: עֶשֶׂר חֲלִיפוֹת בְּגָדִים *decem mutationes vestium* i. e. vestes decies mutandae, decem iusti ornatus (angl. dixeris *ten changes*) 22. 23. Iud. XIV, 12. 13, etiam addito שְׂמָלוֹת Gen. XLV, 22, et omissa vestium mentione Iud. XIV, 19. Vestes autem saepius mutatas in deliciis habuisse Graecos et Orientales satis constat, v. εἵματα ἐξημοιβά Od. 8, 249, χιτῶνες ἐπημοιβοί 14, 514 et Niebuhrii itin. I. p. 182. 2) *alternae vices* (*Abwechselung*), spec. de militibus alternis vicibus vigilias servantibus (das *sich Ablösen* der Soldaten), unde metaph. Iob. XIV, 14: *omnes dies militiae meae exspectarem* עַד־בּוֹא חֲלִיפָתִי *donec venirent succedentes mihi*, donec missa esset statio mea: misera enim conditio in orco molestiis comparatur militis in vigilia constituti. Alibi de agmine recente in defatigatorum locum succedente. X, 17: חֲלִיפוֹת וְצָבָא עִמִּי ἓν διὰ δυοῖν: *vices et agmina contra me* i. e. agmina continuo sibi succedentia me oppugnant. De similibus operarum vicibus 1 Reg. V, 28 adv. *alternis vicibus*. (Cf. arab. خلف in locum alic. successit, vide *Frähn* ad Ibn Foszlan p. 134. 135).

מַחֲלָף m. *culter mactatorius*, *secespita*, semel in pl. מַחֲלָפִים Esr. I, 9, cf. syr. ܡܚܠܦܐ, rabbin. חָלִיף culter. Dictus autem culter a transeundo (v. rad. no. 2, a), transit enim culter carnem, quam dissecat, transit etiam novacula super caput mentumque, quae radit (*schlüpft durch* das Fleisch, *schlüpft über* die Wange), unde ܚܠܦ

rasit, cf. הֶעֱבִיר מוֹרָה. Bene Vulg. *cultri*, et ita etiam intpp. hebraei, sed LXX. Syr. *vestes mutatoriae*, quod ab hoc contextu alienum. Parum probabiliter etiam Lettius ad carm. Deborae p. 163 *vasa* intelligit *sanguini hauriendo*, a خلف hausit, et Michaëlis in suppl. vasa libatoria, a permutatione, quia vinum ex maioribus in minora infunditur.

מַחְלָפוֹת pl. fem. *capillorum plexus* (Haarflechten, Zöpfe) Iud. XVI, 13. 19, ubi ita omnes vett. verss. Plectendi significatio non multum distat a *mutando* et *permutando* (v. Kal no. 4, Pi. Hi. no. 1): et vestigium eius est etiam in Arabismo خَلِيف contortus, convolutus.

חָלַץ fut. יַחֲלֹץ (Jes. XX, 2) 1) *extraxit*. Thren. IV, 3: גַּם תַּנִּין חָלְצוּ שַׁד *adeo thoes extrahunt mammam* pullos lactantes, spec. *exuit* calceum Deut. XXV, 9. 10. Jes. XX, 2 (addito מֵעַל רַגְל). (Respondet hoc significatu arab. خلع exuit vestem, calceum, ע et ץ permutatis, v. Cor. 20, 12. Saad. Deut. l. c. et plura ap. Schroederum de vest. mul. hebr. p. 212. 213. Simonis ed. 1. 2. confert *los*, *lösen*, *lassen*; *laxus*, *laxare*).

2) *subtraxit*, *subduxit se*, sq. מִן Hos. V, 6: *eunt ad quaerendum Deum*, *neque inveniunt eum* חָלַץ מֵהֶם *subduxit se iis*, cf. nostr. *abziehn* pro discedere. LXX. Alex. ἐξέκλινεν ἀπ᾽ αὐτῶν, Vat. ἐκκέκλινεν. Vulg. ablatus est ab iis. Syr. ܦܪܫ ܠܗ ܡܢܗܘܢ. Kimchi: נפרד וסר מהם. (Arab. خلع discessit e loco, Gol. ex Maruph. Schultens. in cl. dial. p. 290 et Schroeder. l. c. conferunt خلع يده من manum retraxit ab aliqua re hist. Tim. 90 Gol.).

3) Part. pass. חָלוּץ *expeditus*, de milite, qui remotis impedimentis ad pugnam *se expedivit et accinxit* (cf. expedire se ad pugnam Liv. 38, 21, expediri ad bellum Tac. hist. 2, 99, *cingitur*, *certe expedit se* Plaut. Amph. 1, 1, 152. Syr. ܡܫܠܚܐ armatus Barhebr. 219 lin. ult., accinctus ad opus, ܡܫܠܚܘܬܐ aggressio operis, alacritas ad opus). Jos. VI, 7: וְהֶחָלוּץ יַעֲבֹר לִפְנֵי אֲרוֹן יְיָ *et milites armati* (die Streiter) *incedent ante arcam Dei*. 9. 13. Num. XXXII, 21. 27. 30. 32. Deut. III, 18. 2 Par. XXVIII, 12, plenius חָלוּץ לַמִּלְחָמָה Num. XXXII, 29, חֲלוּצֵי צָבָא 1 Par. XII, 23, pl. חֲלוּצֵי צָבָא Num. XXXI, 5. Jos. IV, 13. 1 Par. XII, 24. 2 Par. XVII, 18. חֲלוּצֵי מוֹאָב armigeri Moabi Jes. XV, 4 i. q. גִּבּוֹרֵי מוֹאָב Jer. XLVIII, 41. LXX. ἐνωπλισμένος, item ὁπλίτης, πολεμιστής, μάχιμος, εὔζωνος (Jos. IV, 13). Syr. ܡܫܠܚܐ armati. Cf. Niph. no. 1, Hi. — Kimchio est denom. a חֲלָצַיִם, unde interpretatur: חגור כלי מלחמה בחלצים; sed utrumque potius eiusdem originis esse videtur; J. D. Michaëli in suppl. 797 et Eichhornio ad Sim. Lex. *delectus* (qs. extractus) ad bellum, quod ad plurimos locos parum aptum. *Expedire se*, quod maxime in *succingendo* cernitur (sich aufschürzen), recte reddiderunt iam Buxtorfius, Jo. Simonis ed. 1. 2. al., *expedire* autem non multum abest ab exuendo, liberando.

Pi. 1) intens. a) *exuit* vestes alicui per vim i. e. *spoliavit* aliquem c. acc. pers. (Syr. ܫܠܚ Pe. et Pa. id. Act. XIX, 37. Col. II, 8. Ephr. II, 450, ܫܘܠܚܐ rapina. Arabes hac notione habent خلس rapuit, abripuit). Ps. VII, 5: וָאֲחַלְּצָה צוֹרְרִי רֵיקָם *et si spoliavi eum*, *qui hostis meus erat immerito*, ut recte Lud. de Dieu. Cf. חֲלִיצָה. Similiter N. G. Schroeder ap. Muntinghium: *si regno spoliare conatus sum ....*, quanquam illud simplicius. Spoliandi significatum probat etiam Jarchi. Targ. דְּחָקִית *pressi*, *ursi*, חלץ accipiens pro לָחַץ aut אָלַץ. (Contra Kimchius per parenthesin: liberavi potius hostem meum). b) *extraxit*, *evellit*, ut lapides ex pariete Lev. XIV, 40. 43. (Saad. retinet خلع, quo etiam de membris se luxantibus utuntur).

2) *liberavit* aliquem e periculo, e manu hostium, c. acc. pers. Ps. VI, 5: שׁוּבָה יְיָ חַלְּצָה נַפְשִׁי. XVIII, 20 (2 Sam. XXII, 20). XXXIV, 8. L, 15. LXXXI, 8. CXIX, 153. Iob. XXXVI, 15, et מִן periculi Ps. CXVI, 8: חִלַּצְתָּ נַפְשִׁי מִמָּוֶת. CXL, 2. (Arab. خلص I. II. servavit a malo, X. id., sq. من يدى hist. Tim. 16. 320 Gol. Conj. V. pass.).

Niph. 1) pass. Kal no. 3. expeditus est, *expedivit* et *accinxit se* ad pugnam et bellum. Num. XXXII, 17: אֲנַחְנוּ נֵחָלֵץ חֻשִׁים *accingamus nos festinanter*. 20. XXXI, 3: הֵחָלְצוּ מֵאִתְּכֶם אֲנָשִׁים *accingant se viri e medio vestro* — 2) pass. Pi. no. 2. *liberatus est* e periculo. Ps. LX, 7. CVIII, 7.

Hiph. *expeditum*, *alacrem reddidit*, ut ossa Jes. LVIII, 11. Kimchius: pinguia reddit, laudata formula liturgica רצה והחליצנו, sed etiam haec interpretanda: alacres nos redde.

חֲלָצַיִם dual. *lumbi* Iob. XXXI, 20, ubi *accinguntur se*, quo *expeditiores* sint (das Glied, wo man sich aufschürzt), v. rad. no. 3, sec. Simonem in Lex. laxior et quasi solutior corporis pars (cf. יָרֵךְ), Weiche, vel de alia eiusd. coniectura in Arc. form. p. 158 pars validior et acrior (cf. מָתְנַיִם) a rad. חָרַץ, r in l emollito coll. chald. חַרְצִין, syr. ܚܨܐ lumbi, quod posterius magis probandum, nam חֲלָצַיִם non *femur*, *ilia* significat, ut יְרֵכַיִם, sed *lumbos* i. q. מָתְנַיִם. Inde אָזַר חֲלָצָיו cinxit lumbos suos Iob. XXXVIII, 3. XL, 7, cf. Jes. XXXII, 11. V, 27. XI, 5. *Exire ex lumbis* alic. dicitur pro gigni ab aliquo Gen. XXXV, 11. 1 Reg. VIII, 19. 2 Par. VI, 9. — Jer. XXX, 6: *quare video omnes viros manus ponere super lumbos*, *instar parturientis*, dolere instar parturientis, quae manibus dolorem in lumbis reprimere studet?

חֶלֶץ (liberatio) n. pr. virorum 1) 1 Par. II, 39. 2) 2 Sam. XXIII, 26, pro quo חֶלֶץ 1 Par. XI, 27. XXVII, 10.

חֲלִיצָה f. *exuviae*, quae hosti interfecto exuuntur 2 Sam. II, 21, pl. Iud. XIV, 19.

מַחֲלָצוֹת pl. f. *vestes splendidae*, *festivae*, quae domi *exuebantur*, vel quae depositis vilioribus induebantur, cf. arab. خلع non solum: exuit vestem, sed etiam splendida veste induit, ornavit aliq., خِلْعَةٌ vestis splendida, pretiosa, spec. acu picta, v. Schroeder de vest. p. 206 sqq. Jes. III, 22. Zach. III, 4.

חָלַק fut. יַחֲלֹק 1) *glaber*, *laevis fuit*. (Arab. خلق et خَلُقَ id., خَلَقَ act. formavit, finxit, creavit, propr. laevigavit, cui cogn. est حَلَقَ crines totondit, propr. glabrum fecit caput, mentum. Glabritiei autem significationem habent plurimae stirpes a *gl* ordientes, maxime *glc* etiam in linguis occidentalibus, ut χαλκός, χάλιξ silex glaber, *calculus*, κόλαξ homo laevis, blandus = חָלָק no. 2, γλυκύς cuius vis primaria in tactu est, γλοῖος, γλίσχρος, lat. *glacies*, *glaber*, *gladius*, *glisco*, *gluten*; nostr. *glatt*, *gleiten*, *Glas*, *gleissen* = glänzen, cf. hebr. גָּלַח, جلا polivit cet.). Metaph. *blandus fuit*, de corde Hos. X, 2, de ipsis hominibus Ps. LV, 22.

2) *divisit*, *partitus est*, maxime sorte Jos. XIV, 5. XVIII, 2. XXII, 8. (Ductum hoc, ut bene observat Alb. Schult. in clav. dial. p. 294, a nomine חָלָק, quod proprie lapillum glabrum, dein *sortem* denotat, coll. chald. חַלָק lapillus computatorius, sors, خَلَاقٌ id. Secundarium est arab. خَلَقَ destinavit, praedestinavit Kam. p. 1261, aethiop. ሐለቀ: numeravit, annumeravit, ሐልቍ: numerus, sors Lud. 272, cf. aram. ܚܘܠܩܐ, חוּלְקָא sors, חַלְקָא ager sorte divisus, hereditas, ቦጸዘ pars, portio). Spec. *partiti sunt inter se*. 2 Sam. XIX, 30: *tu et Ziba* תַּחְלְקוּ אֶת־הַשָּׂדֶה *partiamini agrum inter vos*. 1 Sam. XXX, 24: יַחְדָּו יַחֲלֹקוּ *pariter* (inter se) *partiantur* i. e. aequis portionibus. Prov. XVII, 2: *medios inter fratres partitur hereditatem* i. e. eandem cum fratribus portionem habebit, cf. Iob. XXVII, 17. Sq. עִם cum aliquo partitus est Prov. XXIX, 24; sq. לְ alicui impertivit Deut. IV, 19. XXIX, 25. Neh. XIII, 13, sq. בְּ rei. Iob. XXXIX, 17: וְלֹא חָלַק לָהּ בַּבִּינָה *neque impertivit ei de sapientia*. Praegnanter dictum est 2 Par. XXIII, 18: אֲשֶׁר חָלַק דָּוִיד עַל בֵּית יְהוָה *quos* in classes *divisos Davides praefecerat domui Jehovae*, cf. 1 Par. XXIV, 4 et מַחֲלֹקֶת.

3) *spoliavit*, a חָלַק no. 2. 2 Paralip. XXVIII, 21: *Ahasus spoliavit domum Dei et domum regis et principum*. Bene LXX. ἔλαβε τὰ ἐν οἴκῳ Κυρίου κ. τ. λ. domus enim dicitur pro opibus ibi asservatis, v. בַּיִת no. 12. Vulg. *spoliata domo Dei*. Alii ad verbum: *divisit domum Jehovae et domum regis et principum*, idque concise dictum volunt pro: sumsit pecunias partim ex templo, partim ex ipsius et principum palatiis.

Niph. 1) *divisus*, *distributus est*. Num. XXVI, 53. 55. 2) *divisit se*. 1 Reg. XVI, 21: אָז יֵחָלֵק הָעָם יִשְׂרָאֵל לַחֲצִי *tunc temporis populus Israëliticus divisit se in duas partes*. Praegn. Iob. XXXVIII, 24: *ubi est via* יֵחָלֶק אוֹר *unde dividit se lux*, unde oritur lux et dispergit se ad illustrandam terram. Gen. XIV, 15: וַיֵּחָלֵק עֲלֵיהֶם *divisit se super eos* i. e. copiis divisis impetum fecit in eos. — 1 Par. XXIII, 6. XXIV, 3 triplex est in codd. et editt. scriptura (v. Minchat Schaj et J. H. Mich. not. crit.). Una est וַיֶּחָלְקֵם, quam ita declarat Kimchius: *Patach parvum* (Segol) *est pro Patach magno* (Patach) *propter Kamez sub Chet*, *et forma regularis esset* וַיַּחְלְקֵם (fut. Kal), pro qua dictum sit וַיַּחֲלְקֵם, inde וַיֶּחָלְקֵם; altera וַיְחַלְּקֵם in Pi., tertia וַיֵּחָלְקֵם in Niph., quae in editt. recentissimas recepta, tamen a contextu alienissima est, qui talis est: ויחלקם דָּוִד מַחְלְקוֹת *et distribuit eos Davides in classes*, parumque aptum, quod Simoni placuit, Niphal esse i. q. alibi Hithpa. *distribuit sibi*. Mihi scribendum videtur וַיַּחְלְקֵם (pro וַיַּחֲלְקֵם), unde facili errore ortae וַיֶּחָלְקֵם et וַיֵּחָלְקֵם.

Pi. 1) *partitus est*, *divisit* Ez. V, 1, inde *distribuit* v. c. praedam Gen. XLIX, 27. Ex. XV, 9. Iud. V, 30. Ps. LXVIII, 13, terram Jos. XIX, 51. Joël IV, 2, veluti de victore terras hostiles militibus suis distribuente Ps. LX, 8. Dan. XI, 39: חִלֵּק שָׁלָל אֶת פ׳ praedam partitus est *cum* aliquo, i. e. in victoriae et praedae societatem venit Prov. XVI, 19. Jes. LIII, 12. Sq. לְ ante plur. *distribuit* aliquid *inter* plures. Jos. XIII, 7. XVIII, 10. 2 Sam. VI, 19. 1 Par. XVI, 3. Jes. XXXIV, 17, et reflex. *distribuerunt* aliquid *inter se*. 1 Reg. XVIII, 6: וַיְחַלְּקוּ לָהֶם אֶת־הָאָרֶץ *et distribuerunt terram inter se*. Ps. XXII, 19. Ez. XLVII, 21. Sq. לְ ante sing. *attribuit alicui* aliquid. Jes. LIII, 12: אֲחַלֶּק לוֹ בָרַבִּים *tribuam ei* sortem *inter potentes*. Omisso dat. Iob. XXI, 17: חֲבָלִים יְחַלֵּק בְּאַפּוֹ (quoties) *dolores iis tribuit in ira sua?* — 2) *dispersit* Gen. XLIX, 7. Thren. IV, 16.

Pu. divisa est, terra Am. VII, 17, praeda Jes. XXXIII, 23. Zach. XIV, 1.

Hiph. 1) trans. Kal no. 1 *laevem fecit*, *laevigavit* (de artifice) Jes. XLI, 7. Metaph. *laevem fecit linguam* Ps. V, 10. Prov. XXVIII, 23, *laevia fecit verba* Prov. II, 16. VII, 5 i. e. *blanditus est*, etiam omissis his accus. Prov. XXIX, 5: גֶּבֶר מַחֲלִיק עַל־רֵעֵהוּ *vir blandiens alteri*. Ps. XXXVI, 3: הֶחֱלִיק אֵלָיו בְּעֵינָיו *blanditur sibi ipsi in oculis suis*, de homine improbo.

2) Dubiae potestatis est in his Jeremiae XXXVII, 12: *et exiit Jeremias ad eundum in terram Benjamin* לַחֲלִק מִשָּׁם בְּתוֹךְ הָעָם i. e. sec. Vulg. Chald. Syr. *ut hereditatem inde peteret in medio populo*, erat enim propheta ex hac tribu oriundus (I, 1). Non male autem Kimchius, Rosenm. aliique הַחֲלִיק h. l. *evadendi* significatu accipiunt, qui ex laevitatis potestate facile profluit (cf. פָּלַט, מָלַט) coll. סֶלַע הַמַּחְלְקוֹת 1 Sam. XXIII, 28, ut sententia sit: *ut inde*

subduceret se in medio populo, vel *in medium populum*, um sich von da unter dem Volke zu verlieren.

Hithpa. (inter se) *partiri*, sq. acc. Jos. XVIII, 5.

חָלָק adj. 1) *laevis*, *glaber*, de viro (opp. piloso, hirsuto) Gen. XXVII, 11, de monte Jos. XI, 17. XII, 7, ubi הָהָר הֶחָלָק (mons glaber s. calvus) est n. pr. montis in vicinia montani Idumaeorum. Metaph. *blandus*, de ore, palato meretricis Prov. V, 3. XXVI, 28. — 2) *lubricus*, inde *fallax*. Ez. XII, 24: מִקְסַם חָלָק *divinatio fallax*, i. q. מִקְסַם כָּזָב XIII, 7. Utroque loco כָּזָב, חָלָק sunt neutraliter posita, pr. divinatio fallaciae. Hieron. *ambigua*. Syr. ܩܶܣܡܳܐ ܕܦܽܘܠܳܓܳܐ (quo eodem utitur Syrus Dan. XI, 34 pro חֲלַקְלַקּוֹת).

חֲלָק chald. *pars*, *portio*. Dan. IV, 20. 12: עִם חֵיוְתָא חֲלָקֵהּ בַּעֲשַׂב אַרְעָא *cum bestiis portio eius in herba terrae* i. e. una cum bestiis herba vescetur. Esr. IV, 16. Cf. חֵלֶק et Pesch. 2 Cor. VI, 15.

חֵלֶק c. suff. חֶלְקִי pl. חֲלָקִים cstr. חֶלְקֵי Hos. V, 7, semel c. dag. euphon. בְּחַלְּקֵי Jes. LVII, 6 pro בְּחֶלְקֵי (cf. חַבְלֵי et בְּחַבְּלֵי, neque est quod חֶלְקֵי referas ad חָלָק) 1) *laevor*, *laevitas*, metaph. *blanditiae* Prov. VII, 21. Propria vis est in his Jesaiae LVII, 6 de idolorum cultoribus: בְּחַלְּקֵי נַחַל חֶלְקֵךְ הֵם הֵם גּוֹרָלֵךְ, quae Targ., Aben Esra, Kimchius interpretantur: *cum laevoribus torrentis* (i. e. lapidibus glabris torrentis, ex quibus idola facitis coll. חַלֻּקֵי אֲבָנִים 1 Sam. XVII, 40) *est pars tua* i. e. cum idolis lapideis tibi commercium est (cf. חֵלֶק לִי בְּ infra no. 2, litt. b), *hi*, *hi sunt sors tua*, i. e. sunt numina vestra, quae ad colendum sortiti estis (cf. חֵלֶק no. 2, c). Assensi sunt ex recentioribus Grotius, Lowthus, Rosenm., Boettcherus (specc. p. 203) favetque huic interpretationi, quod sequitur: גַּם לָהֶם שָׁפַכְתְּ נֶסֶךְ *etiam iis libasti libamina* (ubi לָהֶם durius referas ad בָּאֵלִים Comm. 5), quanquam *laevores s. laeves torrentis* de silicibus insolentius dictum est, et solo fortasse lusu verborum excusatur, quem captavit scriptor in verbis בְּחַלְּקֵי et חֶלְקֵךְ. Alii, quos ipse secutus sum in Comm. quibusque nuper assensus est Hitzigius (im *kahlen Thale* ist dein *Theil*) ita interpretantur: *in laevoribus vallis est pars tua*, *hi*, *hi sunt sors tua* i. e. in vallium recessibus calvis, arboribus vacuis, commercium habetis cum idolis vestris: namque vallium mentio iam praecesserat Comm. 5 (בַּנְּחָלִים). Neque contemnenda haec sententia, quanquam propter sequentia verba et solemnem usum vocabuli חֵלֶק (v. no. 2, c) de obiecto cultus divini in illam nunc magis inclino.

2) *pars*, *portio* Iob. XXXII, 17. שִׁבְעָה חֲלָקִים septem portiones Jos. XVIII, 5. 6. 9. חֵלֶק כְּחֵלֶק aequis portionibus Deut. XVIII, 8. Dicitur de portione sacrificii Levitis concessa Lev. VI, 10, de portione praedae Gen. XIV, 24. Num. XXXI, 36. 1 Sam. XXX, 24 (unde de ipsa *praeda* Iob. XVII, 5: לְחֵלֶק יַגִּיד רֵעִים *praedae* i. e. praedatoribus *prodit amicos*. Hab. I, 16), maxime hereditatis Jos. XIV, 4. XV, 13. XVIII, 7: אֵין חֵלֶק לַלְוִיִּם בְּקִרְבְּכֶם *Levitae portionem non accipient inter vos*. חֵלֶק עַמִּי portio populi mei, est terra israëlitica Mich. II, 4, cf. Jes. LXI, 7. Nota formulas: a) יֵשׁ (אֵין) לוֹ חֵלֶק וְנַחֲלָה עִם פ׳ est (non est) ei portio et hereditas cum aliquo i. e. aequam portionem cum eo accipit (*κοινωνῶν τινι*) Deut. X, 9. XIV, 27. 29. XVIII, 1, אֶת פְּלֹנִי ibid. XII, 12. Metaph. consortium habuit cum aliquo. Ps. L, 18: עִם מְנָאֲפִים חֶלְקֶךָ *cum adulteris tibi consortium* est, cf. Dan. IV, 12. Sed b) יֵשׁ (אֵין) חֵלֶק לוֹ בְּ partem habuit (non habuit) in aliqua re (*κοινωνεῖν τινος*), particeps fuit rei. Num. XVIII, 20. Eccl. IX, 6: חֵלֶק אֵין לָהֶם עוֹד ..... בְּכֹל־אֲשֶׁר נַעֲשָׂה תַּחַת הַשָּׁמֶשׁ. Inde אֵין חֵלֶק לוֹ בְּפ׳ communionem non habuit cum aliquo (nostr. nichts zu theilen haben mit jemandem) 2 Sam. XX, 1: אֵין לָנוּ חֵלֶק בְּדָוִד וְלֹא נַחֲלָה לָנוּ בְּבֶן יִשַׁי. 1 Reg. XII, 16. 2 Par. X, 16. Gen. XXXI, 14. Jos. XXII, 25. 27. Similiter Neh. II, 20: לָכֶם אֵין חֵלֶק וּצְדָקָה וְזִכָּרוֹן בִּירוּשָׁלִָם. c) חֵלֶק יַעֲקֹב portio Jacobitarum, appellatur Jehova, quem Israëlitae ad colendum sortiti sunt (Deut. IV, 19). Jer. X, 16. LI, 19. Eadem sententia dicitur Ps. XVI, 5: יְהוָה מְנָת חֶלְקִי וְכוֹסִי. CXLII, 6. Thren. III, 24: חֶלְקִי יְהוָה אָמְרָה נַפְשִׁי. Ps. LXXIII, 26. Alio sensu Num. XVIII, 20 de sacerdotibus: *et portio tibi non erit in medio eorum* אֲנִי חֶלְקְךָ וְנַחֲלָתְךָ בְּתוֹךְ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *ego* (Jehova) ero *portio et hereditas tua inter Israëlitas* i. e. ego cum his, quae mihi debentur, velut sacrificiis cet. ero portio vestra. Contra *populus Israëliticus* appellatur *portio Jehovae* Deut. XXXII, 9 (cf. Zach. II, 16), quam Jehova sortitus est fovendam et protegendam. d) *pars* hominis in vita est *sors* eius, *μοῖρα*. Eccl. II, 10: זֶה הָיָה חֶלְקִי מִכָּל־עֲמָלִי. III, 22. V, 17. IX, 9: הוּא חֶלְקְךָ בַּחַיִּים (cf. Ps. XVII, 14). — Iob. XX, 29: זֶה חֵלֶק אָדָם רָשָׁע מֵאֱלֹהִים *haec est sors hominis impii a Deo*, et pro eo עִם אֵל XXVII, 13, cf. Jes. XVII, 13. Alibi חֵלֶק אֱלוֹהַּ est sors a Deo destinata Iob. XXXI, 2.

3) spec. pars agri (Stück Land), inde *ager*, v. חֶלְקָה no. 2. 2 Reg. IX, 10. 36. 37, poët. *terra continens*, opp. mari Am. VII, 4. (Respondet chald. litteris transpositis חַקְלָא, aeth. ሐቅል: ager, arab. حَقْلَة arvum bonum, cf. *Ἀκελδαμά*, *χωρίον αἵματος* Act. I, 19).

4) n. pr. filii Gileadi Num. XXVI, 30. Jos. XVII, 2, cuius patron. est חֶלְקִי Num. l. c.

חַלּוּק adj. (formae חַנּוּן) *laevis*. 1 Sam. XVII, 40: חֲמִשָּׁה חַלֻּקֵי אֲבָנִים *quinque laeves lapidum* q. e. quinque lapides laeves, de quo idiomate cf. Jes. XXIX, 19. Hos. XIII, 2 et Lgb. p. 678.

חֶלְקָה f. 1. q. חֵלֶק 1) *laevitas*, *laevor* Gen. XXVII, 16, pl. viae laeves, lubricae Ps. LXXIII, 18. Metaph. חֶלְקַת לָשׁוֹן laevor linguae i. e. blanditiae Prov. VI, 24. שִׂפְתֵי חֲלָקוֹת labia blanda Ps. XII, 3. 4 pl. חֲלָקוֹת id. Jes. XXX, 10.

2) *pars*, *portio*, max. hereditaria. Deut. XXXIII, 21. Jer. XII, 10. Iob. XXIV, 18. Addito שָׂדֶה portio agri (Stück Land) Gen. XXXIII, 19. Ruth II, 3. IV, 3.

Jos. XXIV, 32. 2 Sam. XXIII, 11, eodem omisso id. 2 Sam. XIV, 30. 31. XXIII, 12. 2 Reg. III, 19. 25. IX, 21. 26. 1 Par. XI, 14. Am. IV, 7.

3) a) חֶלְקַת הַצֻּרִים ager gladiorum, n. pr. loci ad Gibeonem 2 Sam. II, 16. b) חֶלְקַת oppidum Levitarum in agro Aseritarum Jos. XIX, 25, pro quo חֶלְקָת XXI, 31.

חֲלַקָּה pl. חֲלַקּוֹת *blanditiae* Dan. XI, 32.

חֲלֻקָּה f. *divisio*, *partitio* 2 Par. XXXV, 5.

חֶלְקַי (pro חִלְקִיָּה pars Jehova) n. pr. viri Neh. XII, 15.

חִלְקִיָּה et **חִלְקִיָּהוּ** (pars Jehovae i. e. Deo peculiari modo attributus) *Hilkias* n. pr. 1) pontificis maximi regnante Josia 2 Reg. XXII, 8. 12. 2) patris Jeremiae Jer. I, 1. 3) patris Eljakimi 2 Reg. XVIII, 18. 26. Jes. XXII, 20. XXXVI, 3. 4) 1 Par. XXVI, 11. 5) Jer. XXIX, 3. 6) 1 Par. VI, 30. 7) Neh. VIII, 4. LXX. Χελκίας.

חֲלַקְלַק pl. f. חֲלַקְלַקּוֹת 1) *loca lubrica*. Ps. XXXV, 6. Jer. XXIII, 12. 2) *fraudes*, *doli* Dan. XI, 21. 34.

מַחֲלֹקֶת f. c. suff. מַחֲלֻקְתִּי pl. מַחְלְקוֹת 1) *laevitas*, hinc *evasio*, *fuga* (v. rad. Hiph. no. 2). Inde n. pr. סֶלַע הַמַּחְלְקוֹת petra evasionum 1 Sam. XXIII, 28. — 2) *sectio*, *classis s. ordo*, *pars* (Abtheilung), velut populi Israelitici Jos. XI, 23. XII, 7. XVIII, 10. Ez. XLVIII, 29, exercitus 1 Par. XXVII, 1 sqq., sacerdotum Levitarumque XXIV, 1. XXVIII, 13. 2 Par. V, 11. VIII, 14. XXIII, 8. XXXI, 2. XXXV, 4. 10. Neh. XI, 36.

מַחְלְקָה chald. tantum in pl. מַחְלְקָן *ordines* (Levitarum) Esr. VI, 18.

חָלַשׁ 1) fut. יַחֲלֹשׁ *prostravit, vicit.* (Arab. حَلَس stravit, unde حِلْس stratum, pulvillus in clitellis cameli v. N. W. Schroeder ap. H. A. Schult. ad Iob. p. 189, حَلِس strenuus, fortis, pr. prosternens). Ex. XVII, 13: וַיַּחֲלֹשׁ יְהוֹשֻׁעַ אֶת־עֲמָלֵק *et prostravit Josua Amalecitas.* (LXX. ἐτρέψατο. Vulg. fugavit. Syr. et Onk. ܬܒܰܪ, תְּבַר fregit. Saad. كرن praecidit. Kimchi: שברם ורצצם). Inde חֲלוּשָׁה clades. Sq. עַל Jes. XIV, 12: חוֹלֵשׁ עַל הַגּוֹיִם *prosternens gentes* vel *regnans in gentes prostratas*, ubi in particula עַל latet *superandi subigendique* vis (cf. nostr. siegen *über*). Kimchi: *particula* עַל *additicia*, *et poterat scribi etiam sine ea.* Vulg. *qui vulnerabas gentes.* Targ. *qui interficiebas inter* (ב) *gentes.* In lingua talmud. חלש *est proiecit* (quod non multum abest a prosternendo), velut pecuniam Gitthin 74, sortem, unde חלש sors Schabb. 148, quod huic loco adhibent Saad. المساهم في الامم *qui sortem iaciebas de gentibus.* Iuda ben Karisch: ملقى القرعة على القبايل من قول المشنه *iaciens sortem super gentes, secundum dictum talmudicum.* Tanch. Hieros. in Lex. Morschid: يطرح عليهم السهم والقرعة اى انهم في حكمه يقسمهم كيف اراد ويفنيهم كيف شا *proiicit sortem super eos i. e. sunt in potestate eius, dividit eos prout vult, et perdit eos pro lubitu.* Apud Syros contra ܚܠܰܫ habet etiam *contemnendi* potestatem, unde ܚܰܠܳܫܳܐ sec. B. Bahlulum الوضيع الحقير *proiectus*, *contemtus*, quod huic loco adhibet Syr. reddens ܡܚܰܠܫܳܢܳܐ *contemnens* (gentes) probatque Michaelis in suppl. coll. etiam arab. حسل et خسل contemsit. Nobis autem in prima illa interpretatione utpote simplicissima et certissima acquiescendum videtur. Plane arbitrarium autem, quod nuper dedit Hitzigius: *qui expandebas* ramos *super gentes* (coll. נִגְדְּעָה, quod praecedit): fac enim, quod paucis placeat, arboris imaginem esse servatam et acc. *ramos* suppleri posse, neque *expandendi* vis in hac rad. probari potest, neque *protegendi* notio (quae in hac imagine inesset) huic loco apta est.

2) fut. יֶחֱלַשׁ intrans. *debilis*, *caducus*, *confectus est*, pr. *prostratus est.* Iob. XIV, 10: וְגֶבֶר יָמוּת וַיֶּחֱלָשׁ *sed vir moritur*, *atque confectus est*, ita actum est de homine mortuo, ut nunquam reviviscat, secus atque planta, quae revirescit. Cf. חַלָּשׁ. (Chald. חֲלַשׁ debilem esse, debilitari, fut. יֶחֱלַשׁ Jes. II, 11. 17 Targ. Aph. debilitari, חֲלִישׁ, חֲלַשׁ debilis, remissus, abstr. חוּלְשָׁא, חֲלִישׁוּתָא, חֲלָשׁוּת. Syr. ܐܶܬ݂ܚܠܶܫ debilitatus est, ܚܰܠܳܫܳܐ debilis, miser, de qua potestate dubitare non debebat J. D. Michaëlis in suppl. et ad Cast., v. Barhebr. p. 17. 233, et Bar Bahl., cuius verba mox edam in Anecdd. fasc. 2).

חַלָּשׁ m. *debilis* Joël IV, 10 (opp. גִּבּוֹר). Vulg. *infirmus.* Vide rad. no. 2.

חֲלוּשָׁה f. *clades*, pr. *prostratio* hostium. Exod. XXXII, 18.

חָם socer, v. rad. חָמָה.

חָם calidus, Hamus, Aegyptus, v. חָמַם.

חָמָא rad. inusit. Arab. خَمَا spissum, durum fuit lac, خَامِ crassus, durus, de sanguine. Primaria eius vis esse videtur in *concrescendo*, cf. rad. חָמָה et quae de potestate syllabae חם, עם, גם disputamus ad עָמַם. Inde

חֶמְאָה f. semel **חֵמָה** (eiecto א) Iob. XXIX, 6 (et Deut. XXXII, 14 cod. Sam.) 1) *lac spissum*, diversum a חָלָב lacte dulci et recenti. Gen. XVIII, 8: וַיִּקַּח חֶמְאָה וְחָלָב. Jes. VII, 22: וְהָיָה מֵרֹב עֲשׂוֹת חָלָב יֹאכַל חֶמְאָה *et propter copiam lactis*, *quod praebebunt* greges, *comedet lac spissum.* Iud. V, 25 (ubi Joseph. Arch. 5, 6:

γάλα διεφθορὸς ἤδη, tale enim vim inebriandi habet). 2 Sam. XVII, 29, sed poët. etiam de *quovis lacte* Iob. XX, 17. XXIX, 6. Deut. XXXII, 14. Ita etiam in formula: *lacte et melle vesci* (אָכַל חֶמְאָה וּדְבַשׁ) Jes. VII, 15. 22, de his qui terram habitant ab hostibus vastatam agri frugibus carentes.

2) *caseus*, qui fit ex lacte coagulato sero expresso. Prov. XXX, 33: כִּי מִיץ חָלָב יוֹצִיא חֶמְאָה *nam pressio lactis producit caseum.*

Caeterum in hoc vc. definiendo valde dissentiunt interpretes. Ac plurimi quidem a) *butyrum* reddunt. LXX constanter βούτυρον (quod Arabs ap. Jes. reddit زبد), Vulg. *butyrum*, neque aliter Aqu. Symm. Theod. ap. Jes. et Gr. Venet. in Gen. et Provv. (fort. etiam Saad. et Syr., v. ad litt. b). Consentiunt ex recentioribus Bochartus in Hieroz. I, 473, ibique Rosenm., Harmarus observatt. I, p. 264, sed v. contra J. D. Michaelis in suppl., Warnekros in Repertorio XV p. 180, qui recte quidem observarunt, butyrum apud Graecos et Romanos in vita communi non usitatum et in re medica tantum adhibitum fuisse (Diosc. 2, 65. Plin. 28, 9. Galen. X): sine causa tamen sumserunt, id etiam Hebraeis, utpote oleo olivarum utentibus, ignotum fuisse, quum Aegyptus butyrum habeat habeantque hodie Arabes etiam Palaestinenses (v. d'Arvieux, Shaw, Mariti, Hasselquist al. ap. Oedmannum, verm. Sammlungen VI p. 141. Rosenm. Morgenland III p. 27. IV p. 164. Burckhardt üb. die Beduinen p. 47). Quicquid est, butyrum in nullo V. T. loco necessarium, plerisque ineptum esse, concedent omnes. Alii b) *florem lactis* intelligunt (Rahm, Sahne). Jarchi ad Gen. XVIII, 8: *pinguedo lactis* (שומן החלב), *quam de eius superficie colligunt*, atque ita iam Chaldaei, qui plerisque locis reddunt שְׁמַן *pinguedo*, semel in Iudd. שְׁמַן דְּגוּבְנִין *pinguedo lactis coagulati*, ap. Iob. et Pseudojon. Gen. et Deut. לְוָאר, לְוַי (dictum a cohaerendo, q. d. cutis lactis); denique Saad. et Arabs Erpen. in Pent. et Jes. سمن (quod *florem lactis* et *butyrum* significat): fortasse etiam Syrus, qui ubique reddit vocabulo harmonico ܚܶܡܐܬܐ, quod arabicus interpres libri Iudicum et Samuelis (Syriaca reddens in his libris) reddit سمن. Ex recentioribus consentiunt Vitringa et Hitzig ad Jes. VII, 15, neque negandum est, חֶמְאָה etiam *florem lactis* (v. plur.) comprehendere, non tamen excluso coagulo, ut apparet ex Prov. l. c. iisque locis, ubi poët. de quovis lacte ponitur. c) *Lac coagulatum* dedit unus interpres Sam. ܓܒܢܐ, cf. hebr. גְּבִינָה.

Plur. חֲמָאוֹת *flores lactis*. Hunc pluralem de mea sententia habes Ps. LV, 22: חָלְקוּ מַחְמָאוֹת פִּיו *laeviora flore lactis* (fort. *butyro*) sunt *ora eorum*, ut in altero membro: רַכּוּ דְבָרָיו מִשֶּׁמֶן. Recte enim iam Kimchius observavit, מַחְמָאוֹת scriptum esse pro מֵחֲמָאוֹת, ut cod. R. 368, vel מֵחֶמְאוֹת (coll. מֵחוּץ), Chirek vel Zere in Patach mutato propter sq. Chateph-Patach, cf. אַחֲרֵי pro אַחֲרֵי Ind. V, 28, יֶחֱמַתְנִי Ps. LI, 7 et similia. Favet parallelismus (מִשֶּׁמֶן) et praeiverunt Chald. et Symm. λειότερα βουτύρου τὰ στόματα αὐτῶν. Vulgo מַחְמָאוֹת nomen plurale esse statuebant a חֶמְאָה ductum, hoc sensu: *laevia* sunt *butyracea* l. *lactea verba oris eorum*: cui obstat vel forma absoluta, quum exspectes מַחְמָאוֹת פִּיו.

חָמַד fut. יַחְמֹד, semel יַחְמֹד, unde נֶחְמְדֵהוּ Jes. LIII, 2 1) *concupivit, appetiit.* (Chald. id. Arab. حمد est: laudavit). Ex. XX, 17: לֹא תַחְמֹד בֵּית רֵעֶךָ *ne concupiscas domum proximi tui.* XXXIV, 24. Deut. V, 18. VII, 25. Jos. VII, 21: וָאֶחְמְדֵם וָאֶקָּחֵם *concupivi et sumsi ea.* Mich. II, 2. Prov. VI, 25. 2) *delectatus est* aliqua re. Jes. I, 29: אֵילִים אֲשֶׁר חֲמַדְתֶּם *terebinthi, quibus delectati estis.* Ps. LXVIII, 17: הָהָר חָמַד אֱלֹהִים לְשִׁבְתּוֹ *mons, quo delectatus est Deus, ut eum habitaret.* Prov. XII, 12, addito dat. Prov. I, 22: וְלֵצִים לָצוֹן חָמְדוּ לָהֶם *et* (quamdiu) *irrisores irrisione delectabuntur?* pr. desiderabunt sibi irrisionem?

Part. pass. חָמוּד *desideratum, desiderabile*, hinc quod alicui carissimum est. Iob. XX, 20. Ps. XXXIX, 12. חֲמוּדֵיהֶם Jes. XLIV, 9 *deliciae eorum* i. e. idola (cf. Dan. XI, 37).

Niph. part. נֶחְמָד 1) *desiderabilis*, hinc *suavis, iucundus* Gen. II, 9. III, 6. 2) *pretiosus* Ps. XIX, 11. Prov. XXI, 20.

Pi. i. q. Kal no. 1. Cant. II, 3: בְּצִלּוֹ חִמַּדְתִּי וְיָשַׁבְתִּי *in eius umbra sedere cupio*, ut bene Aben Esra. Cf. de hac duorum verborum structura s. part. ו, no. 1, d, β p. 394 B.

חֶמְדָּה f. 1) *desiderium.* 2 Par. XXI, 20: וַיֵּלֶךְ בְּלֹא חֶמְדָּה *discessit a nemine desideratus.* LXX. ἐπορεύθη οὐκ ἐν ἐπαίνῳ (ex usu loquendi Arabum, v. supra), it. *quod desideratur, deliciae.* 1 Sam. IX, 20: כָּל־חֶמְדַּת יִשְׂרָאֵל *omnes deliciae Israëlitarum.* Hag. II, 7. Dan. XI, 37: חֶמְדַּת נָשִׁים *deliciae mulierum*, flagitante contextu idolum a mulieribus Syris studiose cultum (cf. Jes. XLIV, 9), ut Astarte, Anaïtis s. Nanaea (2 Macc. I, 13. 14 cf. Comm. nostr. ad Jes. II p. 337 sqq.). Aliis חֶמְדַּת נָשִׁים est i. q. אַהֲבַת נָשִׁים 2 Sam. I, 26, invito contextu et usu huius radicis, aliis (ut Bertholdto) *deliciae mulierum* sunt *liberi eorum.* Sed numen aliquod his verbis significari, apparet ex sequentibus עַל־כָּל־אֱלוֹהַּ.

2) *pulchritudo, amoenitas, praestantia.* אֶרֶץ חֶמְדָּה terra pulchra, amoena Jer. III, 19. Ps. CVI, 24. Zach. VII, 14. בָּתֵּי חֶמְדָּתֶךָ Ez. XXVI, 12. חֶלְקַת חֶמְדָּתִי Jer. XII, 10. שְׂכִיּוֹת הַחֶמְדָּה res aspectu pulchrae Jes. II, 16.

כְּלִי חֶמְדָּה vas praestans, pretiosum Jer. XXV, 34. Hos. XIII, 15. Nah. II, 10. Dan. XI, 8. 2 Par. XXXII, 27. XXXVI, 10.

חֲמֻדוֹת et **חֲמוּדוֹת** f. pl. *res pretiosae* Dan. XI, 38. 43. בִּגְדֵי ,כְּלֵי חֲמֻדוֹת pulchrae vestes, vasa pretiosa Gen. XXVII, 15. 2 Par. XX, 25. לֶחֶם חֲמוּדוֹת cibus deliciatior (a quo ieiunantem se abstinere oportet) Dan. X, 3. אִישׁ חֲמוּדוֹת Vs. 11. 19 et omisso אִישׁ IX, 23 vir carus, deliciae (coeli).

חֶמְדָּן (suavis) n. pr. viri Gen. XXXVI, 26, pro quo 1 Par. I, 41 perperam scriptum est חַמְרָן.

מַחְמָד cstr. מַחְמַד, pl. מַחֲמַדִּים cstr. מַחֲמַדֵּי (Chateph-Patach sub gutturali) 1) *desiderium*, et *quod desideratur, deliciae.* מַחְמַד עֵינֶיךָ quod oculi tui desiderant, deliciae oculorum tuorum. 1 Reg. XX, 6. Ez. XXIV, 16. 21. 25. Plur. Thren. II, 4. Sq. genit. *deliciae* alic. Jes. LXIV, 10. מַחֲמַדֵּי בִטְנָם deliciae uteri eorum i. e. proles iis carissima Hos. IX, 16. — 2) *pulchritudo, venustas.* Cant. V, 16: כֻּלּוֹ מַחֲמַדִּים. — 3) *res pretiosa.* Plur. Jes. LXIV, 10. Joël. IV, 5: מַחֲמַדַּי הַטֹּבִים *pretiosa mea pulchra.* 2 Par. XXXVI, 19: כְּלֵי מַחֲמַדֶּיהָ *vasa eius pretiosa.* Thren. I, 10.

מַחְמֹד, nonnisi plur. מַחֲמֹדִים m. *deliciae* Thren. I, 7, *pretiosa* ibid. 11 (ubi in Chethibh plene scribitur מַחֲמוּדֵּיהֶם).

חָמָה rad. inusit. 1) *coniunxit* (cf. חָמָא et magnam vim radicum, quarum syllaba primaria est אם, גם, עם, coniungendi potestatem habentium s. v. עָמַם), spec. *affinitate iunxit.* Inde חָם socer, חָמוֹת socrus.

2) *muro cinxit*, pr. coercuit, continuit aliquid (zusammenhalten), quod a coniungendo proficiscitur. Arab. حمى prohibuit, defendit, tuitus est. Inde חוֹמָה, n. pr. חֲמָת. — De יֶחֱמוּ Gen. XXX, 39 v. rad. יָחַם.

חָם, nonnisi c. suff. חָמִיךְ, חָמִיהָ, חָמִיךָ (ad analogiam nominum אָב, אָח) m. *socer*, pr. affinis, v. rad. no. 1. Gen. XXXVIII, 13. 25. 1 Sam. IV, 19. 21. (Arab. حَمٌ, حَمْوٌ socer, propinquus uxoris vel mariti, aethiop. ሐም: socer, ተሐመወ: affinitatem contraxit, gener factus est, sam. [illegible] socer, it. sponsus. Respondet gr. γαμβρός pro γαμερός socer, gener, sponsus, affinis, a γάμος, γαμέω, cf. ad עָמַם. — Aliud חָם v. rad. חָמַם. — Fem. est

חָמוֹת f. (ad formam אָחוֹת q. v.) *socrus.* (Arab. حماة, aeth. ሐማት: id.). Cum suff. חֲמוֹתָהּ, חֲמוֹתֵךְ, Ruth I, 14. II, 11. 18. 19. 23. III, 1. 6. 16. Mich. VII, 6.

חֵמָה *aestus, venenum*, v. rad. יָחַם.

חֶמָה pro חֶמְאָה *lac spissum*, v. rad. חָמָא.

חֲמוּטַל (cuius affinis est ros i. e. rori affinis, instar roris recreans, cf. אֲבִיטַל) n. pr. uxoris Josiae regis 2 Reg. XXIII, 31. XXIV, 18. Jer. LII, 1. In duobus posterioribus locis in Chethibh est חֲמִיטַל.

חוֹמָה f. *murus* (v. rad. no. 2), de muro urbis Deut. III, 5. XXVIII, 52. Jos. VI, 20. 1 Reg. III, 1. IX, 15. Neh. III, 15. 27 sqq. Am. I, 7. 10. 14. Jes. XXXVI, 11. 12 cet. cet., raro aliarum aedium Thren. II, 7. עִיר חוֹמָה urbs muro cincta Lev. XXV, 29 (cf. 30. 31). קִיר הַחוֹמָה paries muri (die Seite der Mauer). Jos. II, 15. Translate Exod. XIV, 22: וְהַמַּיִם לָהֶם חוֹמָה וגו' *et aquae iis erant murus a dextra et sinistra.* 1 Sam. XXV, 16: חוֹמָה הָיוּ עָלֵינוּ *erant nobis murus* s. praesidium et propugnaculum. De puella casta et accessu difficili Cant. VIII, 9. 10.

Plur. חוֹמוֹת *moenia* 2 Reg. XXV, 10. Ps. LI, 20. Jes. XXVI, 1. XLIX, 16. LX, 10. 18. LXII, 6. Jer. LI, 12 et persaepe. Constr. c. adj. et verbo plur. Deut. XXVIII, 52. Jer. L, 15. Ez. XXVI, 10, semel fortasse cum sing. (quatenus muri urbem cingentes unam seriem continuam efficiebant) Jer. LI, 58: חוֹמוֹת בָּבֶל הָרְחָבָה, ubi Hieron. *murus Babylonis latissimus*, et ita LXX. Syr. (conf. ad rem Herod. 1, 179), ubi frigidius reddas cum Chaldaeo: *moenia Babylonis amplae*, cf. Jer. I, 18: *ego hodie te facio urbem munitam ..... et moenia aenea*, cf. XV, 20, ubi in eadem formula singularis est. Inde formatus est

Dual. חֹמֹתַיִם *duo moenia*, in formula בֵּין הַחֹמֹתַיִם inter duo moenia 2 Reg. XXV, 4. Jes. XXII, 11. Jer. XXXIX, 4. LII, 7. Ita appellatur locus ab occasu Hierosolymorum, in quo fons Siloae cum piscinis hortisque regiis extra moenia situs, sed altero muro exteriore (v. 2 Par. XXXIII, 14. Neh. III, 15) cinctus, qui hostem aquis intercluderet, v. intpp. ad Jes. l. c.

חֲמָת (munimentum, arx) n. pr. *Hamâth*, semel חֲמַת רַבָּה *Hamath magna* Am. VI, 2, urbs nobilissima Syriae ad Orontem sita, in borealibus Libani radicibus (Jud. III, 3. Zach. IX, 2. Jer. XLIX, 23. Ez. XLVII, 16 sqq.), cum territorio אֶרֶץ חֲמָת dicto 2 Reg. XXIII, 33. XXV, 21. Jer. XXXIX, 5. LII, 9 (ἡ Ἀμαθῖτις χώρα 1 Macc. XII, 25), in quo sita erat Ribla, et quousque (non ad urbem) pertinebant boreales Palaestinae limites Num. XIII, 21. XXXIV, 8. Jos. XIII, 5. 1 Reg. VIII, 65. 2 Reg. XIV, 25. Am. VI, 14. 1 Par. XIII, 5. 2 Par. VII, 8. Ez. XLVIII, 1. Antiquissimis temporibus populi canaanitici (חֲמָתִי) sedes erat Gen. X, 18, tempore Davidis regi parebat cum Hebraeis confoederato 2 Sam. VIII, 9 sqq. 1 Paral. XVIII, 9 sqq., postquam ali-

quamdiu ipsis Hebraeis subiecta fuerat (2 Par. VIII, 4. 2 Reg. XIV, 28), tempore Hiskiae ab Assyriis expugnata est (2 Reg. XVII, 24. XVIII, 34. XIX, 13. Jes. X, 9. XXXVI, 19. XXXVII, 13). A Syris Macedonibus Ἐπιφάνεια appellata est (Jos. I, 6 §. 2: ..... Ἀμάθη καλουμένη, Μακεδόνες δ' αὐτὴν Ἐπιφάνειαν ἀφ' ἑνὸς τῶν ἀπογόνων ἐπωνόμασαν. Theodoret. quaest. 22 ad 2 Reg. ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν Ἐμὰθ τὴν Ἐπιφάνειαν τῆς Συρίας. Hieron. Onom. v. Aemath, cf. Ptolem. 5, 15. Plin. 5, 19), sed apud Orientales vetus et domesticum nomen aetatem tulit, et etiamnum arabice حَمَاة scribitur. Seculo p. Chr. tertio decimo Abulfeda, geographorum Arabum coryphaeus, Hamathae princeps erat, suamque urbem descripsit p. 108. 109 cf. 149. 191 Syriae ed. Koehler, haec quoque inspergens: ولها ذكر في كتب الاسرائليين *eaque memoratur in scriptis Israëlitarum.* Hodieque urbibus primariis Asiae turcicae annumeratur, v. Pococke descr. Or. II, 209 sqq. Burckhardti itin. Syriae I, 249. O. v. Richter Wallf. p. 231 et in universum Bochartum geogr. sacr. p. 307. Michael. spicil. II, 52 sqq. Quanquam mirum videri possit, in re tam manifesta errari potuisse, non defuerunt tamen inter veteres et recentiores, qui diversissima quaeque tentarent. Ac Pseudoj. Num. XIII, 21. Targ. Hieros. ibid. XXXIV, 8. Syrus 1 Par. XVIII, 9 *Antiochiam* reddunt, utpote recentioris Syriae metropolin, ex patribus nonnulli *Emesam*, Syri recentiores *Apameam* intelligi statuebant (v. Assemani T. II. praef. v. Apamea): חֲמָת *Heliopolin* esse coniiciebat Koehlerus (ad Abulf. Syriam l. c.), ipse Relandus l. c. *Epiphaniam* intelligere nolebat, utpote a terrae sanctae limitibus nimis remotam: at vere monuit Michaëlis l. c., terrae sanctae fines non urbem, sed territorium eius attigisse. — Nom. gent. est חֲמָתִי Gen. X, 18.

יַחְמַי (pro יַחְמְיָה quem Jehova defendit, tuetur) n. pr. viri 1 Par. VII, 2.

חָמַט rad. inusit. Chald. incurvavit, inflexit se, humi procubuit, in Targg. pro hebr. כָּרַע. Inde

חֹמֶט m. Lev. XI, 30 *lacertae* species. LXX. σαύρα. Vulg. lacerta. Syr. ܡܫܟܢܬܐ id. Saad. et Arabs Erp. حربا chamaeleon. — Gr. Venet. (φερέοικος) cum Rabbinis *limacem* intelligit, et ita vocabulo utuntur Hebraei recentiores (parab. vulp. p. 74), sed a contextu id alienius. — Caeterum in etymo definiendo neque Bochartus placet (Hieroz. 2., p. 500 Lips.), qui חֹמֶט repetit a talmud. חמטון terra arenosa, et propterea lacertam intelligit *in arena degentem*, arab. حلكا, videtur enim illud vc. ortum ex gr. ἄμαθος: neque Jo. Simonis, qui lacertam *venenatam* interpretatur, coll. خمط ira percitus est (quod nihil probat) et ܚܡܬܐ ira, venenum (i. q. חֵמָה), quod est a rad. יָחַם.

חֻמְטָה (fort. i. q. syr. ܡܚܣܢܐ propugnaculum) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. XV, 54.

חָמַל fut. יַחְמֹל inf. חֶמְלָה Ez. XVI, 5 *mansuetus, mitis fuit.* (Arabes litteris transpositis حَلُمَ mitis, clemens fuit, حِلْمٌ μακροθυμία, حَلِيمٌ mansuetus. Origo est in mollitie, et primaria significatio servata est in gr. ἀμαλός, ἁμαλός, ἁπαλός). Inde

1) *misertus est*, sq. עַל pers. Exod. II, 6. 1 Sam. XXIII, 21. — 2) *pepercit*, absol. Iob. VI, 10: בְּחִילָה לֹא יַחְמֹל *in dolore, qui non parcit.* XVI, 13. XXVII, 22. Prov. VI, 34. Thren. II, 21. III, 43 (passim copulatur cum חוּס Jer. XIII, 14. Ez. VII, 4. 9) al., sq. עַל 1 Sam. XV, 3. 9. 15. 2 Sam. XXI, 7. 2 Par. XXXVI, 15. 17. Jer. XV, 5. Joël II, 18. Zach. XI, 5. Mal. III, 17, sq. אֶל Jes. IX, 18 (19). Jer. LI, 3, it. *pepercit rebus, parce usus est*, sq. אֶל Jer. L, 14: אַל תַּחְמְלוּ אֶל חֵץ *ne parcatis sagittis*, לְ c. inf. 2 Sam. XII, 4: וַיַּחְמֹל לָקַחַת, עַל Iob. XX, 13. Ezech. XXXVI, 21: *parcam nomini meo sancto*, honori eius consulam.

חָמוּל (clementiam expertus) n. pr. viri Gen. XLVI, 12. 1 Par. II, 5. N. gent. חָמוּלִי Num. XXVI, 21.

חֶמְלָה f. *clementia* (Dei) Jes. LXIII, 9. — Gen. XIX, 16: בְּחֶמְלַת יְיָ עָלָיו Vulg. *eo quod parceret Dominus illi.*

מַחְמָל m. *miseratio*, inde *amor favorque*, eiusque obiectum. Ez. XXIV, 21: מַחְמַד עֵינֵיכֶם וּמַחְמַל נַפְשְׁכֶם *desiderium oculorum vestrorum et miseratio animae vestrae* i. e. res vobis carissima (de sanctuario). Significatione vocabuli insolentiore usus est propheta propter paronomasiam nominum מַחְמָד et מַחְמָל. Bene Chald. חֲגִיב נַפְשְׁכוֹן. Magis ad verbum LXX ὑπὲρ ὧν φείδονται αἱ ψυχαὶ ὑμῶν. Vulg. *super quo pavet* (l. parcit) *anima vestra.* Syr. ܚܘܣܝܐ ܕܢܦܫܟܘܢ. *Alb. Schult.* Opp. min. pag. 315: מַחְמַל נ' interpretatur *ad quod* desiderio *fertur anima vestra*, coll. ar. حمل الى شى desiderio latus est ad aliquid, ut idem valeat quod מַשָּׂא נַפְשָׁם, quod Comm. 25 eodem contextu legitur. Caeterum nescio an locutio arabica sit حمل على شى, quanquam nihil definio, quum exempla neque Schultens. dederit, neque ipse in promtu habeam.

חָמַם *caluit, incaluit.* (Arab. حَمَّ calefecit et fut. A calida fuit aqua, حَمَّامٌ balneum calidum, حَمِيمٌ thermae

cf. حمى febrit dies. Syr. ܚܡܡ calidus fuit. Aph. calefecit ܐܫܚܢ, ܚܘܡܐ aestus, calor, cf. ܚܡ incaluit. Melit. hamham calefecit, hamm calor magnus. Vicinum est יָחַם). Praet. חַם Ex. XVI, 21: חַם הַשֶּׁמֶשׁ. Jes. LXIV, 16: הֶאָח חַמּוֹתִי εὐάζ! calefio. Metaph. Ps. XXXIX, 4: חַם לִבִּי בְּקִרְבִּי incaluit cor meum in pectore meo, de ira occulta. Impers. חַם לוֹ es wurde ihm warm, incaluit. 1 Reg. I, 2. Eccl. IV, 11. — Fut. יֵחַם, וַיֵּחַם calefacit se, incalescit Jes. XLIV, 15. 16. 2 Reg. IV, 34, it. fut. A. יֵחַם calefit (Deut. XIX, 6), יֵחַם Ezech. XXIV, 11, pl. יֵחַמּוּ Hos. VII, 7 incalescunt (libidine). Impers. יֵחַם לוֹ (es wird ihm warm) 1 Reg. I, 1, יֵחַם לָ Eccl. IV, 11. Fuerunt qui has formas referrent ad יָחַם, sed hoc praestat, cf. praet. רַע fut. יֵרַע — Inf. חֹם (v. infra), semel חֲמַם, unde cum suff. לַחְמָם (cf. הֱיוֹת, לִהְיוֹת) ad calefaciendum se Jes. XLVII, 14 (quo nonnulli referunt etiam Iob. XXX, 4, male).

Niph. part. נֵחָמִים (ad formam v. Lgb. §. 103, not. 8) *calefacti, accensi* sc. libidine Jes. LVII, 5, sq. בְּ (*in* idola).

Pi. calefecit (ova) Iob. XXXIX, 14 (17).

Hithpa. calefecit se Iob. XXXI, 20.

חַם 1) adj. *calidus*, de pane recens cocto Jos. IX, 12. Plur. חַמִּים de vestibus sole calefactis Iob. XXXVII, 17.

2) n. pr. *Hamus*, Noachi filius natu tertius et minimus Gen. V, 32. VI, 10. VII, 13. IX, 18. 22, cuius posteri, *Hamitae*, Gen. X, 6—22 australes potissimum terrae regiones, ut Aegyptum, Aethiopiam, praeterea etiam Canaanaeam s. Phoeniciam occupasse perhibentur, apte ad nomen eius, quod *calidum* (qs. *Αἰθίοπα*) significat. Poët. אֶרֶץ חָם *terra Hami* Ps. CV, 23. 27. CVI, 22 et אָהֳלֵי חָם LXXVIII, 51 *tentoria Hami* spec. *Aegyptum* designant, qua locutione utentes veteres Hebraei probabiliter Hamum, Noachi filium, cogitabant, revera tamen genuino et domestico Aegypti nomine utebantur paullulum ad hebraeae linguae similitudinem inflexo. Hieron. quaest. ad Gen. IX: *unde in praesenti (LXX) Cham transtulerunt, pro eo, quod est Ham, a quo et Aegyptus usque hodie Aegyptiorum lingua Ham dicitur.* Plutarch. de Iside et Osiride §. 33: ἔτι τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον οὖσαν, ὥσπερ τὸ μέλαν τοῦ ὀφθαλμοῦ, Χημίαν καλοῦσι. In lingua enim coptica Aegyptus appellatur ⲬⲎⲘⲒ, in dialecto sahidica ⲔⲎⲘⲈ, quae vocabula *nigredinis* potestatem habent a memphit. ⲬⲀⲘⲈ, ⲬⲀⲘⲎ niger, theb. ⲔⲀⲘⲈ, unde ⲠⲒⲬⲎⲘⲒ ⲚⲂⲀⲖ nigrum oculi; Aegyptum autem *μελάγγειον* esse, certatim testantur veteres, Herod. 2, 12. Virg. Ge. 4, 23, cf. Jablonskii Opuscc. ed. te Water I, p. 404 sqq. Champollion l'Égypte sous les Pharaons I p. 104. In inscript. Rosettensi hoc vocabulum plus quam decies (lin. 1. 6. 7. 8. 11. 12. 13) legitur, et a Champollione, Akerbladio, Spohnio pronunciatur *chmé*, v. Akerblad lettre à Silv. de Sacy sur l'inscription de Rosette p. 33—37. Spohn de lingua aegypt. II, 20.

חֹם 1) infinit. Kal, *incalescere*. Jer. LI, 39: בְּחֻמָּם *ubi incaluerint* (vino et libidinibus). 2) *calor*, max. solis, diei. כְּחֹם הַיּוֹם calente die i. e. tempore meridiano Gen. XVIII, 1. 2 Sam. IV, 5, בְּחֹם הַשֶּׁמֶשׁ 1 Sam. XI, 9, עַד חֹם הַיּוֹם ibid. Vers. 11, עַד חֹם הַשֶּׁמֶשׁ Neh. VII, 3, cf. Gen. VIII, 22. Iob. XXIV, 19. Jes. XVIII, 4, it. *calefactio* Hagg. I, 6.

חַמָּה f. 1) *calor* solis. Ps. XIX, 7: אֵין נִסְתָּר מֵחַמָּתוֹ *nihil occultum est a calore* i. e. luce *eius*. De *luce* solis חמה usurpatur in Mischna Succa 1 §. 1: סוכה.... שחמתה מתרבה מצילתה *tabernaculum .... in quo lux solis maior quam umbra*, worin mehr Sonnenschein ist als Schatten. 2) poët. pro ipso *sole* Iob. XXX, 28. Jes. XXIV, 23. XXX, 26. Cant. VI, 10. In Mischna est formula עד הנץ החמה antequam emicat sol Berach. 1 §. 2 Taanith 3 §. 9.

חַמּוּאֵל (aestas Dei) n. pr. viri 1 Par. IV, 26.

חַמּוֹן (calidus, apricus) n. pr. 1) oppidi Aseritarum Jos. XIX, 28. 2) oppidi Naphtalitarum 1 Par. VI, 61.

חַמָּן, tantum in pl. חַמָּנִים *simulacrorum* vel *statuarum* genus, ab idololatris cultum, quod copulatur cum אֲשֵׁרִים (i. e. simulacris Astartes), ut alibi plur. הַבְּעָלִים, Jes. XVII, 8. XXVII, 9. 2 Par. XXXIV, 4. 7, aliisque idololatriae instrumentis, ut בָּמוֹת Lev. XXVI, 30. Ez. VI, 4. 6. 2 Par. XIV, 4, et in altaribus Baalis stetisse dicitur 2 Paral. XXXIV, 4: וַיְנַתְּצוּ לְפָנָיו אֵת מִזְבְּחוֹת הַבְּעָלִים וְהַחַמָּנִים אֲשֶׁר לְמַעְלָה מֵעֲלֵיהֶם גִּדֵּעַ *et confregerunt in conspectu eius* (Josiae) *altaria Baalum et statuas, quae iis imposita erant, deiici iussit.* Veteres interpretes aut generatim *simulacra* s. *idola* reddunt (LXX. Jes. 27 et 2 Par. 24 εἴδωλα, Lev. 26 ξύλινα χειροποίητα, Jes. 17 βδελύγματα. Vulg. Lev. et 2 Par. 34 simulacra. Syr. ܢܨܒܐ, ܦܬܟܪܐ. Saad. in Pent. et Jes. أَنْدَاد), aut *delubra* (τεμένη LXX. Ez. et οἱ γ' ib. et Jes. 27; ὑψηλά 2 Par. 34, 4. 7 i. q. בָּמוֹת; *delubra* Vulg. Jes. Ez. et 2 Par. 14, 4 et 34, 7) et speciatim quidem πυρεῖα, πυραθεῖα (intp. Pers. Lev. آفتاب خانها solis domus s. delubra). Sunt etiam nonnulla dubiae interpretationis, ut gr. ἀκαβάντες ap. Gr. Venet. (sed v. infra) et chald. חֲנִסְנַיָּא, חֲנִיסְנַיָּא, quo vocabulo Chaldaei interpretes constanter reddunt חַמָּנִים. Mera enim coniectura est, quod Buxtorf. in Lex. chald. p. 796 statuas Soli dicatas exponit, et malim *vela* intelligere (ita enim hoc vc. occurrit Jes. 3, 19), inde *sacella velis cincta et velata* (בָּמוֹת טְלֻאוֹת Ez. 16, 16 cf. p. 188 B), vel cum Rosenmuellero (de vers. Pent. pers. p. 46. 47) *delubra astrorum cultui dicata*, coll. خُنَّس stellae, spec. Mercurius et Venus. Sed et *delubra*, quae ex recentioribus intelligunt Bochartus Canaan II, 17. Jurieu hist. des dogmes et des cultes p. 717, et πυρεῖα (v. Grotius ad Levit. l. c. Vossius

de origine idololatriae 2, 9. Mignot in Memoires de l'acad. des inscriptions XXXVIII p. 38) abiicienda sunt propter locum 2 Par. XXXIV, 4, ut bene observarunt Vitringa ad Jes. XVII, 8 et Spencerus de legibus ritualibus II c. 25, atque unice veram sententiam ex veteribus expressit Arabs Erp. in Levit. transferens شمسات *soles, solis simulacra*, quam recte explicuit Kimchius ad rad. חמם: מן השרש הזה ומן הענין הזה והכרתי אֶת־חַמָּנֵיכֶם והנון נוסף ונקראו כן לפי שעשו אותם עובדי השמש *ab hac radice et hac (solis) significatione repetendum est* חַמָּנִים *Lev. XXVI, 30, addito Nun servili: quae ita appellantur, quia faciant ea solis cultores*, quocum in etymo consentiunt, quamquam alias minus probandi Jarchi ad Levit. l. c. *species quaedam idolorum, quae constituebant super tecta, et quoniam illa collocabant in sole, vocabantur* חמנים, et Aben Esra: מגזרת חמה בתים עשוים להשתחוות לשמש *a vocabulo* חַמָּה; *sacella sunt facta ad solem adorandum.* Namque חַמָּן est adiectivum a חַמָּה formatum, pr. *solaris*, quod in monumentis phoeniciis atque palmyrenis ex parte nostra demum memoria erutis bifariam usurpatur, *primum* ita ut copuletur cum בַּעַל et *Dominum Solarem* s. *Baalem Solarem* (deum Solis) significet, *dein* separatim et elliptice *eius numinis statuam* significans, ut חַמָּנִים in V. T. et alibi עַשְׁתָּרוֹת, אֲשֵׁרִים, בְּעָלִים.

In his est 1) lapis Melitensis, cuius apographum ex schedis Academiae Parisiensis mecum communicavit Cl. Steph. Quatremère (v. praef. ad Lex. min. ed. 2. p. XXXI) et postea lapidi inscriptum edidit Hamakerus, Miscell. Phoenic. tab. 3, no. 1, in quo lin. 3—5 hae litterae leguntur:

citra controversiam legendae: לבעל חמנ אבנ, quae equidem interpretor: לְבַעַל חַמָּן אֶבֶן *Domino Solari lapidem*, non cum Hamakero (l. c. p. 39): לַבַּעַל חַמָּן אֶבֶן *Baali (stelam) solarem lapideam.* *) Nam etiam 2) in inscriptionibus Punicis Humbertianis ab Hamakero editis (Lugd. Bat. 1822. 4) בַּעַל חַמָּן eodem modo iunctum reperitur. Liceat integram apponere inscriptionem *tertiam*, maxima parte illaesam ideoque reliquis explicatu tutiorem cum interpretatione nostra alibi uberius vindicanda, quae in multis consentit cum ea quam proposuit Quatremère in Nouveau Journal Asiatique 1828 p. 15 sqq. (cf. quae prius tentavi Ephemerid. Hal. 1826 no. 111 et contra Hamaker. l. c. p. 106 sqq.).



Litteras ita lego et dispesco:

לרבתנ תלת ול
בעלנ לאדנכ ב
על חמנ אשנד
ר גדעשתרת
הספר בנ עבדמלקר

easque more Hebraeorum ita scribas: לְרַבָּתֵנוּ תָּלַת וּלְבַעֲלֵנוּ לַאֲדֹנֵנוּ בַּעַל חַמָּן: אִישׁ נֶדֶר גַּדִּי־עַשְׁתֹּרֶת הַסֹּפֵר בֶּן־עֶבֶד מֶלְקַר *Dominae nostrae Tholath et deo nostro, domino nostro Baali Solari. Vir voti* (vovens) est *Gaddi-Astoreth* (fortuna Astartes), *scriba, filius Ebed-Melkar* (i. e. servi Herculis, Heraclii): qua quidem in interpretatione quamquam nonnulla coniecturalia inesse facile largior (praesertim in fine inscriptionis, ubi pressius scriptae sunt litterae et nescio an minus perfectae, lineolas quasdam supplendas duxi punctisque significavi): ea tamen quae ad nostram disputationem pertinent, dubio carere videntur, quamquam Hamakerus legit בעל חמלא (dominus clementiae). Similia etiam in reliquis comparent, velut in *prima*:

לב ....
[על] חמן אש נדר עבדמלך בן
חשמן בן עבדבעל

Baali Solari. Vovens est *Ebed-Molech, filius Haschman, filius Ebed-baal*, et in *secunda*, quoad ex laesa eius superficie effici potest,

לְרבתן חלת ו...
לאדנן בעל חמן
אש נדר עבדאשמן

et quae reliqua sunt, denique in *quinta*

...... חמן אשנ
. נבעל בן

Paulo aliter 3) in inscriptione Palmyrena Oxonii asservata (Chandler marm. Oxon. P. II. tab. IV no. IX, Kopp Bilder und Schriften der Vorzeit II p. 133), cuius quattuor lineae priores ita se habent

*) Integram inscriptionem is ita legit: *posuit Nokla, dominus Elalensium, expiandi causa Baali columnam lapideam, quoniam incircumcisus est sermone.*



id est:

CCCLX ירח אלול שנת
..עז חמנא דנא ועלתא דנא
(ע)בדו וקרבו לשמש וזביד
בני מלכו בר ירעבל בר נשא

mense Elûl anni 360 ... *hanc statuam solarem* (fort. hunc obeliscum) *et hoc altare fecerunt et obtulerunt Soli atque donarunt filii Malchûs, filii Jeribel, filii Nasî* cet. ad quem locum provocare poterat HAMAKERUS, qui חַמָּן subintellecto פֶּסֶל ubique statuam solarem interpretatur.

De eiusmodi statuarum figura si quaeris, bene iam SPENCERUS l. c. sect. 3 observavit, imagines solis antiquissimas apud Aegyptios, Syros et Phoenices formae conicae vel pyramidalis fuisse in modum flammae surgentis (v. Herodian. V, 3 §. 10 de statua Elagabali i. e. Solis: *Λίθος δέ τις ἐστι μέγιστος, κάτωθεν περιφερής, λήγων εἰς ὀξύτητα· κωνοειδὲς αὐτῷ σχῆμα μέλαινά τε ἡ χροία.* Max. Tyr. dissert. VIII p. 87 Markl. Plin. 36, 8 al. ap. Jablonskium Panth. aegypt. III, prolegg. §. 34), cuius generis figurae etiam in monumentis, velut in nummis Emesenis comparent (v. Hamakerum l. c. p. 119. 130), et nescio an idem significare voluerit Gr. Venet. vocabulo ἅπαξ λεγομένῳ ἀκάβαντες i. e. in aciem exeuntes, obelisci (ab ἀκή et βαίνω, cf. λυκάβας a λύκη lux et βαίνω). Caeterum vero etymo ita confirmato facile carebis aliis de huius vc. origine coniecturis, velut LORSBACHII (Ephemerid. Jen. 1815 no. 59) a pers. خمانايى similitudo, imago Cast. Lex. pers. col. 89. 243, Rosenmuelleri a حما tuitus est, unde חַמָּן numen tutelare, eiusque statua, Adelungii (Mithridat. I p. 159) a pers. *oman* sacer ignis, et quae sunt reliqua.

חַמַּת (thermae) n. pr. oppidi Naphtalitarum in vicinia Tiberiadis (רַקַּת) Jos. XIX, 35, apud Joseph. (bell. jud. 4, 1) Ἀμμαοῦς, quod ipse interpretatur θερμά, cf. Archaeol. 18, 3. RELANDI Palaest. 301. 703. LIGHTFOOT Opp. II p. 224. Non diversum videtur

חַמּוֹת דֹּאר, quod Jos. XXI, 32 inter oppida asyli apud Naphtalitas recensetur.

חָמַס fut. יַחְמֹס (non יַחְמֹּס, ut ap. Buxtorf. al.) 1) *violenter egit, violenter oppressit, iniuriam intulit* pr. acer, vehemens, hinc violentus fuit i. q. חָמֵץ no. 3, a. (Arab. حمس in bonam partem, fortis, strenuus, constans fuit, حَمَاسَة virtus bellica, cf. שָׁדַד). Jer. XXII, 3. Prov. VIII, 36: *qui peccat in me* חֹמֵס נַפְשׁוֹ, *is iniuriam facit* nocet *vitae suae*. Iob. XXI, 27: מְזִמּוֹת עָלַי תַּחְמֹסוּ *consilia* vestra, quibus *me opprimere vultis*, die Pläne, wie ihr mich schlagen wollt. חָמְסוּ תוֹרָה legem violavit Ez. XXII, 26. Zeph. III, 4. 2) *violenter destruxit, revellit* (sepem) Thren. II, 6, *sibi avellit* Iob. XV, 33: יַחְמֹס כַּגֶּפֶן בִּסְרוֹ *instar vitis avellit sibi* i. e. deiicit *uvas acerbas*.

Niph. violenter tractatus est Jer. XIII, 22 h. l., id quod alterum membrum demonstrat, violenter nudatus est.

חָמָס m. 1) *violentia, iniuria* Gen. VI, 11. 13: כִּי מָלְאָה הָאָרֶץ חָמָס. Iob. XVI, 17: עַל לֹא חָמָס בְּכַפָּי *quamquam iniuria non erat in manibus meis*, manibus meis non adhaerebat easque polluebat (cf. 1 Par. XII, 17. Jes. LIII, 9. LIX, 6). XIX, 7. Ps. XI, 5. XXV, 19. XXVII, 12. LV, 10. Prov. XXVI, 6 et saepe. Passim copulantur חָמָס וָשֹׁד Jer. VI, 7. XX, 8. Ez. XLV, 9. Am. III, 10, שֹׁד וְחָמָס Hab. I, 3. — אִישׁ חָמָס Ps. XVIII, 49. Prov. III, 31 et אִישׁ חֲמָסִים 2 Sam. XXII, 49. Ps. CXL, 2. 5 vir violentus. עֵד חָמָס testis iniuriae i. e. falsus Ex. XXIII, 1. Deut. XIX, 16, pl. Ps. XXXV, 11. כְּלֵי חָמָס arma violentiae Gen. XLIX, 5, נְאוֹת חָמָס sedes violentiae Ps. LXXIV, 20. — Genitivus et Suffixum tum ad eum refertur, qui iniuriam infert, tum ad eum, qui patitur. Prioris generis sunt חֲמָסוֹ *iniuria eius* i. e. quam intulit Ps. VII, 17, חֲמַס יְדֵיהֶם LVIII, 3 cf. Ez. XII, 19, posterioris חֲמָסִי iniuria mihi illata Gen. XVI, 5, חֲמַס בְּנֵי יְהוּדָה Joël. IV, 19, adde Iudd. IX, 24. Obad. 10. Hab. II, 8. 17. Jer. LI, 35. (Sic in hoc ipso *iniuriae* vocabulo Romani v. c. Caes. bell. gall. 1, 30: pro veteribus Helvetiorum iniuriis populi Romani i. e. populo Romano

illatis, ubi vide intpp., adde Heinrich ad Cic. part. inedit. p. 21). — 2) *quod vi et iniuria partum est.* Am. III, 10. Plur. יֵין חֲמָסִים vinum inique partum Prov. IV, 17.

תַּחְמָס m. Lev. XI, 16. Deut. XIV, 15 avis impura, a violentia et iniuria dicta (v. rad.), auctore BOCHARTO (Hieroz. II, p. 830 sqq. Lips.) *struthio mas*, etiam apud Arabes ظليم violentus, iniquus appellatus (ظلم in V. T. Versionibus arabicis creberrime respondet hebraeo חמס), a crudelitate in pullos (cf. Iob. XXXIX, 14 sqq. Thren. IV, 3), qua sententia adoptata praecedens בַּת יַעֲנָה sensu strictiori de struthione femina accipiendum est: nonnullarum autem bestiarum mares atque femellas diversis nominibus appellari satis constat (gr. hebr. §. 105, 1). Ex veteribus alii (LXX. γλαύξ. Vulg. noctua. Onk. צִיצָא. Gr. Ven. νυκτικόραξ) *noctuam* reddunt, quod defendit OEDMANNUS verm. Samml. II p. 44 coll. arab. خمش unguibus vulneravit, alii *hirundinem* (Jon. Targ. Hieros. Saad., cf. Judaeos Orientales ap. *Niebuhrium*, descr. Arabiae p. 42 praef.), Hebraei interpretes *avem rapacem* in genere.

חָמֵץ Ex. XII, 39 fut. יֶחְמַץ ibid. 34, inf. חֻמְצָה Hos. VII, 4 *acer fuit*, vicin. rad. חָמַס. Refertur

1) ad gustum, et est *acidus fuit* (arab. حَمُضَ, حَمِضَ, حَمَضَ, syr. ܚܡܰܥ talmud. Hiph. id.), spec. de pane fermentato Ex. Hos. ll. cc. (syr. ܚܡܺܝܥ, chald. חֲמַע fermentatus est), de aceto (v. חֹמֶץ), it. *salsus fuit* (v. חָמִיץ).

2) ad visum: *acuti coloris fuit* i. e. *splendidi*, qui fulgore suo oculos perstringit, max. de rubore splendente (hochroth). Part. pass. Jes. LXIII, 1: חֲמוּץ בְּגָדִים *splendida veste* i. e. rubra, purpurea, qualem imperatores gestabant (Aelian. var. hist. 6, 6. Val. Max. 2, 6) vel etiam sanguine tincta (Apoc. XIX, 15). Ita LXX. ἐρύθημα ἱματίων, Syr. Abulwalid. et Kimchi, cf. אָדֹם Comm. 2. BOCHARTUS in Hieroz. I p. 114: „ὀξύ in coloribus vir magnus in Solinum [p. 141. 244] censet opponi τῷ βαρεῖ id est austero: adeoque ut τὸ βαρύ maxime pressum est et saturum et quadam coloris tristitia profundum, ita ὀξύ dici quod clarum est et vegetum et multo lumine excitatum, quales sunt laeti omnes et floridi colores, quos εὐανθεῖς Graeci appellant et ab austeris distinguunt. In his, quia clarae purpurae color facile principatum obtinet, ὀξύ fere dicitur de *purpureo*. Inde oxyblatteum, oxyporphyron, oxyphoeniceum, et similia. Et ῥόδα Chaeremon in Thyeste [Athen. XIII, 608] appellat ὀξυφεγγῆ. Apud Suidam in Sardinia fieri dicuntur πορφύραι διάφοροι καὶ ὀξύταται. In Codino [Byzantino, de official. c. 3] despotae calcei χρώματος ὀξέως καὶ λευκοῦ i. e. purpurei vel coccinei, idem alibi [c. 18] ὀξύ explicat per κόκκινον." Adde ὀξὺ φάος Il. ξ', 345, ὀξεῖα αὐγή ρ', 372. Pind. Olymp. 3, 43, *acer splendor* Lucr. 4, 330, rubor acerrimus Senec. quaest. I, 14, et de purpura πορφύρα ἐρυθρὰ καὶ ὀξεῖα Plut. Cat. min. 6 (opp. μέλαινα), φοινικὶς ὀξεῖα Aristoph. Pac. 1172. ὀξυτέρα καὶ τηλαυγεστέρα Aelian. hist. anim. 4, 46, lat. fulgens murex Aen. 9, 614, purpurae lumen Stat. silv. 4, 5. Ita hebr. שָׁנִי coccus est a سنا splenduit, chald. זְהוֹרִי, syr. ܙܗܘܪܝܐ a זְהַר splenduit, cf. arab. فلق acutus fuit, splenduit; فقع secuit, et summe flavus fuit al. Haec ipsa rad. ܚܡܰܥ apud Syros Ethpa. est *erubuit*, ܚܘܡܥܐ *pudor*, pr. rubor genarum 1 Tim. II, 9. Hebr. XII, 28.

3) Translate ad animum est a) *vehementer, violenter egit*, ut cognatum חָמַס, inde part. חוֹמֵץ violentus Ps. LXXI, 4, cf. חָמוֹץ et חָמֵץ no. 2. (Talmud. חַמְצָן raptor, violentus. Aeth. ገመፀ: iniustus, violentus fuit, iniuria affecit, צ et ח permutatis). b) acerbus fuit, de dolore, v. Hithpa.

Hiph. part. fem. מַחְמֶצֶת intrans. *acidum* (pr. quod acidum saporem edit), *fermentatum* Ex. XII, 19. 20.

Hithpa. exacerbatus est i. e. ira, dolore percitus gr. παροξύνεσθαι. Ps. LXXIII, 21: יִתְחַמֵּץ לְבָבִי cf. Act. XVII, 16 παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ. Abulwalid: ترجمته يحمض فوادي أي اغضب وهكذى تقول العرب ايضا فلان احمض الفواد اذا كان غضبان *explico: acidum est cor meum i. e. irascor. Eodem modo Arabes quoque dicunt: acidum reddidit aliquis cor suum, ubi iratus est.* Cf. chald. Pa. dolorem attulit Prov. X, 1, Aph. exacerbavit ibid. XXV, 8. XXVIII, 7 Targ., in lingua nasor. ܡܚܡܥܐ de acrimonia irae, v. Norberg. p. 70. Lat. *acria corda* et *iracundam mentem* coniungit Lucr. 3, 295, *iram acrem* dicit id. 3, 142. 5, 400, *acetum* habet in pectore Plaut. Pseudol. 2, 4, 49, peracescit pectus Aulul. 3, 4, 9, totum in fermento esse, pro iratum esse Merc. 5, 3, 3.

חָמֵץ adj. 1) *fermentatum* Ex. XII, 15. XIII, 3. 7. XXIII, 18. XXXIV, 25. Lev. II, 11. VI, 10. VII, 13. XXIII, 17. Deut. XVI, 3. 2) Am. IV, 5 prob. i. q. חָמָס *vi et iniuria partum*, v. rad. no. 3. Ita Targ. אוֹנֶס. Ferri quidem possit vulgaris fermentati significatio, sed illud ad contextum aptius.

חָמוֹץ m. *violentus* i. q. חֹמֵץ, v. rad. no. 3, a (cf. עָשׁוֹק et עָשֵׁק, רָזוֹן et רָזַן, בָּחוֹן et בָּחַן Lgb. 487). Jes. I, 17: אַשְּׁרוּ חָמוֹץ *ducite* in viam virtutis *violentum*, oppressorem. Abulw. اهدوا الظلوم, Kimchi: הדריכו גוזל. Contra vett. interpretes tantum non omnes reddunt: *felicem reddite* restituite *oppressum*. LXX. ῥύσασθε ἀδικούμενον. Vulg. *subvenite oppresso*, et ita Chald. Syr. Saad., neque magnopere repugno, forma enim intransitiva (חָמוֹץ) passivam vim induisse potest. BOCHARTUS (Hieroz. I, p. 113) confert arab. حامض الفواد vir acidus corde sec. Kamusum i. q. متغير فاسد eo mutatus et corruptus, qua figura Graeci nebulonem ὀξίνην (Aristoph. Equ. 335), Romani *vappam* appellant (Hor. sat. 1, 1, 104. 2, 12. Plin. 14, 20 §. 25).

חָמִיץ adj. *salsus.* Jes. XXX, 24: בְּלִיל חָמִיץ *farrago salsa* i. e. sale conspersa, quam oves et iumenta in deliciis habent (v. J. H. Vossium ad Georg. p. 631), ut proverbio dicant Arabes, dulce pabulum (خلة) esse camelorum panem, acidum esse pro bellariis (فاكهة). Solent autem orientales, ut pecudis camelorumve stomacho fastidienti subveniant, pabulo herbas salsuginosas (حمض Salsola Kali) admiscere, unde حمض I. herbam salsam comedit IV. talem apposuit, حامض, حميض camelus ea vescens. V. Boch. Hieroz. l. c. Harmari observatt. 1, 49. Transfertur ad pabulum quodvis delicatius (v. مُحَمَّض Abulf. Syr. p. 96. 104. 107), atque ita Kimchi quamquam veri etymi ignarus: *interpretatur R. Jona purum et bonum: cique simile vocabulum habent Arabes, qui pabulum pecudis praestantius appellant* חמצה, צ *punctato. Est igitur pabulum pingue.*

חֹמֶץ m. *acetum.* Num. VI, 3. Ruth II, 14. Ps. LXIX, 22. Prov. X, 26. XXV, 20. (Chald. חַמְצָא et חֲמַע). LXX. ὄξος, sed Prov. X ὄμφαξ, Syr. ܚܡܥܐ i. e. uva immatura, quomodo Baal Aruch interpretatur etiam talmud. חומץ; sed vulgaris significatus et h. l. et Ps. LXIX, 22 (ubi Michaëlis reddit: omphacium, vinum acerbum) non ineptus.

חָמַק 1) *circuivit*, cogn. rad. חָבַק. Vide Hithpa. 2) *vertit se* ad discedendum. Cant. V, 6: דּוֹדִי חָמַק עָבָר *amicus meus vertit se, discessit.* Aqu. ἔκλινεν, παρῆλθεν. Symm. ἀπονεύσας παρῆλθεν. Vulg. declinaverat, transierat. Kimchi: סבב. (Reliquae linguae cognatae hanc significationem ignorant: potest tamen inde ductum esse arab. حمق demens fuit, pr. perversae mentis fuit, cf. שָׁנָה טַעַם).

Hithpa. vertit se, circuivit, inde *circumvagatus est.* Jer. XXXI, 22.

חַמּוּק m. *circuitus.* Cant. VII, 2: חַמּוּקֵי יְרֵכַיִךְ כְּמוֹ חֲלָאִים *circuitus femorum tuorum* est *instar monilium*, quae tuberibus constant. Pingitur puella καλλίπυγος. Gr. Venet. αἱ περιοχαὶ μηρῶν σου. Kimchi: סביבי ירכיך אמר זה על עובי הירכים. Cf. Reiske ad Motanabb. 26, 8. Bohlen ad eund. p. 51.

חָמַר 1) *aestuavit, ferbuit.* (Arab. خمر I. II. IV. fermentavit, VIII. fermentatus est, it. ferbuit vinum. Armen. խմոր *chmuër* fermentum). De aestu maris Ps. XLVI, 4: יֶהֱמוּ יֶחְמְרוּ מֵימָיו *fremunt, fervent aquae eius.* De vino Ps. LXXV, 9: *nam poculum est in manu Jovae* וְיַיִן חָמַר *et vinum fervet* i. e. recens infusum spumat et ebullit. Sed Kimchius, Mich. Rosenm. al. *vinum rubet*, rutilat (v. Prov. XXIII, 31) cf. no. 2. Vide pass., חֶמֶר vinum, חֹמֶר no. 1.

2) *rubuit*, a fervendo, aestuando, inflammando. (Arab. حَمِرَ conj. IX et XI rubuit, conj. I med. E ira exarsit (vir). Conj. II rubro colore scripsit, أَحْمَرُ ruber, حُمْرَة rubedo, حَمْرَاء ardor vehementissimus: خمر erubuit, pudore affectus est. Cogn. est חָפֵר خَفِرَ erubuit). Ita sec. nonnullos de vino Ps. LXXV, 9 (cf. no. 1.). Inde חֶמֶר, חֲמוֹר, חֵמָר no. 2.

3) *tumuit*, itidem ab aestuando et effervescendo: quae enim aestuant, ut mare, fermentum, ulcus, ea intumescunt. Inde חֹמֶר no. 3, חֲמוֹר, חֲמוֹרָה tumulus, acervus.

4) denom. a חֵמָר *bituminavit, bitumine oblevit* Ex. II, 3.

Pass. gem. formae *Poalal.* חֳמַרְמַר *aestuavit* (gähren, brausen), de visceribus hominis valde commoti (cf. חָמָה no. 3, רָתַח) Thren. I, 20. II, 11, de facie lacrimarum aestu inflammata Iob. XVI, 16. (Huius generis formas geminatas in linguis semiticis ibi potissimum adhiberi, ubi motus celer significandus est, multis exemplis ostendit H. Hupfeld in Exercitatt. aethiop. p. 27. 28).

חֵמָר m. ἄσφαλτος (ut bene LXX), *bitumen*, quod prope Babylonem, in vicinia maris mortui et in eiusdem fundo ex fontibus subterraneis olei vel picis fervidae instar ebullit, postea solis calore concrescit et in superficie maris mortui colligitur, quod inde *lacus asphaltites* vocatur (v. Tac. hist. 5, 6. Strabo XVI. p. 743. 763 Casaub. Diod. 2, 48. 19, 98. 99. Curt. 5, 16. Abulf. Syria p. 12, et quae ex recentiorum itineratorum commentariis collegit Rosenmueller, altes und neues Morgenland I, no. 24. 31, cf. Seetzen in Zachii Correspond. 18 p. 343. Burckhardt Syr. p. 664). Gen. XI, 3. XIV, 10. Ex. II, 3. Arab. حُمَر. Dictum est vel ab effervescendo et ebulliendo ex fontibus (v. Gen. XIV, 10), a rad. no. 1, vel a rubedine, praestantissimum enim rubet. Diosc. 1, 99: ἄσφαλτος διαφέρει ἡ ἰουδαϊκὴ τῆς λοιπῆς· ἔστι δὲ καλὴ ἡ πορφυροειδῶς στίλβουσα ..... γεννᾶται καὶ ἐν Φοινίκῃ καὶ ἐν Σιδόνι καὶ ἐν Βαβυλῶνι καὶ ἐν Ζακύνθῳ. Aben Esra ad Ex. l. c. חמר הוא טיט אדום מדבק ימצא בארץ ישראל *chemar est lutum rubrum glutinosum, quod reperitur in terra Israëlitica.* Adde Avicennam, Serapionem al. apud Bochartum, Phaleg. 1, 11. Utebantur autem asphalto partim in navigiis bituminandis (Exod. l. c. cf. Jos. bell. jud. 4, 8 §. 4. Buckingham Travels in Mesop. p. 346), partim pro caemento et lithocolla in moenibus exstruendis (Gen. XI, 3 cf. de moenibus Babyloniis latericiis asphalto coniunctis Herod. 1, 179. Plin. 35, 51).

חֶמֶר m. *vinum*, a fervendo et fermentando dictum (arab. خَمْر, خَمْرَة, syr. ܚܡܪܐ), non a rubedine, quae arab. حمر scribitur, vc. poët. Deut. XXXII, 14. Jes. XXVII,

2: כֶּרֶם חֶמֶר *vinea vini*, ubi tamen ed. Sonc. v. d. Hooght cum LXX. Targ. (v. DE ROSSI ad h. l.) כֶּרֶם חֶמֶד *vinea amoena* (cf. Am. V, 11), quam scripturam defendit Hitzigius ad h. l.

חֲמַר chald. emphat. חַמְרָא chald. *vinum*. Esr. VI, 9. VII, 22. Dan. V, 1. 2. 4. 23. In Targg. saepe.

חֲמוֹר m. (semel cum fem. 2 Sam. XIX, 27 pro asina i. q. אָתוֹן) *asinus* (arab. حمار, chald. חֲמָרָא et חַמְרָא, syr. ܚܡܪܐ et ܚܡܳܪܐ, sam. ࠇࠌࠅࠓ id., hung. szamar), a colore subrubro dictus, qualis non solum onagri, sed saepius etiam asini vulgaris et domestici est in regionibus australibus, et a quo hisp. *burro*, *burrico* (ruber, cf. *πυῤῥός*, *πύῤῥιχος*) vocatur, v. etiam צָחֹר. Gen. XII, 16. XXII, 3. 5. XXIV, 35. XXXII, 6. Ex. XIII, 13. XXI, 33. XXII, 3. 8. 9 cet. Utebantur asinis veteres Hebraei tum ad onera ferenda (Gen. XLII, 26. XLV, 23, unde חֲמוֹר לֶחֶם 1 Sam. XVI, 20 asinus pane onustus), tum ad arandum (Jes. XXX, 24. XXXII, 20. Deut. XXII, 10), sed praecipue iis vehi solebant, nec plebeji solum, sed etiam nobiliores (Iud. X, 4. XII, 14. 2 Sam. XVII, 23. 1 Reg. XIII, 13. 23. 2 Reg. IV, 22. 24, quanquam vulgo neque reges neque in bello Zach. IX, 9), et quum illarum regionum asini nostris pulchriores fortioresque sint, iis maior etiam, quam apud nos, honor haberi solebat. Nihil igitur offensionis habet comparatio Issachari cum *asino forti* (v. גֶּרֶם) Gen. XLIX, 14 (cf. Il. λ', 557 sqq., Mervan II Chalifa adeo cognomentum asini Mesopotamiae حمار الجزيرة nactus est, v. Freytag hist. Halebi p. 59), quanquam apud Graecos (*ὄνος πρὸς λύραν*), Romanos (Ter. Heaut. 5, 1, 3. Plaut. 1, 2, 4. Cic. Pison. 30), Aegyptios, Persas (v. *Frähn* ad Ibn Foszlan p. 92) stupiditas et vilitas asini in proverbium abiit. V. BOCHARTI Hieroz. I p. 182 sqq.

2) i. q. חֹמֶר *acervus*, quae forma rarior fortasse propter paronomasiam arcessita est Iudd. XV, 16 (17): בִּלְחִי הַחֲמוֹר חֲמוֹר חֲמֹרָתָיִם *maxilla asini* (cecīdi) *acervum, immo duos acervos*.

3) n. pr. viri Hevitae Patriarchis aequali Gen. XXXIII, 19. XXXIV, 2. Jos. XXIV, 32. Iud. IX, 28.

חֲמוֹרָה f. i. q. חֲמוֹר no. 2 *acervus*, q. v.

חֹמֶר m. 1) *aestus* (undarum) Hab. III, 15, cf. חָמַר no. 1.

2) *argilla*, *lutum*, a rubro colore (v. rad. no. 2), de argilla figuli Jes. XXIX, 16. XLV, 9. LXIV, 7. Jer. XVIII, 4. 6 (cf. Iob. XXXIII, 6), ad consignandum Iob. XXXVIII, 14 (arab. طين الخاتم), de luto, unde lateres fiunt et quo pro caemento utuntur in domibus exstruendis Gen. XI, 3. Ex. I, 14. Iob. XIII, 12. Nah. III, 14 (unde בָּתֵּי חֹמֶר domus luteae Iob. IV, 19), de luto coenoque platearum Jes. X, 6. Iob. X, 9. XXX, 19, unde imaginem praebet copiae Iob. XXVII, 16.

3) *tumulus*, *acervus* (v. rad. no. 3) pl. חֳמָרִים Ex. VIII, 10, inde *Chomer*, mensura aridorum, decem Bathos continens Lev. XXVII, 16. Jes. V, 10. Hos. III, 2. Ez. XLV, 11. 13. 14. Apud serioris aetatis scriptores eadem appellatur כֹּר, q. v. Plur. חֳמָרִים Num. XI, 32.

חֶמְרָן v. חֶמְדָּן.

יַחְמוּר Deut. XIV, 5. 1 Reg. V, 3 arab. يحمور et يامور animal ex genere cervino, coloris subrubri, cornibus serratis intus plenis, quae quotannis proiicit, prob. *cervus dama*. V. BOCHARTI Hieroz. I p. 910 sqq. II, 280 sqq. Lips. OEDMANN verm. Sammlungen I p. 30 sqq.

I. חָמַשׁ rad. inusit. *pinguis fuit*, unde חֹמֶשׁ abdomen. Arab. est خميش adeps Kam. p. 826, sed multo usitatius transpositis litteris شخم adeps, شخم pinguis, obesus fuit, it. حشم pinguis evasit post maciem.

II. חָמַשׁ rad. finitima radicibus חָמַס et חָמַץ i. q. arab. خمس acer, strenuus fuit in proelio. II. IV. ad iram incitavit. XII. iratus fuit. V. durum et contumacem se gessit (in religione et) in bello, أحمس, خميس fortis, bellicosus, حماسة virtus bellica, cf. خمش iratus fuit, خمش irâ accendit, quae cuncta ab *acrimoniae* potestate proficiscuntur.

Inde part. pass. plur. חֲמֻשִׁים (ut in optimis libris Hispanicis legitur, in aliis editt. et mss. חֲמֻשִּׁים, v. J. H. Michaëlis et bibl. Mant. ad h. l.) i. e. *acres*, *strenui*, *alacres* ad pugnandum Exod. XIII, 18 (Cod. Sam. ࠇࠌࠔࠉࠌ). Jos. I, 14. IV, 12. Iud. VII, 11 (cf. quod eodem contextu legitur חֲלֻצִים Jos. IV, 13 coll. 12. Num. XXXII, 30. 32). LXX. Jos. 1, 14 *εὔζωνοι*, 4, 12 *διεσκευασμένοι*, et ita Arabs Erp. Ex. معدين parati, Ar. Jos. 1, 14 مستعدين id. Plerique ex veteribus reddunt *armatos* (Aqu. in Ex. *ἐνωπλισμένοι*. Symm. *καθωπλισμένοι*. Gr. Venet. *ὡπλισμένοι*. Vulg. ubique *armati*. Syr. ܡܙܝܢܝܢ. Onk. et Jon. מְזָרְזִין. Arabs Jos. 4, 12 (متسلحين), quod Abulwalides, Kimchius, R. Tanchum ita explicant, ut sit *constricti ea parte corporis*, *quae* חֹמֶשׁ *appellatur*, sicuti חֲלֻצִים, quod iidem derivant a חֲלָצַיִם. Abulwalides: مشدودى الחמש وفي الخاصرة. Tertia quaedam sententia est eorum, qui coll. خميس i. e. agmen instructum pr. quinquepartitum, nimirum acie media, agmine primo et extremo et utraque ala constans (v. POCOCKE ad port. Mosis p. 54 sqq. REISKE ad Abulf. Ann. III, 476 not., v. DIEZ Denkwürdigkeiten T. I.

p. 122) explicant: *disposita acie*, ut Saad. مستعبين instructi, suo loco dispositi, et forte Theod. in Exod. πεμπταΐζοντες (pr. quintum agentes) nisi est i. q. πεμπαζόμενοι ad quinque digitos numerati (quod Coccejo placuit). Sed illud et orationi contextae et linguae rationibus maxime accommodatum videtur. Plura dabunt Fulleri Miscell. 5, 2. Michaël. suppl. 835.

Significationes no. I. II. ita conciliari et a se invicem derivari possint, ut a *pinguedine* proficiscatur *fortitudinis* et *roboris* potestas (cf. חָלָם i. q. חָלַב, et מִשְׁמַנִּים de militibus robustis Ps. LXXVIII, 31. Jes. X, 16); fortasse tamen *acrimoniae* et *alacritatis* vis, quae ad ll. cc. aptior est quam roboris, a verbis חָמֵם et חָמֵץ arcessita est.

III. חָמֵשׁ cstr. חֲמֵשׁ f. et **חֲמִשָּׁה** cstr. חֲמֵשֶׁת m. numerale cardinale, *quinque*. (Arab. خَمْسٌ, خَمْسَةٌ, in reliquis linguis cognatis חמש, syr. ܚܡܫ, aethiop. ኃምስ: ኃምስቱ: In linguarum stirpe indogerm. hoc numerale est sanscr. *pantschan*, zend. et pehlev. *peantche, pandj*, pers. پنج, gr. πέντε, aeol. πέμπε, quae cuncta cum semitico in duabus posterioribus radicalibus congruunt: palatinam vero pro labiali habes etiam in lat. *quinque* [κένκε], ut πῶς, κῶς, λύκος *lupus*, ἵππος *equus*, ἕπομαι *sequor* cet.). Forma absoluta plerumque praecedit nomen, ut חָמֵשׁ שָׁנִים Gen. XLV, 6, חָמֵשׁ אַמּוֹת Ex. XXVII, 1, חֲמִשָּׁה בָקָר Ex. XXI, 37, חֲמִשָּׁה יָמִים Num. XI, 19, rarius sequitur, idque in recentiore Hebraismo עָרִים חָמֵשׁ 1 Par. IV, 32, אַמּוֹת חָמֵשׁ 2 Par. III, 11. 12. 15. Forma constructa ubique praeponitur, sed in certis tantum formulis, ut חֲמֵשׁ מֵאוֹת quingenti (sexcenties), חֲמֵשֶׁת אֲלָפִים Iud. XX, 45. 1 Sam. XVII, 5. Esr. I, 11, et ubi sequitur nomen determinatum חֲמֵשׁ הַיְרִיעֹת Ex. XXVI, 3. 9. XXXVI, 10. 16, חֲמֵשֶׁת הַמְּלָכִים Jos. X, 16. 17. 22. 23. Iud. XVIII, 7. 14. 17, חֲמֵשֶׁת מַלְכֵי מִדְיָן Num. XXXI, 8. Jos. X, 5. XIII, 3. Iud. III, 3. 2 Sam. XXI, 8. *Quindecim* est masc. חֲמִשָּׁה עָשָׂר Lev. XXVII, 7 et חֲמֵשֶׁת עָשָׂר Iud. VIII, 10. 2 Sam. XIX, 18, et fem. חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה Gen. V, 10. Exod. XXVII, 15. — In diebus mensis numerandis חֲמִשָּׁה est etiam *quintus*, ut בַּחֲמִשָּׁה לַחֹדֶשׁ (die) *quinto mensis* Ez. I, 1. 2. VIII, 1. — Ut numerus septenarius saepe sacer est et rotundus, ita nonnunquam etiam quinquenarius Jes. XVII, 6. XXX, 17, maxime, ut observare licet, in rebus aegyptiacis Gen. XLIII, 34. XLV, 22. XLVII, 2. Jes. XIX, 18 i. q. repetitum videtur a religionibus Aegyptiorum, Indorum aliorumque populorum orientalium, in quibus *quinque* planetae minores, *quinque* elementa et potestates elementares sacrae habebantur (cf. πεντάδα sacram Basilidianorum Iren. adv. haeres. 1, 23. Epiphan. I, p. 68 Colon.).

Plur. חֲמִשִּׁים *quinquaginta*, c. suff. חֲמִשֶּׁיךָ, חֲמִשָּׁיו quinquaginta tui, eius 2 Reg. I, 9—12. שַׂר חֲמִשִּׁים praefectus quinquaginta (militum), πεντηκόνταρχος Ex. XVIII, 21. 25. 2 Reg. I, 9—14. Jes. III, 3 (ubi J. D. Michaëlis suppl. p. 837 sine causa munus civile intelligit, quale omnino erat χιλιάρχου apud Persas et Macedones). Inde

חִמֵּשׁ *Pi.* q. d. *quintavit* aliquem i. e. quintam redituum partem exegit ab aliquo Gen. XLI, 34, et

I. חֹמֶשׁ m. *pars quinta* (ut רֶבַע quarta pars, a אַרְבַּע, רָבַע). Spec. quinta redituum pars, quam Aegyptii pro tributo solvebant Gen XLVII, 26. Sed

II. חֹמֶשׁ m. *abdomen* 2 Sam. II, 23. III, 27. IV, 6. XX, 10 est a חָמֵשׁ no. I. Fluctuant veteres interpretes (LXX. ψόα. Vulg. *inguen*, semel *latus*, Targ. סְטַר יַרְכָּא, Kimchius cum reliquis Hebraeis: *costa quinta*), sed pro *abdomine* est et etymon et Syrus, qui l. c. 3, 27. 4, 6 voce harmonica reddit ܚܘܡܫܐ, quam Arabs interpretatur بطن (plura v. ap. Bar Bahl. in Anecdd. or. fasc. 2), adde aeth. ሐምስ: quod ponitur pro μήτρα et praeterea muliebria significat Ludolf. p. 31, et talm. חִימְצָא pinguedo ventris, abdomen (Cholin 49, 2). Ex vcc., quae laudavimus, semiticis ortum videtur lat. *omasum*.

חֲמִשִּׁי et **חֲמִישִׁי** m. **חֲמִשִּׁית** et **חֲמִישִׁית** f. numerale ordinale, *quintus*, *quinta* Gen. I, 23. XXX, 17. Lev. XIX, 25. Num. VII, 36 et persaepe. Fem. saepe ellipt. *quinta pars* Gen. XLVII, 24. Lev. V, 16. XXVII, 15. Plur. irreg. חֲמִשִׁתָיו (cf. חֲנִיתִים) Lev. V, 24.

חָמַת rad. inusit. Arab. حَمِتَ calidus fuit dies, med. E. corruptus est, de aqua, butyro all., unde حَمِيتٌ et تَحْمُوتٌ uter, et res in eo rancida facta; nisi potius radix illa secundaria est et ab his demum nominibus ducta, radix primaria autem حَمِىَ calidus fuit, unde حميت pro حمية. Vel a חָמַם vel a חָמָה est

חֵמֶת m. Gen. XXI, 15. 19, cstr. חֵמֶת Vs. 14 (contra חֵמַת Iob. XXI, 20. Hos. VII, 5 est st. constr. a חֵמָה calor) *uter*. Praeter arabicum cf. talmud. חֵמֶת חֲלִילִין uter fistularum, Sackpfeife, pl. שלשה חמתות tres utres, Kelim fol. 36, 1. Tanchum Hierosol. in Lex. Morschid: חמת מים معلوم انه القربة ويسموا المزود الذى يعمل فيه الراعى او مسافر زادة חמת הרעים لشبهه بالقربة *i. e. notum est*, ח' מ' *utrem significare, appellant etiam peram viatoriam, in qua commeatum habent pastores aut viatores*, ח' הרעים, *propter similitudinem utris*.

חָנָה fut. יַחֲנֶה, sed apoc. וַיִּחַן 1) *inclinavit, inflexit se*. (Vicinae radd. sunt חָנַן et עָנָה. Arab. حنا flexit, inclinavit, metaph. propensus fuit, cf. Scheid. in diss. Lugdd. p. 982 et syn. חָפֵץ). Iud. XIX, 9: הִנֵּה

חֲנוֹת הַיּוֹם *en inclinationem diei*, diem iam inclinantem. V. חֲנִית.

2) *consedit*, *tentorium posuit* (cf. κλισία a κλίνω). Num. I, 51: בַּחֲנֹת הַמִּשְׁכָּן *ubi tentorium consideat* i. e. demittitur, figitur. Gen. XXVI, 17, sed saepius (de pluribus) *castra posuit*, *castra metatus est* Exod. XIII, 20. XVII, 1. XIX, 2, sq. בְּ loci Gen. XXVI, 17; וַיִּחַן בְּנַחַל גְּרָר. Num. XII, 16. XXI, 10—13. XXXIII, 5 sqq. 1 Sam. XIII, 16, עַל (ad, prope) Ex. XIV, 9. Num. II, 5. 12. 27. 1 Reg. XVI, 15, אֶל Jos. XI, 5, סָבִיב לְ (circa aliq.) Num. I, 50. 53. 1 Sam. XXVI, 5. Iob. XIX, 12. Spec. a) dicunt sensu hostili: חָנָה עַל עִיר castra metatus est contra urbem, i. e. *oppugnavit*, *obsedit* eam (syr. ܫܪܐ ܥܠ, ܫܪܐ ܠܘܬ, ܫܪܐ ܥܠ Barhebr. 243, ܫܪܐ ܥܠ) Jos. X, 5. 31. 34. 2 Sam. XI, 1. 2 Sam. XII, 28. 2 Reg. XXV, 1. 2 Par. XXXII, 1. Jes. XXIX, 3. Jer. L, 29. LII, 4, etiam sq. בְּ Iud. IX, 50, adeoque cum acc. Ps. LIII, 6: חֹנָךְ *obsidens te*. (Kimchi: חונה עליך) Ps. XXVII, 3. Dicunt etiam חָנָה עַל pro oppugnare hostes Iud. VI, 4. Contra b) חָנָה לְבִלְתִּי מִן defendit, tuitus est aliquem ab aliq. Zach. IX, 8: חָנִיתִי לְבֵיתִי מִצָּבָה *defendam domum meam ab exercitu* (hostili). Cf. Ps. XXXIV, 8. — Translate dicitur de locustis Nah. III, 17.

3) poët. *habitavit* (ut אָהַל de domo). Jes. XXIX, 1.

חָנוּת f. *fornix*, *cella*, *taberna* (chald. חֲנוּתָא et חָנוּת, syr. ܚܢܘܬܐ taberna mercatoris, *Gewölbe*, arab. حَانُوت, حَانَة), ab incurvando dicta (v. rad. no. 1). Plur. חֲנֻיוֹת (ita enim rectius *v. d. Hooght* al., quam חָנִיּוֹת, cf. מַלְכֻיּוֹת, מַלְכוּת) Jer. XXXVII, 16: *et venit Jeremias* אֶל בֵּית הַבּוֹר וְאֶל הַחֲנֻיוֹת *in carcerem subterraneum et in fornices* (die Gewölbe), intellige subterraneos. Sic vulgo sec. Targ. et Hebraeos (Vulg. in ergastulum, Aqu. εἰς τὰ ἐργαστήρια, Symm. εἰς τὸν συγκλεισμόν), nec male. Paullum tamen ad contextum aptior Ev. Scheidii expositio in Diss. Lugdun. p. 988, qui *cippos* intelligit *nervos*que *curvos* et *obtortos*, in quibus distortus sedebat captivus, alibi סַד, מַהְפֶּכֶת dictos (v. pag. 388. 389), gr. κύφων a κύπτω, coll. arab. حِنْو lignum inflexum ephippii sellaeque.

חֲנִית f. *hasta*, ita dicta utpote *flexilis* et lenta (cf. arab. لَدْن hasta, a لَدُنَ flexilis, mollis, lentus fuit). 1 Sam. XIII, 19. XXI, 9. XXVI, 16. 22. Ps XLVI, 10. LVII, 5 cet. LXX. plerisque locis δόρυ. Intelligitur hasta maior (חֲנִית כִּמְנוֹר אֹרְגִים 2 Sam. XXI, 19. 1 Par. XI, 23. XX, 5), constans hastili ligneo (עֵץ חֲנִית 2 Sam. XXIII, 7) et cuspide ferrea (לַהֶבֶת חֲנִית, לַהַב Iob. XXXIX, 23. 1 Sam. XVII, 7, בְּרַק חֲנִית Nah. III, 3), et distinguitur a iaculo (כִּידוֹן) 1 Sam. XVII, 45. Iob. XXXIX, 23, quanquam etiam hastâ suâ iaculatur Saulus 1 Sam. XVIII, 10. XIX, 10. — Plur. חֲנִיתִים 2 Par. XXIII, 9, et חֲנִיתוֹת c. suff. חֲנִיתוֹתֵיהֶם Jes. II, 4. Mich. IV, 3 (ubi spec. intelliguntur cuspides hastae).

מַחֲנֶה utriusque sexus vc. (fem. Gen. XXXII, 9 הַמַּחֲנֶה הָאַחַת, ubi tamen cod. Sam. האחר, Ps. XXVII, 3, alias m.) cstr. מַחֲנֵה, c. suff. מַחֲנֶךָ Deut. XXIII, 15. XXIX, 10, מַחֲנֵיכֶם Am. IV, 10. מַחֲנֵיהֶם Num. V, 3. Jos. X, 5. XI, 4. Iud. VIII, 10, et fortasse etiam 1 Sam. XVII, 1. 53. XXVIII, 1. XXIX, 1 (ubi vett. interpretes et Kimchius in pl. interpretantur: agmina eorum) cf. Gramm. §. 90, 9 1) *castra*, tum militum Jos. VI, 11. Iud. VII, 10 sqq. VIII, 11. 12. XXI, 8. 1 Sam. IV, 3. XIV, 15. 19, tum nomadum Gen. XXXII, 21. Ex. XIV, 19, inde de castris Israelitarum in deserto Exod. XXXII, 19. 26. XXXIII, 7. 11. Lev. XIV, 8. Num. IV, 5. 15. V, 2. X, 34. XI, 9. 30. 31 et sexcenties in quattuor posterioribus Pentateuchi libris. Inde 2) *exercitus*. מַחֲנֵה יִשְׂרָאֵל Exod. XIV, 19. Jos. VI, 18. 1 Sam. XXVIII, 19, מ' מִדְיָן Iud. VII, 15, מ' בְּנֵי קֶדֶם VIII, 10, מ' פְּלִשְׁתִּים 1 Sam. XVII, 46. XXVIII, 5. מַחֲנֵה אֱלֹהִים *exercitus Dei* dicuntur angeli (alibi צְבָא הַשָּׁמַיִם) Gen. XXXII, 3; et fort. etiam 1 Par. XII, 22: מַחֲנֶה גָדוֹל כְּמַחֲנֵה אֱלֹהִים, cf. Dan. VII, 10; alibi Israëlitae 2 Par. XIV, 12, et poët. locustae a Deo missae Joël II, 11. — De quovis agmine (Heereszug) Gen. XXXIII, 8. L, 9. — LXX. ferme ubique παρεμβολή.

In plur. triplex est forma: a) מַחֲנִים *castra* (mehrere Lager) Num. XIII, 19. Sed מַחֲנֵיהֶם, מַחֲנֶךָ singularia sunt (v. supra). b) מַחֲנוֹת m., inde שְׁנֵי מַחֲנוֹת bina castra Gen. XXXII, 8. 11. Num. II, 17. 32. X, 2. 5. 6. 25. 1 Sam. XVII, 4. Ez. IV, 2. Zach. XIV, 15. מַחֲנוֹת יְהוָה *atria*, in quibus sacerdotes castra qs. posuerant 2 Par. XXXI, 2. c) מַחֲנַיִם, a sing. מַחֲנַי (cf. מְמַחִים s. v. מָחָה no. III, et Lgb. p. 537) Cant. VII, 1 ibique de *exercitu coelesti* (צְבָאוֹת) s. angelis (cf. Gen. XXXII, 3), quibus choreas tribuit poëta, ut alibi cantica (Iob. XXXVIII, 7). Cf. n. pr. מַחֲנַיִם, quod alii etiam Cant. l. c. intelligunt, satis frigide.

מַחֲנֵה־דָן (castra Dani) n. pr. loci ad Kiriath-Jearim in tribu Judae Iud. XVIII, 12.

מַחֲנַיִם (castra, v. מַחֲנֶה pl. litt. c., sec. Gen. XXXII, 3 castra s. agmina angelorum) n. pr. oppidi in confiniis Gaditarum et Manassitarum ad boreale littus Jabboci haud procul a Jordane (Gen. l. c. 2 Sam. II, 29) siti, Levitis postea concessi Jos. XIII, 26. 30. XXI, 38. 2 Sam. II, 8. 12. 29. XVII, 24. 27. 1 Reg. II, 8. IV, 14, cf. Relandi Palaestina 882.

תַּחַן (pro תַּחֲנָה castra) n. pr. virorum 1) Num. XXVI, 35. 2) 1 Par. VII, 25. A priori est תַּחֲנִי Num. XXVI, 35.

תַּחֲנוֹת pl. *castra*. 2 Reg. VI, 8, ubi cum suff. תַּחֲנֹתִי, pro תַּחֲנוֹתַי cf. עֵדֹתַי Ps. CXXXII, 12. Kimchio תַּחֲנוֹת est singulare pro תַּחֲנוּת (cf. חָכְמוֹת, חָכְמוּת).

חָנַח rad. inusit. i. q. חָנַק et עָנַק (q. v.) *anxit* (cf. gr. ἄγχω, *ang-o*, *enge*), *angustum fecit*, inde *suffocavit*, et intrans. *angustus fuit*. Huius radicis haud dubie sunt haec duo nomina, quorum originem ignorare se fassi sunt plurimi etymologi, v. Mich. suppl. 711 (nam a rad. חוח acutum esse, quam ponit Simonis ed. 1—3, pl. חֹחִים repeti non potest, et monstrum radicis esset חחח):

חָח Ex. XXXV, 22, c. suff. חַחִי, pl. חַחִים (Dag. forti implicito Lgb. §. 38, 1; contr. ex חֲנָח, ut חוֹח ex חֹנַח, כּוֹס ex כֹּנֶס, כִּיס ex כִּנֶּס v. litt. ו p. 393 A. inf.) 1) *uncus* (ἄγκος, ὄγκος, *Haken* cf. חַכָּה) s. *annulus*, per nares bestiarum ferarum transmissus, cui frenum alligatum est, cuiusque ope os bestiae *contrahunt*, refractariae spiritum praecludunt, ipsamque secum trahunt, quorsum volunt. Ez. XIX, 4: *duxerunt eum* (leonem) *uncinis in terram Aegypti.* Comm. 9. Et ita de Pharaone XXIX, 4: *indam uncinos maxillis tuis ..... et extraham te ex flumine tuo*, de principe Gog XXXVIII, 4, et 2 Reg. XIX, 28. Jes. XXXVII, 29, ubi ad Rabsacen: *ponam uncinum meum in naribus tuis et frenum meum in labiis tuis.* Inde 2) Ex. XXXV, 22, ubi חָח est in mundo muliebri, esse potest *annulus in naso gestatus*, quo posito נֶזֶם, quod sequitur, esset *inauris*. Non male autem Kimchius חָח *spinulam fibulamve* interpretatur, qua vestis mulierum conseritur: החלי שהיא כמין מחט שנוקבים ומחברים שתי שפתות החלוק תחת הגרון *ornamentum instar acus, quo perforant et iungunt duas oras indusii sub gutture.* Talis enim acus uncino similis est, et etiam cogn. חוֹח spinulam notat, qua veteres passim pro fibula utebantur (v. Tac. Germ. 17, cf. gall. *épingle*, nostr. *Spendel*, a spinula, v. Menagii origg. gall. p. 703). Vett. interpretes male *armillas* reddunt.

Ez. XXIX, 4 Chethibh pro חַחִים legitur חחיים i. e. חַחִיִּים, ad analogiam verborum לה״, quasi radix esset חָחָה. Videtur enim ipsos veteres vera radix nominis latuisse, ita ut in formis eius fingendis huc illuc fluctuarent, cf. ad vc. אָב p. 8 A.

חוֹחַ (pro חֹנַח, ut חָח pro חֲנָח) m. 1) i. q. חָח *uncus*, quo per nares transmisso pisces maiores iam capti iterum in aquam demittebantur, *hamus* (v. Oedmanni verm. Samml. fasc. 6 p. 51 sqq.). Iob. XL, 26 (21). Simili instrumento utebantur in captivis vinciendis (v. Castelli Lex. heptagl. 1155). 2 Par. XXXIII, 11: וַיִּלְכְּדוּ אֶת־מְנַשֶּׁה בַּחוֹחִים *et captivum fecerunt Manassem uncinis*, additur: *et vinxerunt eum vinculis.* LXX. ἐν δεσμοῖς. Vulg. *catenis*. Targ. בְּקִירוֹמָנְקִיָּא fort. ἐν χαλκώμασι v. Buxt. p. 1095. Kimchi: בכבלים compedibus. Luth. mit Fesseln. Minus apte alii: *ceperunt eum in spinis* (latentem).

2) *spina* (ab unci similitudine) Prov. XXVI, 9, inde *dumus* 2 Reg. XIV, 9. 2 Par. XXV, 18, collect. *vepres, dumeta* Iob. XXXI, 40. Jes. XXXIV, 13. Hos. IX, 6. Plur. חוחים Cant. II, 2, חֲוָחִים (Waw mobili) 1 Sam. XIII, 6. Cf. Celsii Hierob. I, 477 sqq. (Syr. ܚܘܚܐ arab. خَوْخ prunus, sec. Lexicographos prunus hortensis et Persica, sed pr. fortasse silvestris et aculeata, v. intp. syrum et arabicum 2 Reg. XIV, 9).

חָנַט fut. pl. יַחַנְטוּ 1) *condivit* cadaver (einbalsamiren), more Aegyptiorum. Gen. L, 2. 26. (Arab. حنط I. II. IV. bonis odoribus condivit mortuum, حَنُوط, حِنَاط odoramentum, quod mortui causa paratur. Syr. ܚܢܛ condivit cadaver Barhebr. 130. Assemani bibl. or. II, p. 262).

2) *maturavit* fructus. (Arab. حنط maturuit pabulum camelinum رمث dictum, quae est planta amara et salsa, foliisque albicavit. IV. matura et messi apta fuit seges, fructus protulit planta رمث appellata). Cant. II, 13: הַתְּאֵנָה חָנְטָה פַגֶּיהָ *ficus maturavit grossulos suos* i. e. maturos habet grossulos. Sed plerique veteres intpp. *protrudendi* vim exprimunt. LXX. ἐξήνεγκεν. Aqu. προέβαλε. Gr. Venet. προὔτεινε. Vulg. *extulit*, et ita Hebraei ad usum talmudicum provocantes. Abulwalid: שחנטו פירותיה. קשרו לזיתים בשעה שהן חנטין اى فى ابتدا ظهوره قبل كماله ونصوه من قول النص התאנה חנטה פגיה والمعنى بدرت وظهرت (in Talmude legitur): *quarum fructus prodeunt* et: *alligant oleis quo tempore protrudunt, i. e. ubi prodire incipiunt, antequam ad perfectionem perveniunt*, cf. חָנְטָה *Cant. II, 13, quod est erumpit et prodit.* Kimchi: יציאת הפירות והראותם טרם גמר בישולם תקרא חנטה. וכן בדברי רז״ל אילן שחנטו פירותיו *dicitur de fructibus, qui prodeunt et conspicui fiunt, antequam perfecta est maturitas eorum, et ita in Talmude: arbor, cuius fructus prodeunt.* (Locos Talmudis utpote in Baal Arùch non adnotatos accuratius excitare nequeo). Adde חניטת הגפנים protrusio vitium, quando gemmas protrudunt (Buxtorf. p. 794). Neque negari potest, id ad contextum aptius esse, siquidem de primo vere agitur, in quo ficus grossulos protrudit, non maturat; quanquam linguarum cognatarum usu haec significatio probari non potest.

Condiendi et *maturandi* significationes ita conciliari possunt (v. Lex. min. consentiente Rosenmuellero, Winero), ut poët. arbor dicatur *condire* fructus i. e. maturare, idque magis placet, quam quod Ewaldus ad Cant. l. c. maturandi potestatem a *rubendo* repetit (cf. arab. حنط rubuit corium), quod cum condiendi vi non facile conciliaveris. Sed nihil certi definio, quum ipsa maturandi vis non satis certa sit.

חֲנֻטִים m. pl. *conditura* cadaverum, inde *tempus conditurae* (in modum nominum tempus indicantium, ut זְקֻנִים, נְעֻרִים). Gen. L, 3.

חִטָּה pro חִנְטָה (arab. حِنْطَة, syr. ܚܶܛܬܳܐ pl. ܚܶܛܶܐ id. cf. chald.) f. *triticum* (LXX. πυρός, quinquies σῖτος),

fortasse a colore subrubro (arab. حنط rubuit), sec. alios, quod sit frumentum γλυκάζον et quasi conditum, in sing. de segete tritici Ex. IX, 32. Deut. VIII, 8. Iob. XXXI, 40. Jes. XXVIII, 25. Joël I, 11 (pl. de granis q. v.), sed grana tamen intelligenda sunt in formula חֵלֶב חִטָּה (v. חֵלֶב) adeps tritici Ps. LXXXI, 17 et חֵלֶב כִּלְיוֹת חִטָּה Deut. XXXII, 14, pro quo dicitur quoque חֵלֶב חִטִּים Ps. CXLVII, 14.

Plur. חִטִּים ubique de granis tritici (de uno grano habes sing. חטה Mischna Chilaim 1 §. 9) 2 Sam. IV, 6. XVII, 28. 1 Par. XXI, 23. 2 Par. II, 9. 14. Jer. XLI, 8. Ez. XXVII, 17. Inde dicunt זֶרַע חִטִּים Jer. XII, 13, דּוּשׁ חִטִּים 1 Par. XXI, 20, חָבַט חִטִּים Iud. VI, 11, קְצִיר חִטִּים Gen. XXX, 14. Iud. XV, 1, חֹמֶר חִטִּים Ezech. XLV, 13, כֹּר ח׳ 2 Par. XXVII, 5, סֹלֶת ח׳ Ex. XXIX, 2, עֲרֵמַת ח׳ Cant. VII, 3. Per Chaldaismum חִטִּין Ez. IV, 9.

חִנְטִין chald. pl. *triticum*. Esr. VI, 9. VII, 22.

חָנַךְ inf. חֲנוֹךְ fut. pl. et c. suff. יַחְנְכֻנּוּ ,יַחְנְכוּ 1) *anxit* et intrans. *angustus fuit*, *enge seyn* i. q. חָנַק, עָנַק, חָנַק, q. v. Inde חֵךְ pro חֵנֶךְ, arab. حَنَكٌ fauces (cf. עָנָק collum a vic. עָנַק, et חָנַק suffocavit).

2) denom. a חֵךְ, حَنَكٌ fauces, palatum, pr. ἐμβύειν, *ori indidit aliquid, gustandum dedit*, dein ex metaphora satis trita, qua sapor ad intellectum refertur (v. טַעַם et Iob. XII, 11) a) *imbuit* aliquem aliqua re, *edocuit* (cf. نشع ori indidit aliquid, it. edocuit). Prov. XXII, 6: *edoce puerum secundum viam eius*, pro ratione morum et indolis. Transfertur adeo ad res inanimatas, inde b) *initiavit* aedes Deut. XX, 5, templum 1 Reg. VIII, 63. 2 Par. VII, 5. LXX. ἐγκαινίζω. (Arab. حَنَكَ I. II pr. res dulces manducavit et palato fricuit puer, dein translate I. II. VIII expertum reddidit virum aetas, et Conj. I. intellexit, cf. Schult. ad Prov. l. c. Quod aethiop. ሐለየ: reddiderunt *sensit*, idonea auctoritate non nititur, v. Ludolfi Lex. aeth. p. 44, plane falsum autem, quod addiderunt, *sapuit*, *sensu percepit*).

חֲנוֹךְ n. pr. (initiatus vel initians) gr. Ἐνώχ 1) filius Caini primogenitus Gen. IV, 17, cuius nomen etiam urbi a patre conditae inditum. Cf. Rosenm. bibl. Alterthumsk. I, 1 p. 218. 2) Methusalae pater, propter pietatem post 365 annorum vitam in coelum translatus (Gen. V, 18—24 cf. Sir. XLIV, 16. Luc. III, 37. Hebr. XI, 5). Ex nominis etymo coniecturam facientes recentiores Judaei non solum nobilissimum prophetam antediluvianum, sed etiam litterarum et doctrinae inventorem eum finxerunt (Cor. XIX, 57. 58. Hottingeri Enneas disp. I, 3 sqq. Fabricii cod. pseudepigr. I, 160—223. II, 55—61. al. quos laudat Winerus, Realwörterb. I, 562), proptereaque libros ei supposuerunt (vid. epist. Judae comm. 12. The book of Enoch the prophet, by Richard Laurence. Second edition. London 1833): recoxerunt has fabulas Arabes, quibus ادريس vocatur, v. Hottingeri thes. philol. p. 85 sqq. d'Herbelot bibl. or. p. 310, cf. in universum Encyclop. germ. Sect. II T. V p. 400 sqq. art. Henoch auctore A. G. Hoffmanno et eiusd. das Buch Henoch, P. I. Jena 1833. Caeterum cum narratione biblica mire consentit traditio Phrygum de rege *Annaco* (al. Nannaco) trecentos annos nato, pietate insigni, Deucalionis diluvium aequalibus praedicente, v. Steph. Byz. v. Ἰκόνιον. Suid. v. Νάνναχος, cf. Buttmanni Mythologus I, p. 176. 3) filius Rubeni primogenitus. Gen. XLVI, 9. Exod. VI, 14. 4) Midiani filius Gen. XXV, 4. Patron. a no. 3 est חֲנֹכִי Num. XXVI, 5.

חָנִיךְ m. pr. *initiatus*, inde *expertus*, *probatus* i. q. arab. حَنِيكٌ، مُحَنَّكٌ، مُحْنَكٌ، مُحْتَنِكٌ cf. حُنْكَةٌ prudentia, quam quis aetate et experientia nanciscitur. Gen. XIV, 14: וַיָּרֶק אֶת־חֲנִיכָיו יְלִידֵי בֵיתוֹ *eduxit probatos suos* (probatae virtutis et fidei servos), *in domo natos*. Bene Saad. نُصَحَاءَهُ. Jon. עוּלֵימוֹי דְחָנִיךְ לִקְרָבָא *pueros suos bello assuetos*. Onk. Syr. Arabs Erp., Sam. solum *pueros* reddunt pr. discipulos, tirones, cf. Kimchi: הנערים שחנך אותם וְלִמֵּד אותם.

חֲנֻכָּה f. *initiatio*, arae Num. VII, 11. 2 Par. VII, 9, moenium Neh. XII, 27, domus Ps. XXX, 1, inde *sacrificium initiationis* Num. VII, 11. 84. 88. LXX. ἐγκαίνια, ἐγκαινισμός.

חֲנֻכָּה chald. id. *initiatio* templi Esr. VI, 16. 17, statuae Dan. III, 2. 3.

חֵךְ c. suff. חִכִּי m. *palatum* cum parte inferiore oris, quae illi respondet, *interna pars oris, fauces* i. q. מַלְקוֹחַיִם, v. rad. no. 1. (Arab. حَنَكٌ, syr. ܚܢܟܐ id. cf. ܚܢܟܐ maxilla. Chald. חִינְכָּן et dual. חִינְכַיִם gingivae, v. Buxt. p. 795). Palatum pr. dictum intelligitur in hac formula: דָּבְקָה לְשׁוֹנִי לְחִכִּי lingua mea adhaeret palato (v. דָּבַק p. 312): interna pars oris in his Iob. XXXIII, 2: דִּבְּרָה לְשׁוֹנִי בְחִכִּי, XX, 13: יִמְנָעֶנָּה בְּתוֹךְ חִכּוֹ. Est autem a) instrumentum gustandi Iob. XII, 11. XXXIV, 3, cf. VI, 30. Prov. XXIV, 13. Ps. CXIX, 103. b) instrumentum loquendi et vocis. Prov. VIII, 7: כִּי אֱמֶת יֶהְגֶּה חִכִּי *nam veritatem loquitur os meum*. V, 3. Iob. XXXI, 30: לֹא נָתַתִּי לַחֲטֹא חִכִּי *non passus sum peccare os meum*, cf. Hos. VIII, 1: אֶל חִכְּךָ שֹׁפָר *ad os tuum buccinam!* — Ad sermonem referunt etiam Cant. V, 16: חִכּוֹ מַמְתַקִּים *palatum eius dulcedines* et VII, 11: חִכֵּךְ כְּיֵין הַטּוֹב *palatum tuum sicut vinum dulce*, sed vereor ne rectius van Kooten (observatt. ad Cant. Ultraj. 1774 p. 16), cui haec honeste dicta videntur de saliva osculis percepta, cf. Doepke ad Cant. IV, 11. Lette ad Amrulk. Moall. p. 160.

חַכָּה f. *hamus*, quo piscium fauces *contrahunt* eosque suffocant (cf. חֵךְ, חוּחַ a rad. חָכָה) Jes. XIX, 8. Iob. XL, 25. Hab. I, 15. (Chald. חַכְּתָא id.). Radix chald. חֲכַךְ fixit, infixit, quae ponitur in Simonis Lex. ed. 3 et 4, plane fictitia est. In lingua talmud. ea scabendi potestatem habet).

חָנַם rad. inusit. et dubia, unde

חֲנַמְאֵל (fortasse corruptum ex חֲנַנְאֵל) n. pr. viri Jer. XXXII, 7. 9.

חֲנָמַל quadril. ἅπαξ λεγόμ. Ps. LXXVIII, 47: *et occidit grandine vites eorum et sycomoros eorum* בַּחֲנָמַל. LXX. Vulg. Saad. (apud Kimchium), Abulwalides (arab. صقيع) *pruinam* reddunt, Aben Esra lapides grandinis, quod tamen etymologicis rationibus firmari non potest. Non magis potest *locustae genus*, sec. R. Chasan ap. Aben Esram et R. Salomonem. Non displicet autem J. D. Michaëlis suppl. 846 *formicas* explicans, coll. arab. نَمْل formicae, نَمْلَة formica, cui praepositum est ח, cf. חֲבַצֶּלֶת. Cf. Bocharti Hieroz. III p. 255 Lips.

חָנַן Gen. XXXIII, 5. Thren. IV, 16, et defect. חַנּוֹתִי Ex. XXXIII, 19, c. Suff. חַנַּנִי Gen. XXXIII, 11, חַנַּנִי 2 Sam. XII, 22 Keri, fut. יָחֹן et more perfectorum יֶחֱנַן Am. V, 15, prius c. Suff. יְחָנֵּנוּ Ps. LXVII, 2. CXXIII, 2, יְחָנְּנוּ Jes. XXVII, 11. Iob. XXXIII, 24, sed c. Suff. 2 pers. יָחְנְךָ pro יְחָנְּךָ Gen. XLIII, 29. Jes. XXX, 19; inf. absol. חָנוֹן Jes. l. c., cstr. c. Suff. חֲנַנְכֶם Jes. XXX, 18 et חֶנְנָהּ Ps. CII, 14 (quod Kimchio, Buxtorfio al. est inf. Pi. pro חַנְּנָהּ), imp. c. Suff. חָנֵּנִי, חָנֵּנוּ, semel חָנְנֵנִי Ps. IX, 14 (ubi alii libri חַנְנֵנִי imp. Pi.)

1) *propensus fuit*, hinc *propitius fuit*, *favit* alicui, *misertus est* alicuius. (Arab. حَنَّ amore, misericordia affectus est erga aliquem, sq. على, الى. Conj. IV. V id. حَنَّان misericors. Syr. ܚܢܢ i. q. hebr. Ethpa. gratiam, misericordiam nactus est, it. supplicavit, ܚܢܢܐ clemens, misericors, ܚܢܢܐ clementia, gratia. Schult. ad Iob. 479, ad Prov. 383 coll. arab. حَنَّ sonum stridulum edidit arcus, camela in pullum Golii adag. p. 71, originem ponit in sono illo amorem et affectum significante, et verbum pr. onomatopoëticum esse statuit. Malim חָנַן esse i. q. חָנָה propensum esse). Constr. absol. Jes. XXX, 19 (sq. לְ causae), plerumque sq. acc. pers. Ex. XXXIII, 19: חַנֹּתִי אֶת־אֲשֶׁר אָחֹן *propitius sum*, *cui propitius esse volo*. Thren. IV, 16: וּזְקֵנִים לֹא חָנָנוּ *et senum non miserebantur*. Prov. XIV, 31: מְכַבְּדוֹ חֹנֵן אֶבְיוֹן *honorat eum* (creatorem), *qui miseretur pauperis*. Gen. XXXIII, 11. 2 Sam. XII, 22. Ps. CIX, 12. Prov. XIX, 17. XXVIII, 8 cet. חָנֵּנִי miserere mei Ps. IV, 2. VI, 3. IX, 14. XXV, 16. XXVII, 7. XXX, 11. XXXI, 10. XLI, 5. 11 cet. חָנֵּנוּ miserere nostri Ps. CXXIII, 3. Jes. XXXIII, 2. LXX. ἐλεέω, οἰκτείρω.

2) *gratificatus est*, *donavit* alicui aliquid, sq. dupl. acc. pers. et rei. Gen. XXXIII, 5: *liberi* אֲשֶׁר חָנַן אֱלֹהִים אֶת־עַבְדֶּךָ *quos Deus gratificatus est servo tuo*. Ps. CXIX, 29. Iud. XXI, 22: חָנּוּנוּ אוֹתָם *donate nobis eas*, אֹתָם refertur ad puellas, ut אֲבוֹתָם, אֲחֵיהֶם, cf. Lgb. §. 193, 2. Cum solo acc. pers. Prov. XIX, 17, absol. Ps. XXXVII, 21. 26: כָּל־הַיּוֹם חוֹנֵן וּמַלְוֶה. — Ad Iob. XIX, 17 v. חָנַה.

Niph. נֵחַן (ad formam נֵאַר a rad. אָרַר, נִחַם a rad. חָמַם, v. Lgb. p. 371) *miserandus fuit* Jer. XXII, 23, pass. Po. 2.

Pi. gratum fecit (cf. חֵן no. 2, חִין). Prov. XXVI, 25: *gratam reddit vocem suam* i. e. amice, blande loquitur.

Po. 1) i. q. Kal no. 1. Prov. XIV, 21. 2) *miseratus est*, *doluit*. Ps. CII, 15.

Hoph. i. q. מָצָא חֵן *Erbarmen*, *Gnade finden*, Prov. XXI, 10. Jes. XXVI, 10.

Hithp. misericordiam imploravit, inde *deprecatus est*, *supplicavit* alicui, max. Deo, regi, sq. לְ pers. Esth. IV, 8. VIII, 3. Iob. IX, 15. XIX, 16. Hos. XII, 5, אֶל Gen. XLII, 21. Deut. III, 23. 1 Reg. VIII, 33. 47. 2 Reg. I, 13. Ps. XXX, 9. CXLII, 2. Iob. VIII, 5, et לִפְנֵי 1 Reg. VIII, 59. IX, 3. 2 Par. VI, 24. Additur accus. precum. 1 Reg. VIII, 59. IX, 3. LXX. δέομαι.

חֲנַן chald. *misertus est*, sq. acc. Inf. מִחַן Dan. IV, 24.

Hithpa. supplicavit, sq. קֳדָם Dan. VI, 12. (In Targg. in utraque coniugatione crebrius).

חָנָן (misericors, nisi potius abbreviate dictum pro יוֹחָנָן *quem Jehova dedit*, cf. nostr. *Johannes*, *Hans*, arab. dimin. حُنَيْن a حُنَيْن pro يوحنّ) n. pr. complurium virorum 1) tribuni Davidis 1 Par. XI, 43. 2) VIII, 38. IX, 44. 3) VIII, 23. 4) Jer. XXXV, 4. 5) aliorum Esr. II, 46. Neh. VII, 49. VIII, 7. X, 11. 23. 27. XIII, 13. Gr. Ἄνανος, nomen pontificis max., qui in N. T. Ἄννας.

חָנוּן (cuius miseretur Deus) n. pr. 1) regis Ammonitarum 2 Sam. X, 1. 1 Par. XIX, 2. 2) Neh. III, 30. 3) ibid. 13. Cf. punicum *Hanno*.

חַנּוּן m. adj. *benignus*, *misericors*, de Deo Exod. XXII, 26. Ps. CXVI, 5. Plerumque componitur cum רַחוּם: חַנּוּן וְרַחוּם 2 Par. XXX, 9. Neh. IX, 17. 31. Ps. CXI, 4. CXII, 4. CXLV, 8. Joël II, 13. Jon. IV, 2, et רַחוּם וְחַנּוּן Ex. XXXIV, 6. Ps. LXXXVI, 15. CIII, 8. LXX. ἐλεήμων.

חֲנִינָה f. *gratia*, *misericordia* Jer. XVI, 13.

חֲנַנְאֵל (quem Deus donavit) n. pr. viri, a quo utpote conditore vel possessore nomen habet מִגְדַּל חֲנַנְאֵל

turris Hierosolymitana in orientali muri parte, haud procul a porta ovium Jer. XXXI, 38. Zach. XIV, 10. Neh. III, 1. XII, 39.

חֲנָנִי (apoc. pro חֲנַנְיָה, sec. Simonem: gratificatus est mihi sc. Deus) n. pr. 1) prophetae, patris Jehu 1 Reg. XVI, 1. 2 Par. XVI, 7. XIX, 2. XX, 34. 2) fratris Nehemiae Neh. I, 2. VII, 2. 3) 1 Par. XXV, 4. 25. 4) Esr. X, 20. Neh. XII, 36.

חֲנַנְיָהוּ (quem Jehova donavit) n. pr. virorum, quod gessit 1) dux exercitus regis Usiae 2 Par. XXVI, 11. 2) 1 Par. XXV, 23, cf. חֲנַנְיָה Comm. 4. 3) Jerem. XXXVI, 12.

חֲנַנְיָה (id.) n. pr. 1) prophetae mendacis, Jeremiae aequalis Jer. XXVIII, 1 sq. 2) socii Danielis, postea Sadrach nominati Dan. I, 6. 7. II, 17. 3) aliorum 1 Par. III, 19. VIII, 24. Esr. X, 28. Neh. III, 8. 30. VII, 2. X, 24. XII, 12. 41. Jer. XXXVII, 13. Inde gr. Ἀνανίας Tob. V, 12.

חֵן c. suff. חִנּוֹ m. 1) *gratia, favor, benevolentia* (LXX. χάρις). Eccl. IX, 11. X, 12. Zach. IV, 7: חֵן חֵן לָהּ *gratia, gratia ei* i. e. faveant ei Deus et homines. חֵן טוֹב gratia bona Prov. XXII, 1. Nota has locutiones: a) מָצָא חֵן בְּעֵינֵי פ׳ consecutus est favorem alicuius, gratiam iniit apud aliquem Gen. VI, 8. XIX, 19. XXXII, 6. XXXIII, 8. 10. XXXIV, 11. XXXIX, 4. XLVII, 25. Ex. XXXIII, 12. 16. 17. Num. XI, 11. Deut. XXIV, 1. 1 Reg. XI, 19, saepe his formulis: אִם מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֶיךָ si modo tu mihi faves 1 Sam. XX, 29. 2 Sam. XV, 25. Esth. V, 8. VII, 3. VIII, 5, et urbanius etiam: אִם־נָא מָצָאתִי חֵן בְּעֵינֶיךָ Gen. XVIII, 3. XXX, 27. XLVII, 29. L, 4. Exod. XXXIII, 13. XXXIV, 9. Num. XI, 15. XXXII, 5. Iud. VI, 17. 1 Sam. XXVII, 5, qua formula utuntur urbane et submisse petentes; et אֶמְצָא חֵן בְּעֵינֶיךָ utinam mihi faveas Ruth II, 2. 13. 1 Sam. I, 18. 2 Sam. XVI, 4. Sine casu מָצָא חֵן gratiam inire Prov. III, 4. XXVIII, 23. Jer. XXXI, 2. Eadem sententia dicunt b) in recentiore Hebraismo: נָשָׂא חֵן בְּעֵינֵי Esth. II, 15. V, 2, et sq. לִפְנֵי II, 17. c) נָתַן חֵן פ׳ בְּעֵינֵי favorem conciliavit alicui apud alium. Ex. III, 21: וְנָתַתִּי אֶת־חֵן הָעָם הַזֶּה בְּעֵינֵי מִצְרָיִם *et favorem conciliabo huic populo apud Aegyptios.* XI, 3. XII, 36. Gen. XXXIX, 21, et absol. נָתַן חֵן Prov. III, 34. Spec. est *misericordia.* Zach. XII, 10: *effundo super domum Davidis* ..... רוּחַ חֵן וְתַחֲנוּנִים *spiritum favoris s. misericordiae et supplicationis, et intuebuntur in me, quem confoderunt* i. e. cui maledixerunt. (In Lex. min. editt. 2—4 auctore de Wettio חֵן h. l. preces interpretatus sum, quasi idem sit quod תַּחֲנוּנִים, cf. שׁוֹאָה וּמְשׁוֹאָה, שְׁמָמָה וּמְשַׁמָּה, probante Winero in Lex.; sed misericordiae potestas ad hunc contextum aptior).

2) *gratia* i. q. suavitas, venustas, pulchritudo (Anmuth), quae gratiam conciliant. Prov. XXXI, 30: שֶׁקֶר הַחֵן וְהֶבֶל הַיֹּפִי. XI, 16: אֵשֶׁת חֵן *mulier venusta.* V, 19: יַעֲלַת חֵן *rupicapra pulchra*, vox blandientis mulieri venustae. — Ps. XLV, 3: הוּצַק חֵן בְּשְׂפְתוֹתֶיךָ *gratia* (suavitas) *effusa est super labia tua* (cf. χάριν καταχεῦαί τινι Od. 2, 12 al.), de sermone suavi cf. Prov. XXII, 11. Eccl. X, 12. — אֶבֶן חֵן lapis pulcher i. e. pretiosus, gemma Prov. XVII, 8, לִוְיַת חֵן corolla pulchra I, 9. IV, 9.

3) n. pr. viri Zach. VI, 14, sed Vers. 10 eodem contextu legitur יֹאשִׁיָּה. Vulgo statuunt, hunc virum binominem fuisse, sed aliis haec nomina allegorica sunt, alii denique de textu emendando cogitarunt. Equidem nil definire ausim.

חִין i. q. חֵן no. 2. Semel legitur Iob. XLI, 4 (3): חִין עֶרְכּוֹ *gratia* i. e. pulchritudo *armaturae eius* (crocodili). חִין contractum ex חֵין (ad formam צֵלָּל), eadem lege, qua אִישׁ ex אֱנָשׁ, כִּיס ex כֵּיס, cf. chald. חִנָּא et חִינָא Gen. VI, 8 Jon. Eandem vocis derivationem agnoscunt etiam vett. interpretes, quanquam invito contextu eam ad misericordiam et preces referunt, ex Rabbinis Kimchius, coll. בֵּן, בִּין; רֵישׁ, רִישׁ; נֵיר, נִיר, quae tamen alius generis sunt. A. Schult. in Comment. tentat: *opportunitas fabricae eius* coll. arab. حين, quod vero nonnisi de temporis opportunitate usurpatur. — A nomine חֵן derivantur

חֵנָדָד (pro חֵן הֲדַד i. q. חֵן הֲדַד gratia Hadadi, v. הֲדַד) n. pr. viri Esr. III, 9. Neh. III, 18.

חַנִּיאֵל (gratia Dei) n. pr. 1) phylarchae Manassitarum Num. XXXIV, 23. Cod. Sam. חנאל. 2) 1 Par. VII, 39. Huic analoga sunt nomina propria punica *Hannibal* חַנִּי בַּעַל (gratia Baalis), *Hamilcar* חֵן מִלְקַר (gratia Melicertae i. e. Herculis).

חִנָּם adv. 1) *gratiis, gratis* i. e. ex mera gratia, nulla mercede Gen. XXIX, 15. Jer. XXII, 13. Iob. I, 9, nullo pretio Exod. XXI, 2. 11. Num. XI, 5. 2 Sam. XXIV, 24. Jes. LII, 3. 5. 2) *frustra* (cf. δωρεάν in N. T. gratis et frustra, lat. *frustra* etiam pro gratis, quandoquidem frustra sibi laborasse videntur, qui nullo laboris praemio vel mercede gaudent). Prov. I, 17. Mal. I, 10, et plenius אֶל חִנָּם (nostr. für umsonst) Ez. VI, 10. XIV, 22. 3) *sine causa, immerito* (cf. Liv. 2, 42: gratuitus furor in patres). 1 Sam. XIX, 5: לְהָמִית אֶת דָּוִד חִנָּם. XXV, 31. Ps. XXXV, 7. CIX, 3. CXIX, 161. Prov. I, 11. III, 30. XXIII, 29. XXIV, 28. שֹׂנְאַי חִנָּם qui mihi adversantur sine causa Ps. LXIX, 5, cf. Thren. III, 52. Postponitur in genit. 1 Reg. II, 31: דְּמֵי חִנָּם *sanguis sine causa* effusus. קִלְלַת חִנָּם maledictio sine causa pronunciata Prov. XXVI, 2.

חַנָּה f. 1) *gratia, misericordia.* Plur. חַנּוֹת אֵל Ps. LXXVII, 10 (quod aliis est Inf. Kal a חָנַן, v. Lgb. p. 365).

2) fort. *preces, supplicatio* i. e. תְּחִנָּה a rad. in Hithpa. (cf. Lgb. p. 485). Iob. XIX, 17: *animus meus fastidio est uxori meae* וְחַנּוֹתִי לִבְנֵי בִטְנִי *et preces meae filiis uteri mei* sc. fastidio sunt. חַנּוֹתִי pro חֲנוֹתִי (non enim est quod ita scribas cum Dathio) cf. 2 Reg. VI, 8. Ps. CXXXII, 12. Veteres omnes (LXX. παρεκαλούμην. Vulg. *orabam.* Chald. Syr.) eiusdem significationis verbum ex-

primunt, quod ferri potest, modo interpreteris: *et preces meae* sunt *ad filios u. m.*, non potest, si חַנּוֹתִי pro 1 praet. Kal accipitur, quum supplicandi vis in Kal locum habere non possit (cf. tamen arab. حَنَّ questus est, prae desiderio ingemuit) et 1 praet. esset Milél. Ex parte hoc vidit Kimchius, qui hunc in modum interpretatur: *animus meus fastidio est uxori meae et* iis ipsis quibus *faveo* et quos amo, *filiis uteri mei*, ואותם שחנותי ואהבתי כלומר לבני בטני. Aliis חַנּוֹתִי est a nova rad. חָנַן = خَنَّ X. foetorem emisit, unde مخنّنا rancidus, ut vertendum sit: foeteo filiis uteri mei. Equidem in supra proposita interpretatione (v. Lexx. min.) acquieverim, eique assensi sunt *Winerus* et saltem ex parte *Umbreitius*.

3) n. pr. *Hanna*, Samuelis mater 1 Sam. I, 2 sqq. II, 1. Cf. gr. Ἄννα Luc. II, 36, pun. *Anna*, soror Didonis. A חָנָּה est

חַנָּתֹן (gratiosum) n. pr. oppidi Sebulonitarum Jos. XIX, 14.

תְּחִנָּה f. 1) *gratia*, *misericordia* Jos. XI, 20. Esr. IX, 8. — 2) *preces*, *supplicatio* (v. rad. in Hithpa.) 1 Reg. VIII, 30. 52. IX, 3. Ps. VI, 10. LV, 2. CXIX, 170. Saepe copulatur cum תְּפִלָּה 1 Reg. VIII, 45. 49. 2 Par. VI, 29. 35, v. praeterea formulam נָפְלָה תְחִנָּתִי לִפְנֵי et הִפִּיל תְּחִנָּה לִפְנֵי s. v. נָפַל. Plur. תְּחִנּוֹת 2 Par. VI, 39. — 3) n. pr. viri 1 Par. IV, 12.

תַּחֲנוּן, tantum in plur. תַּחֲנוּנִים, et semel (Ps. LXXXVI, 6) תַּחֲנוּנוֹת *preces*, *supplicationes* Prov. XVIII, 23. Iob. XL, 27, maxime in Deum Ps. XXVIII, 2: שְׁמַע קוֹל תַּחֲנוּנַי. 6. XXXI, 23. CXVI, 1. CXXX, 2. CXL, 7. 2 Par. VI, 21. Jer. III, 21. XXXI, 9. Dan. IX, 3. 17. 18. 23. Zach. XII, 10. LXX. δέησις.

חָנֵס Jes. XXX, 4 n. pr. urbis aegyptiacae, apud Aegyptios ϨΝΕϹ, ϨΝΗϹ, ϵϨΝΗϹ dictae, arab. اهناس (Edrisi Africa ed. Hartmann p. 152), aethiop. ሕፃንስ፡ (v. Ludolf. Lex. p. 327. Kircheri vocab. copt. p. 210), Graecis *Heracleopolis*, Ἡρακλέους πόλις. Sita erat in Aegypto media ibique in insula, quam ab oriente alluebat Nilus, ab occidente Menhi canalis. Num eadem sit, atque Ἄνυσις Herod. 2, 137, in medio relinquo. Vide Et. Quatremère Mémoires sur l'Égypte T. I. p. 500. 501. Champollion l'Égypte sous les Pharaons I, p. 309, et quae observavimus in Comment. ad Jes. l. c.

חָנֵף Jer. XXIII, 11, fut. יֶחֱנַף 1) *polluit*, *contaminavit* i. q. טָנַף. Jer. III, 9: וַתֶּחֱנַף אֶת־הָאָרֶץ *polluit ea* (Juda) *terram* scortatione. Vulg. contaminavit terram. Syr. ܛܢܦܬ ܐܪܥܐ. 2) intrans. *pollutus*, *contaminatus est*, veluti caede. Ps. CVI, 38: וַתֶּחֱנַף הָאָרֶץ בַּדָּמִים *et polluta est terra caede*. LXX. ἐφονοκτονήθη. Vulg. infecta est in sanguinibus. Syr. ܐܬܛܢܦܬ, et eodem verbo Targ. אִטַּנְפַת. Jes. XXIV, 5: חָנְפָה תַּחַת יֹשְׁבֶיהָ *polluta est* (terra) *sub incolis suis* sc. sanguine. Vulg. infecta est. Syr. ܐܬܛܡܫܬ i. e. sanguine infecta est (non, ut in Polyglottis transfertur, similis est). Jer. III, 1: *nonne polluta est terra?* LXX. μιαινομένη μιανθήσεται. Syr. ܡܛܢܦܘ ܐܬܛܢܦܬ. De Hierosolymis Mich. IV, 11. Semel de hominibus Jer. XXIII, 11: גַּם נָבִיא גַּם כֹּהֵן חָנֵפוּ *et prophetae et sacerdotes immundi sunt*, sceleribus polluti. LXX. ἐμολύνθησαν. Syr. eodem verbo usus ܐܬܛܢܦܘ.

Hiph. polluit, *contaminavit* terram, sanguine. Num. XXXV, 33: לֹא תַחֲנִיפוּ אֶת־הָאָרֶץ ..... כִּי הַדָּם הוּא יַחֲנִיף אֶת־הָאָרֶץ *ne contaminetis terram — nam sanguis contaminat terram*. (Ita Vulg. Syr. Arabs uterque. Sam. retinet verbum). Jer. III, 2. Inde *immundum* i. e. ethnicum *fecit* aliquem, ad ethnicismum seduxit. Dan. XI, 32 de Antiocho Epiphane: *desertores foederis* יַחֲנִיף בַּחֲלַקּוֹת *ethnicos faciet blanditiis*. (Ita syr. ܚܢܦܐ in N. T. saepe ethnici Mt. VI, 7. X, 5. XVIII, 17. Marc. VII, 26. Joh. VII, 35. 1 Cor. V, 1, ܚܢܦܘܬܐ religio ethnica. Aeth. ሐናፊ፡ haereticus).

De origine et propria significatione huius radicis variae fuerunt sententiae. a) Vulg. paene ubique חָנֵף *hypocritam* reddit, et in verbo Dan. XI, 32 *simulare*, LXX. Iob. XXXIV, 30. XXXVI, 13, Aqu. et Symm. aliquoties ὑποκριτής, unde Luth. *Heuchler*, quae omnia ex usu rabbinico et talmudico repetita esse videntur. Abulwalid: *Rabbini usurpant praeterea significatione hypocriseos* (الريا), *et* חנפים *interpretantur hypocritas* (المرايين), *laudantes* Iob. XIII, 16 et dictum Talmudis (Sota fol. 42, 1): ארבע כתות אין מקבלין פני שכינה כת הליצים כת חניפים כת שקרים וכת מספרי לשון הרע i. e. *quattuor coetus non digni sunt maiestate divina, coetus irrisorum, coetus hypocritarum, coetus mendacium, et coetus calumniatorum*. Sed eam sententiam plane abiiciendam esse bene observarunt Gatackerus advers. miscell. c. 22 et Michaëlis suppl. p. 848 sqq., neque aptius quod Kimchius habet: בכלם ענין רשע ונשוא פנים *in omnibus locis habet vim impietatis* (hactenus bene) *et partium studii* (ubi hoc?). b) Non magis placet, quod proponunt Schult. ad Iob. p. 223 et Michaelis l. c., חָנֵף pr. esse i. q. حنف, خنف, „loripes fuit, digitis introrsum vergentibus, super externo latere pedis incessit et velut *claudicavit*", inde *profanus fuit* „sive quod claudi templis locisque sacris arcebantur erantque proprio sensu *profani*, sive ex consueta phrasi Arabum, qua *claudicare in religione* dicunt errantem, abnegantem, non credentem". [Vide tamen Elnawab. p. 108 ibique Schol.]. Equidem c) nullus dubito, quin origo et propria potestas sit in *polluendo* et *impuritate*, quae translata est ad impietatem (חָנֵף) et ethnicismum (Dan. XI, 32). Praeter constantem verbi

usum ita pleraeque Verss. veteres (LXX in verbo semper *μιαίνεσθαι*, *μολύνεσθαι*, *φονοκτονεῖσθαι*), in his Syrus, qui Jer. XXIII, 11 eodem verbo utitur, alibi verbo ܛܢܦ hebr. טָנַף polluit, quod ipsum verbo nostro cognatum est (ט cum rasura galae prolatum ad gutturalium naturam paullum accedit, cf. חָרַף et טָרַף decerpsit). Consentit Abulwalíd: معنى الدنس والتلويث *significatio est immunditiei et sordium.* Apud Arabes حَنِيف est unum Deum et veram religionem colens, quod quomodo ortum sit bene explicat Mich. l. c. p. 851.

חָנֵף m. *impius* (pr. immundus). Iob. VIII, 13. XIII, 16. XV, 34. XVII, 8. XX, 5. XXVII, 8. XXXIV, 30. Prov. XI, 9. Jes. IX, 16. X, 6. Plur. Jes. XXXIII, 14, cstr. Iob. XXXVI, 13: חַנְפֵי לֵב. Ps. XXXV, 16. LXX. *ἀσεβής*, *ἄνομος*, *παράνομος*, bis *ὑποκριτής* (v. supra) ad rad.

חֹנֶף m. *impietas* Jes. XXXII, 6.

חֲנֻפָּה f. id. Jer. XXIII, 15. LXX. *μολυσμός*.

חָנַק in Kal inusit. pr. *angustus fuit*, *enge seyn*, eiusdem stirpis atque אָנַק, חָנַק (חנח), עָנַק (עוק), et in linguis occidentt. *ἄγχω*, *ἀνάγκη*, *ango*, *angustus*, *enge* (*Zange*, *Zwang*). Inde

Pi. strangulavit, *suffocavit* (aliquem leo), *ἄγχω* (würgen), *πνίγω* Nah. II, 13. (Arab. خنق Mt. XIII, 7. XVIII, 28 et saepe. VIII. suspendit se XXVII, 5, aeth. ኀነቀ: Lud. p. 283, syr. ܚܢܩ id.).

Niph. strangulavit se 2 Sam. XVII, 23.

מַחֲנָק m. *suffocatio* (parall. מָוֶת). Iob. VII, 15.

חָסַד rad. in Kal inusit., cui tum benignitatis, tum (per antiphrasin) probri et opprobrii potestatem tribuunt. Primaria potestas, si quid video, est in *acri studio*, *quo quis fertur*, quod, pariter atque in קָנָא, transfertur 1) ad *amorem*, *studium* erga aliquem (v. Hithpa. et חֶסֶד no. 1); 2) ad aemulationem, *invidiam* (arab. حَسَدَ invidit, حَسَد invidia), inde *odium* et *opprobrium* (v. חֶסֶד no. 2 et Pi.). Cf. Simonis ed. 1. 2. Prima origo nescio an sit in acie, cf. de syllaba חס, חץ, חד s. vv. חָצַץ, חָדַד. Schult. ad Prov. p. 323 et al. coll. arab. حشد confluxit lac in ubere, et progerminavit planta, eam ponit in turgore et ubertate, unde sit ubertas benignitatis et caritatis. Simile quid coniicit Aben Esra ap. Kimchium in Lex.

Pi. probro, *contumelia affecit* Prov. XXV, 10. (Syr. ܚܣܕ id. Ethpa. probris affectus est v. Cast., Zab. id., in Targg. חַסֵּד pro hebr. חֵרֵף conviciatus est, ܡܚܣܕܢܐ invidia oppressus, it. adamatus v. Bar Ali ap. Hotting. de creat. p. 15).

Hithp. benignum se praestitit Ps. XVIII, 26. Cf. Kal no. 1.

חָסִיד adj. pr. ubique in bonam partem: studiosus alicuius (jem. geneigt), hinc (v. חֶסֶד no. 1, a—c) a) *benevolus*, *benignus* in homines. Ps. XII, 2. XVIII, 26. לֹא חָסִיד malevolus Ps. XLIII, 1. Eodem pertinent verba Iob. XXXIX, 13, ubi poët. de avi dicitur, ita quidem ut ciconiae s. avi piae (חֲסִידָה) alludatur. Verba sunt: *ala struthionum exsultat*, אִם אֶבְרָה חֲסִידָה וְנֹצָה *num penna* eius *pia* est *et pluma* eius? i. e. sed non (ciconiae instar) pia est in pullos. *Nam duriter tractat pullos* cet. b) *pius* in Deum. Ps. XXXII, 6. LXXXII, 2. Mich. VII, 2. Pl. Ps. CXLIX, 1. 5. Sq. dat. חָסִיד לוֹ pius in eum (Deum) Ps. IV, 4, sed saepius sq. genit. אִישׁ חֲסִידֶךָ pius tui cultor (Levi) Deut. XXXIII, 8. Saepe in pl. c. suff. חֲסִידַי pii mei Ps. L, 5, חֲסִידֶיךָ LII, 11. LXXIX, 2. CXXXII, 9, חֲסִידָיו XXX, 5. XXXI, 24. XXXVII, 28. LXXXV, 9. XCVII, 10. CXVI, 15. CXLVIII, 14. CXLIX, 9. Prov. II, 8. Thren. III, 32. Sed חֲסִידֶיהָ pii eius (Hierosolymae) Ps. CXXXII, 16. c) de Deo: *misericors*, *gratiae plenus*. Jer. III, 12. Ps. CXLV, 17.

חֲסִידָה f. nomen avis immundae Lev. XI, 19. Deut. XIV, 18, et migratoriae Jer. VIII, 7, in altis arboribus nidificantis Ps. CIV, 17, cf. Zach. V, 9, a *pietate* ductum. Recte observat Bochartus (Hieroz. P. II. lib. 2. c. 29), *avis piae* nomen in nullam magis cadere, quam in *ciconiam*, cuius amorem in pullos et pietatem in parentes certatim celebrant veteres (v. Arist. hist. anim. 9, 3. Aelian. hist. anim. 3, 23. 10, 16. Plin. 10, 23. Horapoll. Hierogl. 2, 55, unde verbum *ἀντιπελαργεῖν* de retributione amoris et beneficiorum Aristaen. epist. 1, 25), cui etiam reliqua conveniunt de *chasida* dicta, v. Fulleri misc. sacr. 6, 10. Ex veteribus interpretibus panciores *ciconiam* reddunt (Vulg. Jer., Graeci anonymi ap. Olympiodor. ad Iob. XXXIX, 13), in iis tamen Syrus reddens ܚܣܝܕܬܐ sec. Bar Bahlulum (v. Anecdd. or. II) *ciconia* et fortasse Targg. in Pent. Jer. Zach. חֲוַרִיתָא pr. alba (sec. nonnullos milvus albus). Plures *ardeam* interpretantur (Aqu. ubique, LXX. Pent. Ps. Symm. et Theod. *ἐρωδιός*), quae itidem pietate laudatur Aelian. hist. an. 3, 23, quamque propterea intelligere malunt Mich. in suppl. Oedmannus verm. Sammlungen V c. 6; alii (Vulg. Jer. Zach., Saad. et Arabs Erp. in Pent. سقر, صقر, Kimchi al.) *milvum*, *upupam* cet. (v. Bochart. l. c. c. 28), sed praeferenda *ciconia*, nisi forte statuendum, חֲסִידָה et *ciconiam* et *ardeam*, aves sibi similes et eiusdem speciei, significasse. De verbis Iob. XXXIX, 13 v. חָסִיד litt. a.

חֶסֶד c. suff. חַסְדִּי pl. חֲסָדִים cstr. חַסְדֵי pr. *studium* (v. rad.), inde

1) in bonam partem: *studium erga* aliquem, *amor*, *benignitas*, *clementia*, spec.

a) hominum inter se, *benignitas*, *benevolentia* Ps. CXLI, 5. Prov. XXXI, 26; unde אִישׁ חֶסֶד vir benignus XI, 17 (opp. אַכְזָרִי); spec. regis erga cives XX, 28. Jes. XVI, 5, מַלְכֵי חֶסֶד reges benigni 1 Reg. XX, 31; ubi refertur ad infelices, *misericordia* (LXX. plerumque ἔλεος) Iob. VI, 14. Dicitur de singulis beneficiis (eine Güte) 2 Sam. II, 5. XVI, 17, et de animo ad beneficia prono (Güte, Wohlthätigkeit) Prov. XIX, 22. XX, 6. Frequentes sunt formulae α) עָשָׂה חֶסֶד benigne egit Ps. CIX, 16, persaepe sq. עִם: benevolentiam praestitit alicui, benigne egit cum aliquo Gen. XXI, 23. XL, 14. Jos. II, 12. Iud. I, 24. VIII, 35 (ubi dicitur de retributione beneficiorum). Ruth I, 8. 1 Sam. XV, 6. 2 Sam. II, 5. III, 8. IX, 1. 7. X, 2. 1 Reg. II, 7. 1 Par. XIX, 2, sq. עַל 1 Sam. XX, 8. Plenius dicunt: עָשָׂה חֶסֶד וֶאֱמֶת עִם (v. אֱמֶת p. 117), עָשָׂה חֶסֶד וְרַחֲמִים אֶת Zach. VII, 9 (cf. de אֶת particula Ruth II, 20. 2 Sam. XVI, 17), et per Zeugma עָשָׂה חַיִּים וָחֶסֶד עִם Iob. X, 12, it. עָשָׂה חֶסֶד יְיָ עִם instar Dei benigne egit cum aliquo 1 Sam. XX, 14 2 Sam. IX, 3. β) נָשָׂא חֶסֶד לִפְנֵי i. q. מָצָא חֵן בְּעֵינֵי פ׳ Esth. II, 9. 17. γ) הִטָּה חֶסֶד עַל פ׳ לִפְנֵי conciliavit alicui favorem apud al. (q. d. er leitete Gunst auf jem. vor andern) Esr. VII, 28. IX, 9. Similiter Dan. I, 9: וַיִּתֵּן הָאֱלֹהִים אֶת־דָּנִיֵּאל לְחֶסֶד *et conciliavit Deus Danieli favorem* (cf. Gen. XXXIX, 21).

b) hominum erga Deum, *pietas*, Jer. II, 2. Hos. VI, 4. 6. אַנְשֵׁי חֶסֶד i. q. חֲסִידִים Jes. LVII, 1. Plur. חֲסָדִים pie facta 2 Par. VI, 42. XXXII, 32. XXXV, 26. Neh. XIII, 14.

c) Dei erga homines, *gratia* (Gnade, Huld), *favor divinus* Ex. XXXIV, 7. Ps. XIII, 6. XXI, 8. XXXI, 8. XXXII, 10. XXXIII, 5. LII, 3. 10. LXII, 13. Jes. LIV, 8. Iob. XXXVII, 13 cet. חֶסֶד וֶאֱמֶת gratia constans (v. אֱמֶת p. 117). Saepe Deus dicitur רַב חֶסֶד multae gratiae (LXX. πολυέλεος) Num. XIV, 18. Joël II, 13. Ps. LXXXVI, 5. CIII, 8, רַב חֶסֶד וֶאֱמֶת Exod. XXXIV, 6, et dicitur agere כְּחַסְדּוֹ pro gratia sua Ps. XXV, 7. LI, 3, כְּרֹב חַסְדּוֹ pro insigni gratia sua Neh. XIII, 22, בְּרֹב חַסְדְּךָ Ps. V, 8. LXIX, 14, כְּגֹדֶל חַסְדֶּךָ Num. XIV, 19. Adde has formulas: שֹׁמֵר הַבְּרִית וְהַחֶסֶד לְ servavit (Deus) foedus et gratiam populo Deut. VII, 9. 12. 1 Reg. VIII, 23. Neh. I, 5. IX, 32. Dan. IX, 4 (opp. dicitur הֵפֵר חֶסֶד Ps. LXXXIX, 34, ut alibi הֵפֵר בְּרִית); כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ nam aeterna est gratia eius Ps. CVI, 1. CVII, 1. 8. 15. 31. CXVIII, 1 sqq., it. עָשָׂה חֶסֶד עִם (cf. litt. a). Gen. XXIV, 12. 14. 1 Reg. III, 6, sq. לְ Ex. XX, 6, Deut. V, 10. Ps. XVIII, 51. Jer. XXXII, 18, עָשָׂה חֶסֶד וֶאֱמֶת עִם 2 Sam. II, 6. XV, 20, et נָטָה חֶסֶד אֶל Gen. XXXIX, 21 (nostr. jemandem Gunst zuwenden). נָתַן חֶסֶד לְ Mich. VII, 20, Concr. de Deo *beneficiorum auctore*. Cum suff. Jon. II, 9: חַסְדָּם יַעֲזֹבוּ deserunt Deum beneficiorum largitorem. Ps. CXLIV, 2. Plur. חַסְדֵי יְיָ beneficia divina (göttliche Gnadenerweisungen) Ps. XVII, 7. XXV, 6. LXXXIX, 2. 50. CVI, 7. CVII, 43, חַסְדֵי דָוִד beneficia, qualia in Davidem collata sunt Jes. LV, 3 (sed 2 Par. VI, 42 sunt pie facta Davidis). כְּרֹב חֲסָדָיו pro multa gratia sua Jes. LXIII, 7. Thren. III, 32 Keri.

d) Meton. quod gratiam conciliat: *pulchritudo*, *decor* i. q. חֵן no. 2. Jes. XL, 6. LXX. δόξα et sic 1 Petr. I, 24.

2) in malam partem *studium contra* aliquem, *invidia*, hinc *probrum* (v. rad. no. 2). Prov. XIV, 34. Lev. XX, 17. (Syr. ܚܣܕܐ probrum, contumelia, chald. חִסְדָּא et חִסּוּדָא in Targg. saepe pro חֶרְפָּה).

3) n. pr. m. 1 Reg. IV, 10.

חֲסַדְיָה (quem Deus amat) n. pr. filii Serubabel 1 Par. III, 20.

חָסָה fut. יֶחֱסֶה, rarius יֶחְסֶה, תֶּחְסֶה Ps. LVII, 2 (ubi alii libri Chateph-Segol). XCI, 4 1) *confugit* aliquo, sq. בְּ loci. (Origo est in *fugiendo*, cf. vic. חוּשׁ et quae ibi laudavimus. Longe arcessitum, quod tentat Alb. Schultens. ad Har. II pag. 58. VI pag. 271, חָסָה esse ab arab. حاشية lacinia, ora vestis, et pr. valere, apprehensa vestis lacinia se in tutelam alic. tradidit). Iud. IX, 15: בֹּאוּ חֲסוּ בְצִלִּי *venite, confugite in umbram meam*. Metaph. Jes. XXX, 2: לַחְסוֹת בְּצֵל מִצְרָיִם *ad confugiendum in umbram* (tutelam) *Aegypti*. XIV, 32: *ad eam* (Zionem) *confugiunt miseri terrae*. Saepius חָסָה בְּצֵל כַּנְפֵי יְיָ Ps. XXXVI, 8. LVII, 2, תַּחַת כְּנָפֵי יְיָ XCI, 4, בְּסֵתֶר כְּנָפֶיךָ LXI, 5 confugere in tutelam Jehovae. Inde 2) חָסָה בַּיהוָֹה *fiduciam reposuit* in Jehova (LXX. πείθω, ἐλπίζω ἐπί —). Deut. XXXII, 37: צוּר חָסָיוּ בוֹ. Ps. XVI, 1: שָׁמְרֵנִי אֵל כִּי חָסִיתִי בָךְ. II, 12. V, 12. VII, 2. XVIII, 3. 31. XXV, 20. XXXI, 2. XXXIV, 23. XXXVII, 40. LVII, 2. LXIV, 11 cet. Prov. XXX, 5. Jes. LVII, 13. Nah. I, 7, בְּשֵׁם יְיָ Zeph. III, 12. Absol. Ps. XVII, 7: מוֹשִׁיעַ חוֹסִים *servans confidentes* ei. Prov. XIV, 32: *iustus Deo confidit etiam in morte sua*, etiam moriens, moribundus. — Passim reperiuntur formae diductiores servato Jod, ut 3 fem. חָסָיָה Ps. LVII, 2, חָסָיוּ Deut. l. c., יֶחֱסָיוּן Ps. XXXVI, 8.

חָסוּת f. *refugium*, *fiducia*. Jes. XXX, 3, sq. בְּצֵל ut in verbo.

חֹסָה (fort. pro חֹסִיָּה confugiens ad Jehovam, cf. מִיכָה, מִיכָיָה) n. pr. viri 1 Par. XVI, 38. XXVI, 10.

מַחְסֶה estr. מַחְסֵה c. suff. מַחְסִי Ps. LXII, 8 et LXXI, 7, מַחְסֵהוּ, מַחְסֵנוּ XIV, 6. Jes. XXVIII, 15 m. *refugium*. Jes. XXV, 4: מַחְסֶה מִזֶּרֶם *refugium ab imbre*. Iob. XXIV, 8: מִבְּלִי מַחְסֶה *sine refugio a tempestate*. Ps. CIV, 18. Jes. IV, 6. מַחְסֶה כָזָב refugium, quod praebet mendacium. XXVIII, 15. 17. Saepe de Deo, et varia quidem structura, velut מַחְסִי בֵּאלֹהִים Ps. LXII, 8. LXXIII, 28, אֱלֹהִים מַחֲסֶה לָנוּ XLVI, 2. LXI, 4. LXII, 9. Prov. XIV, 26. Joël IV, 16, אַתָּה יְהוָֹה מַחְסִי LXXI, 7. LXXIII, 28. XCI, 9. CXLII, 6.

חָסַל *absumsit, depavit* locusta, Deut. XXVIII, 38, cf. Targ. l. c. et Nah. III, 16. Propria vis est in *abscindendo* (cf. vicc. radd. גָּזַר, חָסַר, קָצַר, r emollito in l, cf. גָּזַל), cf. arab. خزل (ס et ז permutatis) secuit, resecuit, chald. consumsit, absumsit v. c. חֲסִיל כַּסְפָּא absumta est pecunia Gen. XLVII, 15 Targ. Hier., inde finem habuit, cessavit, it. syr. et chald. ablactavit i. e. abscidit, prohibuit ab ubere. Sam. et zab. Pe. et Ithpa. abscindi, exscindi, consummari.

חָסִיל m. *locusta*, pr. vorax (forma passiva, quae vim intransitivam induit, cf. צָנִין, פָּלִים; פָּלִים; stachelig, stachelnd, inde spina, יָצִיא = יֵצָא, fort. נָפִיל), sec. Michaëlem consummatus, adultus (v. rad.). Copulatur cum אַרְבֶּה 1 Reg. VIII, 37. 2 Par. VI, 28. Ps. LXXVIII, 46, גָּזָם (brucho) Joël II, 25, cum utroque et יֶלֶק ib. I, 4, גֹּבִים Jes. XXXIII, 4, et certam *locustae* speciem designare videtur, quam vero vix quisquam definiat. Itaque sine idonea causa Michaëlis suppl. 862 *gryllo-talpam*, Oedmannus (II, 138) *cimicem aegyptium*, G. O. Tychsen (ad del Rio de locustis p. 91. 92) *gryllum verrucivorum* Linn. intelligunt. Cf. Boch. Hieroz. III, 256 Lips. Credner ad Joël p. 308. LXX bis ἀκρίς, 2 Par. βροῦχος (sed hoc est גָּזָם), reliquis locis ἐρυσίβη, quod plane reiiciendum.

חָסַם fut. יַחְסֹם pr. *clausit, obturavit* (cf. vicinas radd. חָטַם, חָתַם, אָטַם, עָצַם, it. סָתַם). Spec. os Deut. XXV, 4: לֹא תַחְסֹם שׁוֹר בְּדִישׁוֹ *ne obturato os bovis triturantis*, nares Ez. XXXIX, 11: וְחֹסֶמֶת הִיא אֶת־הָעֹבְרִים *eaque* (vallis) *obturabit nares transeuntium* sc. foetore suo, quem cadavera exhalabunt. Ita Menahem ben Saruk ap. Jarchium, Kimchius (his verbis: סותמת העברים שלא יוכלו לעבר מרוב באשה וסרחונה או העברים יחסמו את אפיהם בעברם והיה מלת עברת לשלישי *prohibens transeuntes, ne transeant ob foetorem et putorem, vel transeuntes obturabunt nares eorum in transeundo, et est verbum dupliciter transitivum*) et recentiores plerique. Contra Jarchius, Coccejus, Rosenm. interpretantur: *claudet illa transeuntes* i. e. prohibebit a transeundo multitudine cadaverum (cf. supra Kimchium), in quam sententiam conferre possis خزم III. intercepta via occupavit, sed dubito tamen, num *claudere transeuntes* ita accipi possit. (Congruit arab. حزم constrinxit, et خزم annulum traiecit per nares cameli, pr. contraxit, clausitque os naresque, ס et ז permutatis, cf. خشم fregit alicui cartilagines nasi, pr. clausit nasum. Vide etiam חָרַם no. 1).

מַחְסוֹם m. *capistrum*, quo os iumenti *obturatur*. Metaph. Ps. XXXIX, 2.

חָסַן 1) *fortis, robustus fuit*, unde חָסִין, חָסֹון, חֹסֶן. (Syr. et chald. חֲסַן, ܚܣܢ id. Origo est in colligando, constringendo, quod refertur ad robur, v. חָזַק; est enim finitimum radd. חָסַם, עָצַם, m mitigato in n).

2) *opibus valuit* (v. חֹסֶן), inde *coacervavit opes, recondidit* in thesauro. (Arab. خزن id., unde مخزن horreum, hisp. *magazen*, unde gall. *magazin*. Chald. חַסְנַיָּא horrea).

Niph. *coacervatus est* Jes. XXIII, 18.

חֲסַן chald. 1) *fortis fuit* (saepe in Targg.), unde חֱסֵן. 2) *possedit*, in Targg. in Pe. et Aph.

Aph. (vel potius more hebraeo Hiph.) *possedit*. Dan. VII, 18. 22.

חָסֹן m. *fortis, robustus* Am. II, 9, *potens* collect. *potentes* (civitatis) Jes. I, 31.

חָסִין m. *potens* (de Deo) Ps. LXXXIX, 9. (Chald., syr. sam. id.).

חֱסֵן emphat. חִסְנָא chald. *robur, potentia* Dan. II, 37. IV, 27.

חֹסֶן m. *opes*, v. rad. no. 2. Prov. XV, 6. XXVII, 24. Jer. XX, 5. Ez. XXII, 25, *thesaurus, abundantia*. Jes. XXXIII, 6: חֹסֶן יְשׁוּעֹת *abundantia salutis*. In altero membro est אוֹצָר.

חָסַף rad. in Kal inusit. i. q. חָשַׂף *decorticavit, desquamavit, scabit*. Arab. حسف decorticavit dactylos, et transp. سحف abrasit, inde chald. חֲסַף, arab. خزف et خرشف squama, testa, syr. ܚܣܦܐ id., it. ܐܬܚܣܦ scaber factus est, خشف scaber factus est, scabie laboravit. In linguis occidentalibus eiusdem originis sunt σκάπτω, *scabo, squama*, nostr. *schaben, schuppen, Schuppe, Scherbe, Schiefer, schaufeln*, in quibus cunctis sibilans praecedit, ut in hebr. et arab. סָחַף, سحف.

Inde Quadril. חִסְפֵּס part. pass. מְחֻסְפָּס Ex. XVI, 14 *desquamatum, decorticatum*, i. e. squamis simile, etwas Schuppenförmiges, wie Abgeschupptes. Ita recte ex vett. Chald. מְקַלַּף, syr. ܡܩܠܦܐ, Arabs Erp. مقشر, eiusque interpretationis meminit etiam Kimchius. Mere coniecturale est, quod Gr. Venet. Saadias, Kimchius reddunt: rotundum, globosum, Vulg. *pilo tusum*, neque ferendum, quod Michaëlis suppl. p. 869 interpretatur: nivis in morem concrescens, coll. „خشف nix, خشف frigore concrevit.“ Nam concrescendi notio mere secundaria est, et خشف, خشيف *nix dura, aspera* (*ut in magno frigore*), a scabritie et asperitate nomen habet, quam vim supra huic radici vindicavimus. Inde

חֲסַף m. chald. emphat. חַסְפָּא *testae, opus figlinum* Dan. II, 33 sq. Arab. et syr. v. supra.

חָסֵר fut. יֶחְסַר pl. יַחְסְרוּ pr. imminuit, decurtavit (vic. radd. קָצַר, בָּזַר, גָּזַר, cf. חָסַל, גָּזַל), sed nonnisi intrans. 1) *imminutus est, defecit*, de aqua imminuta Gen. VIII, 3. 5. 1 Reg. XVII, 14: צַפַּחַת הַשֶּׁמֶן לֹא תֶחְסָר *ampulla olei non deficiet* i. e. oleum non imminuetur, it. *defecit, defuit*. Eccl. IX, 8: שֶׁמֶן עַל רֹאשְׁךָ אַל יֶחְסָר *unguentum super capite tuo ne deficiat*. Sq. לְ defuit alicui. Deut. XV, 8 (cf. Eccl. VI, 2). — 2) *caruit, indiguit re*, sq. acc. (more verborum copiae et inopiae) Deut. II, 7: לֹא חָסַרְתָּ דָּבָר *non caruisti ulla re*. VIII, 9. Ps. XXXIV, 11. Prov. XXXI, 11. Cant. VII, 3. Jes. LI, 14. Jer. XLIV, 18. Ez. IV, 17. Inde Gen. XVIII, 28: אוּלַי יַחְסְרוּן חֲמִשִּׁים הַצַּדִּיקִם חֲמִשָּׁה *fortasse deerunt ad quinquaginta iustos quinque*, pr. fortasse carebunt quinquaginta iusti quinque (iustis). Absol. *indiguit, inopia laboravit*. Ps. XXIII, 1: יְהוָה רֹעִי לֹא אֶחְסָר. Prov. XIII, 25: בֶּטֶן רְשָׁעִים תֶּחְסָר. Neh. IX, 21. (Arab. خَسَرَ et خَسِرَ iacturam fecit, damnum passus est Cor. 6, 12, 7, 8, amisit rem. II. IV. damno affecit, خَسَّرَ, أَخْسَرَ, خُسْرَان iactura, damnum. Aethiop. ኅሰረ: defecit, ut hebr., quanquam saepius: vilis pr. parvus, imminutus fuit. Syr. ܚܣܰܪ i. q. hebr. defecit, defuit, eguit, et i. q. arab. iacturam fecit).

Pi carere iussit, curavit. Ps. VIII, 6: וַתְּחַסְּרֵהוּ מְּעַט מֵאֱלֹהִים *fecisti, ut* homo *non multum careret prae Deo*, ut Deo non multum inferior esset, sq. מִן rei Eccl. IV, 8.

Hiph. 1) causat. *fecit, ut deesset* (fehlen, mangeln lassen), sq. dupl. acc. Jes. XXXII, 6. 2) intrans. *inopia laboravit*. Ex. XVI, 18.

חָסֵר adj. verbale, *carens, indigens* aliqua re, sq. acc. 1 Reg. XI, 22. Eccl. X, 3: לִבּוֹ חָסֵר *intellectu suo caret*, sq. מִן VI, 2: אֵינֶנּוּ חָסֵר לְנַפְשׁוֹ מִכֹּל *caret nulla re*, quae *animo suo* placeat, er entbehrt keiner Sache für seine Seele (für seinen Lebensgenuss). Sq. genit. 1 Sam. XXI, 16, חֲסַר לֶחֶם pane carens 2 Sam. III, 29. Prov. XII, 9, חֲסַר לֵב intellectu carens, vecors VI, 32. VII, 7. IX, 4. 16. X, 13. XI, 12. XII, 11. XV, 21. XVII, 18. XXIV, 30, et subst. *vecordia* X, 21. (Syr. ܚܣܺܝܪܳܐ ܠܶܒܳܐ insulsitas). חֲסַר תְּבוּנוֹת XXVIII, 16.

חַסִּיר chald. adj. *deficiens, mancus*, de pondere *iusto leviore* Dan. V, 27. (Syr. ܚܣܺܝܪܳܐ egens, carens).

חֶסֶר m. *inopia* Prov. XXVIII, 22. Iob. XXX, 3.

חֹסֶר m. id. חֹסֶר כֹּל inopia omnium rerum Deut. XXVIII, 48. 57. חֹסֶר לֶחֶם Am. IV, 6.

חַסְרָה n. pr. viri 2 Par. XXXIV, 22, pro quo in loco parallelo 2 Reg. XXII, 14 est חַרְחַס.

חֶסְרוֹן m. *defectus* (das Mangelhafte). Eccl. I, 15.

מַחְסֹר, מַחְסוֹר m. 1) *defectus, penuria* rei. מַחְסוֹר כָּל־דָּבָר defectus ullius rei Iud. XVIII, 10. XIX, 19. כָּל־מַחְסֹרְךָ quicquid tibi deest XIX, 20 cf. Deut. XV, 8. 2) *inopia, egestas*. Prov. VI, 11. XXVIII, 27. XI, 24: אַךְ לְמַחְסוֹר *tantummodo ad egestatem*, non alio eventu, quam ut quis ad egestatem redigatur. XIV, 23. XXI, 5. XXII, 16. אִישׁ מַחְסוֹר egenus XXI, 17. Plur. מַחְסֹרֶיךָ (nonnulli libri מַחְסוֹרֶיךָ) XXIV, 34 (cf. VI, 11).

חָפָא i. q. חָפָה, חָפַף *texit*. Semel legitur in

Pi. addito דְּבָרִים *tecte egit* res i. e. *perfide egit* (v. ad rad. בָּגַד). 2 Reg. XVII, 9: וַיְחַפְּאוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל דְּבָרִים אֲשֶׁר לֹא כֵן עַל יְהוָה *et perfide egerunt Israëlitae res, quae non rectae erant, in Jehovam* i. e. perfide agentes in Jehovam patrarunt res cet. Plurimi interpretantur (v. Poli synopsin ad h. l.): clam egerunt, tecte egerunt, quod minus quadrat, ob sequentia: *et aedificarunt sibi excelsa* cet. Ex contextu utcunque arrepta sunt, quae habent vett. intpp. (v. Mich. suppl. 871), nec meliora dant Abulwalides, Kimchius, et ipse Michaëlis l. c., nam حفا non est gener. concinnavit, sed concinnavit mystacem, barbam, pr. *rasit*.

חָפָה i. q. חָפַף no. I *texit, velavit*, ut caput 2 Sam. XV, 30. Jer. XIV, 4, faciem Esth. VI, 12. VII, 8. (Syr. ܚܦܳܐ operuit, Pa. intens. obvolvit, velavit, arab. خفا I. II. IV. abscondit, occultavit).

Pi. *obduxit* argento, auro, ligno, sq. dupl. acc. 2 Par. III, 5. 7. 8. 9. Ita chald. Pe. et Aph. Ex. XXV, 11. XXXVI, 34 Targ. — De חֻפָּה Jes. IV, 5 v. חֻפָּה rad. חָפַף.

חָפַז fut. יַחְפּוֹז pr. 1) *subsiluit* (vic. radd. קָפַז, قفز, et קָפַץ, praeterea פָּזַז no. II, arab. نفز, وفز, افز, quae omnes subsiliendi vim habent. Prima tamen origo est in *incurvando* et *contrahendo se*, quod est saltum parantium, cf. קָפַץ, קָמַץ, et חָפַץ). Refertur ad *terrorem* et *trepidationem* (aufspringen vor Schrecken) cf. Iob. XXXVII, 1. Ps. XXIX, 6, germ. *schrecken* pr. subsilire, unde locusta *Heuschrecke* a saliendo, ut חַרְגֹּל, it. transp. פָּחַד tremuit = פָּזַח subsiluit. Proprie de eo dicitur, qui *prae terrore assilit ad fugam capessendam*. Sic 2 Sam. IV, 4: וַיְהִי בְּחָפְזָהּ לָנוּס *et factum est, quum assiliret ad fugam capessendam*, et Iob. XL, 23 (18): *en! tumet fluvius* לֹא יַחְפּוֹז *non assilit* ad fugam capessendam, sed securus manet (יִבְטַח). 2 Reg. VII, 15 Keri: אֲשֶׁר הִשְׁלִיכוּ אֲרָם בְּחָפְזָם *quae abiecerunt Syri, quum fugam capesserent*. (Vide infra arab.). Inde 2) *pavit, pavore et metu perculsus est*. Deut. XX, 3 (ubi copulatur cum יָרֵא). Ps. XXXI, 23: אֲמַרְתִּי בְחָפְזִי *cogitabam in pavore meo*. CXVI, 11.

Niph. fugam capessivit, pavide fugit. 1 Sam. XXIII, 26: וַיְהִי דָוִד נֶחְפָּז לָלֶכֶת מִפְּנֵי שָׁאוּל *et Davides fugam capessivit, ut evaderet Saulo.* Ps. XLVIII, 6. CIV, 7.

Arab. حَفَزَ est: trusit impulitque, ad festinationem hortatus est. Sed origini propior est conj. V. ad surgendum et insiliendum paratus est. VIII. cum impetu erupit, insiluit, v. Schult. ad Har. I, p. 31. Pro trepidandi vi Castellus laudat Abusaidem ad Deut. l. c.

חִפָּזוֹן m. *fuga trepida.* Ex. XII, 11: *et comedetis pascha* בְּחִפָּזוֹן nostr. *auf der Flucht,* i. e. more fugientis, festine. Deut. XVI, 3. Jes. LII, 12.

חָפַן rad. inusit. Arab. حَفَنَ *utraque manu cepit, utramque manum explevit.* Origo est in curvo et cavo, vicinae radd. sunt גָּפַן (q. v.), גָּבַן, et primaria syllaba חף, כף. Inde (nam verbum potius denom. est)

חֹפֶן, tantum in dual. חָפְנַיִם *pugnus uterque* Prov. XXX, 4, מְלֹא חָפְנַיִם quantum utrumque pugnum implet (die beyden Fäuste voll). Ex. IX, 8. Lev. XVI, 12. Ez. X, 2. 7. Eccl. IV, 6. (Aram. ܚܘܦܢܐ, arab. حُفْنَة, aeth. ሕፍኝ: et ሕፍን: id. Transpositum est πυγμή, *pugnus*).

חָפְנִי (fort. pugil, pugnator) n. pr. filii Eli 1 Sam. I, 3. II, 34. IV, 4.

I. חָפַף i. q. חָפָה et חָבָא *texit,* sq. עַל (cf. כָּסָה), hinc *protexit* Deut. XXXIII, 12: חֹפֵף עָלָיו כָּל־הַיּוֹם *eum protegens perpetuo.* LXX. σκιάσει ἐπ' αὐτοῦ. Onk. מָגֵן. (Aqu. Vulg. παστώσει, in thalamo commorabitur, qs. esset denom. a חֻפָּה). (Arab. حَفَّ operuit [veste], inde tuitus est, defendit. II. VIII. id. Tegendi potestas inest in syllaba חף, ut in cognatis חב, חק, עב, עף, cf. praeter חָפָה et חָפַשׂ radd. חָבָא et חָבָה abscondit, חָבַב fovit, a tegendo et calefaciendo; כָּפַר, كفر, غفر et כסה texit, עוף Jes. XXXI, 5, עָבָה, עָבַב cet. item כָּנַף, עָלַף, in quibus Nun et Lamed syllabae primariae inserta sunt, ut in עָלַץ, עוּץ cet.). Inde

חֻפָּה f. 1) *tegumentum.* Jes. IV, 5: עַל כָּל־כָּבוֹד חֻפָּה *super splendida quaeque* ibi erit *tegumentum,* i. e. protegentur ea omnia. LXX. σκεπασθήσεται, neque tamen necesse, חֻפָּה accipere pro Pu. verbi חָפַף, ut fecimus in Comment. Inde 2) lectus superne obvelatus, *torus, thalamus* Ps. XIX, 6. Joël II, 16. 3) n. pr. viri 1 Par. XXIV, 13.

חֻפִּים (tegumenta) n. pr. virorum 1) Gen. XLVI, 21, alias חוּפָם. 2) 1 Par. VII, 12. 15.

II. חָפַף *fricuit, detersit,* inde *lavit, abluit.* Syr. ܚܘܦܦܐ frictio, detersio, lotura, pec. capitis, talmud. חפף fricuit, rasit, pexit, unde חֵפֶף pecten, instrumentum rasorium, חוּפְיָא scopae, et translate ad aquam שֶׁטֶף inundatio Prov. XXVII, 4, cf. syr. ܣܚܦܐ impetus aquae Ps. XXXII, 6 pro hebr. שֶׁטֶף, cf. Castelli Lex. ed. Mich. p. 270. Arab. حَفَّ I. VIII. rasit barbam piloque (vir, mulier). Inde

חַף adj. *tersus,* inde *mundus* sensu ethico. Iob. XXXIII, 9. LXX. ἄμεμπτος. Sed Targ. etymon exprimens: שְׁזִיג *lotus.*

חוֹף m. *littus maris,* quippe quod a mari raditur et abluitur, sicut سَاحِل a سحل detersit, et ܣܦܐ a ܣܦ rasit. Arab. حَفَف et حَافَّة est latus, ora, margo, videlicet maris (Tim. 252 Gol. II, 260 Mang. Abulf. Syr. p. 77. 81 in cod. Paris.), fluvii (ind. geogr. ad Sal. v. Alkahira, Bira, Kûs). Ubique additur הַיָּם Deut. I, 7. Jos. IX, 1. Jer. XLVII, 7. Ez. XXV, 16, יַמִּים Iud. V, 17, אֳנִיּוֹת Gen. XLIX, 13. LXX. παραλία, παραθαλάσσια, Vulg. *maritima, littus,* Syr. et Targg. ܣܦܪܐ, סְפַר, Arabes plerumque ساحل, Jarchius (ad Gen. 49) gall. *marge* (v. arab.). Kimchius: *est locus, ubi naves abscondunt se a ventis s. portus, vel est labium maris, a verbo* חפף *in Mischna* (Beza cap. 5 init.): *Nasiraeus non fricabit* (יחוף) *caput suum terrâ, antequam concinnavit capillum,* et (Nidda fol. 66, 2): *mulier, quae pectit se interdiu et lavit se noctu. Est autem* i. q. חכוך *radere se, gall. peigner. Littus autem ita dictum, quia ibi radunt naves. Ab eodem est* חַף. Prior opinio propterea falsa, quod *portus* nonnullis locis (Deut. Jos. l. c.) plane ineptus: posterior radicem bene indicat, sed etymi rationem male declarat.

חָפֵץ fut. יַחְפֹּץ et יֶחְפַּץ (utrumque signif. 1. 2, sed signif. 1 tantum prius)

1) *flexit, incurvavit.* (Arab. حفص flexit, inflexit lignum, cf. خفض depressit v. c. Deus superbum. Vicinum est קָפַץ incurvavit, contraxit se, cf. ad חָפַז). Iob. XL, 17: יַחְפֹּץ זְנָבוֹ *flectit caudam suam.*

2) intrans. et metaph. *propensus fuit* a) in aliquem, *propitius fuit* alicui, *delectatus est* aliquo (cf. حنا flexit et intrans. propensus, propitius fuit, amavit), v. c. muliere (eam amavit), sq. בְּ Gen. XXXIV, 19: כִּי חָפֵץ בְּבַת יַעֲקֹב. Deut. XXI, 14. Esth. II, 14, propitius fuit viro, amico 1 Sam. XVIII, 22. XIX, 1. 2 Sam. XX, 11, Deus homini Num. XIV, 8. 2 Sam. XV, 26. 1 Reg. X, 9. Ps. XVIII, 20. XXII, 9. XLI, 12. Jes. LXII, 4. Mal. II, 17; delectatus est aliqua re 2 Sam. XXIV, 3. Jes. LVI, 4. LXV, 12. LXVI, 4 v. c. idolis

Jes. LXVI, 3, auro XIII, 17, rebus divinis Ps. CXII, 1. Esth. VI, 7: אֲשֶׁר הַמֶּלֶךְ חָפֵץ בִּיקָרוֹ *cuius honore delectatur rex* i. e. cuius honori consulere vult, quem vult honoribus ornare. Comm. 11. Etiam sq. acc. Ps. XL, 7: זֶבַח וּמִנְחָה לֹא חָפַצְתָּ *sacrificiis et fertis non delectaris.* LI, 8. 18. 21. Iob. XXI, 14. Jes. I, 11. LVIII, 2. Hos. VI, 16. Mich. VII, 18.

b) ad aliquid faciendum, *voluit*, sq. gerundio Deut. XXV, 8: לֹא חָפַצְתִּי לְקַחְתָּהּ *nolo eam ducere.* Comm. 7. Iud. XIII, 23. Ruth III, 13. 1 Sam. II, 25: חָפֵץ יְיָ לַהֲמִיתָם. 1 Reg. IX, 1. Iob. IX, 3. Ps. XL, 9, poët. etiam sq. inf. nudo Iob. XIII, 3: הוֹכֵחַ אֶל אֵל אֶחְפָּץ *contendere cum Deo volo*, cupio. XXXIII, 32: כִּי חָפַצְתִּי צַדְּקֶךָּ *nam te iustificare volo*, cupio (cf. Ps. XXXV, 27), sq. verbo finito ἀσυνδέτως Jes. XLII, 21. LIII, 10. Ellipt. Ps. CXV, 3: כֹּל אֲשֶׁר חָפֵץ עָשָׂה *facit, quaecunque vult* sc. facere, agit pro arbitrio. CXXXV, 6. Cant. II, 7: *ne expergefaciatis dilectam* עַד שֶׁתֶּחְפָּץ *donec volet* sc. expergisci. III, 5.

חָפֵץ pl. cstr. חֲפֵצֵי Ps. XXXV, 27. XL, 15, sed חֲפֵצֵיהֶם Ps. CXI, 2 (cf. דּוֹרְשִׁים v. דָּרַשׁ no. 1 fin.) adj. verbale 1) *qui delectatur* aliqua re, *amans* rem. Ps. V, 5: לֹא אֵל חָפֵץ רֶשַׁע אָתָּה. חָפֵץ חַיִּים qui vitam amat XXXIV, 13. XXXV, 27. CXI, 2. Sq. gerundio Neh. I, 11: הַחֲפֵצִים לְיִרְאָה אֶת־שְׁמֶךָ. It. *cupiens* rem. Ps. XL, 15: חֲפֵצֵי רָעָתִי. XXXV, 27. Mal. III, 1: *nuncius foederis* אֲשֶׁר אַתֶּם חֲפֵצִים *quod vos cupitis*, optatis.

2) *volens.* 1 Reg. XXI, 6: אִם חָפֵץ אַתָּה *si tu vis.* XIII, 33. נֶפֶשׁ חֲפֵצָה animus volens, lubens. 1 Par. XXVIII, 9.

חֵפֶץ c. suff. חֶפְצִי m. *propensio* in aliquid (*Wohlgefallen, Lust* an etwas), inde *favor, amor, studium* alic. rei. Prov. XXXI, 13: וַתַּעַשׂ בְּחֵפֶץ כַּפֶּיהָ *sie arbeitet mit Lust ihrer Hände*, ita ut manus eius labore delectari videantur. Frequens est formula: יֵשׁ (אֵין) חֵפֶץ לוֹ בְּ delectatur (non delectatur) aliquo Eccl. V, 3. XII, 1. Mal. I, 10, aliqua re 1 Sam. XV, 22: הַחֵפֶץ לַיהוָֹה בְּעֹלוֹת *num Jova delectatur holocaustis?* XVIII, 25. Jer. XXII, 28. XLVIII, 38. Hos. VIII, 8. Similiter Ps. I, 2: בְּתוֹרַת יְיָ חֶפְצוֹ. XVI, 3. Concr. *quod placet* alicui. כָּל־חֶפְצָהּ quidquid ei placebat 1 Reg. X, 13 cf. 2 Sam. XXIII, 5. Spec. a) *beneplacitum, voluntas.* עָשָׂה חֵפֶץ יְהוָֹה (exsequutus est) quod Deo placet, voluntatem Dei 1 Reg. V, 8. 9. Jes. XLIV, 28. XLVI, 10. XLVIII, 14 pl. חֶפְצֵי יְיָ LVIII, 13. b) *pulchritudo, amoenitas, decor* (cf. חֵן חן no. 2, חֶסֶד no. 1, d). אַבְנֵי חֵפֶץ lapides pulchri i. e. pretiosi Jes. LIV, 12. אֶרֶץ חֵפֶץ terra amoena Mal. III, 12. Plur. חֲפָצִים res pulchrae, pretiosae Prov. III, 15. VIII, 11. c) *desiderium.* Ps. CVII, 30: מְחוֹז חֶפְצָם *portus ab iis desideratus.* Iob. XXXI, 16.

A studii significatu proficiscitur 2) *negotii, rei* significatio, recentiori maxime Hebraismo peculiaris. Eccl. III, 1: וְעֵת לְכָל־חֵפֶץ *et tempus suum est cuivis rei*, i. e. omnia sunt fluxa et caduca, nihil stabile et aeternum. 17. V, 7: אַל־תִּתְמַהּ עַל הַחֵפֶץ *noli mirari eam rem.* VIII, 6. LXX. πρᾶγμα. Origines huius significationis habes his fere in locis Jes. LIII, 10: חֵפֶץ יְהוָֹה בְּיָדוֹ יִצְלָח *res Jehovae feliciter procedunt in manu eius.* XLIV, 28. LVIII, 3. 13. Iob. XXI, 21: מַה־חֶפְצוֹ בְּבֵיתוֹ אַחֲרָיו *quid ei rei cum domo sua post mortem suam?* pr. ei studii in domum suam (v. supra). XXII, 3: הַחֵפֶץ לְשַׁדַּי כִּי תִצְדָּק *num Dei res agitur, si iustus es?* Parall. אִם בֶּצַע. (Simile est Syrorum ܨܒܘܬܐ res, negotium a ܨܒܐ i. q. חָפֵץ voluit, arab. شَيْءٌ res, a شَاءَ voluit, مَسْأَلَة arab. vulg. res, negotium, a سَأَلَ petiit.

חֶפְצִי־בָהּ (in qua oblectatio mea, qua delector) n. pr. matris regis Manassis 2 Reg. XXI, 1, cf. Zionis nomen symb. Jes. LXII, 4.

I. חָפַר fut. יַחְפֹּר 1) *fodit, cavavit.* (Arab. حفر I. VIII. X fodit terram, حَفْر, حَفَر puteus, fovea, حَفِير sepulcrum. Syr. ܚܦܰܪ fodit, ܡܚܦܪܐ, ܡܚܦܘܪܬܐ fovea, fossa. Media emollita inde ortum חוּר, cf. p. 393 A. In linguis indogerm. fodiendi potestas litteris transpositis est in verbis γράφω, χρίμπτω, *graben*, praemisso sibilo sCRiBo, r emollito γλάφω, γλύφω, sCaLPo, sCuLPo). Constr. absol. Jer. XIII, 7, c. acc. fodit foveam Eccl. X, 8. Ps. VII, 16: בּוֹר כָּרָה וַיַּחְפְּרֵהוּ *foveam fodit et excavat eam*, puteum Gen. XXI, 30. XXVI, 15 sqq. Num. XXI, 18, it. *effodit* aliquid, ut aquam Ex. VII, 24. Iob. III, 21: וַיַּחְפְּרֻהוּ מִמַּטְמוֹנִים *et effoderent eam* (mortem) *prae thesauris*, si possent, e terra effoderent mortem cupidius, quam thesauros subterraneos. Sq. בְּ instr. Deut. XXIII, 14. Poët. de equo bellatore Iob. XXXIX, 21 (24): יַחְפְּרוּ בָעֵמֶק *fodiunt in campo* i. e. quietis impatientes pedibus „*cavant tellurem* (Virg. Georg. 3, 87. 88)", cf. Boch. Hieroz. 1, 75. 76 Lips. et Schult. ad l. c. „Apud Arabes, magnos talium captatores, hinc حافر *fodiens* dicta absolute *ungula equina.* In Hamasa تطاكم مناسم وحوافر *conculcabunt vos ungulae camelinae et equinae.* Notat ibi Tauriz. سمى الحافر حافرا لانه اثر في الارض *ungula equina dicta est* חופר *fodiens, quod fodicare soleat terram.* Similiter traductum כרה כرا aliud *fodiendi* verbum, quod pro خبط *terram pede quatere ad instar equi* frequentatur." Metaph. *fodit alicui* sc. foveam, pro *insidias struxit* alicui, sq. לְ Ps. XXXV, 7: חָפְרוּ לְנַפְשִׁי.

2) *eruit, exploravit, rimatus est.* (Verba *fodiendi* ad explorandi et *quaerendi* vim transferri, iam vidimus v. בָּקַר no. 3, adde نقر, ܒܚܫ fodit, et scrutatus est; חֲפַשׂ chald. et sam. fodit, hebr. חָפַשׂ quaesivit; pers. كاويدن fodere et studiose inquirere), Iob. XXXIX, 29 (32) de aquila: מִשָּׁם חָפַר אֹכֶל *inde* (de rupe) *explorat praedam.* Sq. acc. *exploravit* terram Deut. I, 22. Jos. II, 2. 3.

Not. Apud Jes. II, 20 verba: *proiicient homines idola* ...... לַחְפֹּר פֵּרוֹת וְלָעֲטַלֵּפִים servata vulgari scriptura explicari possunt: *in foramen* vel potius (v. Gramm. hebr. §. 106, 3) *in foramina murium* (פֵּרָה i. q. فار mus) *et ad vespertiliones* i. e. in reconditissima et sordidissima domuum latibula, ubi mures degunt et vespertiliones. Sed pendet haec litteras לחפר פרות pronunciandi et dispescendi ratio e vulgari interpretatione rabbinica, et praestabit cum Aben Esra et 3 codd. Kennic. iunctim scribere his vocalibus: לַחֲפַרְפֵּרוֹת (Theod. ἀφαρφερὼθ), a sing. חֲפַרְפֵּרָה et vi formae *animal* intelligere *continuo fodiens* idque domesticum et cum vespertilionibus componendum; vel cum Hieron. *talpas*, quae tamen in domibus non reperiuntur, vel de mea sententia *rattos*, *mures maiores*. Sine iusta ratione etymologica Kimchius *avem*, Hitzigius *passerem* reddit, nam longe arcessitum et arbitrarium, quod hic ח radicale esse negans confert arab. فُرْفُر, فَرْفَر, فُرْفُور, quod quidem in Kamuso (p. 626) declaratur voce عصفور, ea tamen non passerem tantum, sed avicularum multas species significante (v. Boch. Hieroz. II, 723). Lexicographum autem more suo hoc tantum voluisse, فرفر esse aviculae cuiusdam vel aliunde notae vel a se non definiendae nomen, monstrat Domairius ap. Freytagium (III p. 339), his verbis „avis parva aquatica similis columbae“, quam Jesaiae loco non adhibebis. Plura dabit Bochartus in Hieroz. II, 442. 448.

חֵפֶר (fovea, puteus) n. pr. 1) urbis regiae Cananitarum Jos. XII, 17, fortasse eiusdem quae alibi גַּת חֵפֶר appellatur XIX, 13, in tribu Sebulonis. Ex locis nonnullis talmudicis apud Relandum Palaest. p. 718. 719 apparet, חֵפֶר non longe abfuisse a Sippori. Sed אֶרֶץ חֵפֶר 1 Reg. IV, 10, quae copulatur cum שׂוֹכֹה, in agro Judae quaerenda videtur.

2) plurium virorum a) filii Gileadis Num. XXVI, 32. 33. XXVII, 1. Jos. XVII, 2. b) tribuni Davidis 1 Par. XI, 36. c) 1 Par. IV, 6. Patron. no. 1 חֶפְרִי Num. XXVI, 32.

חֲפָרַיִם (duae foveae) n. pr. oppidi Issacharitarum Jos. XIX, 19.

II. חָפֵר fut. יַחְפֵּר, plur. יַחְפְּרוּ in pausa יֶחְפָּרוּ *erubuit*, *pudore suffusus est* vc. mere poët., quod paene ubique copulatur cum בּוֹשׁ. (Arab. خَفِرَ, aeth. ሐፈረ: syr. ܚܦܰܪ id. Vicinum est חָמַר no. 2, arab. خمر erubuit prae pudore, m et p permutatis, ut saepe). Plerumque de pudore ex spe et fiducia irritis Mich. III, 7. Iob. VI, 20, praecipue eorum, qui aliorum interitum speraverant Ps. XXXV, 4. 26. XL, 15. LXX, 3, et ipsi intereunt LXXXIII, 18. Jer. XV, 9. L, 12. Est etiam eorum, quibus cedendum est maioribus Jes. XXIV, 23. — Iob. XI, 18: וְחָפַרְתָּ לָבֶטַח תִּשְׁכָּב *nunc pudore suffusus tuto secure habitabis*, cf. Comm. 174, cuius posteriorem hemistichium eodem modo struendum. (Al. coll. arab. خَفَرَ protexit, passive: *protectus eris*, cuius significationis aliud vestigium in Hebraismo non reperitur. Al. ex signif. 1: *fodies* fossam circum te *et secure habitabis*). Tribuitur faciei Ps. XXXIV, 6. Sq. מִן rei, quae spem fefellit Jes. I, 29.

Hiph. 1) i. q. Kal Jes. LIV, 4. De inanimatis, quae splendore privata lugent XXXIII, 9. 2) *pudenda fecit*, *turpiter egit* i. q. הֵבִישׁ no. 3. Prov. XIII, 5. XIX, 26.

* * *

חָפְרַע n. pr. *Hophra*, rex Aegypti, Nebucadnezaris aequalis Jer. XLIV, 30 (cf. XXXVII, 5. 7. Ez. XXIX, 3, ubi idem sub communi Pharaonis appellatione latet). LXX. Οὐαφρῆ (i. e. ΟΥΗΒ ΦΡΗ sacerdos solis sec. Jablonskium, Opuscc. ed. te Water T. I p. 444, cf. Πετεφρῆ), Οὐάφρης Clem. Alex. I, 332 Sylb., Οὔαφρις Maneth. apud Jul. Afric. et Syncell. (Routh rel. sacr. II, 147), cuius haec sunt verba: Οὔαφρις ἔτη ιθ΄. ᾧ προςέφυγον ἁλούσης ἀπὸ Ἀσσυρίων Ἱερουσαλὴμ οἱ τῶν Ἰουδαίων ὑπόλοιποι. Apud eundem est octavus rex dynastiae vicesimae sextae, quae est Saïtarum secunda, procul dubio idem quem Herodotus (2, 161. 162. 169. 4, 159) et Diodorus (1, 68) *Apriem* (Ἀπρίης) nuncupant, Psammis filium. Caeterum Herodotus et Manetho (Euseb. chron. arm. I, p. 219 Aucher.) l. c. eius imperio viginti quinque, Diod. viginti duos, Syncellus l. c. nonnisi undeviginti annos tribuit.

חָפַשׂ fut. pl. יַחְפְּשׂוּ pr. fodit, LXX Ps. LXXVI, 7 σκάλλω. (Chald. et sam. חֲפַשׂ id. v. Gen. XXVI, 21. 22. 32 Targ. fortasse vic. verbo חָפַר no. I, r et s permutatis v. p. 400 B). Sed ubique translate *investigavit* (v. Pi.), v. c. sapientiam Prov. II, 4, *exploravit* v. c. intima pectoris Prov. XX, 27, vitam suam Thren. III, 40, *excogitavit* (ausgrübeln) Ps. LXIV, 7: יַחְפְּשׂוּ עוֹלֹת *excogitant scelera*. LXX. ἐρευνάω, ἐξερευνάω. (Litteris transpositis chald. בְּחַשׁ inquisivit, scrutatus est, arab. بحث, v. ad בָּקַשׁ p. 234).

Niph. *pervestigatus est* Obad. 6.

Pi. *pervestigavit*, absol. Gen. XXXI, 35. XLIV, 12. 2 Reg. X, 23, sq. acc. 1 Reg. XX, 6 (domum). Zeph. I, 12 (urbem); *investigavit* (delitescentem), jemanden ausforschen, ausfinden 1 Sam. XXIII, 23. Absol. Ps. LXXVII, 7: וַיְחַפֵּשׂ רוּחִי *animus meus scrutatur*.

Pu. 1) quaesitus est, inde quaeri se passus est, *occultavit se*. Prov. XXVIII, 12: בְּקוּם רְשָׁעִים יְחֻפַּשׂ אָדָם *ubi surgunt impii, occultant se homines*. Cf. 28, ubi eodem contextu יִסָּתֵר, et Hithpa. 2) *excogitatus est* Ps. LXIV, 7: חֵפֶשׂ מְחֻפָּשׂ *consilium excogitatum*.

Hithpa. pr. quaeri se passus est, inde *occultavit se* (v. Pu. no. 1); spec. *aliam speciem induit veste mutata*

(sich verkleiden). 1 Sam. XXVIII, 8: וַיִּתְחַפֵּשׂ שָׁאוּל וַיִּלְבַּשׁ בְּגָדִים אֲחֵרִים. 1 Reg. XX, 38: וַיִּתְחַפֵּשׂ בָּאֲפֵר עַל עֵינָיו et occultavit se fascia super oculis alligata. XXII, 30. 2 Par. XVIII, 29. XXXV, 22. — Dubiae interpretationis est Iob. XXX, 18: בְּרָב־כֹּחַ יִתְחַפֵּשׂ לְבוּשִׁי vel: *multa vi* (morbi) *vestis mea* (i. e. cutis mea) *mutata est*, ita ut vix agnoscar (cf. Comm. 19), vel sec. A. Schultens.: *magna vi dolor mutavit se in vestem meam* i. e. vestis instar me totum quasi cingit premitque et obsidet, cui bene congruit alterum hemistichium: *ut os tunicae meae cingit me.*

חֵפֶשׂ m. *consilium excogitatum* Ps. LXIV, 7, v. Kal et Pu. no. 2.

חָפַשׁ pr. *solutus, liber, expeditus fuit*, opp. ligato, coacto. Hinc 1) *res solutas* vel expeditas humi *stravit, prostravit* (v. חֹפֶשׁ). Arab. خفش II. prostravit. 2) *prostratus*, ideoque *infirmus*, *debilis fuit*, qs. viribus solutis. Cf. חָלַשׁ. Arab. خَفَشَ id. II. infirmum fuit corpus, خَفَش imbecillitas, أَخْفَش imbecillis). Inde חָפְשִׁי, חָפְשׁוּת. 3) *manu misit, liberum dimisit* (servum). Arab. خفش libere se effudit.

Pu. manu missus est servus Lev. XIX, 20. Inde

חֹפֶשׁ m. *stratio*, semel Ez. XXVII, 20: בִּגְדֵי־חֹפֶשׁ לְרִכְבָּה *tapetes stratae ad equitandum*, v. rad. no. 1.

חֻפְשָׁה f. *libertas* Lev. XIX, 20, v. rad. no. 3.

חָפְשִׁי adj. (pr. a subst. חֹפֶשׁ = חֻפְשָׁה, cum terminatione adj. ִי—) pl. חָפְשִׁים 1) *prostratus*, *infirmus* Ps. LXXXVIII, 6. 2) *liber*, oppos. servo et captivo Iob. III, 19: וְעֶבֶד חָפְשִׁי מֵאֲדֹנָיו *et servus liber a domino suo*. שִׁלַּח פ׳ חָפְשִׁי מֵעִמּוֹ dimisit aliquem (servum) a se liberum i. e. manu misit, libertum fecit Deut. XV, 12. 13. 18. Jer. XXXIV, 14 cf. Iob. XXXIX, 5, pl. שִׁלַּח חָפְשִׁים dimisit (eos) liberos Jes. LVIII, 6. Jer. XXXIV, 9. 11. 16. שִׁלַּח לַחָפְשִׁי id. Ex. XXI, 26. 27. יָצָא חָפְשִׁי, לַחָפְשִׁי manu missus est (v. יָצָא). 3) *immunis* ab oneribus publicis 1 Sam. XVII, 25.

חָפְשׁוּת et **חָפְשִׁית** f. *infirmitas*, *morbus*, unde בֵּית הַחָפְשִׁית nosocomium 2 Reg. XV, 5. 2 Par. XXVI, 21. Juda ben Karisch ad hanc locutionem observat: *Arabes vocant domum, in quam se recipiunt viduae tempore luctus*, الخفشا (in cod. אלחפשא et ita edidit Schnurrerus in Eichh. Bibl. III, 970; sed legendum videtur אלכפשא, الكفشا domus infirmarum). Kimchi: *ita dicta est haec domus, quia in ea segregati sunt ab hominibus et quasi liberi a societate eorum. Rabbi Jonas interpretatur domum parvam, ex usu Arabum, qui domum parvam appellant* חפשי [حفش domus parva].

חָצֵב et **חָצַב** Jes. V, 2 fut. יַחְצֹב *cecidit*, *excidit* max. lapides, LXX plerumque λατομέω. (Vicinum חָטַב cecidit lignum: de syllaba primaria חץ, quae secandi caedendique potestatem habet, v. ad חָצַץ). 1 Par. XXII, 2. Spec. excidit puteos cisternasque Deut. VI, 11. 2 Par. XXVI, 10. Neh. IX, 25. Jer. II, 13, sepulcrum lapideum Jes. XXII, 16, lacum torcularem V, 2, lapidem aerosum ex montibus Deut. VIII, 9, columnas lapideas Prov. IX, 1, semel: cecidit lignum (addito בְּ instr.) Jes. X, 15. Part. חֹצְבִים lapicidae (LXX. λατόμοι) 2 Reg. XII, 13. 1 Par. XXII, 2. 15. 2 Par. XXIV, 12. Esr. III, 7, passim ita ut etiam lignatores complectatur 1 Reg. V, 29. 2 Par. II, 1. 17. Translate a) Ps. XXIX, 7: קוֹל יְהוָה חֹצֵב לַהֲבוֹת אֵשׁ *vox Dei findit flammas igneas* i. e. emittit fulgura fissa, trisulca, cf. trisulcos ignes Ov. Met. 2, 848. (Cognatum est arab. حصب dispersit v. c. glaream). b) Hos. VI, 5: חָצַבְתִּי בַּנְּבִיאִים *caedo eos per prophetas* i. e. excidium et internecionem iis annuncio, cf. Hiph. In altero membro est הֲרַגְתִּים בְּאִמְרֵי פִי. Paulo aliter, nec male Kimchius: *metaphorice de multitudine sermonis ad eos, q. d. percutit eos verbis*, in quam sententiam cf. Jes. XI, 4: priori favet sequens הֲרַגְתִּים eodem sensu. Luth. al.: *ich hobele sie*, *dolo eos*, sed dolandi significatus in hoc vc. probari non potest.

Niph. incisus est in rupem, sq. בְּ Iob. XIX, 24 (de litteris).

Pu. excisus est. Jes. LI, 1: הַבִּיטוּ אֶל־צוּר חֻצַּבְתֶּם *intuemini in rupem*, ex qua *excisi estis* i. e. in proavos, ex quibus prognati estis cf. 2 et XLVIII, 1.

Hiph. i. q. Kal litt. b. Jes. LI, 9: הַמַּחְצֶבֶת רַהַב *caedens Rahab* i. e. Aegyptum.

מַחְצֵב m. *caesio lapidum*, vel *lapicidina*, ut chald. מחצב. אַבְנֵי מַחְצֵב lapides caesi, vel lapides lapicidinae. 2 Reg. XII, 13. XXII, 6. 2 Par. XXXIV, 11.

חָצָה fut. יֶחֱצֶה conv. וַיַּחַץ 1) pr. *dissecuit*, ut cogn. חָצַץ, q. v. Vide חֵצִי no. 1. (Chald. et syr. חֲצָא, ܚܨܐ excidit. Arab. خصى, non خصى ut ap. Castell. col. 1356, et aethiop. ኀጸወ: castravit, pr. exsecuit, ሐፀወ: asciavit. Sed حصا est prohibuit, nostr. abschneiden).

2) *divisit*, spec. a) in duas partes. Gen. XXXII, 8: וַיַּחַץ אֶת־הָעָם אֲשֶׁר אִתּוֹ ..... לִשְׁנֵי מַחֲנוֹת. Exod. XXI, 35. Praegn. Num. XXXI, 42: *et de dimidio Israëlitarum* אֲשֶׁר חָצָה מֹשֶׁה מִן הָאֲנָשִׁים הַצֹּבְאִים *quod dividebat Moses de militantibus* i. e. quod omnes in duas partes dividendo ceperat. Sq. בֵּין ... וּבֵין divisit et distribuit inter (duos) Num. XXXI, 27. — Poët. Ps. LV, 24: לֹא יֶחֱצוּ יְמֵיהֶם *non dimidiabunt dies suos* i. e. ne dimidiam quidem vitae partem attingent. Kimchi: לא יגיעו עד חצי ימיהם. Praegn. Jes. XXX, 28: עַד צַוָּאר יֶחֱצֶה *usque ad collum dividit* (fluvius hominem) i. e. ad collum usque ascendens in duas quasi partes dissecat hominem (cf. VIII, 9).

b) etiam in plures. Gen. XXXIII, 1. Iud. VII, 16. IX, 43, sq. בֵּין distribuit inter. Iob. XL, 30 (25). Kimchius: כלם ענין חלוקה בין שיהיו החלקים בשוה או לא שוה.

Niph. divisus est, divisit se, aqua in duas partes 2 Reg. II, 8. 14, populus in duo regna Ez. XXXVII, 22. Eodem pertinet fut. apoc. תֵּחָץ pro תֵּחָצֶה Dan. XI, 4.

חֲצוֹת inf. nominasc. *divisio*, inde *medium*. בַּחֲצוֹת לַיְלָה Ex. XI, 4, et sine בְּ Iob. XXXIV, 20. Ps. CXIX, 62 media nocte.

חֲצִי (1 Reg. III, 25. XVI, 21), saepius חֵצִי (formae סֵפֶר) cstr. חֲצִי c. suff. חֶצְיוֹ 1) i. q. חֵץ *sagitta*, a dissecando dicta (v. rad. no. 1) 1 Sam. XX, 36—38. 2 Reg. IX, 24.

2) *divisio* (v. rad. no. 2), inde *dimidium*, *dimidia pars*, v. c. sanguinis Ex. XXIV, 6, mensurae Num. XV, 9. 10, populi 2 Sam. XIX, 41, tribus Jos. IV, 12. XII, 2. 5. XIII, 7 et persaepe (nam חֲצִי longe frequentius quam מַחֲצִית). אַמָּה וָחֵצִי ulna una cum dimidia Ex. XXV, 10; אַמָּתַיִם וָחֵצִי ibid. מוֹעֵד מוֹעֲדִים וָחֵצִי Dan. XII, 7. 1 Reg. XVI, 21: אָז יֵחָלֵק הָעָם יִשְׂרָאֵל לַחֵצִי Vulg. *tunc divisus erat populus Israëlis in duas partes.* C. Suff. חֶצְיֵנוּ dimidia pars nostrum 2 Sam. XVIII, 3, חֶצְיוֹ Jes. XLIV, 16. 19. — In nummis Maccabaeorum חצי de dimidio sicli usurpatur, v. Bayer de nummis hebraeo-samarit. p. 171. Inde

3) *medium* (cf. نصف dimidium et medium) 2 Sam. X, 4. בַּחֲצִי הַלַּיְלָה media nocte Ex. XII, 29. Iud. XVI, 3. Ruth. III, 8, בַּחֲצִי הַשָּׁמַיִם in medio coelo Jos. X, 13. בַּחֲצִי יָמַי in media vita mea Ps. CII, 25, cf. Jer. XVII, 11.

חֲצִי הַמְּנֻחוֹת (medium locorum quietis) n. pr. viri 1 Par. II, 52, unde patron. חֲצִי הַמְּנַחְתִּי 54.

יַחְצְאֵל (quem Deus *tribuit*) n. pr. filii Naphtali Gen. XLVI, 24, quod 1 Par. VII, 13 scribitur יַחֲצִיאֵל. Nom. gentil. יַחְצְאֵלִי Num. XXVI, 48.

מֶחֱצָה f. i. q. חֲצִי no. 2. *dimidium*, sed nonnisi bis legitur Num. XXXI, 36. 43.

מַחֲצִית f. i. q. חֲצִי 1) *dimidium* Ex. XXX, 13. Lev. VI, 13. Num. XXXI, 30. 42. 47. 1 Reg. XVI, 9. 1 Paral. VI, 46 cet. (sed longe frequentius est חֲצִי). 2) *medium* (diei) Neh. VIII, 3.

חָצַן rad. inusit. quae primam *roboris* et *firmitatis* potestatem habuisse videtur, ut cogun. חָצַן, חָסַן, et arab. حَصُنَ firmus, munitus fuit, unde حِصْن arx. Quod praeterea habent Arabes حَضَنَ in ulnis gestavit (puerum), fovit, educavit, et Aethiopes ሐፀነ: nutrivit, educavit, id secundarium videtur, et denom. a

חֹצֶן m. i. q. *ulna*, *brachium* (a robore dictum). Ps. CXXIX, 7: (gramen) *quo manum non implet messor, neque brachium colligens manipulos*, et

חֹצֶן m. *ulna*, in qua pueri gestantur, *sinus* Jes. XLIX, 22, inde *sinus* vestis (LXX. ἀναβολή) Neh. V, 13. Arab. حِضْن ulnae, sinus (in Vers. arab. saepe pro gr. κόλπος), aeth. ሕፅን: sinus, unde አሐፀነ: fidei alicuius commisit, pr. in sinum dedit).

חֲצַף chald. *durus*, *asper fuit*. Aph. אַחְצֵף אַפִּין, syr. ܐܰܚܨܶܦ ܐܰܦܶܐ obfirmavit faciem, חֲצִיף, ܚܰܨܺܝܦܳܐ syr. et zab. obfirmatus, impudens, חוּצְפָּא, ܚܘܼܨܦܳܐ impudentia. Propriam verbi (quod cognatum est radici חָסַף q. v.) vim praeterea intelligis ex his: ܚܶܨܦܳܐ testa, erinaceus (ab asperitate), حَصِفَ scabiosus fuit, dein I. IV. firmi iudicii fuit, X. dura et adversa fuit fortuna, حَصَف scabies. In V. T. bis de mandato regio *duro* et *severo*. Dan. II, 15: עַל־מָה דָתָא מְהַחְצְפָה מִן קֳדָם מַלְכָּא *quare mandatum tam durum a rege datum?* (LXX. περὶ τίνος δογματίζεται πικρῶς; Theod. ἀναιδής. Venet. δόγμα ἀχάλυπτον. Vulg. *crudelis*. Hebr. מתחזקת. Syr. ܡܚܰܨܦܳܐ). III, 22: *quoniam mandatum regis severum erat.* (Theod. ὑπερίσχυε. Venet. ἐσκλήρυνεν, Reliqui cum Vulg. *urgebat*, LXX. ἤπειγε. Hebr. נחוץ. Syr. ܡܫܰܐܠܳܐ). Praeterea in Targ. Eccl. X, 5: *quantum mali in mundo per mandatum errore datum quod exit severe* (מְהַחְצְפָה) *contra virum idque ab imperante!* Quam veterum verss. pars cap. 3 exprimit et recentiores plerique adoptarunt, *urgendi* et *accelerandi* notio, in ipsa radice parum praesidii habet (non multum enim valet arab. حَصَفَ celeriter transiit equus, خَصَفَ IV. celeriter incessit), sed severitas mandati in eo perficiendo celeritatem postulat eamque simul complectitur.

חָצַץ 1) pr. *scidit*, *abscidit*, *discidit*, *incidit*. (Talmud. dissecuit, unde חֲצִיצָא ascia, translate: distinxit, discrimen fecit. Secandi autem caedendique potestas propria est syllabae חץ, quae in pluribus radicibus reperitur ab ea ordientibus, ut חָצַב, חָצָה q. v.; chald. syr. arab. חֲצַר, ܚܨܰܕ messuit, خَضَدَ putavit arborem; aeth. ሐጸረ: = קָצַר brevis fuit. Eandem vim habent syllabae cognatae קץ v. קָצַץ, חז v. חָזַז, it. חד, כס, גז, גד, v. ad חָדַר, cf. גָּזַז et גָּדַר in append.). Primaria vis superest in חֵץ, חָצָץ no. 1 sagitta, a findendo; in n. pr. חַצְצוֹן תָּמָר (amputatio palmae): a *concidendo* et *comminuendo* (aeth. ኀጸጸ: imminui, decrescere, ሐጸጸ: parvus fuit, ሕጹጽ: parvus, exiguus, tenuis) est

חָצַץ no. 1) glarea: abscindendi vis superest in Pu. — Inde

2) *divisit*, et intrans. *divisus est*. (حَصَّ III. IV. portionem dedit alicui. VI. inter se partiti sunt portiones, حِصَّة portio, ap. Arab. Polygl. saepe pro חֵלֶק. Caeterum dividendi significatum nolim cum Schult. Opp. min. 91 et Schnurrero dissert. p. 56 repetere a nomine חֵץ sagitta, quandoquidem sagittis non alatis res distribuendas sortiri soliti sint Arabes pagani [Sur. 5, 4. 94. 3, 39, unde سهم sagitta, زلم, قدح sagitta implumis et sors, adde Ez. XXI, 26], sed a primario secandi, dissecandi significatu). Prov. XXX, 27: *locustis non est rex*, וַיֵּצֵא חֹצֵץ כֻּלּוֹ *et exeunt* tamen *omnes divisi* i. e. agmine partito (cf. Gen. XIV, 15). LXX. στρατεύει ἀφ' ἑνὸς κελεύσματος εὐτάκτως. Hieron. egreditur universa per turmas suas. (Amputandi dividendive potestatem etiam alii vario modo adhibuerunt, velut Kimchius: *amputantes* i. e. comedentes herbas et arbores, et Gr. Venet. ἐκτέμνουσα ἅπαν; Bochartus Hieroz. III, 277 et Schult. ad h. l. *dividens sibi praedam*, quae minus apta sunt, et plane abiiciendae eorum sententiae, qui a certo linguae usu plane recedunt, veluti Hutii a حَضَّ instigavit, Schnurreri in dissertt. p. 106 a حَصَّ celeriter ivit al. cf. Rosenm. ad Boch. l. c.).

Pi. part. מְחַצְצִים Iud. V, 11 vel *dividentes* sc. praedam (sec. Schnurrerum cf. Ies. IX, 2. XXXIII, 23. Ps. LXVIII, 13), vel secundum Hebraeos, Luth. Lettium al. *sagittarii*, ut denom. sit a חֵץ. Hoc posterius praefero propter chald. מְחַצְצֵי גִירַיָּא *iaculantes sagittas*, quod legitur Iud. V, 8 Targ. Vagas aliorum coniecturas compilare piget. Sed adscribere placet R. Tanchumi observationem ad verba מִקּוֹל מְחַצְצִים בֵּין מַשְׁאַבִּים, quae ostendit, iam a veteribus tentata esse, quaecunque ex etymo elici posse videbantur:

قيل انه من חצץ التى فى الحصا اى الماشيين بين مساقى الما يرفعون اصواتهم بتشكر الله وحمده استظهارا بنصر الله وتاييده وقيل ان מחצצים من הנה החצים اى بدل ما كانوا عديمين السلاح ولو فى الحرب صار عندهم السلاح يلعبون به حين التنزه والفراج كما تميل الاجناد والامرا ان يسيروا ويفرجوا والقوس والنشاب معهم لعب وسرور يتصيدون به لزيادة انبساطهم وتفرجهم وقيل صوتهم بالتسبيح والشكر عند اجتماعاتهم من ויצא חצץ כלו اى مجتمع ملتف وقيل متساهمين من חץ ايضا اى صحيحهم عند قسمة المياه واصلاح المساقى *Repetunt a* חָצָץ *glarea, et interpretantur: ambulantes (in glarea) inter haustra tollunt vocem ad deum celebrandum et laudandum, eiusque opem et auxilium implorandum. Aliis sunt sagittarii, a* חֵץ *1 Sam. XX, 21, hac sententia: pro eo quod antea* (Comm. 8) *armis expertes fuerant, etsi in bello, nunc arma gerunt ad lusum tempore recreationis et oblectationis, quemadmodum solent milites et praefecti ambulantes et otio indulgentes secum habere arcum et sagittas ioci causa iisque venari animi causa. Alii interpretantur: vox eorum deum laudat et praedicat, ubi congregati sunt, a* חצץ Prov. XXX, 27 *quod est congregatus. Aliis denique* מחצצים *sunt sortientes, iterum a* חץ *sagitta, et intelligunt vocem eorum, qui aquam dividunt et aptant haustra.*

Pu. abscissus i. e. absolutus, exactus est (de numero mensium). Iob. XXI, 21.

חָצָץ m. 1) i. q. חֵץ *sagitta*. Plur. חֲצָצֶיךָ sagittae tuae, poët. pro fulminibus Ps. LXXVII, 18 (nisi haec forma est a sing. חֲצָץ = חֵץ, cf. צֵל, צְלָלִים al.). Kimchi: ברקים, addit et aliam interpretationem אבני ברד, coll. no. 2.

2) *glarea*, a comminuendo dicta (v. rad. no. 1) Prov. XX, 17. Thren. III, 16. (Syr. ܚܨܨܐ, arab. حَصًى, aeth. ሐጻ: id.).

חֵץ c. suff. חִצִּי pl. חִצִּים m. *sagitta*, a secando dicta, cf. gr. σχίζα i. q. βέλος a σχίζω. (Aeth: ሐጽ: id.) 1 Sam. XX, 20 sq. 2 Reg. XIII, 18. Ies. VII, 24 et saepe. יָרָה חִצִּים iecit sagittas 2 Reg. XIX, 32, et יָרָה בַחִצִּים iecit sagittis 2 Par. XXVI, 15, כּוֹנֵן חֵץ sagittam direxit (v. כּוּן), דָּרַךְ חֵץ tendit sagittam, pro arcum cum sagitta (v. דָּרַךְ). בַּעֲלֵי חִצִּים sagittarii Gen. XLIX, 22. — חֵץ הַחֲנִית 1 Sam. XVII, 7 (Chethibh) est *cuspis ferrea hastae*, sed in Keri et locis similibus 2 Sam. XXI, 19. 1 Par. XX, 5 legitur עֵץ lignum, *hastile*: idque contextui unice accommodatum. Errant enim, qui חֵץ eandem vim habere et ligneam hastae partem notare posse censent.

Poët. *sagittae Dei* sunt a) *fulgura*. Hab. III, 11: לְאוֹר חִצֶּיךָ יְהַלֵּכוּ. Ps. XVIII, 15, cf. חָצָץ no. 1, חָזִיז, et arab. حُسْبَان sagittae breves, fulmina Cor. 18, 38. b) *mala*, *calamitates* hominibus inflictae. Iob. VI, 4: חִצֵּי שַׁדַּי עִמָּדִי *sagittae Dei* sunt *in me*, corpori meo infixae sunt. Deut. XXXII, 23: חִצַּי אֲכַלֶּה בָּם *sagittas meas consumam in eos*, calamitates quascunque iis immittam (cf. 42). Ps. VII, 14. XXXVIII, 3. XCI, 5. Thren. III, 12. Ez. V, 16: בְּשַׁלְּחִי אֶת־חִצֵּי הָרָעָב הָרָעִים בָּהֶם *ubi immisero iis sagittas famis perniciosas*. Bene Koehlerus (observatt. ad loca selecta s. cod. p. 50) ad Thren. l. c. postquam contulit Il. 1, 50 sqq., haec annotat: „At frequentior est eadem imago apud poëtas Arabicos. Motanabb. carm. 61, 12: نصبونى غرض الرماة تصيبنى (lege تصيبنى) posuerunt me metam sagittariorum, qui me collimant, et carm. 158, 10: أتحفر على من رمته الليالى an teges illum, in quem noctes (infortunia) tela coniiciunt? item 99, 1: افاضل الناس اغراض لذا الزمان optimi hominum sunt scopi sagittis huius temporis." Minus huc pertinet, quod idem confert طوايح الزمن iactus vagi fortunae Har. 1 init. — Semel *sagitta* dicitur *de vulnere*, quod sagitta Dei inflixit. Iob. XXXIV, 6;

אָנוּשׁ חִצִּי *aegrum est vulnus meum.* (Contra ap. Eurip. Iphig. Taur. 314 tela appellantur τραύματα ἐπιόντα vulnera advolantia). Oratio gravis et alte descendens in pectora hominum cum *sagitta acuta* comparatur Jes. XLIX, 2 cf. Pind. Olymp. 2, 159. 160. 9, 17. vit. Tim. 2, 886, alibi (Jer. IX, 7) lingua maledica dicitur esse instar *sagittae vulnerantis.*

חַצְצֹן תָּמָר Gen. XIV, 7 et **חַצְצוֹן תָּמָר** 2 Par. XX, 2 (putatio palmae, nam ab usu linguae hebraeae aliena sunt, quae Bochartus Hieroz. 1, 720 coniicit, *tuguria palmeti* coll. خُصَاص casae ex arundine factae, vel *locus irriguus* palmarum ferax coll. خصاخص locus arboribus et aqua abundans, ibid. II, 813, similiter tamen Saad. التفاف النخل silva densa palmarum) n. pr. oppidi in deserto tribus Judae siti, palmetis suis nobilis (Jos. Arch. 9, 1, 2. Plin. H. N. 5, 7), postea עֵין גֶּדִי dicti (2 Par. l. c.), q. v. Inde Onk. עין גדי, et Sam. פלוג כדי i. e. rivus hoedi.

חָצַר rad. inusit. 1) *circumdedit, circumvallavit, sepsit.* Arab. حصر circumdedit, obsedit Cor. 9, 5, حِصَار sepimentum, munimentum, castellum (persaepe), aethiop. ሐጸረ: circumvallavit, ሐጸር: vallum. Cognata sunt حظر seclusit, prohibuit, حَظِير sepimentum, caula, stabulum, et حَضَر habitatio fixa (pr. septa, muro circumdata), حَاضِر fixum et stabile domicilium habens. Plura vide ad rad. חָדַר.

2) *viruit* (v. חָצִיר), arab. خَضِرَ viruit (arvum, seges), أَخْضَر viridis, خُضْرَة color viridis, خَضِير olus viride. Quotquot sunt Etymologi hanc peculiarem radicem esse statuunt cum priore illa nullo cognationis vinculo coniunctam, ideoque חָצִיר *chors, mansio* et חָצִיר *gramen* utpote diversa vocabula cifris romanis discreverunt. Verum utriusque nexum tandem me docuit gr. χόρτος, quod pariter atque חָצִיר *aulam, cohortem,* dein *pascuum,* et *pecudis pabulum, gramen* significat (v. Passov. h. v.), et quo Alex. interpres paene constanter reddit vc. hebraeum. Itaque etiam in hebraeo vocabulo *pabuli graminis*que significatio a prima illa *pascui* repetenda est (cf. max. Jes. 34, 13, ubi in altero membro נָוֶה), et *coloris viridis* notio in verbo arabico profecta est a *gramine* et *porro* (grasfarben, grasgrün, lauchgrün), non contra. Videant praeterea viri docti, sintne eiusdem originis חָצֵר, gr. χόρτος (chors, gramen) et sanscr. *harit* viridis.

חָצֵר cstr. חֲצַר utriusque sexus (cf. infra adiectiva) pl. חֲצֵרִים cstr. חַצְרֵי, et חֲצֵרוֹת cstr. חַצְרוֹת (sed signif. 3 nonnisi prius usitatum) pr. locus septus, inde 1) *area, impluvium, chors* (Hof), domus privatae Ex. VIII, 9. 2 Sam. XVII, 18. Neh. VIII, 16. חֲצַר הַמַּטָּרָה area carceris (Wachthof) Jer. XXXII, 2. 12. XXXIII, 1. XXXVIII, 6. Neh. III, 25. 2) *atrium* a) regiae 1 Reg. VII, 8. 9. 12. Esth. II, 11. IV, 11. VI, 4. b) tabernaculi sacri Exod. XXVII, 12 sqq. XXXV, 17. 18. XXXVIII, 9 sqq. XXXIX, 40. XL, 8, templi Salomonei, quorum duo erant (2 Reg. XXI, 5), alterum *interius* (הֶחָצֵר הַפְּנִימִי Ez. XL, 28. 32. XLIII, 5 et ־ית 1 Reg. VI, 36. VII, 12. Ez. X, 3. XL, 31. XLIV, 21. 27), etiam *atrium sacerdotum* 2 Par. IV, 9, *atrium superius* Jer. XXXVI, 10, *atrium novum* (v. Reland. antiqu. sacr. p. 54, quo alii *atrium mulierum* intelligunt, cuius vestigia tamen in templo Salomoneo desunt v. Lightfoot Opp. T. I p. 592) 2 Par. XX, 5; alterum *exterius* (הֶחָצֵר הַחִיצוֹנָה Ezech. X, 5. XL, 17. 31. XLII, 7. 14, sed pro חָצֵר תִּיכוֹנָה 2 Reg. XX, 4 Keri legendum cum Chethibh הָעִיר הַתִּיכוֹנָה). Plur. חֲצֵרִים Jes. I, 12. Ps. LXV, 5. LXXXIV, 11 cet. LXX. αὐλή. 3) *villa, parvus vicus* (Gehöfte). LXX. ἔπαυλις, κώμη. Lev. XXV, 31: בָּתֵּי הַחֲצֵרִים אֲשֶׁר אֵין לָהֶם חוֹמָה *domus vicorum, qui muro carent.* Saepe de villis viculisque, qui in agro urbis siti sunt Jos. XIII, 23. 28. XV, 32 sqq. XVI, 9. XVIII, 24. 28. XIX, 6. 7. 16. 23. 30 sqq. 1 Par. IV, 33. Neh. XI, 25. XII, 29, differunt a בְּנוֹת הָעִיר Jos. XV, 47. Etiam de vicis Nomadum Gen. XXV, 16. Jes. XLII, 11, cf. Ps. X, 8: יֵשֵׁב בְּמַאְרַב חֲצֵרִים *sedet in insidiis vicorum,* quae imago repetita est a nomadibus rapinam exercentibus.

Inde sunt haec nomina oppidorum vicorumve:

1) חֲצַר־אַדָּר (vicus Addaris) oppidum in confiniis Idumaeorum et tribus Judae Num. XXXIV, 4, brevius אַדָּר appellatum Jos. XV, 3.

2) חֲצַר גַּדָּה (vicus fortunae) in australibus tribus Judae Jos. XV, 27. V. Relandi Palaest. p. 707.

3) חֲצַר סוּסָה Jos. XIX, 5 (vicus equitatus), et חֲצַר סוּסִים 1 Par. IV, 31 (vicus equorum) in tribu Simeonis.

4) חֲצַר עֵינוֹן Ez. XLVII, 17 et חֲצַר עֵינָן XLVIII, 1. Num. XXXIV, 9. 10 (vicus fontium) in Palaestinae finibus septentrionalibus.

5) חֲצַר שׁוּעָל (vicus vulpis) Jos. XV, 28. XIX, 3. 1 Par. IV, 28. Neh. XI, 27 in tribu Simeonis.

6) חֲצַר הַתִּיכוֹן (pagus medius) Ez. XLVII, 16 in finibus Auranitidis.

7) plur. חֲצֵרוֹת statio Israëlitarum in Arabia Petraea Num. XI, 35. XII, 16. XXXIII, 17. Deut. I, 1. Cf. Burckhardti itin. Syriae p. 808. germ.

חָצוֹר (septum, castellum, i. q. arab. حِصَار) n. pr. 1) urbis regiae Cananitarum Jos. XI, 1 sqq. XII, 19. Jud. IV, 2, postea Naphtalitis tributae Jos. XIX, 36, ad lacum Samochonitin sitae (Jos. Arch. 5, 5, 1). A Salomone munita 1 Reg. IX, 15, a Tiglathpilesare expugnata est 2 Reg. XV, 29. — 2) oppidi in australibus Judae

Jos. XV, 23. — 3) alius ibidem siti, etiam חֶצְרוֹן dicti Comm. 25. 4) oppidi Benjaminitarum Nehem. XI, 33. 5) regionis arabicae plura regna continentis, unde מַמְלְכוֹת חָצוֹר Jer. XLIX, 28. VITRINGA (ad Jes. I, p. 624) *Petram* intelligi coniicit utpoto in orbe exstructam, sed haec est סֶלַע.

חָצוֹר חֲדַתָּה (castellum novum, Neuburg) n. pr. oppidi in australibus Judaee Jos. XV, 25.

חָצִיר 1) i. q. חָצֵר *locus septus*, *chors*, *αὐλή*, *χόρτος*. Poët. Jes. XXXIV, 13: *erit mansio thoum* חָצִיר לִבְנוֹת יַעֲנָה *chors s. pascuum struthionibus*. Audacius etiam XXXV, 7: חָצִיר לְקָנֶה וָגֹמֶא *domicilium cannae et arundini*, cf. בַּיִת no. 7.

2) *gramen* (v. rad. no. 2 et quae ibi observavimus), *pecudis pabulum* 1 Reg. XVIII, 5. Iob. XL, 15. Ps. CIV, 14. CXLVII, 8. Prov. XXVII, 25. Jes. XV, 6. XLIV, 4. Utpote solis ardore facile exarescens (facillime autem arescit gramen tectorum Ps. CXXIX, 6. Jes. XXXVII, 27) imaginem praebet fortunae fluxae et caducae Iob. VIII, 12. Ps. XXXVII, 2, et in universum vitae humanae Jes. XL, 6. 7. 8. LI, 12. Ps. XC, 5. CIII, 15. Spec. *porrum*, olus gramini simile, in Aegypto frequens adeoque pro sacro habitum (Juv. 15, 9. Prudent. cor. 10, 261. 267. contra Symm. 2, 250). Num. XI, 5. LXX. Vulg. *πράσα*, *porri*. Onk. Syr. Saad. eodem vc. usi כַּרְתֵּי, ܟܪܬܐ, كُرَّاث, v. CELSII Hierobot. II, p. 263 sqq.

חֶצְרוֹן (inclusus, circumvallatus) n. pr. 1) filii Ruben Gen. XLVI, 9. Ex. VI, 14. 2) filii Perez Gen. XLVI, 12. Ruth IV, 18. Graec. Ἐσρώμ Mt. I, 3. Patron. est חֶצְרֹנִי Num. XXVI, 6. 3) oppidi in tribu Juda Jos. XV, 3. 25. Cf. חָצוֹר no. 3.

חֶצְרִי (id.) n. pr. tribuni militum Davidis 2 Sam. XXIII, 35 Chethibh. In Keri et 1 Par. XI, 37 חֶצְרוֹ.

חֲצֹצְרָה et **חֲצוֹצְרָה** f. *tuba*, qua populus convocabatur ad bellum Hos. V, 8 (parall. שׁוֹפָר, quod hoc contextu frequentius, cf. VIII, 1 et saepe) et varii generis signa (v. הֵרִיעַ, תָּקַע) dabantur a sacerdotibus Num. X, 2—10. XXXI, 6. 2 Paralip. XIII, 12. 14, quae praeterea inflari solebat in publica laetitia 2 Reg. XI, 14. 2 Par. XXIII, 13, max. a sacerdotibus in sacris solennibus 1 Par. XIII, 8. XV, 24. 28. XVI, 42. 2 Par. V, 12. 13. XXIX, 26—28. Esr. III, 10. Neh. XII, 35. 41. Ps. XCVIII, 6, in panegyri sacra 1 Par. XV, 24. XVI, 6, et propterea in supellectile sacra recensetur 2 Reg. XII, 14. Copulatur cum שׁוֹפָר, v. c. Ps. l. c. בַּחֲצֹצְרוֹת וְקוֹל שׁוֹפָר 1 Par. XV, 28. 2 Par. XV, 14, unde recte colligunt JAHNIUS (Arch. 1, 1 p. 505) al., haec instrumenta diversa fuisse, cf. quae de horum nominum permutatione minus accurata conqueruntur Talmudici (Schabb. 36, 1. Succ. 34, 1): *trium rerum nomina permutata sunt, ex quo vasta est domus sanctuarii*, חצוצרתא שופרא ושופרא חצוצרתא *buccinam vocarunt tubam et tubam buccinam* i. e. utramque nomen prius bene distinctum postea confuderunt (minus recte enim hoc dicto utitur CARPZOVIUS ad Joël II, 1, cui חֲצוֹצְרָה est vocabulum vilius et sequioris Hebraismi pro שׁוֹפָר). Quomodo distinctae fuerint, docent iidem Hebraei (v. Buxtorf. Lex. talmud. p. 816), quibus חֲצֹצְרָה est tuba recta, שׁוֹפָר buccina more cornu inflexa, et eodem modo distinguit Hieronymus, ח׳ plerumque *tubam*, שׁ׳ *buccinam* reddens (quorum vocabulorum discrimen ita, ut diximus, definit Veget. de re milit. 3, 5) et hunc in modum disputans ad Hos. l. c. „*buccina* pastoralis est et cornu recurvo efficitur: unde proprie hebraice *Sophar*, graece *κερατίνη* appellatur. *Tuba* autem de aere efficitur, vel argento, qua in bellis et solemnitatibus concrepabant." Consentit Josephus, qui (Arch. 3, 12, 6) de חֲצֹצְרָה (quam tamen *βυκάνην* reddit) ita: *ἐστὶ δὲ τοιαύτη· μῆκος μὲν ἔχει πηχυαῖον ὀλίγῳ λεῖπον· στενὴ δ' ἐστὶ σύριγξ αὐλοῦ βραχὺ παχυτέρα, παρέχουσα δὲ εὖρος ἀρκοῦν ἐπὶ τῷ στόματι πρὸς ὑποδοχὴν πνεύματος, εἰς κώδωνα ταῖς σάλπιγξι παραπλησίως τελοῦν. ἀσωσρὰ καλεῖται κατὰ τὴν Ἑβραίων γλῶτταν.* Rectae denique sunt tubae sacrae in arcu Titi conspicuae (v. RELANDUM de spoliis templi Hieros. in arcu Titi conspicuis c. 12).

Radicem pleriqne consentiunt esse חָצַר, sive חֲצֹצְרָה dictum putant pro חצרצרה (Simonis ed. 1. 2. Ewald. gr. p. 242) coll. עֲזָאזֵל pro עזלזל al., sive formatum existimant ad analogiam conj. XII Arabum (اثنوبل, v. HACKMANNI praecid. s. p. 254 sqq. MICH. suppl. 893. JAHN arab. Gramm. p. 172 al.), sed de significatione ambigunt. SIMONIS tubam dictam volebat a sono varie inciso et fracto (a خصر incidit); MICH. l. c. a حصر praesens fuit IV. praesentem stitit, adesse iussit, ut tuba pr. sit adesse iubens, convocans (cf. Num. l. c.); EWALDO (l. c.) pr. est *tenuis*, *angusta*, quam vim radicis apud Hebraeos et Arabes frustra quaeras. Mihi vix dubium (cf. CREDNER. l. c.), hoc vc. onomatopoët. esse et tubae sonum fractum (das Schmettern) imitari, ut lat. *taratantara* in versu Ennii, quem servavit Serv. ad Virg. Aen. 9, 503, nostr. *trarara*. — Ab hoc nomine ductum est verbum

חִצֵּר *tubam inflavit* (trompeten). Legitur in Part. מחצצרים (מַחְצְצְרִים) 1 Par. XV, 24. 2 Par. V, 13. VII, 6. XIII, 14. XXIX, 28 Chethibh, ubi in Keri semper altero צ abiecto est מחצרים (מַחְצְרִים Part. Pi.) ex ieiuna formae illius insolentioris correctione, contra analogiam nominis חֲצוֹצְרָה. — 2 Par. V, 12 est מחצררים, quod in mendo cubare videtur.

חֲצַרְמָוֶת (atrium mortis) m. Gen. X, 26. 1 Par. I, 20 Arabiae felicis regio ad mare Indicum sita, Arabibus hodieque حَضْرَمَوْت (rarius حَضْرَمُوت, حَضْرِمَوْت v. GAGNIER ad Abulf. Arabiam p. 14) dicta, thure, myrrha et aloë ferax, sed barbara dialecto (unde حضرم barbare locutus est) et aëris insalubritate (unde nomen, v. Dschauhari h. v. cf. Arrian. Peripl. 9, 7. Agatharch. 10) famosa. Eratostheni ap. Strabonem (XVI, p. 768 Casaub.)

ea regio Χατραμωτῖτις, incolae Χατραμωτῖται appellantur, Ptolemaeo (VI, 7 p. 178 Bert.) Χατραμμῖται, in Cod. Coislin. Χατραμωτῖται, Plinio Chatramotitae (VI, 28): neque cum his confundendi *Adramitae*, quos הֲדוֹרָם Hebraeorum esse vidimus s. h. v. Descriptionem regionis praeter Strab. l. c. dabunt Abulfeda Arabiae p. 45 Gagn. Geogr. Nub. p. 26. Makrizius in Rinkii et Vateri arab. Leseb. p. 101—103, Niebuhr. descr. Arabiae p. 283—294. — In 4 Codd. Sam. legitur חצרימות cum Jod compaginis.

חָקָה in Kal inusit. i. q. חָקַק pr. *incidit* (hacken, hauen), inde *insculpsit* (Pu. no. 1), *delineavit*, *pinxit* (Pu. no. 2, v. חָקַק no. 2), it. *rastro effodit* (aufhacken), v. Hithpa.

Pu. part. מְחֻקֶּה 1) *insculptum* 1 Reg. VI, 35. 2) *delineatum*, *pictum* Ez. VIII, 10, cf. XXIII, 14.

Hithpa. terram rastro *effodit*, *aufhacken*, einen Graben aufwerfen. Ita ex significatu primario explicuerim Iob. XIII, 27: עַל־שָׁרְשֵׁי רַגְלַי תִּתְחַקֶּה *circa radices pedum meorum effodisti* terram, s. fossam fecisti, ut procedere nequeam, i. e. viam mihi obstruxisti cf. XIX, 8. Thren. III, 7. Vulgo: circa rad. p. m. delineasti i. e. designasti pedibus meis, quousque progrediantur.

חָקַק pr. *cecidit*, *incidit* (nostr. *hacken*, angl. *to hack*, cf. radd. vicinas قَقَّ et قَقْقَ, فَكَّ et فَكْفَكَ percussit gladio, *hauen* mit dem Schwerte, sed حَقَّ notiones habet secundarias *certi*, *veri*, *iusti*que, repetitas a nomine חֹק). Spec. 1) *incidit*, ut sepulcrum in rupem (parall. חָצַב) Jes. XXII, 16, *insculpsit* litteras et figuras in tabulam, sq. עַל tabulae Jes. XXX, 8. Ez. IV, 1. Inde 2) i. q. γράφειν, *delineavit*, *pinxit*. Ezech. XXIII, 14: *imagines Chaldaeorum* חֲקֻקִים בַּשָּׁשַׁר *pictae minio*. Sq. עַל rei, in qua pingitur Jes. XLIX, 16. 3) *statuit*. Prov. VIII, 27: בְּחוּקוֹ חוּג עַל פְּנֵי תְהוֹם, Comm. 29: בְּחוּקוֹ מוֹסְדֵי אָרֶץ *quum* (Deus) *statueret columnas terrae*. חוּקוֹ pro חֻקּוֹ, cf. Gramm. §. 66, not. *), et infra Hophal et חָקַק. Translate *decrevit* iudex. Jes. X, 1. Part. חֹקֵק *iudex*, dein *dux*, *princeps* populi Iud. V, 9, cf. שׁוֹפֵט.

Pu. part. מְחֻקָּק *statutum*, *lex* Prov. XXXI, 5.

Hoph. fut. יֻחָקוּ (pro יֻחַקּוּ v. Kal no. 3) pass. Kal no. 1. *insculptus est* (sq. עַל) Iob. XIX, 23.

Po. i. q. Kal no. 3 *statuit*, *decrevit*. Prov. VIII, 15. Part. מְחוֹקֵק *statuens* (der, das Ordnende), inde a) *legislator*, de Mose Deut. XXXIII, 21, de Deo Jes. XXXIII, 22, *dux*, *princeps* i. q. חוֹקֵק Iud. V, 14. b) *sceptrum*, *insigne ducum et imperatorum* (q. d. das Ordnende, Herrschende, Instrument des Ordnens und Herrschens), quae significatio, quamquam veteribus ignota et a nonnullis recentiorum in dubium vocata tribus his locis adhibenda videtur: Gen. XLIX, 10 (ubi in altero membro est שֵׁבֶט, ferri tamen possit duois significatio. *Sceptrum* reddunt *Herderus*, *Justi* al.). Num. XXI, 18: *puteus*, *quem foderunt principes eius* (Israëlis), *cavarunt nobiles populi* בִּמְחֹקֵק בְּמִשְׁעֲנֹתָם *sceptro*, *scipionibus suis*, ubi בְּמִשְׁעֲנֹתָם fere parallelismi in modum declarare videtur prius בִּמְחֹקֵק. (Jarchius: במ׳ interpretatur על פי מחקק ad mandatum legislatoris i. e. Mosis, Clericus: *cum legislatore*, quorum quidem neutrum placet). Ps. LX, 9: יְהוּדָה מְחֹקְקִי *Juda erit sceptrum meum* (in altero membro: מָעוֹז רֹאשִׁי de galea), ubi al. quidem: *Juda dux meus* i. e. ex Juda mihi prodibunt duces, sed minus apte ad sententiam.

חֵקֶק, nonnisi in plur. cstr. חִקְקֵי *decreta* (iudicis) Jes. X, 1. Iud. V, 15 (ubi alluditur simili vocabulo חִקְרֵי Comm. 16, v. חֵקֶר).

חֹק sq. Makk. חָק־, c. suff. חֻקִּי, חֻקְּךָ, sed חָקְךָ Lev. X, 13, חָקְכֶם Ex. V, 14, חוּקֵי Ps. LXXXIV, 11 Chethibh, pl. חֻקִּים cstr. חֻקֵּי et חוּקֵי Ez. XX, 18 pr. *statutum*, *definitum*. Spec. 1) *demensum*, *pensum*, sive laboris Ex. V, 14. Prov. XXXI, 15, sive cibi et victus Gen. XLVII, 22. Prov. XXX, 8. Ezech. XVI, 27. 2) *terminus*, *limes definitus*. Iob. XIV, 5. XXVI, 10. XXXVIII, 10. Prov. VIII, 29. Jer. V, 22. לִבְלִי חֹק sine termino, in infinitum Jes. V, 14. Inde 3) *tempus statutum* Iob. XIV, 13. Mich. VII, 11. 4) *statutum*, *lex* (persaepe). Gen. XLVII, 26: וַיָּשֶׂם אֹתָהּ יוֹסֵף לְחֹק *idque fecit Josephus statutum*. 1 Sam. XXX, 25: וַיְשִׂמֶהָ לְחֹק וּלְמִשְׁפָּט לְיִשְׂרָאֵל עַד הַיּוֹם הַזֶּה. Ps. LXXXI, 5: כִּי חֹק לְיִשְׂרָאֵל הוּא. In sing. etiam collect. de *summa legum* i. q. מִשְׁפָּט (ut nos lex Mosaica, de iure Mosaico) Ex. XV, 25: שָׂם לוֹ חֹק וּמִשְׁפָּט, it. נָתַן חֹק (de Deo) Ps. XCIX, 7. CXLVIII, 6. לַמֵּד חֹק וּמִשְׁפָּט Esr. VI, 10. חָלְפוּ חֹק migravit legem Jes. XXIV, 5. In Plur. leges, max. divinae hominibus datae (arab. حُقُوق leges divinae) Deut. IV, 5. 8. 14. XI, 32. XII, 1 cet. (saepe cum מִצְוֹת, מִשְׁפָּטִים Lev. XXVI, 46. Deut. IV, 8. Mal. III, 22, Neh. III, 19. IX, 14), de quarum observatione dicunt עָשָׂה חֻקֵּי יְ׳ Deut. VI, 24. XVI, 12. XVII, 19. 1 Par. XXII, 13, שָׁמַר ח׳ 1 Reg. III, 14. IX, 4, הָלַךְ בְּח׳ Ez. XI, 12. XXXVI, 27. De legibus, quas natura sequitur Iob. XXVIII, 26. Ps. CXLVIII, 6. Est etiam a) *decretum* Dei Ps. II, 7, unde c. Suff. חֻקִּי quod in me decretum est Iob. XXIII, 14. Sed Iob. XXIII, 12 חֻקִּי est decretum meum, quod ipse decrevi: מֵחֻקִּי צָפַנְתִּי אִמְרֵי פִיו, ubi non est quod cum Alex. Vulg. legas: בְּחֵקִי in sinu meo. b) *id quod alicui ex lege debetur*, *pars statuta*, *legitime debita* (cf. arab. حَقّ v. diss. Lugdd. p. 708). חֹק הַשֶּׁמֶן pars statuta olei Ez. XLV, 14. Ex. XXIX, 28: וְהָיָה לְאַהֲרֹן וּלְבָנָיו לְחָק עוֹלָם מֵאֵת בְּנֵי יִשְׂרָאֵל *et erit Aharoni filiisque eius statutum perpetuum a filiis Israël*. Lev. VII, 34. X, 15. Num. XVIII, 8. 11, 19. c) *mos*, *consuetudo* i. q. מִשְׁפָּט no. 2, c. Iud. XI, 39. 2 Par. XXXV, 25: וַיִּתְּנוּם לְחֹק עַל יִשְׂרָאֵל *fecerunt que eas* (elegias in Josiam)

morem inter Israelitas i. e. fecerunt, ut in populi consuetudinem reciperentur, vulgo a populo decantarentur.

חֻקָּה f. i. q. חֹק no. 4 *lex*, *statutum*. In sing. tantum de una lege Num. IX, 14. XV, 15. Ex. XIII, 10, v. c. חֻקַּת הַפָּסַח lex de paschate Ex. XII, 43. חֻקַּת הַתּוֹרָה statutum legis Num. XIX, 2. XXXI, 21, ח׳ מִשְׁפָּט XXVII, 11. XXXV, 29. Creberrima est formula: חֻקַּת עוֹלָם לְדֹרֹתָם (erit hoc) lex aeterna generationibus eorum (futuris) Ex. XXVII, 21. Lev. III, 17. VII, 36. XVI, 31. XVII, 7. XXIII, 14. 31. 41. XXIV, 3. Num. XV, 15. XVIII, 23 cet.

Plur. *leges*, v. c. חֻקּוֹת הַמִּזְבֵּחַ Ez. XLIII, 18, ח׳ בֵּית יְ׳ XLIV, 5. שְׁבֻעוֹת חֻקּוֹת קָצִיר hebdomades legum i. e. legitimae messis Jer. V, 24. Formulae frequentes sunt: שָׁמַר חֻקּוֹת יְ׳ Lev. XVIII, 5. 26. XIX, 37. XX, 8. 22, הָלַךְ בְּחֻקּוֹת יְ׳ XX, 13. XXVI, 3. Ez. V, 6. XX, 16, עָשָׂה ח׳ Deut. XI, 1, et contra עָזַב ח׳ 2 Sam. VII, 19, מָאַס Ez. XX, 24. Saepe copulatur cum מִצְוֹת יְ׳, מִשְׁפְּטֵי יְ׳ Deut. VIII, 11. XI, 1. XXVIII, 15. 45. XXX, 10. 16. De legibus coeli, naturae Iob. XXXVIII, 33. Jer. XXXI, 35. XXXIII, 25. It. *mores*, v. c. חֻקּוֹת דָּוִד 1 Reg. III, 3, חֻקּוֹת עָמְרִי Mich. VI, 16, הָלַךְ בְּחֻקּוֹת הַגּוֹיִם sequi mores gentilium i. e. idololatriam Lev. XX, 23. 2 Reg. XVII, 8.

חֻקֹּק n. pr. oppidi in confiniis Aseritarum et Naphtalitarum Jos. XIX, 34, pro quo חוּקֹק scribitur 1 Par. VI, 60.

חָקַר fut. יַחְקֹר (Iob. XIII, 9) *scrutatus est*, *perscrutatus est*, *investigavit*, *exploravit*, pr. intima terrae, de metallico Iob. XXVIII, 3 cf. מֶחְקָר Ps. XCV, 4. (Origo est in fodiendo, cf. כָּרָה, בָּקַר). Spec. *exploravit* terram Iud. XVIII, 2. 1 Par. XIX, 3, cibum potumque (gustavit) Prov. XXIII, 30; *investigavit* causam alic. Prov. XXV, 2 (דָּבָר). Iob. XXIX, 16 (רִיב). XXXII, 11 (מִלִּין); animum et voluntatem alic. 1 Sam. XX, 12: כִּי אֶחְקֹר אֶת־אָבִי Vulg. *si investigavero sententiam patris mei*, de Deo Jes. XVII, 10: יְ׳ חֹקֵר לֵב Ps. XLIV, 22. Iob. XIII, 9. Ps. CXXXIX, 1: יְ׳ חֲקַרְתַּנִי וַתֵּדָע. Prov. XXVIII, 11: *dives sibi sapiens videtur* וְדַל מֵבִין יַחְקְרֶנּוּ *sed pauper intelligens eum perspicit*. LXX. κατογνώσεται. Aqu. Theod. ἐξιχνιάσει. XVIII, 17; exploravit (probavit) suam ipsius vitam Thren. III, 40. It. *investigando assecutus est* Iob. V, 27: הִנֵּה זֹאת חֲקַרְנוּהָ *pervestigavit* (Deus sapientiam). XXVIII, 27. Absol. Deut. XIII, 15. Ez. XXXIX, 14.

Niph. *investigatus est* Jer. XXXI, 37. 1 Reg. VII, 47: לֹא נֶחְקַר מִשְׁקַל הַנְּחֹשֶׁת *non investigabile erat pondus aeris*, i. e. ponderari et numerari non poterat. 2 Par. IV, 18. Jer. XLVI, 23, cf. אֵין חֵקֶר.

Pi. i. q. Kal Eccl. XII, 9.

חֵקֶר m. 1) *investigatio*, veluti causae Iob. XXXIV, 24: *frangit potentes* לֹא חֵקֶר *causa non cognita*, quandoquidem ei non opus est longa quaestione. Prov. XXV, 3: לֵב מְלָכִים אֵין חֵקֶר *cor regum impervestigabile*. Jes. XL, 28. Iob. V, 9: עֹשֶׂה גְדֹלוֹת וְאֵין חֵקֶר *facit magna, et quae investigari non possunt* i. e. innumerabilia, cf. IX, 10. XXXVI, 26. Ps. CXLV, 3. — חִקְרֵי לֵב Iud. V, 16 sunt *quaestiones*, *disquisitiones animi* huc illuc fluctuantis, quales in consultationibus et deliberationibus fiunt, adeoque contentiones et altercationes notare possunt, sicut apud Arabes plura scrutandi verba (بحث, فتش, فحص) ad disputationem referuntur, v. Schult. Opp. min. p. 162. Observa autem verborum lusum in his Iud. V, 16: *ad rivos Rubenitarum* גְּדֹלִים חִקְרֵי לֵב *magnae erant consultationes animi* i. e. diu deliberabat populus, praeterea nihil, et Comm. 15: גְּדֹלִים חִקְקֵי לֵב *magna erant decreta animi* i. e. praeclara et magnamina consilia ceperunt. Hoc sibi vult vates, Rubenitas initio quidem magnamina quaeque cepisse consilia, sed tandem domi mansisse otiosos, et, dum res patriae in discrimine versarentur, in vanis deliberationibus acquievisse. Inde

2) *quod investigando comparatur*, *cognoscitur*. Iob. VIII, 8: כּוֹנֵן לְחֵקֶר אֲבוֹתָם, hinc *intimum* alic. rei. חֵקֶר תְּהוֹם penetralia maris XXXVIII, 16, חֵקֶר אֱלוֹהַּ i. q. τὰ βάθη τοῦ θεοῦ. XI, 7. (Cf. Ephr. II, 319: *homo cognoscit* ܢܨܡܐ ܕܝܡܐ ܘܕܐܪܥܐ *quae explorari possunt in mari et terra*, i. e. secreta maris et terrae).

Dubiae interpretationis sunt verba Prov. XXV, 27: אָכֹל דְּבַשׁ הַרְבּוֹת לֹא טוֹב *comedere nimium mellis non est bonum* וְחֵקֶר כְּבֹדָם כָּבוֹד, quae ad verbum esse possint *et investigatio honoris* i. e. nimium honoris studium (cf. rad. חָקַר Iob. XXVIII, 3 et similem usum Iob. III, 21), non est *honor* (negandi particula ex superioribus repetita v. Lgb. p. 832). Sed molestum est Suffixum in כְּבֹדָם, et praestabit vocibus aliter divisis scribere: חֵקֶר כָּבֵד מִכָּבוֹד *nimium studium honoris est sine honore* cf. ad מִן Gen. XXVII, 39. Jes. XIV, 19. Iob. XI, 15. XXI, 9. Eodem modo singula vocabula dispescuit Arnoldius, sed alia sententia: *contemtus honoris* proficiscitur *ex honore*, collato arab. حقر contemsit, cuius significationis tamen alia vestigia in Hebraismo desiderantur. Alia interpretandi pericula, sed magnam partem duriuscula, dabunt Schult., Rosenm., Umbreitius ad h. l.

מֶחְקָר i. q. חֵקֶר no. 2. *absconditum*, *intimum*. מֶחְקְרֵי אֶרֶץ Ps. XCV, 4.

חֹר *nobilis*, v. חֹרִי.

חֹר i. q. חוּר *foramen*, v. rad. חוּר.

חֹר i. q. חוּר *foramen*, v. rad. חוּר.

חָרָא vel **חָרָא** rad. inusit. Arab. خرى *cacavit*, *alvum deposuit*, vc. obscoenum magis quam honestum. Hanc ob causam ubicunque derivatum eius in contextu sacro legitur, in margine vocabulum honestius ab Hebraeorum Criticis positum est.

חֲרָאִים m. pl. *stercora*, *excrementa*. Jes. XXXVI, 12. In margine honestius vc. צוֹאָה legitur, cuius vocales huic vocabulo substratae sunt.

חֲרֵי יוֹנִים pro חַרְאֵי יוֹנִים *stercora columbarum* 2 Reg. VI, 25 Chethibh, idque proprie accipiendum videtur, minime enim incredibile, homines diuturna fame pressos stercora columbina comedisse (cf. Celsii Hierobot. II, p. 32. Rosenmueller ad Bocharti Hieroz. II, p. 573); quanquam possit improprie cibus quidam e *regno vegetabili* designari, ut apud Arabes *stercus passerum* (خرو العصافر) dicitur de herba Kali, et in officinis nostris *excrementa diaboli* (Teufelsdreck) de asa foetida. Vide Bocharti Hieroz. II, p. 580 sq., collato tamen Celsio II, p. 233, 234, qui recte docet, Bochartum in eo errare, quod stercus columbarum passerumque ab Arabibus pro cicere frixo frequentari contendit. Alias coniecturas, v. c. Fulleri (Miscell. 6, 22), qui alvum et viscera columbarum intelligit, Verbruggii (de nominum hebr. plurali numero p. 7. 8), cui חריונים (חִרְיוֹנִים), sunt *paniculi*, dimin. a חֹרִי (q. v. rad. חור), v. apud Bochartum l. c. 572—89 Lips. In Keri 2 Reg. l. c. est דִּבְיוֹנִים de quo vide p. 311 A.

מַחֲרָאָה f. *cloaca*, *latrina*, pl. מַחֲרָאוֹת 2 Reg. X, 27 Chethibh, ubi Keri habet מוֹצָאוֹת. Arab. مَخْرَأَة id.

חָרֵב vel **חָרַב** (v. adj.) fut. יֶחֱרַב, semel יֶחֱרָב Jer. XXVI, 9 (saltem in nonnullis libris) 1) *exsiccatus est*, dicitur de aquis Gen. VIII, 13: חָרְבוּ הַמַּיִם. Jes. XIX, 6. XLIV, 27. Hos. XIII, 15. Ps. CVI, 9, et de terra Gen. l. c. חָרְבוּ פְּנֵי הָאֲדָמָה. Differt a יָבֵשׁ aridum esse, arescere. Vide חָרְבוּ הַמַּיִם Gen. VIII, 13 et יָבְשָׁה הָאָרֶץ Comm. 14. LXX. ἐξέλιπε τὸ ὕδωρ — ἐξηράνθη ἡ γῆ. Vulg. *imminutae sunt aquae — exsiccata est superficies terrae*. Jes. XIX, 5, ubi assurgit oratio: נָהָר יֶחֱרַב וְיָבֵשׁ. Iob. XIV, 11. Cf. Reimarus de differentia vcc. hebr. p. 64.

2) *vastatus est*, de terris, urbibus (loca enim sicca facile fiunt vasta, v. Jes. XLII, 15. XLVIII, 21). Jes. XXXIV, 10 de Idumaea: מִדּוֹר לָדוֹר תֶּחֱרַב. Jer. XXVI, 9: הָעִיר הַזֹּאת תֶּחֱרַב מֵאֵין יוֹשֵׁב. Ez. VI, 6. XII, 20, de sacrariis Am. VII, 9. Transfertur ad populos (cf. 2 Reg. XIX, 17): *excisus*, *exstinctus est* Jes. LX, 12, et act. *exstinxit*, *delevit* Jer. L, 21. 27.

3) *obstupuit*, *stupore correptus est*. Jer. II, 12: שֹׁמּוּ שָׁמַיִם עַל זֹאת וְשַׂעֲרוּ חָרְבוּ מְאֹד, ubi idem valet quod verba שָׁמַם, שָׂעַר. Utramque, *vasti* et *stuporis*, potestatem habes etiam in verbo שָׁמַם: causa autem in eo quaerenda, quod loca deserta silent, stupor autem a silendo dictus, v. דָּמַם, שָׁמַם. Caeterum ad Jeremiae verba annotandum, pro חָרְבוּ (formae מָשְׁבוּ Ex. XXXII, 20) observante Abulwalide et Kimchio legi etiam חָרְבוּ Imp. Pi., quod tamen minus probandum.

Primariam verbi potestatem habent etiam Graeci in χάρφω exsicco, ad no. 2 cf. arab. خَرِبَ vastavit, خَرِبَ vastatus, desertus, incultus fuit locus. Conj. II. IV. vastavit, desolavit. Eiusdem originis est حرب I. III. IV. bellum gessit, syr. ܚܪܒ vastavit, occidit, trucidavit, et: occisus est, حَرْب bellum, pugna.

Niph. 1) *vastata est* (urbs) Ez. XXVI, 19. XXX, 7. 2) reflex: *delere se invicem studuerunt* i. e. *pugnarunt*, arab. حارب, syr. ܐܬܚܪܒ pugnavit, teste Bar Alio. 2 Reg. III, 23. LXX. ἐμαχέσαντο.

Pu. pass. Kal no. 1 *exsiccatus est*. Iud. XVI, 7. 8.

Hiph. 1) *exsiccavit* 2 Reg. XIX, 24. Jes. XXXVII, 25. L, 2. LI, 10. Jer. LI, 36. 2) *vastavit*, terras, urbes Iud. XVI, 24. Ez. XIX, 7. Zeph. III, 6, *exstinxit* populos Jes. XLIX, 17. 2 Reg. XIX, 17: הֶחֱרִיבוּ מַלְכֵי אַשּׁוּר אֶת־הַגּוֹיִם וְאֶת־אַרְצָם *exstinxerunt reges Assyriae populos et terram eorum vastarunt*. Quomodo siccitatis notio relata sit ad vastationem, bene intelligis ex his Jes. XLII, 15: אַחֲרִיב הָרִים וּגְבָעוֹת *devasto montes et colles*, parall. אוֹבִישׁ.

Hoph. pass. Hi. no. 2. Ez. XXVI, 2. XXIX, 12. Inf. absol. הָחֳרֵב 2 Reg. III, 23.

חֲרֵב chald. *exsiccatus*, *vastatus est*, v. Targg.

Ho. (more hebraeo) *excisa*, *vastata est* (urbs) Esr. IV, 15.

חָרֵב fem. חֲרֵבָה adj. 1) *siccus* Lev. VII, 10. Prov. XVII, 1. 2) *vastatus* Jer. XXXIII, 10. 12, de urbe Neh. II, 3. 17, domo Hagg. I, 4. 9. Plur. c. art. הֶחֳרֵבוֹת (pro הַחֲרֵבוֹת, v. ad הֶחֳלָיִם p. 447 A) Ezech. XXXVI, 35. 38.

חֶרֶב c. suff. חַרְבִּי pl. חֲרָבוֹת cstr. חַרְבוֹת f. (ita saepe cum adj. v. c. חֶרֶב חַדָּה Ps. LVII, 5, חֶרֶב שְׁלוּפָה Num. XXII, 23. 31. Jos. V, 13, ח׳ גְּדוֹלָה Jes. XXVII, 1, et cum verbo Ps. XXXVII, 15; exempla Iud. III, 22. Zach. XIII, 7 explicanda sunt ex canone Gr. §. 144 not. 1 exposito)

1) *gladius*, a vastando dictus, v. rad. no. 2, vc. creberrimum. LXX. ῥομφαία, μάχαιρα, ξίφος. (Arab. حَرْبَة, syr. ܚܪܒܐ, chald. חַרְבָּא id., unde gr. ἅρπη gladius curvus et falcatus, quali hodie Orientales saepe utuntur, cf. Boch. Hieroz. III, 720 Lips.). Frequentes sunt formulae: הִכָּה בַחֶרֶב 2 Sam. XII, 9. 2 Reg. XIX, 37. Jerem. XX, 4. XXVI, 23. Ezech. V, 2, et ה׳ לְפִי חֶרֶב percussit (aliquem) gladio Deut. XIII, 16. XX, 13. Jos. VI, 21. X, 28. 1 Sam. XXII, 19. 2 Sam. XV, 14. Jer. XXI, 7 et sexcenties; הָרַג בַּחֶרֶב Jos. XIII, 22 occidit gladio; נָפַל בַּחֶרֶב Num. XIV, 3. 2 Sam. III, 29. Ps. LXXVIII, 64. Jes. III, 25, נָפַל לְפִי חֶרֶב Jes. VIII, 24, מֵת בַּחֶרֶב Jer. XI, 22. Ez. VII, 15 occisus est gladio. Gladium *educere ex vagina* (מִתַּעַר) est הֵרִיק,

מַטֶּה, חֵמָה, חֲנִית, quae vide. עֲוֹנוֹת חֶרֶב peccata gladio (i. e. morte) digna. Iob. XIX, 29. Poët. lingua maledica comparatur cum *gladio acuto* Ps. LVII, 5. Deo tribuitur gladius, quo impios trucidet Deut. XXXII, 41. Jes. XXVII, 1. XXXIV, 5. Ps. VII, 13, gladius autem *vorare* dicitur hostes, hostium carnem (v. אָכַל no. 2). Transfertur

2) ad alia instrumenta secantia, et dicitur etiam de *cultro*, quo circumcidunt Jos. V, 2. 3, de *novacula* Ez. V, 1, de instrumento ferreo, quo lapides caedunt Ex. XX, 22, de *securibus*, quibus utuntur in diruendis turribus. Ez. XXVI, 9. Poët. de dente falcato hippopotami Iob. XL, 19: הָעֹשׂוֹ יַגֵּשׁ חַרְבּוֹ *creator eius obtulit ei gladium*, cf. Nicand. theriac. 566 et Nonn. Dionys. 26, qui eidem bestiae *harpen* tribuunt.

3) Deut. XXVIII, 22 חֶרֶב ponitur inter plura nomina morbos segetis aliaque fertilitatis impedimenta designantia, et Vulg. Saad. Kimchi *siccitatem* interpretantur, apte ad contextum. Nescio tamen an scribendum sit חֹרֶב. Alii *bellum* interpretantur coll. arab. حَرْبٌ, ad quam significationem huic nomini vindicandam Eichhornius (ad Sim. Lex.) laudat Gen. XXXI, 26. Ex. V, 3. Lev. XXVI, 6. Jer. XIV, 12. 13. 15. 16, in quibus cunctis *gladii* significatio manifesta est. Ad Gen. l. c. monuisse sufficiat, שְׁבֻיוֹת חָרֶב esse *captivos gladii* i. e. a militibus gladios tenentibus captos, gr. *αἰχμαλώτους*, quanquam nos dicimus *Kriegs*gefangene. — Ad 2 Par. XXXIV, 6 v. בָּחַר no. 3.

חֹרֵב et **חוֹרֵב** (siccus, desertus) n. pr. *Horeb*, clivus humilior montis Sinai, a quo meridiem versus ad montem Sinai (סִינַי) proprie sic dictum (hodie جبل موسى) ascenditur. Ad occasum utriusque est mons St. Catharinae (v. de triplici hoc montani Sinaitici cacumine Bueschingii Asien p. 600 sqq. et quae annotavimus ad Burckhardti itin. Syriae p. 873 sqq. 1077. 1078). Ex. III, 1. XVII, 6. Deut. I, 2. 6. 19. IV, 10. 15. V, 2. IX, 8. XVIII, 16. XXVIII, 69. 1 Reg. VIII, 9. XIX, 8. 2 Par. V, 10. Ps. CVI, 19. Mal. III, 22. Gr. *Χωρήβ* Sir. XLVIII, 7.

חֹרֶב m. 1) *siccitas* Iud. VI, 37. 39. 40. Jer. L, 38, spec. de nimia terrae siccitate, quae sterilitatem parit Hagg. I, 11, de ardore febrili Iob. XXX, 30, dein *aestus* solis, qui siccitatis causa est, Gen. XXXI, 40. Jes. IV, 6. XXV, 4. 5. Jer. XXXVI, 30. XXXVI, 30. — 2) *desolatio, vastitas* Jes. LXI, 4. Jer. XLIX, 13. Ez. XXIX, 10. Zeph. II, 14.

חָרָבָה (forma dagessanda pro חֲרָבָה) f. ubique c. art. הֶחָרָבָה *siccum, terra sicca* opp. aquis fluvii marisve (cf. יַבָּשָׁה) Gen. VII, 22. Ex. XIV, 21. Jos. III, 17. IV, 18. 2 Reg. II, 8. Hagg. II, 6.

חָרְבָּה f. pl. חֳרָבוֹת c. art. הֶחֳרָבוֹת Ez. XXXIII, 24. XXXVI, 10. 33, c. Praef. לֶחֳרָבוֹת, בֶּחֳרָבוֹת XXXIII, 27. XXXVI, 4, sed sine art. בָּחֳרָבוֹת XIII, 4. XXVI, 20 1) *siccitas*, pl. *loca sicca* Jes. XLVIII, 21. — 2) *desolatio, vastitas*. Saepe in hac locutione Lev. XXVI, 31: וְנָתַתִּי אֶת־עָרֵיכֶם חָרְבָּה *et oppida vestra desolata faciam*. Ez. XXV, 13. XXXV, 4, et in simili Jer. VII, 34: לְחָרְבָּה תִּהְיֶה הָאָרֶץ, cf. XXII, 5. XXV, 11. 18. XLIV, 6. 22 cet. Plur. חֳרָבוֹת *loca vastata, ruinae*. Ps. CII, 7. Ez. XIII, 4. XXXIII, 24. 27 cet. בָּנָה חֳרָבוֹת ruinas s. loca vastata restituit. Jes. LVIII, 12. LXI, 4. Ez. XXXVI, 10. 33. XXXVIII, 12. Mal. I, 4, קוֹמֵם חֳרָבוֹת id. Jes. XLIV, 26, sed paullo aliter Iob. III, 14: הַבֹּנִים חֳרָבוֹת לָמוֹ *pariter atque reges et principes terrae qui ruinas sibi aedificant* i. e. aedificia splendida mox tamen *ruinas* futura (die grosse Steinhaufen aufbauen), quae verba sunt Iobi de vanitate rerum humanarum conquerentis. (Michaeli in suppl. p. 905 חֳרָבוֹת h. l. sunt i. q. חַרְמוֹת adyta, templa, H. A. Schult. al. conclavia regia coll. arab. مِحْرَابٌ conclave regium: utrumque invito linguae usu. Illam nostram interpretationem iam edit. 1. propositam calculo suo probarunt Umbreitius, Winerus al.). חָרְבוֹת יְרוּשָׁלַםִ Jes. LII, 9, חָרְבוֹת עוֹלָם ruinae aeternae Jer. XXV, 9. XLIX, 13, alibi ruinae vetustae, quae diu vastatae iacuerunt Jes. LVIII, 12. LXI, 4. חָרְבוֹת מֵחִים ruinae divitum, sunt domus dirutae divitum V, 17. חָרְבוֹת חֹרֶב שְׁמָמָה ruinae vastatae et desolatae Ezech. XXIX, 10.

חֶרָבוֹן pl. cstr. חַרְבֹנֵי m. *siccitas, aestus* (aestatis) Ps. XXXII, 4.

חַרְבוֹנָא Esth. I, 10 et **חַרְבוֹנָה** VII, 9 (sec. Bohlenium pers. خاربان asinarius) n. pr. eunuchi Xerxis.

חָרַג ἅπ. λεγόμ. Ps. XVIII, 46 *tremuit, trepidavit*. (Chald. חַרְגָּא trepidatio, timor, v. Deut. XXXII, 25, ubi Targ. pro אֵימָה ponit חַרְגַּת מוֹתָא. Stirps primaria est רג, quae aeque atque רע motus tremulos indicat, v. ad רָגַז, רָגַע, רָעַע). Verba sunt: וְיַחְרְגוּ מִמִּסְגְּרוֹתֵיהֶם *et trepidant ex claustris suis* i. e. trepidi exeunt ex munimentis eaque mihi tradunt cf. Mich. VII, 17. Hos. XI, 11. Ita iam Kimchi, Jarchi, Aben Esra, apte ad praecedens יִבֹּלוּ. Ex recentioribus Fullerus (Miscell. 6, 17) et J. D. Michaelis in suppl. 909, collato arab. خَرَجَ *exeunt ex claustris suis*, sed hoc dilutius. Praeiverat Chald. וְיִטַּלְטְלוּן i. e. migrant, deportantur, eiiciuntur. In loco parallelo 2 Sam. XXII, 46 est וְיַחְגְּרוּ, quod etiam h. l. tuentur 9 codd. Ken. et 17 Ross., neque non LXX. Vulg. Pesch. (claudicant): sed illud contextui longe accommodatius.

חַרְגֹּל quadril. inusit. i. q. arab. خَرْجَلَ saliit, saltitavit equus, locusta, tolutim incessit (galoppiren), v. Firuzabad. ap. Schult. ad Iob. p. 1130. Est a trilittero חָרַג, siquidem saltatio et trepidatio saepe iisdem

verbis exprimitur (v. Ps. XXIX, 6. Iob. XXXVII, 1) cf. nostr. *schrecken* i. e. salire (unde Heu*schrecke*), et terrere, terreri. Eiecto ר inde ortum חָגָל q. v. Inde

חַרְגֹּל m. *locustae* species alata esuque idonea Lev. XI, 22, a saltando dicta (v. rad.) cf. قَمَصَ، قُمُّل locusta a قمص saliit, gr. ἀττακός, ἀττέλαβος ab ἅττω, ἄττω, nostr. Heu*schrecke* a *schrecken* salire, v. Adelung. h. v. no. 3. it. dan. *hoppe* (equa) a verbo *huppen, hüpfen*. Memoratur praeterea in Mischna (Schabb. fol. 67) בֵּיצַת החרגל, quod Abulwalides interpretatur بيضة الجراد ovum locustae. — Arab. خَرْجَلَةٌ agmen equorum et locustarum, venerunt خَرَاجِلَةً i. e. equo vecti (zu Pferde), خَرْجُوَانُ (l et n permutatis) „locustae genus impenne„ gr. ἀσίραχος Diosc. 2, 57." Gol. Dioscoridis verba sunt: ἡ δὲ λεγομένη ἀκρὶς ἀσίραχος ἢ ὄνος ἄπτερός ἐστι καὶ μεγαλόκωλος· ἀσίραχος autem est vocabulum punicum i. q. talmud. אסקרא, syr. ܐܣܩܪܐ pedes (itis). Idem nomen videtur جرجول (forte حرجول) locustae genus sine alis Casir. bibl. I, 320 A. — Syr. Saad. vc. hebraeum retinent, LXX. ὀφιομάχης, locustarum genus. V. Boch. Hieroz. III, p. 257 Lips. Mich. supplemm. 910.

חָרֵד (Jes. XIX, 16) fut. יֶחֱרַד 1) *tremuit, contremuit, trepidavit*. Ex. XIX, 18: וַיֶּחֱרַד כָּל־הָהָר מְאֹד. Alibi semper de hominibus, perterritus est. (LXX saepe ἐξίστημι, ταράσσομαι). Ex. XIX, 16: וַיֶּחֱרַד כָּל הָעָם אֲשֶׁר בַּמַּחֲנֶה. Gen. XXVII, 33: וַיֶּחֱרַד יִצְחָק חֲרָדָה גְּדֹלָה. Ruth. III, 8. 1 Sam. XIV, 15. Jes. X, 29. XIX, 16. XXXII, 11. XLI, 5. Ez. XXVI, 16. 18. XXXII, 10. Am. III, 6. Passim tribuitur cordi 1 Sam. XXVIII, 5: וַיֶּחֱרַד לִבּוֹ מְאֹד. Iob. XXXVII, 1: לְזֹאת יֶחֱרַד לִבִּי *propter hoc contremiscit cor meum*. Passim constr. praegn. a) sq. אֶל Gen. XLII, 28: וַיֶּחֶרְדוּ אִישׁ אֶל אָחִיו לֵאמֹר *trepide converterunt se ad se invicem dicentes*; b) sq. אַחֲרֵי trepide secutus est aliquem 1 Sam. XIII, 7. c) sq. לִקְרַאת trepide obviam ivit alicui. 1 Sam. XVI, 4: וַיֶּחֶרְדוּ זִקְנֵי הָעִיר לִקְרָאתוֹ *trepide ei obviam iverunt seniores urbis*. XXI, 2. Minus bene alii: festinanter ei obviam iverunt.

Transfertur 2) ad festinationem (cf. פָּחַד Hos. III, 5 et lat. *trepidare* Virg. Aen. 9, 114, arab. فَزِعَ v. Pococke ad Hos. l. c. Schult. Opp. min. p. 265). Sq. מִן trepide i. e. festinanter accurrit ex loco. Hos. XI, 10. 11. 3) ad curam. 2 Reg. IV, 13: הִנֵּה חָרַדְתְּ אֵלֵינוּ אֶת־כָּל הַחֲרָדָה הַזֹּאת *ecce! impendisti nobis omnem curam istam*. (In reliquis linguis semiticis nihil est usui biblico simile praeter arab. خَرِدَ verecundus fuit, prae pudore conticuit, quod a trepidando profectum est. In ipso Hebraismo cognata videntur חָרַג et fort. עָרַץ).

Hiph. terruit, perterrefecit. Ind. VIII, 12. 2 Sam. XVII, 2. Ez. XXX, 9. Saepe hoc nexu Lev. XXVI, 6: וּשְׁכַבְתֶּם וְאֵין מַחֲרִיד *iacebitis et nemo terrifaciet* i. e. a nemine turbati, tuto et secure. Iob. XI, 19. Jes. XVII, 2. Jer. VII, 33. XXX, 10. XLVI, 27. Ez. XXXIV, 28. XXXIX, 26. Mich. IV, 4. Nah. II, 12. Zeph. III, 13.

חָרֵד adj. 1) *trepidus, timidus* Iud. VII, 3, sq. עַל eius cui timemus 1 Sam. IV, 13. 2) Transfertur ad timorem Dei et pietatem. Esr. X, 3: הַחֲרֵדִים בְּמִצְוַת אֱלֹהֵינוּ *timentes* s. reveriti *mandatum dei nostri*, cf. IX, 4. Jes. LXVI, 2: חָרֵד עַל דְּבָרִי *qui verbum meum reveretur*, sq. אֶל comm. 5.

חֲרוֹד (terror), unde עֵין חֲרוֹד (fons terroris) n. pr. fontis locive ei vicini in vicinia Jesreël et montis Gilboa Iud. VII, 1. Gentil. est חֲרֹדִי 2 Sam. XXIII, 25.

חֲרָדָה cstr. חֶרְדַּת pl. חֲרָדוֹת Ezech. XXVI, 16. 1) *trepidatio, terror*. Gen. XXVII, 33 (vid. rad.). 1 Sam. XIV, 15. Jes. XXI, 4. Jer. XXX, 5. Dan. X, 7. Sq. genit. eius qui terrorem incutit Prov. XXIX, 25: חֶרְדַּת אָדָם *timor hominum*. 1 Sam. XIV, 15: חֶרְדַּת אֱלֹהִים *terror a Deo incussus*, gr. dixeris δεῖμα Πανικόν, δαιμόνιος φόβος Pind. Nem. 9, 63. Plur. Ez. XXVI, 16: חֲרָדוֹת יִלְבָּשׁוּ. — 2) *cura* 2 Reg. IV, 13, v. rad. no. 3. — 3) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto Num. XXXIII, 24.

חָרָה fut. יֶחֱרֶה, apoc. יִחַר, וַיִּחַר (חָרוּ Jes. XXIV, 6 pertinet ad חָרַר) 1) *arsit, exarsit*, cogn. חָרַר q. v. (Vestigium eius in Arabismo videtur حَرُوَةٌ ardor in gutture, pectore, capite ex ira vel dolore). Vide חָרוֹן no. 1. In verbo ubique de ira (ut plura ardendi verba, velut حرق، وغر، شاط، cf. نَارٌ ignis, de ira Har. 1, 34, تَتَلَظَّى جمرته exarsit pruna eius, pro ira eius Har. 3 p. 156 Schult.) et his quidem formulis: a) חָרָה אַף פ' exarsit ira alic. Ex. XXII, 24. XXXII, 22. XXXIX, 19. Num. XI, 10. Deut. XXXI, 17. Plerumque sq. בְּ (*in* aliquem). Gen. XXX, 2: וַיִּחַר אַף יַעֲקֹב בְּרָחֵל *et exarsit ira Jacobi in Rahelam*. XLIV, 18: אַל יִחַר אַפְּךָ בְּעַבְדֶּךָ *ne irascaris in servum tuum*. Iob. XXXII, 2. 3, saepe de Deo. Ex. IV, 14. XXXII, 11. Num. XI, 33. XII, 9. Deut. VI, 15. VII, 4. XI, 17. Jos. XXIII, 16. 2 Sam. XXIV, 1. 2 Reg. XXIII, 26. Jes. V, 25. Hos. VIII, 5 cet. Rarius sq. אֶל Num. XXIV, 10, et עַל Zach. X, 3 eius, cui irascuntur. b) Impers. חָרָה לְפ' *exarsit alicui* es entbrannte jemandem, pro: iratus est. Vulgo supplent: ira. Gen. IV, 5: וַיִּחַר לְקַיִן מְאֹד. XVIII, 30: אַל־נָא יִחַר לַאדֹנָי. Comm. 32. XXXI, 36: וַיִּחַר לְיַעֲקֹב. XXXIV, 7. 1 Sam. XV, 11. XX, 7. 2 Sam. XXII, 8. Neh. III, 33. IV, 1. V, 6. Jon. IV, 9. Sq. עַל caussae 2 Sam. XIX, 43: לָמָּה זֶּה חָרָה לְךָ עַל הַדָּבָר הַזֶּה. c) חָרָה בְּעֵינָיו *exarsit in oculis eius*, quandoquidem ira in oculis flagrantibus vultuque torvo conspicua est. Gen. XXXI, 35. XLV, 5. — Passim hae formulae tristitiae potius quam irae affectum designant (2 Sam. VI, 8. 1 Par.

XIII, 11) eamque ob causam etiam ab interprete Alexandrino redduntur verbo λυπέομαι (Gen. IV, 5. XXXIV, 7. Neh. V, 6. Jon. IV, 4. 9) cf. de harum notionum cognatione s. v. צָצַב, זָעַם Hithpa.

2) *iratus est*, sq. בְּ Hab. III, 8.

Niph. part. pl. נֶחֱרִים *irati*, sq. בְּ pers. Jes. XLI, 11. XLV, 24. — נִחֲרוּ Cant. I, 6 v. rad. חָרַר.

Hiph. הֶחֱרָה fut. וַיִּחַר 1) *exardescere iussit*, *sivit iram*. Iob. XIX, 11, sq. עַל. 2) *studiose fecit*, *egit*, sq. alio verbo finito. Neh. III, 20: אַחֲרָיו הֶחֱרָה הֶחֱזִיק בָּרוּךְ *post eum magno studio* (aedificia) *instauravit Baruchus*, vel: eum aemulatus instauravit cet.

Tiph. fut. יְתַחֲרֶה (ad formam תִּקְטַל) *aemulatus est*, *studiose contendit* Jer. XXII, 15, sq. אֶת c. aliquo Jer. XII, 5: אֵיךְ תְּתַחֲרֶה אֶת־הַסּוּסִים Vulg. *quomodo contendere poteris cum equis?* Syr. ܐܬܚܪܝ, quod idem valet, cf. ܐܬܚܪܝ contendit, it. litigavit, pugnavit, ܐܬܚܪܝ contendit, altercatus est. Aph. ܐܚܪܝ aptavit, arcessivit ad pugnam.

Hithpa. fut. apoc. תִּתְחַר (cf. הִתְחַל 2 Sam. XIII, 5 a rad. חָלָה) *iratus*, *indignatus est* Ps. XXXVII, 8, sq. בְּ pers. ibid. Comm. 1: אַל תִּתְחַר בַּמְּרֵעִים *ne irascaris propter maleficos*. 7. Prov. XXIV, 19. In omnibus his exemplis dicitur de ira, quae ex invidia et zelotypia nascitur.

חָרוֹן m. 1) *ardor*, concr. de re ardente Ps. LVIII, 10. Alibi semper חֲרוֹן אַף est *ardor irae*, eiusque divinae Num. XXV, 4. XXXII, 14. 2 Par. XXVIII, 11. Esr. X, 14. Jes. XIII, 13. Jer. IV, 26 cet., saepe in his formulis: שִׁלַּח חֲרוֹן אַפּוֹ בְּ immisit iram suam in — Iob. XX, 23. Ps. LXXVIII, 49, שָׁבָה חֲרוֹן אַפּוֹ מִן redit ira divina ab aliquo, et שָׁב מֵחֲרוֹן אַפּוֹ redit Deus ab ira sua (v. שׁוּב), עָשָׂה חֲרוֹן אַפּוֹ effudit, factis explevit iram suam 1 Sam. XXVIII, 18. Hos. XI, 9. Semel tribuitur gladio Jer. XXV, 37. 2) *ira*, sine אַף, ubique de ira divina Ex. XV, 7. Neh. XIII, 18. Ps. II, 5. Ez. VII, 12. 14. Plur. חֲרוֹנֶיךָ Ps. LXXXVIII, 17.

חֳרִי m. addito אַף: *ardor irae*. Tribuitur Deo Deut. XXIX, 23. Thren. II, 3, hominibus (quo differt ab חֲרוֹן אַף) Exod. XI, 8. 2 Paral. XXV, 10. Jes. VII, 4. Passim *tristitiae* sensum includit (v. ad rad. no. 1) 1 Sam. XX, 34.

תַּחֲרָא *lorica*, *thorax* (θώρηξ), quae lintea esse solebat (Herod. 3, 47, cf. λινοθώρηξ Il. 2, 529), pr. vestis militaris, armatura, cf. rad. in Tiph. ibique usum Syrorum. Ex. XXVIII, 32. XXXIX, 23.

חָרַז rad. inusit., cogn. חָרַץ, *pupugit*, hinc *perforavit*, *transfixit*. Arab. خرز perforavit v. c. conchas, margaritas, gemmas conserendas, خَرَز conchulae consertae, خَرَزَة gemma omnisque res conserta, v. Schultensi bibl. arab. p. 53. Schult. ad Ispahan. p. 15. Syr. ܚܪܙ conseruit gemmas, it. verba. Ad prius cf. Barhebr. 187, lin. 2. *vasa aurea et argentea* ܡܚܪܙܢ ܒܟܐܦܐ ܝܩܝܪܬܐ *conserta lapidibus pretiosis*. 247, lin. 5, max. 487, lin. 9: ܡܚܪܙܬܐ ܚܪܝܙܢ ܒܟܐܦܐ ܝܩܝܪܬܐ *monilia conserta lapidibus pretiosis*. 598, lin. 10: ܐܣܪܐ ܚܪܝܙܝ ܒܣܡܒܘܢ ܘܒܟܐܦܐ ܝܩܝܪܬܐ *cingula conserta hyacinthis aliisque gemmis*, inde ܡܚܪܙܐ monile. Talmud. חרז perforavit, conseruit, unde חרוז monile, L'Empereur clav. talmud. p. 4, it. series verborum, rhythmus. Inde

חֲרוּזִים m. pl. *monilia* ex gemmis, margaritis aurive globulis consertis facta. Cant. I, 10. LXX. ὁρμίσκοι.

חָרַט rad. inusit. pr. *rasit*, *scabit*, onomatopoet. ut cogn. גָּרַד, inde *incidit*, *insculpsit*, cf. חָרַץ ,חָרַס, חָרַשׁ ,חָרַשׁ, gr. χαράσσω, χαράττω, pers. خريدن et غرشيدن, in linguis recentioribus *grattare*, *gratter*, *to grate*, *to scratsch*, germ. *kratzen*. Ita syr. ܚܪܛ incidit, scalpsit, Ethpa. pass., ܡܚܪܛܐ incisura, stigma, arab. خرط decorticavit v. c. tragacantham, destrinxit folia rami, sculpsit gemmam, tornavit, longum tenuemque fecit, quae omnia sunt a radendo et scabendo, unde خَرْط tornus, caelum, مَخْرُوطَة conus apud Mathematicos; exempla larga manu dedit summus Schroederus de vestit. pag. 291 sqq. Sam. formavit, finxit, modo sana sunt verba, quae Cast. ex Lit. Dam. excitat: חרט בלא חרט *formavit* (Deus mundum) *sine caelo*. Inde

חָרִיט, bis in plur. חֲרִיטִים *crumenae*, *marsupia*, quibus pecunia reconditur, prob. a forma longa, terete et cono inverso simili, arab. خَرِيط et خَرِيطَة Abulph. dyn. p. 46. Ar. Erp. Deut. XXV, 13, Abu-Isaac ap. Schroed. l. c. 295. 2 Reg. V, 23: וַיָּצַר כִּכְּרַיִם כֶּסֶף בִּשְׁנֵי חֲרִטִים *et ligavit duo talenta argenti in duo marsupia*. LXX. θύλακοι (al. θυλάκια). Vulg. *sacci*. Jes. III, 22, ubi marsupia elegantiora in mundo muliebri recensentur. Ita Kimchi: החריטים כיסים וכן נקרא הכיס בערבי כרטה, Abarbenel, Luth. (Beutel), ex recentioribus Schroederus l. c. p. 282, qui hanc interpretationem uberius vindicavit. Vulg. *acus crinales*, Targ. מחכיא fibulae, cui assentiebantur Fullerus (miscell. 5, 10), Bochartus (Hieroz. 1, 334), Vitringa ad Jes. l. c. al., provocantes ad styli (חֶרֶט) acusque similitudinem, et comparantes gr. χαλαμίς a χάλαμος. Sed priori sententiae favet locus 2 Reg. l. c. *Thecas acuum* reddunt Junius et Tremellius.

חֶרֶט m. *stylus*, *scalprum*, quo litterae ligno lapidive insculpuntur. (Arab. خَرْطٌ tornus 1 Reg. VII, 9 Arab.). Jes. VIII, 1: *accipe tabulam magnam* וּכְתֹב עָלָיו בְּחֶרֶט אֱנוֹשׁ *et scribe super ea stylo hominis* i. e. scriptura vulgari s. litterarum figuris vulgaribus, v. אֱנוֹשׁ p. 118. Eandem significationem vulgo adhibent Ex. XXXII, 4, ubi de vitulo aureo fingendo: *et accepit e manibus eorum* (inaures) וַיָּצַר אֹתוֹ בַּחֶרֶט וַיַּעֲשֵׂהוּ עֵגֶל מַסֵּכָה quae ita interpretantur: *et formavit illud* (aurum) *scalpro* vel *torno et fecit inde vitulum fusilem*. LXX. ἔπλασεν αὐτὰ ἐν τῇ γραφίδι, et ita Gr. Venet. Onk. Sam. Kimchi. Sed repugnat ordo narrationis: non enim vitulus ope styli delineari poterat, antequam fusus esset, cui accedit quod צור nusquam est figuras ope caeli exarare, sed materiam formare. Nescio igitur an praeferenda sit interpretatio Jonathani, cui accesserunt Bochart. Hieroz. 1, 334. Schroederus l. c. p. 289: *et ligavit illud* (aurum a mulieribus acceptum) *in marsupium*, cf. verbis simillimis 2 Reg. V, 23: וַיָּצַר — בִּשְׁנֵי חֲרִטִים; חֶרֶט i. q. חָרִיט. Tertia quaedam sententia est eorum (Saad. Arab. Erp. Aben Esrae), qui חֶרֶט *typum* reddunt: *et formavit illud* aurum) *in typo*, quam vero ex etymo non facile probaveris. Non magis audiendus Gussetius (p. 268), qui styli significationem prorsus eliminaturus etiam Jes. VIII, 1 interpretatur: *sume tibi vestem magnam et scribe super ea in cista*, cf. Schroederum l. c. p. 293.

חַרְטֹם, nonnisi in pl. חַרְטֻמִּים sapientum magorumque genus apud veteres Aegyptios, qui somniis interpretandis operam dabant Gen. XLI, 8. 24, artibusque magicis miracula patrabant Exod. VII, 11. 22. VIII, 3, 14. 15. IX, 11, etiam ad magos Chaldaeos translatum Dan. I, 20. II, 2 (v. chald.), itidem in somniis interpretandis versatos. Bene observat Millius (dissertatt. select. no. 13, §. 1 sqq.), חרטמים esse eum sacerdotum aegyptiorum ordinem, qui Graecis ἱερογραμματεῖς vocabatur (Clem. Alex. VI, 633 Sylb. Numenius ap. Euseb. praep. evang. 9, 8, ubi Jannes et Jambres ἱερογραμματέων principes vocantur. Lucian. Philopseud. §. 34. Cf. Jablonskii Panth. aegypt. Prolegg. p. 91 sqq. Creuzeri Symbolik und Mythologie I, p. 245), litterarum rerumque arcanarum scientia insignem, dignitate secundum (primus enim ordo *prophetarum* erat), eique sententiae et etymon favet et Alex. interpretis auctoritas. Hic enim Gen. XLI, 8. 14 reddit ἐξηγητής, quo vocabulo Lucianus l. c. interpretatur ἱερογραμματεύς, quodque sacrorum portentorumque interpretem significat (v. Hesych., Ruhnken. ad Timaeum p. 80): nullum autem probabilius etymon, quam quod Michaëlis proposuit suppl. 923, a חָרַט insculpsit vel חֶרֶט stylus et חָרַם sacer fuit, ut sit *scriba sacer*, *scripturae sacrae* (i. e. hieroglyphicae) peritus = ἱερογραμματεύς. Haud inepta quidem eorum opinio, qui Hebraeos his litteris simile quoddam vocabulum aegyptiacum imitatos esse suspicantur (cf. אַבְרֵךְ, מֹשֶׁה, בְּהֵמוֹת), et auctore quidem Jablonskio (l. c. et Opuscc. ed. te Water I p. 401) ⲉⲣϫⲱⲙ i. e. ὁ πράττων δύναμιν, thaumaturgus, ex ⲉⲣ facere et ϫⲱⲙ δύναμις, vel Ign. Rossio (Etymol. aegypt. p. 366) ⲥⲁⲣⲉⲥⲧⲁⲙ i. e. custos secretorum: sed observandum tamen, haec vocabula non veterum usu confirmata, sed recentiorum demum coniectura composita esse. In hebraea igitur origine statuenda acquiesci potest, neque audiendi Guil. Jones (de poësi asiat. p. 139 Lips.), qui accersit arab. خرطم *nasi pars eminentior*, translate *princeps populi*, et Th. Hydeus (de rel. vett. Persarum p. 379 ed. 2), cui חרטם est pers. خردمند *chyredmand* (non *chardamand*, quemadmodum scribit Michaëlis l. c.) sapientia praeditus. Namque linguam persicam recentiorem tam antiquo vocabulo eoque ad res aegyptiacas pertinente male adhibueris, et nemo non videt, חרטמים Danielis esse illud ipsum Pentateuchi vocabulum, cui aliud et novum etymon adhiberi non potest. — Vett. interpretes plerumque generalioribus utuntur vocabulis. LXX (praeter duos locos iam laudatos) ἐπαοιδοί, φαρμακοί. Vulg. *harioli*. Kimchi: חכמי התולדות, et ita Vers. Venet. γενεθλιαλόγοι. Aben Esra: חכמי תולדות היודעים העקרים ותולדות כל דבר. Antiquiorum interpretum coniecturas dabunt Fulleri Miscell. 5, 11. Aug. Pfeifferi dubia vexata ad Ex. VII, 11. Hotting. thes. philol. p. 57.

חַרְטֹם chald. id. Dan. II, 10. Plur. חַרְטֻמִּין II, 27. IV, 4. 6. V, 11.

חָרַךְ verbum ἅπ. λεγόμ. Prov. XII, 27: לֹא יַחֲרֹךְ רְמִיָּה צֵידוֹ. a) Hebraei interpretes ex Chaldaismo (v. infra) *urendi*, *adurendi* et inde *assandi* significationem adhibent variis modis (v. Kimchium in Lex. et de Rossium in Var. lect. ad h. l.), sed parum idoneis. Dummodo *assandi*, certe *torrendi* significatio probari possit, apte explicaveris: *non assabit ignavus ferinam suam* i. e. homo ignavus et desidiosus nunquam potietur lucro exoptato, nihil enim sine labore acquiritur (in altero hemistichio est: pretiosae opes obtingunt sedulo), רְמִיָּה pro אִישׁ רְמִיָּה, inde c. masc. Abulw. ذو الغش لا يطبخ صيده *fraudulentus* (v. רְמִיָּה no. 2) *non coquit praedam suam*. Juda b. Karisch: لا ينضج الفاجر زاده coquendo non maturat mendax cibum suum, der Falsche kocht seine Speise nicht gar. Tutius tamen erit b) חָרַךְ cum C. B. Michaeli aliisque *irretiendi* significatione accipere, quae firmatur derivato חֲרַכִּים cancelli, pr. *retia*, *clathri*, et cogn. אָרַג *plexuit*, *texuit*, cui fortasse addendum aeth. ⶀⶀ: cepit in bello, praedam egit (in quo מ servile est, cf. מִסְכֵּן a סָכַן, ⶀⶀ: a חָצַן). Ita LXX. οὐκ ἐπιτεύξεται θήραν. Vulg. *inveniet*. Chald. et Syr. נִסְתַּקְבַּל capiet, consequetur. c) A. Schult. coll. arab. حرّك II. movit, excitavit, reddit: *non ciebit venationem suam*, sed qui feram e cubili excitavit, ea nondum potitus est.

חֲרַךְ chald. *adustus est*, v. Targg. Syr. ܚܪܰܟ adussit, torruit, arab. حرق med. A. ussit, med. E. ustus est.

Ithpa. אִתְחָרַךְ *adustus est* (de capillis) Dan. III, 27.

חֲרַכִּים m. *cancelli*, *clathri* fenestrarum, pr. retia, opus reticulatum, v. ad rad. litt. b. Cant. II, 9. Chald. חַרְכָּא in Targg. pro חַלּוֹן. LXX. δίκτυα. Gr. Venet. φωτόφοροι. Vulg. *cancelli*. Male Ewaldus ad h. l. confert خَرْق foramen, nam hoc est potius *fissura* vestis laceratae.

חָרַל rad. inusit. prob. i. q. חָרַר ussit (cf. גָּרַל et גָּרַר). Aeth. አሐለለ: pro አሐረረ: adussit. Inde

חָרוּל m. Iob. XXX, 7. Zeph. II, 9 pl. חֲרֻלִּים Prov. XXIV, 31 *spinae*, *rubi*, *rhamni*, ab urendo dicti, ut *urtica* ab urendo, et arab. حريق artica a حرق ussit. *Urtica* tamen ipsa intelligi nequit, quum minor sit, quam ut homines sub ea congregentur, ut est apud Iob. l. c. Quale spinae rubive genus intelligatur, definiri non potest. V. Celsii Hierobot. II, 164 sqq.

חָרַם pr. *clausit* (cf. חֵרֶם rete no. 1) 1) spec. *nasum occlusit*, *contraxit*. Inde part. חָרוּם Lev. XXI, 18 qui *naso contracto* s. *depresso* est, *simus*. LXX. κολοβόῤῥιν i. e. μικρόῤῥιν. Gr. Venet. σίμος. Vulg. parvo naso. (Arab. خرم perforavit isthmum narium et annulum traiecit camelo, pr. nasum contraxit, cf. ر et ز permutatis خزم, חָסַם q. v.).

2) *prohibuit* a communi usu, deo *sacravit* (opp. חִלֵּל). Arab. حَرَمَ *prohibuit*, pec. a communi usu, II. sacrum reddidit. IV. devovit. حَرَم sacrum, adytum it. gynaeceum. Aeth. ሐረመ: illicitum esse censuit, አሐረመ: vetuit, prohibuit, cf. Ludolfi Lex. p. 34. Vide Hiph.

Hiph. הֶחֱרִים 1) *consecravit*, *devovit* (aeth. አሐረመ: anathemate notavit) Deo, ita quidem ut redimi non possit Lev. XXVII, 28. Mich. IV, 13. In bellis internecinis contra Cananaeos hunc in modum devovebantur urbes, quae captae hominibus bestiisque ad unum omnibus occisis funditus delebantur, hinc 2) *internecione delevit*, *exstirpavit* urbes, populos (Luth. verbannen) Num. XXI, 3. Deut. II, 34. III, 6. VII, 2. XIII, 16. XX, 17. Jos. II, 10. VIII, 26. X, 28. 35. 37. 40. XI, 21. Iud. I, 17. XXI, 11. 2 Par. XXXII, 14 Jes. XXXVII, 11. Jer. LI, 3. Dan. XI, 44 cet. Nonnunquam additur לְפִי חָרֶב Jos. XI, 12. 1 Sam. XV, 8. Formula הַחֲרִים אַחֲרֵי פ׳ Jer. L, 21 depingere videtur hostem perdendos persequentem (cf. בִּעֵר אַחֲרֵי 1 Reg. XIV, 10. XXI, 21). Poët. ipse Deus dicitur aliquid internecioni devovere, i. e. devotum exstirpare. Jes. XXXIV, 2. Jer. XXV, 9, adeoque inanimata Jes. XI, 15: וְהֶחֱרִים יְהוָה אֵת לְשׁוֹן יָם־מִצְרַיִם *et devovebit* i. e. siccabit *Jehova sinum maris aegyptiaci* (cf. Ps. CVI, 9. Jes. L, 2), ubi male dixeris, הֶחֱרִים esse i. q. הֶחֱרִיב. LXX. ἀναθεματίζω, ἐξολοθρεύω, rarius ἀφανίζω, ἀπόλλυμι.

Ho. הָחֳרַם *devotus est*, *consecratus est* Esr. X, 8, de hominibus i. q. *Deo devotus et occisus est* Ex. XXII, 19. Lev. XXVII, 29.

חֳרֵם (devotus, sacer) n. pr. oppidi Naphtalitarum Jos. XIX, 38. In plurimis editt. legitur חֹרֵם, sed illud praeferendum c. Jos. Athia, Clodio al.

חָרִם pro חָרוּם (i. q. חָרוּם simus) n. pr. viri Esr. II, 32. X, 31. Neh. III, 11.

חֵרֶם, semel חֶרֶם (Zach. XIV, 11) c. Suff. חֶרְמִי, חֶרְמוֹ pl. חֲרָמִים 1) *rete*, piscatoris et aucupis, a claudendo dictum, v. rad. no. 1. (Chald. id.). Hab. I, 15—17. Ez. XXVI, 5. 14. XXXII, 3. XLVII, 10. Metaph. *retia* de illecebris mulierum Eccl. VII, 26.

2) *devotio* rei ad internecionem, *anathema*. Zach. XIV, 11. Mal. III, 24: *ne percutiam terram anathemate*. אִישׁ חֶרְמִי vir internecioni a me devotus 1 Reg. XX, 42, עַם חֶרְמִי Jes. XXXIV, 5. נָתַן לַחֵרֶם internecioni devovit XLIII, 28, cf. Jos. VI, 18. Saepe concr. *res deo devota* sine ope redemtionis (si animata erat, occidenda) Lev. XXVII, 21. 28. 29. Num. XVIII, 14. Deut. VII, 26. XIII, 18. Jos. VI, 17. 18. VII, 1 sqq. 1 Sam. XV, 21. Ez. XLIV, 29. LXX plerisque locis ἀνάθεμα.

חָרְמָה (devotio, locus devotus Num. XXI, 3) n. pr. urbis regiae Canaanitarum Num. XIV, 45. XXI, 3. Jos. XII, 14, in australi parte tribus Judae Idumaeis vicinae Jos. XV, 30, postea Simeonitis concessae XIX, 4. 1 Par. IV, 30. Prius צְפַת dicta est Iud. I, 17.

חֶרְמוֹן (i. q. خَرْم, خُرْم prominens montis vertex, pr. ut videtur nasus montis, cf. انف الجبل nasus montis, promontorium; aliud etymon a devovendo et anathemate v. in libro Henochi VII, 8 cf. Hilarium ad Ps. CXXXIII ap. Relandum, Palaest. p. 323) n. pr. *Hermon* (LXX. Ἀερμών), iugum Antilibani praealtum nivibus tectum (unde טור תלגא Num. XXXIV, 8 Targ. Deut. IV, 48 Sam.), quod ab australi eius parte egressum ad orientem excurrit, ita ut Jordanes inter Antilibanum et Hermonem oriatur Jos. XI, 3. 17. XII, 1. 5. XIII, 5. 11. Ps. LXXXIX, 13. CXXXIII, 3, hodie *Dschebel el Scheikh* جبل الشيخ et austrum versus *Dschebel el Heiseh* appellatum (v. Seetzen in Zachii Correspond. XVIII, 430. Burckhardti itin. Syriae I, 448), pluribus montibus constans, propterea in pl. חֶרְמוֹנִים Ps. XLII, 7. Teste Deut. III, 9. IV, 48 haec montana etiam שִׂיאֹן, ab Amoraeis שְׂנִיר, a Sidoniis שִׂרְיוֹן appellata sunt, quanquam 1 Par. V, 23. Cant. IV, 8 *Hermon* et *Senir* a se invicem distinguuntur et vulgaris loquendi usus fluctuasse videtur. Plura vide apud Relandum, Palaest. p. 323 sqq.

חֲרוּמַף (contr. ex חָרוּם אַף simus naso) n. pr. viri Neh. III, 10.

* * *

Unn

חֶרְמֵשׁ m. *falx messoria*, quadril. conflatum ex חָרַם خرم resecuit et חָרַשׁ incidit. Deut. XVI, 9. XXIII, 26.

חָרָן n. pr. *Carrae*, v. חָרַר.

חֹרֹנַיִם, חוֹרֹנַיִם n. pr. v. חוּר.

חַרְנֶפֶר (fort. pro נְחַרְנֶפֶר a נָחַר ronchissavit et نفر anhelavit) n. pr. viri 1 Par. VII, 36.

חָרַס et **חָרַשׁ** rad. inusit. 1) i. q. حرش *scabit*, *scalpsit*, et intrans. *asper fuit*, II. asperum fecit, أحرش asper, de scabie nondum illita; خرش I. III. VIII. scaber fuit. Cf. ad חָרַם. Inde חֶרֶס no. 1, חֶרֶשׂ testa, et חַרְסוּת figlina.

2) fort. *siccus*, *aridus*, *calidus fuit*. Asperitatis enim notio ad res *torridas*, *aridas* (cf. Ps. XXII, 16: יָבֵשׁ כַּחֶרֶשׂ), adeoque ad *aestum* refertur, v. ad rad. חָרַר. V. חֶרֶס no. 2.

חֶרֶס m. 1) *scabies*, a scabendo dicta (nostr. *Krätze* von *kratzen*) Deut. XXVIII, 27, ubi copulatur cum גָּרָב itidem scabiem significante. Onk. et Kimchi חרס scabiem *siccam* interpretantur, LXX κνήφη, Vulg. *prurigo*. Saad. الحكة pruritus, scabies.

2) *sol*, vc. rarius, quanquam indubiae significationis (inanis enim coniectura Neumanni, astrognost. Benennungen des A. T. I p. 30, qui *arcturum*, حارس السما intelligi contendit) Iud. VIII, 13. Iob. IX, 7, cum He parag. הַחַרְסָה Iud. XIV, 18 (cf. אַרְצָה, לַיְלָה). De etymo ambigitur. Hitzigius (ad Jes. XIX, 18) statuit, חֶרֶס pr. *orbem* (solis) esse, die Sonnen*scheibe*, a scabendo, fabricando dictum (v. rad. no. 1), ut germ. *Scheibe* a verbo *schaben* (v. Adelung. h. v., quanquam ab aliis derivatur a *schieben*, v. Schmitthenner deutsch. Wb. h. v.): Simonis derivabat ab accendendo et ardendo coll. arab. حرش irritavit, litem accendit, حرث movit ignem (das Feuer stören), quae ad ardendi potestatem probandam parum faciunt: mihi quid videatur (*modo semiticum est vocabulum*) iam supra (rad. no. 2) significavi, possit etiam חרס significationem cognati חרר adoptasse (r et s permutatis, v. ר). Quid vero si idem hoc vocabulum esse statuamus atque כֹּרֶשׁ (Cyrus) *sol?* Quidquid est, certus exploratusque *solis* significatus adhibendus etiam loco vexato Jes. XIX, 18, ubi עִיר הַחֶרֶס est in 16 codd., nonnullis editt. et expressum a LXX. Compl. (Ἀχερές, quod Arabs reddit عين الشمس), Symm. (πόλις ἡλίου), Vulg. (civitas solis), Saadia (قرية حرس), testesque habet Talmudistas in Menachot fol. 110 A. Intelligenda enim, quidquid statues de authentia loci, *Heliopolis*, Aegypti urbs, alibi אוֹן (p. 52) et בֵּית שֶׁמֶשׁ dicta (quod ipsum Cod. 490 Ross. habet in margine) eaque scriptura praeferenda est alteri עִיר הַהֶרֶס, de qua v. pag. 391. Aliae etiam interpretationes, in quas incidere possis, v. c. עִיר הַחֶרֶס urbem testae (חֶרֶס = חֶרֶשׂ) esse Ostracinen (v. Hieron. ad h. l.) vel Daphnen figlinas habentem (Jer. XLIII, 9); vel חֶרֶס esse *custodiam*, *protectionem*, *salutem*, coll. arab. حرس in formula trita قرية محروسة urbs (a Deo) custodita, parum probabiles. Quod vero in 6 codd. est, עיר החרם *urbs anathematis*, a librariis profectum videtur templum in Aegypto exstructum internecioni devotum esse significaturis, eique scripturae oppositum, quam Alex. expressit: πόλις Ἀσεδὲκ i. e. עִיר הַצֶּדֶק. Vide Comment. nostr. ad h. l.

חֶרֶשׂ m. *testa* Iob. II, 8. XLI, 22. Jes. XXX, 14. Ez. XXIII, 34. כְּלִי חֶרֶשׂ vas testaceum Lev. VI, 21. XI, 33. XIV, 5. 50. XV, 12. Num. V, 17 Jer. XXXII, 14, pro quo poët. etiam חֶרֶשׂ Prov. XXVI, 23. יוֹצֵר חֶרֶשׂ figulus, inde בַּקְבֻּק יוֹצֵר חֶרֶשׂ lagena figuli Jer. XIX, 1. De re arida Ps. XXII, 16: יָבֵשׁ כַּחֶרֶשׂ כֹּחִי, de re vili Jes. XLV, 9: חֶרֶשׂ אֶת־חַרְשֵׂי אֲדָמָה *testa apud testas terrae*, quomodo appellatur homo cum creatore suo disceptaturus. — De n. pr. קִיר חֶרֶשׂ v. קִיר. (Arab. خرس seria vini, خرّس vini seriam ex opere figlino fecit. Gol. ex Maruph.).

חֲרֶשֶׂת *testa*, v. קִיר חֲרֶשֶׂת.

חַרְסוּת f. *figlina* sc. officina, *Töpferey*, in qua fiunt vasa testacea, a חֶרֶשׂ. Inde שַׁעַר הַחַרְסוּת porta figlinae (Luth. Ziegelthor) Jer. XIX, 2 Chethibh, porta Hierosolymorum valli Hinnom vicina, a figulis dicta ibi habitantibus (cf. ad יוֹצֵר Zach. XI, 13). Targ. תְּרַע קִלְקָלְתָּא *porta stercoris*, neque tamen confundenda (ut fecit Jarchius) cum *porta sterquilinii* שַׁעַר הָאַשְׁפּוֹת, quae ab occidente urbis erat. Quod l. c. in Keri est

חַרְסִית vel idem valet, vel *lutum figlinum*, ut in Mischna, Cholin fol. 85 a: מכסין בסיד ובחרסית ובלבנה *tegunt calce aut luto aut latere*. Male nonnulli, ut Buxtorfius, חַרְסִית solarem interpretantur, et ש׳ החרסית portam orientalem esse volunt.

חָרַע rad. inusit. Syr. Ethpa. astutus fuit, ܡܬܚܪܥ astutus. Arab. خرع fidit. Inde

תַּחְרֵעַ (fort. astutia) n. pr. viri 1 Par. IX, 41, quod ib. VIII, 35 תַּאְרֵעַ scribitur.

חָרַף fut. יֶחֱרַף Iob. XXVII, 6. Jes. XVIII, 6 1) *carpsit*, *decerpsit*. (Arab. خرف decerpsit, collegitque fructus. Congruit lat. *carpo*, et praemisso sibilo german. *scarf*, *scharf* cf. حرف, ܚܪܝܦ acer fuit. Cognata sunt גָּרַף, זָרַף, טָרַף, cf. ad רָפָא). Inde חֹרֶף, خريف tempus, quo fructus decerpuntur, auctumnus (v. Schult. ad Iob. p. 802), et ab hoc

2) denom. *auctumnum* (et hiemem) *transegit, hiemavit*, *χειμάζω*. Jes. XVIII, 6: וְכָל־בֶּהֱמַת הָאָרֶץ עָלָיו תֶּחֱרָף *et omnes bestiae agri super eo hiemabunt*, ut recte Chald. Hieron. Luth. Opp. קִיץ aestatem transegit (a קַיִץ). Etiam verbum arab. خرف multas habet significationes a خريف ductas et denominativas. Syrus, Abarbenel, Aurivillius (dissertatt. p. 368) al. ex vulgari verbi potestate (no. 3) interpretantur: *bestiae agri probro afficient ea* (cadavera) i. e. ea contemnent propter nimiam multitudinem (coll. קָץ in altero hemistichio), sed neque sententia apta est, neque facile intelligas, quid sibi velit עַל particula.

3) translate *carpsit conviciis, conviciatus est, probris affecit* (cf. جنا carpsit, trop. laesit aliquem, falso accusavit). Sq. acc. Ps. LXIX, 10. CXIX, 42. Prov. XXVII, 11. Iob. XXVII, 6: לֹא יֶחֱרַף לְבָבִי מִיָּמָי *non probris afficit cor meum* (conscientia mea) ullum *ex diebus meis*, i. e. non poenitet me ullius diei, quem vixerim. Frequentius hoc significatu est

Pi. חֵרֵף *probris affecit, conviciatus est* (LXX. ὀνειδίζω). Zeph. II, 10, plerumque sq. acc. 1 Sam. XVII, 10. 26. 36. 45. 2 Sam. XXI, 21. 1 Par. XX, 7. Neh. VI, 13. Ps. XLII, 11. XLIV, 17. LV, 13. CII, 9. Zeph. II, 8. 10, spec. Deum 2 Reg. XIX, 4. 16. 22. 23. Ies. XXXVII, 4. 17. 23. 24. LXV, 7. Ps. XLIV, 17. LXXIV, 10. Prov. XIV, 31, unctum Dei Ps. LXXXIX, 52. Sq. לְ 2 Par. XXXII, 17, בְּ 2 Sam. XXIII, 9: בְּחָרְפָם בַּפְּלִשְׁתִּים *quum probris afficerent Philistaeos*. (Lud. de Dieu ad h. l. hanc structuram non ferendam arbitratur. Sed quidni? חֵרֵף בְּ pr. est: probra iecit *in* aliquem. Cf. הֵחֵל בְּ). Dicunt etiam חֵרֵף חֶרְפָּה Ps. LXXIX, 12: *retribue vicinis nostris* ..... חֶרְפָּתָם אֲשֶׁר חֵרְפוּךָ אֲדֹנָי *convicia, quibus te conviciati sunt, Domine!* LXXXIX, 51. 52. Similis structura est Iud. VIII, 15: *ecce Sebachum et Zalmunnam* אֲשֶׁר חֵרַפְתֶּם אוֹתִי לֵאמֹר Vulg. *super quibus exprobrastis me, dicentes* cet. — Praegn. Iud. V, 18: זְבֻלוּן עַם חֵרֵף נַפְשׁוֹ לָמוּת *Sebulon*, haec *gens contemsit vitam suam* et proiecit *morti* i. e. vitam suam in pugna summo mortis periculo exposuit. Bene Schnurrerus confert haec Hamasae p. 453 (47 Freyt.): „إنّا لَنُرخِصُ يَوْمَ الرَّوْعِ أَنْفُسَنَا وَلَوْ نُسَامُ بِهَا فِي الأَمْنِ أُغْلِينَا *nos viles habemus animas nostras die pugnae, sed si pretium earum rogamur in pace, magnum id statuimus*, et (apud Tauriz. ib.) نعرض للسيوف اذا التقينا نفوسا لا تعرض للسباب *tanquam viles obiicimus, ubi concurrimus, gladiis animas nulli probro obiiciendas*.“ Eodem verbo in hac re utitur Abulf. vit. Muh. p. 30, idem est اهان نفسه vilem habuit vitam suam Lette ad Amrulkeis. p. 213, باذلوا نفوسهم vit. Tim. II, 830 Mang. Contra dicunt غالى بنفسه pretiosam habuit animam suam, pro conservavit eam neque periculis exposuit v. supra Hamas. et Togr. 41. cf. Schult. Opp. min. 146. 147. Simillimum est הֶעֱרָה לַמָּוֶת נַפְשׁוֹ Jes. LIII, 12 v. ad עָרָה. Ex his simul intelligitur, quid proprie sit

Niph. Lev. XIX, 20: שִׁפְחָה נֶחֱרֶפֶת לְאִישׁ, quod recte vertunt Onk. Jon. Saad. et Hebraei: *ancilla desponsata viro*, coll. talmud. חֲרוּפָה i. q. אֲרוּסָה desponsata, Buxtorf. p. 832. Est enim ad verbum: viro proiecta, tradita, concessa. Ita arab. رخص له في الامرأة vilis reddita est alicui mulier i. e. potestati et arbitrio eius concessa Abulph. dyn. p. 208, eadem sententia بذلت له الامرأة vilis ei facta est mulier, cf. جعله ذلولا vilem fecit rem i. e. tradidit eam in alienam potestatem Cor. 67, 15 cf. 36, 71, 72, v. Alb. Schult. l. c. p. 143—147.

חָרֵף (carpens) n. pr. viri 1 Par. II, 51.

חָרִיף (i. q. خريف pluvia auctumnalis) n. pr. viri Neh. VII, 24. X, 20. Pro eo Esr. II, 18 legitur יוֹרָה, quod itidem pluviam auctumnalem significat.

חֹרֶף m. *auctumnus, tempus, quo poma carpunt* (v. rad. no. 1), arab. خَرِيفٌ, v. Schult. ad Iob. XXIX, 4, cf. nostr. *Herbst*, germ. vet. sup. *herpist*, quod proprie vindemiam significat. Plerumque etiam hiemem complectitur, et קַיִץ וָחֹרֶף *aestas et auctumnus* integrum annum constituunt. Gen. VIII, 22. Ps. LXXIV, 17. Zach. XIV, 8. De ipsa *hieme* Prov. XX, 4, unde בֵּית חֹרֶף domus hiberna Jer. XXXVI, 22. Am. III, 15. Sed alio flexu metaph. dicitur de maturitate iuvenili et virili Iob. XXIX, 4: בִּימֵי חָרְפִּי *in diebus auctumni mei* i. e. aetatis virilis, qua honore et gloria apud omnes florebam. Ita Graeci utuntur syn. ὀπώρα. Pind. Isthm. 2, 7. 8: ὅς τις ἐὼν καλὸς εἶχεν Ἀφροδίτας εὐθρόνου μνάστειραν ἁδίσταν ὀπώραν. Nem. 5, 10: οὔπω γένυς φαίνεν τέρειναν ματέρ' οἰνάνθας ὀπώραν i. e. nondum lanugo genas vestiens pubertatem prodebat: similiter ap. Aesch. suppl. 1005, ubi agitur de Danaidum pulchritudine, cui metuendum sit in terra peregrina: τέρειν' ὀπώρα δ' εὐφύλακτος οὐδαμῶς, cui respondetur Vers. 1022: ἐμῆς δ' ὀπώρας οὕνεκ' εὖ θάρσει, πάτερ, et lat. *auctumnus* Ovid. Metam. 15, 200: auctumnus posito fervore iuventae maturus, Hor. Od. 2, 5. 10. 11. Ita Schult. ad h. l. et ad usum recte iam Symm. ἐν ἡμέραις νεότητός μου. Vulg. in diebus adolescentiae meae. Kimchi: בימי נערותי. Sententia e contextu certa et necessaria, fuerunt tamen, qui eam aliter declararent. Michaelis (suppl. 939) has proponit opiniones „a) contra nostrum morem ab autumno Hebraei annum incipiebant, unde fiebat, ut *autumnalia*, fructus, pluviae, alia, illis πρώϊμα *prima* essent; vernalia serotina ὄψιμα. Hinc et fructus praecoces aut primitivi Chaldaeis Talmudicisque ipso hoc vocabulo sunt חָרְפִין (Buxtorfii Lex. col. 832). Hinc ergo et primitiva potuerit dici iuventa. b) Possit et eadem ab agno خَرُوف חורפא nomen habere: vel c) quod mihi verisimillimum, ab *acie* a prima, quam verbo subiecimus, acuendi et aciei significatione, ut idem sit graeco ἀκμή acies, summum, iuventus, unde ἀκμαῖος iuvenis aetate florens. Sic quidem non solam significet adolescentiam, sed et iuventam virilem, totamque floren-

tissimum vitae tempus complectatur." Ex his prima certe et tertia sententia non contemnenda videri possit. Quod vero ad primam attinet, civilis anni computatio apud Hebraeos, qua a mense Tisri novum annum incipiunt, eaque recentioris originis (v. de Wette Archaeologie der Hebräer §. 174), in hac re non magnam vim habere poterit, chald. autem חַרְפִּין fruges potius *hiemales* significat, ut triticum, et nil probat in hac quaestione. Facilius feras tertiam, quanquam magis placent, quae supra auctore Schultensio proposuimus. Caeterum notatu dignum, LXX tribus locis Gen. VIII, 22. Ps. LXXIV, 17. Zach. XIV, 8 חֹרֶף ἔαρ transferre.

חֶרְפָּה f. *probrum, opprobrium, contumelia,* 1) *contumelia verborum, maledictio, convicia (Schmähung, Hohn),* quibus aliquem carpunt. Thren. III, 61: שָׁמַעְתָּ חֶרְפָּתָם *audivi convicia eorum.* Jer. LI, 51. Ps. LXIX, 21: חֶרְפָּה שָׁבְרָה לִבִּי *maledictio vulnerat cor meum.* Iob. XVI, 10: בְּחֶרְפָּה הִכּוּ לְחָיָי *cum contumeliis percutiunt genas meas.* LXXIX, 12. Formula: נָשָׂא חֶרְפָּה עַל est a) contumelias ingessit in aliq. Ps. XV, 3, sed etiam b) pertulit contumeliam propter aliq. Ps. LXIX, 8. Jer. XV, 15, sine עַל Mich. VI, 16. Ad priorem significatum refero locum ab interpretibus mire vexatum Zeph. III, 18: מַשְׂאֵת עָלֶיהָ חֶרְפָּה *tales in quos contumelias ingerebant* (ein Gegenstand des Hohns), מַשְׂאֵת ingestio, pro concr. ii in quos ingeruntur. (Dan. a Coelln: sicut *onus illi opprobrium* fuit i. e. Sionitis inter alienigenas degentibus oneris instar incumbebat gentium opprobrium: sed nil dubitandum, quin verba ex formula נָשָׂא חֶרְפָּה עַל explicanda sint). Sq. genit. eius, qui contumelias ingerit. Zeph. II, 8: שָׁמַעְתִּי חֶרְפַּת מוֹאָב it. חֶרְפַּת הַגּוֹיִם Neh. V, 9, חֶרְפַּת אָדָם Jes. LI, 7. Ez. XVI, 57, c. suff. Neh. III, 36. Hos. XII, 15. Dan. XI, 18, et eius, qui contumeliam subit Ps. LXXIV, 22: זְכֹר חֶרְפָּתְךָ מִנִּי נָבָל *memento contumeliarum ab impiis in te coniectarum.* Plur. חֲרָפוֹת contumeliae Ps. LXIX, 11.

Meton. homo vel res, *qui* (quae) *probro, contumelia afficitur* (Gegenstand des Hohns). Ez. XXII, 4: נְתַתִּיךָ חֶרְפָּה לַגּוֹיִם *faciam te opprobrium gentibus.* Ps. XLIV, 14: תְּשִׂימֵנִי חֶרְפָּה לִשְׁכֵנֵינוּ. Neh. II, 17: לֹא נִהְיֶה עוֹד חֶרְפָּה. Ps. XXXI, 12. LXXIX, 4. LXXXIX, 42. CIX, 25. Jer. XXIV, 9. XXIX, 18. XLII, 18. XLIV, 8. 12. Ez. V, 15. Joël II, 17. 19. Jer. VI, 10: דְּבַר יְיָ הָיָה לָהֶם לְחֶרְפָּה *verbum Dei iis erat opprobrio* (war ihnen Gegenstand des Hohns). XX, 8. Sq. genit. חֶרְפַּת אָדָם Ps. XXII, 7, חֶרְפַּת נָבָל XXXIX, 9.

2) *probrum, ignominia* alicui allata (Schimpf, Schmach, die jemandem angethan worden, Schande, die auf ihm ruht), *nota alicui iniusta, labes alicui inspersa.* Gen. XXXIV, 14: כִּי חֶרְפָּה הִוא לָנוּ. 1 Sam. XI, 2: שַׂמְתִּיהָ חֶרְפָּה עַל כָּל־יִשְׂרָאֵל *idque imponam* tanquam *opprobrium universo Israëli.* הֵסִיר חֶרְפָּה מֵעַל removit ignominiam ab al. 1 Sam. XVII, 26, גַּל ח׳ מֵעַל id. Ps. CXIX, 22, אָסַף ח׳ Jes. IV, 1. Gen. XXX, 23. עָטָה חֶרְפָּה ignominia tectus est Ps. LXXI, 13. Sq. genit. eius, cui incumbit ignominia. חֶרְפַּת עֲבָדֶיךָ Ps. LXXXIX, 51, חֶרְפַּת עַמּוֹ Jes. XXV, 8, חֶרְפָּתִי Gen. l. c. 2 Sam. XIII, 13 it. חֶרְפַּת רָעָב ignominia famis i. e. eorum qui fame laborant, famelicorum Ez. XXXVI, 30, ח׳ אַלְמְנוּתִים ign. viduitatis Jes. LIV, 4; חֶרְפַּת מִצְרַיִם ignominia inde ab Aegypto adhaerens Jos. V, 9, חֶרְפַּת נְעוּרָי ignominia iuventutis meae Jer. XXXI, 19, חֶרְפַּת עוֹלָם ignominia aeterna Ps. LXXVIII, 66. Jerem. XXIII, 40. Plur. חֲרָפוֹת Dan. XII, 2. — LXX constanter ὄνειδος, ὀνειδισμός, semel αἰσχύνη.

3) *pudenda* ut gr. αἰσχύνη Jes. XLVII, 3, ubi in altero membro est עֶרְוָה.

חָרַץ fut. יֶחֱרַץ 1) pr. *secuit, incidit* (v. infra). Inde חָרִיץ segmentum. Spec. a) *incidit in cutem, leviter vulneravit.* (Arab. حرص fidit cutem, خَارِصَةٌ vulnus quod cutem paullum laedit, خَرِصَةٌ tale vulnus in capite, v. Schultens. ad Prov. p. 253 ibique Schol. Nahhasi, in quo octo genera vulnerum capitis distinguuntur, inter quae حارصة fissio cutis). Part. חָרוּץ *fissus, leviter vulneratus* Lev. XXII, 22, ubi copulatur cum שָׁבוּר fractus membris, quod fortius est. Veterum interpretum nonnulli specialiora dant. LXX. γλωσσότμητος. Saad. مبتور caudâ truncata. Jonath. *palpebris laesis.* Abulwalides: חָרוּץ زعم اهل الفقه انه المبتور حاجب العين خاصة اى المـنَقّوبَة او المشقوقة לקולנו חרוץ חריץ של עין שנקב או שנפגם או שנסדק *opinantur Sapientes* (*Talmudistae*), חָרוּץ *esse proprie laesum in velo oculi* (*i. e. palpebris*) *i. e. ruptum aut fissum, secundum verba Talmudis* (Bechoroth fol. 39): *fissus fissura oculi, quae pungendo, aut abrumpendo aut disrumpendo orta est,* quae paene iisdem verbis repetit R. Tanchum in Lex. Morschid, et similiter Jarchius et Kimchius, nisi quod hi addunt: *labiis fissum.* Causa huius interpretationis esse videtur in talmudico חריץ palpebrae pr. fissura oculi (v. Baal Aruch h. v., omissum enim hoc vc. a Buxtorfio). Sed contextus tamen de leviore vulnere quocunque cogitare iubet, atque ita Arabs Erp. مقطوع, Syr. ܡܚܘܐ, similiter Vulg. cicatricem habens. — b) *fodit,* v. חָרוּץ no. 1.

2) *acuit, cuspidavit.* Tantum in formula proverbiali Ex. XI, 7: לְכֹל בְּנֵי יִשְׂרָאֵל לֹא יֶחֱרַץ כֶּלֶב לְשֹׁנוֹ *ad omnes Israëlitas ne canis quidem cuspidabit linguam suam,* i. e. nemo vel leviter eos offendet vel irritabit. Jos. X, 21: לֹא חָרַץ לִבְנֵי יִשְׂרָאֵל לְאִישׁ אֶת לְשֹׁנוֹ, ubi לְאִישׁ est: *adeo unus homo, vel unicus homo,* cf. de tali usu לְ particulae (quam paullo imprudentius abiiciunt Hubigant. et Maurerus) Deut. XXIV, 5. 2 Par. VII, 21. Eccl. IX, 4. Adde Judith XI, 13 (19): οὐ γρύξει κύων τῇ γλώσσῃ αὐτοῦ ἀπέναντί σου, ubi auctor libri (quem hebraica lingua scripsisse nullus dubito) scripserat לא יחרץ, LXX enim חרץ Exod. Jos. reddunt γρύζειν, Vulg. *mutire,* quod tamen sensum magis, quam propriam verbi hebraei potestatem exprimit. Perbene Jarchi:

ישונן לשנו. Dilutius Kimchius: הניע לשון, nil autem infelicius quam quod disputat Mich. in suppl. 949 ita explicans: omnibus Israëlitis *ne canis quidem linguam pendulam habebit* i. e. morietur, coll. arab. حرص cupiditate vel amore periit. (Arab. خريص superior pars cuspidis in lancea. „Quid? quod خرص cuspidavit pro cuspidavit linguam frequentatur pro exserere eam ad mendacium, ad elusionem insultationemque. Sic Alcor. Sur. 10, 67 de idololatris: *non sequuntur nisi opinationem* وان هم الا يخرصون *nec quidquam nisi cuspidant* i. e. mucronem linguae acuunt. Recurrit Sur. 43, 19 et alibi.“ Schult. ad Prov. p. 251. Locutioni biblicae praeterea simile est Cor. 60, 2: *erunt vobis hostes* وَيَبْسُطُوا إِلَيْكُمْ أَيْدِيَهُمْ وَأَلْسِنَتَهُمْ بِٱلسُّوءِ *et extendent contra vos manus suas et linguas suas ad malum*). Inde חָרוּץ no. 2.

Accedunt significatus improprii 3) *decidit, definivit.* 1 Reg. XX, 40: *haec est sententia tua* אַתָּה חָרָצְתָּ *tu ipse eam tulisti.* Abulwalides: قطعت على نفسك *tibi ipsi sententiam tulisti.* Iob. XIV, 5: אִם חֲרוּצִים יָמָיו *ubi definiti sunt dies vitae eius.* Jes. X, 22: כִּלָּיוֹן חָרוּץ *exitium decretum est.* Cf. Ni. et חָרוּץ no. 3.

4) Ab acuendo est: *acer* (de sapore), *acidus fuit* (cf. arab. حُرْصٌ Kali, herba acida et salsuginosa, unde חַרְצַנִּים acini, et

5) *acer* i. e. *strenuus, sollers fuit* (nos: sich's sauer werden lassen). Inde adj. חָרוּץ strenuus q. v. et semel in verbo 2 Sam. V, 24: אָז תֶּחֱרָץ *tunc strenuus esto* i. e. festina. In loco parallelo 1 Paral. XIV, 15: אָז תֵּצֵא בַמִּלְחָמָה, quae sententiam utcunque, non accurate, reddunt. V. hist. ling. hebr. p. 41. Plane autem abiiciendum, quod tentat Michaël. in suppl. 946: tunc accipe omen, coll. arab. حرص divinavit. (Arab. حَرِصَ avide cupivit, aviditate et studio impulsus fuit, sq. على q. d. scharf auf etwas seyn Cor. 4, 128. 12, 103. 16, 39. In N. T. Vers. arab., ut ex Castello discere licet, ponitur pro σπεύδω 2 Petr. III, 12, σπουδάζω Eph. IV, 3. 1 Thess. II, 17. 2 Tim. IV, 21. 2 Petr. I, 10. 15, φιλοτιμοῦμαι 2 Cor. V, 9, σκοπῶ Luc. XI, 35. II. avidum reddidit, incitavit. VIII. concupivit, studuit, sollers fuit, حِرْص studium, aviditas, حَرِيص avidus Cor. 9, 129. Cognatum est حَرَصَ avide cupidus fuit, deperivit, med. A sollers fuit. Conj. II. instigavit, accendit ad pugnam, sq. على Cor. 8, 66).

Niph. part. נֶחֱרָצָה cstr. נֶחֱרֶצֶת *decisum, decretum,* maxime de *poena a Deo decreta.* Dan. XI, 36: כִּי נֶחֱרָצָה נֶעֱשָׂתָה *nam poena decreta peragitur*, dein in formula כָּלָה וְנֶחֱרָצָה exitium et decretum (Dei). Jes. X, 23. XXVIII, 22. Dan. IX, 27: עַד כָּלָה וְנֶחֱרָצָה תִּתַּךְ עַל שֹׁמֵם. (Male Michaëlis in suppl. 945 et Bertholdtus ad Dan. l. c. נֶחֱרָצָה *excidium* interpretantur, cum sit decretum Dei de excidio). Dan. IX, 26: נֶחֱרֶצֶת שֹׁמֵמוֹת *decretum vastationum* i. e. vastationes decretae.

Primam huius verbi potestatem esse in *secando*, inde *fodiendo acuendo*que, unde significationes translatae facili negotio profluunt, dudum recte viderunt Etymologi et veteres (Abulwalides: قطع وحفر) et recentiores (v. Schult. ad Prov. p. 250 sqq. Simonis in Lex. al.). Congruunt radd. cognatae חָרַז, חָרַס, חָרַשׁ, חָרַת it. קָרַץ, הָרַס (ubi vide plura), praeivit adeo Alex. interpres, qui quattuor locis reddit συντέμνειν Prov. XXI, 5. Jes. X, 23. XXVIII, 22. Dan. IX, 27. Unus J. D. Michaëlis in suppl. pag. 940 sqq. de illa radicis potestate dubitavit utpote in reliquis linguis cognatis non exstante, nimioque dubitandi studio ductus in hac radice tractanda in alia omnia abit. Errasse autem virum magnum, et etiam radd. arabicarum حرص, حرض, خرص significationes ex illa primaria potestate profectas esse, observavimus in Praefat., ubi vide. Male etiam Kimchius, nunc quidem Abulwalidis vestigia deserens, in plurimis certe exemplis verbo *movendi* potestatem (לשון תנועה) tribuit.

חֲרַץ chald. *lumbus, inferior pars dorsi,* cui cingulum circumligatum, i. q. hebr. חֲלָצַיִם (ל et ר permutatis), a rad. no. 5, v. חֲלָצַיִם. Chaldaei eo utuntur in sing. (Deut. XXXIII, 11. 2 Reg. I, 8) et in plur. חַרְצִין (Ex. XXVIII, 42. Iob. XL, 11), neque aliter Syri, qui singularem ܚܨܐ (eiecto Resch) frequentant pro *dorso* (Rom. XI, 10, v. Castelli Lex. syr. ed. Michaëlis p. 316). Sic Dan. V, 6: קִטְרֵי חַרְצֵהּ מִשְׁתָּרַיִן *vincula dorsi eius soluta sunt* i. e. articuli dorsi, vertebrae ei conciderunt, prae terrore collapsus est. Male Simonis annotat, sing. ibi dici pro plurali vel duali, quod sequi non debebat C. a Lengerke ad Dan. l. c.

חָרוּץ m. (Kamez puro, v. Am. I, 3) part. pass. 1) *incisus, fossus* (v. rad. no. 1, b), inde

a) *fossa* urbis munitae. (Chald. חֲרִיצָא id. חֲרִיצֵי מַיָּא Iob. XXXVIII, 25. Jos. XI, 8, Talmud. id. v. Baba kama c. 5, ubi varia fossarum genera recensentur). Ita Dan. IX, 25: *per sexaginta duas hebdomades* תָּשׁוּב וְנִבְנְתָה רְחוֹב וְחָרוּץ *iterum aedificabuntur plateae et fossa*, quae h. l. etiam vallum et reliqua munimenta includere videtur. Verbum נִבְנְתָה in feminino ponitur propter usum collectivum vocabuli רְחוֹב (v. Gen. VI, 16. Gramm. hebr. §. 105, 3, c), et per zeugma etiam ad fossam refertur. Ita veteres omnes. LXX et Theod. Ald. οἰκοδομηθήσεται πλατεῖα καὶ περίτειχος. Ms. Vatic. τεῖχος. Vulg. *rursum aedificabitur platea et muri.* Gr. Venet. σκάμμα (fossa). R. Tanchum in Lex. Morschid: قد تقدم معنى חרץ قطع وحفر فيسمى الخندق חרוץ. ונבנתה רחוב וחרוץ الرحاب والخنادق. חופרין חריץ בארץ גזרה والحز والقطع في عود او جلد او في حايط وغيره يسمى חריץ. שלשה חריצין בחבלין. הותכין באמום של עץ שלשה חריצין فرضن وحزوز מעבירין חוט בין כל חריץ וחריץ i. e. *iam prius*

dictum, חרץ *findendi et fodiendi potestatem habere.* *Inde fossa urbem circumdans ad eam muniendam appellatur* חרוץ *in verbis Dan. IX, 25, ubi* רְחוֹב וְחָרוּץ *sunt fora et fossae. Ita in Talmude: fodiunt fossam in terra arida. Praeterea fissura in ligno aut in corio aut in muro aliisque rebus appellatur* חריץ *v. c. tres fissurae in phylacteriis, secant tres incisuras in forma lignea (phylacterii), et transmittunt filum per singulas fissuras.* Kimchi: חפירה חרוצה בארץ. וכן במשנה חריץ שבין שתי חצרות. חריצים נעיצים והרבה מזה דברו בן *est fossa incisa in terram. Et ita in Mischna: fossa inter duas chortes, fossae angustae, eiusque generis plura.* Quod nuper Hitzigius tentavit (Studien und Kritiken 1832 p. 150): *iterum aedificabuntur plateae, illque decretum est* (coll. Jes. X, 22, v. supra rad. no. 3), *sed in angustiis temporum*, hebraice exprimendum fuisset: וְהוּא חָרוּץ; *fossae* vero significatio, quae et linguae chaldaeae locorumque Talmudicorum auctoritate et veterum interpretum unanimi consensu nititur, temere in dubium vocari non debebat, ut nuper fecit C. a Lengerke ad h. l. Firmatur eadem praeterea collato arab. حِرْز munitio, locus munitus. Caeterum graviter impegit Berthold tus ad Dan. p. 658, qui *fori* significationem commendaturus confert arab. حُرْضَة „forum in quo venditur", hoc vc. enim est „forum in quo venditur حُرْض i. q. اشنان Kali, planta salsuginosa" minime forum quodcunque.

b) poët. *aurum*, pr. fossum, effossum, fossile. Ps. LXVIII, 14: יְרַקְרַק חָרוּץ *flavedo auri.* Prov. VIII, 10. 19: וְדַעַת מֵחָרוּץ נִבְחָר *et sapientia pretiosior auro* (ubi copulatur cum פָּז). III, 14. XVI, 16. Zach. IX, 3. De etymo pervariae sunt sententiae. Jo. Simoni dictum videtur a colore *acuto* (v. ad חָמֵץ no. 3, adde فقع secuit, et intense flavuit), aliis quod avide appetatur ab hominibus (v. rad. no. 5), Alb. Schultensio ad Prov. pag. 252 est *aurum sponte ex terra effissum*, quale in Arabiae arenis reperitur (Diod. 2, 93. 3, 125), Michaeli adeo (suppl. 950) peregrinum et a gr. *χρυσός* repetitum videtur hoc vc., quae longius petita. Quod supra dedimus, etymon, iam Coccejo aliisque probatum, fortasse eam ob causam displicuerit, quod *effossum, fossile* quodvis metallum vocari possit. Sed quidni statuamus, hoc vocabulum pr. generatim *metallum, aes* notasse, et poët. ad metallum illud pretiosissimum relatum esse (cf. בֶּצֶר), quemadmodum nos de *metallo* loquentes saepe *κατ' ἐξοχὴν aurum, argentum* et *pecuniam* intelligimus. Caeterum revera *aurum*, non *gemmas aliasque res pretiosas* hoc vc. notari, ut nonnulli ap. Kimchium volebant, apparet ex Ps. l. c. et Prov. VIII, 19. Num eiusdem originis sit *χρυσός*, in medio relinquo.

2) *acutus* (v. rad. no. 2), inde epith. poët. *tribuli*, instrumenti rustici, quo utuntur ad triturandum, plenius מוֹרַג חָרוּץ tribulum acutum Jes. XLI, 15, et inde omisso substantivo eadem sententia Jes. XXVIII, 27. Iob. XLI, 22: יִרְפַּד חָרוּץ עֲלֵי טִיט *sternit* (crocodilus) *tribulum in lutum*, intelliguntur scuta eius aspera et squamosa, tribuli lapidibus ferramentisque similia, quae iacens bellua in coenum imprimit, cf. Bochartus in Hieroz. III p. 761. Bergius ap. Rosenm. *prosternit acumina in lutum*, coll. خريص cuspis hastarum, contra certum linguae hebraeae usum. Plur. חֲרוּצוֹת Am. I, 3. De huius instrumenti fabrica v. מוֹרַג.

3) *decisum*, inde *iudicium* (v. rad. no. 3). Joël IV, 14: בְּעֵמֶק הֶחָרוּץ *in valle iudicii* i. e. poenae. LXX. *ἐν τῇ κοιλάδι τῆς δίκης.* Theod. — *τῆς κρίσεως.* Syr. ܦܘܣܩܢܐ, Chald. בְּמֵישַׁר פְּלוּג דִּינָא. J. D. Michaëlis (l. c. 949) in hac radice tractanda male scepticum agens de iudicii significatione temere dubitans: *vallis tribuli*, in qua collectum frumentum tribulo trituretur, coll. messis imagine Comm. 13 (18).

חָרוּץ (formae dagessandae, pro חָרֻץ) 1) *acer* (v. rad. no. 5), inde *sollers, sedulus.* Prov. XII, 27: וְהוֹן אָדָם יָקָר חָרוּץ sec. Rosenm.: *et opes hominis pretiosae* sunt s. obtingunt *sedulo*, qua vero in interpretatione displicet חָרוּץ pro לְחָרוּץ acceptum, et אָדָם hoc contextu redundans et languidum. Malim igitur cum Jarchio et Kimchio verbis transpositis scribere: הוֹן אָדָם חָרוּץ יָקָר *opes hominis seduli* sunt *pretiosae*, vel cum J. B. Koehlero (Repert. litt. bibl. et orient. II, p. 269) הוֹן יָקָר אָדָם חָרוּץ *opes pretiosae* sunt *viri seduli.* XXI, 5. Plur. חָרוּצִים Prov. X, 4. XII, 24. XIII, 4. — 2) n. pr. soceri Manassis regis 2 Reg. XXI, 19.

חָרִיץ m. 1) *segmentum, τμῆμα.* 1 Sam. XVII, 18: עֲשֶׂרֶת חֲרִיצֵי הֶחָלָב *decem segmenta lactis* (spissi) s. casei mollis. LXX. *τρυφαλίδες τοῦ γάλακτος* i. e. teste Hesychio *τμήματα τοῦ ἁπαλοῦ τυροῦ.* Vulg. *formellae casei* i. e. casei in formellis expressi. Chald. Syr. גּוּבְנִין. Abulwalides: يمكن أن يكون يعني به القطع المتخذة من الصا وهو صاً غليظ اللبن *fortasse ea voce designatur segmentum τοῦ* صا, *quod est lac spissum.* Tanchum Hierosol. ad 1 Sam. l. c. חריצי החלב قطع جبن طرى كما قال الترجوم גובנין החלב وقيل قطع اللبن التى تجمد فى الضرع المسمى لبا وهذا ضعيف لان ذلك لا ينعد ولا وجه لعلده وايضا ان لا يهدا لشخص كبير عشر قطع لبن جامد او خاثر فكونه ח׳ ה׳ جبن اقرب i. e. *segmenta casei recentis, quod expressit etiam Targum. Secundum alios sunt frustula lactis, quod exaruit in ubere, quale vocatur colostrum, quod non placet, quoniam tale quid non numeratur neque ad numeros refertur, praeterea quia viro nobili vix offeras decem frustula lactis siccati et densi: caseus igitur probabilior.* Ita etiam nobis videtur. Ignorasse tamen videtur R. Tanchum, colostra i. e. primum lac, quod statim post partum edunt pecudes, densum et facile coalescens, in summis nobilium deliciis fuisse, v. Martial. 13, 38, quam ob causam adeo in blanditiis amantium est: meum mel ....

mea colostra, meus molliculus caseus (Plaut. Poen. 1, 2, 174). — Caeterum חָרִיץ casei significatione exstat in Parab. vulp. p. 20, eique congruit كَرِيص caseus mollis Kam. p. 883 (non كريض per Dad, ut scribi vult Eichhornius p. 615). Caseum ex lacte acido factum (v. rad. no. 4), intelligit SIMONIS coll. ὀξυρίας τυρός vel ὀξερίας τυρός, talis caseus apud Siculos. Alia omnia tentat MICH. in suppl. 957. 958.

2) i. q. חָרוּץ no. 2. *tribulum*. Plur. חֲרִיצֵי הַבַּרְזֶל *tribula ferrea*. 2 Sam. XII, 31. 1 Par. XX, 3, cf. חֲרֻצוֹת הַבַּרְזֶל Am. I, 3. De re redi ad v. דּוּשׁ no. 3.

חַרְצַנִּים pl. *vinacea*, *grana* uvarum, semel legitur Num. VI, 4: מֵחַרְצַנִּים וְעַד זָג לֹא יֹאכֵל. זָג esse *pelliculam uvae* supra docuimus h. v. p. 403, videamus iam de חַרְצַנִּים, alio uvae elemento. LXX. στέμφυλα reddunt i. e. floces, uvas expressas, Syr. ܚܨܪܳܢ id., Vulg. *uvam passam*, quibus vero, utpote in זָג definiendo aberrantibus, non multum fidei habendum. Reliqui omnes vel *acinos*, *acinos vinaceos* (die Weinbeeren*kerne*) interpretantur (Gr. Venet. τὰ γίγαρτα, quod vc. graecum, ut obiter annoto, est syr. ܓܶܓܪܬܳܐ *acinus*, ortum ex hebr. גַּרְגַּר granum. Onk. פֻּרְצָנִין grana uvae. Saad. فُرْصٌ. Arabs Erp. نوى id. Kimchius: הגרעינים הפנימים grana interiora); vel *uvas immaturas*. Ita certe intp. Sam. [Samaritan], quod respondet arab. حِصْرِم *uva immatura* Rhas. 50. 52. 60. 68. 72. 110. 166, unde حِصْرِمِيَّة cibus inde paratus p. 48 ibique Channing., et idem vocabulum esse videtur atque hebraeum, adeoque ex eo ortum litteris transpositis, m et n permutatis. Iam vero praeter V. T. eius mentio est in Mischna, ibique, quod sciam, in quattuor locis, quorum tres priores ambigui videri possint et tam *acinos* quam *uvas immaturas* admittere, quartus autem *acinos* significari probat. In primo ipsi Talmudistae de significatione ambigunt. Nasir. 6 §. 2: *reus est propter vinum seorsum, et propter uvas seorsum, propter* חרצנים *seorsum, et propter* זגים *seorsum. Quanquam R. Elieser dicit, non reus est, donec comederit duos* חרצנים וזגן. *Quid sunt* חרצנים *et quid* זגים? חרצנים *sunt exteriora* (חיצונים), זגים *sunt interiora, dicit R. Juda, sed J. Jose dicit: ne fallaris, in tintinnabulo* (זוג) *pecudis exterius est* זוג, *interius* עינבל. Equidem neutri horum multum tribuerim, quum prior in חרצנים explicandis manifesto spectet similitudinem eius cum חיצנים, posterior זָג componat cum זוּג campana, quod non minus falsum. Alter est Orla 1 §. 8: ענקוקלות והחרצנים והזגים והתמד שלהם *uvae immaturae et grana et pelliculae et lora eorum* (תֶּמֶד lora est potus acidus ex vinaceis paratus, v. Buxtorf. h. v.). Tertius Aboda sara 2 §. 4, ubi חרצנים וזגים memorantur modo recentes, modo acidae. Gravissimus autem quartus, in quo *sola uvarum grana* intelligi possunt, ap. R. TANCHUM in Lex. Morschid v. זוג (quae fere totidem verbis repetita sunt v. חרצנים): זגין هو تفل العنب بعد عصيره وهو قشر العنب מחרצים ועד זג פחרצן هو الحب قالوا עד שיורע חטה ושערה וחרצן במסולתו. وفي بعض الناس يعتقد ان חרצן القشر وזג الحب لكن الاول هو זגין i. e. الذى صح بالدليل الذى ذكرناه ومن مشابهه *sunt faeces uvarum* (pr. sputum uvarum, quod eas comedentes exspuunt), *postquam expressae sunt, pelliculae earum, ut Num. VI, 4, et* חרצן *est granum earum, ut in loco Talmudis: dum serit triticum et hordeum et granum uvae est in gluma eius. Sunt quidem, qui firmiter credant,* חרצן *esse pelliculam et* זג *esse granum, sed prius verum ob rationem (dictum probans) iam memoratam et huic similes.* Consentit Baal Aruch, his verbis: חרצנים הם הגרעינים הפנימים ומהם נעשה התמד i. e. ח' *sunt grana interiora, ex quibus fit lora.* Sunt igitur *acini*, cui interpretationi favet etiam etymon ab *acido* (v. rad. no. 4), siquidem ex his granis potus acidus parabatur. Nescio tamen an hoc vc. etiam de *uvarum immaturarum baccis* dictum sit, sicut lat. *acini* sunt baccae et grana uvarum, unde profectus esse videtur usus Samaritanorum et Arabum in verbo حصرم.

חָרְצֵב rad. inusit. *valide constrinxit funem* i. q. arab. transpositis litteris حَضْرَبَ, حصرم et حظرب. HILLERUS et SCHULT. in institutt. id conflatum putabant ex חָרַץ et חָצַב (?), mihi vetus et genuina forma fuisse videtur חָרְצַם, eaque conflata ex trilitteris חָרַץ acer fuit, et חָרַם contraxit, occlusit, unde חרצם et חצרב acriter contraxit, cum vi constrinxit. Inde

חַרְצֹב pl. חַרְצֻבּוֹת f. 1) *vincula* valide adstricta Jes. LVIII, 6. Inde 2) *tormenta*, *dolores* Ps. LXXIII, 4. Cf. חֶבֶל et חוּל no. 3.

חָרַק fut. יַחֲרֹק *striduit*, *frenduit* dentibus, rad. onomatopoët. (Arab. حرق, syr. ܚܪܰܩ id., ܚܘܪܳܩܳܐ stridor, frendor dentium Mt. VIII, 12. XIII, 42 al. Zab. id. Congruit gr. χρίζω, aor. ἔχριγον, cuius radix est ΚΡιΓ). Dicunt חָרַק בְּשִׁנַּיִם Iob. XVI, 9, alibi חָרַק שִׁנַּיִם (v. quae disputavimus ad חָבַר Hiph.), ut nos *mit den Zähnen knirschen* et *die Zähne knirschen* Ps. CXII, 10 (ubi est impii furorem opprimentis), sq. עַל Iob. l. c. Ps. XXXV, 16. XXXVII, 12. Thren. II, 16 (ubi est iram evomentis in aliquem eique minantis). LXX. βρύχω τοὺς ὀδόντας.

חָרַר 1) *aruit, arefactus est.* Iob. XXX, 30: עַצְמִי חָרָה מִנִּי חֹרֶב *os meum arefactum est calore*, cf. Niph. no. 1, it. חָרֵר, חֲרֵרִים. (Syr. ܚܰܪ aruit prae calore, raucum fuit in gutture, ܚܪܳܪܳܐ, ܚܘܪܳܪܳܐ raucedo gutturis. Cognata sunt חָרֵב, חֶרֶס no. 2, lat. *areo*). —

2) *arsit, adustus est*, ab arido, cf. lat. *areo* et *ardeo*. (Chald. id., arab. حَرَّ ferbuit, incaluit, aeth. ሐረረ: aestuavit, unde ሐሩር: ardor febrilis, it. litteris emollitis አሐለለ: adussit. Ad ardendi significatum cf. חָרָה, חָרַךְ, חָרַל, حرق, germ. ant. *har, her, hyr* ignis, unde *Herd* focus, olim *herstat* i. e. locus ignis, *harsten* ad ignem torrere). Dicitur de metallo aestuante Ezech. XXIV, 11: חָרָה נְחֻשְׁתָּהּ, de hominibus aestu absumtis Jes. XXIV, 6: עַל־כֵּן חָרוּ יֹשְׁבֵי אֶרֶץ, ubi חָרוּ accentu Paschta postpositivo munitum est Milel (ad rem cf. Joël I, 18—20). — Praeter contextum vulgarem semel legitur in Cod. Sam. Ex. XXII, 23, ubi pro hebr. חָרָה אַף est חר אפי. Habebat diasceuastes חרה pro feminino verbi חרר, Aramaeis familiari, idque legibus grammaticis contrarium putabat.

3) i. q. arab. حَرَّ pro حَرُرَ *nobili stirpe natus, liber, ingenuus fuit*, syr. ܚܰܪܰܪ libertum fecit, chald. חָרַר id. Origo esse videtur in candore, puritate, *splendore* hominis, qui nulla macula obfuscatur. Inde חֹר.

Niph. נָחַר Jer. VI, 29. Ez. XV, 4 et נִחַר (cf. נִחַל a חָלַל, נִחַת a חָתַת) Ps. LXIX, 4 pl. נִחֲרוּ Cant. I, 6, in pausa נִחָרוּ Ps. CII, 4 fut. יֵחַר, יֵחָרוּ Ez. XV, 5. XXIV, 10 1) *arefactus est*. Ps. LXIX, 4: נִחַר גְּרוֹנִי *arefactum est guttur meum*. CII, 4: עַצְמוֹתַי כְּמוֹקֵד נִחָרוּ *ossa mea arefacta sunt instar sarmentorum*. 2) *adustus est*. Jer. VI, 29: נָחַר מַפֻּחַ *adustus est follis* (ubi alii non bene: anhelat follis, ut sit 3 praet. rad. נחר, v. Maurer. ad h. l.). Ez. XV, 4. 5. XXIV, 10. 3) *irâ exarsit*. Cant. I, 6: *filii matris meae* נִחֲרוּ בִי *irâ exarserant in me*. Formam נִחֲרוּ Kimchius, Michaëlis (suppl. 844) derivant a חָרָה coll. fut. apoc. יִחַר, cui favet usus verbi חָרָה Ni. sq. בְּ: exarsit in al., obstat vero forma in Niphal simili carens; aliis, ut Kleukero et Ewaldo ad h. l. est Pi. a נָחַר, quod minus etiam probandum, quum rad. נחר in verbo usitata non sit; esse Ni. a חָרַר, arguunt formae supra laudatae נִחַר, pl. in pausa נִחָרוּ, cf. simillimum נִחֲלוּ Ez. VII, 24 a חָלַל. Ita nunc etiam Ewaldus gr. hebr. p. 147 ed. 2.

Pil. חִרְחֵר *accendit* (litem) Prov. XXVI, 21.

חֲרֵרִים m. pl. *loca arida, sole adusta*, v. rad. no. 1. Jer. XVII, 6.

חֹר, nonnisi in pl. חֹרִים, semel חוֹרִים (Eccl. X, 17) m. *nobiles, primores*, v. ad rad. no. 3. Eccl. l. c. *o beatam terram*, שֶׁמַּלְכֵּךְ בֶּן־חוֹרִים *cuius rex filius nobilium*, nobili stirpe natus est (v. infra syr. et chald.). De nobilibus Idumaeorum Jes. XXXIV, 12, alibi de nobilibus Judae 1 Reg. XXI, 8. 11. Jer. XXVII, 20. XXXIX, 6. Neh. II, 16. IV, 13. V, 7. VI, 17. VII, 5. XIII, 17. (Arab. حُرّ liber, opp. servo Cor. 2, 173, nobilis, ingenuus. Syr. ܚܺܐܪܳܐ et ܒܰܪ ܚܺܐܪܶܐ id. Chald. חַר id., unde בַּר חוֹרִין in Targ. pro חָפְשִׁי, it. חֲרִי Lev. XIX, 20 Jon. Sam. ࠇࠓࠓ et ࠇࠓࠅࠕࠄ liber, libertus. Abstractum est חֵירוּת, ܚܺܐܪܽܘܬܳܐ, ࠇࠓࠅࠕࠄ, quod quidem vc. etiam in nummis Maccabaeorum, spec. Simeonis legitur, quorum haec est epigraphe: לחרות ירושלם [anno N. N.] libertatis Hierosolymorum, v. F. P. Bayer de nummis hebraeo-sam. tab. 6 no. 1, 5, חרות ציון tab. 3, no. 1—4, defective חרת ציון tab. 2, n. 5—7).

חֹר הַגִּדְגָּד v. גִּדְגָּד p. 264.

חָרָן (i. q. حَرَّان aridus, sitibundus) *Haran* n. pr. 1) oppidum Mesopotamiae tempore Patriarcharum (LXX Χαῤῥάν, cf. Act. VII, 2) Gen. XI, 31. XII, 5. XXVII, 43. XXVIII, 10. XXIX, 4, postea ab Assyriis expugnatum 2 Reg. XIX, 12. Jes. XXXVII, 12, mercaturam exercens cum Tyriis Ezech. XXVII, 23 (quo loco J. D. Michaëlis, qui in toto hoc commate tractando falsam sequitur hypothesin, Arabiae felicis urbem intelligit, حران القرين Assem. II, p. 562). Graecis et Romanis hoc oppidum Κάῤῥαι, *Carrae* appellatum est et clade ibi a Crasso accepta apud eos nobilitatum (Plut. vit. Crass. 25. 27. 28. Dio Cass. 40, 25. Plin. 5, 24. Ammian. 23, 3. Ptolem. 5, 18, cf. Mannerti geogr. V, 2 p. 280 sqq.): apud Syros et Arabes antiquo nomine ܚܪܢ (Assem. ind. geogr. ad bibl. or. T. II. et T. III. P. II. h. v. cf. Bar Bahlul v. Aram, Thes. p. 152 A), حَرَّان (Abulf. Mesop. in Novo Repert. III, p. 15. Schult. ind. geogr. v. Charrae. Gol. ad Alfrag. p. 249. Michaël. suppl. 930 sqq.), quod etiamnum in usu est, v. Niebuhrii itin. II, p. 410. — 2) vir quidam 1 Par. II, 46.

חַרְחֻר 1) *febris ardens* Deut. XXVIII, 22. LXX. ἐρεθισμός. Vulg. ardor. Syr. ܡܰܠܚܰܫܬܳܐ. V. rad. in Pi. Minus bene Saad. فالج paralysis sc. pulmonum. 2) n. pr. viri Esr. II, 51. Neh. VII, 53.

חַרְהֲיָה, sec. alios codd. **חַרְהֲיָה** (qui aridus erat) n. pr. viri Neh. III, 8.

חַרְחַס n. pr. viri 2 Reg. XXII. 14, quod 2 Par. XXXIV, 22 חַסְרָה scribitur.

חַרְנֶפֶר v. pag. 522.

חֶרֶשׂ *testa* v. rad. חָרַס.

חֲרֹשֶׁת v. ibid.

חָרַשׁ fut. יַחֲרשׁ et יַחֲרשׁ (v. no. 3. 4) 1) *incidit, insculpsit* litteras tabulae, gr. χαράσσω, χαράττω. (Radd. vicinae sunt חָרַז, חָרַץ, חָרַם, חָרַת, quas vide. Reliquarum linguarum cognatarum usum ad singulas significationes annotavimus. Ab incidendo est syr. ܚܪܫ iugulavit). Jer. XVII, 1: חֲרוּשָׁה עַל לוּחַ לִבָּם *insculpta in tabulam cordis eorum*.

2) *fabricatus est*, ex metallo 1 Reg. VII, 14, ligno, lapidibus (v. חָרָשׁ), c. accus. materiae 1 Reg. l. c. Metaph. *machinatus est* mala Prov. VI, 14. XIV, 22

(ubi semel per zeugma etiam חָרַשׁ טוֹב), sq. עַל contra aliquem III, 29: אַל תַּחֲרֹשׁ עַל רֵעֲךָ רָעָה. Ita lat. *fabricari fraudem* Plaut. Asin. I, 1, 89, *doli fabricator* Virg. Aen. 2, 264, *κακὰ τεύχειν, δόλον τεύχειν* Hom. Hesiod., *τεχνάζω* machinor, *τέκτων* machinator, *τεκταίνεσθαι μῆτιν* Il. 10, 19. (Apud Chaldaeos, Syros et Aethiopes transfertur ad *malas artes, artes magicas,* unde חָרָשׁ, ܚܪܫܐ, ܚܪܫܐ, ܚܪܫܐ incantator, magus, ܚܪܫܐ ars magica. Aethiop. ሐርሠ: veneficii, s. incantationis genus, unde ሰብአ: ሐርሠ: Lev. XIX, 31. XX, 6 et ዘሐርሠ: Deut. XVIII, 20 incantator pro *ἐγγαστρίμυθος,* ሐረሠ: id. Ex. VII, 11.

3) fut. יַחֲרֹשׁ *aravit* (arab. حَرَثَ aeth. ሐረሰ: id., حَارِث arator, agricola, مِحْرَاث aratrum), dicitur de bobus arantibus Iob. I, 14, et de aratore (חוֹרֵשׁ Am. IX, 13) Jes. XXVIII, 24. Prov. XX, 4, c. acc. agri 1 Reg. XIX, 19. Ps. CXXIX, 3: עַל גַּבִּי חָרְשׁוּ חֹרְשִׁים *in dorso meo ararunt aratores* i. e. dorsum verberibus, quasi solum aratro, prosciderunt. Sq. בְּ iumenti Deut. XXII, 10. Am. VI, 12. Iud. XIV, 18: לוּלֵא חֲרַשְׁתֶּם בְּעֶגְלָתִי לֹא מְצָאתֶם חִידָתִי *nisi arassetis vitula mea, non assecuti essetis aenigma meum,* dictio proverbialis pro: nisi meo ipsius auxilio usi essetis cet., in qua nescio an spectetur trita metaphora, qua verba secandi et arandi referuntur ad inquirendi, perscrutandi significatum, v. ad בָּקַר, חָפַשׂ, חָקַר. Chald. *nisi per uxorem meam perscrutati essetis.* Metaph. *arare, inarare nequitiam* (Unheil einackern), ut alibi *serere malum* est hoc parare futuro tempori, opp. *metere calamitatem* Iob. IV, 8. Hos. X, 13: חֲרַשְׁתֶּם רֶשַׁע עַוְלָתָה קְצַרְתֶּם.

4) fut. יֶחֱרַשׁ *surdus fuit* (cf. חֵרֵשׁ surdus) Mich. VII, 16, et

5) *mutus fuit* (quod saepe pendet ex surditate et cum ea coniunctum est), *obmutuit, siluit.* (Syr. ܚܪܫ med. E., arab. خَرِسَ id., أَخْرَس mutus. Origo est in caedendo, tundendo, et חָרֵשׁ pr. est *obtusus, stumpf,* stumpfsinnig, ut *κωφός* mutus et surdus a *κόπτειν,* et germ. *stumm* eiusdem originis atque *stumpf.* Vide Schult. ad Prov. III, 29. Aliis חֵרֵשׁ dictus esse videtur is, cui lingua auditusque praecisus sit). Ps. L, 3: *venit Deus noster* וְאַל יֶחֱרַשׁ *neque silet* i. e. non desunt tonitrua adventum eius nunciantia. Plerumque de Deo dicitur precibus hominum non respondente, i. e. homines non exaudiente (opp. עָנָה). Ps. XXXV, 22: רָאִיתָה יְיָ אַל־תֶּחֱרַשׁ *cernis* (omnia), *domine, ne sileas.* XXXIX, 13: אַל־דֳּמִי לָךְ אַל־תֶּחֱרַשׁ. LXXXIII, 2. CIX, 1. Sq. מִן praegn. Ps. XXVIII, 1: אַל־תֶּחֱרַשׁ מִמֶּנִּי *ne sileas a me,* ne silens avertas te a me. Caeterum exempla laudata docent et recte observarunt interpretes, חָרַשׁ de ea tantum obmutescentia dici, quae ab alicuius arbitrio proficiscitur, et ita differre ab אָלַם, quod significat eum, qui natura et necessitate *mutus* est. Cf. sam. משחוקה silentium Dei, de tempore quo auxilio suo hominibus deesse videtur. Vide Carm. sam. 4, 4.

Niph. aratus est Mich. III, 12. Jer. XXVI, 18, de urbe Hierosolymitana prorsus evertenda.

Hiph. 1) i. q. Kal no. 2. Metaph. *machinatus est* malum, sq. עַל contra aliquem. 1 Sam. XXIII, 9.

2) *surdus fuit* (pr. surdum egit), i. q. Kal no. 4. 1 Sam. X, 27: וַיְהִי כְּמַחֲרִישׁ *et erat quasi surdus,* surdum egit.

3) a) causat. Kal no. 5: *silere fecit, ad silentium redegit.* Iob. XI, 3: בַּדֶּיךָ מְתִים יַחֲרִישׁוּ *num commenta tua viros ad silentium redigent?* ut Chald. Rosenm. al. Quum vero causativa vis praeterea non reperiatur, possis etiam ita struere cum Kimchio: *num viri quales nos tacite ferent* et audient *commenta tua?* ita ut בַּדֶּיךָ accusativo casu accipiatur, et idem sit quod הֶחֱרִישׁ לְ. — b) *siluit* (pr. Stillschweigen halten, beobachten) Gen. XXIV, 21. XXXIV, 5. 2 Reg. XVIII, 36 (Jes. XXXVI, 21). Neh. V, 8. Esth. VII, 4. Prov. XI, 12. XVII, 28: גַּם אֱוִיל מַחֲרִישׁ חָכָם יֵחָשֵׁב *etiam stultus, ubi silet, sapiens habetur.* Iob. VI, 24. XXXIII, 31. 33. Passim ita, ut opponatur querelis fundendis 2 Sam. XIII, 20. Iob. XIII, 19. Jes. XLII, 14: *silebam, continebam me.* Jer. IV, 19; sed Ps. XXXII, 3 silentium opponitur liberae confessioni. Spec. *α*) sq. לְ est: *tacitum ferre* aliquid (zu etwas schweigen), *tacite praeterire, concedere* aliquid Num. XXX, 5. 8. 12. 15; *β*) sq. acc. *tacere* aliquid, de aliqua re. Iob. XLI, 4: לֹא אַחֲרִישׁ בַּדָּיו *non tacebo de membris eius.* *γ*) sq. מִן silere ab aliquo, praegn. *silere* et *ab* eo impugnando desistere. Iob. XIII, 13: הַחֲרִישׁוּ מִמֶּנִּי וַאֲדַבְּרָה אָנִי, cf. Jer. XXXVIII, 27: וַיַּחֲרִשׁוּ מִמֶּנּוּ *et taciti desistebant ab eo* violando (cf. infra sub litt. c). Sed 1 Sam. VII, 8, ubi populus ad Samuelem: אַל תַּחֲרֵשׁ מִמֶּנּוּ מִזְּעֹק אֶל יְיָ, reddendum est: *ne tacite avertas te a nobis, ita ut non invoces Jehovam* i. e. ne desis nobis in Deo invocando. *δ*) sq. אֶל pr. *silere et aures praebere* alicui. Jes. XLI, 1: הַחֲרִישׁוּ אֵלַי אִיִּים. — Saepe c) latius patet et dicitur de eo, qui non solum a loquendo, sed etiam *ab agendo* abstinet: *nil egit* (opp. actioni), *quietus mansit* (sich ruhig, unthätig verhalten). Exod. XIV, 14: יְהוָה יִלָּחֵם לָכֶם וְאַתֶּם תַּחֲרִישׁוּן *Jehova pugnabit pro vobis et vos quieti eritis.* Esth. IV, 14. Sq. gerundio 2 Sam. XIX, 11: לָמָּה אַתֶּם מַחֲרִשִׁים לְהָשִׁיב אֶת־הַמֶּלֶךְ *quare tam segnes estis in reducendo rege?* De Deo, qui tacite fert neque punit peccata. Ps. L, 21: *talia fecisti et tacebam.* Zeph. III, 17: יַחֲרִישׁ בְּאַהֲבָתוֹ *silet* (Deus) *pro amore suo* i. e. tacite feret peccata. Kimchi: ישתק על פשעיך שעשית כבר באהבתו אותך.

Hithpa. quietum se continuit Iud. XVI, 2.

חָרָשׁ (formae dagessandae, pro חָרָּשׁ) constr. חָרַשׁ (v. infra, cf. פָּרָשׁ Ex. XXVI, 10) 1) *sculptor lapidum* Ex. XXVIII, 11.

2) *artifex, faber,* a) lapidarius, plene חָרַשׁ אֶבֶן 2 Sam. V, 11. 1 Par. XXII, 15; b) ferri et aeris (Schmidt,

Metallarbeiter) 1 Sam. XIII, 19. 2 Reg. XXIV, 14. Jer. X, 9. Hos. VIII, 6. XIII, 2 cet., plene חָרַשׁ בַּרְזֶל Jes. XLIV, 12, plur. חָרָשֵׁי בַרְזֶל 2 Par. XXIV, 12; c) lignarius Jer. X, 3, plene חָרַשׁ עֵצִים Jes. XLIV, 12, pl. 2 Reg. XII, 12. 1 Par. XIV, 1. Metaph. חָרָשֵׁי מַשְׁחִית fabri perniciei Ez. XXI, 36.

חֵרֵשׁ (formae קָטֵל) adj. pl. חֵרְשִׁים *surdus* (v. rad. no. 4) Ex. IV, 11. Lev. XIX, 14. Ps. XXXVIII, 14. LVIII, 5: פֶּתֶן חֵרֵשׁ *vipera surda*, quae incantatorem audire non videtur, neque ei morem gerit. De hominibus, qui Deum prophetasque non audiunt Jes. XXIX, 18. XLII, 18. 19. XLIII, 8.

חֶרֶשׁ m. 1) *fabricatio, opus fabrile.* Inde גֵּי חֲרָשִׁים vallis fabricationum, prope Hierosolyma 1 Par. IV, 14. Neh. XI, 35. — 2) *artificium*, in malam partem de *praestigiis*, v. ad rad. no. 2. Jes. III, 3: חֲכַם חֲרָשִׁים *peritus artificiorum* i. e. praestigiarum, sequitur נְבוֹן לָחַשׁ incantator peritus. Ita Chald. *Lud. de Dieu* al., contra LXX. Vulg. Syr. Saad. *fabrum* peritum intelligunt. — 3) *silentium* (rad. no. 5) et adv. *tacite* Jos. II, 1. — 4) n. pr. viri 1 Par. IX, 15.

חֹרֵשׁ m. pr. part. Kal verbi חָרַשׁ no. 1. 2 *secans, fabricans*, dein *instrumentum, quo secatur.* Gen. IV, 22: *Tubalkain* לֹטֵשׁ כָּל־חֹרֵשׁ נְחשֶׁת וּבַרְזֶל *qui malleabat* (malleo fabrefaciebat) *varii generis instrumenta aenea et ferrea*, der hämmerte allerhand Werkzeug aus Erz und Eisen. Vulg. qui fuit malleator et faber in cuncta opera aeris et ferri. Jarchi: מחדד ומצחצח כל כלי אומנות נחשת וברזל acuens et poliens omnia instrumenta opificii aeris et ferri. Kimchi: מחדד כל אומנות נ׳ וב׳.

חֹרֶשׁ m. *silva* a caedendo dicta. (Chald. חוּרְשָׁא, sam. [samaritan], ח in א emollito, id., talm. חֻרְשָׁא id., חוּרְשִׁינָא densa arborum, unde verbum חֹרֵשׁ qs. silvescere, in silvae morem crescere, de radicibus Iob. VIII, 17 Targ. pro hebr. יְסֻבָּכוּ). Jes. XVII, 9: כַּעֲזוּבַת הַחֹרֶשׁ *sicut aedificia deserta* (ruinae) *in silva.* Ez. XXXI, 3. Cum He parag. חֹרְשָׁה 1 Sam. XXIII, 16, quod adeo cum praeposit. retinetur בַּחֹרְשָׁה Comm. 15. 18. Pl. חֳרָשִׁים 2 Par. XXVII, 4.

חַרְשָׁא (chald. incantator, magus) n. pr. viri Esr. II, 52. Neh. VII, 54.

חֲרֹשֶׁת f. 1) *fabricatio* lignorum, lapidum Exod. XXXI, 5. XXXV, 33. ח׳ הַגּוֹיִם n. pr. oppidi in Palaestina boreali. Iud. IV, 2. 13. 16.

חָרִישׁ m. *aratio* Gen. XLV, 6., *tempus arandi* gr. ἄροτος Ex. XXXIV, 21, *arvum arandum* 1 Sam. VIII, 12.

חֲרִישִׁי fem. חֲרִישִׁית adj. Jon. IV, 8: רוּחַ קָדִים חֲרִישִׁית *eurus tranquillus* i. e. aëre immoto aestuosus et fervidus, ein schwüler Ostwind. Chald. שְׁתִיקְתָא. Non bene Abulwalides: ventus, qualis flat tempore arandi, id est frigidus et siccus; nam ventus frigidus exoptatus magis tempore aestatis, quam plantis metuendus. Neque melius Kimchi: ventus tam fortis, ut surdos reddat homines.

מַחֲרֵשָׁה et **מַחֲרֶשֶׁת** f. 1 Sam. XIII, 20 duo agricolarum instrumenta, eaque secantia, quorum nescio an alterum *vomerem* (arab. محراث, a rad. חָרַשׁ no. 3), alterum *cultrum* s. *dentem aratri* designet. Vulg. *sarculum, vomer.* LXX. δρέπανον, θέριστρον. Chald. עוּשְׁפִיהּ securim suam, et פְּרָשֵׁיהּ stimulum suum. Pro plurali utriusque dicitur מַחֲרֵשׁוֹת V. 21. De aratrorum apud Orientales forma v. Paulsen Ackerbau d. Morgenländer pag. 52, Niebuhri descr. Arabiae p. 155, de Aegyptiorum aratro Description de l'Égypte I tab. 70. 71.

חָרַת i. q. חָרַשׁ q. v. *insculpsit, incidit*, in tabulam Ex. XXXII, 16. Chald. חֲרַת id. Jer. XVII, 1. Ex. XXXII, 16 Targ. Syr. ܚܪܛ excavavit. Arab. خرت perforavit. Inde

חֶרֶת (caesio, dein i. q. חֹרֶשׁ silva) n. pr. silvae in montanis Judae 1 Sam. XXII, 5.

חָשַׂךְ fut. יַחְשֹׂךְ, sed semel אֶחְשְׂכָה Iob. VII, 11 pr. *tenuit, continuit*, cogn. radici חָזַק q. v. Iob. XVI, 5: וְנִיד שְׂפָתַי יַחְשֹׂךְ *et solatium labiorum meorum contineret* s. sustineret vos (sollte euch halten, aufrecht erhalten). Parall. אֲאַמִּצְכֶם. Sed plerumque 1) *retinuit* sq. מִן *ab aliqua re* a) *cohibuit* ab ea. Gen. XX, 6: וָאֶחְשֹׂךְ גַּם אָנֹכִי אוֹתְךָ מֵחֲטוֹ לִי *et ipse ego cohibui te a peccando in me.* 1 Sam. XXV, 39: וְאֶת עַבְדּוֹ חָשַׂךְ מֵרָעָה *et* (qui) *servum suum cohibuit a malo* patrando. Ps. XIX, 14 (a peccatis proaereticis). Iob. XXX, 10: מִפָּנַי לֹא חָשְׂכוּ רֹק *a facie mea non cohibebant sputum.* Et absol. omissa mentione rei, a qua quis retinetur et cohibetur. 2 Sam. XVIII, 16: כִּי חָשַׂךְ יוֹאָב אֶת־הָעָם *nam Joabus cohibuit populum* sc. a persequendo. Prov. X, 19: חֹשֵׂךְ שְׂפָתָיו *cohibens labia sua* sc. a sermone inani, et ita XVII, 26. Iob. VII, 11. Jes. LVIII, 1: *clama pleno gutture* אַל תַּחְשֹׂךְ *ne cohibe* sc. guttur, vocem. LIV, 2. b) *denegavit* alicui aliquam rem. Gen. XXXIX, 9: לֹא חָשַׂךְ מִמֶּנִּי מְאוּמָה כִּי אִם אוֹתָךְ *denegat mihi nihil nisi te, quia uxor eius es.* XXII, 12: וְלֹא חָשַׂכְתָּ אֶת־בִּנְךָ אֶת־יְחִידְךָ מִמֶּנִּי *neque denegasti mihi filium tuum unicum*, cf. Comm. 16, ubi deest מִן. Poet. Ps. LXXVIII, 50: לֹא חָשַׂךְ מִמָּוֶת נַפְשָׁם *non denegabat morti animam eorum.* c) *retinuit, cohibuit* a periculo i. e. *servavit.* Iob. XXXIII, 18: יַחְשֹׂךְ נַפְשׁוֹ מִנִּי שָׁחַת *cohibet animam eius a sepulcro.* Inde

2) *pepercit*, a) rebus (nostr. sparen). Sq. acc. Prov. XIII, 24: חוֹשֵׂךְ שִׁבְטוֹ שׂוֹנֵא בְנוֹ *qui parcit virgae suae, odit filium suum*, etiam c. inf. Prov. XXIV, 11: הַצֵּל לְקֻחִים לַמָּוֶת וּמָטִים לַהֶרֶג אִם תַּחְשׂוֹךְ quae ita struenda sunt: *ne parcas, servare qui abripiuntur ad mortem et nutant*

ad mactationem i. e. ne tibi parcas, ne deses et ignavus sis; ubi vitam ab hoste vel tyrannis in discrimen vocatam servare potes. Addito לְ eius, cui reservamus (wofür wir aufsparen). Iob. XXXVIII, 23: אֲשֶׁר חָשַׂכְתִּי לְעֶת צָר quem reservo tempori angusto. Absol. Prov. XI, 24: חוֹשֵׂךְ מִיֹּשֶׁר qui parcit (pecunia) plus iusto. XXI, 26. b) personis (germ. schonen). Sq. acc. 2 Reg. V, 20: ecce! pepercit dominus meus Naamano Syro מִקַּחַת מִיָּדוֹ אֵת אֲשֶׁר הֵבִיא et non accepit ab eo, quae attulerat. Absol. Esr. IX, 13: חָשַׂכְתָּ לְמַטָּה מֵעֲוֹנֵנוּ pepercisti nobis, nos puniens infra peccatum nostrum. Jes. XIV, 6. — Perdubium est, quod huc referunt Ez. XXX, 18: חָשַׂךְ הַיּוֹם cohibebit dies sc. lucem suam, ut interpretantur Kimchius et Jarchius coll. exemplis no. 1, a, quod hoc contextu durius. Praestabit igitur cum pluribus libris mss. et editis scribere חָשַׁךְ הַיּוֹם, quod exprimunt veteres omnes. (Syr. ܚܣܟ continuit, cohibuit, immunem fecit, sq. ܡܢ a periculo Barh. 328. Chald. חֲסַךְ subtraxit, diminuit, חֲסִיךְ diminutus, exilis).

Niph. pass. no. 1. cohibitus est (dolor). Iob. XVI, 6. 2) pass. no. 2, b parcitur alicui. Iob. XXI, 30.

חָשַׂף fut. יֶחְשֹׂף 1) pr. i. q. חָסַף (q. v.) *decorticavit*, ut arborem. Joël I, 7: חָשֹׂף חֲשָׂפָהּ decorticat eam (vitem, ficum) locusta. Cf. מַחְשֹׂף. Inde foliis nudavit. Ps. XXIX, 9: et nudat silvas (vox Dei, tonitru). Inde 2) *retexit* velum, sq. acc. veli. Jes. XLVII, 2: חֶשְׂפִּי שֹׁבֶל retege syrma. Jer. XIII, 26: חָשַׂפְתִּי שׁוּלַיִךְ עַל פָּנָיִךְ retegam syrmata tua et tegam super faciem tuam (cf. Nah. III, 5). Sq. acc. pers. membrive: retecto velo *nudavit* aliquem, aliquid. Jes. LII, 10: Jehova nudavit brachium suum sanctum, quod est militum ad pugnam exeuntium. Ez. IV, 7. Jer. XLIX, 10: אֲנִי חָשַׂפְתִּי אֶת־עֵשָׂו ego nudabo Esavum, additur: retegam latibula eius, ut abscondi non possit. Jes. XX, 4: חֲשׂוּפַי שֵׁת nudati natibus, more syriaco pro חֲשׂוּפֵי שֵׁת.

3) *hausit*, pr. de summo (oben abschöpfen). Jes. XXX, 14. Hagg. II, 16. (Habent quidem Arabes خَسُوف perennis aquae in terra arenosa puteus, sed huius origo est a خسف demersus est, delituit in terra).

חֲשׂוּפָא (nudatus) n. pr. viri Esr. II, 43. Neh. VII, 46.

חָשִׂיף m. pr. *segregatum* (qs. decorticatum, de summo haustum, v. rad. no. 1. 3). Semel de parvo grege, qui a maiore segregatus est. 1 Reg. XX, 27: שְׁנֵי חֲשִׂפֵי עִזִּים LXX δύο ποίμνια αἰγῶν. Vulg. duo parvi greges caprarum. Chald. תְּרֵין גִּזְרֵי עִזִּין. Abulwalides: قطيعان i. e. duo greges minores resecti, quod vocabulum arabicum et etymo et significatione congruit. Vide praeterea sitne significatus hebraei vestigium in quadril. arab. خُثْفُرَة et خُثْفُل parvus grex. Invito contextu Bocharтus (Hieroz. I, p. 705 Lips.) interpretari volebat: duos hinnulos caprearum, coll. خشف hinnulus, capreolus: sed etymon, quod unum in recepta interpretatione desiderabat Vir magnus, satis probabile supra indicavimus.

מַחְשֹׂף m. *decorticatio*, adv. *decorticando* (arborem) Gen. XXX, 37.

חָשַׁב fut. יַחְשֹׁב (sed יַחֲשָׁב־ Ps. XL, 18. יַחְשְׁבוּן XXXV, 20) 1) *putavit*. (Primaria significatio est *supputandi*, nostr. rechnen, v. Pi. in quo saepe primaria significatio servata, v. Lgb. 242. Arab. حسب supputavit; putavit, opinatus est; aestimavit. Syr. ܚܫܒ, aethiop. ሐሰበ: et ሐሰበ: id. Caeterum videant eruditi, sitne supputandi, rationes subducendi notio fortasse repetita a miscendo, arab. خشب et اشب miscuit, unde חֹשֵׁב polymitarius, esse possit artificiose miscens fila coloresque. Suspicari etiam possis cum Simoni v. חָשַׁב, primam potestatem esse in *ligando*, *nectendo* et inde profectum esse *cogitandi* et *machinandi* significatum, cf. זָמַם: sed fac excogitandi et machinandi vim hoc modo explicari posse, *putandi*, *supputandi* vis vix potuerit). Jes. X, 7: וּלְבָבוֹ לֹא כֵן יַחְשֹׁב animus eius non ita putat. Plerumque: *putavit aliquem esse aliquid*, *habuit aliquem pro aliquo* (λογίζεσθαί τινα εἴς τι), sq. acc. et לְ Gen. XXXVIII, 15: וַיַּחְשְׁבֶהָ לְזוֹנָה et putavit eam meretricem. 1 Sam. I, 13: וַיַּחְשְׁבֶהָ עֵלִי לְשִׁכֹּרָה et Eli putabat eam ebriam. Iob. XIII, 24: וְתַחְשְׁבֵנִי לְאוֹיֵב לָךְ XIX, 15. XXXIII, 10. XXXV, 2. XLI, 19. 24, sq. dupl. acc. Jes. LIII, 4, sq. acc. et כְּ Iob. XIX, 11. — Absol. *aestimavit* et quidem *magni*, *magni fecit* (achten pro hochachten), sq. acc. Jes. XIII, 17: אֲשֶׁר כֶּסֶף לֹא יַחְשֹׁבוּ qui argentum non aestimant. XXXIII, 8. LIII, 3. Mal. III, 16: חֹשְׁבֵי שְׁמוֹ qui nomen eius aestimant. (Rabbin. חשוב vir aestimatus, honoratus).

2) *imputavit* alicui aliquid, sq. לְ pers. et acc. rei. 2 Sam. XIX, 20. Ps. XXXII, 2: beatus vir לֹא יַחְשֹׁב יְהוָה לוֹ עָוֹן cui Jehova non imputat peccatum. Gen. XV, 6: וַיַּחְשְׁבֶהָ לּוֹ צְדָקָה idque Deus ei imputavit tanquam honeste factum (cf. Ps. CVI, 31). Ellipt. dictum videtur Ps. XL, 18: ego pauper miserque אֲדֹנָי יַחֲשָׁב־לִי dum Dominus mihi imputabat sc. peccata (cf. Comm. 13 et ad rem XXXII, 3—5), nisi mavis: sed Dominus molitur mihi sc. auxilium, salutem, consulit mihi, cf. no. 3. Kimchius al. Deus me magni fecit (v. no. 1).

3) *cogitavit* (denken), — a) *excogitavit*, *meditatus est*, velut instrumenta musica Am. VI, 5, opera ingeniosa (cf. חִשָּׁבוֹן) Ex. XXXI, 4, unde Part. חֹשֵׁב *artifex* spec. *machinarum bellicarum artifex* (ingeniosum vocant medio aevo, v. du Cange. Gloss. III, p. 1432), it. 2 Par. XXVI, 15, textor ingeniosus Vulg. plumarius, cuius textura appellatur מַעֲשֵׂה חֹשֵׁב Vulg. opus plumarium. Exod. XXVI, 1. 31. XXVIII, 6. 15. XXXVI, 8. 35. XXXIX, 3. 8. Intelligitur autem eiusmodi pannus, cui varii coloris, etiam aureae argenteaeque figurae, velut flores,

fractus, aves artificiose intextae erant, in Babylonia maxime usitatus (v. אַדֶּרֶת שִׁנְעָר Jos. VII, 21), diversus a רֶקֶם, רִקְמָה q. e. opus polymitum, ex diversi coloris filis textum, sed sine figuris, v. Braunium de vestitu sacerd. 1 §. 267 sqq. Fulleri Miscell. 1, 20. Saepius b) sq. gerundio: *cogitavit, molitus est* aliquid facere. Ps. CXL, 5: אֲשֶׁר חָשְׁבוּ לִדְחוֹת פְּעָמָי *qui cogitant evertere gressus meos.* 1 Sam. XVIII, 25. Jer. XVIII, 8. XXVI, 3. XXXVI, 3. Thren. II, 8. Iob. VI, 26. Semel plenius 2 Sam. XIV, 14: חָשַׁב מַחֲשָׁבוֹת לְבִלְתִּי יִדַּח *cogitat, se non propulsurum.* c) in malam partem: חָשַׁב מַחֲשָׁבוֹת עַל molitus est consilia prava contra al. Esth. VIII, 3. IX, 25 (et omisso מַחֲשָׁבָה Comm. 24). Jer. XI, 19. XVIII, 11. 18. XXIX, 11. XLIX, 30. Dan. XI, 25, sq. אֶל Jer. XLIX, 20. L, 45. חָשַׁב רָעָה עַל Mich. II, 3. Nah. I, 11, cf. Gen. L, 20: אַתֶּם חֲשַׁבְתֶּם עָלַי רָעָה אֱלֹהִים חֲשָׁבָהּ לְטֹבָה *vos moliti estis in me malum, sed Deus id vertit in bonum.* חָשַׁב אָוֶן, חָשַׁב מְזִמָּה Ps. X, 2. XXI, 12. XXXV, 20. XXXVI, 5. LII, 4. Prov. XVI, 30. Ez. XI, 2. Mich. II, 1.

Niph. 1) pass. Pi. no. 1. *computatus, supputatus est.* 2 Reg. XXII, 7: אַךְ לֹא יֵחָשֵׁב אִתָּם הַכֶּסֶף *sed ne computetur cum iis pecunia,* rationem pecuniae ne reddant, *annumeratus est* sq. לְ Jos. XIII, 3, עַל 2 Sam. IV, 2. — 2) pass. Kal no. 1 *habitus est pro* — Prov. XVII, 28: *etiam stultus, modo silet,* חָכָם יֵחָשֵׁב *sapiens habetur.* Gen. XXXI, 15: הֲלוֹא נָכְרִיּוֹת נֶחְשַׁבְנוּ לוֹ *nonne peregrinae habitae sumus ab eo* i. e. instar peregrinarum habitae? Neh. XIII, 13. Sq. כְּ *haberi instar* alic., *aequiparari* alicui. Iob. XVIII, 3: מַדּוּעַ נֶחְשַׁבְנוּ כַבְּהֵמָה *quare habeamur instar pecoris?* XLI, 21. Num. XVIII, 27. 30. Ps. XLIV, 23. Hos. VIII, 12 (inde *similem esse* Jes. V, 28); sq. לְ id. 1 Reg. X, 21. Thren. IV, 2. Jes. XXIX, 17. XXXII, 15. Sq. בְּ Jes. II, 22: בַמֶּה נֶחְשָׁב הוּא *cuinam rei hic aequiparandus est* i. e. quanti hic aestimandus est? sq. עִם Ps. LXXXVIII, 5 cf. λογίζεσθαι μετά τινος Luc. XXII, 37. — 3) pass. Kal no. 2 *imputari* alicui, sq. לְ Lev. VII, 18. XVII, 4. Num. XVIII, 27. Ps. CVI, 31.

Pi. 1) *computavit, supputavit.* Lev. XXVII, 18: וְחִשַּׁב לוֹ הַכֹּהֵן אֶת־הַכֶּסֶף עַל פִּי הַשָּׁנִים *et computat ei sacerdos pecuniam secundum annos.* XXV, 27. 50. 52. XXVII, 23. Sq. אֶת (אֵת) computavit, rationes subduxit cum al. 2 Reg. XII, 16. 2) *aestimavit, magni fecit.* Ps. CXLIV, 3. 3) *reputavit* (bedenken). Ps. LXXVII, 6: חִשַּׁבְתִּי יָמִים מִקֶּדֶם *reputo dies prisci temporis.* CXIX, 59. 4) *cogitavit, meditatus est.* Ps. LXXIII, 16: וָאֲחַשְּׁבָה לָדַעַת זֹאת *meditabar, ut hoc intelligerem.* Sq. acc. Prov. XVI, 9: לֵב אָדָם יְחַשֵּׁב דַּרְכּוֹ *cor hominis meditatur viam suam,* opp. *sed Deus dirigit passum eius.* In malam partem Prov. XXIV, 8: מְחַשֵּׁב לְהָרֵעַ, et חִשַּׁב מַחֲשָׁבוֹת עַל Dan. XI, 24, sq. אֶל Hos. VII, 15. Nah. I, 9. Metaph. de inanimatis. Jon. I, 4: וְהָאֳנִיָּה חִשְּׁבָה לְהִשָּׁבֵר *navis in eo erat ut frangeretur.* LXX. τὸ πλοῖον ἐκινδύνευε τοῦ συντριβῆναι.

Hithpa. annumeravit se, sq. בְּ. Num. XXIII, 9. — LXX plerumque λογίζομαι, cum compositis διαλογίζομαι, συλλογίζομαι, ἐκλογίζομαι, προλογίζομαι, passim δοκέω, ἡγέομαι, διανοέω.

חֲשַׁב chald. i. q. hebr. no. 1. Dan. IV, 32: *omnes incolae terrae* כְּלָה חֲשִׁיבִין *pro nihilo aestimantur.*

חַשּׁוּב (cogitans, meditabundus) n. pr. virorum 1) 1 Par. IX, 14. Neh. III, 23. XI, 15. 2) Neh. III, 11. X, 24.

חֲשֻׁבָה (aestimatus i. q. חָשׁוּב c. art. Aramaeorum, vel aestimatio) n. pr. filii Serubabelis 1 Par. III, 20.

חֵשֶׁב m. *cingulum* summi sacerdotis, quo humerale eius (אֵפוֹד) colligabatur, plene חֵשֶׁב הָאֵפוֹד Ex. XXVIII, 27. 28. XXXIX, 20. 21. Revera cingulum, neque vero aliam humeralis partem (v. Vaterum ad Ex. XXVIII, 8) intelligi, apparet e verbis Ex. XXIX, 5: וְאָפַדְתָּ לוֹ בְּחֵשֶׁב הָאֵפוֹד coll. Lev. VIII, 7: וַיַּחְגֹּר אֹתוֹ בְּחֵשֶׁב הָאֵפוֹד. Inde חֵשֶׁב אֲפֻדָּתוֹ cingulum adstrictionis eius Ex. XXVIII, 8. XXXIX, 5. *Cingulum* etiam constanter reddunt Josephus (ζώνη Arch. 3, 7 §. 6), Chald. (הֶמְיָן), Syr., Arabs uterque. Jarchi: חגור. Cf. Braunium de vestitu sacerd. lib. II. §. 441 sqq. Dictum videtur *ab opere plumario* (v. rad. no. 3, b), quo universum humerale, sed maxime fortasse cingulum, ornatum erat: quanquam etiam statuere possis, חֵשֶׁב transpositis litteris dictum esse pro חֵבֶשׁ (a rad. חָבַשׁ), حَبْس cingulum.

חֶשְׁבּוֹן m. 1) *intelligentia, ratio* Eccl. VII, 25. 27. IX, 10, ubi copulatur cum חָכְמָה, דַּעַת. Vulg. *ratio.* (Chald. חוּשְׁבָּן, syr. ܚܘܫܒܢܐ est: supputatio, ratio, nostr. Rechnung).

2) *Hesbon* (LXX. Ἐσεβών) n. pr. urbis ab oriente Jordanis, quae olim Sihonis, Amoritarum regis, regia fuerat (Num. XXI, 26—30. Deut. I, 4. II, 24. 26. 30. III, 2. 6. IV, 46. XXIX, 6. Jos. IX, 10. XII, 2. 5. XIII, 17. Iud. XI, 19) et metropolis (unde oppida Hesbonis Jos. XIII, 17. Iud. XI, 26), postea Rubenitis Num. XXXII, 37. Jos. XIII, 17, sed (utpote in Rubenitarum et Gaditarum confiniis sita) sec. Jos. XXI, 39 Gaditis tributa, Levitis habitata Jos. XXI, 39. 1 Par. VI, 66, postea Moabitarum oppidis annumerata Jes. XV, 4. Jer. XLVIII, 2 (ubi etymo alluditur). Piscinae eius memorantur Cant. VII, 5 (cf. Seetzen, Burckhardt, Legh ll. cc.). Apud Josephum urbs Ἐσσεβών, et regio circumiacens Ἐσσεβωνῖτις appellatur Arch. 12, 4 §. 11, Eusebio in Onomast. h. v. et Ptolemaeo Ἐσβοῦς et ita in nummo Caracallae apud Eckhelium, doctr. numm. III p. 503. Arabes *Esbonitas* memorat Plin. H. N. 5, 11, coll. Eusebio l. c. cui Ἐσβοῦς est ἐπίσημος πόλις τῆς Ἀραβίας. Apud Arabes ea حُسْبَان appellatur (Abulf. Syria pag. 11. Schult. ind. geogr. h. v.) et ita etiamnum, vide Seetzen in v. Zach. Correspond. XVIII p. 431 sqq. Burkhardti itin. Syriae II p. 623. Buckingham Journey II, p. 108.

חִשָּׁבוֹן pl. חִשְּׁבֹנוֹת m. (Eccl. l. c.) 1) *machinae bellicae* spec. *tormenta*, *ballistae* (cf. חָשַׁב no. 3, b cf. *ingenium*, quod media latinitate *ballistam* pr. machinam ingeniose fabrefactam notat v. Tertullian. de pallio cap. 1, unde dicebant *ingeniare* urbem i. e. machinis oppugnare, *ingeniosus*, *ingeniator*, gall. *ingenieur*). 2 Par. XXVI, 15. LXX. *μηχαναί*. Vulg. *machinae*. Juda ben Karisch confert حُسْبَانَات sagittae breves, sed parum apte. 2) *artes*, *machinationes*. Eccl. VII, 29.

חֲשַׁבְיָה, **חֲשַׁבְיָהוּ** (quem Jehova magni facit) n. pr. complurium Levitarum 1) 1 Par. VI, 30. 2) IX, 14. Neh. XI, 15. 3) 1 Par. XXV, 3. 19. Esr. VIII, 19. 4) 1 Par. XXVI, 30. XXVII, 17. 5) Esr. VIII, 24. Neh. XII, 24. 6) Neh. III, 17. X, 12. XI, 22.

חֲשַׁבְנָה (i. q. praecedens, ex quo hoc ortum videtur, י in נ mutato) n. pr. viri Neh. X, 26.

חֲשַׁבְנְיָה (id.) n. pr. virorum 1) Neh. III, 10. 2) IX, 5.

מַחֲשָׁבָה et **מַחֲשֶׁבֶת** Ex. XXXV, 33. 2 Par. II, 13 cstr. מַחְשֶׁבֶת pl. מַחֲשָׁבוֹת cstr. מַחְשְׁבוֹת f. 1) *opus ingeniosum* (v. rad. no. 3, a). Exod. XXXI, 4: לַחְשֹׁב מַחֲשָׁבֹת *ad excogitandum opera ingeniosa*. XXXV, 33: מְלֶאכֶת מַחֲשָׁבֶת Comm. 32. 35. 2 Paral. XXVI, 15: מַחֲשֶׁבֶת חוֹשֵׁב *opus ingeniatoris* (v. חִשָּׁבוֹן no. 1). — 2) *quod* aliquis *meditatur*, *molitur*, *machinatur*; *consilium* (Absicht, Vorhaben, Plan) 2 Sam. XIV, 14. Iob. V, 12. XXI, 27. Ps. XXXIII, 10. 11. XCIV, 11. Prov. XII, 5. XV, 22. XIX, 21. XX, 18. XXI, 5 cet. De consiliis Dei Ps. XL, 6. XCII, 6. Jes. LV, 9. Jer. XXIX, 11. Mich. IV, 12. — Gen. VI, 5: כָּל־יֵצֶר מַחְשְׁבֹת לִבּוֹ *omne consilium*, *quod meditabatur cor eorum*, cf. 1 Par. XXVIII, 9. XXIX, 18. Spec. de consiliis pravis v. c. מַחְשְׁבוֹת אָוֶן Prov. VI, 18. Jes. LIX, 7. Jer. IV, 14, מַחֲשֶׁבֶת רָעָה Ez. XXXVIII, 10. Esth. IX, 25 et simpl. מ׳ Esth. VIII, 3. 5. De formula חָשַׁב מַחֲשָׁבָה v. ח׳ no. 3, c. LXX. plerumque *λογισμός*, *διαλογισμός*.

חָשָׁה fut. יֶחֱשֶׁה *siluit*. (Rad. onomatopoët. cogn. חָסָה q. v. Non enim placet Alb. Schult. ad Hamas. p. 314, cui חָשָׁה est i. q. حشى farsit, refersit, quod relatum sit ad altissimum silentium, quum velut offarcinato ore reticeatur, *φιμοῦσθαι*). Eccl. III, 7. Jes. LXII, 1. 6. De inanimatis Ps. CVII, 29: וַיֶּחֱשׁוּ גַּלֵּיהֶם. Dicitur non solum de *non loquente*, sed etiam de *non agente*, max. de Deo, qui preces piorum non exaudit, et non fert auxilium expectatum. Jes. LXIV, 11: *num silebis nosque tantopere affliges?* LXV, 6. Sq. מִן Ps. XXVIII, 1: פֶּן תֶּחֱשֶׁה מִמֶּנִּי *ne silens te avertas a me*. Cf. הֶחֱרִישׁ מִן, הֶחֱרִישׁ.

Hiph. 1) causat. *silere iussit*, *sedavit*, sq. לְ Neh. VIII, 11. 2) intrans. i. q. Kal. (cf. הֶחֱרִישׁ, הִשְׁקִיט). 2 Reg. II, 3. 5. VII, 9. Ps. XXXIX, 3: הֶחֱשֵׁיתִי מִטּוֹב *silebam* procul semotus *a rebus prosperis et laetis* i. e. miser et infelix tacitus lugebam. Al. silebam etiam de bonis rebus i. e. nihil omnino loquebar, prorsus tacebam, sed מִן post verba *silendi* nunquam indicat rem, de qua quis silet. Pariter atque Kal etiam de *nihil agente*. Iud. XVIII, 9. Jes. LVII, 11: הֲלֹא אֲנִי מַחְשֶׁה וּמֵעֹלָם *nonne sileo idque a longo tempore?* i. e. nonne contineo me, cohibeo iram? XLII, 14. 1 Reg. XXII, 3: וַאֲנַחְנוּ מַחְשִׁים מִקַּחַת אֹתָהּ מִיַּד מֶלֶךְ אֲרָם Vulg. *et negligimus tollere eam de manu regis Syriae?* — וַתַּחַשׁ Iob. XXXI, 5 pertinet ad rad. חוּשׁ, ubi vide.

חֲשַׁח chald. 1) *necessarius fuit*. Esr. VI, 9: וּמָה־חַשְׁחָן *et quae necessaria sunt*. (In Targg. non reperitur. Sed syr. ܚܫܚ est: aptus, utilis fuit, Ethpa. usus est aliqua re. ܚܘܫܚܐ utilitas, commodum, necessitas. ܡܚܫܚܢܐ vocabula usitata, Lexicon, v. Comment. nostr. de Bar Ali et Barbahlule p. 9). 2) *necesse habuit*. Dan. III, 16: לָא חַשְׁחִין אֲנַחְנָא עַל דְּנָה פִּתְגָם לַהֲתָבוּתָךְ, cf. ad formam part. praes. cum Patach Dan. II, 5. 8. V, 25. Theod. et LXX. *οὐ χρείαν ἔχομεν ἡμεῖς ἐπὶ τῇ ἐπιταγῇ ταύτῃ ἀποκριθῆναί σοι*. Vers. hebr. לא חוששים. Interpretes hebraei: לא צריכין. Inde

חַשְׁחוּת f. *necessitas*, sq. genit. quae necessaria sunt alicui rei Esr. VII, 20.

חָשַׁךְ fut. יֶחְשַׁךְ *obscurus*, *obscuratus est*, *tenebris obvolutus est*. (Chald. חֲשַׁךְ, syr. ܚܫܟ id. Arab. حسك est: asper, spinosus fuit, de tribulis, hordeo, erinaceo, et transfertur ad odium in aliquem, sec. Schultens. ad Iob. III, 4 pr. horruit, quod in lingua hebraea ad tenebras horridas relatum sit). Dicitur de luce solis Iob. XVIII, 6. Eccl. XII, 2. Jes. V, 30. XIII, 10, de stellis Iob. III, 8, de die Ez. XXX, 18 (sec. nonnullos codd., v. חָשַׂךְ), de oculis caligantibus Ps. LXIX, 24. Thren. V, 17, cf. Eccl. XII, 3 (cf. חֲשַׁךְ in Targg. non solum de oculo tabescente Ps. VI, 8, sed etiam de membris tabescentibus Ps. XXXI, 11, et ita apud Rabbinos, v. Buxt. 842), de colore corporis Thren. IV, 8, de terra, quae locustis obnubilatur Ex. X, 15.

Hiph. 1) *obscuravit*. Am. V, 8: יוֹם לַיְלָה הֶחְשִׁיךְ *diem obscurat, ut nox fiat*, sq. לְ VIII, 9: וְהַחֲשַׁכְתִּי לָאָרֶץ *et obscurabo terram*. Metaph. Iob. XXXVIII, 2: מִי זֶה מַחְשִׁיךְ עֵצָה וגו׳ *quis iste*, *qui consilium* meum *obscurat verbis insipientibus* i. e. reprehendit, qs. splendori eius officere studet. 2) intrans. *obscurus fuit* (pr. caliginem fecit). Ps. CV, 28. CXXXIX, 12. Jer. XIII, 16.

חָשֹׁךְ pl. חֲשֻׁכִּים adj. *obscurus*, *ignobilis* Prov. XXII, 29. Chald. חֲשׁוֹכָא, חֲשִׁיכָא pauper, egenus, in Targg. pro דַּל, v. Buxt. 842. 843.

חֹשֶׁךְ c. suff. חָשְׁכִּי Ps. XVIII, 29 m. *tenebrae*, opp. אוֹר luci. (Syr. ܚܫܘܟܐ id.). Gen. I, 2. 4. 5. 18. Ex. X, 21. 22. Ps. XVIII, 12. CIV, 20. CV, 28. CXXXIX,

11. 12. Jes. V, 20. XLV, 7. LIX, 9 et saepe. Poët. ponitur etiam pro concreto Iob. III, 4: הַיּוֹם הַהוּא יְהִי חֹשֶׁךְ *hic dies sit tenebrae* i. e. tenebricosus. Passim adduntur synonyma, ea fortiora: חֹשֶׁךְ וְצַלְמָוֶת Iob. III, 5. XXXIV, 22. Ps. CVII, 10. 14, חֹשֶׁךְ וַאֲפֵלָה Joël II, 2. Zeph. I, 15. Saepe de *loco tenebricoso*, ut de carcere (subterraneo) Jes. XLII, 7: יֹשְׁבֵי חֹשֶׁךְ *habitatores tenebrarum* i. e. carceris tenebrosi. XLVII, 5. XLIX, 9, אוֹצְרוֹת חֹשֶׁךְ thesauri tenebrarum i. e. in tenebris, thesauris subterraneis reconditi XLV, 3; de orco Iob. XVII, 13. Ps. LXXXVIII, 3 coll. Iob. X, 21, ubi orcus appellatur אֶרֶץ חֹשֶׁךְ וְצַלְמָוֶת. יְמֵי חֹשֶׁךְ dies in orco transigendi Eccl. XI, 8. Metaph. est a) *miseria, infortunium* (opp. אוֹר litt. e). Jes. IX, 1. Iob. XV, 21: לֹא יַאֲמִין שׁוּב מִנִּי חֹשֶׁךְ *non sperat se evasurum ex infortunio* 23. 30. XX, 26: כָּל־חֹשֶׁךְ טָמוּן לִצְפוּנָיו *omne infortunium servatum est thesauris eius.* XXIII, 17. Thren. III, 2. Mich. VII, 8. Am. V, 18. 20. Zeph. I, 15. Servata tenebrarum imagine Ps. XVIII, 29: *Jehova deus meus* יַגִּיהַּ חָשְׁכִּי *collustrat tenebras meas* i. e. res adversas meas sublevat. b) *ignorantia*. Iob. XXXVII, 19, cf. XII, 22. 25. Cf. Eccl. II, 14: הֶחָכָם עֵינָיו בְּרֹאשׁוֹ וְהַכְּסִיל בַּחֹשֶׁךְ הוֹלֵךְ. (Arabes dicunt ظلام الاضاليل tenebrae errorum.) c) *tristitia*. Eccl. V, 16. d) *improbitas*. דַּרְכֵי חֹשֶׁךְ *viae tenebrarum* Prov. II, 13 opp. viis rectis s. virtutis, cf. τὸ σκότος Joh. III, 19, τὰ ἔργα τοῦ σκότους Rom. XIII, 12. Eph. V, 11 et praecipue Iob. XXXVIII, 13. 15. Jes. XXIX, 15.

חֲשׁוֹךְ chald. id. Emphat. חֲשׁוֹכָא Dan. II, 22.

חֲשֵׁכָה f. id. Gen. XV, 12. Jes. VIII, 22. Ps. LXXXII, 5, semel **חֲשֵׁיכָה** Ps. CXXXIX, 12. Plur. חֲשֵׁכִים Jes. L, 10.

חֶשְׁכָה vel **חֲשֵׁכָה** (Zere puro), cstr. חֶשְׁכַת (sine D. leni) Ps. XVIII, 12: חֶשְׁכַת מַיִם *tenebrae aquarum* i. e. nubium.

חָשֵׁכָה f. id. Mich. III, 6: וְחָשְׁכָה לָכֶם מִקְּסֹם *et tenebrae vobis* circumfusae erunt, *ne vaticinemini*. Nonnulli libri חָשְׁכָה, ut sit 3 praet. fem. impers., *obscurum erit vobis*: sed illud commendat nomen לַיְלָה in membro gemino.

מַחְשָׁךְ m. *tenebrae*. Jes. XXIX, 15. Ps. LXXXVIII, 19: מְיֻדָּעַי מַחְשָׁךְ *noti mei sunt tenebrae* h. e. eos non amplius video, subtraxerunt se oculis meis, deseruerunt me. Ita iam Kimchi et Aben Esra, intellecto בְּ ante מַחְשָׁךְ, quo vero non opus est. Favet alterum membrum: *elongasti a me amicum et socium.* Trop. de miseria Jes. XLII, 16.

Pl. מַחֲשַׁכִּים *loca obscura, tenebricosa* Ps. LXXXVIII, 7. LXXIV, 20: מַחֲשַׁכֵּי אֶרֶץ *latibula terrae.* Spec. de orco Ps. CXLIII, 3. Thren. III, 6.

חָשַׁל in Kal inusit. *tenuem, debilem fecit*, vel *tenuis, debilis fuit*, cogn. rad. חָלַשׁ no. 2. Cf. chald. Arabes in quattuor radicibus خشل, خسل, حشل, حسل habent notionem *vilitatis* et *vilipendendi*, quae a tenuitate proficiscitur; origini proximum et خُسُلٌ debiles, viliores, خَشْلٌ debilis. Quod praeterea habent Syri et Chaldaei ܚܫܠ, חֲשַׁל cogitavit, excogitavit, itidem a subtilitate profectum est, cf. דָּקְדֵּק, דִּקְדּוּק.

Niph. part. נֶחֱשָׁלִים *debilitati*, fessi (in exercitu) Deut. XXV, 18. LXX. κοπιῶντες. Vulg. *lassi*. Saad. مُتَخَيِّين defatigati. Erp. ضعيفين debiles.

חֲשַׁל chald. *tenuem fecit*, inde *comminuit, contudit*. Dan. II, 40: *ferrum* מְהַדֵּק וְחָשֵׁל כֹּלָּא *contundens et comminuens omnia*. Syr. ܐܚܫܠ comminuit. (Talmud. in Hi. extenuavit, malleo diduxit, חֲשִׁילָה hordeum excorticatum, pr. comminutum, syr. ܚܫܠ malleavit, pr. tenue fecit, malleo diduxit).

חָשַׁם rad. inusit. Arab. حشم 1) *pinguis fuit*, 2) *magnum famulitium habuit* (pr. dives, opulentus fuit). Cognata sunt pinguedinis significatu triplici litterarum transpositione a) חָמֵשׁ no. I, ubi vide; b) شَحُمَ pinguis fuit; c) מָשַׁח unxit, pinguedine illevit.

חָשֻׁם (dives, opulentus, arab. حشيم magni famulitii vir) n. pr. viri Esr. II, 19. X, 33. Neh. VII, 22. VIII, 4. X, 19.

חֻשָׁם v. חוּשָׁם.

חֶשְׁמוֹן (pinguedo, solum pingue) n. pr. oppidi in tribu Judae, Jos. XV, 27.

חַשְׁמֹנָה (id.) n. pr. stationis Israëlitarum in deserto. Num. XXXIII, 29.

חַשְׁמַן, semel in pl. חַשְׁמַנִּים *pingues* i. e. *divites, magnates*. Ps. LXVIII, 32: יֶאֱתָיוּ חַשְׁמַנִּים מִנִּי מִצְרָיִם *veniunt magnates ex Aegypto*. Bene ad sensum Kimchius: אנשים גדולים ונגידים, et recte iam Pfeiffer (dubiis vexatis ad h. l.) contulit arab. حَشِيم [et مُحْتَشِم] sec. Dschauhar. vir magnus et magni famulitii, pr. ni fallor, vir pinguis, conf. حَشَم, حَشَمَة, أَحْشَام famulitium, servi, pr. pinguedo, opulentia alicuius. Eandem significationem haberes, si חַשְׁמַנִּים idem esse statueres quod שְׁמֵנִים, addito ח (cf. חָשַׁל i. q. נָמְלָה al.), sed illud commendatur tum nominibus hebraeis חָשֻׁם, חֶשְׁמוֹן, חַשְׁמֹנָה, tum linguae arabicae usu, aliudque eius vocabuli vestigium est in n. pr. Ἀσαμωναῖος, quod gessit avus

Mattathiae (Jos. Arch. XII, 6 §. 1) et postea universae Maccabaeorum familiae tributum est. Vett. interpretes plerique solam coniecturam secuti sunt, ut LXX. Vulg. Syrus, qui *legatos* reddunt, Symm. ἐκφανέντες (?), Aqu. ἐσπευσμένως (quasi a חוש), Targ. retinuit חוּשְׁמַנַּיָּא, quod est ipsum vc. hebraeum. Ex Rabbinis nonnulli n. pr. populi ignoti esse statuebant, ut Abulwalides: חשמנים نفر وربّما كانت قبيلة من الامم *turba, sed fortasse est gens quaedam*, Menahem ben Saruk al., quibus assentitur Mich. suppl. 972, חַשְׁמַנִּים incolas urbis aegyptiacae اشمولين i. e. Hermopoleos magnae, aegypt. ϢⲘⲞⲨⲚ (v. Abulf. Aegyptus ed. Mich. p. 222—225. Quatremère Mémoires sur l'Égypte I, 490. Champollion l'Égypte sous les Pharaons II, 151) esse coniiciens, parum probabiliter. Minus etiam ferendum, quod suasit Ewaldus (gr. crit. p. 520) hoc vc. repetens ab arabico „خشم nasus“, quod ad principem relatum sit, ut انف nasus, princeps; tale enim nomen ignorat lingua arabica, quanquam خُشَام est magni nasi homo, خَشَمَ fregit cartilagines nasi, hoc enim eiusdem familiae atque خزم, v. חָסַם; et nugatorium, quod tentat Boettcherus (specc. p. 144), qui ex potestate syllabae חש (= presshaft zusammenziehn) elicit: *festinantes*, „*innerlich presshaft Eilige*.“

* * *

חַשְׁמַל m. metalli genus splendidum, Ezech. I, 4: וּמִתּוֹכָהּ כְּעֵין הַחַשְׁמַל מִתּוֹךְ הָאֵשׁ. Comm. 27: וָאֵרֶא כְּעֵין חַשְׁמַל. VIII, 2: כְּמַרְאֵה זֹהַר כְּעֵין הַחַשְׁמַלָה. Bocharto in docta de hoc vc. disputatione (Hieroz. III, 876—893 Lips.) hoc vc. compositum videtur ex נְחֹשֶׁת = נְחָשׁ aes, et talmud. מלל, מללא aurum, ut חַשְׁמַל pro נְחֹשֶׁת מלל sit aes auro mixtum χαλκοχρύσον, quale in India Calembac appellatur (Rosenm. Morgenl. 692), aut certe aurum splendore et colore aurum referens, χαλκὸς χρυσοειδής, נְחֹשֶׁת מֻצְהָב Esr. VIII, 27 (non *aurichalcum*, quod quidem vocabulum neque ortum est ex *aurum* et χαλκός neque aes significat auro mixtum, sed est i. q. ὀρείχαλκος *aes montanum*, et apud antiquiores scriptores *orichalcum* scribitur, v. Beckmann ad Arist. mirab. auscult. p. 132. 133). Laudat Bochartus pro *auri* significatione Baal Aruch h. v. cuius haec sunt verba: מללא . בכתובות (דף סז) הכא במאי עסיקינן בדהבא פריכה פירוש זהב שבור ..... רב אשי אמר במללא פירוש זהב ממלא זהב שנלקט מן הארץ ממוצאו בלשון ישמעאל אלתבר i. e. מללא *in tract. Chethuboth fol.* 67: „*hic quare versamur in auro fracto?*“ *id est auro* (ex fodinis) *eruto*. ... „*Rab Asche dicit* במללא:“ *hoc est aurum plenum* (purum), *quod colligitur ex terra, ex fodina eius et arabice vocatur* التبر (aurum nativum malleo non subactum, v. plura de hoc vc. p. 230 B). Sed obstat primum, scripturam in textu Talmudico non certam esse: in editt. enim (quod iam notavit Buxtorf. p. 1214) pro במללא, quod habet Arûch, legitur בממלא. Dein aurum rude in tali contextu, ubi aurum aeri additur ad splendorem eius augendum, minus aptum fuerit. Quum praeterea Ezech. I, 7 eodem contextu legatur נְחֹשֶׁת קָלָל *aes laeve*, חַשְׁמַל in eandem sententiam explicandum videtur, videlicet a נְחָשׁ et מל, quam syllabam non solum mollitiei sed etiam *laevoris* et *glabritiei* potestatem habuisse ostendunt radices bene multae ab ea ordientes, ut מָלַם, מָלַץ, ملس, ملق, μαλάσσω, *mulceo*, *mollis* et praemissa gutturali חָמַל (v. מָלַץ). — LXX. interpretantur ἤλεκτρον, Vulg. *electrum*, quibus verbis non succinum intelligendum, sed metalli genus fulgore suo insigne, auro constans cui quinta pars argenti admixta est (Posid. ap. Strab. 3, p. 146 Casaub. Pausan. 5, 12. Plin. 33, 4 s. 23. Bochartum l. c. p. 876. Schneider et Passov. in Lexx. h. v. Buttmann über das Electron, in eiusd. Mythol. II, 337 sqq.). Rabbinorum nugas, qui חשמל nomen angeli esse volunt, contractum ex tribus verbis חיות אש ממללות *animalia ignea loquentia* verbo memorasse sufficiat. Caeterum videant viri docti, possitne χαλκολίβανον, quod Apoc. I, 15 eodem contextu legitur atque חַשְׁמַל, in eandem sententiam explicari, et ortum credi ex χαλκολίπαρον aes splendidum.

חָשַׁן rad. inusit. i. q. arab. حَسُنَ *pulcher fuit* Conj. II. IV. ornavit. (In linguis occidentalibus fortasse eiusdem stirpis est goth. *skeinan* fulgere, unde angl. *scene* fulgidus, germ. sup. *skôni*, nostr. *schön* pulcher). Inde

חֹשֶׁן m. *ornamentum pectorale* summi sacerdotis apud Hebraeos, forma quadrata spithamae longitudine et latitudine ex opere plumario (v. חָשַׁב no. 3, a) factum, ab exteriore parte duodecim gemmis, quibus singularum tribuum nomina insculpta erant, ornatum, intus cavum, in quo spatio inerant sacrae sortes (אוּרִים וְתֻמִּים, v. pag. 54. 55), quarum ope sacerdos in gravioribus causis Dei oraculum consulere solebat, unde plenius חֹשֶׁן הַמִּשְׁפָּט ornamentum iudicii (Exod. XXVIII, 15. 29. 30). In quattuor angulis erant totidem annuli aurei, et superioribus quidem catenulae infixae erant fundis aureis in humero iunctae, ex inferioribus vittae procedebant, quibus pectorale humerali alligabatur. Vide Braunius de vestitu sac. hebr. II cap. 7. Ex. XXVIII, 4. 6. 15. 22 sqq. XXXV, 27. XXXIX, 5 sqq. Lev. VIII, 8. LXX semel περιστήθιον Ex. 28, 4, Symm. Lev. VIII, 8 δόχιον receptaculum, alibi LXX. A. S. Theod. λόγιον sive λογεῖον i. e. ad oraculum pertinens, plene λόγιον τῆς κρίσεως (cf. Sir. XLV, 10), sive usum huius ornamenti in consulendis oraculis spectantes, sive חֹשֶׁן explicantes ex simili חָשַׁב quod λόγιον transferunt Ex. XXIX, 5, coll. חָשַׁב λογίζομαι, חֶשְׁבּוֹן, מַחֲשָׁבָה λογισμός. Vulg. Alexandrinum secutus: *rationale*, *rationale iudicii*. Targ. retinet חוּשְׁנָא. Saad. بَدَنَة parva lorica. Luth. *Amtschildlein*.

חָשַׁק pr. *coniunxit* (cogn. חָזַק no. 1. 2. q. v., adde Scheid. ad cant. Hisk. p. 201 sqq.) et intrans. (pro חָשֵׁק) *coniunctus fuit*, *adhaesit*, v. Pi. Sed in Kal

ubique metaphorice 1) *adhaesit* alicui i. e. summo amore eum amplexus est, sq. בְּ (q. d. affixus est ei Cic. ad Quint. 3, 1). De amore in puellam (v. infra de usu Arabum) Gen. XXXIV, 8: חָשְׁקָה נַפְשׁוֹ בְּבִתְּכֶם. Deut. XXI, 11, in Deum Ps. XCI, 14; Dei in homines Deut. VII, 7: חָשַׁק יְהוָה בָּכֶם וַיִּבְחַר בָּכֶם. X, 15. Constructio praegnans est in his Hiskiae ap. Jes. XXXVIII, 17: וְאַתָּה חָשַׁקְתָּ נַפְשִׁי מִשַּׁחַת בְּלִי *et amans vitam meam* extraxisti *ex fovea perditionis*, ubi non est quod cum Hubigantio legatur: חָשַׂכְתָּ נַפְשִׁי prohibuisti, vel cum Scheidio verbo חָשַׁק retrahendi, cohibendi significatus tribuatur, coll. hebr. חָשַׂךְ arab. خسق et خزق. 2) Sq. gerundio: *placuit ei*, aliquid facere. 1 Reg. IX, 19: אֲשֶׁר חָשַׁק לִבְנוֹת. 2 Par. VIII, 6. (Arabes verbi hebraei potestatem habent in rad. عسق adhaesit, assiduus, deditus fuit rei, sq. ب, et عشق amore puellae flagravit pr. adhaesit puellae, ח et ע permutatis, unde عَاشِق, عَشَّاق amasius, مَعْشُوق amatus. Ita bene iam Schult. in clav. dial. p. 301, cuius vestigia deserere non debebat Scheid. l. c. p. 197 sqq. Chald. חֲשַׁק ponitur pro hebr. חָבַשׁ ligavit, alligavit, spec. ephippium iumento).

Pi. trans. Kal no. 1 *coniunxit* Ex. XXXVIII, 28.

Pu. pass. Pi. ibid. XXVII, 17. Inde

חֵשֶׁק c. Suff. חִשְׁקִי m. *desiderium*, *deliciae* 1 Reg. IX, 1. 19. Jes. XXI, 4: נֶשֶׁף חִשְׁקִי *nox desiderii mei*, a me desiderata.

חֲשֻׁקִים, חֲשׁוּקִים m. pl. *iuncturae* i. e. *perticae*, quae in tabernaculo sacro columnis atrii superne coniungendis inserviebant et ex quibus aulaea suspensa erant. Ex. XXVII, 10. 11. XXXVI, 38. XXXVIII, 10 sq.

חִשֻּׁקִים m. pl. *radii* rotae, quibus modiolus et apsis *coniunguntur* (Speichen des Rades, angl. spokes of the wheel). 1 Reg. VII, 33.

חָשַׁר rad. inusit. Arab. حشر congregavit, unde حَشْر congregatio, agmen, مَحْشَر et مَحْشِر locus congregationis. Kimchius cognatum existimat קָשַׁר et originem ponit in ligando, non male. Inde

חַשְׁרָה vel **חֲשֵׁרָה** cstr. חַשְׁרַת מַיִם *congregatio aquarum* 2 Sam. XXII, 12, poët. de nubibus. In loco gemino Ps. XVIII, 12 est חֶשְׁכַת מַיִם caligo aquarum (quod LXX et Syr. sequuntur etiam 2 Sam.), sed illud praeferendum utpote exquisitius. Chald. *aquae fortes*, sed Vulg. *cribrans aquas*, ex significatione radicis apud Chaldaeos, quam adhibet etiam Jarchius et ad guttas aquae pluvialis refert. Congregandi vim recte iam commendavit Abulwalides his verbis: חשרת מים الكثير من المطر والغزير منه والمحشر في كلام العرب المجتمع الذي يحشر فيه الناس i. e. *copia pluviae et abundantia eius*, *et* محشر *in lingua arabica est locus, ubi congregant se homines.*

חִשֻּׁרִים m. pl. *modiolus* rotae (Nabe des Rades; nave of the wheel), in quo radii *congregantur*. 1 Reg. VII, 33: חִשֻּׁקֵיהֶם וְחִשֻּׁרֵיהֶם *radii et modiolus earum*. Vulg. *modioli*. Non bene LXX et Syr. πραγματεία (fabrica) αὐτῶν, ܫܘܦܪܗܝܢ pulchritudo earum. Quod unde sit, intelliges ex his Abulwalidis: חשוריהם زخرفتها وارعافها يريد رؤوسها الدقاق المرهفة الناتية وهو مجانس لقول العرب حَشَرْتُ السنان اى دققتها ولقول ايضا لما لطف من الاذان ومن قدر ريش السهام حشر بفتح الحا واسكان الشين i. e. חשורים *ornatus et subtilis fabrica earum. Significare vult capita earum tenuia et subtilia et prominentia, idque finitimum dictioni arabicae* حَشَرْتُ السِّنَانَ *attenuavi cuspidem i. e. acui eam, et alii dictioni, quam adhibent de eo quod tenue est in auribus et mensura pennarum sagittae, videlicet* حَشْر. Quae tamen non probo. Nam cuspidandi significatus, de quo vide Kamûs p. 499 et Freytag Lex. I, 383, manifesto est a congregando, coërcendo, ut lat. dicunt: falce coërcere. Auris cuspidata est proprie collecta.

חָשַׁשׁ rad. inusit. Arab. حَشّ est *foenum dedit* pro pabulo, sed hoc est denominativum a حَشِيش foenum, gramen siccum: primaria significatio est in Conj. IV. *exsiccatus est*, *siccus fuit*. Inde

חֲשַׁשׁ m. *gramen siccum*, *foenum*. In st. absol. Jes. XXXIII, 11 (ubi copulatur cum קַשׁ), cstr. V, 24: חֲשַׁשׁ לֶהָבָה *foenum flamma correptum*, flagrans. (Fortasse congruit sanscr. *kaksch* foenum, Bopp glossar. p. 41).

חָתָה fut. יַחְתֶּה a) *cepit ignem*, *abstulit prunas* de foco. Sq. מִן foci Jes. XXX, 14: *non superest testa* לַחְתּוֹת אֵשׁ מִיָּקוּד *qua auferas ignem de foco*. Prov. VI, 27, sq. בְּ vasis, in quo ignis asportatur: הֲיַחְתֶּה אִישׁ אֵשׁ בְּחֵיקוֹ *num asportabit aliquis ignem in sinu suo?* int. sinum vestium. Praegn. XXV, 22: כִּי גֶחָלִים אַתָּה חֹתֶה עַל רֹאשׁוֹ *nam prunas tu aufers* et *coacervas super capite eius* (cf. s. v. גַּחַל). Inde מַחְתָּה batillus. Targg. ve. hebraeum retinent, et eodem modo usurpatur in Mischna, Joma 4, §. 3: *arripuit thuribulum*, *ad caput altaris ascendebat*, *prunas hinc inde vertebat* וחותה מן המעוכלות הפנימיות *et depromsit de favillis* (al. prunis crassioribus) *interioribus*. §. 4. בכל יום היתה בשל כסף ומערה בתוך של זהב *omni die depromebat* (ignem) *batillo argenteo et infundebat in aureum*. Talmud. Schabb. 82, A: לחתות בו את האור *ad capiendum eo ignem*, et חתיית אור prehensio ignis. Duos alios locos

addit Tanchum in Lex. Morschid: ... מחתה ... idque explicat: جرف النار وتحريكها واسم الجرفة التي يوخذ فيها النار مخתה i. e. cepit ignem et excitavit eum, et pala s. batillus quo capitur ignis, appellatur מַחְתָּה. b) semel, ut videtur: prehendit (hominem). Ps. LII, 7: יַחְתְּךָ וְיִסָּחֲךָ מֵאֹהֶל vulgo: prehendet te et evellet te ex tentorio. Plerique auctore Kimchio haec ita conciliant, ut radici generalem capiendi, prehendendi significatum tribuant (ענין לקיחה), modo ad homines, modo ad ignem relatum, qua sententia adoptata חָתָה = חָתַת tertia radicali emollita potest ortum cogitari ex חָתַת. Contra sunt iam inter veteres, qui locum Ps. LII, 7 a reliquis secerni iubeant, velut Chald. qui יתחך interpretatur יְתַבְּרִנָּךְ frangit te, probante Jarchio, Abendana al., sive יַחְתְּךָ accipiunt pro יַחְתָּךְ, sive ita legere malunt: quo facto חָתָה componi possit cum aeth. ጥሕተ: accensus est, አጥሐተ: accendit, መጥሐት: lucerna, lampas. Sed prius illud praeferendum. Parum apte etiam Schult. ad Prov. VI, 27 coll. arab. حتا contorsit, contorquendo plexuit, חָתָה reddit: contorsit et constipavit ad commodius capiendum et auferendum, et מַחְתָּה dictum esse vult ab oris superne contortis et replicatis; nec placet Reiskius in Act. erud. 1749. p. 12 cf. Schult, epist. 2. ad Menk. p. 52 sqq. Hartmann. ling. Einl. p. 225, qui confert حثى sparsit pulverem (ut in luctu), unde حاثيا foramen muris, tumulus talpae, a terra sparsa; quod ad unum locum Prov. XXV, 22 utcunque aptari possit, a reliquo usu satis alienum est. — Ad Niph. huius rad. nonnulli referebant תֵּחַת Prov. XVII, 10, quod est a נָחַת q. v.

מַחְתָּה pl. מַחְתּוֹת f. 1) *instrumentum* vel *vas*, in quo prunae tum auferebantur de foco tum portabantur, et thura incendebantur, *thuribulum, acerra*, eaque, ut bene observat Jarchius ad Num. IV, 9, *batillo* similis, ab anteriore parte aperta (Kohlen*schaufel*, non Kohlen*becken*), qua de re multis disputat Gusset. in Comment. p. 555. Lev. XVI, 12: מְלֹא הַמַּחְתָּה גַּחֲלֵי אֵשׁ *batillus plenus prunarum*. Ex. XXVII, 3. XXXVIII, 3. Lev. X, 1. Num. IV, 9. 14. XVI, 6 sqq. XVII, 2. 1 Reg. VII, 50. 2 Reg. XXV, 15. Sed 2) Ex. XXV, 38. XXXVII, 23, ubi מַחְתּוֹת pertinent ad supellectilem candelabri, auctore Alex. et Vulg. sunt ὑποθέματα, *vasa, ubi, quae emuncta sunt, exstinguantur*, apte ad contextum (praecedunt enim forcipes, emunctoria) et usum vocabuli: talia enim ὑποθέματα carbonum quasi receptacula erant.

מַחַת (decurtatum ex מַחְתָּה prehendens) n. pr. viri 1 Par. VI, 20. 2 Par. XXIX, 12. XXXI, 13.

חָתַךְ in Kal inusit. Chald. et rabb. *secuit*, et metaph. *decidit, decrevit* (cf. גָּזַר, חָרַץ), unde קו חותך linea secans, חֲתָךְ, חִתּוּךְ, חֲתִיכָה *segmentum*, et usu translato מופת חותך argumentum decernens, evidens. Esth. IV, 5 Targ. *ad verbum oris eius* מִתְחַתְּכִין פִּתְגָמֵי מַלְכוּתָא *decernebantur negotia regni*. Cognata sunt verba a syllaba גז, קט ordientia, v. קָטַב. In V. T. semel legitur in

Niph. decretus est. Dan. IX, 24: *septuaginta septimanae* נֶחְתַּךְ עַל עַמְּךָ *decretae sunt super populum tuum*, cf. ad usum verbi singularis Gramm. §. 140, 1, b et C. B. Michaelis ad h. l. Theod. συνετμήθησαν, quod Theodoretus explicat ἐδοκιμάσθησαν καὶ ἐκρίθησαν, cf. συντέμνω Rom. IX, 28. 1 Reg. XX, 40 (pro חָרוּץ). Gr. Venet. τέτμηνται. LXX. ἐκρίθησαν. Kimchi explicat: נִגְזַר, et confert talmud. חתיכה של בשר *segmentum carnis*. Male Vulg. *abbreviatae sunt*. Minus scite etiam Jahnius (app. hermen. 1, 129) coll. arab. حتك properantius incessit: septuaginta septimanae *deproperant* super populum tuum. Unde enim, ut reliqua taceam, usus coniugationis Niphal?

חָתַל in Kal inusit. *fasciis ligavit, obvolvit* a) vulnus, v. חִתּוּל; b) infantem recens natum, v. Pu. et Hoph. Arabes habent ختل tegmen, latibulum leporis, in verbo translatam significationem fallendi, et occultandi (cf. בָּגַד). Cognatum est גָּדַל جدل torsit, plexuit, v. p. 265.

Pu. et *Hoph.* Ez. XVI, 4: וְהָחְתֵּל לֹא חֻתָּלְתְּ *fasciis non obvoluta es*.

חֲתֻלָּה f. *fascia* Iob. XXXVIII, 9, ubi nubes mare recens creatum obvolventes poët. cum fascia pueri recens nati comparantur. Zab. ... id. Cod. Nas. 1, 136.

חִתּוּל m. *fascia* vulneri obligando. Ez. XXX, 21.

חֶתְלֹן (latibulum) n. pr. oppidi in Syria Damascena praeter Ez. XLVII, 15. XLVIII, 1 non memorati.

חָתַם fut. יַחְתֹּם 1) pr. *clausit*, vicinum aliis verbis claudendi, ut אָטַם, חָסַם, עָצַם cf. p. 344. Vide Pi. Hiph. Kimchi: ענין סגירה. Male Simonis originem ponit in *notando*, v. in Pi. ad Iob. XXIV, 16. (Sam. ... clausit Gen. VII, 16. Arab. ختم IV. observavit. Aeth. ተኀተመ: clausus, seclusus fuit, መኅተም: sigillum, et claustrum).

2) spec. *sigillo clausit, signavit, obsignavit*. (Chald. syr. sab. id. Arab. ختم I. II. aeth. ኀተመ: id. Cognata forma est ሐተመ: quae idem valet. Etiam gr. σφραγίς sigillum est a φράσσω claudo). Constr. a) sq. acc. Jes. VIII, 16: חֲתוֹם תּוֹרָה *obsigna oraculum*. Part. חָתוּם obsignatus. Cant. IV, 12: מַעְיָן חָתוּם *fons obsignatus*, de puella casta et intemerata. Deut. XXXII, 34: חָתוּם בְּאוֹצְרֹתָי *obsignatum est* (decretum) *in thesauris meis*. Iob. XIV, 17: חָתֻם בִּצְרוֹר פִּשְׁעִי *obsignatum in crumena est peccatum meum* i. e. poenae reservatum (cf. Hos. XIII, 12). Solebant autem veteres multas res, velut portas,

ianuas, fontes, quas nos sera, sigillo argillae impresso claudere cf. Deut. Cant. ll. cc. Dan. VI, 18. Bel. 10. Matth. XXVII, 66. Apoc. XX, 3. Lips. ad Tac. Ann. 2, 2. Salmas. Exercit. Plin. p. 654. 655. Sigillo claudebant etiam volumina, spec. oraculorum Jes. XXIX, 11. Dan. XII, 4. 9, libellos emtionis Jer. XXXII, 10. 11. 44, eodem muniebant et confirmabant subscriptionem in pactis Neh. X, 1. 2, et epistolis 1 Reg. XXI, 8. Esth. VIII, 10, subsignatio etiam subscriptionis partes sustinebat, quoniam sigillum in Oriente plerumque ipsum nomen vel compendium nominis continere solet (v. Rosenm. Morgenl. III, 205 sqq.). b) absol. omisso acc. Jerem. XXXII, 10. 44, addito בְּ annuli signatorii 1 Reg. Esth. ll. cc. c) sq. בְּעַד Iob. IX, 7 (cf. בְּעַד no. 3, a): וּבְעַד כּוֹכָבִים יַחְתֹּם *obsignat stellas* i. e. claudit eas tenebrisque obvolvit; d) sq. בְּ (nostr. *besiegeln*), idque duplici metaphora. α) Iob. XXXVII, 7: בְּיַד כָּל־אָדָם יַחְתּוֹם *obsignat manus omnium hominum* i. e. claudit, ligat manus eorum, impedit eos quominus manibus utantur. Kimchi: יסגר ביד כל אדם שלא יוכל לעשות מעשהו מפני הקרירות. (Sam. [Samaritan] Gen. XXXII, 32 dicitur pro hebr. צֹלֵעַ עַל יְרֵכוֹ claudus in femore. Medici Arabum خاتم vocant, quod torporem membris iniicit, lähmend, Avic. p. 118. Cf. אָטַר p. 78 A). β) Iob. XXXIII, 16: בְּמֹסָרָם יַחְתֹּם *obsignat admonitionem eorum* i. e. clam, qs. sub sigillo admonet eos, idem quod in altero membro: יִגְלֶה אֹזֶן אֲנָשִׁים. Congruit hoc sensu arab. ختم sq. ب revelavit alicui, saepe in Cor. (v. Schult. animadverss. ad h. l.), quod tamen eiusdem originis est atque ختم, neque pro alia radice habendum. Al. *imprimit iis admonitionem* (er prägt ihnen Warnung ein), quatenus obsignatio fit sigillo argillae impresso, cf. [Ethiopic] libros impressit. Sed in hanc sententiam nescio an dicendum fuisset יַחְתֹּם מוּסָר בָּם. Faesius (Jahns Jahrb. IV p. 170) utrumque hemistichium interpretatur: *aperit aurem hominum et claudit* eam *admonitione eorum* i. e. totam implet admonitione, coll. Gen. II, 21, ubi *claudere* itidem implendi vim includat. Sed parallelismus et vera vis locutionis גָּלָה אֹזֶן (revelare aurem) priori sententiae magis favent. Vett. intpp. LXX. Aqu. Syr. יַחְתֵּם efferunt יְחִתֵּם *terret eos*, et ita Luth. Mich. — Quoniam volumini vel epistolae ad finem perductae sigillum imprimitur,

3) est i. q. *complevit, ad finem perduxit.* (Arab. ختم I. III. IV coronide clausit, finivit, unde خَاتِمَةٌ extremum rei, خَتْمَةٌ epilogus libri). Ez. XXVIII, 12: חוֹתֵם תָּכְנִית *complens s. consummans formam* i. e. consummatae formositatis, pulchritudinis. Praeterea bis legitur Dan. IX, 24, ubi hunc in modum copulandae sunt sententiae: *septuaginta hebdomades destinatae sunt super populum tuum et super urbem sanctam tuam*

לְכַלֵּא הַפֶּשַׁע וּלְחָתֵם / וּלְהָתֵם חַטָּאוֹת
וּלְכַפֵּר עָוֺן וּלְהָבִיא צֶדֶק עֹלָמִים
וְלַחְתֹּם חָזוֹן וְנָבִיא וְלִמְשֹׁחַ קֹדֶשׁ קָדָשִׁים

ad consummandum delictum et ad complenda peccata, ad expiandam scelus et reducendam iustitiam antiquam; et ad implendam visionem et prophetiam et ad ungendum Sanctum sanctorum. Binae enim sententiae ex lege parallelismi sibi ita respondent, ut tria paria oriantur (omnia turbat Haevernickius, qui ternas copulat sententias et primam quartae, secundam quintae, tertiam sextae respondere putat), in quorum primo et tertio est לַחְתֹּם, sed in priore tantum in Chethibh, et ita ut de scriptura merito dubitetur. Pro Chethibh לַחְתֹּם testes habemus Theod. (σφραγίσαι ἁμαρτίας) et forte etiam Alex., ubi vulgo σπανίσαι, pro quo tamen cum Athanasio et Theodoreto reponendum videtur σφραγίσαι; Keri לְהָתֵם exprimunt Syr. et Vulg., idque tuentur et locus parallelus VIII, 23 (כְּהָתֵם הַפֹּשְׁעִים) et לְכַלֵּא in altero membro cf. Jes. XVI, 4. XXXIII, 1. In tertio sententiarum pari *complere visionem et prophetam* (i. e. prophetas, prophetiam) est *implere*, ad exitum perducere, cf. כִּלָּה Esr. I, 1. Dan. XII, 7, מִלֵּא 1 Reg. II, 27, et minus bene ab aliis explicatur *confirmare*, quandoquidem sigillo impresso pacta confirmentur (v. supra), coll. σφραγίζειν Joh. III, 33. VI, 27.

Niph. pass. Kal no. 2. *obsignatus est*, sq. בְּ annuli signatorii. Esth. III, 12. VIII, 8.

Pi. clausit (v. ad Kal no. 1), sq. לְ q. d. claustrum obiecit, seram obdidit alicui rei. Iob. XXIV, 16: יוֹמָם חִתְּמוּ לָמוֹ *interdiu occludant sibi* pr. claustrum sibi obdunt. Kimchi: *interdiu muros et parietes notant signis et sigillis, noctu autem perrumpunt loca quae signarunt. Alii interpretantur:* יסגרו למו *includunt se interdiu, ne eos videant homines, unde additur* לֹא יָדְעוּ אוֹר. Posterius utique praeferendum: prius excerpsi, ut intelligatur, unde Simonis aliique habeant *notandi* et *signandi* significatum, quem adeo primarium esse volunt.

Hiph. i. q. Pi. semel legitur Lev. XV, 3: אוֹ הֶחְתִּים בְּשָׂרוֹ מִזּוֹבוֹ *sive obstruxerit carnem suam a fluxu* i. e. obstructa sunt pudenda eius, ita ut sponte fluere non possint.

חֲתַם chald. i. q. hebr. *obsignavit*, sq. acc. et בְּ annuli signatorii. Dan. VI, 18.

חוֹתָם m. c. suff. חֹתָמוֹ 1) *sigillum*. (Arab. خَاتَم et خَاتِم, nunquam خاتام, quod monstrum formae bis est in Simonis editt. 3 et 4). 1 Reg. XXI, 8. פִּתּוּחֵי חוֹתָם sculptura sigilli (Siegelstecherarbeit), v. פִּתּוּחַ. Iob. XLI, 7: סָגוּר חוֹתָם צָר *clausus* quasi *sigillo firmo*. XXXVIII, 14: תִּתְהַפֵּךְ כְּחֹמֶר חוֹתָם *convertit se* (terra aurora illustrata) *sicut argilla sigilli*, i. e. in terra prius tenebris nocturnis obvoluta, nunc fulgente aurora emergunt et conspicuae fiunt montium, silvarum, arborum formae, sicuti figurae sigilli argillae impressi; additur: וְיִתְיַצְּבוּ כְּמוֹ לְבוּשׁ *et adstant* omnia *tanquam veste pretiosa* ornata. Quoniam lapis signatorius plerumque annulo inclusus erat, חוֹתָם *annulum signatorium* significat, et propterea ponitur

de re, quae in summo pretio habetur Cant. VIII, 6. Jer. XXII, 24. Hagg. II, 23. Solebant autem veteres annulos non in digito solum gestare (Jer. l. c.), sed etiam e funiculo suspensos in pectore Gen. XXXVIII, 18, ut etiamnum solent Orientales (v. Rosenm. Morgenl. I, 138). — 2) n. pr. virorum a) 1 Par. VII, 32. b) XI, 44.

חֹתֶמֶת f. i. q. חוֹתָם no. 1. Gen. XXXVIII, 25.

חתים in cod. Sam. Gen. XXXVIII, 18. 25 pro hebr. חוֹתָם, חֹתֶמֶת. Samaritanismum sapit haec forma, v. cod. hebr. sam. Ex. XXVIII, 11. 21. 36. XXXIX, 6. 14. 30.

חָתַן 1) *filiam collocavit, nuptum dedit* (verheyrathen). Inde part. Kal חֹתֵן *socer* isque *pater uxoris* (pater enim mariti vocatur חָם), qui nuptum dedit, in matrimonium commisit filiam. חֹתֵן מֹשֶׁה socer Mosis Ex. III, 1. IV, 18. XVIII, 1—27. Num. X, 29. Iud. I, 16. IV, 11. Fem. חֹתֶנֶת *socrus*, mater uxoris. Deut. XXVII, 23. 2) in matrimonium duxit, *heyrathen*. Inde חָתָן, חֲתֻנָּה.

Hithpa. affinitatem iniit cum aliquo, ita quidem ut filiam eius in matrimonium ducat, aut filiam suam ei uxorem det (non: sororem eius ducat), sq. את Gen. XXXIV, 9: הִתְחַתְּנוּ אֹתָנוּ *affinitatem inite nobiscum*, i. e., ut statim additur: *filias vestras date nobis*, *et filias nostras ducite vos*. 1 Reg. III, 1, ב Deut. VII, 3. Jos. XXIII, 12. 1 Sam. XVIII, 22: עַתָּה הִתְחַתֵּן בַּמֶּלֶךְ i. e. fias gener regis. 23. 26. 27. Esr. IX, 14, לְ 2 Par. XVIII, 1.

Arab. خَتَنَ Conj. III. affinis factus est alicui uxore sua, خَتَنٌ affinitas ab uxoris parte, خُتُونٌ, خُتُونَةٌ id., خَتَنٌ omnis propinquus a parte uxoris, socer, gener. Praeterea eadem radix apud Arabes est Conj. I. circumcidit infantem, خِتَانٌ circumcisio, locus circumcisionis, خَتِينٌ, مَخْتُونٌ infans circumcisus. Has autem significationes communi vinculo inter se cohaerere docet non solum Exod. IV, 25, de quo mox, sed etiam خَتَنَ Conj. I. convivium instruxit nuptiale et propter circumcisionem infantis, خَتَنٌ, خِتَانٌ convivium propter circumcisionem institutum. De prima et genuina origine si quaeris, equidem *abscindendi*, *circumcidendi* potestatem primariam putaverim, cuius alind vestigium est in خَتَنَ deminuit, خَتْنٌ abscissio, coll. radd. קָטַן, חָתַךְ aliisque a syllaba *kat* ordientibus; circumcisionis autem solennitas dein ad similem nuptiarum celebritatem translata est.

חָתָן m. qui in matrimonium duxit natam alicuius, gr. γαμβρός, inde 1) respectu sponsae, *sponsus*. Ps. XIX, 6. Jes. LXI, 10. LXII, 5. Jer. VII, 34. XVI, 9. XXV, 10. XXXIII, 11. Joel II, 16. Memorabilis locus est Ex. IV, 24, ubi de Mose cum uxore et filiolo ex Arabia in Aegyptum redeunte ita narratur: *et quum iter faciens esset in deversorio, Deus invasit in eum* וַיְבַקֵּשׁ הֲמִיתוֹ *et necem ei paravit* i. e. gravissimum morbum ei immisit, ita ut morti proximus esset, idque, ut ex sequentibus intelligitur, propter omissam filioli circumcisionem. 25: *cepit igitur Zippora cultellum et circumcidit praeputium filii sui* וַתַּגַּע לְרַגְלָיו וַתֹּאמֶר כִּי חֲתַן־דָּמִים אַתָּה לִי *et tetigit pedes eius* sc. Mosis pedes tetigit sanguine, qui est expiandi ritus *et dixit: tu mihi sponsus sanguinum*. 26: *Et destitit* (Deus) *ab eo* (Mose). אָז אָמְרָה חֲתַן דָּמִים לַמּוּלֹת *sponsum sanguinum autem dixerat eum respectu circumcisionis*. Quaerunt, quis *sponsus sanguinis* vocetur? utrum filiolus, an Moses? Qui Mosen intelligunt, eum ita ab uxore vocari existimant utpote *sponsum s. maritum morti proximum sanguine filioli redemtum*, atque ita Onk. Jon. Saad., Glassius (rhet. sacr. 1, 12), Frischmuth de circumcisione Zipporae, in thes. theol. philol. 1, 288 sqq. Rosenm. al. Sed rectius *filiolum* ita appellasse censenda est Zippora. Ex his, quae supra disputavimus de etymo et usu Arabum, satis apparet, חָתָן esse posse et *sponsum* et *puerum circumcisum* (in utrinsque honorem dies festus celebrabatur, poterat etiam circumcisio, utpote signum foederis Deum inter et infantem iungendi, cum matrimonio comparari): hic autem חֲתַן דָּמִים appellatur, quoniam foedus circumcisionis sanguine fuso initur. Aben Esra: מנהג הנשים לקרא לבן אשר ימול חתן *mos est mulierum, filium, ubi circumciditur, appellare sponsum*. Ita etiam Abulwalides, Kimchi (qui integrum locum bene enarrat in Lex.), ex recentioribus Mendelsides, Spencerus de legg. rit. 1, 5 s. 5. Pococke ad Port. Mosis p. 52 sqq. et Hebraeorum recentiorum plerique. Plura dabunt Deyling in obss. ss. II, p. 156, Frischmuth, Spencer ll. cc.

2) respectu parentum, *gener*. Sq. genit. חֲתַן הַמֶּלֶךְ 1 Sam. XXII, 14. Gen. XIX, 12. 14. Iud. XV, 6. XIX, 5, alibi sq. לְ: חָתָן לַמֶּלֶךְ (cf. אֹהֵב לְ, עֶבֶד לְ, אָדוֹן לְ, רֵעַ לְ, שֹׂנֵא לְ, gr. ἑταῖρός τινι) 1 Sam. XVIII, 18. Neh. VI, 18. XIII, 28.

3) *affinis* 2 Reg. VIII, 27.

חֲתֻנָּה f. *nuptiae* Cant. III, 11.

חָתַף fut. יַחְתֹּף i. q. חָטַף *rapuit*, *corripuit* (more leonis). Iob. IX, 12: הֵן יַחְתֹּף מִי יְשִׁיבֶנּוּ *ecce rapit* (Deus), *quis eum repellat?*

חֶתֶף m. *rapina*, poet. pro concr. *raptor*, *praedo*. Prov. XXIII, 28: *etiam illa* (meretrix) כְּחֶתֶף תֶּאֱרֹב *insidiatur sicut praedo*. Arab. حَتْفٌ est *mors*, quod nostro loco adhibet F. J. Schelling, non bene.

חָתַר 1) *fodit, perfodit.* (In sola lingua hebr., cogn. radd. חָרַת, חָרַשׁ q. v.). Cstr. a) c. acc. חָתַר בָּתִּים perfodit domos, irrupit in eas, de fure Iob. XXIV, 16. b) sq. בְּ: חָתַר בַּקִּיר perfodit, perrupit murum Ez. VIII, 8. XII, 5. 7. 12, it. *irrupit in* aliquid. Am. IX, 2: אִם יַחְתְּרוּ בִשְׁאוֹל *si irrumpunt in orcum.* 2) *fodit* mare remis, *remigavit.* Jon. I, 13: וַיַּחְתְּרוּ הָאֲנָשִׁים Vulg. *et remigabant viri.* Chald. וְשַׁוִּיאוּ גַּבְרַיָּא. Cf. arare aquas Ov. Trist. 3, 12, 36, scindere freta Metam. 11, 468.

מַחְתֶּרֶת f. *irruptio* nocturna furis Exod. XXII, 1. Jer. II, 34.

חָתַת fut. יֵחַת pl. יֵחַתּוּ 1 Sam. II, 10. Jer. X, 2. XVII, 18. XXIII, 4 (ad formam יֵמַר, יֵקַל, יֵחַם, יֵרַע, quae male passim pro fut. Niph. habentur) 1) *fractus est.* (Cognatum radd. כָּתַת, כָּתַשׁ, it. فتّ fregit). Jes. VII, 8: יֵחַת אֶפְרַיִם מֵעָם *frangetur Ephraim, ut populus esse desinat.* LI, 6: צִדְקָתִי לֹא תֵחָת *iustitia mea non frangetur* i. e. non debilitabitur, non desinet.

2) Metaph. *consternatus est, pavit.* Qui enim gravi terrore corripiuntur, *fractis* qs. genibus corruunt, *sie brechen zusammen.* (Solent propterea verba frangendi ad terrorem et pavorem referri, ut שָׁבַר Iob. XLI, 17, cf. فرق fregit, فَرِقَ metu fractus est, metuit, فتّ fregit II. terruit, كسر fregit III. consternavit, مكاسرة consternatio, pers. شكستى metus, a شكستن frangere, frangi. Schult. Opp. min. p. 93. Haec ipsa radix خت IV. est: pudorem concepit, erubuit ex aliqua re, sq. من vel عن). Jes. VIII, 9: הִתְאַזְּרוּ וָחֹתּוּ *armate vos et consternamini,* i. e. parate bella, tamen mox consternabimini, pavebitis; licet bella paretis, tamen pavidi fugietis, cf. de hoc duplicis imperativi usu Gramm. hebr. §. 127, 2, b. Obad. 9: וְחַתּוּ גִבּוֹרֶיךָ תֵּימָן *pavent heroes tui, Theman.* Jer. L, 36: חֶרֶב אֶל־גִּבּוֹרֶיהָ וָחָתּוּ, parall. נוֹאֲלוּ.

Saepe copulatur cum יָרֵא. Deut. I, 21: אַל־תִּירָא וְאַל־תֵּחָת *ne timeas et ne expavescas.* Jos. X, 25: אַל־תִּירְאוּ וְאַל־תֵּחָתּוּ. Deut. XXXI, 8. Jos. I, 9. VIII, 1. 1 Par. XXII, 13. XXVIII, 20. 2 Par. XX, 15. 17. XXXII, 7. Jer. XXIII, 4. XXX, 10. XLVI, 27. Sq. מִפְּנֵי Jer. I, 17. Ez. II, 6. III, 9, מִן Jes. XXX, 31. XXXI, 4. 9. LI, 7. Jer. X, 2.

Alibi copulatur cum בּוֹשׁ, הוֹבִישׁ, et significat *animi perturbationem ex pavore* (Verwirrt- und Verzagtseyn aus Furcht, Schrecken), sicut illud ex spe irrita. Jes. XX, 5: וְחַתּוּ וָבֹשׁוּ מִכּוּשׁ *consternati erunt et erubescent ob spem in Aethiopia repositam.* Jer. VIII, 9: הֹבִישׁוּ חֲכָמִים חַתּוּ וַיִּלָּכֵדוּ *erubescent sapientes, perturbati erunt et capientur.* XVII, 18: יֵבֹשׁוּ רֹדְפַי וְאַל־אֵבֹשָׁה אָנִי יֵחַתּוּ הֵמָּה וְאַל־אֵחַתָּה אָנִי *pudefiant persecutores mei, neque pudefiam ego; perturbentur illi, neque perturber ego.* L, 2: נִלְכְּדָה בָבֶל הֹבִישׁ בֵּל חַת מְרֹדָךְ הֹבִישׁוּ עֲצַבֶּיהָ חַתּוּ גִלּוּלֶיהָ *capta est Babylon, pudefactus Bel, perturbatus Merodach, pudefacta eius simulacra, perturbata eius idola.* XIV, 4. XLVIII, 1. 20. 39. Jes. XXXVII, 27: קִצְרֵי יָד חַתּוּ וָבֹשׁוּ. 1 Sam. II, 10. Adeo de consternatione, quae ex pudore proficiscitur ut alibi בּוֹשׁ. Iob. XXXII, 15: חַתּוּ לֹא עָנוּ עוֹד *consternati sunt, neque amplius respondent,* videlicet pudefacti, quoniam superatos se vident.

Not. Forma יֵחַת alibi est fut. Kal rad. נָחַת, quod vide, et eodem pertinere videtur יֵחַתּוּ Iob. XXI, 13.

Niph. נִחַת (cf. נִחַל a חָלַל, נִחַר a חָרַר) i. q. Kal no. 2. *pavit, reveritus est,* sq. מִפְּנֵי. Mal. II, 5: וּמִפְּנֵי שְׁמִי נִחַת הוּא. — Eadem forma נִחַת est Ni. et Pi. a rad. נָחַת, ubi vide; male enim a Kimchio, Buxtorfio al. נִחַת, נִחֲתָה 2 Sam. XXII, 35. Ps. XVIII, 35, נִחֲתוּ Ps. XXXVIII, 3 ad hanc rad. referuntur.

Pi. 1) intrans. (signif. intens.) *fractus est* Jer. LI, 57 (de arcu), cf. 1 Sam. II, 4. 2) causat. Kal no. 2, *terruit.* Iob. VII, 14: וְחִתַּתַּנִי בַחֲלֹמוֹת *et somniis terres me.*

Hiph. הֵחַת fut. c. suff. אֲחִתְּךָ Jer. I, 17, יְחִתֵּנִי Iob. XXXI, 34, יְחִיתַן (pro יְחִתַּן) Hab. II, 17, semel more verborum regularium וְהַחְתַּתִּי Jer. XLIX, 37 1) *fregit* (baculum). Jes. IX, 3. 2) *terruit.* Sq. acc. et לִפְנֵי *pavorem iniecit alicui coram* al. (hoste) Jer. XLIX, 37, unde I, 17: אַל־תֵּחַת מִפְּנֵיהֶם פֶּן־אֲחִתְּךָ לִפְנֵיהֶם *ne timeas eos, ne pavorem tibi iniiciam coram iis. Pudefaciendi* notionem includit Iob. XXXI, 34: בּוּז מִשְׁפָּחוֹת יְחִתֵּנִי *contemtus tribuum me pudore affecisset.* Impeditior est locus Hab. II, 17, ubi ita propheta minatur hosti Chaldaeo: חֲמַס לְבָנוֹן יְכַסֶּךָּ וְשֹׁד בְּהֵמוֹת יְחִיתַן *violentia Libani* i. e. violentia terrae Israëliticae illata *operiet te* iure talionis in caput tuum recidet, *et devastatio bestiarum, quae eas terruit* i. e. vastatio et caedes incolarum (quemadmodum enim Libanus imago est terrae Israëliticae, ita ferae Libani populum designant), quibus illi terrebantur, sicut ferae a venatoribus, sc. יְכַסֶּךָּ operiet te, in caput tuum redibit. Optime et verba et universam rem explicuit Kimchius (qi v.) duce Abulwalide, a quo tamen in una voce יְחִיתַן recedit et recte quidem. Abulwalides enim novam radicem חית statuere voluerat, quod reiiciens Kimchi יְחִיתַן pro יְחִתַּן dictum observat, cf. הֵימִךְ pro הֵמִךְ Jes. XXXIII, 1, אֲרִיקַם pro אֲרִקֵּם 2 Sam. XXII, 43, cf. Lgb. §. 37, not. 1, adde קִיצוֹן pro קִצוֹן, אֲרִיאֵל pro אֲרִאֵל. Bene iam LXX. Vulg. πτοήσει σε (pro יְחִתְּךָ), *deterrebit eos.* Ex recentioribus Alb. Schult. in instit. p. 332. 428 et Mich. suppl. p. 701 statuebant rad. חות i. q. arab. حات circumvolitavit rem avis, cucurrit circa rem fera, sed illud unice verum.

חֲתַת m. *consternatio, terror* Iob. VI, 21. Eadem forma est Gen. IX, 2 in cod. Sam., ubi pro וְחִתְּכֶם scribitur וחתתכם.

חַת m. 1) adj. *fractus* (de arcu) 1 Sam. II, 4, metaph. *consternatus, pavidus* Jer. XLVI, 5. 2) subst. *pavor, timor.* Iob. XLI, 25. Cum suff. חִתְּכֶם pavor vestri, quem vos incutitis Gen. IX, 2.

חִתִּי n. pr. filii Canaan Gen. X, 15, unde בְּנֵי חֵת, XXIII, 5 sqq. XXV, 10. XLIX, 32 et חִתִּי plur. חִתִּים (LXX. Χετταῖοι) Chittaei, gens Cananaea Gen. XXV, 9. XLIX, 29. 30, quae in vicinia Hebronis et Amoraeorum in montanis degebat Gen. XXIII, 7. Num. XIII, 29. Jos. XI, 3, passim etiam magis ad septentrionem Iud. I, 24 sqq., persaepe una cum aliis gentibus Cananaeorum memorata Exod. III, 8. 17. XIII, 5. XXIII, 23. 28. XXXIII, 2. XXXIV, 11. Deut. VII, 1. XX, 17. Jos. III, 10. IX, 1. XII, 8. XXIV, 11. Iud. III, 6. 1 Reg. IX, 20. Nehem. IX, 8, imperantibus regibus adeoque post exilium superstes 1 Sam. XXVI, 6. 2 Sam. XI, 3 sqq. XXIII, 39. Esr. IX, 1, propriisque regibus parens 1 Reg. X, 29. 2 Reg. VII, 6, nisi מַלְכֵי הַחִתִּים duobus his locis ampliori sensu de regibus Cananaeis dictum est, ut אֶרֶץ הַחִתִּים Jos. I, 4 de universa Palaestina; cf. אמורי p. 122 A. — Mulieres Chittaeae appellantur בְּנוֹת חֵת Gen. XXVII, 46, et חִתִּיּוֹת 1 Reg. X, 1.

חִתָּה f. pavor, terror Gen. XXXV, 5.

חִתִּית f. id. (pr. vi formae: formidolositas, timiditas, a חת no. 2) pavor. Ez. XXXII, 23. 27 חִתִּית גִּבּוֹרִים pavor heroum i. e. quem heroes incutiunt, et ita cum suff. חִתִּיתָם Comm. 24 sqq. XXVI, 17.

חַתְחַת pl. חַתְחַתִּים adj. pavidi, timidi. Eccl. XII, 5: חַתְחַתִּים בַּדֶּרֶךְ pavidi (sunt senes) in via, timent ne pedem offendant et labantur. Hieron. et Vulg. formidabunt. Aqu. θάμβοι τρομήσουσι. Venet. ἐκπλήξεις (fort. ἐκπληξεις). Aliis est subst. hac sententia: terrores iis in via. LXX. θάμβοι, sed forma חַתְחַת vim concretam habere solet, abstractorum forma est חַתְחַתִּים.

מְחִתָּה f. pr. fractio, inde 1) excidium, ruina. Ps. LXXXIX, 40: שַׂמְתָּ מִבְצָרָיו מְחִתָּה arces eius fecisti ruinas. Prov. X, 14: פִּי אֱוִיל מְחִתָּה קְרֹבָה. XIV, 14: בְּאֶפֶס לְאֹם מְחִתַּת רָזוֹן in defectu populi est ruina principis. XIII, 3. XVIII, 7. 2) consternatio, pavor Prov. X, 15; terror ib. X, 29: וּמְחִתָּה לְפֹעֲלֵי אָוֶן et terror maleficis. XXI, 16. Jes. LIV, 14. Jer. XVII, 17: אַל תִּהְיֵה לִי לִמְחִתָּה ne sis mihi consternationi i. e. causa consternationis, ne sinas me consternari, cf. XLVIII, 39.

ט

Tet, nona alphabeti littera, ubi numeri nota est, i. q. novem, unde טו 9 + 6 scribitur pro יה 15. Nomen ipsum huius elementi serpentem denotat (arab. طيط serpens), huiusque figuram haec littera in plurimis Semitarum alphabetis refert (v. Koppii Bilder und Schriften der Vorzeit II §. 366).

Ad pronunciationem quod attinet, ט est t cum quadam gulae rasura prolatum (t' commode scribas), diversum a ת et aspirato (th, ϑ) et raphato s. tenui (t, τ); pariter atque ק, k' in fine palati ad gulam prolatum sono differt a כ et aspirato (ch, χ) et raphato s. tenui (k, κ). Contra Ewaldi opinionem, qui ט litteram vere aspiratam esse demonstratum ivit in gramm. hebr. p. 26, bene iam disputavit Hupfeldius in eius libri censura (Hermes T. XXXI, pag. 9. 19). Provocaverat ille a) ad Graecorum ϑ, quod nomine (טֵית, ϑῆτα) et loco, quem in alphabeto obtineat, concordet cum ט, et haud dubie aspiratum sit. Sed litterae graecae utcunque tantum semiticis respondent, et tantum abest, ut ab illarum pronunciatione subtiliora pronunciationis hebraeae praecepta repetere possimus, ut nonnullae vim et naturam suam plane mutaverint (ה = E; ח = H; ע = O; א = A); b) ad arab. ط, quod itidem sonum habeat semigutturalem. Recte, sed hic non confundendus erat cum aspiratione. — Vulgaris ratio nititur etiam auctoritate LXX interpretum, qui ט exceptis paucissimis exemplis (unicum 2 Sam. V, 16 laudatum video ab Hartmanno ling. Einleitung pag. 63 et idem repetitum ab Ewaldo l. c.) constanter reddunt per τ, שָׂטָן Σατανᾶς, טוֹבִיָּה Τωβίας, טַרְפְּלָיֵא Ταρφαλαῖοι; et contra consuetudinem Syrorum, pro graeco T ubique ܛ, pro Θ constanter ܬ ponentium, ut Τιμόθεος ܛܝܡܬܐܘܣ, Τίτος ܛܝܛܘܣ. Eadem ratio valet in radicibus hebraeis, quae in linguas occidentales transierunt, veluti טָרַד trudo, טָחַן τέγγω, tingo, שָׁלַט schalten.

Ex litteris arabicis hebraeo ט respondent ط et ظ, saepius tamen illud, cum hoc ad sibilum prope accedens hebraeo צ fere respondeat. Cf. radd. טָהַר, טָלַל, טָעַן.

Permutatur a) cum litteris sono finitimis ד (p. 309 A) et ת, v. c. תָּעָה, טָעָה, غلط erravit; חָטַף et חָתַף rapuit; קָטַל hebr. et aram., قتل arab. et aethiop. interfecit; עָטַר et כָּתַר coronavit; קְשֹׁט syr. ܩܘܫܬܐ veritas; קָטַר قتر suffivit; רָטַט et רָתַת territus est. b) cum צ, abiecto sibilo, v. h. litt. Rarius cum ז, v. pag. 400 A. Quatenus ט ad gutturalium naturam quodammodo accedere videtur, notanda sunt haec exempla: טְנַף aram. ܛܢܦ et ܛܢܦ, pollutus est, חֵרֵשׁ zab. ܛܪܫ surdus fuit.

טְאֵב chald. laetus fuit, sq. עַל Dan. VI, 24. Syr. ܛܐܒ id. v. טוֹב no. 3.

טאטא v. rad. טיט.

טבב rad. inusit. Syris ܛܒ Aph. est i. q. hebr. דבב no. 2, it. in bonam partem: rumorem sparsit secundum. Inde

טבת (fortasse i. q. ܛܒܐ celebris) n. pr. oppidi ad Abel-Mecholam in tribu Ephraim siti Iud. VII, 22.

טבח 1) *mactavit* (pecus) Ex. XXI, 37 (XXII, 1). Deut. XXVIII, 31. Jer. XI, 19. XXV, 34. LI, 40, spec. ad esum Gen. XLIII, 16. 1 Sam. XXV, 11. Prov. IX, 2. De mactatione ad sacrificium utuntur verbo cognato זבח q. v. (Syr. ܛܒܚ mactavit. Ethp. vulneratus est. Aeth. ጠብሐ: mactavit, iugulavit, arab. طبخ coxit, assavit, cf. אבטיחים p. 201 A). — 2) *occidit*, *trucidavit* homines Ps. XXXVII, 14. Thren. II, 21. Ezech. XXI, 15.

טבח m. *mactator*, hinc 1) *coquus* 1 Sam. IX, 23. 24. (Arab. طبّاخ, syr. ܛܒܚܐ id.) — 2) *carnifex*, inde *satelles regius*, cuius erat, iussu regis supplicia sumere a maleficis. שר הטבחים Gen. XXXVII, 36. XXXIX, 1. XL, 3. 4. XLI, 10. 12 et in recentiore Hebraismo רב טבחים 2 Reg. XXV, 8 sqq. Jer. XXXIX, 9. 11. XL, 1—5. XLI, 10. XLIII, 6. LII, 12 sqq. *praefectus carnificum* i. e. *satellitum* s. praetorianorum. Apud Aegyptios in eius domo erat carcer publicus (Gen. XL, 3), apud Chaldaeos Nebusaradan, qui hoc munere fungebatur, exercitus regii parti praeerat Jer. XXXIX, 13. LII, 15. Non bene LXX ex signif. no. 1. ἀρχιμάγειρος.

טבח chald. i. q. hebr. no. 2 *carnifex*, hinc *satelles regius*. רב טבחיא praefectus satellitum, cuius erat supplicia sumere a sontibus. Dan. II, 14.

טבחה f. *coqua*. 1 Sam. VIII, 13.

טבח m. c. Suff. טבחה 1) *mactatio* pecudis, *laniena*. Prov. VII, 22: כשור אל טבח יבא *sicut bos it ad mactationem s. ad lanienam*. Jes. LIII, 7. LXV, 12, it. *caedes* Jes. XXXIV, 2. 6. Jer. XLVIII, 15. L, 27. Ez. XXI, 20. 33. — 2) *pecudes mactatae*, *epulae* inde paratae. Prov. IX, 2. Gen. XLIII, 16, cf. זבח no. 1. — 3) n. pr. filii Nahoris. Gen. XXII, 24.

טבחה f. i. q. masc. טבח 1) *mactatio*, *laniena* Ps. XLIV, 23. Jer. XII, 3. 2) *pecudes mactatae* et epulae ex iis paratae 1 Sam. XXV, 11.

טבחת n. pr. oppidi Syriae 1 Par. XVIII, 8, quod in loco gemino 2 Sam. VIII, 8 בטח scribitur. Vide sub h. v. p. 200 B.

מטבח m. *mactatio*, *caedes*. Jes. XIV, 21.

טבל fut. יטבל *tinxit*, *intinxit*, *immersit*. Chald. טבל id. Arab. طبل colore imbuit vestem, cruore infecit sagittam. Cf. ad טבע. Syr. ܛܒܠ et ܛܡܫ in malam partem: inquinavit, polluit). Cstr. c. acc. rei, quod intingitur, et ב fluidi. Gen. XXXVII, 31: ויטבלו את הכתנת בדם *et intinxerunt tunicam in sanguinem*. Lev. IV, 6. 17. IX, 9. XIV, 6. 16 (intinxit digitum, hyssopum in sanguinem). Deut. XXXIII, 24 (pedem in oleum). Ruth II, 14 (panem in acetum). 1 Sam. XIV, 27 (baculum in mel). Iob. IX, 31 (virum in foveam). Etiam omisso acc. Ex. XII, 22: *accipite fasciculum hyssopi* וטבלתם בדם *et intingite eum in sanguinem*. Num. XIX, 18. 2 Reg. VIII, 15. Reflex. V, 14: ויטבל בירדן שבע פעמים *et immersit se in Jordanem septies*.

Niph. pass. *intinctus*, *immersus est* Jos. III, 15.

טבולים m. pl. *tiarae*, *mitrae*. Ez. XXIII, 15: סרוחי טבולים בראשיהם *luxuriantes mitris in capitibus suis*. LXX. cod. Alex. τιάραι βαπταί. Vulg. tiaras tinctae, et ita interpretantur etiam Hebraei, tiaras a coloribus, quibus *tinctae* sint, dictas esse statuentes (cf. supra de ...). Non contemnendum hoc, sed nescio tamen an rectius Jo. Simonis tiarae significatum repetat ab aeth. ጠብለለ: involvit, fasciis obvolvit, cf. מצנפת, צניף.

טבליהו (quem Jehova immersit, lustravit) n. pr. viri 1 Par. XXVI, 11.

טבע 1) pr. *immersit*, *impressit* in materiam mollem, ut lutum, hinc *sigillum impressit*, *obsignavit*, unde טבעת sigillum. (Syr. immersit, impressit, signavit pecuniam Barhebr. 207. Arab. طبع sigillum impressit, signavit pecuniam. Vicinum est צבע, صبغ intinxit, immersit, aethiop. ጠብዐ: id., itemque טבל. Syllaba enim primaria est טב, quae etiam in linguis germanicis *profunditatis* et *immergendi* potestatem habet; cf. goth. *diup*, nostr. *deep*, *tief*; it. *doufan*, *taufen*, *stippen*, ital. *tuffare*. Graeci habent δύπτω et emollita labiali δύω). 2) intrans. *immersus*, *submersus est*, ut in lutum, foveam, sq. ב Jer. XXXVIII, 6: ויטבע ירמיהו בטיט *et Jeremias immersus est in lutum*. Ps. IX, 16: טבעו גוים בשחת עשו *immerguntur gentes in foveam*, quam *fecerunt*. LXIX, 3. 15. Thren. II, 9: טבעו בארץ שעריה *demersae in terram sunt portae eius*. Improprie 1 Sam. XVII, 49: ותטבע האבן במצחו *et lapis immersus* i. e. infixus *est in frontem eius*.

Pu. i. q. Kal no. 2. Ex. XV, 4.

Hoph. id. Jer. XXXVIII, 22. Hiob XXXVIII, 6: על־מה אדניה הטבעו *super quid immersa sunt fundamenta eius?* Prov. VIII, 25.

טבעת pl. טבעות cstr. טבעות f. 1) *sigillum*, *annulus signatorius* (arab. طابَع), a viris et mulieribus in

manu dextra gestatus (Jer. XXII, 24. Sir. XLIX, 13, Graecisque atque Graecis Romanisque v. Gell. X, 10. Schroeder de vest. p. 184) Exod. XXXV, 22. Num. XXXI, 50. Esth. III, 10. VIII, 8. 10. Jes. III, 21. Annulo signatorio tradendo reges imperii summam alicui committere solebant Gen. XLI, 42. Esth. III, 10. VIII, 2. 1 Macc. VI, 15. Curt. X, 5. Paulsen Regierung der Morgenländer p. 297. Rosenm. Morgenl. I, p. 192 sqq. — a) annulus quivis, etiam sigillo carens, ut de annulis, quibus arca foederis gestabatur Ex. XXV, 12 sqq. XXVII, 7. XXXVII, 3, de annulis pectoralis XXVIII, 28, de annulis, quibus asseres tabernaculi conserti erant XXVI, 24.

טַבָּעוֹת (annuli) n. pr. viri Esr. II, 43.

טָבַר rad. inusit. prob. i. q. צָבַר aggessit, coacervavit, cf. sam. ꜱ፲፰, ꜱ፲፰ꜱ, aeth. ደብር: mons, quae omnia fortasse indurata media radicali orta sunt ex צוּר, טוּר, ܛܘܪܐ mons, v. litt. ב p. 171. Inde

טַבּוּר m. *locus editus*, *fastigium*. Bis legitur Iud. IX, 37: יֹרְדִים מֵעִם טַבּוּר הָאָרֶץ (V. 36: מֵרָאשֵׁי הֶהָרִים) *descendunt de fastigio terrae*. Ez. XXXVIII, 12: יֹשְׁבֵי עַל־טַבּוּר הָאָרֶץ *qui habitant fastigium terrae* i. e. terram sanctam, quam reliquis terris eminentiorem sibi fingebant Hebraei, cf. הָרֵי יִשְׂרָאֵל pro terra Israëlitica VI, 2. XXXIII, 28. XXXV, 12. XXXVIII, 8. Talmudicis טִיבּוּר est *umbilicus*, qs. fastigium ventris, et ita LXX. Vulg. utroque loco interpretantur: ὀμφαλὸς τῆς γῆς, *umbilicus terrae*, probantibus Kimchio, R. Tanchum ad h. l. et recentioribus plerisque, qui modo *elatiorem*, modo *mediam* terrae partem intelligunt. Sed quanquam טַבּוּר et טִיבּוּר eiusdem originis est, malim utroque loco *fastigium* reddere, quam *umbilicum*, quod ab illo orationis genere paullo alienius videtur.

טֵבֵת mensis Hebraeorum decimus, a Ianuarii usque ad Februarii novilunium patens. Esth. II, 16. Iisdem litteris טבת scribitur hic mensis in inscr. Palmyr. I. apud Swinton in Philos. Transactions XLVIII p. 691. Praeterea simile est nomen quinti mensis apud Aegyptios a d. 20 Dec. ad 20 Ianuarii, ut iam observavit Hieron. ad Ez. XXXIX, 1: „Decimus mensis, qui Hebraeis appellatur Tebeth et apud Aegyptios Τυβὶ, apud Romanos Ianuarius.“ Scribitur is copt. ⲦⲰⲂⲒ, la Croze lex. p. 107, arab. طوبة, gr. τυβὶ et τῦβ, v. I. Alb. Fabricii Menolog. p. 16. 22. 26. Treschov. descr. codd. Vindob. p. 129. De etymo nihil definio, quum vix dici possit, cuiusnam linguae vocabulum sit.

טָהֵר fut. יִטְהַר 1) *nituit*, *splenduit*, cogn. radd. זָהַר, צָהַר. Vide טֹהַר no. 1, צָהֳרַיִם (Syr. ܛܗܪܐ meridies, chald. טִיהֲרָא id., טְהִירוּת splendor lucis).

2) *purus*, *mundus fuit*, *evasit*, oppos. טָמֵא (Arab. طهر purus, mundus fuit, spec. a menstruis Cor. 2, 221, cogn. ظهر manifestus, conspicuus fuit, ظهر meridies. Aeth. አጥሀረ: purificavit, abluit se aqua). Dicitur a) sensu physico: *mundatus est* a lepra 2 Reg. V, 10. 12. 13. 14. b) sensu levitico, de hominibus et rebus, quibus ex lege immundities inhaerebat Lev. XI, 32. XII, 8. XIII, 6. 34. 58. XIV, 8. 9. 20. 53. XV, 13. XVII, 15, XXII, 7. Num. XIX, 12. 19. XXXI, 23. 24, sq. מִן v. c. Lev. XV, 28: טָהֲרָה מִזּוֹבָהּ *munda est a fluxu suo*. XII, 7. c) sensu morali (opp. sordibus peccati). Ps. LI, 9. Jer. XIII, 27. Ez. XXIV, 13. XXXVI, 25. Sq. מִן Prov. XX, 9: טָהַרְתִּי מֵחַטָּאתִי, sed alio sensu Iob. IV, 17: אִם־מֵעֹשֵׂהוּ יִטְהַר גָּבֶר *an mundus est vir coram creatore suo?* pr. de sententia creatoris cf. מִן no. 2, c.

Pi. טִהַר fut. יְטַהֵר 1) *purgavit* a) physice, ut metalla a scoriis Mal. III, 3, coelum a nubibus Iob. XXXVII, 21, terram a cadaveribus Ez. XXXIX, 12. 16; b) νομικῶς, ut terram templumque ab idolorum sordibus aliisque rebus immundis 2 Par. XXIX, 15. 18. XXXIV, 5. 8. Ezech. XXXVII, 23, a rebus peregrinis utpote profanis Neh. XIII, 30, *lustravit* aliquem Lev. XIV, 11, Levitas inaugurandos Num. VIII, 6. 7. 15. 21, altare Ezech. XLIII, 26; c) ethice, ut homines a peccatis Jer. XXXIII, 8. Ez. XXIV, 13. XXXVI, 33, cf. Mal. III, 3. 2) *purum*, *mundum declaravit*, sensu levitico Lev. XIII, 6 sqq. XIV, 7. 11. 48. XVI, 19. 30, ethico Ps. LI, 4 sq. מִן (a peccato).

Pu. part. f. מְטֹהָרָה *mundata* (de terra) Ez. XXII, 24.

Hithpa. הִטַּהֵר et הִטֶּהָר 1) *mundavit*, *lustravit se*, de his qui immundi fuerunt et ad sacra accessuri sunt Lev. XIV, 4 sqq. Num. VIII, 7. 2 Par. XXX, 18. Esr. VI, 20. Neh. XII, 30. XIII, 22, etiam ad sacra gentilium Jes. LXVI, 17, vel qui abiectis idolorum sordibus ad ecclesiam accedunt Gen. XXXV, 2. 2) *purgavit se* a peccato, sq. מִן Jos. XXII, 17.

טָהוֹר m. cstr. טְהוֹר Hab. I, 13, טְהוֹרָה f. adj. *purus*, spec. a) *mundus*, opp. sordido, de veste Zach. III, 5, de loco Lev. IV, 12. VI, 4. X, 14. Num. XIX, 9, de aqua Ez. XXXVI, 25. b) *non mixtus*, *non adulteratus*, persaepe de auro Ex. XXV, 11 sqq. XXVIII, 36. XXXVII, 6 sqq. 1 Par. XXVIII, 17. 2 Par. III, 4. IX, 17. Iob. XXVIII, 19 cet. c) sensu levitico, opp. polluto, contaminato, de hominibus et rebus Lev. VII, 19. X, 10. XI, 36. 37. XIII, 13 sqq. Num. IX, 13. XVIII. 11. 13. Deut. XXIII, 11. 1 Sam. XX, 26. Jes. LXVI, 20 cet., hinc de animalibus puris i. e. esculentis Gen. VII, 2. 8. VIII, 20. Lev. XIV, 4. XX, 25. Deut. XIV, 20. מִנְחָה טְהוֹרָה sacrificium purum Mal. I, 11. d) sensu morali: *purus*, *immaculatus*, *immunis a vitio*. Iob. XIV, 4: מִי יִתֵּן טָהוֹר מִטָּמֵא *quis nobis dabit purum ex impuro?* i. e. ubi terrarum invenies hominem purum, quum omnes ex impuris progeniti sint? לֵב טָהוֹר cor purum Ps. LI, 12. Inde *immunis ab errore*. Ps. XIX,

10: אִמְרוֹת יְיָ ,יִרְאַת יְיָ טְהוֹרָה parall. אִמְרָה XII, 7: אֲמָרוֹת טְהוֹרוֹת, it. *Deo placens* (impura enim abominatur Deus). Prov. XV, 26: *Deus abominatur machinationes mali* וּטְהֹרִים אִמְרֵי נֹעַם *sed pura* (Deo placentia) *sunt verba suavia* i. e. gratiae, favoris plena.

טֹהַר (Cholem puro) cstr. טְהָר־ i. q. טֹהַר m. *puritas.* טְהָר־יָדַיִם puritas manuum i. e. innocentia Iob. XVII, 9 (cf. arab. طاهر الثياب purus veste i. e. innocens Dschauh.). טְהָר־לֵב puritas cordis Prov. XXII, 11 Keri.

טֹהַר m. 1) *nitor, puritas,* aetheris. Ex. XXIV, 10. 2) *purificatio.* Lev. XII, 4. 6.

טְהָר m. *splendor*, maiestas, cf. rad. no. 1. Ps. LXXXIX, 45: הִשְׁבַּתָּ מִטְּהָרוֹ *desinere facis splendorem eius.* Verbum הִשְׁבִּית sq. מִן constructum habes Ezech. XXXIV, 10, ad cuius loci normam h. l. reddendum pr. *desinere facis, ut non amplius sit splendor eius;* vel, quod malim, est constructio praegnans pro: *desinere facis et detrahis de splendore eius.* Caeterum quum nomina formae טְהָר incertae auctoritatis sint, vide sitne potius traiecto Schwa legendum מִטְּהָרוֹ, a vulgari טֹהַר. Magis nunc placet hoc, quam quod olim (Lgb. p. 87) conieci Aben Esram et Kimchium secutus, Dagesch in hoc vc. euphonicum et מ formativum esse, ita ut מִטְּהָרוֹ l. מִטְּהָרוֹ (quod in nonnullis codd. est) sit pro מִטְהָרוֹ a nomine מִטְהָר.

טָהֳרָה fem. 1) *puritas*, sensu ethico 2 Par. XXX, 19: טָהֳרַת הַקֹּדֶשׁ *puritas sancta*, q. d. immaculata, intemerata. 2) *purificatio.* Lev. XIII, 7. 35. XIV, 2. 32. Num. VI, 9. 1 Par. XXIII, 28. Neh. XII, 45. דְּמֵי טָהֳרָה *sanguis purificationis*, a quo puerpera est purificanda. Lev. XII, 4. 5.

טוֹא v. טֵאטֵא, rad. טִיט.

טוֹב plur. טֹבוּ Num. XXIV, 5. Cant. IV, 10 tantum in praet. (pro futuro utuntur forma יִיטַב, יֵטַב) 1) *bonus fuit.* (Chald. syr. id., sed in adiectivo usitatius, quam in verbo. In verbo habent in Pe. ܛܐܒ ,טְאֵב laetus fuit, Pa. טַיֵּב, ܛܝܒ paravit, praeparavit, Aph. ܐܘܛܒ benefecit. Arab. طاب med. Je. bonus, suavis, iucundus fuit, spec. de eo, quod iucundum olfactu, طِيبٌ ,طَيِّبٌ ,طَابَ odoramenta, quanquam non est, quod odorati significatum primarium habeas cum Hartmanno, lingu. Einleit. pag. 295. Boettcherus, specc. p. 133, nostrum vc. eiusdem originis esse putat, atque germ. *derb* i. q. firmus, fortis, validus.). Singulas eius notiones variosque usus exposuimus in adj., quod longe frequentius. In verbo (praeter duo exempla pluralis) nonnisi 3 praet. sing. טוֹב (formae אוֹר) usitata est, et his quidem formulis a) טוֹב לִי *bene est mihi*, bene mecum actum est. Deut. V, 30. XV, 16. XIX, 13. Num. XI, 18. Eccl. IX, 4, it. bene me habeo, bene valeo 1 Sam. XVI, 16. 23. Sq. אֶל id. 1 Sam. XX, 12. Iob. XIII, 9: הֲטוֹב כִּי *num bene* (vobis) *cedet, si* —. De loco Iob, X, 3 vide litt. b. b) טוֹב בְּעֵינַי bonum est in oculis meis i. e. *placet mihi* Num. XXIV, 1. In serioris aetatis libris sq. עַל 1 Par. XIII, 2. Esth. I, 19: אִם־עַל־הַמֶּלֶךְ טוֹב *si regi placet.* III, 9. V, 4. 8. VII, 3. Neh. II, 5. 7, cf. Esr. V, 17, semel sq. לְ Iob. X, 3: הֲטוֹב לְךָ *num tibi placet?* Vulg. Chald.

2) *pulcher, suavis fuit* (v. adj. no. 1, a, α). Num. XXIV, 5. Cant. IV, 10.

3) *hilaris, laetus fuit* (qui usus vocis apud Syros viget cf. adj. no. 2, a.) maxime de corde. 1 Sam. XXV, 36. 2 Sam. XIII, 28. Esth. I, 10.

Hiph. הֵטִיב, 2 pers. הֲטִיבֹתָ 1 Reg. VIII, 18, 1 pers. הֵטַבְתִּי Ez. XXXVI, 11, fut. יֵיטִיב 1) *bene facit* aliquid 1 Reg. l. c. 2 Par. VI, 8, sq. gerundio 2 Reg. X, 30; *benefecit, beneficia contulit.* Ez. XXXVI, 11. 2) *pulchrum fecit, ornavit* Hos. X, 1, vel *paravit* ut syr. ܛܝܒ. 3) *hilarem fecit* Eccl. XI, 9. Frequentius utuntur forma הֵיטִיב a rad. יָטַב.

טוֹב A) Adj. fem. טוֹבָה 1) *bonus, a, um,* ἀγαθός, vario sensu, velut אֶרֶץ טוֹבָה *terra bona* i. e. fertilis Ex. III, 8. Num. XIV, 7. Deut. I, 35. III, 25. IV, 21, *ager bonus* Ex. XVII, 8, *pascuum bonum* XXXIV, 14, *arbor bona* i. e. frugifera 2 Reg. III, 19, *ficus bonae* (i. e. recentes) Jer. XXIV, 2, *aristae bonae* Gen. XLI, 24. 26, *pecus bonum* i. e. sanum, pingue Lev. XXVII, 10 sqq. cf. Gen. XVIII, 7. XXVII, 9 (opp. רַע Gen. XLI, 27); *aurum bonum* i. e. purum, non adulterinum Gen. II, 12. 2 Par. III, 5. 8. Sq. מִן *melior, melius.* 1 Sam. I, 8. Cum art. passim pro superl. *optimus.* זֵיתֵיכֶם הַטּוֹבִים oleae vestrae optimae 1 Sam. VIII, 14. 16. בָּנֶיךָ הַטּוֹבִים 1 Reg. XX, 3.

a) quicquid sensibus placet, i. q. *iucundus, gratus, suavis,* α) gratus aspectu, *pulcher*, καλός, de hominibus Gen. VI, 2. Ex. II, 2. 1 Sam. IX, 2, plenius טוֹב, טוֹבַת מַרְאֶה Gen. XXIV, 16. 2 Sam. XI, 2. Esth. I, 11. II, 3. 7, טוֹב תֹּאַר 1 Reg. I, 6, טוֹב רֹאִי 1 Sam. XVI, 12 (cf. gr. καλὸς δέμας Od. 17, 307); it. de rebus, velut בָּתִּים טוֹבִים Jes. V, 9, אַדֶּרֶת טוֹבָה pallium pulchrum Jos. VII, 21, מַחֲמַדֵּי הַטּוֹבִים Joel. IV, 5 (10). — β) gratus auditu, v. c. דָּבָר טוֹב oratio pulchra, ornata (de carmine) Ps. XLV, 2. — γ) suavis olfactu, *odoratus* (cf. arab. طاب odoratus fuit, v. supra), v. c. שֶׁמֶן הַטּוֹב unguentum odoratum Jes. XXXIX, 2. Ps. CXXXIII, 2. Cant. I, 3. קְנֵה הַטּוֹב calamus odoratus Jer. VI, 20. — δ) gratus sapori. טוֹב לְמַאֲכָל Gen. II, 9. III, 6. Prov. XXIV, 13: אֱכָל־דְּבַשׁ כִּי טוֹב *comede mel, num suave* (dulce) est. Cf. יֵין הַטּוֹב vinum suavitatis i. e. suave Cant. VII, 10. — ε) in universum. Gen. XLIX, 15: וַיַּרְא מְנֻחָה כִּי טוֹב *vidit, quietem iucundam esse.* Ps. LXXIII, 28: קִרְבַת אֱלֹהִים לִי טוֹב *ad Deum accedere mihi iucundum est.* LXXXIV, 11. XCII, 2. CXXXIII, 1.

Inde creberrime טוֹב בְּעֵינֵי פ' qui (quod) alicui placet Num. XXIV, 1. Deut. VI, 18, max. in his formulis Gen. XVI, 6: עֲשִׂי לָהּ הַטּוֹב בְּעֵינָיִךְ i. e. age cum ea pro arbitrio tuo, et XIX, 8: עֲשׂוּ לָהֶן כַּטּוֹב בְּעֵינֵיכֶם agite cum iis pro arbitrio. Jes. IX, 25. Iud. X, 15. Esth. III, 11. VIII, 8. Jer. XXVI, 14. In recentioribus libris pro בְּעֵינֵי frequentant לִפְנֵי, v. c. Eccl. VII, 26: טוֹב לִפְנֵי הָאֱלֹהִים *qui Deo placet*. II, 26; et לְ Deut. XXIII, 17 cf. Iob. X, 3.

b) *utilis*, *aptus*, *saluber*. Gen. I, 4: וַיַּרְא אֱלֹהִים אֶת־הָאוֹר כִּי טוֹב. Comm. 10. 12. 18. 21. 25. 31. עֵצָה טוֹבָה consilium bonum i. e. salubre 2 Sam. XVII, 7. 14. — Gen. II, 18: לֹא טוֹב הֱיוֹת הָאָדָם לְבַדּוֹ *non bonum est, hominem esse solum*. XXIX, 19: טוֹב תִּתִּי אֹתָהּ לָךְ וגו' *praestat eam dare tibi, quam* etc. Sq. כִּי Ruth II, 22. 2 Sam. XVIII, 3. Sq. dat. pers. טוֹב לְ bonum s. utile salubre est alicui Iud. IX, 2. Ps. CXIX, 71. Eccl. II, 3. VIII, 15. Ex. XIV, 12: טוֹב לָנוּ עֲבֹד אֶת מִצְרַיִם מִמֻּתֵנוּ בַּמִּדְבָּר *praestat nobis Aegyptiis parere, quam mori in deserto*. Num. XIV, 3. Sq. בְּ pers. id. Eccl. II, 24.

c) *magnus*, *multus*, *largus*, ut lat. bonus cum nominibus, quae quantitatem significant, velut *bona pars*, *bona copia*. Ita *merces bona* Eccl. IV, 9, *donum bonum* Gen. XXX, 20, *quaestus bonus* Prov. XXXI, 18, שֵׂיבָה טוֹבָה senectus bona i. e. valde provecta, summa Gen. XV, 15. XXV, 8 (cf. lat. bona aetas, de ea quae ad senectutem vergit). — Ps. LXIX, 17: כִּי טוֹב חַסְדֶּךָ *nam multa est gratia tua*. LXIII, 4. CIX, 21. (Syr. ܛܒ multum, valde, vehementer).

d) ἠθικῶς α) de hominibus: *bonus*, *probus*, *honestus* (*gutgesinnt*), moribus probis et integris 1 Sam. II, 26. Prov. II, 20. XII, 2. XIII, 22. XIV, 14. 19. Eccl. IX, 2, max. *benignus*, *benevolus* (*gütig*), sq. לְ erga aliquem 1 Sam. XXV, 15, max. de Deo Ps. XXV, 8. XXXIV, 9. LII, 11. LIV, 8. LXXXVI, 5. C, 1. CXVIII, 1, unde יְהוָֹה הַטּוֹב Jehova, qui benignus est 2 Par. XXX, 18, sq. dat. Ps. LXXIII, 1: טוֹב לְיִשְׂרָאֵל אֱלֹהִים. CXLV, 9. Eccl. VIII, 10. Thren. III, 25. — טוֹב עַיִן qui benigni oculi est, qui benignitatem vultu prodit (cf. חוּס) i. e. benignus, misericors. Prov. XXII, 9. LXX. ὁ ἐλεῶν πτωχόν. Vulg. qui pronus est ad misericordiam. Ita de verbis: דָּבָר טוֹב verbum benignum Prov. XII, 28, דְּבָרִים טוֹבִים 1 Reg. II, 7. — β) *bonus*, *rectus*, velut דְּבָרִים טוֹבִים *causa bona* 2 Sam. XV, 3, it. aliquid boni (v. דָּבָר no. 2, e), דֶּרֶךְ טוֹב Jer. VI, 16 et דֶּרֶךְ טוֹבָה 1 Sam. XII, 23. XXV, 21. 1 Reg. VIII, 36 via recta (opp. דֶּרֶךְ לֹא טוֹב Ps. XXXVI, 5. Prov. XVI, 29); מַעְגַּל טוֹב orbita recta Prov. II, 9; leges bonae Ps. CXXI, 39. — Iob. XXXIV, 4: *videamus* מַה־טּוֹב *quid rectum* (verum) *sit*. לֹא טוֹב non bonum, non rectum Prov. XVIII, 5. XX, 23. Saepe subst. טוֹב, טוֹבָה τὸ καλόν, v. litt. B, 1 et טוֹבָה.

2) *is cui bene est*, *quocum bene actum est*, inde a) *laetus*, *hilaris*, de hominibus (addito לֵב), טוֹבֵי לֵב 1 Reg. VIII, 66. בְּלֵב טוֹב Eccl. IX, 7; de temporibus, ut יוֹם טוֹב Esth. VIII, 17. IX, 19. 21 et יוֹם טוֹבָה Eccl. VII, 14 dies bonus i. e. laetus, festus (cf. bonus dies Ovid. Fast. 1, 72), מוֹעֲדִים טוֹבִים i. e. bona tempora (ut Cic. pro domo c. 4), dies festi, hilares. Zach. VIII, 19. b) *felix*, *faustus*, *prosper*, de hominibus Jes. III, 10. Jer. XLIV, 17. Ps. CXII, 5: טוֹב אִישׁ *felix* est *vir*. (Cf. syr. ܛܘܒܝܗܘܢ o beatitudines τοῦ — i. q. hebr. אַשְׁרֵי v. Mt. V, 2 sqq.). Am. VI, 2: *descendite* in urbem *Gath* הֲטוֹבִים מִן הַמַּמְלָכוֹת הָאֵלֶּה *num feliciores sunt his regnis?* De rebus, ut יוֹם טוֹב dies faustus 1 Sam. XXV, 8, שְׁמוּעָה טוֹבָה nuntius bonus i. e. faustus 1 Sam. II, 24. Prov. XV, 30. XXV, 25, בְּשׂוֹרָה טוֹבָה id. 2 Sam. XVIII, 27. דְּבַר טוֹב verbum bonum i. e. fausta nuntians Jos. XXI, 45. XXIII, 14. 15. 2 Reg. XX, 19.

B) subst. (quo sensu etiam dicitur טוֹבָה) 1) *bonum*, *rectum*, *honestum*, τὸ καλόν, sensu ethico Prov. XI, 27, inde עָשָׂה טוֹב bene egit, honeste vixit Ps. XIV, 1. 3. XXXIV, 15. XXXVII, 3. 27, sq. עִם bene egit cum aliquo Gen. XXVI, 29. Ps. CXIX, 65; אָהַב טוֹב Am. V, 15, רָדַף טוֹב Ps. XXXVIII, 21, דָּרַשׁ טוֹב Am. V, 14, שָׂנֵא טוֹב Mich. III, 2, חָרַשׁ טוֹב Prov. XIV, 22 (v. חָרַשׁ). יָדַע טוֹב וָרָע scire quid bonum sit quid malum i. e. sapere, v. יָדַע no. 5, b.

2) *bonum*, quod alicui contingit. Iob. II, 30: *bonum accepimus a Deo*. Hos. VIII, 3: זָנַח יִשְׂרָאֵל טוֹב *repudiat Israël bonum*, quod sibi contigerat. Spec. a) *beneficium*, de singulis beneficiis. Ps. XXXIV, 11: לֹא יַחְסְרוּ כָל־טוֹב *non carent ullo bono* i. e. beneficio divino. LXXXIV, 12. Prov. XVIII, 22: מָצָא אִשָּׁה מָצָא טוֹב qui *nactus est mulierem* (qualis esse debet), *nactus est bonum*. III, 27. Collect. bona i. e. beneficia divina. Ps. CIV, 28: *aperis manum tuam* יִשְׂבְּעוּן טוֹב *satiantur beneficiis* tuis. Prov. XII, 14. Ps. CVII, 9. — b) *bona*, *opes* (*Güter*, *Glücksgüter*). Iob. XXII, 18: מִלֵּא בָתֵּיהֶם טוֹב *implet domos eorum opibus*. 1 Reg. X, 7: הוֹסַפְתָּ חָכְמָה וָטוֹב אֶל הַשְּׁמוּעָה *addidisti sapientiam et opes ad famam* i. e. superant famam sapientia et opes tuae (ubi male Winerus aliique טוֹב ad bonitatem moralem referunt). — c) *res bonae* i. e. prosperae, secundae (*gute*, *glückliche Umstände*). Ps. XXV, 13: נַפְשׁוֹ בְּטוֹב תָּלִין. XXIII, 6: טוֹב וָחֶסֶד יִרְדְּפוּנִי. Iob. XXI, 13: יְבַלּוּ בַטּוֹב יְמֵיהֶם. XXXVI, 11: יְכַלּוּ יְמֵיהֶם בַּטּוֹב. Adde formulas: רָאָה טוֹב Ps. IV, 7. XXXIV, 13. Iob. VII, 7, רָאָה בְטוֹב Eccl. II, 1 rebus secundis frui; אָכַל טוֹב id. Prov. XIII, 2; מָצָא טוֹב Prov. XVI, 20. XVII, 20, נָחַל טוֹב nactus est salutem XXVIII, 10; בִּשֵּׂר טוֹב fausta nuntiavit Jes. LII, 7, דִּבֶּר טוֹב עַל v. דָּבַר p. 314 A, הִתְנַבֵּא טוֹב עַל fausta vaticinatus est super 1 Reg. XXI, 8. 18, פָּתַר טוֹב fausta interpretatus est i. q. somnium interpretando fausta nuntiavit Gen. XL, 16. בִּרְכַּת טוֹב adprecatio salutis Ps. XXI, 4. — טוֹב לִי bene est mihi Ps. CXIX, 71. Thren. III, 27, c. verbo subst. הָיָה טוֹב לִי Eccl. VIII, 12. 13. לְטוֹב in salutem (frequentius לְטוֹבָה) Deut. XXX, 9. Ps. CXIX, 122; לְטוֹב לָנוּ, לָהֶם ut bene sit nobis, iis Deut. VI, 24. X, 13. Jer. XXXII, 39.

3) n. pr. regionis transjordanicae Iud. XI, 3. 2 Sam. X, 6, probabiliter Τώβιον (Vatic. Τούβιον) 1 Macc. V, 13. Θαῦβα Ptolemaei, quam confert Simonis in Onom. p. 235, nimis a Palaestina remota, quam ut de ea cogitari possit: idemque dicendum de *Taibeh* a septentrione deserti Palmyreni (d'Anville l'Euphrate et le Tigre p. 36).

C) Adv. *bene*, καλῶς Ruth III, 13. 1 Sam. XX, 7. 2 Sam. III, 13. 1 Reg. II, 18. Eodem sensu usurpant formulam: טוֹב הַדָּבָר *bona est res* i. e. res bene se habet 1 Reg. II, 38. 42. XVIII, 24.

טוֹב אֲדֹנִיָּהוּ n. pr. viri 2 Par. XVII, 8.

טוּב *subst.* m. 1) *bonitas*. Ps. CXIX, 66: טוּב טַעַם *bonitas intellectus* s. *iudicii* i. e. iudicium bonum, rectum, gute Einsicht. Saepe de *bonitate* s. benignitate *Dei* Ps. XXV, 7. XXXI, 20. CXLV, 7. Jes. LXIII, 7. Concr. *bona* i. e. opes, divitiae Deut. VI, 11. 2 Reg. VIII, 9, res pretiosae Gen. XXIV, 10. Ps. XXII, 30. Sq. genit. *bonum*, *optimum* al. rei i. e. optima eius pars. Gen. XLV, 18: וְאֶתְּנָה לָכֶם אֶת־טוּב אֶרֶץ מִצְרַיִם. Comm. 20. Spec. a) טוּב אֶרֶץ sunt *optima terrae* cuiusdam *dona*, i. e. praestantissimi fructus, quos terra gignit. Gen. XLV, 13: *decem asini* נֹשְׂאִים מִטּוּב מִצְרַיִם. Gen. I, 19: טוּב הָאָרֶץ תֹּאכֵלוּ. Jer. II, 7: לֶאֱכֹל פִּרְיָהּ וְטוּבָהּ. V, 7. Neh. V, 36, cf. 25. Esr. IX, 12. b) טוּב יְהוָה *optima Dei munera*, quae pro benignitate sua largitur hominibus, int. munera naturae, fruges, vinum, oleum, greges. Jer. XXXI, 12: וְנָהֲרוּ אֶל טוּב יְהוָה עַל דָּגָן וְעַל־תִּירֹשׁ וְעַל יִצְהָר וְעַל בְּנֵי צֹאן וּבָקָר. 14: וְעַמִּי אֶת־טוּבִי יִשְׂבָּעוּ. Hos. III, 5. Eodem pertinet Ps. XXVII, 13: לִרְאוֹת בְּטוּב יְיָ בְּאֶרֶץ חַיִּים, et LXV, 5: נִשְׂבְּעָה בְּטוּב בֵּיתֶךָ, ubi domus Jehovae est universa natura, promtuarii instar commeatum larga manu suppeditans.

2) *pulchritudo*, *formositas* (v. adj. טוֹב A, 1, litt. a, α). Hos. X, 11: טוּב צַוָּארָהּ *pulchritudo colli eius*, collum eius pulchrum, it. *decor*, *maiestas* divina. Ex. XXXIII, 19: אֲנִי אַעֲבִיר כָּל־טוּבִי. Zach. IX, 7 (ubi copulatur cum יֳפִי).

3) טוּב לֵב *hilaritas* cordis, *laetitia* (v. טוֹב A, 2 litt. a). Deut. XXVIII, 47. Jes. LXV, 14.

4) *salus*, *felicitas* (v. adj. A, 2, b). Iob. XX, 21. XXI, 16. Prov. XI, 10: בְּטוּב צַדִּיקִים תַּעֲלֹץ קִרְיָה.

טוֹבָה A) Adj. fem. *bona*, *pulchra*, v. טוֹב litt. A.

B) neutr. subst. *bonum* i. q. טוֹב litt. B, 1. 2, opp. רָעָה. לְטוֹבָה in bonum i. e. in bonam partem Neh. V, 19: *memento mihi* hoc, *mi Deus*, לְטוֹבָה *in bonam partem* i. e. ut mihi propterea faveas et bene facias. XIII, 31, et similiter alibi in formulis mediis accuratius definiendis Ps. LXXXVI, 17. Jer. XIV, 11. XXIV, 6. Esr. VIII, 22. Spec. 1) *bonum*, quod aliis conferimus, *beneficia*. Ita in crebris formulis עָשָׂה טוֹבָה Ex. XVIII, 9. Num. XXIV, 13. Iud. VIII, 32. IX, 17. 1 Sam. XXIV, 19. 2 Par. XXIV, 16, רָעָה תַּחַת טוֹבָה שִׁלֵּם Gen. XLIV, 4. Ps. XXXV, 12. XXXVIII, 21, cf. 1 Sam. XXIV, 19, הֵשִׁיב טוֹבָה לְ 1 Sam. XXV, 21. 2 Sam. XVI, 12, בִּקֵּשׁ טוֹבָה לְ (v. בִּקֵּשׁ). Ps. LXVIII, 11: תָּכִין בְּטוֹבָתְךָ לֶעָנִי *parasti beneficio tuo populo misero*.

2) *bonum*, quod alicui contingit a) *felicitas*, *salus*, v. c. רָאָה טוֹבָה videre bonum i. e. felicitate, temporo felici frui Iob. IX, 25. XXII, 21. Eccl. V, 17. VI, 6, idem valet אָכַל בְּטוֹבָה Iob. XXI, 25. — Ps. XVI, 2: טוֹבָתִי בַּל עָלֶיךָ *bonum meum* s. felicitas, salus mea *non supra te* i. e. ut bene Geierus, nihil supra te aestimo. Boettcherus (specc. p. 44) ex signif. litt. b. (omnia) *bona mea* non supra te. b) *bona*, *opes*. Eccl. V, 10. Ps. LXV, 12: שְׁנַת טוֹבָתֶךָ annus opum tuarum s. munerum tuorum, i. e. quo mortales opibus tuis (i. e. fertilitate, frugum ubertate) cumulas, cf. טוּב Ps. CIV, 28.

3) טוֹבוֹת sq. genit. bonae alic. virtutes, das Gute an jemandem Neh. VI, 19. — Benignitatis potestas, quam huic formae passim tribuunt, in locis Ps. LXV, 12. LXVIII, 11 non inest, v. supra.

טוֹבִיָּהוּ et **טוֹבִיָּה** gr. Τωβίας, *Tobias* (v. Ilgen ad librum Tobiae cap. I, 1) n. pr. post exilium frequens 1) Neh. II, 10. IV, 1. 2) Esr. II, 60. Neh. VII, 62. 3) Zach. VI, 10. 14.

טַב chald. *bonus*, i. q. hebr. טוֹב. Dan. II, 32. Esr. V, 17: הֵן עַל־מַלְכָּא טָב *si regi bonum videtur* i. e. acceptum est. Cf. טוֹב Esth. I, 19. III, 9.

טָבְאֵל in Pausa טָבְאָל (*bonus* est *Deus*, forma syrissans pro טוֹבְאֵל, cf. טוֹבִיָּה, טַבְרִמּוֹן) n. pr. 1) hominis ignobilis, cuius filio Syri et Ephraimitae solium Hierosolymitanum destinaverant Jes. VII, 6, cf. Comment. nostr. ad h. l. 2) praefecti pers. in Samaria Esr. IV, 7. Cf. Ταβιήλ Tob. I, 1.

טַבְרִמּוֹן (pro טָב רִמּוֹן *bonus* s. benignus est *Rimmon*, deus Syrorum, v. h. v. rad. רָמַם) n. pr. patris Benhadad, regis Syriae 1 Reg. XV, 18.

טָוָה 1) i. q. arab. طَوَى *convolvit*, *contorsit*, hinc *nevit*. Exod. XXXV, 25. 26. (Rabb. טְוִיָּה, טוּי netio, מְטַוְיָאתָא aranea, a nendo dicta. Chald. et syr. טְוָא, ܛܘܐ assavit, quod fit versando carnes).

2) i. q. arab. طَوِيَ *convolutus est* sc. visceribus i. e. *famem passus est*, *jejunavit*, unde طَوًى fames, طاوٍ et طيان famelicus. Viscera enim complicata et convoluta esurientibus tribuunt Arabes. Har. Cons. 3 p. 142 Schult. طوينا الاحشا على الطوى *complicuimus viscera super inedia*. Cons. 9 p. 90 de Sacy: طويت الحشى على سغب خمسا *complicui viscera super famem quinque dies*. Cons. 5 p. 122 Schult. جوى الحشى على الطوى مشتمل *cui ardent viscera super inediam complicata*. Teblebi ap. Schult. ad Cons. 3 p. 136: *complicatio*

(الطوا) *est fames*). *quoniam viscera, quum referta sunt cibo, explicantur; sed, quum vacua sunt cibo, complicantur alia super aliis.* Adde poët. ap. Schult. ad Iob. p. 875 et defect. ling. hebr. p. 36. Simili imagine famelico tribuuntur viscera cohaerentia, Ham. Schult. p. 408: فقد نشز الشرسوف والتصق المعا *quantumvis costae emineant, et viscera cohaereant.* Cf. قوى contortus est a) famelicus fuit, تقطط Conj. V. contorsit se, تُقُط fames vehemens.

טְוָת (ad formam בְּנַת a בְּנָה) f. chald. *ieiunium*, adv. *ieiunando* i. e. cibo non sumto Dan. VI, 19. Etiam Syrus retinet ܛܘܬ, quod utpote in lingua syriaca parum usitatum Ephraemus explicat ܒܨܘܡܐ. LXX. νήστης. Theod. ἄδειπνος.

מַטְוֶה m. *netum.* Ex. XXV, 25.

טוּחַ *obduxit, oblevit*, velut parietem calce Lev. XIV, 42. 1 Par. XXIX, 4, oculos, ne videant Jes. XLIV, 18 (ubi praet. טַח pro טָח), sq. dupl. acc. Ez. XIII, 10: (populus) *exstruit murum,* וְהִנָּם טָחִים אֹתוֹ תָּפֵל *et ecce hi* (prophetae) *eum obducunt caemento* i. e. pravam securitatem populi inanibus oraculis firmant et augent, imagine petita a muro fragili, cuius lacunas aliquis calce obtegit et dissimulat, non explet et firmat. V. 11—15. XXII, 28. (Arab. طاخ inquinatus est; Conj. II contaminavit, sed pr. oblevit, obduxit rebus pinguibus et sordidis, nostr. beschmieren. Kamus p. 328: طَيَّخَهُ السمنُ مَلَأَهُ شَحْمًا وَلَحْمًا *obduxit eum obesitas id est implevit eum adipe et carne.* Orta autem videtur nostra radix ex duriore טָפַח [cf. ad *Waw* p. 393], cuius propria potestas est in *stringendo, streichen*, quod refertur ad oblinendi vim, bestreichen. Ex linguis occidentalibus cf. τέγγω, *tingo*, nostr. *tünchen* i. e. oblinere).

Niph. pass. inf. הִטּוֹחַ Lev. XIV, 43. 48.

טֻחוֹת fem. pl. *renes* ita dicti, quod adipe obducti sunt (v. ad rad.), ut חֵלֶב et לֵב cor, utrumque ab adipe. Kimchi: פירוש כליות ואמרו כי נקראו כן לפי שהן טוחות ומכוסות בחלב. Pariter atque לֵב et כְּלָיוֹת est sedes animi et intellectus. Bis legitur Ps. LI, 8: אֱמֶת חָפַצְתָּ בַטֻּחוֹת *veritate delectaris in renibus hominis.* (LXX. τὰ ἄδηλα. Hieron. abscondita. Targ. recte כולין renes). Parall. בְּסָתֻם in occulto i. e. in pectore. Iob. XXXVIII, 36: מִי שָׁת בַּטֻּחוֹת חָכְמָה אוֹ מִי נָתַן לַשֶּׂכְוִי בִינָה *quis posuit in renibus sapientiam, aut quis dedit cordi prudentiam?* (Hier. in visceribus i. e. in pectore. Targ. in renibus). Offendunt quidem haec medias inter quaestiones de rebus coelestibus Comm. 35. 37. 38, neque tamen a me impetro, ut טחות alio sensu accipiam, quam loco Psalmi, quod faciunt Alb. Schultensius, Rosenm., Umbreitius al. Illi enim טחות exponunt *iactus vagos* fulminum, tonitruum, imbrium coll. طاح huc illuc erravit et per terram vagatus est, etiam de sagitta aberrante (v. Har. Cons. 1 p. 4) et talmud. הֵטִיחַ *eiaculatus est verba*, hic quod magis placet, *nubem* coll. طَخَاءٌ nubes alta, a طخا obscura fuit nox. Ut salvus sit parallelismus loci Ps. LI, 8, vel putaverim Comma 36 transpositum esse, vel ad Iobum referendum esse, hac sententia: *quis renibus tuis indidit hanc sapientiam?* sc. qua omnia illa tam bene cognita et perspecta habes, cf. vers. 20. 21.

טִיחַ m. *tectorium*, Tünche. Ez. XIII, 12.

טוּט rad. inusit. Arab. ضَوَّطَ i. q. جمع collegit, fortasse pr. convocavit inflato cornu, nam טוט est sonitus cornu.

טִיט m. *lutum.* (Aeth. ጸፍ: lutum, arab. ضَوِيطَةٌ lutum in ima piscina collectum). a) *coenum* (Koth, Schlamm), quale est in plateis Ps. XVIII, 43. (2 Sam. XXII). Mich. VII, 10. Zach. IX, 3. X, 5, in imo mari Jes. LVII, 20, in ima cisterna vel carcere subterraneo Jer. XXXVIII, 6, in ripa Nili Iob. XLI, 21. Praebet imaginem calamitatis Ps. LXIX, 15. Pleonastice vel emphatice dicitur טִיט הַיָּוֵן Ps. XL, 3. b) *argilla*, qua utitur figulus. Jes. XLI, 25. Nah. III, 14. Inde ortum verbum denom. in Pilp.

טאטא *lutum everrit.* Semel legitur Jes. XIV, 23: וְטֵאטֵאתִיהָ בְּמַטְאֲטֵא הַשְׁמֵד *everram eam* (Babylonem) *everriculo internecionis* i. e. eam prorsus evertam, non aliter ac si verrendo sublata esset cf. 1 Reg. XIV, 14. XXI, 21. 2 Reg. XXI, 13. Apud Talmudicos exstat forma טאטי Rosch hasschana fol. 26, 2, praeterea טאיט ap. Kimchium ad Jes. IX, 1 et טיאוט everritio ap. eundem ad Jes. XXVIII, 17. Castellus (Lex. heptagl. col. 1457) laudat etiam arab. „طأطأ everrit R. Da.", quod ignorant tamen reliqui Lexicographi, neque apud Kimchium reperi ll. cc. Nostrum טאטא vel dictum est transpositis litteris pro טאיט, vel addito א, ut ה in שִׁשָּׁה sextam partem dedit a שֵׁשׁ (minus apta, saltem incerta, exempla a Hitzigio laudata רָצוֹא Ez. I, 14 a רוּץ, שִׁשֵּׁא XXXIX, 2 a ساس rexit). Aliud etymon proposui in Comment. ad Jes. l. c., טאטא derivans a rad. טוא, cuius derivatum طَاءٌ a Dschauhario explicatur بطين lutum (Scheid. spec. p. 148): sed hoc tamen incertius. — Ab illo verbo est nomen

מַטְאֲטֵא m. *everriculum* Jes. l. c. Kimchius et Jarchius annotant, Hebraeorum magistros ignorasse, quid sit טאטא ap. Jes. l. c., donec audivissent mulierem dicentem: שקולי טאטיתא וטאטא ביתא *sume everriculum et everre domum.* Erat igitur vocabulum rarius idque plebejum.

טוּל in Kal inusit. Arab. طال med. Waw longus, procerus fuit. II. produxit, in longum extendit. IV. id. طول longitudo, أطول longior, procerior, longissimus (vir).

Hiph. הֵטִיל *prostravit, proiecit* (der Länge nach hinwerfen, pr. longum fecit; nam iacentes longiores esse videmur, quam stantes), in terram Ex. XXXII, 4, *proiecit* hastam 1 Sam. XVIII, 11. XX, 23, *eiecit* e terra (מֵעַל הָאָרֶץ Jer. XVI, 13) in aliam (עַל הָאָרֶץ Jer. XXII, 26), e navi in mare (אֶל הַיָּם) Jon. I, 5. 12. 16, *immisit* ventum Jon. I, 4: יְהוָה הֵטִיל רוּחַ גְּדוֹלָה אֶל־הַיָּם.

Hoph. הוּטַל 1) *prostratus est.* Ps. XXXVII, 24: כִּי יִפֹּל לֹא יוּטָל *ubi cadit, non prosternitur* i. e. non totus quantus est prosternitur, non prostratus iacebit, sed facile surget. Iob. XLI, 1: הֲגַם אֶל מַרְאָיו יוּטָל *nonne vel ad conspectum eius prosternitur?* 2) *eiectus est* e terra Jer. XXII, 28; *proiecta est* sors Prov. XVI, 33.

Pilp. טִלְטֵל i. q. Hiph. *prostravit, proiecit.* Jes. XXII, 17: יְהוָה מְטַלְטֶלְךָ טַלְטֵלָה גָּבֶר *Jehova proiiciet te proiectione viri* i. e. virili, forti, non quasi גֶּבֶר vere genitivus sit ex טַלְטֵלָה pendens, est enim pr. appositio ad יְ׳ מְטַלְטֶלְךָ: Jehova proiiciet te proiectione tanquam vir i. e. more viri, more virili. Aliis, ut Boettchero (in Wineri Zeitschrift II, 75 sqq.), Hitzigio, גֶּבֶר est vocativus: o vir! o mortalis! v. גֶּבֶר no. 1, litt. d. (Chald. טַלְטֵל proiecit, eiecit max. in exilium, pass. eiectus est in exilium v. Buxt. p. 862. Zab. טרטל pro טלטל, Norberg. Lexid. p. 85. Sam. pro הֵסִיג, סָלַף, הִנִּיעַ Deut. XVI, 19. XIX, 14. Num. XXXII, 13).

טַלְטֵלָה *proiectio* Jes. XXII, 17, v. rad. Pilp.

טוּף rad. inusit. Arab. طاف circumivit, obivit circum rem, unde طايف circuitor, vigil nocturnus. Inde

טוֹטָפוֹת pl. f. (pro טְפַטְפוֹת, sicut בַּלְבֵּל pro בַּלְבֵּל, כּוֹכָב pro כַּבְכָּב, גֻּלְגֹּלֶת, syr. ܓܓܘܠܬܐ Lgb. 869) *ligamenta, fasciae*, spec. ligamenta precatoria Judaeorum, serius תְּפִלִּין (v. Buxt. Lex. chald. p. 1734), gr. φυλακτήρια Matth. XXIII, 5 i. e. schedae membranaceae, quibus inscriptae erant variae legis Mosaicae sententiae (Ex. XIII, 1—10. 11—16. Deut. VI, 4—9. XI, 13—21), quasque Judaei fronti (בֵּין עֵינַיִם) carpoque sinistro alligatas inter precandum gestare solebant Exod. XIII, 16. Deut. VI, 8. XI, 8. (Chald. טוֹטֶפְתָּא, טוֹטְפָא armilla 2 Sam. I, 10, frontale Esth. VIII, 15. Ez. XXIV, 17. 23). Etymon supra propositum iam dedit Fullerus in miscell. s. 5, 7; male alii repetunt a طف, cui ligandi significatum perperam tribuunt, vel ex Aegypto etymon arcessunt a ⲦⲞⲦ manus, et ⲫⲰⲦⲌ sculpere, affabre effingere v. Jablonskii Opuscc. I, 347. Veterum interpretationes collegit Mich. in suppl. p. 1009—1011. De re ipsa v. M. Beck de Judaeorum ligamentis precatoriis Jenae 1764. 4. Spencer de legg. ritualibus 4, 4. Carpzov. apparat. p. 190 sqq. intpp. ad Matth. l. c.

טוּר rad. inusit. *circumire*, *circumdare* i. q. דּוּר no. 1, ubi vide. Arab. طَوْر pl. أطوار vices i. q. تارة, طار med. Je volavit, fort. gyravit avis.

טוּר m. 1) *paries* circumductus, *septum* Ez. XLVI, 23. (Arab. طور limes, طوار septum). — 2) *series, ordo*, velut gemmarum Exod. XXVIII, 17 sqq. XXX, 10 sqq., lapidum caesorum 1 Reg. VII, 12, trabium 1 Reg. VI, 36. VII, 4. 12, malorum punicorum VII, 42 cet. Struitur sq. genit. v. c. שְׁלֹשָׁה טוּרֵי גָזִית 1 Reg. VI, 36, אַרְבָּעָה טוּרֵי עַמּוּדֵי אֲרָזִים VII, 2, et accusativo (v. Lgb. §. 172, 2), veluti שְׁנֵי טוּרִים רִמֹּנִים ibid. VII, 42. 2 Par. IV, 3. 13.

טִירָה f. 1) i. q. טוּר no. 1. Ezech. XLVI, 23. 2) *locus septus* muro s. pariete, inde a) *arx* Cant. VIII, 9, b) *septum*, *pagus Nomadum* Gen. XXV, 16. Num. XXXI, 10. 1 Par. VI, 39 (54). Ez. XXV, 4, poët. de habitatione Ps. LXIX, 26. (Syr. ܛܝܪܐ septum, caule, ovile).

יְטוּר (formae יָקוּם, prob. i. q. טוּר, טִירָה septum, pagus Nomadum) n. pr. *Jetûr*, Ismaëlis filius Gen. XXV, 15. 1 Par. I, 31, eiusque posteri, *Ituraei* trans Jordanem ad radices Hermonis habitantes 1 Par. V, 19, ubi postea ἡ Ἰτουραία (Luc. III, 1), arab. جيدور dicta, v. Abulf. Syr. p. 97. Burckhardti itin. Syr. p. 447, ibique mappam geogr. alteram. Quanquam fines Ituraeae proprii ita definiendi sunt, ut a septentrione habeat partem agri Damasceni, ab oriente Trachonitidem (el Ledscha) et Auranitiden (v. חַוְרָן), ab austro Gaulanitin et Batanaeam, ab occidente Hermonem montem, tamen hoc nomine passim minus accurate usi sunt, ita ut Ituraea modo Trachonitidem complectatur vel aliud eius nomen videatur (Euseb. v. Ἰτουραία, d'Anvillii geogr. ancienne abrégé II, 188), modo pro Gaulonitide et Auranitide dici (cf. Luc. III, 1 et Jos. Antiqu. 17, 13. Jacut. in praef. ad Koehleri Syriam), modo omnes illius regionis montanae populos comprehendere videatur (v. Strabonem XVI, 2 §. 10. 18. Plin. 5, 25 cf. Mannert. Geogr. VI, 1 p. 313), latrociniis quae exercebant infames (κακούργους πάντας Strabo l. c. §. 20), arcus et sagittarum usu peritos (Cic. Philipp. 2, 8. 44. Virg. Ge. II, 448. Lucan. Pharsal. 7, 230. 514. Vibius Sequester p. 144 ad. Hessel.). Plura dedit Fr. Muenterus in progr. de rebus Ituraeorum ad Luc. III, 1. Hafniae 1824, 4., in quo praeter alia docte disputata multae inscriptiones in illis regionibus repertae exhibentur et explicantur.

טוּר chald. m. *mons*, *rupes* i. q. hebr. צוּר. Dan. II, 35. 45. Syr. ܛܘܪܐ, sam. sab. id. Etiam arab. طور

est mons, spec. Sinai Cor. 19, 53. 95, 2, sed hoc ex lingua aramaea petitum.

טוּשׂ *cum impetu volavit, praedam petiit* aquila, pr. tutudit, cf. nostr. *stossen*, vox propria de avibus rapacibus, unde *Stösser, Stossvogel*, angl. *to toss*. Iob. IX, 26: כְּנֶשֶׁר יָטוּשׂ עֲלֵי אֹכֶל. (Congruit syr. ܛܳܣ de volatu aquilae, accipitris, pro hebr. דָּאָה Jer. XLVIII, 40. XLIX, 22. Ps. Deut. XXXII, 11. Iob. XXXIX, 13, ܛܰܘܣܳܐ volatus sublimis, vehemens, it. chald. טוּס de quovis volatu Gen. I, 21 Jon. Ps. LV, 7. XC, 10. Iob. XX, 8. Iob. XXXIX, 18 (21). Jes. XXX, 5, עֵיט מְיַסָּא pro Gen. XV, 11 Targ. Hieros. Zab. part. ܛܳܐܣܳܐ, ܡܛܰܘܣܳܐ volitans, ܛܰܘܣܳܐ volatus, Norb. p. 80. Arabes quoque vestigium eius servarunt in phrasi: ما ادرى اين طوس به اين ذهب به nescio quorsum avolarit cum eo i. e. quorsum avexerit eum (Kamûs p. 773). Qui recte haec observat Alb. Schult. ad Iob. l. c. minus bene originem quaerit in طاش agilis, levis fuit.

טָחַח in Kal inusit. Arab. طحا expandit Cor. 91, 6, complanavit, extendit se, pronum stravit hominem, med. Kesr. expansus fuit, procubuit. طاحٍ se extendens et expandens. Cognatum est دحا et دحى expandit. V. et VIII. expansus est, it. طحّ expandit.

Pil. part. מְטַחֲוֵי קֶשֶׁת (cf. שָׁחָה Hithpal. הִשְׁתַּחֲוָה, tertia radicali geminata, Lgb. p. 252. 434) *tendentes arcum* i. e. sagittarii. Gen. XXI, 16: הַרְחֵק כִּמְטַחֲוֵי קֶשֶׁת *longe discedendo sicut tendentes arcum* i. e. intra arcus iactum. LXX. μακρόθεν ὡσεὶ τόξου βολήν. Alb. Schult. ad Iob. p. 1101 originem quaerit in trudendo et impellendo sc. sagittam, cf. طحّ IV. proiecit, دحا impulit, proiecit, v. c. de imbre, de equo glaream proiiciente. Est haec propria et genuina potestas radicis arabicae دحا, دحى (nam expandendi vis petita a طحا): quum vero Gen. l. c. מטחוי scribatur, non מדחוי, et sequatur *arcus*, non sagittae (quanquam non nescio, neglecta locutionis origine dici דָּרַךְ חִצִּים, pro דָּרַךְ קֶשֶׁת), malo in extendendi origine acquiescere.

טָחַח, unde repetunt טַח Jes. XLIV, 18, v. טוּחַ.

טָחַן *contrivit, comminuit*, sq. acc. Ex. XXXII, 20. Deut. IX, 21, spec. frumentum molâ, *moluit*. Iud. XVI, 21 de Simsone in pistrinum dato: וַיְהִי טוֹחֵן בְּבֵית הָאֲסִירִים. Num. XI, 8: טָחֲנוּ בָרֵחַיִם. Jes. XLVII, 8 de Chaldaea sub imagine mulieris: קְחִי רֵחַיִם וְטַחֲנִי קָמַח. — Generalis comminuendi significatus obtinet in hac formula טָחַן פְּנֵי עָנִי contrivit personam (non faciem) pauperis, metaph. pro oppressit, divexavit eum Jes. III, 15 (cf. דִּכָּא); molendi vis adhibenda loco Iob. XXXI, 10: תִּטְחַן לְאַחֵר אִשְׁתִּי *molat alteri uxor mea* i. e. sit eius molitrix i. e. abiectissima serva (Exod. XI, 5. Jes. XLVII, 2) eademque *pellex*, quem sensum flagitat alterum membrum: וְעָלֶיהָ יִכְרְעוּן אֲחֵרִין et Comm. 9, nam δι' ὧν τις ἁμαρτάνει, διὰ τούτων κολάζεται (Sap. XI, 17). LXX. ἀρέσαι ἄρα καὶ ἡ γυνή μου ἑτέρῳ, per euphemismum, nisi legendum ἀλέσαι molat, ut ὁ Ἑβραῖος (Drusii quaest. in l. c.). Vulg. *scortum alterius sit uxor mea*. Chald. תְּשַׁמֵּשׁ עִם חוֹרָן אִנְתְּתִי *concumbat cum alio uxor mea*, pr. serviat, ministret ei. Hebraei autem interpretes *molendi* verbum de ipso concubitu dici existimant, et: *molat alteri* sensu obscoeno accipiunt pro: permolatur a viro alieno, quam verbi vim adhibent etiam locis Iud. XVI, 21 et Thren. V, 13 (ubi etiam Hieron. adolescentibus impudice abusi sunt). Conferre possis usum obscoenum verbi μύλλειν Theocr. 4, 58 ibique Schol., *molere, permolere* feminam Plaut. Trucul. 2. 2. Mil. glor. 2. 2. Hor. 1, 2, 35 (alienas permolere uxores). Petron. sat. 23 ibique intpp. Auson. epigr. 71, 123, sed molendi verbum ubique soli viro tribuitur. (Arab. طحن moluit, aram. טְחַן, ܛܚܶܢ id. Aeth. ጥሔን፡ farina, a molendo dicta).

טְחוֹן m. *mola* manuaria. Thren. V, 13: בַּחוּרִים טְחוֹן נָשָׂאוּ *iuvenes molam portant*, cui labori durissimo paene succumbunt, sequitur: וּנְעָרִים בָּעֵץ כָּשָׁלוּ *et pueri cum ligno* (quod portant) *vacillant*. Al. *iuvenes ad molendum capiunt* s. abripiunt, in quam sententiam, cui adversatur etiam parallelismus, nescio an scribendum fuisset לִטְחוֹן.

טַחֲנָה f. id. Eccl. XII, 4.

טֹחֲנוֹת pl. f. *molitrices* i. e. dentes molares. Arab. طاحنة dens molaris. Eccl. XII, 3.

טָחַר rad. inusit. Syr. ܛܚܰܪ *anhelavit* sub onere, item *in exonerando ventre*, radix sonum imitans, ut nostr. *trenchen*, ܛܘܼܚܪܳܐ gemitus ex pondere, item anhelitus sonorus ventrem exonerantis, cf. ܡܛܰܚܪܳܐ magno conatu alvum exonerans. Arab. طحر anhelavit, ex alto spiritum duxit, et زحر cum gemitu anhelavit, de muliere parturiente, unde زحرت به امه peperit eum mater (pr. anhelavit eum pariens) et تزحرت عنه امه eod. sensu; de eo, qui magno nisu alvum exonerat, tenesmo laborat, inde زُحِرَ tenesmo laboravit cum diarrhoea et dysenteria, زُحار, زحير dysenteria. Aeth. ጥሕረ፡ rugivit. Inde

טחורים m. pl. *tumores ani*, mariscae haemorrhoidales tenesmo in alvo deiiciendo protrusae 1 Sam. VI, 11. 17, et praeterea Deut. XXVIII, 27. 1 Sam. V, 6. 9. 12. VI, 4. 5 in Keri pro Chethibh עֳפָלִים, sive hoc vocabulum honestius videbatur, sive, quod praefero, usitatius erat et facilius intellectu. 1 Sam. V, 6: וַיַּךְ אֹתָם בַּטְּחֹרִים *et percussit eos tumoribus ani*. 9: וַיִּשָּׂתְרוּ לָהֶם טְחֹרִים *et promicuerunt iis tumores*. 1 Sam. VI, 17: וְאֵלֶּה טְחֹרֵי הַזָּהָב וגו׳ *et haec sunt mariscae aureae, quas obtulerunt Philistaei Jovae*, cf. 4. 5. Ex interpretibus antiquis alii morbi genus intelligunt, alii membrum ipsum aegrotum. Ita Aqu. τὸ τῆς φαγεδαίνης ἕλκος, Symm. περίλυσις τῆς ἕδρας i. e. diarrhoea. Jos. (Arch. 6, 1 §. 1) δυσεντερία. Saad. in Deut. et Abulw. بواسير mariscae haemorrhoidales. Arabs 1 Sam. V, 9 (quanquam Syriaca ܫܘܚܢܐ reddens) زحير diarrhoea, dysenteria; sed LXX αἱ ἕδραι, Symm. τὰ κρυπτά, Vulg. *secretior pars natium, ani aurei*, Syr. 1 Sam. V, 6: ܡܚܐ ܐܢܘܢ ܒܫܘܚܢܐ, quod Arabs reddit: ضَرَبَهُم ضَرْبَةً فِي مَقَاعِدِهِم percussit eos plaga in sedibus i. e. in natibus ipsorum, consentiente Bar Bahlulo (v. Anecdott. orient. fasc. 2. v. ܫܘܚܢܐ). Eadem est Bocharti sententia in Hieroz. I, p. 382 Lips., cui טַחַר est podex, a verbo טחר teste Arûch i. q. עצם claudere, constringere, σφίγγειν, unde טְחוֹר σφιγκτήρ podex. Manifesto tamen repugnat Deut. l. c., qui morbi nomen flagitat. V. Fullerus in Miscell. sacris 5, 3. Kanne die goldenen Aerse der Philister. Norimb. 1820. Cf. infra s. v. עֳפָלִים.

טִין chald. m. *argilla*. Dan. II, 41. 43: חֲסַף טִינָא *testa argillacea*. (Syr. et arab. طِين, ܛܝܢܐ lutum, argilla, unde verbum طان med. Je luto illevit, ex luto formavit. Vicina sunt סָאַן, סִין, q. v.).

טָלָא *sarsit, assuit*. (Chald. טְלָא id.) v. Pu. Part. pass. טָלוּא *maculosus*, maculas habens maiores panno assuto similes (cf. germ. *Fleck* quod et maculam notat et panni frustum assutum i. q. Flicke, unde *flicken*). De pecore Gen. XXX, 32 sqq. De בָּמוֹת טְלֻאוֹת *sacellis consutis* v. p. 188 B.

Part. pu. נְעָלוֹת מְטֻלָּאוֹת *calcei sarti* Jos. IX, 5.

טְלָאִים v. טָלֶה rad. טָלָה.

טָלָה rad. inusit. i. q. ܛܠܐ *recens fuit*, cf. gr. θάλλω. Ortum videtur r emollito e rad. טָרָה q. v.

טָלֶה m. *agnus tenellus*. 1 Sam. VII, 9. Jes. LXV, 25. (Arab. طَلًا foetus cuiuscunque generis, impr. pullus dorcadis recens natus. Lebid. 7, Zoheir 3, 5. طَلُوٌ Har. cons. XI., aeth. ጠሊ: hoedus, ጣሊት: capella, syr. ܛܠܝܐ puer, ܛܠܝܬܐ puella, ܛܠܝܘܬܐ infantia, iuventus. Sam. ࠈࠋࠉ puer. Notum illud servatoris ταλιθὰ κοῦμι Marc. V, 41.

טְלִי id. tantum in plur. טְלָאִים pro טְלָיִים (cf. Lgb. 575) *agnelli*, Jes. XL, 11. Idem est n. pr. loci in tribu Judae 1 Sam. XV, 4, pr. (locus) agnorum, pro pleniore בֵּית טְלָאִים. Vide טֶלֶם.

I. טָלַל arab. طَلَّ, aethiop. ጠለለ: *leviter humectavit terram ros, pluvia*, ጥሉል: madidus. Inde טַל ros.

II. טָלַל i. q. צָלַל no. III, arab. ظَلَّ II. *obumbravit*, inde *texit, obtexit*. ظِلّ umbra, ظُلَّة protectio, praesidium. Chald. טְלַל et אַטֵּל obtexit, syr. ܛܠܠ id. ܛܠܠܐ, ܡܛܠܬܐ tectum, tugurium, umbraculum.

Pi. טִלֵּל texit impr. trabibus, *contignavit* (alibi קֵרָה) Neh. III, 15, cf. Gen. XIX, 8: צֵל קוֹרָתִי.

Pilp. טִלְטֵל est a טוּל, q. v.

טְלַל chald. i. q. hebr. no. II.

Aph. אַטְלֵל *umbram captavit* Dan. IV, 9. (Arab. ظَلَّ umbrosus fuit. IV. id. et umbram captavit).

טַל in pausa טָל c. suff. טַלִּי m. *ros*. (Arab. طَلّ ros, pluvia tenuis. Aeth. ጠል: syr. ܛܠܐ id.) Gen. XXVII, 28. 39. Exod. XVI, 13. 14. Num. XI, 9. Iud. VI, 37 sqq. Iob. XXIX, 19. Cant. IV, 2. Zach. VIII, 12 cet. Copulantur טַל וּמָטָר 1 Reg. XVII, 1. 2 Sam. I, 21. אֶגְלֵי טַל receptacula roris Iob. XXXVIII, 28 v. אֵגֶל. אוֹרֹת טַל Jos. XXVI, 19 v. אורות p. 56. *Ros herbas irrigans* imaginem praebet rei recreantis, salutiferae Deut. XXXII, 2: תִּזַּל כַּטַּל אִמְרָתִי. Prov. XIX, 12: כְּטַל עַל עֵשֶׂב רְצוֹנוֹ *sicut ros super herbam est gratia eius* (regis). Hos. XIV, 6: אֶהְיֶה כַטַּל לְיִשְׂרָאֵל. Ps. CXXXIII, 3, alibi *guttae roris* de magna multitudine dicuntur, 2 Sam. XVII, 12. Ps. CX, 3: מֵרֶחֶם מִשְׁחָר לְךָ טַל יַלְדֻתֶיךָ *ex utero aurorae tibi* procedit *ros iuventutis tuae* i. e. iuventus numerosa et vegeta instar guttarum roris matutini ad bella tua gerenda progreditur. Sic etiam Mich. V, 6 dicitur: *erit residuum Jacobi inter populos* כְּטַל מֵאֵת יְיָ כִּרְבִיבִים עֲלֵי עֵשֶׂב *sicut ros a Jehova, et sicut guttae imbris super herba*, i. e. numerosum erit instar roris et guttarum imbris, ubi alii minus bene: erunt instar plantarum a rore irrigatarum. *Ros matutinus* de re cito evanescente Hos. VI, 4. XIII, 3.

טַל m. chald. id. Dan. IV, 12. 20. 22. 30. V, 21. In Targg. saepius.

טָלַם rad. inusit. Aram. טְלַם, ﻇﻠﻢ, arab. ظلم, aethiop. ጠለመ: oppressit, vim intulit. Inde

טֶלֶם (oppressio) n. pr. oppidi in tribu Judae Jos. XV, 24, ex Kimchii aliorumque sententia idem quod 1 Sam. XV, 4 טְלָאִים (agnelli) appellatur.

טַלְמוֹן (oppressus) n. pr. viri Esr. II, 42. Neh. VII, 45. XI, 19. XII, 25.

טָמֵא fut. יִטְמָא inf. טָמְאָה Lev. XV, 32. XVIII, 20. 23. XIX, 31. XXII, 8. Ez. XXII, 3. XLIV, 25 1) *immundus fuit*. Opp. טָהֵר. (Syr. ܛܰܡܺܐ, quod analogiam verborum gutturalium sequitur, polluit, ܛܰܡܺܝ, non ܛܡܳܐ, pollutus fuit. Chald. id. sed raro. Originem monstrat chald. et aethiop. טְמַע ጠመቀ: immersit, intinxit, unde nostra rad. orta, ע emollito in א cf. ad טָבַע. Est igitur טָמֵא pr. quod immersum est in lutum, inde pollutum et contaminatum. Plura vide ad rad. טָמַן. Maxime de immunditie levitica et hominum et bestiarum (a quarum carnibus abstinendum erat Levit. XI, 1—31), et rerum, ut aedificiorum, vasorum Lev. XI, 24—30. XII, 2. 5. XIII, 14. 46. XIV, 36. 46. XV, 4—26. XIX, 14 sqq. XXII, 4. 6 cet. 2) *polluit, contaminavit se*, sq. בְּ aliqua re Ps. CVI, 39. Ez. XXII, 4. Adde exempla supra ad infinitivum laudata.

Ni. נִטְמָא nonnisi in praet. et part. (pro fut. utuntur Hithpa. יִטַּמָּא) *polluit se*, ut mulier adulterio Num. V, 13. 14. 20. 27. 28, populus scortatione s. idololatria Jer. II, 23. Hos. V, 3. VI, 10. Res, qua quis polluitur, ut idola, ponitur praevio בְּ Lev. XI, 43. XVIII, 24. Ez. XX, 7. XXIII, 30, לְ ib. XX, 31. In praet. omisso א semel scribitur נִטְמֵתֶם Lev. XI, 43, part. pl. נִטְמְאִים (a sing. נִטְמָא) Ez. XX, 30. 31.

Pi. טִמֵּא 1) *polluit, contaminavit* aliquid i. e. a) *profanavit* v. c. nomen Dei Ezech. XLIII, 7. 8, sacrarium Levit. XV, 31. XIX, 13. 20. XX, 3. Jerem. VII, 30. XXXII, 34. Ez. V, 11. XXIII, 38. Ps. LXXIX, 1, terram sceleribus et idololatria Num. XXXV, 34. Deut. XXI, 23. Jer. II, 7. Ez. XXXVI, 18, crines Nasiraei Num. VI, 9, se ipsum (נַפְשׁוֹ) Lev. XXI, 44. Singulare est, quod instrumenta idololatriae, ut excelsa (בָּמוֹת), altaria, idola *pollui* dicuntur, ubi removentur, diruuntur a Jehovae sectatoribus 2 Reg. XXIII, 8. 10. 13. 16. Jes. XXX, 22. Causam intelligis ex 2 Reg. XXIII, 6. 14. 16. 20; solebant enim, ut ipsae reliquiae et ruinae idolorum destructorum idololatris ipsis in posterum abominationi essent, res immundas, velut ossa mortuorum, iis admovere. — b) *vitiavit, stupravit* feminam, virginem Gen. XXXIV, 5. 13. 27. Ez. XVIII, 6. 11. 15. XXII, 11. XXXIII, 26. — 2) *immundum declaravit* aliquem sacerdos Lev. XIII, 3. 8. 11 sqq. — 3) *se contaminari passus est* Ez. XX, 26.

Pu. part. *pollutus* Ez. IV, 14.

Hithpa. nonnisi fut. יִטַּמָּא (in praet. utuntur conjugatione Niphal) *polluit se* Lev. XXIII, 4. Hos. IX, 4, sq. בְּ rei, qua quis polluitur Lev. XI, 43. XVIII, 24. 30. Ez. XX, 7. 18. XXXVII, 23, item sq. לְ v. c. לְנֶפֶשׁ tactu cadaveris Lev. XXI, 3, לְאָבִיו וּלְאִמּוֹ tactu parentum mortuorum ibid. comm. 11. cf. Ez. XLIV, 25.

Hothpa. הֻטַּמָּאָה id. Deut. XXIV, 4.

טָמֵא f. טְמֵאָה cstr. טְמֵאַת adj. *impurus, immundus* opp. טָהוֹר (Lev. X, 10. XI, 47. Deut. XII, 15. 22. XV, 22. Ez. XXII, 26), a) sensu levitico, de hominibus Lev. XIII, 11. 15. 36. 44—46. 51. 55. XV, 2. Num. XIX, 13. 15. 20, spec. טְמֵא נֶפֶשׁ Hagg. II, 13 et טָמֵא לַנֶּפֶשׁ Num. V, 2. IX, 6. 7. 10, impurus s. pollutus cadavere, טְמֵאַת הַנִּדָּה immunda menstruis Ez. XXII, 10; de bestiis (a quarum esu abstinendum erat) Lev. V, 2. VII, 21. XI, 4. 5. 7. 38. Deut. XIV, 8. 10. 19, cibis Iud. XIII, 4. Ez. IV, 13. Hos. IX, 3, domibus (lepra correptis) Lev. XIV, 44 aliisque locis Lev. XIV, 40. 41. 45. — Thren. IV, 15: סוּרוּ טָמֵא קָרְאוּ לָמוֹ *recedite! impurus* hic est, *acclamarunt illis*; cf. Lev. XIII, 45. — b) sensu ethico: Iob. XIV, 4. טְמֵא שְׂפָתַיִם impuris labiis i. e. qui labiis peccavit, sermonibus blasphemis, mendacibus cet. labia contaminavit Jes. VI, 5. טְמֵאַת הַשֵּׁם quae male audit, infamis Ez. XXII, 5. Inde de gentilibus (cf. רָשָׁע, ἄνομος) Jes. XXXV, 8. LII, 11. אֲדָמָה טְמֵאָה terra impura i. e. gentilis opp. sanctae Am. VII, 17.

טָמְאָה f. Mich. II, 10 (qua forma saepius pro infinitivo utuntur) et

טֻמְאָה f. *impuritas, immunditiea, pollutio* a) sensu levitico. Lev. V, 3. VII, 20. 21. XIV, 19. XV, 25. 30. XVIII, 19. XXII, 3. Num. XIX, 13. 2 Sam. XI, 4, טֻמְאַת הַנִּדָּה impuritas menstruorum Lev. XV, 26. Ez. XXXVI, 17, it. *res immunda* Iud. XIII, 7. 14. 2 Par. XXIX, 16. b) sensu ethico, de impuritate, quae sceleribus contrahitur, maxime adulterio, scortatione, idololatria Lev. XVI, 16. 19. Thren. I, 9. Ez. XXII, 15. XXIV, 13. XXXIX, 24. טֻמְאַת אֵשֶׁת תַּחַת אִישָׁהּ pollutio mulieris, quae adulterio a viro deficit Num. V, 19. רוּחַ הַטֻּמְאָה spiritus impurus, agitans prophetas mendaces Zach. XIII, 2. Inde de impuritate gentilium Esr. VI, 21. IX, 11. Plur. cstr. טֻמְאֹת Lev. XVI, 16. 19. Ez. XXXVI, 25. 29.

טָמָה vulgo idem censetur quod טָמֵא. Semel legitur in

Niph. Iob. XVIII, 3: *quare reputamur instar bestiarum* נִטְמִינוּ בְּעֵינֵיכֶם *immundi facti* (reputati) *sumus in oculis vestris* i. e. tuis, Jobe, tuique similium. Immunditiea dicta esse possit pro impietate (cf. XIV, 4), idque referri ad XVII, 10. 11. Vulg. *sorduimus*. Targ. טְמַעְנָא immersi i. e. polluti sumus (v. ad טָמֵא). Sed aliam rationem ingrediuntur Kimchius cum aliis Rabbinis (v. Mercerum ad l. c.), probante Schultensio, Umbreitio al., quibus טָמָה est i. q. טָמַם, נָטַם, טמם i. e. obturavit, syr. arab. ܛܡܰܡ, طمّ obturavit puteum (v. ad אָטַם),

hac sententia: *obturati* (sc. corde i. e. stolidi) *sumus in oculis vestris.* Favet parallelismus, quandoquidem בְּהֵמָה bruta facilius quam bestias impuras cogitare iubet, nec non series orationis (cf. comm. 2), et simile etymon spectarunt iam LXX reddentes σεσιωπήκαμεν. In hanc sententiam et ego inclino, quanquam non probo Kimchium, qui etiam נִטְמֵתֶם Levit. XI, 43 ad obturandi potestatem refert.

טָמַן fut. יִטְמֹן *abscondit, occultavit* (de origine v. infra) Jos. II, 6. Iob. XXXI, 33, spec. sub terra, *defodit* Gen. XXXV, 4. Ex. II, 12. Jos. VII, 21. 22. Jer. XIII, 3. 6. 7. XLIII, 9. 10. נֵפֶל טָמוּן abortus defossus Iob. III, 16. Spec. a) saepe dicitur: טָמַן רֶשֶׁת occultavit rete, i. e. rete tetendit, quia rete tensum humo aliisve rebus occultari solet, ne animadvertant bestiae capiendae Ps. IX, 16. XXXV, 8, sq. לְ XXXI, 5. XXXV, 7, ubique metaph. pro insidias struxit alicui. Idem est טָמַן פַּח לְ Ps. CXL, 6. CXLII, 4. Jer. XVIII, 22, cf. Ps. LXIV, 6. Iob. XVIII, 10. b) sq. לְ recondidit i. e. *reservavit* alicui i. q. צָפַן לְ. Iob. XX, 26: כָּל־חֹשֶׁךְ טָמוּן לִצְפוּנָיו *omnis generis calamitates reconditae* (reservatae) *sunt thesauris eius.* (Al. omnes calamitates reconditae sunt in thesauros suos, quod Rosenm. explicat: ei repositae sunt in thesauris, minus bene Umbreitius: omnium calamitatum causa in thesauris posita est). Observa lusum verborum in vocc. cognatis טָמוּן et צָפוּן. Similis est Deut. XXXIII, 19: שְׂפֻנֵי טְמוּנֵי חוֹל *occultissimi thesaurorum arenae* (int. vitrum). c) Facete dictum Prov. XIX, 24: טָמַן עָצֵל יָדוֹ בַּצַּלָּחַת *piger manum suam abscondit in paropsidem.* Egregie pingitur manus hominis pigri tarde alteque in paropsidem se immergens.

Part. טָמוּן *absconditum* i. e. tenebrae Iob. XL, 13.

Hiph. i. q. Kal 2 Reg. VII, 8.

Primaria huius radicis potestas est in *immergendo*, quae vis inest in plurimis radicibus a syllaba טם (טב) ordientibus, quae partim ipsam immergendi, intingendi potestatem retinuerunt, partim ad *abscondendi* et *polluendi, contaminandi* vim translatae sunt. Primariam vim habes in chald. טְמַשׁ immersit, intinxit, טְמַשׁ id. syr. ܛܡܫ tinxit, intinxit. Ethp. submersus est, aeth. ጠመቀ: baptizatus, pr. mersus est: *abscondendi* potestatem in טְמַן chald. טְמַן; aram. טְמַר, ܛܡܪ, ࠈࠌࠓ, arab. طمر abscondit, pec. sub terra; טְמַע immersit et abscondit; ࠈࠌࠉࠓ latens, absconditus, chald. טמיון thesaurus absconditus; denique *polluendi* vis in hebr. טָמֵא, fort. טָמָה; syr. ܛܡܫ foedavit, polluit; طمث vitiavit puellam, pr. polluit, طَمْث immunditia, sordes, menstrua mulieris. In linguis indo-germanicis congruunt con*tamino*, in*tamino*, at*tamino*, in quibus rad. *taman*, quae Hebraeis est *abscondit*, *polluendi* potestate venit, ut hebr. טָמֵא. Ad טָמַן praeterea cf. paene synonymum צָפַן. Arab. ضمن, quod ignorant Lexica, huic linguae vindicavit Fraehn de Museo Spreviz. p. 75 ex Abulf. Ann. II, 226 et Chronico inedito.

מַטְמוֹן pl. מַטְמֹנִים, st. cstr. מַטְמֻנֵי Jes. XLV, 3 m. 1) locus, ubi aliquid absconditum, defossum est, impr. *promtuarium subterraneum* in agro, in quo frumentum recondebant Jerem. XLI, 8. Plin. 18, 30 Hirt. de bell. afr. 65. Varro de re rust. 2, 57. Eiusdem generis granaria subterranea, gr. σιροί dicta, in Africa, Cappadocia usitata erant et hodieque usitata sunt apud scenitas in Africa et Melite insula, arab. مطمورة dicta cf. Boch. Hieroz. III, 487 Lips. Shaw itin. p. 139. Hoest. descr. Fes et Marokos 126. lib. nostr. Versuch über die maltesische Sprache p. 61.

2) *thesaurus subterraneus* Prov. II, 4. Iob. III, 21. Jes. XLV, 3, et universe *thesaurus* Gen. XLIII, 23. (Per contractionem inde ortum chald. מָמוֹן, מָמוֹן, syr. ܡܡܘܢܐ, sam. ࠌࠌࠅࠍ divitiae, in N. T. μαμωνᾶς, μαμμωνᾶς Mt. VI, 24. Luc. VI, 13. XVI, 9, quod male derivare solent ab אמן q. d. creditum Dei, vel, cui fidit homo, et peius etiam laudant sam. ࠌࠌࠅࠍ manens, sibi constans, quod ortum ex מְהֵימָן. Haeserunt fortasse in littera ט raro excidente: sed quidni hoc factum statuamus, maxime in sequiore linguae aetate, cum ת in Hithpa. saepe excidat, ד etiam ab initio abiiciatur cf. דְּבָבָא et בְּבָא inimicitia, דְּבֵלָה gr. παλάθη).

טֶנֶא m. *corbis* Deut. XXVI, 2. 4. XXVIII, 5. 17. Chald. טַנְאָא id. Cognata sunt אֲנִיצָה corbis, ضنى plexuit, unde مِضْنَى corbis, et סַלִּים, סַלְסִלּוֹת corbes. De origine v. ad rad. סָלַל no. 2.

טָנַף in Kal inusit. Syr. et sab. ܛܢܦ pollutus, inquinatus est i. q. hebr. חָנֵף, q. v. Ethp. id. Pa. inquinavit, ܛܢܦܐ impurus, sordidus, ܛܢܦܘܬܐ impuritas, sordes. Chald. טְנַף inquinavit. Semel legitur in

Pi. polluit, inquinavit (pedes lotos) Cant. V, 3.

טָעָה i. q. תָּעָה *erravit.* In linguis aramaeis haec radicis forma usitatissima, טְעָא, ܛܥܐ, ࠈࠏࠀ erravit, טְעוּ, טַעֲוָא error, idolum, arab. طغا et طغى erravit, aeth. አጥዐወ: idola coluit, ጣዖት: idolum.

Hiph. in errorem induxit Ez. XIII, 10.

טָעַם fut. יִטְעַם *gustavit.* (Chald. syr. sab. טְעַם, ܛܥܡ id. Arab. طَعِمَ, aeth. ጠዐመ: id. De origine

vide ad דָּמַם pag. 344). Gustare autem est 1) *saporem explorare* (kosten). Iob. XII, 11: חֵךְ אֹכֶל יִטְעַם לוֹ. XLIII, 3. 2) *libare*, *delibare*, paullulum comedere (kosten) 1 Sam. XIV, 24. 29. 43. 2 Sam. III, 35. Ion. III, 7: אַל־יִטְעֲמוּ מְאוּמָה. 3) *gustu*, *sapore percipere* (schmecken) 2 Sam. XIX, 36. Inde 4) metaph. *mente percepit*, *sensit*. Ps. XXXIV, 9: טַעֲמוּ וּרְאוּ כִּי טוֹב יְהוָה *sentite et videte*, *Deum esse benignum*. Prov. XXXI, 18: טָעֲמָה כִּי טוֹב סַחְרָהּ *sentit* ea, *bonum esse quaestum suum*.

טְעַם chald. id. v. Targg.

Pa. *gustandum* s. comedendum *dedit* Dan. IV, 22. V, 21.

טַעַם m. 1) *gustus*, *sapor* cibi Num. XI, 8. Jer. XLVIII, 11. Iob. VI, 6. (Arab. طَعْم id.).

2) metaph. *sapor* pro *iudicio*, *ratione* (ut lat. *sapere*, *sapiens*, *sapientia* et contra *insipidus*, aeth. ጣዕም: sapor, iudicium, ratio) 1 Sam. XXV, 33. Ps. CXIX, 66. Iob. XII, 20: אִשָּׁה סָרַת טָעַם *mulier insipida*, insulsa Prov. XI, 22. שַׁנָּה טַעַם mutavit rationem i. e. dementem se simulavit Ps. XXXIV, 1. מְשִׁיבֵי טַעַם qui prudenter respondent. Prov. XXVI, 16.

3) ex usu chald. *sententia*, *decretum regis* Jon. III, 7. Vide chald.

טַעַם m. chald. i. q. hebr. no. 3 *decretum*, *mandatum* Esr. VI, 14. Frequentius est

טְעֵם m. chald. 1) *sapor*, spec. suavis. Dan. V, 2: בִּטְעֵם חַמְרָא *in sapore vini* i. e. postquam sapore vini delectari et largius bibere coeperant, nostr. als ihnen der Wein zu munden begonnen hatte, als sie in den Geschmack des Weines gekommen waren. Ad sensum non male LXX ἐνγευσάμενος ἀπὸ τοῦ οἴνου. Vulg. iam temulentus. Ephraemus Syrus: ܟܕ ܛܥܡ ܡܢ ܚܡܪܐ hilaris factus in vino bibendo. Male autem Bertholdtus: beym ersten Trunke. — 2) *ratio*. Dan. II, 14. יְהַב טְעֵמָא rationem reddere Dan. VI, 3. שׂוּם טְעֵם עַל rationem habere al. rei Dan. III, 12. — 3) *sententia*, *edictum regium*. Dan. III, 10. 12. 29. שׂוּם טְעֵם mandatum dare. Esr. IV, 19. 21. V, 3. 9. 13. VI, 1. VII, 13. De causa diiudicanda Esr. V, 5. בְּעֵל טְעֵם penes quem est imperium, praefectus regius Esr. IV, 8. 9. 17. In libro Esr. apocrypho 2, 25: ὁ τὰ προσπίπτοντα γράφων et Jos. Arch. 11, 2: ὁ τὰ πραττόμενα γράφων. Eandem interpretationem sequuntur Kimchius et Sal. b. Melech, reddentes מַזְכִּיר, quia in libris Regg. סֹפֵר et מַזְכִּיר eodem modo copulantur, quo h. l. בְּעֵל טְעֵם et סָפַר. Sed בְּעֵל טְעֵם erat potius praefectus provinciae i. q. פֶּחָה cf. Esr. V, 3. VI, 6.

מַטְעַמִּים plur. Gen. XXVII, 4 sqq. et מַטְעַמּוֹת Prov. XXIII, 3. 6 *cupediae*, *cibi sapidi*. Apposite ad Gen. l. c. Schult. ad Prov. l. c. observat arab. مطعم spec. dici de carne ferina, quam in deliciis habent Nomades, et pulmentis ex ea paratis, unde part. IV. مطعمة est epitheton poët. arcus, pr. delicias (carnem ferinam) praebens, et مطعم part. pass. IV. venator praeda potitus (cf. epist. 2 ad Menk. p. 78).

I. טָעַן *transfodit* gladio. (Arab. طَعَنَ id., طَعِين confossus, طَعْنَة ictus, quae iam Aben Esra ad Jes. l. c. contulit. Chald. Pa. id.).

Pu. pass. Jes. XIV, 19: מְטֹעֲנֵי חֶרֶב *transfossi gladio*, LXX. ἐκκεκεντημένοι μαχαίραις.

II. טָעַן *oneravit* iumenta Gen. XLV, 17. (Aram. ܛܥܢ, טְעַן onustus fuit, ܛܥܢܐ onus, sarcina, טְעִין, ܛܥܝܢܐ, ቶዕኖ onustus, onus ferens. Zab. id. Arab. ظعن VIII in camelo sedit, ظَعُون camelus onustus, ظعينة pilentum camelinum Lebid. 12. Amru v. 9. Cf. צָעַן).

טָפַח pariter atque צָפַח *expandit* et intrans. *expansus*, *latus fuit*. Nostram radicem habent Syri ܛܦܚ expandit, ܛܦܚܐ et ܛܦܚܘܬܐ expansio, arab. طفح plenum fuit vas ad redundantiam, nostr. gestrichen voll seyn. Plura vide ad צָפַח. Quod Chaldaei et Aethiopes habent, טְפַח, ጠፍሐ: plausit, manus complosit, denominativum est a טֶפַח palma, manus, et eiusdem originis est صفح, صفق, סָפַק. Plura dabunt Schult. ad Ham. p. 317. Schroeder de vestitu p. 253. 263.

Pi. טִפַּח 1) *expandit* (manu). Jes. XLVIII, 13: וִימִינִי טִפְּחָה שָׁמָיִם *et dextra mea expandit coelum*. 2) denom. a טֶפַח no. 1: *in palmis* (lat. dicunt *in ulnis*) *gestavit* (parvulos). Thren. II, 22: אֲשֶׁר טִפַּחְתִּי וְרִבִּיתִי. Aliter Kimchi: „sensum habet educandi (גידול), ita enim facere solent puellis, ut palmis eos stringant et membra expandant, quotiescunque fasciis eos involvunt." Vide טִפֻּחִים.

טֶפַח m. 1) pr. manus expansa, *palma*, sed ubique pro *palmo* s. mensura quattuor digitorum 1 Reg. VII, 26. 2 Par. IV, 5, cf. Jer. LII, 21. Hieron. 1 Reg. l. c. reddit *tres uncias* s. pollices, quae *quattuor digitis* (sicut idem interpretatur Ex. XXV) aequales sunt. Ps. XXXIX, 6: הִנֵּה טְפָחוֹת נָתַתָּה יָמַי *en! palmares fecisti dies meos* i. e. perbreves. 2) in architectura *mutuli*, i. e. lapides eminentes, quibus trabium capita sustinentur (Kragsteine). 1 Reg. VII, 9: מִמַּסָּד עַד הַטְּפָחוֹת LXX. ἐκ τοῦ θεμελίου ἕως τῶν γεισῶν, de quo vocabulo Jos. Ant. 8, 3 §. 9: γεισὸν μὲν κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν (جايز trabs?), θριγκὸν (i. e. cymatium, nostr. Sims) δὲ παρ' Ἕλλησι λεγόμενον, adde quae egregie disputat Schneiderus in Lex. gr. ed. 3 p. 285. 286. Vulg. *usque ad summitatem parietum*.

טֹפַח m. i. q. טֶפַח no. 1 *palmus* Exod. XXV, 25. XXXVII, 12. Ez. XL, 5. 43. XLIII, 13.

טִפֻּחִים m. pl. nom. verbale a טָפַח no. 2 *gestatio* puerorum. Thren. II, 20.

מִטְפַּחַת f. Ruth III, 15 pl. מִטְפָּחוֹת Jes. III, 22 *vestis ampla* mulierum, *palla*. Vide Schroeder de vestitu c. 16.

טָפַל apud Talmudicos: *assuit*, *agglutinavit*, *compegit* (v. Buxt. p. 901), vicinum radd. תָּפַר consuit et תָּפַל no. 2 agglutinavit. In V. T. ubique metaph. טָפַל שֶׁקֶר *consuit*, *concinnavit mendacia* cf. δόλον ῥάπτειν, suere dolos (v. plura eius generis s. v. אָרַב p. 145). Cf. arab. طفل cum cura instituit sermonem. Ps. CXIX, 69: טָפְלוּ עָלַי שֶׁקֶר זֵדִים *concinnant super me mendacia protervi*. Targ. חַבְּרוּ עֲלַי שִׁקְרָא (v. ad חָבַר Hi.). Iob. XIII, 4: וְאוּלָם אַתֶּם טֹפְלֵי שָׁקֶר *sed vos estis concinnatores mendacii*. Vulg. *fabricatores mendacii*. Ellipsis est in his Iob. XIV, 17: וַתִּטְפֹּל עַל עֲוֹנִי *et concinnas* (i. e. fingis falsas criminationes) *praeter iniquitatem meam* i. e. culpam meam falsis criminationibus auges, quam sententiam flagitat prius membrum: חָתֻם בִּצְרוֹר פִּשְׁעִי *obsignatum in marsupio est crimen meum*. Ad verba cf. locum simillimum Deut. I, 1 Jon. טַפֶּלְתּוּן עֲלוֹי מִלֵּי שִׁקְרָא *concinnastis contra eum* (Jehovam) *verba mendacia*, ubi tamen עַל aliter struitur. Totius loci sensum turbat Umbreitius, qui coll. טָבַל interpretatur: *obtegis super peccatum meum*, pr. colorem inducis peccato meo: neque verba eam interpretationem admittunt. Nam טָבַל est *immersit*, *intinxit* aliquid in fluidum spec. colorem, sq. בְּ coloris, non: induxit colorem *super* aliquid. Significationem *addendi ad* aliquid iam Symm. expressit Iob. XIII, 4: προςτίθεσθε ψεύμασιν, eandemque spectavit Alex. Ps. l. c. reddens: ἐπληθύνθη ἐπ' ἐμὲ ἀδικία. Syr. multiplicata est (ܣܓܝܬ) contra me iniustitia.

טִפְסָר Jer. LI, 27, pl. c. suff. טַפְסְרַיִךְ Nah. III, 17 *dux bellicus*, *princeps*, apud Assyrios et Medos, vocabulum haud dubie assyriacum medicumve et ex linguis cum sanscrita cognatis explicandum, id quod vel compositionis ratio docet, in qua nomen regens alteram partem occupat. Posterior enim vocabuli pars סַר prob. est semiticum שַׂר princeps, quod etiam in nominibus babylonicis satis frequens es, cf. *Belsazar*, *Nebucadnezar*, *Nabopolassar* cet. Quid valeat prior eius pars, *taf*, *tap*, ex lingua zendica fortasse olim docebimur accuratius: ex hodierna lingua qui coniecturam fecerunt, vel contulerunt تاو, unde تابسر dux bellicus (Bohlenii symb. p. 20), vel, quod minus placet, تاب altitudo, unde تابسر princeps altus. Rosenm. (ad Nah. l. c.) primam vocabuli partem vel hebr. טַף *familia*, vel arab. طَايِفَة turba hominum, agmen esse statuit, sed quominus pro semitica habeatur vox, ut diximus, compositionis ratio impedit: quam ipsam ob causam displicet etiam N. G. Schroederus, cui טפסר est *phalanx* comp. ex طفس compegit et دسر densus fuit, unde دسر phalanx densius constipatus: accedit quod phalangis significatio ad illos locos minus apta est. C. B. Michaelis ad Jer. l. c. טפסר litteris transpositis idem esse censet quod *satrapa*, pers. ستراب probante Simoni et J. D. Michaeli: sed *satrapam* in V. T. scribi אֲחַשְׁדַּרְפָּן supra vidimus h. v. — Caeterum *ducis* s. *principis* significatio vel ex eo certa est, quod טפסר recentioribus Judaeis angeli nobilioris nomen factum est (Deut. XXVIII, 12 Jon.).

טָפַף verbum sonum euntis imitans, nostr. *tappen*, *trappen* (plura eius stirpis derivata dabit Pott, etymol. Forschungen I p. 210): finitimum verbo דָּבַב leniter et lente incessit, quam verbi vim ipsae eius litterae molliores indicant et quasi pingunt. Illud spec. est *trepidavit*, *minutis passibus incessit*, more parvulorum (v. טַף), germanice exprimitur verbo diminutivo *trippeln*; apud Hebraeos litterarum geminatio in fine saepe celeres motus exprimit (v. Hupfeld exercitatt. aethiop. p. 31). Congruit arab. طفّ et دفّ agilis fuit, tolutim incessit equus, pr. haud dubie de equo alacri et vivido, stare nescio, propterea trepidante et subsiliente (Schroeder de vest. mul. p. 127). Semel facete dicitur de mulieribus passuum celeritate et parvitate elegantiam quandam affectantibus (v. עָכַס, עֶכֶס). Jes. III, 16: הָלוֹךְ וְטָפוֹף תֵּלַכְנָה *eundo et trepidando eunt*, sie gehen einher und trippeln. Alias, maxime veterum, interpretationes recensuimus in Comment. ad h. l. Satis apte ad sententiam loci, quanquam genuinam verbi vim non exprimentes Targ. בְּפַתְּיָן מְקַפְּצָן clunibus agitantes, Saad. تتخطرن, Luth. sie treten einher und schwänzen (i. e. caudam qs. motitant).

טַף c. suff. טַפּוֹ, טַפְּנוּ, טַפְּכֶם (טַפֵּינוּ quod Gen. XLIII, 8 est in ed. Hooghtiana et nonnullis aliis mero operarum errore nititur) collect. *parvuli*, *pueri et puellae*, ab incessu trepidante dicti (v. rad.) Gen. XXXIV, 29. XLIII, 7. XLV, 19. XLVI, 5 cet. Saepe copulantur: הַנָּשִׁים וְהַטַּף Deut. XX, 12. Ind. XXI, 10, et טַף וְנָשִׁים Deut. XXIX, 11. Jos. I, 14. Esth. III, 13. VIII, 11. Jer. XLI, 16. XLIII, 18, אֲנָשִׁים וְנָשִׁים וָטַף Deut. XXXI, 12. Jer. XL, 7, מְתִים וְהַנָּשִׁים וְהַטַּף Deut. II, 34. III, 6, cf. Jos. VIII, 35. Opponitur adolescentibus et virginibus Ez. IX, 6, viris ultra viginti annos natis Ex. XII, 37, puellis viro maturis Num. XXXI, 18. Nonnunquam patet ad *universam familiam* solique patri familias opponitur. 2 Par. XX, 13: גַּם טַפָּם נְשֵׁיהֶם וּבְנֵיהֶם *etiam familia eorum*, videlicet *feminae et liberi eorum*. XXXI, 18: בְּכָל־טַפָּם נְשֵׁיהֶם וּבְנֵיהֶם וּבְנוֹתֵיהֶם. Gen. XLVII, 12: לְפִי הַטָּף *pro ratione familiae*, cf. Exod. X, 10. Num. XXXII, 16. 24. 26. In hanc sententiam LXX passim interpretantur λαός Ind. XXI, 10, ὄχλος 2 Sam. XV, 22, οἰκία, Gen. L, 21, συγγένεια Gen. L, 8.

טְפַר chald. pl. טִפְרִין m. *unguis* hominum Dan. IV, 30, et bestiarum VII, 19. Hebr. צִפֹּרֶן. Syr. ܛܦܪܐ et ܛܦܪܬܐ unguis, sab. ܛܦܪܐ pro ܛܦܪܐ unguibus laceravit, arab. ظُفْر unguis, ظفر fut. I. unguibus vulneravit. Et in hoc quidem verbo origo vocabuli quaerenda est, videlicet in *sculpendo*, *radendo* (kratzen), quae notio inest in radd. צָפַר no. II, סָפַר, ظفر, et ungues dicti a scalpendo, non a tegendo extremos digitos, quod vult Jo. Simonis coll. aethiop. ጠፈረ: texit domum, צָפַר circumdedit.

טָפַשׁ *pinguis*, *obesus fuit*, metaph. *hebes*, *iners fuit*, cf. hebr. הַשְׁמֵן Hi. Jes. VI, 10, gr. παχὺς ἐς τὰς τέχνας, παχὺς τὴν μνήμην, lat. *pinguis*, *pingui Minerva*, arab. تَبَّ iuvenis obesus, it. iners, fatuus. Semel legitur Ps. CXIX, 70: טָפַשׁ כַּחֵלֶב לִבָּם *pingue instar adipis est cor eorum* i. e. tam hebes et sensu carens, ut non intelligat praestantiam legis eaque delectetur. Opp. אֲנִי תּוֹרָתְךָ שִׁעֲשָׁעְתִּי. (Chald. טְפַשׁ id. טַפְשָׁא insipiens, stultus, טַפְשׁוּת stultitia. Sam: ࠈࠐࠔ, lege טפש vel טפש, stultitia. Syr. ܛܘܦܫܐ est *foeditas*, *pollutio*, itidem a pinguedine, pinguedo enim vestibus rebusve ligneis illita in sordes abit (cf. helvet. *schmutzig* sordidus, etiam de rebus pinguibus).

טָרַד *trusit* (quod quidem verbum latinum easdem radicales habet atque hebraeum, *trd*), hinc *continuo secutus est* alterum. Prov. XIX, 13. XXVII, 15: דֶּלֶף טֹרֵד *stillicidium trudens* i. e. continuo stillans, in quo gutta guttam trudit. (Arab. طرد trusit, propulit, IV. res consecuta est aliam, processit serie, profluxit, unde عيون مطردة fontes iuges, et عادة مستطردة consuetudo perpetua, quod ex interpretatione arabica Chrysostomi laudat Schult. ad Prov. l. c. Chald. syr. sam. טְרַד, ܛܪܕ, ࠈࠓࠃ extrusit, expulit, fugavit.

טְרַד chald. *protrusit*, *propulit*, *eiecit*. Dan. IV, 22. 29. 30. In Targg. saepius, pro hebr. גֵּרֵשׁ.

מַטְרֵד (propellens) n. pr. mulieris Idumaeae Gen. XXXVI, 39.

טָרָה rad. inusit. i. q. טָלָה *recens fuit*. Arab. طَرِيَ et طَرُوَ id., aeth. ጥሬ: crudus, non coctus. Origo esse videtur in *decerpendo*, et טָרָה (טָרַו, טָרַב) pr. i. q. טָרַף decerpsit, טָרַם resecuit, pr. recens decerptum, resectum, de fructibus, ramis, foliis. Cf. טָרַף decerpsit, et طَرُوَ recens fuit. Inde

טָרִי adj. f. טְרִיָּה recens, de vulnere Jes. I, 6, de asini maxilla Iud. XV, 15. Congruit (recte observante Kimchio ad Iud. l. c. et Aben Esra ad Jes. l. c.), arab. طَرِيّ recens. „Sic Avicenna lib. 2 [p. 121 Rom.] de ovis فصل الطرى *optimum est recens*. Alibi apud eundem اللحم الطرى caro recens, السمن الطرى est butyrum recens, et in Ps. Savar. Ps. LXXXIX, 6: طراوة est recentis graminis viror." Boch. Hieroz. I, p. 171 Lips.

טָרַח in Kal inusit. Arab. طرح Conj. I. IV. VIII est: *reiecit*, *proiecit*, *coniecit*, Firuz. ap. H. A. Schult. ad Iob. p. 215. Har. Cons. IV, p. 238. Hebraice semel legitur in

Niph. Iob. XXXVII, 11: אַף בְּרִי יַטְרִיחַ עָב quod explicari potest *etiam in pluvia proiicit* vel *praecipitem dat nubem* (Deus), ut exhibeatur imago ipsarum nubium vi imbris descendentium (Wolkenbruch), vel descendere visarum. Magis enim hoc placet, quam quod Roseum. dedit: *etiam serenitas* (vide בְּרִי p. 238) *dispellit nubem*, diversa enim videtur dispellendi et *proiiciendi* significatio, quae quidem posterior sola locum habet. Verum enim vero طرح cum على est etiam *iniecit*, *imposuit*, quod bene conspirat cum significatione nominis טֹרַח *onus* apud Hebraeos et Chaldaeos, nec Iobi loco ineptum est, modo vertas: *etiam pluviâ onerat nubem*. Ita ex Hebraeis Sal. ben Melech: ענין הכובד והעמל ופירשו אף ברויה יטריח העב — יכבידו מרוב המטר *significatus est gravitas et molestia*, *et interpretatio ejus: etiam irrigatione onerat nubem — aggravat copia pluviae*. Chald. vocem retinet מַטְרַח. Cum sequente hemistichio bene hic sensus cohaeret, modo explices: (modo) *pluviâ onerat nubem* (Deus), (modo) *dispellit nubem lucis suae* i. e. fulguris, vel pluviae suae (cf. אוֹר). Eundem significatum agnovit Symm. ἐπιβρίσει i. e. onerat, et LXX. καταπλήσσει, vel καταπλάσσει pro quibus nescio an legendum sit χαραπλήσει implebit. Sensu quidem caret uterque hic interpres attamen veram verbi significationem sibi aliunde notam expressisse videtur.

טֹרַח m. *onus*, *molestia*. Deut. I, 12. Jes. I, 14. (Chald. טִרְחָא labor, defatigatio, טְרַח defatigavit se labore, aethiop. ט et ש permutatis ሰርሐ: fatigatus est).

טָרַם rad. inusit. prob. i. q. טָרַף decerpsit, coll. صرم resecuit. Inde

טֶרֶם pr. resectio, pars resecta (der Abschnitt, die Stelle wo ein Zweig vom Baume frisch abgeschnitten ist), inde *initium*. Inde (quanquam de hac origine nil certi statuo) 1) *antequam*, sq. fut. de re praeterita Ex. XII, 34: *sustulit populus massam suam* טֶרֶם יֶחְמָץ *antequam fermentaretur*. Jos. III, 1. Ps. CXIX, 67, de praeterita in futuro Jes. LXV, 24: טֶרֶם יִקְרָאוּ וַאֲנִי אֶעֱנֶה *antequam vocaverint*, *ego respondebo*. Crebrius hoc significatu est

בְּטֶרֶם. 2) *nondum*, sq. praet. Gen. XXIV, 15. 1 Sam. III, 7, crebrius sq. fut. de re praeterita Gen. II, 5. Ex. X, 7. Jos. II, 8. 1 Sam. III, 3.

Cum praepositt. A) בְּטֶרֶם 1) *antequam*, *priusquam*, sq. praet. Ps. XC, 2: בְּטֶרֶם הָרִים יֻלָּדוּ *antequam montes nati erant*. Prov. VIII, 25; sq. fut. in significatione futuri Gen. XXVII, 4: בְּטֶרֶם אָמוּת *antequam moriar*. XLV, 28. Jes. VII, 16: בְּטֶרֶם יֵדַע הַנַּעַר מָאוֹס בָּרָע. VIII, 4. XLII, 9. LXVI, 7: בְּטֶרֶם תָּחִיל יָלָדָה 2 Reg. II, 9. Ps. XXXIX, 4. Iob. X, 21: בְּטֶרֶם אֵלֵךְ *antequam ibo*; et praeteriti (ubi praecessit praeteritum et in narrationibus) Gen. XXVII, 33: בְּטֶרֶם תָּבוֹא *antequam venires*. XLI, 50. Ex. I, 19: בְּטֶרֶם תָּבוֹא אֲלֵהֶן הַמְיַלֶּדֶת יָלָדוּ *priusquam veniunt ad eas obstecrices*, *iam pepererunt*. Iud. XIV, 18. Ruth III, 14. 1 Sam. II, 15. 2 Reg. VI, 32. Jer. I, 5: *sanctificavi te*, בְּטֶרֶם תֵּצֵא *antequam exires*; sq. inf. Zeph. II, 2: בְּטֶרֶם לֶדֶת; sq. subst. Jes. XXVIII, 3: בְּטֶרֶם קַיִץ *antequam messis* est (pr. in nondum — messis, quo tempore nondum messis est). Zeph. l. c. bis pleonastice additur negandi particula: בְּטֶרֶם לֹא יָבוֹא, plane ut nos dicimus: ehe er nicht kommt.

B) מִטֶּרֶם i. q. בְּטֶרֶם Hagg. II, 15. Cf. מִן in formula מִקֶּדֶם, מֵרֵאשִׁית Jer. XLVI, 10. (In linguis cognatis haec particula non usitata; sed Poeni habebant *bytlym* i. e. בטרם vel בטרום pro *antequam* Plaut. Poen. V, 1, 5 *bytlym mothyn* = בטרם מותים).

טְרוֹם i. q. טֶרֶם Ruth III, 14 Chethibh.

טָרַף fut. יִטְרֹף Ps. VII, 3. L, 22. Hos. V, 14 et יִטְרָף Gen. XLIX, 27 1) *decerpsit* (vid. radd. טָרָה ,טָרַם; cf. gr. *θρύπτω*), inde arab. طَرُفَ recens fuit (frisch abgebrochen), hebr. טָרָף ,טֶרֶף no. 1.

2) *discerpsit*, *dilaniavit* fera Gen. XXXVII, 33. XLIV, 28. Deut. XXXIII, 20. Ps. XVII, 12. XXII, 14. Ez. XIX, 3. 6. Mich. V, 7. Nah. II, 13. Transfertur ad milites hostesque feroces Gen. XLIX, 27. Ps. VII, 3, adeoque ad Deum Ps. L, 22: פֶּן אֶטְרֹף וְאֵין מַצִּיל. Hos. V, 14. VI, 1. Tribuitur etiam irae hominum Am. I, 11, et Dei Iob. XVI, 9: אַפּוֹ טָרַף. De lobo contra se ipsum saeviente Iob. XVIII, 4: טֹרֵף נַפְשׁוֹ בְּאַפּוֹ *qui se dilaniat in ira sua*. (Chald. id. sed saepius: quassavit, collisit, quod habent etiam Syri).

Niph. pass. no. 2. Ex. XXII, 12. Jer. V, 6.

Pu. id. Gen. XXXVII, 33. XLIV, 28.

Hiph. *cibum discerpere* i. e. comedere *fecit* (hominem). Prov. XXX, 8: הַטְרִיפֵנִי לֶחֶם חֻקִּי.

טָרָף adj. *recens*, de folio Gen. VIII, 11, v. rad. no. 1. Arab. طَارِفٌ novus, recens, translate de rebus recens gestis.

טֶרֶף 1) *folium viride*, *frons recens*, a decerpendo (v. rad. no. 1). Ezech. XVII, 9. Chald. syr. טַרְפָּא, ܛܪܦܐ id.

2) *animal dilaceratum*, *praeda* ferae. Gen. XLIX, 9. Num. XXIII, 24. Ps. CIV, 21. Iob. IV, 11. XXIX, 17. XXXVIII, 39. Jes. V, 29. XXXI, 4. Ez. XXII, 25. 27. Am. III, 4. Nah. II, 13. III, 1. Transfertur ad praedam militum (Nah. II, 14) et latronum, unde הַרְרֵי טָרֶף *montes praedae* i. e. praedatorum, latronum, unde rapinas faciunt. Ps. LXXVI, 5.

3) *cibus* bestiarum Iob. XXIV, 5, et hominum Ps. III, 5. Prov. XXXI, 15. Mal. III, 10, cf. verbum in Hiph.

טְרֵפָה f. collect. *dilaniatum*, *pecudes dilaniatae* (a feris) Gen. XXXI, 39: טְרֵפָה לֹא הֵבֵאתִי אֵלֶיךָ. Levit. XXII, 5: נְבֵלָה וּטְרֵפָה לֹא יֹאכַל. Ex. XXII, 12. Levit. VII, 24. XVII, 15. Ez. IV, 14. VII, 24. XLIV, 31. Nah. II, 13.

* * *

טַרְפְּלָיֵא chald. Esr. IV, 9 n. pr. populi, ex quo Assyriae reges coloniam in Samariam deduxerunt. LXX *Ταρφαλαῖοι*. Non male Junius contulit *Tapyros* ab oriente Elymaeorum habitantes (Ptolem. p. 148: *ἀρκτικώτερον ἔχουσα τὴν Ἐλυμαΐδα, ἧς τὰ πρὸς ἀνατολὰς κατέχουσι Ταπουροί*), qui hoc ipso Esrae commate memorantur. „Apud Strabonem I p. 757 occurrunt, sono utcunque concinentes, *Ταρπῆτες* ad paludem Maeotidis, Sindos inter et Sittacenos. Possit pro his dici, in vicinia eorum esse alias gentes, quarum in hoc versu nomina invenire, si velis, possis, *Σιττακηνούς*, *Ἀρβηχούς*. Regio sine dubio Assyriis paruit, in eandem Israëlitarum colonias deducentibus." Mich. suppl. p. 1037. Equidem nil certi definio.

Finis Tomi primi.

DATE DUE